GVILIELMI GESENII

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTORIS, BORVSSIAE REGI A CONSILIIS IN SENATV SACRO, THEOLOGIAE IN ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI CVM VITEBERGENSI CONSOCIATA PROFESSORIS PVBLICI ORDINARII, ACADEMIARVM REGIAE BORVSSICAE ET INSCRIPTIONVM LITTERARVMQVE HVMANIORVM PARISIENSIS, SOCIETATVM ASIATICARVM PARISIENSIS ET ANGLICANAE, SOCIETATIS SCIENTIARVM REGIAE VPSALIENSIS, NVMISMATICAE LONDINENSIS, PHILOSOPHICAE CANTABRIGIENSIS, HISTORICAE THEOLOGICAE LIPSIENSIS SOCII

THESAVRVS

PHILOLOGICVS CRITICVS

LINGVAE HEBRAEAE ET CHALDAEAE

VETERIS TESTAMENTI.

TOMVS SECVNDVS

LITTERAS י — פ CONTINENS.

EDITIO ALTERA SECVNDVM RADICES DIGESTA PRIORE GERMANICA LONGE AVCTIOR ET EMENDATIOR.

LIPSIAE 1840

SVMTIBVS FR. CHR. GVIL. VOGELII.

VIRO SVMME VENERANDO ILLVSTRI

CAR. FRIDERICO AVGVSTO FRITZSCHIO

NOVI TESTAMENTI INTERPRETI DOCTO SVBTILI FACVNDO

ET

VIRO CELEBERRIMO

FRANC. JOSEPHO VALENTINO DOMINICO MAVRERO

DE ACCVRATIORE VETERIS TESTAMENTI INTERPRETATIONE

PRAECLARE MERITO

HVNC LIBRVM

DONA LITTERARIA SIBI PVBLICE OBLATA REMVNERATVRVS

D. D. D.

SCRIPTOR.

Jod, decima Hebraeorum littera, ubi numeri nota est, i. q. *decem*. Nomen huius elementi יוד haud dubie idem significat quod hebr. יָד *manus* et vetus eius forma fuisse videtur (cf. יוֹם dies, pl. יָמִים ab inusit. יָם): manus autem rudius pictae figuram (tres digitos cum carpo) hodieque repraesentant antiquiores huius litterae formae apud Phoenices (v. Monum. Phoenic. T. I. pag. 30), Hebraeos veteres et Samaritanos (v. ibid. T. III tab. 3). Accedit auctoritas Aethiopum, apud quos haec littera *Jaman* (manus dextera) appellatur.

De duplice eius potestate videndi sunt libri grammatici. Etiam ubi consonantis officio fungitur, subinde lenioris pronunciationis fuisse videtur, ut ad sonum vocalem prope accederet, sicut germ. *jeder*, *jetzt* in Germania superiore pronunciatur *ieder*, *itzt*. Ita certe nonnulli Hebraeorum (Sal. b. Melech ad Mich. 5, 6) יִ et יְ ab initio vocum *i* pronunciandum esse praecipiunt, quam legem Alexandrini quoque saepe observant, ut יְהוּדָה Ἰουδά, יְטוּר Ἰτουραία, יְהוֹאָשׁ Ἰωάς (cf. arab. vulg. يكون *icun*, يد *id*, syr. ܢܺܐܠܶܕ *iled*, aethiop. ፡ሃ = *i*, Ludolf gramm. aeth. p. 11), licet etiam contraria ratio reperiatur, v. c. יְרוּשָׁלַםִ Ἱερουσαλήμ, יִרְמְיָהוּ Ἱερεμίας.

Permutatur 1) cum reliquis litteris debilibus א, ה, ו, ita quidem, ut tres illae litterae aspiratae saepe emolliantur in Jod. Saepissime hoc fit a) in ו littera. Nam ubicunque Arabes et Aethiopes in prima sede radicis Vav habent, Hebraei et Aramaei, in iis radicis formis, quae a prima radicali ordiuntur, substituunt Jod, velut وَلَدَ, ወለደ፡ יָלַד, ܝܺܠܶܕ; وَرِثَ, ወረሰ፡ יָרַשׁ, ܝܺܪܶܬ, contra Vav radicale revocant, simulatque littera praeformativa accedit, velut in Niph. נוֹלַד, Hiph. הוֹלִיד, verbal. מוֹלָד, מוֹלֶדֶת. Vide Lgb. p. 379 sqq. In media radicis sede similiter permutata habes ו et י in הָוָה, הָיָה; חָוָה et חָיָה, in tertia sede in שָׁלֵו et שָׁלֵי (שַׁלְוָה) cf. Lgb. p. 420. b) de א littera cum Vav permutata vide p. 2. 3, c) de ה littera p. 360. — 2) cum semivocali *Nun*, maxime in prima sede radicis, v. c. נָאָה et יָאָה decuit, נָצַב et יָצַב; נָכַח et יָכַח; נָפַח et יָפַח; נָקַשׁ et יָקַשׁ; נָקַע et יָקַע. — 3) cum reliquis *palatinis*, ut a) *Gimel* v. p. 252, adde جيدور יְטוּר Ituraea, יָסַר aeth. ገሠጸ፡ castigavit, יַיִן armen. *gini* vinum; b) *Caph* et *Koph*, v. c. יָשַׁר et כָּשַׁר rectus fuit, יָשִׁישׁ, ܩܫܝܫܐ, قسيس senex. Raro etiam accedit ad gutturales ע et ח, v. c. עָבֵשׁ يبس عبس i. q. יָבֵשׁ siccus fuit; יָשַׁר, כָּשַׁר et עָשַׁר pr. rectus, inde beatus fuit, sam. ܝܩܪ gravis fuit, invaluit i. q. עָצַם; יוֹם, יָמִים, יָמָה i. q. חוֹם, חָמָה, חַמִּים.

Saepenumero autem verba primae radicalis Jod significatione conveniunt 1) cum verbis med. Vav, v. c. יָגֹר timuit cf. גּוּר no. 3, יָטַב bonus fuit i. q. טוֹב; יָקֹשׁ aucupatus est i. q. קוֹשׁ; יָצַר formavit i. q. צוּר, al. 2) cum verbis med. gem. v. c. יָחַם et חָמַם caluit, יָשַׁם et שָׁמַם vastatus est al. 3) cum verbis לה, v. c. יָאַב et אָבָה desideravit; יָסַף et סָפָה; de cuius rei caussa vide Lgb. §. 112, 2.

יָאַב *avide desideravit*, *concupivit* aliquid, sq. לְ. Ps. CXIX, 131: יָאַבְתִּי לְמִצְוֹתֶיךָ. LXX. ἐπεπόθουν. (Syr. ܐܶܬܝܰܒ݁ܶܒ et ܐܶܬܝܰܐܶܒ id., ܝܽܘܒܳܒܳܐ desiderium, ܝܳܐܶܒ optativus. Castell. ex edit. Mich. p. 364. Vicinum est אָבָה, utrumque profectum a stirpe bilittera אב, הב, cui inest significatio spirandi, adspirandi ad aliquid, cf. חָבַב, אָהַב, אָוָה, תָּאַב.

יָאָה ἅπ. λεγόμ. sq. לְ *decuit* aliquem i. q. נָאָה Pi. נָאֲוָה (Ps. XCIII, 5, cf. XXXIII, 1. Prov. XVII, 7). In Feminino impers. Jer. X, 7: כִּי לְךָ יָאָתָה *nam te decet* s. tibi convenit, tibi debetur sc. ut timearis. LXX. ed. Complut. σοὶ γὰρ πρέπει, quam scripturam (in aliis enim codd. textus laborat) exprimit etiam Arabs: لان الملك لك يصلح. Theodot. ὅτι σοι ἀνήκει. Syr. ܕܠܳܟ ܗ̄ܘ ܝܳܐܶܐ ܫܽܘܒܚܳܐ nam tibi convenit gloria. Vulg. *tuum est enim decus*, qs. יאתה sit i. q. chald. יָאוּת decus. (Chald. יָאָה, יְאֵי f. יָאְיָא, יְאָה pulcher, decorus fuit, יָאְיוּתָא, יָאְיָא pulchritudo, decor, rabbin. יאות לך convenit tibi, decet te. Syr. ܝܳܐܶܐ sq. ܠ conveniens est, decet Matth. III, 15. 1 Cor. XI, 13. Ephes. V, 3. 1 Tim. II, 10. Tit. II, 1. Hebr. II, 10 pro gr. πρέπον, πρέπει, ܝܳܐܽܘܬܳܐ decentia, decor. Ex vicino נאה colligitur, nativam significationem esse: bene sedit alicui, inde convenit ei, v. נָאָה. Sam. ܝܐܝ et ܝܐܝ pulcher, decorus).

I. יָאַל pr. וָאַל i. q. אָוַל *stultus fuit*. Origo esse videtur in *perversitate*, i. q. עָוַל.

Niph. stultus factus est Jes. XIX, 13. Jer. L, 36: חֶרֶב אֶל הַבַּדִּים וְנֹאָלוּ *gladius contra vates mendaces et stulti fiunt;* it. *stolide se gessit* Num. XII, 11 (copulatur cum חָטָא). Jer. V, 4.

II. יָאַל pr. *voluit*. Kimchi: ענין כלם רצון והחפץ *in omnibus exemplis inest significatio voluntatis*. Congruit sanscr. *wal* (cf. Pott. etym. Forschungen I, p. 221. 224), *βούλομαι*, *volo*, unde *wollen* et *wählen*. Vide infra notam.

Hiph. הוֹאִיל *voluit*. Triplici modo dicitur. Ac 1) de eo, qui id quod vult *aggreditur*, et, licet arduum sit, *conatur* (vom *thätigen Wollen, Angreifen, Unternehmen*). LXX. undecies *ἄρχομαι*. Deut. I, 5: הוֹאִיל מֹשֶׁה בֵּאֵר אֶת־הַתּוֹרָה הַזֹּאת *Moses aggressus est interpretari hanc legem*. 1 Sam. XVII, 39: וַיֹּאֶל לָלֶכֶת כִּי לֹא נִסָּה *conatus est ire, nam* (antea) *non tentaverat*. De re ardua Gen. XVIII, 27: הִנֵּה־נָא הוֹאַלְתִּי לְדַבֵּר אֶל אֲדֹנָי *ecce! conatus sum alloqui Dominum*. Comm. 31. Jos. XVII, 12: וַיּוֹאֶל הַכְּנַעֲנִי לָשֶׁבֶת בָּאָרֶץ *et aggressi sunt Canaanitae, manere in terra*. Vulg. et coepit Cananaeus habitare in terra hac, sed sententia est, Cananaeos conatos esse, resistere Israëlitis eos expulsuris, et denuo sedem figere in terra. Iud. I, 27. 35. J. H. Michaëlis sententia non multum mutata: *obstinaverunt se*.

2) de eo qui precibus aliorum cedens aliquid *vult* i. e. *concedit, non abnuit, patitur* (vom *leidenden Wollen, sich gefallen lassen*) Iob. VI, 28: הוֹאִילוּ פְנוּ בִי *placeat vobis, me adspicere*. 2 Reg. VI, 3. a) de eo qui officium ab alio oblatum precibus eius cedens tandem admittit Iud. XVII, 11: וַיּוֹאֶל הַלֵּוִי לָשֶׁבֶת *et consensit Levita manere*, precibus eius cedens mansit. Vulg. acquievit et mansit. XIX, 6: הוֹאֶל־נָא וְלִין *lass dir's gefallen und übernachte*. Ex. II, 21 (cf. 1 Par. XVII, 27). 2 Reg. V, 23. Vicinus usus est in verbis Jos. VII, 7, ubi eadem formula dicitur de eo, qui aliqua re contentus nihil ultra appetit (sich's gefallen lassen pro: sich's genügen lassen). Verba sunt: לוּ הוֹאַלְנוּ וַנֵּשֶׁב בְּעֵבֶר הַיַּרְדֵּן *utinam consensissemus et remansissemus trans Iordanem*, hätten wir es uns doch gefallen (genügen) lassen, und wären jenseit des Jordan geblieben. b) de eo qui ad peccatum pellici se patitur. Hos. V, 11: כִּי הוֹאִיל הָלַךְ אַחֲרֵי־צָו *nam consensit sequi vanum* i. e. idola. Nam pro צו nil dubito quin legendum sit שָׁו i. q. שָׁוְא. Inde etiam c) de deo, qui vel precibus hominum cedens vel sua ipsius clementia ductus aliquid egit, nostrum: *placuit, collibuit ei*. Iob. VI, 9: וְיֹאֵל אֱלוֹהַּ וִידַכְּאֵנִי *placeat deo et conterat me*. 1 Sam. XII, 22: הוֹאִיל יי לַעֲשׂוֹת אֶתְכֶם לוֹ לְעָם *placuit Jovae, vos sibi sumere populum*. 2 Sam. VII, 29.

In utroque illo significatu ponitur plerumque sq. gerundio, rarius sq. verbo finito modo *ἀσυνδέτως* Deut. I, 5. 2 Reg. V, 23. Hos. V, 11. Iob. VI, 28, modo sequente copula Jos. VII, 7. Iud. XIX, 6. 2 Sam. VII, 29. 2 Reg. VI, 3. Iob. VI, 9.

Quod Faesius nuper (in novis Annal. philol. ab Jahnio et Seebodio editis IV, p. 213. 214) *incipiendi* potestatem huic radici abiudicavit, contra praeter volendi significatum etiam *manendi, commorandi* vim ei tribuit, horum neutrum probari potest. Namque *incipiendi* (rectius *aggrediendi*) vis minime quidem propria atque nativa est (neque placent, qui יָאַל i. q. אוּל, اول *primum esse* statuunt), sed a volendo proficiscitur: at certissima tamen est atque tum locorum contextu tum Alexandrini interpretis auctoritate satis firmatur: contra *manendi* significatus neque locorum contextu neque etymologicis rationibus commendatur. In locis enim sub no. 2 litt. a laudatis הוֹאִיל aliquoties copulatur cum habitandi verbis, sed ita, ut haec ex illo pendeant, non synonymi instar ei iungantur (male LXX. Jos. VII, 7 reddiderunt, לוּ הוֹאַלְנוּ וַנֵּשֶׁב *εἰ κατεμείναμεν καὶ κατῳκίσθημεν*): neque ullo modo *commorandi* significatus a *volendo* duci potest, in quam sententiam Faesius non debebat ad linguae germanicae rationes provocare, in qua verba *wollen* et *weilen* a radicibus prorsus diversis ducuntur.

יְאֹר et **יְאוֹר** pl. יְאֹרִים vox aegyptiacae originis *rivum, fossam*, maxime *fluvium* significans. Aegyptii quidem recentiores distinguunt ⲈⲒⲞⲞⲢ fossa, rivus, *διῶρυξ* (Sir. XXIV, 30. 31), ⲒⲞⲢ (*διωρυγή* Ex. VII, 19) ab ⲈⲒⲈⲢⲞ, ⲒⲈⲢⲞ (theb.) ⲒⲈⲢⲢⲞ (basmur.) ⲒⲀⲢⲞ et ⲒⲀⲢⲰ (memph.) fluvius, flumen, Nilus (v. Peyron Lex. copt. p. 40), sed antiquissimis temporibus, quibus Hebraei hoc vc. in linguam suam recepisse censendi sunt, formarum illarum inter se arcte cognatarum prior, *ior*, utramque potestatem habuisse videtur, cuius rei testem locupletissimum habeamus titulum Rosettensem, in quo interprete Youngio lin. 14 et 15 vocabulum

[demotic sign] et

[demotic sign]

tum fossae (lin. 14 init.) tum fluvii (lin. 14 extr. lin. 15) significatu habetur, cf. in titulo graeco lin. 24 *χώματα* — *Νεῖλος* et lin. 25 *ποταμοί* (v. Kosegarten de prisca Aegyptiorum literatura p. 14. 63 et tab. IV). Sic LXX. hebr. יְאֹר semel reddunt *διῶρυξ* Jes. XXXIII, 21, alibi ultra quinquagies *ποταμός*.

Apud Hebraeos est 1) a) *fossa, canalis*. Jes. XXXIII, 21: מְקוֹם נְהָרִים יְאֹרִים רַחֲבֵי יָדָיִם (Jehova nobis est) *loco fluviorum* (et) *fossarum latarum*, int. fossas quibus moenia urbis munitae cinguntur. LXX. *διώρυγες πλατεῖς*. Saepe de canalibus Nili. Exod. VIII, 1: עַל הַנְּהָרֹת עַל הַיְאֹרִים וְעַל הָאֲגַמִּים. Nah. III, 8. Sq. genit. יְאֹרֵי מָצוֹר, מִצְרַיִם, quanquam hoc ad no. 2 referri possit. Semel transfertur b) ad *canales* s. *cuniculos*, quos metallici agunt. Iob. XXVIII, 10: בַּצּוּרוֹת יְאֹרִים בִּקֵּעַ *in rupibus cuniculos agit* metallicus. Solent enim Hebraei, quippe

vocabulis technicis in re metallica carentes, haec aliunde petita ad hanc rem transferre, cf. נַחַל de puteo Iob. l. c. comm. 4.

2) *fluvius*, κατ' ἐξοχὴν de fluvio Aegyptio s. *Nilo*. Plene dicitur יְאֹר מִצְרַיִם Am. VIII, 8. IX, 5 (ut aegypt. ΦΙΑΡΟ ΝΤΕ ΧΗΜΙ v. Champollion l'Égypte sous les Pharaons I, p. 138), sed saepius c. art. הַיְאֹר ὁ ποταμός, Gen. XLI, 1. 2. 3. 17. 18. Ex. II, 3. IV, 9. VII, 15. 18. 24. 25. 28. XVII, 5 (c. He loc. הַיְאֹרָה Ex. I, 22), c. praef. בַּיְאֹר Ex. VII, 18. 20. 21. VIII, 5. 7. Jes. XIX, 8. XXIII, 10, כַּיְאֹר sicut Nilus Jerem. XLVI, 7. 8. Am. IX, 5, semel כָּאֹר eiecto Jod Am. VIII, 8 (atque ita olim lectum est apud Sirac. XXIV, 27, ubi graecus interpres: ὁ ἀναπληρῶν ὡς Εὐφράτης σύνεσιν, καὶ ὡς Ἰορδάνης ἐν ἡμέραις θερισμοῦ. 27. ὁ ἐκφαίνων ὡς φῶς παιδείαν, ὡς Γηὼν ἐν ἡμέραις τρυγητοῦ: ubi pro ὡς φῶς כָּאֹר reddendum erat ὡς Νεῖλος), poët. etiam sine art. (ut אֱלֹהִים pro הָאֱלֹהִים) Jes. XIX, 7. XXIII, 3. Ez. XXIX, 9. Zach X, 11 (cf. ind. *Ganga* fluvius κατ' ἐξοχὴν de Gangete, aethiop. ተከዚ፡ fluvius et n. pr. fluvii Tacaze Lud. hist. aeth. 1, 8, nostr. *Rhenus*, quod in compluribus Helvetiae dialectis fluvium rivumque significat). De alio quodam flumine non reperitur nisi Dan. XII, 5: לִשְׂפַת הַיְאֹר, 6. 7: מִמַּעַל לְמֵימֵי הַיְאֹר, sed solet auctor libri Danielis orationis colorem ex Pentateuchi relationibus de rebus aegyptiacis repetere (cf. חַרְטֻמִּים). — Pl. יְאֹרֵי מִצְרַיִם Jes. VII, 18 et יְאֹרֵי מָצוֹר 2 Reg. XIX, 24. Jes. XIX, 6. XXXVII, 25 fluvii Aegypti i. e. brachia et canales Nili, c. suff. יְאֹרָיו, יְאֹרֶיךָ flumina eius, tua (Pharaonis) Ez. IX, 3. 4. 5. 10, יְאֹרֵיהֶם flumina eorum (Aegyptiorum) Ex. VII, 19. Ps. LXXVIII, 44. — In his quae nuper observavit Redslob (Archiv für Philol. und Pädagog. IV p. 131), ut vocabuli nostri originem aegyptiacam labefactaret atque hebraeam (a rad. אוֹר lucere, ut נָהָר a נָהַר luxit — sed nonne נָהָר flumen potius est a נהר no. I fluxit?) ei vindicaret, nil fere est, quod supra dictis non diluatur. Receperunt autem Hebraei hoc vc. appellativa *fluvii canalis*que significatione, quo factum est, ut Hebraeorum, non Aegyptiorum articulum (הַיְאֹר, non *Phior*) ei praefigerent. (In linguis cognatis vc. non reperitur excepta Nasoraeorum dialecto, in qua יאורא est *rivus*).

יָאַשׁ in Kal inusit. Arab. يَئِسَ Conj. I. VIII. X desperavit de aliqua re, sq. مِن Cor. 12, 80. 60, 13. Hamas. Schult. 602, v. 4. Lebid. 46. 49, cf. transpos. أَيِسَ desperavit vit. Salad. p. 1 lin. 12. 61. 62. Conj. II. IV desperare fecit vit. Salad. 56. a. Origo esse videtur in debilitate; unde etiam lenitatis et mollitiei potestatem habet إِيس (cf. חָדַל destitit, a خذل flaccidus, debilis fuit).

Niph. נוֹאַשׁ *destitit* ab aliquo, aliqua re, sq. מִן 1 Sam. XXVII, 1: וְנוֹאַשׁ מִמֶּנִּי שָׁאוּל לְבַקְשֵׁנִי עוֹד.

Part. נוֹאָשׁ *desperatus*, *qui de se desperavit*. Iob. VI, 26. Neutr. *desperatum est*. Jes. LVII, 10: לֹא אָמַרְתְּ נוֹאָשׁ non dicis, desperatum est i. e. spem abiicio, desisto a re. LXX. οὐκ εἶπας, παύσομαι. Alibi est obsequi nolentis: *frustra est*. Jer. II, 25: וַתֹּאמְרִי נוֹאָשׁ לוֹא *tu vero dicis: frustra est* (quod me mones), *minime, sed* cet. XVIII, 12.

Pi. inf. יַאֵשׁ *desperare fecit*. Eccl. II, 20: סַבּוֹתִי אֲנִי לְיַאֵשׁ אֶת־לִבִּי.

יֹאשִׁיָּהוּ, יֹאשִׁיָּה v. rad. אָשָׁה.

יָאתְרַי v. rad. אָתַר.

יָבָא, unde מוֹבָא i. q. מָבוֹא v. pag. 187.

יָבַב in Kal inusit. *Pi. vociferatus est*, *clamavit*. (Chald. יַבֵּב, syr. ܝܰܒܶܒ clamavit, iubilavit, it. buccinavit, in verss. Aramaeis respondet hebr. הֵרִיעַ, רִנֵּן; יַבָּבָא, ܝܰܒܳܒܳܐ iubilum, clamor, clangor tubae. Nasor. ܝܰܒܶܒ id. de iubilo eius qui praedam adoritur Cod. Nasor. II, 202 lin. 8, ubi copulatur cum hinnitu. Arabes pro eo frequentant vicinum أَبَّ de clamore eorum, qui hostem adoriuntur, sed a يبّ est يَبَابٌ i. q. خَرَابٌ desertum, quod a ferarum ululatu (cf. Deut. XXXII, 10) dictum existimat Willmetus, et recte quidem. Aethiop. ሮበበ፡ iubilavit, oravit, ይበቤ፡ iubilum, exultatio, Lud. p. 487. 488. Cf. vic. יָבַל no. II). Semel legitur de matre Siserae Iud. V, 28: *per fenestram prospectat* וַתְּיַבֵּב אֵם סִיסְרָא *et vociferatur mater Siserae*, quod alii (Schult. Lettius ad h. l.) de laetis vocibus mulieris intelligunt ob speratam victoriam superbientis, alii (Hollmannus, Rosenm.) de eiulatu et anxiis querelis matris, quae vitae et saluti filii timere coeperit. Nobis prius illud placet, tum propter Comm. 30., tum propter constantem verbi in reliquis linguis de laetis clamoribus usum. Vulg. *ululavit*, quod et ipsum de clamore triumphali dicitur Caes. b. gall. 5, 36. 7, 80. Liv. 31, 17, cf. הֵילִיל Hiph. no. 2. Syrus interpres retinet: ܝܰܒܶܒ, quod Arabs reddit: جَلَبَتْ clamavit.

יוֹבָב (i. q. يَبَاب desertum, v. ad rad.) n. pr. 1) regionis Arabum Joctanidarum, Gen. X, 29. 1 Par. I, 23. Vestigium eius fortasse est apud Ptolemaeum (VI, 7), qui ad mare Indicum iuxta Sachalitas habet Ἰωβαρῖται, quam scripturam Salmasius (ad Solin. p. 277) et Bochartus (Phaleg II, 29) mutant in Ἰωβαβῖται, cf. Ἰωβάβ in cod. — Holmes. — 2) regis Idumaeorum Gen. XXXVI, 33. 34. 1 Par. I, 44. 45. Cf. s. v. אִיּוֹב

p. 81 A. — 3) regis Cananaeorum Jos. XI, 1. — 4) 1 Par. VIII, 9. — 5) ibid. Comm. 18.

I. יָבַל in Kal inusit. 1) pr. *undavit*, *fluctuavit* aqua (nostr. *wallen*, germ. vet. sup. *wallôn*), inde *copiose et cum quodam impetu fluxit* (arab. وَبَلَ copiose fluxit, pluit, وَبْلٌ, وَابِلٌ imber). Hinc ducuntur יָבָל, יוּבַל, אוּבָל fluvius, בּוּל pro יְבוּל no. 1 pluvia, מַבּוּל diluvium. Secundarium est sanie *diffluxit*, unde יַבֶּלֶת.

2) poët. de hominibus: *ivit*, *incessit* (nostr. *wallen*, cf. gall. *aller*, quod eiusdem originis esse atque germ. *wallen* recte observat Adelungius IV p. 1366), maxime in populi undis fluctuantibus atque in pompa solemni, metaphora ab aqua petita. Unde

Hiph. הוֹבִיל poët. i. q. vulg. הֵבִיא 1) *duxit*, maxime in pompa. Ps. LX, 11: מִי יוֹבִלֵנִי עִיר מָצוֹר. CVIII, 11. Jer. XXXI, 9. Jes. XXIII, 7: יֹבִלוּהָ רַגְלֶיהָ מֵרָחוֹק. — 2) *tulit*, *attulit*, *obtulit*, velut munera. Ps. LXVIII, 30. LXXVI, 12. Zeph. III, 10. (Chald. הֵיבִיל, אוֹבִיל, syr. ܐܘܒܶܠ, sam. ... Pa. ܝܰܒܶܠ adduxit, attulit. Ethpa. pass.).

Hoph. 1) *ductus est*, max. in pompa. Ps. XLV, 15: לִרְקָמוֹת תּוּבַל לַמֶּלֶךְ *vestibus pictis ornata ducitur ad regem.* 16: תּוּבַלְנָה בִּשְׂמָחֹת וָגִיל. De pompa funebri Iob. X, 19: מִבֶּטֶן לַקֶּבֶר אוּבָל. XXI, 32 adeoque omisso לַקֶּבֶר de sepultura, comm. 30. De magna hominum vi Jes. LV, 12. Dicitur etiam de ove ad lanienam ducta (quod lento incessu fit) Jes. LIII, 7. Jer. XI, 19.

2) *ablatus est* Hos. X, 6. XII, 2, *oblatus est* (de muneribus) Jes. XVIII, 7.

יְבַל chald. Aph. הֵיבֵל i. q. hebr. Hiph. *attulit* Esr. V, 14. VI, 5.

יָבָל m. 1) *flumen*, *rivus*, v. rad. no. 1. יִבְלֵי מַיִם Jes. XXX, 25. XLIV, 4. — 2) *Jabal*, n. pr. viri, qui vitae pastoriciae auctor erat Gen. IV, 20.

יַבָּל fem. יַבֶּלֶת adj. *diffluens* sanie, ulceribus affectus, de pecore Lev. XXII, 22. (Arab. وَابِلَةٌ defluxus pilorum in ovibus et camelis). Vulg. *papulas habens* et ita in sermone talmudico Mischna Erubhin 10, §. 13. Gr. Venet. *φυματιῶν*. Minus bene LXX. *μυρμηκιῶν* i. e. verrucas habens, ut Saad. ذات ثآليل.

יוּבַל *fluvius*, *rivus*. Jer. XVII, 8: וְעַל יוּבַל יְשַׁלַּח שָׁרָשָׁיו *ad fluvium emittit radices suas.* Chald. bene: עַל נִגְרִין. Kimchi: פלג מים. Minus accurate LXX. Vulg. *ἰκμάς*, humor. — N. pr. יוּבָל vide sub no. II.

יְבוּל m. *proventus*, *ἐκφόριον* (a יבל Hi. i. q. הֵבִיא, ut תְּבוּאָה a בּוֹא. Plene יְבוּל הָאָרֶץ proventus terrae Deut. XXXII, 22. Iud. VI, 4, et saepe in hac formula. Lev. XXVI, 4: וְנָתְנָה הָאָרֶץ יְבוּלָהּ *et dabit terra proventum suum.* Comm. 20. Deut. XI, 17. Ps. LXVII, 7. LXXXV, 13. Ez. XXXIV, 27. Zach. VIII, 12. Hagg. I, 10. — Hab. III, 17: אֵין יְבוּל בַּגְּפָנִים. Ps. LXXVIII, 46: וַיִּתֵּן לֶחָסִיל יְבוּלָם. — De proventu domus i. e. de opibus in ea coacervatis Iob. XX, 28: יִגֶל יְבוּל בֵּיתוֹ *exsulat proventus domus eius.*

בּוּל (pro יְבוּל) 1) *pluvia*, *imber* (v. rad. no. I), inde *mensis pluviae*, octavus Hebraeorum mensis, a novilunio Novembris ad Decembris novilunium. 1 Reg. VI, 38: בְּיֶרַח בּוּל הוּא הַחֹדֶשׁ הַשְּׁמִינִי. Kimchi: ,, *hic est Marcheswan. Sunt qui dicant hunc mensem* בול *dictum esse ab inundatione, propter imbres copiosos, qui hoc mense descendunt.*" Certe magis placet hoc etymon, quam aliud a בָּלַל, quod habent Talmudici, Rosch haschana Cap. I. ירח בול שבו העלה נבל והארץ עשויה בולות בולות שבו בוללים לבהמה בתוך הבית i. e. *mensis Bul*, *ita dictus*, *quia in eo folia marcescunt*, *et terra abit in glebas*, *et quia in eo pecori pabulum praebent in domo.* Similiter Tanchum Hierosol. ms. ad Reg. l. c. בול هو מרחשון لانه اول نزول الامطار وبلّل الارض وتندى الهوى من يبس الخريف من בלולה בשמן i. e. בול *est Marcheswan*, *ita dictus quia primum in eo pluvia cadit et terra humectatur et aër fit uvidus post siccitatem auctumni*, *a rad.* בלל *madefecit* (*Lev. II*, 5). Quod Theod. Benfey (über die Monatsnamen einiger alten Völker p. 181) suspicatur, בול fortasse idem esse quod aram. בעל = בול, בְּעֵל (vide de usu Palmyrenorum p. 224), istumque mensem a cultu Beli ductum esse, ut alia mensium nomina ab idolorum cultu petita sunt, in medio relinquimus.

2) *proventus* i. q. יְבוּל. Iob. XL, 20: בּוּל הָרִים יִשְׂאוּ לוֹ *proventum montes ei ferunt.* Eadem significatio retinenda Jes. XLIV, 19: לְבוּל עֵץ אֶסְגּוֹד Vulg. *ante truncum ligni procidam?* Non male: sed pr. בּוּל עֵץ est *proventus arboris*, inde *lignum*, *truncus ligneus.* Chald. לְצִבְלֵי אִילָנָא *germinibus arboris.* ,, Fortasse legendum: לְצַבְלְבֵי אִילָנָא ramis arboris." Buxtorf. Minus huc pertinet, quod ed. 1 contuleram, talmud. בול gleba, frustulum, velut בולות בולות de glebis terrae, et בול של מלח portio salis (v. Buxtorf. p. 271), quippe quod ex graeco *βῶλος* ortum videatur.

אוּבָל vel אֻבָל, c. art. הָאֻבָל Dan. VIII, 3. 6 m. *fluvius* (cf. יָבָל et יוּבַל) cstr. אוּבַל ibid. 2: עַל אוּבַל אוּלָי *ad fluvium Eulaeum.* Plerique veteres in hoc vc. interpretando mire caecutierunt. Hebraeum *Ubal* retinent Aqu. Theod. Syr., *portam* reddunt LXX. (coll. chald. אֲבוּלָא porta), solus Symmachus propius ad verum accedit reddens V. 2: *super paludem Ulai.*

מַבּוּל (Jod radicali in sequentem litteram inserto) m. *diluvium*, ubique de diluvio Noachico Gen. VI, 17. VII, 6. 7. 10. IX, 11. 28. X, 1. 32, neque aliter Ps. XXIX, 10: יְהוָה לַמַּבּוּל יָשָׁב *Jehova sedebat ad diluvium* i. e. iudex sedebat hominibus (cf. Ps. IX, 5. 8. 9) tempore Noachi et diluvium mundo immisit, quibus

congruunt sequentia: וַיֵּשֶׁב יְהוָה מֶלֶךְ לְעוֹלָם *sedebitque Jova rex in aeternum.* (De Wettius ed. 1 interpretabatur: *Jehova sedet super diluvio* i. e. super Oceano coelesti, ut לַמַּבּוּל idem valeret, quod עַל מַיִם רַבִּים Comm. 3, quod tamen recte ab eo retractatum est, tum propter constantem vocis מַבּוּל usum, tum propter לְ particulam, quae pro עַל dici nequit). — LXX. κατακλυσμός. Vulg. *diluvium.* Onk. Syr. Arab. טוֹפָנָא, ܛܘܦܢܐ, طوفان: raro Aramaei formam hebraeam retinuerunt: מַבּוּלָא Hab. III, 5 Targ. et ܡܡܘܠܐ Ps. XXIX, 10 (ב in מ mutato).

תֵּבֵל (pro תִּיבֵל, inde utroque Zere impuro) fem. (Jes. XXIV, 4. XXXIV, 1. Iob. XXXIV, 14) vc. poët. 1) *terra fertilis* (v. rad. Hiph. cf. יְבוּל et בּוּל) *et habitata*, οἰκουμένη (ut LXX. reddunt 26 locis), *orbis habitatus.* Jes. XIV, 17: שָׂם תֵּבֵל כַּמִּדְבָּר. Iob. XVIII, 18: וּמִתֵּבֵל יְנִדֻּהוּ. Bis additur genit. תֵּבֵל אַרְצוֹ orbis terrarum eius (Dei) Prov. VIII, 31. Iob. XXXVII, 12, cf. אֶרֶץ וְתֵבֵל Ps. XC, 2. Saepe 2) *universum terrarum orbem* significat. Jes. XIV, 21. XXVII, 6. Ps. LXXVII, 19. XCVI, 10. מוֹסְדוֹת תֵּבֵל fundamenta orbis 2 Sam. XXII, 16. Ps. XVIII, 16, קְצֵה תֵבֵל finis s. terminus orbis Ps. XIX, 5, רֹאשׁ עַפְרוֹת תֵּבֵל prima gleba orbis Prov. VIII, 26, max. ubi terrae conditae mentio fit 1 Sam. II, 8: *fundamenta terrae* וַיָּשֶׁת עֲלֵיהֶם תֵּבֵל. XCIII, 1. XCVI, 10. Jer. X, 12. LI, 15. 1 Paralip. XVI, 30. Iob. XXXIV, 13, vel terrae ab hominibus habitatae Ps. XXIV, 1: תֵּבֵל וְיֹשְׁבֵי בָהּ. XXXIII, 8. LXXXIX, 12. Jes. XVIII, 3. XXVI, 9. 18. Thren. IV, 12. Nah. I. 5, inde meton. de *ipsis incolis.* Ps. IX, 9: יִשְׁפֹּט תֵּבֵל בְּצֶדֶק *iudicat orbem in iustitia.* XCVI, 13. XCVIII, 8. Hyperbolice dicitur de regno Babylonico (cf. orbis *Romanus*) Jes. XIII, 11, Israëlitico XXIV, 4 cf. XXVI, 9. 18. (Syr. scribitur ܬܒܝܠ, ܬܒܝܠ et ܬܐܒܝܠ, ܬܐܒܝܠ v. Barhebr. 177 lin. 8. Assem. bibl. 1, 361. Ephr. Opp. II, 11. 407. Knoes chrest. syr. p. 100 lin. 5, p. 108 lin. 3. Ut apud Hebraeos est gen. fem., de toto terrarum orbe dr. Assem. l. c.).

תּוּבַל et תּוּבַל־קַיִן v. suo loco.

II. יָבַל *iubilavit*, rad. onomatopoët. ut lat. *iubilum*, *iubilare* (quod rusticorum est, teste Varrone de ling. lat. 5, 7, de rudi militum clamore Ammian. 22, v. Boch. Hieroz. I, 427), in linguis germanicis suec. *jolen* (unde festum *Jul* dictum apud Scandinavios veteres), holl. *ioelen*, nostr. vulg. *iodeln*, in quibus cunctis syllabae *jobl*, *jodl*, *jôl* inest potestas *jo* clamandi, ut in germ. *jüchen*, *jauchzen*, quae nihil aliud sunt quam *clamare io*, *juch.* Sono et significatione finitima sunt haec onomatopoetica in linguis semiticis יָלַל, וَلْوَل, אָלַל, it. יָבַב, أبّ (ita ut יבל ex stirpibus יב et יל conflatum videatur), gr. ἀλαλάζειν, ὀλολύζειν, lat. *eiulare*, *ululare*, quae pleraque de clamore modo laetitiae modo doloris indice usurpantur. Inde ducendum censeo

יוֹבֵל pr. *iubilum*, *clamor laetus*, *clangor tubae*, *classicum*, ut syn. תְּרוּעָה. Hinc 1) קֶרֶן הַיּוֹבֵל cornu iubili i. e. quo classicum canitur Jos. VI, 5 et ellipt. יוֹבֵל Ex. XIX, 13, it. שׁוֹפַר יוֹבֵל *tuba iubili* i. q. שׁוֹפַר תְּרוּעָה (Lev. XXV, 9). nonnisi plur. שׁוֹפְרוֹת יוֹבְלִים Jos. VI, 6 cum. art. שׁוֹפְרוֹת הַיּוֹבְלִים VI, 4. 8. 13 *tubae iubili* (ad pluralem numerum etiam in nomine recto positum vide Gramm. hebr. §. 106, 3), nostr. *Lermtrompeten.* Inter קֶרֶן הַיֹּבֵל (Lermhorn) et שׁוֹפַר הַיֹּבֵל nihil discriminis interesse apparet ex Jos. VI, 4 coll. 5. 6. — בִּמְשֹׁךְ הַיֹּבֵל Ex. XIX, 13 et בִּמְשֹׁךְ בְּקֶרֶן הַיֹּבֵל Jos. VI, 5 *simulac classicum canitur*, quod alibi est תָּקַע בַּשּׁוֹפָרוֹת cf. Jos. VI, 4 coll. 5.

Etymon et propria significatio huius vocis diu latuerunt. Chaldaeus interpres et plerique Hebraei יוֹבֵל *arietem* esse credebant: ille enim Jos. VI, 5. 6 reddit: קרן דכרא et שופריא דקרן דכרא *cornu arietis, tubae cornu arietini*, et Talmudici volunt, Arabicam esse vocem, quod his verbis asserit R. Akiba, in Rosch haschana cap. 3 fol. 26 rect. כשהלכתי לערביא היו קורין לדכרא יובלא *quum ad Arabes profectus sum, arietem vocabant Jobela*, cf. Gem. Hieros. Berach. 13: sed lingua arabica nihil tale habet (nisi forte huc referes إبّالة *proles camelorum et ovium*, aut إبل quod *gregem camelorum* significat a Rabbino in hanc sententiam acceptum putabis). Recentioribus plerisque, ut Carpzov. antiqu. sacri cod. p. 449, Simoni, Rosenmüllero יוֹבֵל proprie est *quod procedit* (a rad. no. I), inde *sonus procedens* i. e. *longe productus et tardior* (ein gezogener, lange ausgehaltener Ton) coll. formula מְשֹׁךְ יוֹבֵל, vel *qui* aquae instar ex tuba *profluit* (Avenar.): sed neque *fluctuandi* potestas (quam in hac rad. primariam agnovimus) ad *sonum* protractum et tardiorem facile transfertur, neque haec ipsa soni tardioris significatio illis locis satis accommodata est, neque verbi מָשַׁךְ usus huic explicationi favet (v. hac rad.). Alias coniecturas dederunt Bochart. Hieroz. I, p. 425. 26. Fuller. Miscell. 4, 8. Carpzov. l. c. Proxime ad verum accedebat *Masii* sententia, quae etiam Bocharto non displicebat, hebr. יוֹבֵל eiusdem radicis esse censentis atque יָבַל et lat. *iubilum.* — Ex vett. intpp. Syr. ubique ܝܘܒܠܐ. Vulg. *buccina*, *buccina iubileorum*, vel *quarum usus in iubileis*, cf. no. 2.

2) שְׁנַת הַיּוֹבֵל Lev. XXV, 13. 15. 31. 40 et ellipt. יוֹבֵל ibid. comm. 28. 30. 33 (gen. comm., m. Num. XXXVI, 4, saepius fem. propter ellipsin vocis שָׁנָה Lev. XXV, 10) *annus iubili.* Vulg. *annus iubileus*, *annus iubilei* (Luth. Halljahr), ita dictus a *clangore tubarum* (no. 1), quo hic annus decimo septimi mensis die populo annunciabatur (Lev. XXV, 9). Erat is annus *quinquagesimus* (Lev. XXV, 10. 11 coll. Vers. 8. Joseph. Antiqu. 3, 12, non quadragesimus nonus, ut volebant Geonaei, Jos. Scaliger, Petavius al. v. Ideler Handb. der Chronologie I, 505 sqq.), quo ex lege mosaica latifundia vendita pristino possessori reddebantur, servi

manumittebantur, agri inculti iacebant. LXX. reddunt *ἄφεσις*, *ἔτος ἀφέσεως*. Syr. ܦܘܢܝܐ *reditus*, Targg. passim חירותא, خلاص remissio Arabs Sam. Saad. et Arabs Erp. اِطْلَاق *dimissio*, Aben Esra שלוח, et Josephus l. c. *ἰωβὴλ ἐλευθερίαν* significare docet: sed hi omnes rem magis expresserunt, quam verbum, neque facile dicas cum Mose Nachmanide, Jobel nuncupari in sacris: לא על התקיעה רק על הדרור. Nam יוֹבֵל reductionem ad pristinum possessorem significasse ex verbi יבל Hi. הוֹבִיל notione non facile elicias, quanquam ita fortasse senserunt Josephus atque Syrus, adstipulantibus Fullero (Miscell. IV, 8) al. A clangore tubarum dictum esse hunc annum, etiam Jarchii sententia est ad Lev. XXV, 10: יובל שמה על שם תקיעת שופר: licet ab ipso quoque *iubilo* (יוֹבֵל) s. *laeto* servorum cet. *clamore* dictus esse possit. Tubarum enim clangor, quo hic annus populo annunciabatur, nihil aliud quam publicae laetitiae interpres erat. Ceterum de anno iubileo v. I. Chr. Wagenseil de anno iubileo. Altorf 1700. 4. I. G. Carpzov l. c. I. Ode de anno hebr. iubileo, in Oelrichs collect. opuscc. hist. theol. argumenti II, 401 sqq. Meyer de tempp. et festis Hebraeorum 2, 18, in Ugolini thes. 1, p. 701 sqq. quibus nuper accessit Georg. Woldii de anno Hebraeorum iubilaeo commentatio. Gottingae 1837. 4.

יוּבָל n. pr. *Jubal*, filius Lamechi, rei musicae auctor Gen. IV, 21. Appellative *Jubal* nescio an *iubilum* significabat s. tubae aliorumque instrumentorum *clangorem* et strepitum, *musicam* (vid. יוֹבֵל), posteaque eius inventori tributum est. Quod praeterea coniectavit Buttmannus (in Mythologo I. 163 sq. 169), *Apollinis* nomen ex eodem fonte profectum esse, in medio relinquo. Aliud יוּבַל v. sub rad. יָבַל no. I.

יָבָם m. *levir*, mariti frater (LXX. *ἀδελφὸς τοῦ ἀνδρός*), cuius erat, fratris sine liberis defuncti uxorem ducere (Deut. XXV, 5—9). C. Suff. יְבָמָהּ, יְבָמִי Deut. l. c. Comm. 5. 7. Interpretes aramaei, ut Chald. Syr. Sam. hoc vc. utpote in his linguis usitatum retinuerunt, syr. ܝܒܡܐ, fem. ܝܒܡܬܐ, sam. ࠉࠁࠌࠄ, pro quo ࠉࠁࠌ Gen. XXXVIII, 8, exstant etiam nomina denominativa talmud. יִבּוּם, syr. ܝܘܒܡܐ matrimonium leviratus: sed etymon latet. Nam quod Simonis proposuit, יָבָם contractum esse ex יְאַבֵּם amore propensus, favens, a יָאַב cum Mem heemantico, non dignum erat, quod in ed. 4 repeteretur: neque multum tribuerim novis coniecturis, quas nuper in medium protulerunt Benaryus (de leviratu p. 6) et Redslobius (die Leviratsehe p. 16. 17). Illi enim יָבָם ortum videtur ex יָבְנָה, He apocopato et Nun in Mem mutato, ut significet *eum qui aedificat* (domum fratris): huic radix יבם finitima videtur voci בָּמָה tumulum significanti, ita ut יבם fortasse *graviditatis* vim habuerit, quae ad *affinitatis* significatum translata sit, coll. germ. *schwanger* et *Schwager*, *Schwäher*, quae vocabula simili modo inter se cognata sint (sed re vera non sunt, nam *Schwäher*, *Schwager*, *die Schwäger* [fem.] respondet sanscr. *çvaçuras*, gr. *ἑκυρός*, lat. *socer*, *socrus*, goth. *svaigra*, *svehur*, contra *schwanger* vet. germ. sup. *suangar* est a rad. *schwingen*, unde *Schwang*, *schwanken*, et a ventris gravidi motu fluctuante et vacillante repetitum). De eius sententia יָבָם pr. esset: *qui gravidam facit* (Schwängerer), יִבֵּם *gravidam facere*. Biesenthalio (in Lexid. hebr.) יבם (coll. יום) caloris, hinc *amoris* potestatem habuisse videtur, ut יָדִיד et alia nomina affines cognatosque significantia. Inde denom.

Pi. יִבֵּם pr. *levirum egit*, eius officio functus est, *fratris* igitur *mortui uxorem duxit* Deut. l. c. Comm. 5. 7. Gen. XXXVIII, 8. Cf. ad illustrandam Deuteronomii legem Mischna Jebamoth 3, 1. Ferd. Benary de Hebraeorum leviratu, Berol. 1835. 4. G. M. Redslob die Leviratsehe bei den Hebräern vom archäologischen und prakt. Standpunkte untersucht. Leipzig 1836. 8.

יְבָמֶת c. suff. יְבִמְתּוֹ, יְבִמְתֵּךְ f. *fratria*, fratris uxor Deut. XXV 7. 9, it. leviri uxor Ruth I, 15.

יַבְנְאֵל, יַבְנְיָה, יַבְנֶה v. rad. בָּנָה.

יְבוּס v. sub rad. בּוּס.

יָבַץ rad. inusit. Arab. وبص splenduit. Inde

תֵּבֵץ (splendor) n. pr. oppidi prope Sichemum Iud. IX, 50. 2 Sam. XI, 21. Teste Eusebio *Θήβης* est vicus in finibus Neapolis abeuntibus Scythopolim in tertio et decimo lapide.

יָבַק v. rad. בָּקַק.

יָבֵשׁ fut. יִיבַשׁ et יָבֵשׁ pl. יָבְשׁוּ inf. cstr. יְבֹשׁ Jes. XXVII, 11 et יְבֹשֶׁת Gen. VIII, 7

1) *exaruit, aridus fuit, factus est.* (Chald. יְבֵשׁ, syr. ܝܒܫ, arab. يبس, aethiop. የብሰ: id.). Plus est quam חָרֵב siccus factus est, q. v. Dicitur a) de rebus humidis, quae arescunt, ut de terra humida Gen. VIII, 14, de pane Jos. IX, 5. 12, de plantis, arboribus, gramine Jes. XV, 6. XIX. 7. XXVII, 11. XL, 7. 8. Joel I, 12. Jon. IV, 7. Ps. XC, 6. CXXIX, 6, de satis, arvis, silvis Jes. XXVII, 11. Jerem. XXIII, 10. Ezech. XVII, 9 sqq. Am. I, 2, de radice Hos. IX, 16. Iob. XVIII, 16; it. de ossibus medulla destitutis Ezech. XXXVII, 11, de manu torpente 1 Reg. XIII, 4. Zach. XI, 17 (cf. Marc. III, 1. Io. V, 3), hinc de vi vitali Ps. XXII, 16: יָבֵשׁ כַּחֶרֶשׂ כֹּחִי *exarescit testae instar robur meum*, cf. CII, 5. 12. b) de ipso humore, qui exarescendo consumitur, inde de fluviis,

rivis, mari 1 Reg. XVII, 7. Iob. XIV, 11. Joel I, 20. Jer. L, 38, de fonte Hos. XIII, 15.

2) i. q. בּוֹשׁ *pudore affectus est*, v. Hiph. no. 2, quam significationem huic radici non propriam, sed ex radice בּוֹשׁ adscitam putant. Sed utraque, arescendi et pudoris, potestas conciliari potest, si primariam radd. בּוֹשׁ et יָבֵשׁ vim in *albedine* et *pallescendo* (בּוֹשׁ vic. בּוּץ) fuisse sumimus. *Pallescere* enim tum hominis pudefacti est (v. Jes. XXIX, 22. Zeph. II, 1 cf. supra p. 407), tum rerum arescentium: atque duo illa synonyma, בּוֹשׁ et חָפֵר no. II, ita inter se differre videntur, ut prius pr. *pallescere*, posterius *erubescere* (vic. חָמַר) significet. Apud Arabes *pudoris* significatu habetur يَبَاس pudendum.

Pi. יִבֵּשׁ *arefecit*, ut surculum Iob. XV, 30, ossa Prov. XVII, 22, mare Nah. I, 4 (ubi וַיַּבְּשֵׁהוּ est pro וַיְיַבְּשֵׁהוּ).

Hiph. הוֹבִישׁ 1) *arefecit*, ut plantas, arbores Ezech. XVII, 24. XIX, 12. Jes. XLII, 15, flumina, mare Jos. II, 10. IV, 23. V, 1. Ps. LXXIV, 15. Jes. XLIV, 27. Jer. LI, 36. Zach. X, 11, it. intrans. more verborum, qui colores significant, v. ad Kal no. 2 (arab. Conj. IV) *aridus factus est*. Joel I, 10: הוֹבִישׁ תִּירוֹשׁ *arefactum est mustum* (versiegt ist der Most). Comm. 12: הַגֶּפֶן הוֹבִישָׁה *vitis arefacta est* (parall. אֻמְלָלָה). Comm. 17: הֹבִישׁ דָּגָן *arefactum est frumentum*. Metaph. Comm. 12: הֹבִישׁ שָׂשׂוֹן מִן־בְּנֵי אָדָם *exaruit gaudium* (instar fluvii rivive exstincti) i. e. periit *filiis hominum*, versiegt ist die Freude den Menschenkindern.

2) *pudore affecit* (v. Kal no. 2). 2 Sam. XIX, 6, saepius intrans. *pudefactus est*, *pudore affectus est* i. q. בּוֹשׁ (q. v.) max. de homine qui spe quadam excidit Joel I, 11 (quo loco in duplici verbi usu quasi lusus verborum inest). Jer. II, 26. VI. 15. VIII, 12. XLVI, 24. Zach. IX, 5, poët. de urbibus eversis Jer. XLVIII, 1. 20. L, 2, et *pudenda fecit* i. q. הֵבִישׁ turpiter se gessit Hos. II, 7.

יָבֵשׁ 1) fem. יְבֵשָׁה adj. *aridus* (syr. ܝܰܒܺܝܫܳܐ) Num. VI, 3 (opp. לַח recens), Iob. XIII, 25. Jes. LVI, 3. Ez. XVII, 24. XXI, 1. XXXVII, 2. 3. Nah. I, 10. — 2) n. pr. a) oppidi Gileaditarum, plene יָבֵשׁ גִּלְעָד Iudd. XXI, 8. 9. 10. 12. 14. 1 Par. X, 11, it. יָבֵישׁ גִּלְעָד 1 Sam. XI, 1. 9. XXXI, 11. 2 Sam. II, 4, יָבֵישׁ 1 Sam. XI, 1. 3. 5. 10, c. He parag. יָבֵשָׁה 1 Sam. XXXI, 12, יָבֵישָׁה 1 Par. X, 12, quod etiam retinetur post בְּ praef. בְּיָבֵשָׁה 1 Sam. XXXI, 13 (quod, utpote insolitum, 1 Par. X, 12 mutatum in בְּיָבֵשׁ), noctis itinere distans a Scythopoli (1 Sam. XXXI, 11), probabiliter ad fluvium, qui hodieque *Wady Yabes* appellatur (Burckhardti itin. pag. 451) et haud procul a Scythopoli (Baisan) in Jordanem influit. Ab eius incolis Saulus sepultus est (1 Sam. XXXI, 8 sqq. cf. 2 Sam. II, 4.). Eusebius testatur suo tempore fuisse vicum praegrandem in colle situm 6 mill. distantem a Pella versus Gerasam. LXX. Ἰαβίς, Ἰαβεῖς, Josephus Ἰάβισος Antiqq. 5, 2, 11, Ἰαβισσός (cf. Steph. Byz. v. Ἰαβίς) Antiquit. 6, 14 §. 8, ubi vide Havercampium.

יַבָּשׁ (forma intensiva) i. q. יָבֵשׁ tantum in fem. יַבָּשָׁה *aridum*, das Trockene, opp. humido, aquae. בַּיַּבָּשָׁה in arido, sicco pede Ex. XIV, 16. 22. 29. XV, 19. Jos. IV, 22. Neh. IX, 11. Inde pro *terra continente* opp. mari. Gen. I, 9. 10: וַיִּקְרָא אֱלֹהִים לַיַּבָּשָׁה אֶרֶץ Ex. IV, 9. Jon. I, 9: אֶת הַיָּם וְאֶת־הַיַּבָּשָׁה (cf. Matth. XXIII, 15: τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηράν). Comm. 13. II, 11. Ps. LXVI, 6. Jes. XLIV, 3. Cf. gr. ἡ ξηρά et τὸ ξηρόν Matth. l. c. Sir. XXXVII, 3. 1 Macc. VIII, 32. Vorstius de Hebraismis N. T. ed. Fischer cap. 2 §. 2. Syr. ܝܰܒܫܳܐ id. Barhebr. p. 406. Zab. ܡܝܒܫܬܐ id. Aeth. የብስ:).

יַבֶּשֶׁת f. id. Exod. IV, 9. Ps. XCV, 5.

יַבֶּשֶׁת emph. יַבֶּשְׁתָּא chald. id. Dan. II, 10.

יָגַב i. q. גּוּב secuit, spec. *aravit*. Part. plur. יֹגְבִים *aratores*, agricolae. 2 Reg. XXV, 12 Keri. Jer. LII, 16. Inde

יָגֵב m. pl. יְגֵבִים quod aratur, *ager*. Jer. XXXIX, 10.

יָגְבְּהָה v. rad. גָּבַהּ.

I. **יָגָה** doluit (vic. radici יָגַע), spec. animo, *moestus fuit*. Alii moestitiae potestatem ducere malunt ab הָגָה gemuit, sed hoc ipsum secundarium est. Apud Arabes وَجِيَ est laboravit ex ungula equus, doluit ungula, pr. ni fallor, percussus, caesus est, cf. وَجَأَ percussit, amputavit, castravit, it. sq. فِي frustra laboravit in aliqua re. Quibus inter se collatis credibile est, etiam hebraeam radicem pr. esse: *perculsum* esse, inde *animi profligati*, *demissi esse* (cf. נָכָא).

Pi. יִגָּה *moerore affecit*. Fut. וַיִּגֶּה pro וַיְיַגֶּה Thren. III, 33. Cf. similem formam in יִבֵּשׁ Pi.

Hiph. הוֹגָה *moerore affecit*, *afflixit* Iob. XIX, 2. Thren. I, 5. 12. III, 32. Jes. LI, 23. LXX. quater ταπεινόω, semel ἀδικέω.

Niph. נוּגָה (pro vulg. נוֹגָה). Part. pl. cstr. נוּגֵי Zeph. III, 18: נוּגֵי מִמּוֹעֵד *moesti* utpote prohibiti *a festis*. Ita certe Kimchi, neque male. Chaldaeus, Gemara babyl. Berachoth c. 4 fol. 28 et Jarchius נוּגֵי *remotos* interpretantur, a יָגָה no. II, quod contextui non minus accommodatum est. נוּגֵי מִמּוֹעֵד oppositi esse possint τοῖς בָּאֵי מוֹעֵד Thren. I, 4. Plur. fem. נוּגוֹת moestae Thren. I, 4.

יָגוֹן m. *moeror*, *moestitia*. Gen. XLII, 38: הוֹרַדְתֶּם אֶת שֵׂיבָתִי בְּיָגוֹן שְׁאֹלָה. XLIV, 31. Jes. XXXV, 10 et LI, 11: נָסוּ יָגוֹן וַאֲנָחָה. Ps. XIII, 3: יָגוֹן בִּלְבָבִי. Opp. שִׂמְחָה Esth. IX, 22. Jer. XXXI, 13. — Ps. XXXI, 11. CVII, 39. CXVI, 3. Jer. VIII, 18. XX, 18. XLV, 3. Ez.

XXIII, 33. LXX. novies ὀδύνη, alibi λύπη, πένθος, κόπος.

תּוּגָה f. id. Ps. CXIX, 28. Prov. XIV, 13. XVII, 21, *causa moeroris* Prov. X, 1.

II. יָגָה i. q. הָגָה no. II remotus est. Arab. وجى IV. i. q. أنتزع procul a se removit. Syr. ܐܰܘܓܺܝ expulit, eiecit, ܐܘܓܝܐ (num legendum ܐܘܓܝܐ?) expulsio, ܡܰܘܓܝܳܢܘܬܐ, ܡܰܘܓܝܳܢܘܬܐ id.

Hi. הוֹגָה *removit.* 2 Sam. XX, 13: כַּאֲשֶׁר הֹגָה מִן הַמְסִלָּה *postquam removit* eum *de via.* Comm. 12 de eadem re: וַיַּסֵּב אֶת־עֲמָשָׂא מִן הַמְסִלָּה הַשָּׂדֶה. Quum pronomen *cum* omissum sit et propterea verbum passivum exspectare possis, Buxtorfius (thes. gramm. p. 272) הֹגָה pro הֻגָּה dictum esse volebat, ut esset Py. a הָגָה no. II: in eandem sententiam statuere mallem הֹגָה esse formam passivam Ho. pro הוּגָה, הֻגָּה, ut הֹדַע pro הוּדַע Lev. IV, 23. 28. Sed veteres interpretes, ut Vulg. Chald. Syr., pronomen omissum addere non dubitarunt: et recte quidem.

יָגוּר n. pr. vide גּוּר.

יָגְלִי n. pr. vide גָּלָה.

יָגַן rad. inusit. Quae huc referunt, ut גַּת, גִּתִּית v. omnia sub rad. נָגַן.

יָגַע fut. יִיגַע pl. יִיגְעוּ, יְגָעוּ Jes. LXV, 23. Jer. LI, 58, in pausa יִגָעוּ Jes. XL, 30 1) *laboravit* maxime cum virium contentione et ad defatigationem usque. (Arab. وجع doluit, وَجَع dolor, quod a laborando profectum est, cf. עָצַב et יָגִיעַ no. 2. Vicinum est יָגָה). Constr. a) absol. Iob. IX, 29: לָמָּה־זֶּה הֶבֶל אִיגָע *quare tandem frustra laboro?* Jes. XLIX, 4: לְרִיק יָגַעְתִּי *frustra laboravi.* LXV, 23. — b) sq. לְ cum inf. Prov. XXIII, 4: אַל תִּיגַע לְהַעֲשִׁיר. — c) sq. בְּ rei, in qua laboramus et desudamus, cui operam navamus. Jos. XXIV, 13: אֶרֶץ אֲשֶׁר לֹא יָגַעְתָּ בָּהּ *terra, in qua* colenda *non laborasti.* Jes. LXII, 8: תִּירוֹשֵׁךְ אֲשֶׁר יָגַעַתְּ בּוֹ *mustum tuum, in quo* exarando, manu quaerendo *operam collocasti,* desudasti. XLIII, 22: *non me invocasti, Iacobe* כִּי יָגַעְתָּ בִּי *ita ut laborasses in me* i. e. me colendo multum operae dedisses (dass du dich um mich bemüht hättest). Hanc interpretationem flagitat usus verbi in Hiph. Comm. 23. 24. Non bene alii: *nam defatigatus es in me* sc. colendo h. e. taedet te mei, cf. no. 2. XLVII, 12. Semel in eandem sententiam sq. accus. ibid. 15: כֵּן הָיוּ לָךְ אֲשֶׁר יָגָעַתְּ *tales tibi erunt, in quibus* colendis *laborasti,* quos opibus et honoribus cumulasti (astrologi intelliguntur), cf. Comm. 12. — Hab. II, 13 et Jer. LI, 58 (sq. בְּדֵי v. p. 335).

2) *defatigatus, fessus est.* 2 Sam. XXIII, 10. Thren. V, 5. Jes. XL, 28. 30. 31. Sq. בְּ rei, qua quis fatigatur. Ps. VI, 7: יָגַעְתִּי בְּאַנְחָתִי *fessus sum suspiriis meis.* LXIX, 4. Jer. XLV, 3. Jes. LVII, 10.

Pi. יִגַּע *defatigavit* (aliquem) Jos. VII, 3. Eccl. X, 15.

Hiph הוֹגִיעַ *defatigavit* aliquem, *molestus fuit* alicui, sq. acc. pers. et בְּ rei. Jes. XLIII, 23: לֹא הוֹגַעְתִּיךָ בִּלְבוֹנָה *non fatigavi te thure,* quod a te flagitassem. Vers 24: הוֹגַעְתַּנִי בַּעֲוֹנֹתֶיךָ *tu defatigasti me peccatis tuis.* Mal. II, 17. — LXX. quater et decies κοπιάω.

יָגָע m. *labore partum, quaestus* Iob. XX, 18.

יָגֵעַ m. adj. verbale, *qui defatigatur, fatigatus, fessus* Deut. XXV, 18. 2 Sam. XVII, 2. Eccl. I, 8: כָּל־הַדְּבָרִים יְגֵעִים *omnia verba* (quibus illa enarrare velis) *fatigantur* i. e. fatigaretur, qui ista omnia verbis enarrare velit. Male Winerus, Knobelius al. active: *omnia verba fatigant,* fessas reddunt aures hominum: obstat enim tum usus formae יָגֵעַ, tum sequens oratio: לֹא יוּכַל אִישׁ לְדַבֵּר *nemo id eloqui potest.*

יָגִיעַ i. q. יָגֵעַ m. *fessus.* Iob. III, 17: יְגִיעֵי כֹחַ.

יְגִיעַ, ubi cstr. יְגִיעַ c. suff. יְגִיעוֹ, יְגִיעֲךָ 1) *labor,* maxime operosus. Gen. XXXI, 42: יְגִיעַ כַּפַּי *labor manuum mearum.* Inde *res labore parta, opus* Iob. X, 3: יְגִיעַ כַּפֶּיךָ *opus manuum tuarum* (intelligitur Iobus, opus Dei), saepius *quaestus, opes* labore partae. Jes. XLV, 14: יְגִיעַ מִצְרַיִם *quaestus Aegypti* (parall. סְחַר כּוּשׁ). LV, 2. Deut. XXVIII, 33. Jer. III, 24. XX, 5. Ez. XXIII, 29. Ps. CIX, 11. Neh. V, 13, maxime agro colendo partae, *fruges,* Ps. LXXVIII, 46. Iob. XXXIX, 11, ita יְגִיעַ כַּפַּיִם Ps. CXXVIII, 2. Hagg. I, 11: *immisi siccitatem ..... in homines et bestias* וְעַל כָּל־יְגִיעַ כַּפָּיִם *et in omnes res labore partas,* intelliguntur agri frugibus obsiti. — Plur. יְגִיעַי opes meae Hos. XII, 9.

2) labor cum dolore coniunctus, *dolor,* ut parturientium, ova parientium (v. rad. arab.). Iob. XXXIX, 16: לְרִיק יְגִיעָהּ *frustraneus est dolor eius* (struthionis feminae), frustra cum dolore ova peperit, nam mox conculcantur.

יְגִיעָה f. *defatigatio.* Eccl. XII, 12: יְגִיעַת בָּשָׂר.

יָגֹר nonnisi in praet. 2 et 1 pers. יָגֹרְתָּ, יָגֹרְתִּי i. q. גּוּר no. 3 (quod hoc significatu nonnisi in fut. usitatum est) *timuit, metuit.* Ponitur sqq. acc. Iob. III, 25: וַאֲשֶׁר יָגֹרְתִּי יָבֹא לִי *et quod timeo, mihi accidit.* IX, 28. Ps. CXIX, 39, sq. מִפְּנֵי Deut. IX, 19. XXVIII, 60. (Arab. وَجِرَ et r emollito in l وَجِلَ id.). Inde

יָגוֹר part. vel adj. verbale *metuens,* quo additis pronominibus personalibus verbum finitum circumscribunt. Jer. XXII, 25. XXXIX, 17 sq. מִפְּנֵי.

יְגַר chald. *acervus* s. *tumulus lapidum* Gen. XXXI, 47, ubi hebraeo גַּלְעֵד respondet aramaeum יְגַר שָׂהֲדוּתָא. Sic etiam in Targg. pl. יְגָרִין est pro hebr. גַּלִּים Iob. XV, 28. Hos. XII, 12. Jer. LI, 37, alibi pro עִיִּין Mich. III, 12, et in Pesch. ܝܓܪܐ, ܝܓܪܐ pro גַּל Jos. VII, 26. Jes. XXV, 2, עִי Mich. I, 6. Recte propterea vocem syriacam Isa bar Ali explicat تل حجارة بغير طين *tumulus lapidum absque luto*. Praeter Aramaeos hoc vocabulum habent Aethiopes: ወግር፡ acervus lapidum, ወገረ፡ lapidavit. Matth. XXI, 35. XXIII, 37. In lingua hebraea finitimum est אָגַר.

יְדָא chald. v. יְדָה.

I. יָדַד i. q. יָדָה *iecit, proiecit*, ut sortem. Plur. legitur יַדּוּ גוֹרָל Joel IV, 3. Obad. 11. Nah. III, 10.

II. יָדַד rad. in verbo inusit. i. q. דּוּד (q. v.) *amavit*. Arab. وَدَّ amavit, dilexit, وُدّ, وِدَاد, مَوَدَّة amor, amicitia, وَدُود, وَدِيد amans, amicus. Syr. ܝܕܝܕܐ dilectus, Ita hebr.

יָדִיד m. 1) *dilectus* et subst. *amicus*. Jes. V, 1. יְדִיד יְהוָה a Jehova dilectus Ps. CXXVII, 2, dicitur de Benjamino Deut. XXXIII, 12, de populo Israëlitico Jer. XI, 15, et plur. יְדִידֵי יְהוָה de Israëlitis Ps. LX, 7. CVIII, 7. — 2) *suavis, iucundus*. Ps. LXXXIV, 2: *quam iucundae sunt habitationes tuae!* Plur. fem. יְדִידוֹת pr. *iucunda, suavia* i. e. deliciae, suavitates. Ps. XLV, 1: שִׁיר יְדִידֹת *carmen deliciarum*, i. e. res suaves, iucundas continens, cf. דָּבָר טוֹב Comm. 2. Aqu. *ᾆσμα προςφιλίας* (cf. *προςφιλὲς μέλος* Theocr.). Linguae usus ferret etiam: *carmen dilectarum s. amicarum* i. e. de amicabus, quomodo vocari poterant regina cum sociis Comm. 10. 15, neque prorsus aliena fuerit a more Hebraeorum huiusmodi inscriptio (cf. Jes. XXI, 1. XXII, 1. Ps. XXII, 1): sed illud tamen magis placet.

יְדִידָה (dilecta, amica) n. pr. matris Josiae 2 Reg. XXII, 1.

יְדִידוּת f. *deliciae*. Jer. XII, 7: יְדִדוּת נַפְשִׁי.

יְדִידְיָהּ (amicus Jehovae) cognomen Salomoni recens nato a Nathano propheta datum 2 Sam. XII, 25.

יִדּוֹ (pro יְדוֹן ad amorem pertinens) n. pr. duorum virorum 1) 1 Par. XXVII, 21. 2) Esr. X, 42.

יַדַּי (id.) n. pr. viri Esr. X, 43 Chethibh.

מֵידָד (amor) n. pr. viri Num. XI, 26. 27.

יָדָה *iecit* i. q. יָדַד no. I, vic. est הָדָה. Aethiop. ወደየ፡ imposuit, iniecit, de liquidis: infudit, cf. ወደየ፡ immisit, inseruit. Imp. יְדוּ Jer. L, 14.

Pi. i. q. Kal, *proiecit*, ut lapides. Fut. וַיַּדּוּ pro וַיְיַדּוּ Thren. III, 53. Inf. יַדּוֹת Zach. II, 4.

Hiph. הוֹדָה fut. יוֹדֶה nonnunquam יְהוֹדֶה Ps. XXVIII, 7. XLV, 18. Neh. XI, 17 1) *professus est, confessus est*, nescio an pr. extensa manu *monstravit, indicavit*, a notione manus proiectae i. e. extensae (v. Kal, cf. שָׁלַח יָד et יָרָה Kal et Hiph. iecit, dein manu extensa monstravit). (Arab. وَدَى Conj. X. Syr. Aph. ܐܘܕܝ confessus est, et laudavit, illud sq. ܒ. Sam. ࠀࠅࠃࠀ id.). Constr. sq. acc. Prov. XXVIII, 13, et sq. עַל (de) Ps. XXXII, 5: אוֹדֶה עֲלֵי פְשָׁעַי לַיהוָה *confitebor peccata mea Jehovae*, nostr. ich will ein Bekenntniss ablegen über meine Sünden.

2) *gratias egit, laudavit, celebravit*, quandoquidem agnitionem beneficii facile sequitur gratiarum actio et beneficiorum celebratio. Ponitur sq. acc. Ps. XVIII, 50: אוֹדְךָ בַגּוֹיִם יְהוָה *celebrabo te in gentibus, Jehova*. CXXXVIII, 1: אוֹדְךָ בְכָל לִבִּי. XLIII, 4: אוֹדְךָ בְכִנּוֹר. VII, 18. XXX, 13. CIX, 30. CXVIII, 19. Gen. XXIX, 35. Jer. XXXIII, 11 et saepe, in recentioribus libris sq. לְ Ps. XCII, 2. C, 4. CVI, 1. CVII, 1. CXIX, 62. 1 Par. XVI, 7. 8. 34. 41. 2 Par. VII, 3. 6. XX, 21. Neh. XII, 46 al. et in hac formula הוֹדָה שֵׁם יי celebravit nomen Jehovae 1 Reg. VIII, 33. 35. Ps. LIV, 8, לְשֵׁם יי id. CVI, 47. CXXII, 4. 1 Par. XVI, 35 cf. Ps. XXX, 5. Raro absol. (Deum) celebrare. Neh. XII, 24. Copulatur cum synonymis הִלֵּל, הִזְכִּיר 2 Paralip. V, 13. XXXI, 2. Passim additur בְּ loci (Ps. XXXV, 18. LVII, 10), vel instrumenti (Ps. XXXIII, 2. LXXI, 22) v. exempla supra descripta. Omnibus, quos citavimus, locis refertur ad laudationem Dei, raro hominum Gen. XLIX, 8 cf. Iob. XL, 14. LXX. etiam hac significatione plerumque reddunt *ἐξομολογέομαι*, quod in Bibliis graecis laudandi potestatem nactum est.

Hithpa. הִתְוַדָּה (assumto Vav pro Jod) i. q. Hiph. 1) *confessus est* pr. *de se* confessus est, se ipsum reum indicavit. (Aethiop. አስተዋደየ፡ accusavit, crimini dedit, pr., ni fallor, *obiecit*, nostr. vorwerfen, a iaciendi potestate. ወየደት፡ accusatio, Vorwurf. Chald. יְדָה confessus est, rabbin. וַדַּי confessum, certum, וִדּוּי confessio). Dan. IX, 4, sq. acc. rei Lev. V, 5. XVI, 21. XXVI, 40, עַל rei Neh. I, 6. IX, 2. — 2) *laudavit, celebravit*, sq. לְ 2 Par. XXX, 22.

Nomina huius radicis derivata, quorum permulta sunt, proficiscuntur vel a primaria *iaciendi* (fort. extendendi) potestate, ut יָד manus fort. דּוֹת p. 332, דָּת lex p. 358. 359; vel a laudando, ut הֻיְּדוֹת, תּוֹדָה et n. pr. הוֹדַוְיָה; vel denique denominativa sunt a יְהוּדָה, ut יְהוּדִי, יְהוּדִית, הִתְיַהֵד.

יְדָא chald. i. q. hebr. *iecit*. Ita in Targg.

Aph. i. q. hebr. no. 2. *laudavit* (Deum), *gratias egit*. Part. מְהוֹדֵא Dan. II, 23, contr. מוֹדֵא VI, 11. (In Targg. confessus est, gratias egit, laudavit. Syr. ܐܘܕܝ id.).

יָד cstr. יַד c. suff. יָדִי, יָדוֹ, יָדְךָ, sed יֶדְכֶם Gen. IX, 2. Ex. XXXII, 29, יֶדְכֶן Ez. XIII, 21. 23 (pro יְדֵכֶן, יְדֵכֶם), dual. יָדַיִם, perraro יָדֵי Ez. XIII, 18 (v. Lgb. p. 537. Ewaldi gr. min. §. 359) cstr. יְדֵי plur. יָדוֹת cstr. יְדוֹת (v. no. 2. 5. 7) fem. (cum masc. copulatur in Duali Ex. XVII, 12. praeterea Lev. XXV, 28. Deut. XIX, 5 in cod. Sam., ubi scriptura vulgaris habet fem.; ad Ez. II, 9: יָד שְׁלוּחָה — בּוֹ cf. Gramm. §. 144, not.).

1) *manus*, eaque proprie extensa (quo differt a כַּף manu cava et clausa), ab extendendo dicta (v. rad., max. Hiph. no. 1), ut זְרוֹעַ brachium et זֶרֶת spithama ab expandendo (v. זָרָה, זָרַע), et goth. *hand-us* i. e. manus a pre*hend*endo. (Arab. يَدٌ id., chald. יַד, יְדָא, אִידָא, syr. ܐܝܕܐ ,ܝܕ, unde sam. ᵂᵂ et ᵂᵂ, quod lege *id*, et aethiop. እድ). Proprie et ferme ubique de manu hominis, semel de pedibus stellionis, ut qui manibus humanis similes sunt Prov. XXX, 28. — Iudd. V, 26, ubi opponitur יָמִין est: (alia) manus i. e. sinistra, aliter Jes. XLVIII, 13, ubi יָד et יָמִין in parallelismo iunctae sunt. — Potiores locutiones, quibus propria manus significatio servata est, sunt:

a) יָדִי עִם, אֶת־פ׳ *manus mea* est *cum aliquo* i. e. ei opem fero, a partibus eius sto. 1 Sam. XXII, 17. 2 Sam. III, 12. 2 Reg. XV, 19.

b) יָדִי הָיְתָה בִּפ׳ *manus mea est in aliquem* i. e. contra eum (Gen. XVI, 12), ei vim et iniuriam infero. Gen. XXXVII, 27. 1 Sam. XVIII, 17. 21. XXIV, 13. 14. Jos. II, 19. Sic יַד יְיָ הָיְתָה בְּ de manu Dei puniente et affligente Ex. IX, 3. Deut. II, 15. Iud. II. 15. 1 Sam. VII, 13. XII, 15, raro (in bonam partem) opem ferente, favente 2 Par. XXX, 12. Esr. IX, 2; ad vitandam huius formulae mediae ambiguitatem additur לְרָעָה Iud. II, 15. Tantum in malam partem usurpatae sunt formulae: נָתַן יָדוֹ בְּ (de Deo) Ex. VII, 4, et יָצְאָה יַד יְיָ בְּ Ruth I, 13, in bonam dictum est Jes. XXV, 10: תָּנוּחַ יַד יְיָ בָּהָר הַזֶּה *quiescet manus Jovae super hoc monte.*

c) Itidem in utramque partem (sed saepius tamen in bonam) utuntur hac formula: הָיְתָה יַד יְיָ עַל פ׳ *manus Dei est super aliquo*, scil. opem latura. Esr. VII, 6: כְּיַד יְיָ אֱלֹהָיו עָלָיו *quum manus Jehovae, dei eius, super eo esset.* Comm. 28. VIII, 18. 31. Bis diserte dicitur יַד אֱלֹהִים הַטּוֹבָה Esr. VII, 9 Neh. II, 8, vel additur לְטוֹבָה Esr. VIII, 22. In bonam partem porro dictum est Jes. I, 25: אָשִׁיבָה יָדִי עָלַיִךְ, sed in malam Am. I, 8: הֲשִׁיבוֹתִי יָדִי עַל עֶקְרוֹן *convertam manum meam contra Accaronem*, et sic sq. אֶל (pro עַל) Ez. XIII, 9, et in N. T. Act. XIII, 11: χεὶρ Κυρίου ἐπὶ σε, καὶ ἔσῃ τυφλὸς κ. τ. λ.

d) Formulâ: *manus Dei est super* (עַל) *aliquo* praeterea utuntur in hanc sententiam, *spiritu divino agitari coepit* vates, quandoquidem manu imposita spiritus divinus cum hominibus communicatur. Ez. I, 3. III, 14. 22. XXXVII, 1. 2 Reg. III, 15, sq. אֶל (pro עַל) 1 Reg. XVIII, 46. Idem est חָזְקָה יַד יְיָ עַל Ez. III, 14 (cf. Jes. VIII, 11) et נָפְלָה יַד יְיָ עַל Ez. VIII, 1 coll. XI, 5, ubi pro יַד est רוּחַ. Ex his intelligis, quid sit Jer. XV, 17: מִפְּנֵי יָדְךָ *propter manum tuam* i. e. propter spiritum tuum, qui me agitat. Jarchi: מפני נבואה הבאה לי מאתך *propter prophetiam, quae mihi venit a te.*

e) נָתַן יָד *manum dedit*, est fidem dantis 2 Reg. X, 15. Esr. X, 19 (cf. يَدٌ quod apud Lexicographos arabicos inter alia: fideiussio in pignore, subiectio, deditio explicatur), spec. victi victori manus victas dantis (cf. manus dare, manus dedere Nep. Hamilc. 1. Plaut. Pers. 5, 2, 72. Ovid. Fast. 3, 688. Heroid. 4, 4) Ezech. XVII, 18. Jer. L, 15. Thren. V, 6. 2 Par. XXX, 8: תְּנוּ יָד לַיהוָה *fidem date Jehovae.* Diversum est נָתַן יָד תַּחַת פ׳ subiecit se alicui 1 Par. XXIX, 24.

f) *Manus* nonnunquam dicitur *α*) de *manu Dei* (ut שֵׁם יְהוָה, רוּחַ יְיָ pro הַשֵּׁם pro הָרוּחַ). Sic Jes. VIII, 11: בְּחֶזְקַת הַיָּד pro בְּחֶזְקַת יַד יְהוָה (vide litt. d et חֶזְקָה) *in impetu manus divinae.* Sine art. *β*) de *manu* (i. e. ope) *humana* opp. vi divinae. לֹא בְיָד Iob. XXXIV, 20 et בְּאֶפֶס יָד Dan. VIII, 25 sine vi humana (ohne Menschenhand, ohne menschliches Zuthun), sola Dei potentia, chald. לָא בִידַיִן Dan. II, 34. Cf. Thren. IV, 6: לֹא חָלוּ בָהּ יָדַיִם *non immissae sunt manus* (humanae), sine manuum humanarum ope.

g) *Manus Dei* est *α*) divina agendi ratio, das *Hand*eln Gottes (i. q. דֶּרֶךְ יְהוָה der *Wandel* Gottes). Iob. XXVII, 11: אוֹרֶה אֶתְכֶם בְּיַד אֵל *instituam vos de manu Dei,* de divina agendi ratione, docebo vos, quomodo Deus agere soleat. *β*) *potestas* (cf. no. 3) et *tutela* Dei. Hinc בְּיַד יְהוָה est: in potestate Dei Ps. XXXI, 16. XCV, 4. Prov. XXI, 1, in tutela Dei Jes. LXII, 3.

h) יָד לְיָד *manu in manum* (von Hand zu Hand) i. e. per omnes generationes et aetates, et cum negandi particula: *nunquam.* Prov. XI, 21: יָד לְיָד לֹא יִנָּקֶה רָע *per omnes generationes impunis non erit malus.* XVI, 5. (Similiter Persae utuntur formula دست بدست Schultens. animadvv. ad h. l. et syr. ܐܝܕܐ ܒܐܝܕܐ est sigillatim, unus post alium. Eodem pertinet, quod Arabes يد *successionem* interpretantur).

i) יָד לְפֶה *manus ad os* Prov. XXX, 32 i. e. tace, sile (cf. Iob. XXI, 5. XXIX, 9. XXXIX, 34. Mich. VII, 16). Pers. دست بر دهن.

k) שׂוּם יָד עַל רֹאשׁ 2 Sam. XIII, 19 nostr. die Hände über dem Kopf zusammenschlagen, gestus graviter lugentis, cf. Jer. II, 37.

Alias locutiones v. sub verbis נָשָׂא, נָטָה, מָצָא, מִלֵּא, חָזַק, רָם, שָׁלַח, חָנַן, תָּקַע, רָפָה cet., et adiectivis חָזָק, רָם.

Cum praepositt. ita, ut nonnunquam propria vis nominis pereat:

aa) בְּיָדִי *α*) *in manu mea*, saepe pro *mecum*, post verba ferendi, ducendi, ut *secum ferre.* 1 Sam. XIV, 34: וַיַּגִּשׁוּ כָל הָעָם אִישׁ שׁוֹרוֹ בְיָדוֹ *et secum ducebat universus populus quisque taurum suum.* Jer. XXXVIII, 10: קַח בְּיָדְךָ מִזֶּה שְׁלֹשִׁים אֲנָשִׁים *tecum abducas hinc triginta viros.*

Gen. XXXII, 14. XXXV, 4. Num. XXXI, 49. Deut. XXXIII, 3. 1 Sam. XVI, 2. 1 Reg. X, 29. Quae *mecum* duco, fero, ea possideo: propterea refertur ad possessionem, ut אֵת, עִם, lat. *penes*. Eccl. V, 13: *gignit filium* וְאֵין בְּיָדוֹ מְאוּמָה *isque nihil habet* (cf. nostr. etwas in der Hand haben, et hebr. יְדֵי מָצְאָה דָּבָר s. v. מָצָא). Chald. Esr. VII, 25: *sapientia dei tui, quae in manu tua* i. e. qua polles. Aliquid *secum ferre* dicitur etiam pro: *mente agitare, volutare*. 1 Sam. XXIV, 12: אֵין בְּיָדִי רָעָה *nil mali mecum fero*, molior. — β) *in manum meam* i. e. in potestatem meam, post verba tradendi Gen. IX, 2. XIV, 20. Ex. IV, 21. 2 Sam. XVIII, 2. Iob. VIII, 4. Iud. XV, 18. Inde צֹאן יָדוֹ grex in manum eius traditus Ps. XCV, 7, et eodem referenda sunt verba vulgo male intellecta Jes. XX, 2: *dixit Dominus* בְּיַד יְשַׁעְיָהוּ LXX. πρὸς Ἡσαΐαν, videl. revelationem ei tradens. Saad. لِيشعيه. Simillima ratio in Carm. sam. 1, 11: ≈ *super manum Mosis revelasti* i. e. revelationem ei tradidisti. (Quum בְּיַד saepe sit: *per manum*, litt. γ, Hitzigius id etiam h. l. retinendum putat, ista *per* Jesaiam dicta etiam *ad eum* directa, hoc posterius autem omissum esse observans. Sed cave credas, id in quo caput rei versabatur (*ad* quem) a scriptore sacro omissum, id quod nunc quidem nullius momenti erat (*per* quem) verbis expressum esse). — γ) *per manum meam*, saepe pro *per me, me mediante*. (Syr. ܒܝܕ, aethiop. በእደ: per, v. Lud. Lex. p. 376. 377). Num. XV, 23: *quaecunque Deus vos iussit* בְּיַד מֹשֶׁה *per Mosen*. 2 Par. XXIX, 25. 1 Reg. XII, 15. Jer. XXXVII, 2 cet. Saepe post verba mittendi 1 Reg. II, 25: *et misit rex Salomo* בְּיַד בְּנָיָהוּ. Ex. IV, 13. Prov. XXVI, 6. 1 Sam. XVI, 20. 2 Sam. XII, 25, cf. Act. XI, 30. XV, 23. — δ) *ad manum meam* i. e. *ante me, in conspectu meo* i. q. לִפְנֵי. (Hoc sensu Arabes frequentant بين يديه inter manus alicuius v. Cor. 2, 256. 3, 2. 20, 109. Schult. Opp. min. p. 29. 30, ad Iob. p. 391, Graeci ἐν χερσίν Apollon. Rhod. 1, 1113, cf. πρὸ χειρῶν nostr. *vorhanden*, διὰ χειρῶν ἔχειν, lat. hostes sunt *in manibus* i. e. in conspectu Caes. bell. gall. 2, 19. Sallust. Iug. 94. Virg. Aen. 11, 311: ante oculos *interque manus* sunt omnia vestras, i. e. πρόχειρά ἐστι). 1 Sam. XXI, 14: *dementem se simulabat* בְּיָדָם *in conspectu eorum*. Iob. XV, 23: *novit* כִּי נָכוֹן בְּיָדוֹ יוֹם חֹשֶׁךְ *ei instare diem tenebricosum*.

bb) בֵּין יָדַיִם *inter manus*, in pectore, corpore anteriore. Zach. XIII, 6. Cf. בֵּין עֵינַיִם in fronte.

cc) כְּיַד *pro manu*, in formula כְּיַד הַמֶּלֶךְ pro manu regis 1 Reg. X, 13. Esth. I, 7. II, 18 i. e. pro liberalitate regia. Vulg. Esth. 1 ut magnificentia regia dignum erat, cap. 2: iuxta magnificentiam principalem. Significatur manus regis liberalis, aperta. Minus apte alii: *pro potentia regis*, nam non *vis* et *robur* eius in his spectabatur, sed *liberalitas*, munificentia.

dd) מִיַּד פ׳ *e manu* i. e. potestate *alic.*, frequentatur post verba poscendi Gen. IX, 5. XXXI, 39. Jes. I, 12, accipiendi Gen. XXXIII, 19. Num. V, 25, liberandi Gen. XXXII, 12. Ex. XVIII, 9. Num. XXXV, 25, unde dr. e manu leonis et ursi 1 Sam. XVII, 37, canum Ps. XXII, 21, gladii Iob. V, 20, orci Ps. XLIX, 16. LXXXIX, 49, flammae Jes. XLVII, 14.

ee) עַל יְדֵי פ׳, עַל יַד פ׳ α) *super manum, manus* alic., post verba tradendi, mandandi Gen. XLII, 37. 1 Sam. XVII, 22: וַיִּטֹּשׁ דָּוִד אֶת־הַכֵּלִים מֵעָלָיו עַל יַד שׁוֹמֵר הַכֵּלִים *et reliquit Davides vasa a se deposita sub manu custodis sarcinarum*. Iob. XVI, 11: עַל יְדֵי רְשָׁעִים יִרְטֵנִי *in manus impiorum coniecit me*. 2 Reg. X, 24. XII, 12. XXII, 5. 9. Esr. I, 8. Sic: tradere עַל יְדֵי חֶרֶב in manus gladii Ps. LXIII, 11. Jer. XVIII, 21. Sed in eandem sententiam etiam dr. יְדֵי פ׳, תַּחַת יַד sub manus alic. Gen. XVI, 9. XLI, 35. Jes. III, 6. (Cf. Barhebr. p. 479). — β) עַל יְדֵי *ad manus alic.* i. e. *manu ducente* aliquo, s. *ductu, sub auspiciis* eius (an der Hand jemandes). 1 Par. XXV, 3: עַל יְדֵי אֲבִיהֶם *sub ductu s. auspiciis patris eorum*. Comm. 2. 6. VII, 29. Etiam de absente et mortuo, quem ducem sequuntur posteri. 2 Par. XXIII, 18: עַל יְדֵי דָוִיד *duce Davide*, i. e. secundum Davidem, ex instituto Davidis. Esr. III, 10. De rebus 2 Par. XXIX, 27: *coepit cantus cum tubis* עַל יְדֵי כְּלֵי דָוִיד *ad organa* (musica) *Davidis* i. e. sequebatur cantus modos instrumentorum musicorum Davidis, Cf. de hoc idiomate Lud. de Dieu ad Jer. V, 31, Criticae sacrae p. 240. (Arab. عَلَى يَدِهِ, عَلَى يَدَيْهِ sub auspiciis, cura eius, quae formula in numis arabicis de eo frequentatur, qui numos cudi iussit, v. Fraehn recensio numm. T. I, p. 30. 33. 93. 96. 104—108. 581 sqq.) Vide etiam sub no. 5.

ff) לְיַד v. no. 1, litt. g, et no. 5.

Dual. יָדַיִם *utraque manus* corporis humani, etiam pro plurali Iob. IV, 3. Prov. VI, 17. Jes. XIII, 7 et saepe.

2) Plur. יָדוֹת *manus artefactae*, etiam *de rebus, quae manuum speciem referunt*, a) *cardines* asserum (Zapfen) Exod. XXVI, 17. 19. XXXVI, 22. 24. b) *axes* rotae 1 Reg. VII, 32. 33. De discrimine inter dualem et pluralem fem. in substantivis membra designantibus v. Lgb. 540. (Arab. يَدٌ manubrium, ut molae, securis, syr. plur. ܐܝܕܗܬܐ *idahotho* (non ܐܝܕ̈ܗܬܐ *ijadhotho* ut ap. Castell.) manubria, cardines. Apud Persas دست est manus, دسته manubrium; ut چشم oculus, چشمه fons; گوش auris, گوشه angulus; تخم semen pr. dictum, تخمه trop. pro gente. De simili usu Feminini in lingua veteris Britanniae v. Ephem. lit. Ienens. 1809 no. 119). Cf. כַּפּוֹת.

3) Quum manus sedes sit roboris, metaph. *potestas, robur* (ita quidem ut propria vc. vis plerumque pereat, cf. supra 1, dd). בְּיַד cum vi, robore. Jes. XXVIII, 2. Ps. LXXVI, 6: *cunctique viri fortes non inveniebant* יְדֵיהֶם *manus suas* i. e. robore se destitutos videbant. (Cf. in vita Tim. I, 44: صادفوا يدهم والحصير *invenerunt manum*

suam et latus i. e. promtam habuerunt omnem vim). De uno egregio facinore Ex. XIV, 31 (cf. *manus* Virg. Aen. 6, 688). Spec. *praesidium, auxilium* Deut. XXXII, 36: אָזְלַת יָד *evanuit auxilium.* (Sic arab. يد الصبا vis Euri Ibn Doreid 119, لا يد لك ب nihil vales in ea re, مد يده اليه manum ei praebuit i. e. opem tulit vit. Tim. II, 570 Mang. cf. lat. *manum dare*, syr. ܐܝܕܐ ܕܪܗܘܡܝܐ potestas Romanorum Assem. bibl. I, p. 388 not., pers. دست potentia). De *manu brevi* et *longa* v. sub verbo קָצַר.

4) Manu verberant, hinc *plaga.* (Cf. lat. *manus* pro ictu, in re gladiatoria). Iob. XX, 22: כָּל־יַד עָמֵל תְּבֹאֶנּוּ *omnis plaga aerumnosi invadit eum*, quaecunque aerumnosos invadere solet. XXIII, 2: יָדִי כָּבְדָה עַל אַנְחָתִי *plaga mea* (calamitas mea) *gravior est quam suspirium meum.*

5) *latus*, pr. de utroque latere hominis, ubi sunt manus et brachia (cf. lat. ad dextram, sinistram manum, ad hanc manum Terent. Ad. 4, 2, 31, germ. *rechter Hand*, gr. *ποτέρας τῆς χειρός;* Eurip. Cycl. 675. Syr. Thren. II, 3: *flamma quae vorat* ܠܐܝܕܝܗ *ad latera sua* pro hebr. סָבִיב. Etiam sin. *scheu* est *manus* et *latus*). Hinc Dual. יָדַיִם pr. utrumque latus, maxime in formula רְחַב יָדַיִם *latus* (a, um) *utrinque* i. e. longus et latus, late patens Gen. XXXIV, 21. Ps. CIV, 25. Jes. XXXIII, 21 cet. In Sing. de latere i. e. *ripa* fluvii Ex. II, 5. Deut. II, 37 (syr. ܐܝܕ ܝܡܐ littus i. q. ساحل البحر Novar.). Cum Praepositt. לְיַד 1 Sam. XIX, 3. 1 Paral. XVIII, 17. XXIII, 28. Prov. VIII, 3 (sam. ללד tritum pro אֶל, pr. ad latus, versus regionem alic. rei). בְּעַד יַד 1 Sam. IV, 18, אֶל יַד 2 Sam. XIV, 30. XVIII, 4, עַל יַד Jos. XV, 46. 2 Sam. XV. 2. 2 Paralip. XVII, 15. XXXI, 15. Iob. I, 14. Neh. III, 2 sq., עַל יְדֵי Num. XXXIV, 3. Iud. XI, 26 *ad latus, iuxta* (syr. ܠܝܕ iuxta). 1 Par. VI, 16: אֲשֶׁר הֶעֱמִיד דָּוִיד עַל יְדֵי שִׁיר בֵּית יְהוָֹה *quos constituit Davides apud cantum templi*, plane ut nostrum: er stellte ihn an bey dem Gesange. Plura de particula עַל יְדֵי vide no. 1, ee. — E cod. Samaritano huc pertinet peculiaris scriptura loci Deut. XXXIII, 12: יד יד יהוה ישכן, quam ita reddit interpres Chald. Sam.: ללד ללד [Samaritan] *ad latus, latus Jehovae habitat.* Vide Comment. de Pent. Sam. p. 60. Plur. יָדוֹת latera a) solii regii, *brachia* dicas, *fulcra lateralia* 1 Reg. X, 19. b) *prominentiae laterales* basium ibid. VII, 35. 36.

6) *locus* Deut. XXIII, 13. Num. II, 17: אִישׁ עַל יָדוֹ *quisque suo loco.* Jer. VI, 3. Jes. LVI, 5 (cf. no. 8). LVII, 8: יָד חָזִית *locum eligis* tibi. Ez. XXI, 24. Dual. id. Jos. VIII, 20: לֹא הָיָה בָהֶם יָדַיִם לָנוּס *non erat iis locus ad fugiendum.*

7) *pars* (fort. pr. manipulus, pars rei capienda inter dividendum. Aeth. እድ: manus et *pars*. Sam. [Samaritan] pars, pr. manus). Dan. XII, 7. Plur. יָדוֹת 2 Reg. XI, 7: וּשְׁתֵּי הַיָּדוֹת בָּכֶם *et duae partes vestrum*, opp. tertia pars. Gen. XLVI, 24: אַרְבַּע הַיָּדוֹת *quattuor partes*, opp. חֲמִישִׁית quinta pars. Neh. XI, 1. (Cf. פֶּה. (Cf. syr. ܬܪܬܝܢ ܡܢܘܬܐ *duae tertiae partes*, 2/3, Assem. bibl. II, 12, ubi male redditur: dimidia pars). Etiam hoc contextu Dan. I, 20: *et invenit eos* עֶשֶׂר יָדוֹת עַל כָּל־הַחַרְטֻמִּים *decem partibus* i. e. decies *sapientiores omnibus magis.* Gen. XLIII, 34. 2 Sam. XIX, 44. (Cf. itidem syr. ܡܢܘܬܐ pro: vicis una, ut ܡܢܘܬܐ ܐܚܪܬܐ alia vice, *ἔτι ἅπαξ* 2 Macc. III, 37).

8) *monumentum* i. q. שֵׁם victoriae 1 Sam. XV, 12, sepulcrale 2 Sam. XVIII, 18. Jes. LVI, 5: *dabo iis in moenibus meis* יָד וָשֵׁם *monumentum* (l. portionem) *et nomen.* Quum in cippis nonnullis sepulcralibus in ruinis veteris Carthaginis repertis (vide Gesenii Monumm. Phoenicia, tab. 16. 17, et p. 174) *manus elata* compareat, hoc cipporum emblema isti Hebraeorum usui, quo monumentum *manum* appellant, utcunque cognatum putes, atque Hamakerus (diatribe de monumm. Pun. p. 20) observat, manum illis cippis non aliam ob causam insculptam esse, quam ut, lapides istos monumenta sepulcralia esse, significaretur. Mihi contra *manus* illa *elata* precantis, adorantisque (v. Ps. XXVIII, 2. LXIII, 5. CXXXIV, 2.) esse videtur, et credibile est, cippos ab illo manus emblemate quasi solemni hoc nominis accepisse. Sed haec Archaeologis disputanda et diiudicanda relinquo, unum monens, illud monumentorum Punicorum emblema etiam in cippis Indicis a me visum esse (v. Monum. Phoen. l. c.)

De *Duali* vide no. 1. 3. 5. 6. De *Plurali* יָדוֹת no. 2. 5. 7.

יַד chald. st. emph. יְדָא Dan. V, 5. 24, c. suff. יְדֵהּ, יְדָהּ, יְדָךְ, יְדְהֹם Esr. V, 8. Dual. יְדַיִן Dan. II, 34. 45 i. q. hebr. יָד *manus.* a) *in manu*, ubi esse dicitur aliqua res, quam quis *secum* habet. Esr. VII, 25: *secundum sapientiam dei tui* i. e. divinam tuam sapientiam דִּי בִידָךְ *quae in manu tua* est, i. e. tecum et a Deo tibi data est. Syr. quam Deus tibi dedit. Vers. 14. b) *in manum*, יְהַב בְּיַד פּ׳ dare in manum i. e. potestatem alic. Esr. V, 12. Dan. II, 35. VII, 25. — מִן יַד *e manu* i. e. potestate, post verbum liberandi (cf. hebr. מִיַּד) v. c. e manu leonum Dan. VI, 28. Ad Esr. VII, 14. 25 cf. hebr. no. 1, aa.

דּוֹת *fons*, fort. ab eiaculando v. p. 332.

דָּת *lex*, a iaciendo i. e. ponendo, v. p. 359.

* * *

A *confitendi* et *laudandi* significatione sunt:

הֻיְּדוֹת f. pl. Neh. XII, 8 *laudationes, cantica, chori.* Nomen illud idem valere quod תּוֹדוֹת *chori*, satis certum est (cf. XI, 7), sed forma analogiae grammaticae repugnat, et haud scio an reponendum sit: הוּדוֹת, quod ipsum fortasse significatum est puncto litterae Jod inserto (cf. הוּא et הִיא), cui Kibbuz additum est, quo indicetur, illud punctum non Dagesch esse, sed *Schurek.*

Nonnulli codd. habent הוידות. Quod Simonis illam formam a rad. هوى derivandam putat, quae est leniter incessit, leniter cecinit, probabilitate caret.

הוֹד v. sub rad. הָדָה.

תּוֹדָה f. 1) *confessio*. Jos. VII, 19: תֶּן־לוֹ תוֹדָה *fac ei confessionem*. Esr. X, 11. — 2) *gratiarum actio* Ps. XXVI, 7. XLII, 5. Jes. LI, 3 al. זָבַח תּוֹדָה gratias Deo (instar sacrificii) obtulit Ps. L, 14. 23. CVII, 22. CXVI, 17, non enim de sacrificiis propriis intelligenda est haec formula (cf. CXVI, 17). זֶבַח תּוֹדָה sacrificium eucharisticum Lev. XXII, 29, idem est זֶבַח תּוֹדַת הַשְּׁלָמִים VII, 13. 15, cf. 12 et ellipt. תּוֹדָה Ps. LVI, 13. 2 Par. XXIX, 31. Jer. XVII, 26. XXXIII, 11. — 3) *chorus* gratias agentium, Deum celebrantium Neh. XII, 31. 38. 40. (Syr. ܬܘܕܝܬܐ, ܬܘܕܝܬܐ confessio, laudatio).

יְדִיתוּן ,יְדֻתוּן ,יְדוּתוּן 2 Paral. XXXV, 15 et 1 Par. XVI, 38 et Ps. XXXIX, 1. LXXVII, 1. Neh. XI, 17 in Chethibh n. pr. (ad formam זְבוּלוּן, יְשֻׁרוּן, a יְדִית laudatio et terminatione וּן, inde fort. qui laudibus Dei operam dat) viri Levitae, eiusdemque vatis (2 Par. XXXV, 15), qui a Davide cum Asapho et Hemano choro musico praefectus erat 1 Par. XVI, 41. XXV, 6. 2 Par. V, 12. Filii eius (בְּנֵי יְדוּתוּן) tum patre moderante sacrae musicae operam dabant, tum aliis, ut portitorum, officiis fungebantur 1 Par. XVI, 42. XXV, 1. 3. 2 Par. XXIX, 14, cf. 1 Par. IX, 16. Neh. XI, 17. לַמְנַצֵּחַ עַל יְדוּתוּן Ps. LXII, 1. LXXVII, 1 et לִידוּתוּן ל׳ Ps. XXXIX, 1 plerique ita interpretantur, ut verba arctius iungant: *praecentori super Jeduthunaeos* pro בְּנֵי יְדוּתוּן: sed quum alibi semper vocabulum לַמְנַצֵּחַ vel nomen auctoris excipiat (לְדָוִד) vel instrumentum musicum modusve carminis (עַל עֲלָמוֹת, עַל שׁוֹשַׁנִּים), *Jeduthun* in hac formula fortasse pro instrumenti modive musici a Jeduthuno inventi nomine habendum est.

יְדָיָה (qui Deum laudat, הוֹדָה = יָדָה, nostr. Lobegott, Dankegott) n. pr. duorum virorum 1) 1 Par. IV, 37. 2) Neh. III, 10.

יְהוּדָה (a fut. Hoph. *celebratus, laudatus* Gen. XXIX, 35. XLIX, 8) n. pr. *Juda*, quod gesserunt 1) Jacobi filius natu quartus, ex Lea susceptus Gen. XXIX, 35, XXXV, 23. XXXVIII, 1 sqq. XLIII, 3. 8 et saepe, et tribus Israëlitica ex eo orta (מַטֵּה יְהוּדָה Num. I, 27. XIII, 6. בְּנֵי יְהוּדָה, בֵּית יְהוּדָה 2 Sam. II, 7. 10), iam in deserto et hominum numero et auctoritate reliquis praestans (Num. I, 27. II, 3 sqq. X, 14). Iud. I, 2 sqq. Fines eius in australi Palaestinae parte describuntur Jos. XV, 1 sqq. coll. XIX, 1—9. Huius territorii (אֶרֶץ יְהוּדָה Ruth I, 7) partes erant: הַר יְהוּדָה montanum Judae Jos. XI, 21. XX, 7. XXI, 11 (opp. הַר יִשְׂרָאֵל cf. Maurer ad Jos. XI, 21), etiam κατ' ἐξοχὴν הָהָר dictum Jos. XV, 48 sqq., מִדְבַּר יְהוּדָה desertum Judae Jos. XV, 61. Iud. I, 16. Ps. LXIII, 1. Oppidis in ea tribu sitis, quo discernantur ab aliis cognominibus, יְהוּדָה in genit. additur: בֵּית לֶחֶם יְהוּדָה *Bethlehem Judae* Iudd. XVII, 7—9. Ruth I, 1. 2. Salomone mortuo huius tribus, quae inde a Davide regia tribus facta erat, nomen alteri regno cessit, quod Judaeos et Benjaminitas cum aliqua Simeonitarum et Danitarum parte complectens Hierosolymam metropolin habebat (opp. יִשְׂרָאֵל et אֶפְרַיִם), inde Rehabeamus eiusque posteri appellantur מַלְכֵי יְהוּדָה 1 Reg. XIV, 21. 29. XV, 7. 23. XXII, 46. 2 Reg. VIII, 23. XII, 19. XIV, 18. XV, 6. 36. XVI, 19. *Cives Judae* vocantur אַנְשֵׁי יְהוּדָה, בְּנֵי יְהוּדָה 1 Reg. I, 9 (poët. אִישׁ יְהוּדָה Jes. V, 3. 7), בְּנֵי יְהוּדָה Jer. VII, 30 (quod magis usitatum de *tribus* Judae civibus, v. supra), בֵּית יְהוּדָה Jes. XXII, 21. XXXVII, 31. Jer. V, 11. Ez. IV, 6. IX, 9. XXV, 3 cet., poët. בַּת יְהוּדָה filia Judae (v. בַּת) Thren. II, 2. 5 et simpl. יְהוּדָה Jes. I, 1. II, 1. XXXVI, 7. Jer. II, 28. III, 8 et saepe (v. infra); *terra Judae* est אֶרֶץ יְהוּדָה Jes. XXVI, 1, אַדְמַת יְהוּדָה XIX, 17 et simpl. יְהוּדָה Jes. VII, 6, unde עָרֵי יְהוּדָה Jer. IV, 16. VII, 17, עִיר יְהוּדָה urbs (primaria) Judae i. e. Hierosolyma 2 Par. XXV, 28. Quid sit quod saepe copulantur יְהוּדָה וִירוּשָׁלַיִם *Juda et Hierosolyma*, docuimus s. Vav part. p. 394 A. Denique decem tribubus deportatis et post exilium Babylonicum *Judae* nomen ad universam terram Israëliticam translatum est Hagg. I, 14. II, 2. — De sexu nominis quod praecipi solet, masculino illud iungi, ubi populum significet, feminino, ubi terram, minus accuratum est. Ubi de *populo* dicitur, copulatur non solum cum masc. Jes. III, 8 (יְהוּדָה נָפָל). Hos. IV, 15. V, 5. 13. VI, 4. 11. VIII, 14. X, 11. XII, 1 (etiam plur. Jerem. XXXI, 24), sed saepe etiam cum fem. Nah. II, 1. Jer. XIV, 2. XXIII, 6. XXXIII, 16. Thren. I, 3. Malach. II, 11, quatenus *cives* s. *civitas* sub imagine mulieris cogitatur (v. Jer. III, 8: יָרְאָה בּוֹגֵדָה יְהוּדָה אֲחוֹתָהּ. Vers. 10. 11), cf. בַּת יְהוּדָה: ubi *terra* significatur, copulatur cum fem. Jes. VII, 6. Joel IV, 20: יְהוּדָה תֵּשֵׁב. Ps. CXIV, 2.

2) alii homines obscuriores a) Neh. XI, 9. b) Esr. III, 9. Neh. XII, 8. c) Neh. XII, 34. d) ib. Comm. 36.

יְהוּד (decurtatum ex יְהוּדָה cf. תּוֹר pro תּוֹדָה) 1) *Judaei, Judaea*. Dan. II, 25: בְּנֵי גָלוּתָא דִּי יְהוּד *captivi Judaeorum*. V, 13. VI, 14 Esr. V, 1. 8. VI, 14. (Arab. يَهُود et Jod abiecto هُود Judaei. Syr. ܝܗܘܕ Judaea. Eadem forma habetur in nomm. pr. hebr. אֲבִיהוּד, אִישְׁהוּד, עַמִּיהוּד, אֲחִיהוּד). — 2) oppidum Danitarum Jos. XIX, 45.

יְהוּדִי, pl. יְהוּדִים, rarius יְהוּדִיִּים Esth. IV, 7. VIII, 1. 7. 13. IX, 15. 18 in Chethibh 1) nom. gentil. *Judaeus* (arab. يَهُودِيّ) a) civis regni Judae 2 Reg. XVI, 6. XXV, 25. Jer. XXXII, 12. XXXIV, 9. XXXVIII, 19. XL, 11. XLI, 3. XLIV, 1. LII, 28. b) Inde ab exilio ita appellantur omnes Hebraei Nehem. I, 2. II, 16. V, 1. 8. 17. XIII, 23. Esth. III, 4 sqq. IV, 3 sqq. VIII, 1 sqq. IX, 1 sqq. Fem. יְהוּדִיָּה

Judaea 1 Par. IV, 18. — 2) n. pr. viri Jer. XXXVI, 14. 21.

יְהוּדִי chald. *Judaeus* (syr. ܝܗܘܕܝܐ et ܝܘܕܝܐ, aeth. አይሁዳዊ: id.), nonnisi pl. יְהוּדָאִין Dan. III, 12, et emphat. יְהוּדָיֵא Dan. III, 8. Esr. IV, 12. 23. V, 1. 5. VI, 7. 14.

יְהוּדִית pr. fem. a masc. יְהוּדִי, inde a) adv. *iudaice* i. e. *linguâ Iudaicâ* 2 Reg. XVIII, 26. 28. (2 Par. XXXII, 18. Jes. XXXVI, 11. 13). Neh. XIII, 24. Intelligenda est lingua *Hebraea*, nam Auctor libri Regum, quem expresserunt Paralipomena et Jesaiae diasceuastes, iam eum sequitur linguae usum ex quo *Judaeus* de quolibet *Hebraeo* dicebatur. — 2) n. pr. *Judith*, Esavi uxor Gen. XXVI, 34.

A יְהוּדִי, יְהוּדָה factum est verbum denom. in

Hithpa. הִתְיַהֵד pr. *Judaeum se fecit* i. e. religionem Judaicam amplexus est. Esth. VIII, 17. (Arab. تَهَوَّدَ Judaeum se fecit, Cast. ex 2 Macc. c. 21 vers. Arab., usitatius videtur هَادَ Judaeus factus est, a هُود pro يَهُود Cor. 2, 59. 62, 6, Conj. II. Judaeum fecit. Aethiop. ተየሁደ: et ተይሁደ: more Judaeorum vixit, *ἰουδαΐζειν*.

יָדַע imp. דַּע, c. ה parag. semel דְּעָה pro דְּעָה Prov. XXIV, 14, inf. absol. יָדוֹעַ, cstr. דַּעַת c. suff. דַּעְתִּי, fut. יֵדַע, semel יֵידַע Ps. CXXXVIII, 6 (v. Lgb. p. 389)

A) pr. *videre*, oculis percipere. (Latissime patet hoc thema in linguis indogermanicis tum primario videndi, tum secundario *sciendi* significatu, ut sanscr. *wid* scire, zend. *weedem*, gr. *Fιδεῖν*, lat. *video*, goth. *witan* videre et scire, nostr. *weten*, *wissen*, boruss. *viddai* vidit, adeoque in slavicis, ut polon. *widze*, bohem. *wedeti*, cf. Pott etym. Forschungen I, p. 246, in quibus cunctis prima radicalis est *v*, non *j*, quemadmodum etiam hebr. ידע est pro ודע. Ex linguis semiticis hanc radicem habent Chaldaei et Syri, v. infra, praeterea Aethiopes in አይድዐ: et አይድአ: annunciavit, praedicavit i. e. הוֹדִיעַ. Ceterum a nostra radice aliena est arabica وَدَعَ *posuit*, neque audiendi sunt, qui *sciendi* potestatem apud Hebraeos repetant a *reponendo* sc. in animo hominis). Propria *videndi* potestas quam a Lexicographis parum intellectam esse video, non paucis in exemplis exstat. Gen. III, 7: *aperti sunt oculi eorum* וַיֵּדְעוּ כִּי עֵירֻמִּם הֵם *et viderunt se nudos esse.* Ex. II, 4: *et soror stabat e longinquo* לְדֵעָה מַה יֵּעָשֶׂה לוֹ *ad videndum eventum rei* 1 Sam. XXII, 3. Non raro ponitur in iisdem formulis, in quibus alibi est רָאָה (*ὁράω*), velut Deut. XXXIV, 10: אֲשֶׁר יְדָעוֹ יְיָ פָּנִים אֶל פָּנִים *quem viderat Jova de facie* (cf. eodem nexu רָאָה Gen. XXXII, 31. Iud. VI, 22. 2 Reg. XIV, 8. 11), it. יָדַע אֶת־שְׁלוֹם פ׳ Esth. II, 11 i. q. רָאָה שְׁלוֹם פ׳ Gen. XXXVII, 14. Copulatur etiam *audiendi* verbo, ubi indicandum est, quod quis oculis et auribus perceperit. Jes. XL, 21: הֲלוֹא תֵדְעוּ הֲלוֹא תִשְׁמָעוּ *annon vidistis, nonne audivistis?* Comm. 28: הֲלוֹא יָדַעְתָּ אִם לֹא שָׁמַעְתָּ. XLIII, 19: הֲלוֹא תֵדָעוּהָ *nonne videtis illud?* Prae ceteris memorabilis est locus Jes. XLIV, 18: לֹא יָדְעוּ וְלֹא יָבִינוּ כִּי טַח מֵרְאוֹת עֵינֵיהֶם מֵהַשְׂכִּיל לִבֹּתָם *non vident, neque animadvertunt, nam obliti sunt oculi eorum, ne videant, neve intelligant corda eorum*, ubi יָדַע tribuitur oculis et respondet verbo רָאָה, ut בִּין respondet verbo הִשְׂכִּיל et cordi i. e. menti tribuitur. Etiam LXX. interpretes passim pro ידע utuntur aor. 2 *εἶδον vidi*, velut 1 Sam. X, 11: כָּל־יוֹדְעוֹ *ἅπαντες οἱ ἰδόντες αὐτόν.* Iob. XXVIII, 13. XXXI, 6. Eccl. III, 21. — Longe frequentius יָדַע est

B) *vidisse* et quod inde sequitur *animadvertere, cognoscere, novisse, scire, experiri* (cf. gr. *οἶδα vidi*, inde *novi*). Jes. VI, 9: שִׁמְעוּ שָׁמוֹעַ וְאַל תָּבִינוּ וּרְאוּ רָאוֹ וְאַל תֵּדָעוּ *audite audiendo, neque intelligetis, videte videndo, neque tamen animadvertetis*, ubi יָדַע est id, quod visum sequitur, nisi quis aut sensibus et mente caret aut obfirmato animo est. (LXX. *καὶ βλέποντες βλέψετε καὶ οὐ μὴ ἴδητε*). Eccl. VI, 5: שֶׁמֶשׁ לֹא רָאָה וְלֹא יָדָע *solem non vidit neque expertus est.* Ut singula persequamur, est igitur

1) *animadvertit* (wahrnehmen, gewahrwerden), tum oculis (Jes. VI, 9), tum tactu Gen. XIX, 33, maxime mente, hinc *intellexit* (einsehen, merken) Iud. XIII, 21: אָז יָדַע מָנוֹחַ כִּי מַלְאַךְ יְיָ הוּא *tunc intellexit Manoach, illum angelum Jovae fuisse.* Gen. VIII, 11. 1 Sam. XX, 33. XXIII, 9. Addito עִם לֵבָב Deut. VIII, 5. Sq. בְּ rei, ex qua aliquid intelligitur. Gen. XV, 8: בַּמָּה אֵדַע *unde intelligam?* XXIV, 14. XLII, 33. Ex. VII, 17. Ps. XLI, 12.

Saepe est consilii et voluntatis: *animum advertit ad aliquid, auf etwas merken.* 1 Sam. XXIII, 22: דְּעוּ וּרְאוּ אֶת־מְקוֹמוֹ *animum oculosque advertite ad locum, ubi sit,* merket und sehet nach seinem Aufenthaltsorte. Comm. 23: רְאוּ וּדְעוּ מִכֹּל הַמַּחֲבֹאִים. XII, 17. XXV, 17. Iob. V, 27: דַּע לָךְ *merke (es) dir.*

Ex peculiari quadam poëtarum hyperbole *non animadverti* dicuntur ea, quae tam inopinato et subito fiunt, ut iam facta sint, antequam animum ad ea advertas. Ps. XXXV, 8: *pernicies eum invadat* לֹא יֵדָע *et non animadvertat*, i. e. eum non opinantem subito opprimat. Iob. IX, 5: *transfert montes* וְלֹא יָדָעוּ i. e. improviso, subito. Cant. VI, 12: לֹא יָדַעְתִּי נַפְשִׁי שָׂמַתְנִי וגו׳ *me non opinantem animus meus transferebat* i. e. inopinato, subito me translatum vidi. Jer. L, 24. Sic מִי יוֹדֵעַ *quis animadvertit?* pro nemo animadvertit, subito, parall. פִּתְאֹם. Prov. XXIV, 22. (Ita apud Arabes Cor. 16, 28: *evertit eos Deus* وَلَا يَشْعُرُونَ et non animadvertebant i. e. improviso. Locm. fab. 28: وَهُوَ لَمْ يَعْلَمْ. 1001 noct. no. 162: لَمْ يَشْعُرْ وَإِذَا بِجَارِيَةٍ improviso ecce puellam).

Inde est etiam *curavit* aliquid: quae enim nobis curae sunt, ad ea diligenter animum advertimus. Sq. acc. Gen. XXXIX, 6: לֹא יָדַע מְאוּמָה *nihil curavit* rerum

suarum. Prov. IX, 13: בַּל יָדְעָה־מָּה *neque curat quicquam.* XXVII, 23: יָדֹעַ תֵּדַע פְּנֵי צֹאנֶךָ *cura faciem* (conditionem) *gregum tuorum.* Iob. IX, 21: לֹא אֵדַע נַפְשִׁי *non curo vitam meam*, additur: אֶמְאַס חַיָּי. Jes. LI, 7: יֹדְעֵי צֶדֶק *quibus iustitia cordi est.* Sq. בְּ Iob. XXXV, 15: לֹא יָדַע בַּפַּשׁ *non curat iniquitatem.* Spec. dr. a) de deo animum advertente ad homines, eos (prae ceteris) curante. Ps. LXXIII, 11. CXLIV, 3. Iob. XXII, 13. Jes. LVIII, 3. Nah. I, 7, sq. בֵּין praegn. Am. III, 2: *vos solum curo et eligo ex omnibus gentibus terrae.* Gen. XVIII, 19: יְדַעְתִּיו לְמַעַן אֲשֶׁר יְצַוֶּה *cum* (Abrahamum) *curavi*, elegi, eius respectum habui, *ut iubeat* cet. Cf. Ps. I, 6. — b) de hominibus deum curantibus, colentibus. Hos. VIII, 2. XIII, 4. Ps. XXXVI, 11. IX, 11: יוֹדְעֵי שְׁמֶךָ *curantes* i. e. colentes *nomen tuum.* Iob. XVIII, 21: (אֲשֶׁר) לֹא יָדַע אֵל *qui deum non curat*, atheus 1 Sam. II, 12. — Iob. XXXIV, 4: נֵדְעָה בֵינֵינוּ מַה־טּוֹב *animum advertamus* (videamus, dispiciamus, scrutemur) *inter nos, quid bonum sit?* Parall. נִבְחֲרָה eligamus.

2) *rescivit*, tum videndo (v. Exod. II, 4. 1 Sam. XXII, 3), tum audiendo Gen. IX, 24. Lev. V, 1. 3. Deut. XI, 2. Neh. XIII, 10, tum *re ipsa expertus est* Iob. V, 25: וְיָדַעְתָּ כִּי רַב זַרְעֶךָ. C. acc. *expertus est* v. c. amorem et odium Eccl. VIII, 5: *servans praeceptum* לֹא יֵדַע דָּבָר רָע *non experietur quicquam mali.* Sq. כִּי Exod. VI, 7: וִידַעְתֶּם כִּי אֲנִי יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם. Jes. XLV, 6: לְמַעַן יֵדְעוּ . . . כִּי אֶפֶס בִּלְעָדָי. Ez. VI, 7. 13. VII, 4. 9. XI, 10 cet. Peculiaris eius usus est in minis, ut nostr. *du wirst es schon gewahr werden, erfahren, fühlen*, lat. *tu ipse videbis, senties.* Ps. XIV, 4: הֲלֹא יָדְעוּ כָּל־פֹּעֲלֵי אָוֶן *ecce! experiuntur malefici*, i. e. experiuntur, quid sit poenas divinas provocare, experiuntur supplicia divina. Hos. IX, 7: יֵדְעוּ יִשְׂרָאֵל *videbunt Israelitae.* Iob. XXI, 19: יְשַׁלֵּם אֵלָיו וְיֵדָע *ei retribuat* Deus, *ut videat.* Jes. V, 19. IX, 8. Schult. Opp. min. ad Iob. XXI, 19: „arabice علم *novit, scivit* in Alcorano notat poenas luere pluribus in locis. Sur. 40, 72: *qui abnegant librum eaque, quae per legatos nostros misimus*, فسوف يعلمون hi *certo cognoscent.* Sur. 26, 48 Pharao incantatoribus suis, qui Mosis miraculis fidem adhibebant, ita minatur: ولسوف تعلمون *certe futurum est ut cognoscatis.* 49. *omnibus enim vobis manus et pedes ex diversis lateribus abscindam, et omnes cruci affigam.* Eadem reperies Sur. 7, 12. Sic apud Abulpharag. hist. dyn. p. 530: قبل ان ياتيكم العذاب بغتة وانتم تعلمون *antequam vos poena de improviso obruat et luatis*, proprie *cognoscatis.* Hunc usum verbi علم non attendisse videtur celeberr. Pocockius, quum vertit: vos autem nostis [quid facere oporteat]."

3) *cognovit* aliquem (kennen lernen) Deut. IX, 24, aliquid, ut terram Num. XIV, 31. — Prov. XXIV, 14: כֵּן דְּעֶה חָכְמָה לְנַפְשֶׁךָ *ita* i. e. talem, quale mel est *cognosce* cognosces *sapientiam animo tuo.* LXX. αἰσθήσῃ. Per euphemismum de consuetudine et familiaritate sexuum a) de viro: *cognovit* mulierem i. e. *concubuit* cum ea. Gen. IV, 1: וְהָאָדָם יָדַע אֶת־חַוָּה. 17. 25. XXIV, 16: הַנַּעֲרָ . . . בְּתוּלָה אִישׁ לֹא יְדָעָהּ *puella* erat . . . *virgo, vir non cognoverat eam.* 1 Reg. I, 4. 1 Sam. I, 19. De stupro turpi et violento Ezech. XIX, 7. Transfertur etiam ad turpem cum pueris concubitum Gen. XIX, 5. (Eodem modo cognoscendi verba etiam in aliis linguis, tum orientalibus, tum occidentalibus transferri solent, ut syr. ܝܕܥ pro συγγενέσθαι Judith XII, 16, ܝܕܥܗ Matth. I, 25 Ethpe. ܐܬܝܕܥ sec. Novar. p. 374: (?بالجيزة) انعرف coire matrimonio, arab. عرف cognovit, sq. ب concubuit cum femina, aeth. አእመረ: v. c. አእመራ: ለብእሲቱ: cognovit uxorem suam Gen. IV, 1; gr. γινώσκω non solum in N. T. Matth. I, 25, sed etiam apud scriptores profanos, maxime Plutarchum Cat. min. 7: ἐν πολλοῖς, οἷς ἐβίωσε, χρόνοις μίαν . . . . γνοὺς γυναῖκα. Romul. 5. Alex. 21. Pomp. 36. Moral. T. II. p. 212. 226. Heliod. I p. 14 et quae notavit Guil. Dindorf. ad Steph. thes. ed. Paris. II, p. 629. 30; verborum γνωρίζω et εἰδέναι, quae ita adhiberi observat Fritzsche ad Matth. l. c., exempla desidero; lat. *cognoscere* Iustin. 5, 2: uxor Aegidis regis, quam adulterio cognoverat [Alcibiades]. Cf. Fesselii advers. sacra II, 14. Itaque vix dici potest, quantopere fallantur, qui ad יָדַע coeundi significatu conferant arab. ودع deposuit, ut Koehlerus in observv. p. 5 al. Quod etiam hodie ital. et gall. dicitur *conoscere, connoître*, ex usu biblico fluxisse potest). b) de muliere: יָדְעָה אִישׁ cognovit virum i. e. virum experta est concubitu Gen. XIX, 8. Iud. XI, 39, plenius לֹא יָדְעָה אִישׁ לְמִשְׁכַּב זָכָר Num. XXXI, 17. Iud. XXI, 12, cf. יֹדַעַת מִשְׁכַּב זָכָר i. e. viri notitiam habet Vers. 18. 35. (Ita Arabes utuntur verbo راى, v. c. 1001 noct. no. 161: ابنتي صبية لا رات رجلا filia mea virgo est, neque cognovit virum. In N. T. Luc. I, 34. Lat. Ovid. Heroid. 6, 133: turpiter illa virum cognovit adultera virgo. Trebell. Pollio trig. tyr. 30: Zenobiae ea castitas fuisse dicitur, ut ne virum suum quidem sciret, nisi tentatis conceptionibus).

4) *novit* aliquem (aliquid), nostr. *kennen*, c. acc. pers. Gen. XXIX, 5. Ex. I, 8. 2 Sam. III, 25. Jes. XLV, 4. 5 al. Ps. XVIII, 44: עַם לֹא יָדַעְתִּי יַעַבְדוּנִי *populi*, quos *non noveram, mihi serviunt.* LXXXI, 6: שְׂפַת לֹא יָדַעְתִּי *labium* (i. e. vocem) *mihi ignoti.* Iob. XI, 11; c. acc. rei Deut. XXXIV, 6: לֹא יָדַע אִישׁ אֶת קְבֻרָתוֹ *nemo novit sepulcrum eius.* Jes. XXIX, 12: לֹא יָדַעְתִּי סֵפֶר *non novi scripturam* i. e. scribendi legendique artis imperitus sum. Ps. CIV, 19: שֶׁמֶשׁ יָדַע מְבוֹאוֹ *solem*, qui *novit occasum suum.* Iob. XXI, 27. XXIII, 10. XXVIII, 13. 23 XXXIX, 2. Ps. CXXXIX, 2. 4. Gen. XXX, 26. Jes. LIX, 8: לֹא יָדָעוּ שָׁלוֹם *non novit pacem* cf. Iob. XX, 20. Jes. XLVII, 8. Sq. לְ rei. Ps. LXIX, 6, it. sq. acc. et כִּי 2 Sam. XVII, 8: אַתָּה יָדַעְתָּ אֶת־אָבִיךָ וְאֶת־אֲנָשָׁיו כִּי גִבֹּרִים הֵמָּה. Jer. X, 23. Ps. CXIX, 75. Omisso accusativo pronominis Iob. XXXVI, 26: *en! Deus* est *magnus* וְלֹא נֵדָע *neque novimus* eum, magnitudinem eius. XXXVII, 5. Jes. I,

3: *novit bos possessorem suum* .... וְיִשְׂרָאֵל לֹא יָדַע *et Israël non novit* eum, i. e. possessorem suum, Jovam. Male alii absol. (v. no. 6): *non sapit.* יָדַע פ׳ בְּשֵׁם novit aliquem nomine i. e. propius novit, familiarius eo utitur Exod. XXXIII, 12. 17. — Part. act. יֹדֵעַ qui novit. Iob. XIX, 13: יֹדְעַי *qui me noverunt*, meine Bekannten. Sq. genit. *peritus* alicuius rei. יֹדֵעַ צַיִד peritus venationis Gen. XXV, 27, יֹדְעֵי הַיָּם rei maritimae periti 1 Reg IX, 27, יוֹדְעֵי נֶהִי Am. V, 16, יֹדְעֵי דָת וָדִין Esth. I, 13. — Part. pass. יָדוּעַ *notus*, sq. לְ Deut. I, 13: *viri* יְדֻעִים לְשִׁבְטֵיכֶם qui *noti* sunt *tribubus vestris*, omisso dativo Comm. 15 (cf. syr. ܝܕܝܥܐ notus, nobilis). Poët. sq. genit. id. Jes. LIII, 3: יְדוּעַ חֹלִי *notus morbo* (dat.), der Krankheit bekannt, vertraut, morbo familiaris: ita enim rectius explicant LXX. Vulg. Syr., quam alii: *notus morbo* (abl.), morbis et calamitatibus perpessis insignis, ut Symm. γνωστὸς νόσῳ, et Kimchius.

5) *scivit* (wissen) aliquid. Coniungitur a) cum subst., sq. acc. ut יָדַע דַּעַת (v. בִּינָה), יָדַע בִּינָה scivit scientiam i. e. scientia, prudentia, polluit Prov. XVII, 27 al. Iob. XV, 9: מַה יָּדַעְתָּ וְלֹא נֵדָע. XX, 4. XXXVIII, 18; sq. בְּ (quod h. l. partitivum est) nostr. *von* etwas wissen Gen. XIX, 33. 35. 1 Sam. XXII, 15. Jerem. XXXVIII, 24; עַל (de) Iob. XXXVII, 16, יָדַע בֵּין — לְ scire discrimen inter et inter Jon. IV, 11. 2 Sam. XIX, 36 (v. pag. 203). — b) cum verbis, et quidem cum infinit. nudo Jer. I, 6: לֹא יָדַעְתִּי דַּבֵּר. 1 Sam. XVI, 18; cum gerundio Eccl. IV, 13: אֲשֶׁר לֹא יָדַע לְהִזָּהֵר עוֹד *qui nescit commonefieri*, monitis parere. X, 15, sed aliter IV, 17: *nesciunt* לַעֲשׂוֹת רָע *se male facere*, sie glauben nicht übel zu thun; cum verbo finito Iob. XXXII, 22: לֹא יָדַעְתִּי אֲכַנֶּה *nescio adulari* 1 Sam. XVI, 16. Neh. X, 29, interiecto וְ Iob. XXIII, 23: מִי יִתֵּן יָדַעְתִּי וְאֶמְצָאֵהוּ. — c) sq. integra sententia, plerumque praemisso כִּי. Gen. XX, 6: יָדַעְתִּי כִּי בְתָם־לְבָבְךָ עָשִׂיתָ זֹּאת. III, 5. XXII, 12. XXXVIII, 16. XLIV, 27. Ex. XXXIV, 29. Num. XI, 16. Jos. VIII, 14. Iud. XVI, 20. 1 Sam. XIV, 3. 2 Sam. I, 5. 2 Reg. IV, 1. Iob. IX, 2. 28. X, 13. XIII, 18. XV, 23. Prov. VII, 23. IX, 18, raro hoc omisso Iob. XIX, 25: יָדַעְתִּי גֹּאֲלִי חָי *scio redemtorem meum vivum* esse; sq. הֲ utrum, an Iud. XVIII, 5, saepe etiam cum pronominibus interrogativis, ut מִי Gen. XXI, 26: לֹא יָדַעְתִּי מִי עָשָׂה אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה. XLIII, 22; מָה Ex. XXXII, 1: לֹא יָדַעְנוּ מֶה־הָיָה לוֹ. XVI, 15, לָמָּה Dan. X, 20, אֵי מִזֶּה et אָנָה מֵאַיִן (unde et quo) Jos. II, 4. 5, unde 1 Sam. XXV, 11, בְּשֶׁלְּמִי (propter quem) Jon. I, 7. — d) omisso accusativo pronominis (id, hoc), ut post verba dicendi. Gen. XLVIII, 19: *scio* (hoc), ich weiss es. IV, 9: לֹא יָדַעְתִּי *nescio*, nostr. ich weiss nicht, pro pleniore: ich weiss es nicht. Cant. I, 8: אִם לֹא תֵדְעִי לָךְ *si nescis*, wenn du *es* nicht weisst (לָךְ redundat, cf. Iob. V, 27). Iob. XXXVIII, 5: מִי שָׂם מְמַדֶּיהָ כִּי תֵדָע *quis apposuit mensuras eius? nam tu scis* (iron.). Comm. 21 Ps. CXXXIX, 14: נַפְשִׁי יֹדַעַת מְאֹד *animus meus* (hoc) *bene scit*, id probe agnoscit. — Nota formulas: aa) מִי יוֹדֵעַ quis scit? i. e. nemo facile sciat, sq. acc. Eccl. VI, 12. VIII, 1 (cf. III. 21), sq. אוֹ — הֲ (utrum — an) Eccl. II, 19. Sed leniter affirmantis, certe sperantis et optantis est (ut *nescio an*, *haud scio an*), sq. fut. 2 Sam. XII, 22: מִי יוֹדֵעַ יְחָנַּנִי יְהוָה *quis scit?* fortasse *miserebitur mei Jehova.* Joël II, 14. Jon. III, 9. Sq. אִם et praet. Esth. IV, 14: וּמִי יוֹדֵעַ אִם לְעֵת כָּזֹאת הִגַּעַתְּ לַמַּלְכוּת *et nescio an propter hoc tale tempus perveneris ad regnum.* Aliud est Prov. XXIV, 22, v. no. 1. — bb) יָדַע טוֹב וָרָע *scire*, quid *bonum et malum sit*, i. e. sapere. Gen. III, 5: וִהְיִיתֶם כֵּאלֹהִים יֹדְעֵי טוֹב וָרָע *et eritis sicut Deus, scientes bonum et malum.* Comm. 22: הָאָדָם הָיָה כְּאַחַד מִמֶּנּוּ לָדַעַת טוֹב וָרָע, inde עֵץ הַדַּעַת טוֹב וָרָע arbor sapientiae II, 17. Contra *nescire bonum et malum* dicuntur et pueri teneri Deut. I, 39 cf. Jes. VII, 15, et senes decrepiti, qui ad infantiam quasi redierunt 2 Sam. XIX, 36. Cf. Hom. Od. 18, 228. αὐτὰρ ἐγὼ θυμῷ νοέω καὶ οἶδα ἕκαστα, Ἐσθλά τε καὶ χέρηα· πάρος δ' ἔτι νήπιος ἦα.

6) absol. aliquid scire, inde *sapere.* Iob. VIII, 9: *hesterni sumus* וְלֹא נֵדָע *nec scimus* quicquam, i. e. non sapimus. Ps. LXXIII, 22: אֲנִי בַעַר וְלֹא אֵדָע. Jes. XXXII, 4. XLIV, 9. 18. XLV, 20. LVI, 10. Part. יֹדְעִים i. q. חֲכָמִים Iob. XXXIV, 2. Eccl. IX, 11. Inde דַּעַת sapientia.

Niph. נוֹדַע fut. יִוָּדַע in pausa יִוָּדֵעַ 1) pass. (oculis) *cerni, animadverti, apparere.* Gen. XLI, 21: וְלֹא נוֹדַע כִּי בָאוּ אֶל קִרְבֶּנָה *non animadversum est, eas in viscera* (ventrem) *illarum intrasse* (man sah es, bemerkte es nicht). 1 Reg. XVIII, 36. Ps. LXXVII, 20. LXXIV, 5: יִוָּדַע כְּמֵבִיא לְמָעְלָה קַרְדֻּמּוֹת *videbatur, quasi sursum tolleret secures*, i. e. ab hostibus non aliter saevitum est in locis sacris, quam a lignatoribus ligna in silvis caedentibus. — 2) *cognosci* ab aliquo (sq. לְ Ruth. III, 3), aliqua re (sq. בְּ Ex. XXXIII, 16); inde *cognitum, notum esse, fieri*, a) de personis, addito בְּ loci, ubi quis notus sit Ps. LXXVI, 2: נוֹדָע בִּיהוּדָה אֱלֹהִים. LXXIX, 10. Prov. XXXI, 23. Jes. LXI, 9, vel לְ eius, cui notus sit Ex. VI, 3. Jes. XIX, 21. Ez. XX, 5, it. אֶל Ez. XX, 9 (sed Ps. XLVIII, 4: אֱלֹהִים ... נוֹדַע לְמִשְׂגָּב est: *Deus notus est .... ut refugium*). — 1 Sam. XXII, 6: נוֹדַע דָּוִד וַאֲנָשִׁים וגו׳ *notus est Davides cum comitibus suis* i. e. notus est locus, ubi lateat. Ps. IX, 17: נוֹדַע יְיָ מִשְׁפָּט עָשָׂה *notus est Jova*, quod *ius exercet.* b) de rebus. Ex. II, 14. Lev. IV, 14. Iud. XVI, 9. 2 Sam. XVII, 19. Nah. III, 17. Neutr. *notum est* (es ist bekannt), sq. לְ pers. 1 Sam. VI, 3, sq. כִּי Ex. XXI, 36, מִי Deut. XXI, 1. — 3) pass. Hiph. no. 2 *edoctus est* experientia et poenis, cf. Kal no. 2. Prov. X, 9: מְעַקֵּשׁ דְּרָכָיו יִוָּדֵעַ *qui perverse vivit*, poenis *edocebitur.* Jer. XXXI, 19: אַחֲרֵי הִוָּדְעִי *postquam* experientia et poenis datis *edoctus sum.* Bene Luth. nachdem ich gewitzigt bin.

Pi. causat. *scire fecit*, *indicavit* alicui aliquid, c. duobus accusatt. Iob. XXXVIII, 12. *Pu.* part. מְיֻדָּע *notus*, c. Suff. מְיֻדָּעַי notus meus Ps. XXXI, 12. LV, 14. LXXXVIII, 9. 19. Fem. *notum* Jes. XII, 5 Chethibh.

Po. יוֹדַע i. q. *Pi. indicavit*, c. acc. pers. 1 Sam. XXI, 3: וְאֶת־הַנְּעָרִים יוֹדַעְתִּי אֶל מְקוֹם פְּלֹנִי אַלְמֹנִי *et pueris indicavi* (significavi, mandavi) ut venirent *in aliquem*

locum. Ferri possit eiusmodi constructio praegnans, non male tamen Dathius: „pro יָדַעְתִּי fortasse legendum est הוֹעַדְתִּי. Sic Vulgatus legisse videtur, qui vertit *condixi.* Etiam οἱ ό Ain ante Daleth legisse videntur, sed ab יעד derivasse, habent enim διαμεμαρτύρημαι.“ Radix יעד certe in Niph. coniungitur sq. אֶל Num. X, 4. Neh. VI, 10 (sich verabreden und zusammenkommen an einen Ort). Kimchi כמו הועדתי.

Hiph. הוֹדִיעַ (imp. הוֹדַע) 1) causat. Kal litt. A *ostendit, monstravit* alicui aliquid, c. dupl. acc. Jer. XVI, 21: אוֹדִיעֵם אֶת־יָדִי *ostendam iis manum meam* i. e potentiam meam. Sq. לְ pers. Exod. XVIII, 20: *monstrabo iis viam.* — 2) *certiorem fecit* aliquem de aliqua re, *indicavit, nunciavit* alicui aliquid. Coniungitur a) sq. dupl. acc. pers. et rei. Gen. XLI, 39: אַחֲרֵי הוֹדִיעַ אֱלֹהִים אוֹתְךָ אֶת־כָּל־זֹאת *postquam Deus haec omnia tibi indicavit.* Ex. XXXIII, 12. 13. Jes. V, 5. Ez. XX, 11. XXII, 2. Dan. VIII, 19. Prov. XXII, 21 et saepe. Etiam omisso accus. pronominis Jer. XI, 18. b) sq. acc. rei et dat. pers. Deut. IV, 9. 1 Sam. X, 8. Ps. LXXVIII, 5. CIII, 7. CXLV, 12. Neh. VIII, 12. IX, 14, it. לְ pers. et אֶל rei. Jes. XXXVIII, 19: אָב לְבָנִים יוֹדִיעַ אֶל אֲמִתֶּךָ *pater filios certiores facit de fide tua.* c) sq. acc. pers. et integra sententia Iob. X, 2: הוֹדִיעֵנִי עַל מַה תְּרִיבֵנִי. 1 Sam. VI, 2. XXVIII, 15. 1 Reg. I, 27, cf. Jos. IV, 22. d) sq. acc. rei. Jes. XII, 4: הוֹדִיעוּ בָעַמִּים עֲלִילֹתָיו. Ps. CV, 1. LXXVII, 15. XCVIII, 2. Iob. XXVI, 3. Sq. מִן rei (de). Jes. XLVII, 13: מוֹדִיעִים לֶחֳדָשִׁים מֵאֲשֶׁר יָבֹאוּ עָלַיִךְ *qui certiorem faciunt* te (praedicunt populo) *singulis mensibus de eo quod tibi eveniet.* — 3) *docuit, edocuit,* sq. acc. pers. Iob. XXXVIII, 3: אֶשְׁאָלְךָ וְהוֹדִיעֵנִי *interrogabo te, edoce me.* XL, 7. XLII, 4. Jes. XL, 13, it. dat. pers. Prov. IX, 9: הוֹדַע לְצַדִּיק, c. acc. rei Ex. XVIII, 16, c. dupl. acc. pers. et rei Jes. XL, 14. Ezech. XLIII, 11. Ps. XVI, 11. LI, 8, c. acc. pers. et gerundio verbi Prov. XXII, 19. Minando dictum est 1 Sam. XIV, 12: נוֹדִיעָה אֶתְכֶם דָּבָר *docebimus vos aliquid,* nostr. wir wollen es zeigen, lehren. Cui similis esset hic usus: *edocuit* aliquem *poenis, punivit* eum (v. ad Kal no. 2). Iud. VIII, 16: *sumsit seniores urbis et spinas silvestres deserti atque tribulos* וַיֹּדַע בָּהֶם אֵת אַנְשֵׁי סֻכּוֹת *et punivit iis Succothenses,* spinis impositos tribulis ferreis eos comminuens. Sed ut dicam quod sentio, iste verbi usus illi loco haud satis convenit, et nescio an cum vers. Alex. (ἠλόησεν) legendum sit וידש, quo verbo scriptor de eadem re utitur Vers. 7 et LXX. reddunt ἀλοήσω. Vulg. *contrivit.* Chald. תַּבַּר, syr. ܐܦܠܓ, vel legentes vel coniicientes ויּרע, idque explicantes ex chald. רעע confregit. Eadem et scriptura et interpretatio non displicuerit Ezech. XIX, 7, ubi pro וַיֵּדַע אַלְמְנוֹתָיו *concumbit cum viduis eius* facile praeferas: *diruit palatia eius,* cum sequatur: עָרֵיהֶם הֶחֱרִיב וַתֵּשַׁם אֶרֶץ וּמְלֹאָהּ. Ceterum quod R. Jona et R. Juda apud Kimchium radici ידע propter hos locos coll. Prov. X, 9. Jer. XXXI, 19 etiam frangendi potestatem tribuebant, id ipse Kimchius iam recte refellit.

Hoph. הוּדַע (pro vulg. הוֹדַע) *notum factum est, innotuit* sq. אֶל pers. Lev. IV, 23. 28. LXX. γνωσθῇ αὐτῷ. Chald. אִתְיְדַע לֵיהּ. Kimchi: החלם חמורת שורק. Part. fem. מוּדַעַת Jes. XII, 5 Keri.

Hithpa. הִתְוַדַּע *notum se fecit, agnoscendum se praebuit* Gen. XLV, 1, *revelavit se,* sq. אֶל Num. XII, 6.

יְדַע chald. fut. יִנְדַּע Dan. II, 9. 30. IV, 14 i. q. hebr. spec. 1) *animadvertit, intellexit* Dan. II, 8. V, 23. 2) *rescivit, cognovit* ib. IV, 6. VI, 11. 3) *scivit, novit* ib. V, 22. Part. pass. יְדִיעַ לֶהֱוֵא לְמַלְכָּא *notum sit regi.* Esr. IV, 12. 13. (Syr. ܝܕܥ id. Aph. ܐܘܕܥ i. q. hebr. Hiph. Ethpe. Ethpa. et Ettaph. pass.).

Aph. הוֹדַע fut. יְהוֹדַע, part. מְהוֹדַע *notum fecit, indicavit,* sq. acc. rei et dat. pers. Dan. II, 15. 17. 28; c. acc. pers. Dan. II, 23. 29. IV, 15. V, 15. 16. 17. VII, 16.

יָדָע (sapiens) n. pr. viri 1 Par. II, 28. 32.

יַדּוּעַ (sciolus, hariolus, syr. ܝܕܘܥܐ) n. pr. virorum 1) Neh. X, 22. 2) ibid. XII, 11. 22.

יְדַעְיָה (quem Jehova curavit) n. pr. viri 1 Par. IX, 10. XXIV, 7, cf. Zach. VI, 10. 14.

יְדִיעֲאֵל (a Deo cognitus) n. pr. filii Benjamini 1 Par. VII, 6. 10. 11.

יִדְּעֹנִי (a forma abstracta יִדְּעוֹן, ut פִּקָּדוֹן, sapientia, addito ־ִי), plur. יִדְּעֹנִים pr. sciens, sapiens, inde *vates, hariolus,* ubique in malam partem de prophetis falsis (cf. syr. ܝܕܘܥܐ, quod Pesch. habet pro יִדְּעֹנִי, arab. عَالِم sciens, it. magus, nostr. *weis*sagen, et in malam partem weiser Mann, kluge Frau, de hariolis, qui plebeculae verba dant) Lev. XIX, 31. XX, 6. Deut. XVIII, 11. 1 Sam. XXVIII, 3. 2 Reg. XXI, 6. XXIII, 24. 2 Par. XXXIII, 6. Jes. VIII, 19. XIX, 3. Fere ubique coniungitur cum syn. אוֹב q. v. In sing. collect. 1 Sam. XXVIII, 9. 2) *spiritus fatidicus, python,* quo instructi esse credebantur huiusmodi praestigiatores Lev. XX, 27 cf. אוֹב no. 2, a. LXX. in libb. Regg. γνώστης, quater ἐπαοιδός.

דֵּעַ inf. nominascens, *quod quis scit, cognitum habet, scientia, sapientia.* Non legitur nisi apud Iobum in sermonibus Elihui. Iob. XXXII, 10: אֲחַוֶּה דֵעִי אַף־אָנִי *proferam et ego scientiam meam.* V. 6. 17. XXXVI, 3. Plur. תְּמִים דֵּעִים perfectae scientiae (de Deo) ibid. XXXVII, 16.

דֵּעָה f. *scientia, cognitio, sapientia.* Ps. LXXIII, 11. Jes. XXVIII, 9. Jer. III, 15. Sq. acc. (more infinitivi) Jes. XI, 9: דֵּעָה אֶת־יְהוָֹה *cognitio Jehovae,* das Erkennen den Jehova. Plur. 1 Sam. II, 3: אֵל דֵּעוֹת יְהוָֹה. Iob. XXXVI, 4: תְּמִים דֵּעוֹת cf. de Deo XXXVII, 16.

דַּעַת f. id. 1) *scientia, cognitio* alicuius rei, quod quidem obiectum ponitur vel in acc. Gen. II, 9: עֵץ הַדַּעַת

טוֹב וָרָע. Comm. 17. Jer. XXII, 16: דַּעַת אֹתִי *cognitio mei*, vel in genit. דַּעַת דְּרָכַי Jes. LVIII, 2. Iob. XXI, 14, דַּעַת אֱלֹהִים Jes. XI. 2. Hos. IV, 1. VI, 6. Prov. II, 5. IX, 10 cognitio Dei, pro quo semel κατ' ἐξοχὴν הַדַּעַת. Genitivus subiecti est, דַּעַת שְׂפָתַי Iob. XXXIII, 3 דַּעְתְּךָ Iob. X, 7. — Ps. XIX, 3: *nox nocti nunciat* דַּעַת *cognitionem* sc. de gloria creatoris. CXXXIX, 6. בִּבְלִי דַעַת sine scientia i. e. inscius, per ignorantiam, opp. consulto, de industria. Deut. IV, 42. XIX, 4. Jos. XX, 3. 5. — Dubium est מִבְּלִי דַעַת Jes. V, 13 quod vel reddi potest: *propter defectum cognitionis* (sc. Dei), quia non cognoscunt Deum, Alex. διὰ τὸ μὴ εἰδέναι αὐτοὺς τὸν Κύριον, cf. מִבְּלִי הַדַּעַת Hos. IV, 6, quod ibi est pro מִבְּלִי דַעַת יְהוָה IV, 1. VI, 6; vel: *ita ut nesciant*, non animadvertant (v. rad. litt. B, a) i. e. improviso, inopinato, subito, ut Lutherus. Illi interpretationi obstare videtur, quod דַּעַת articulo caret (licet hoc excusari possit coll. אֱלֹהִים pro הָאֱלֹהִים): haec igitur certior videtur.

2) *intelligentia, intellectus, sapientia*. Jes. XL, 14. Iob. XXI, 22. Prov. I, 22. 29. VIII, 9. X, 14. XII, 1. 23. XIV, 7. 18. XV, 2. 7. 14 al. Saepe copulatur cum synn. חָכְמָה, תְּבוּנָה Ex. XXXI, 3. XXXV, 31. 1 Reg. VII, 14. Prov. I, 4. II, 6. Jes. XXXIII, 6. XLIV, 19. Eccl. I, 16. II, 26. אִישׁ דַּעַת vir intelligens Prov. XXIV, 5. יֹדֵעַ דָּעַת intelligentia polluit Prov. XVII, 27. דַּעַת־רוּחַ vana sapientia Iob. XV, 2. בְּדַעַת cum sapientia, sapienter Prov. XIII, 16, contra לֹא בְדַעַת Iob. XXXIV, 35, בְּלִי דַעַת Iob. XXXVIII, 2. XLII, 3, בִּבְלִי דַעַת XXXV, 16. XXXVI, 12.

מוֹדַע, מֹדַע m. Prov. VII, 4 et **מוֹדַע** Ruth II, 1 Keri *familiaritas*, et concr. *familiaris, amicus, amica*, nostr. *Bekanntschaft* pro *Bekannter*.

מוֹדַעַת f. id. Ruth. III, 2.

מַדָּע et **מַדַּע** (2 Paral. I, 10) Jod inserto more verborum פ״ן m. recentioris Hebraismi et Aramaismi vocabulum (v. chald.) *scientia*, inde

1) *intelligentia, sapientia* (copulatur cum חָכְמָה, הַשְׂכֵּל). 2 Par. I, 10—12. Dan. I, 4. 17.

2) *conscientia* (Bewusstseyn), *cogitatio*. Eccl. X, 20: גַּם בְּמַדָּעֲךָ מֶלֶךְ אַל תְּקַלֵּל *etiam in conscientia* i. e. in animo, cogitando *regi ne maledicas*. LXX. ἐν συνειδήσει σου. Vulg. in cogitatione tua. Kimchi: במחשבתך in cogitatione tua. Pro gr. συνείδησις 2 Cor. V, 11 Syrus habet ܡܕܥܐ.

מַנְדַּע (*dd* more Chaldaeorum in *nd* mutato) i. q. hebr. מַדָּע 1) *cognitio, scientia* Dan. II, 21. V, 12. 2) *intellectus* ibid. IV, 31: מַנְדְּעִי עֲלַי יְתוּב *et intellectus redibat ad me*. ib. 33. (Syr. ܡܕܥܐ, ܡܕܥ̈ܐ id. Sam. [Samaritan] Carm. sam. 4, 14. In Targg. saepius pro דַּעַת).

מַדּוּעַ (contr. ex מַה־יָּדוּעַ *quid edoctus* i. e. qua ratione ductus, gr. τί μαθών; paullo aliter Rabbini apud Kimchium ex מַה־דֵּעַ pro מַה־יְּדוּעַ quae est scientia s. mens et ratio? sed talis nominis nullum vestigium exstat) adv. interrogandi: *quare? cur?* Gen. XXVI, 27. XL, 7. Ex. II, 18. V, 14. XVIII, 14. Jos. XVII, 14. 1 Sam. XX, 2. 2 Sam. XVIII, 11. XIX, 42. 44. 1 Reg. I, 6. Iob. III, 12. XVIII, 3. XXI, 7. XXIV, 1. XXXIII, 13. Jer. VIII, 5. 19. 22. Neh. II, 2. 3. In interrogatione obliqua Exod. III, 3. — Iob. XXI, 4 אִם מַדּוּעַ non iungenda sunt (ut fecit Winerus p. 404), sed אִם respondet הַ interrogativo in membro priore, v. אִם B, 2 (pag. 108 col. 1).

יָהּ v. יְהוָה.

יָהַב *dedit* i. q. נָתַן, radix apud Hebraeos rara et defectiva, in linguis cognatis usitatissima. Arab. وَهَبَ, aeth. ወሀበ: chald. יְהַב in dial. hierosol. יַב, syr. ܝܗܒ, sam. [Samaritan]. (Quum stirps primaria הב *cupiendi* potestatem habeat [v. Lex. man. v. אָהַב], et imp. הַב *cedo!*, qui in Hebraismo fere solus usitatus est, et ipse *cupientis* sit, Böttcherus in Wineri Zeitschrift II, p. 90 sqq. suspicatur ex hoc imperativo demum exortam integram radicem יָהַב hancque proprie esse: capere, accipere fecit, quo fortasse factum est, ut pariter atque synonyma arabica أعطى, ناول, وهب c. acc. personae, cui datur, coniungi soleat).

Praeteriti exemplum exstare videtur (quicquid iactat et calumniatur Boettcherus l. c.) Ps. LV, 23: הַשְׁלֵךְ עַל יְהוָה יְהָבְךָ *committe Jovae* (cf. Ps. XXXVII, 5) id quod *tibi dedit* vel *imposuit* i. e. sortem tuam, concise pro אֲשֶׁר יָהַב לְךָ, cf. ad illam ellipsin Iob. XXIV, 19. Ps. XII, 6, ad suff. ךָ pro לְךָ, quae supra dicta sunt de verbis dandi et infra ad rad. נָתַן. Kimchi: יְהָבְךָ אשר נתן לך עד היום הזה. Id quod *Deus* alicui *dedit*, esse *sortem* eius (i. q. דַּרְכְּךָ Ps. XXXVII. l. c.), et per se evidens est et ostendit syn. מְנָת sors Jer. XIII, 25 a מָנָה tribuit, attribuit, cf. chald. יְהָבַת כַּלִּידָא portio calicis Ps. XI, 6, מוֹהֲבִית כַּלִּידִי Ps. XVI, 5 pro מְנָת כּוֹסִי portio calicis mei (pro sorte), syr. ܦܣܐ ܢܦܠ sortem dedit i. e. iecit. Quanquam alia quoque ratio ferri potest, et ipsa a Rabbinis iam proposita, qua יְהָב vel יָהָב nomen esse ponitur significans: *quod alicui datum* i. e. *sorte attributum est* i. e. sors, vel curae, calamitates ab aliquo perferendae. Kimchi: או יהבך שם כלומר מתנותיך השלך על יהוה כי הוא נתנם לך והוא יכלכלך, cf. supra chald. יְהָבָא et מוהבית. Tertia quaedam hunc locum expediendi ratio, et ipsa non inepta, ab usu loquendi certe minus confirmata est. Statuunt enim Talmudistae nomen יהב *oneris* significatum habuisse, et provocant ad usum quendam Aramaeorum [non Arabum, ut a recentioribus quibusdam annotatum video; verba enim mox e Talmude laudanda chaldaea sunt, quanquam ab Judaeo Arabe dicta]. Kimchi: *Talmudistae onus*

interpretantur לקחיהי בלשון ארמי באמרם לא הוו ידעי רבנן מאי השלך על יהוה יהבך שמיעה להחיא טייעא דקאמר להחוא גברא שקול יהביך ושדי אגמלאי [i. e. sume onus et proiice illud super camelos]", cf. Megilla fol. 18 col. 1. Bereschith rabba sect. 79 it. Juda ben Karisch ad h. l. in Eichhorn. bibl. III, p. 967. Et potuit profecto *onus* ab *imponendo* dici: *ponendi* enim significatum יהב (quod ignorare non debebat Boettcherus l. c. p. 92, lin. 11. 12) apud Hebraeos et Aramaeos non minus habet quam נָתַן apud Hebraeos, v. imp. הָבוּ no. 2, chald. יְהַב no. 2, sam. יהב sq. עַל praeposuit Gen. XLI, 43, in carcerem posuit, coniecit XXXIX, 20, cf. XLI, 42 al. — Ex coniectura etymologica Boettcherus l. c. reddit: *desiderium tuum*, a cupiendi significatu in stirpe הב, de qua supra. Mere coniecturalia sunt, quae habent vett. ut LXX. *μέριμνα*, Vulg. *cura*, chald. סִבְרָךְ, quod reddunt *spes tua*, fortasse rectius: *onus tuum* a סבר, סיבר portavit i. q. נְשָׂא, ut conveniat cum illa Talmudistarum interpretatione. Eodem pertineret, si modo scriptura sana esset, Hos. IV, 18: אָהֲבוּ הֵבוּ קָלוֹן מָגִנֶּיהָ, quod ita interpretantur Hebraei, ut הֵבוּ sit pro הָבוּ (cf. רַד pro יְרַד, תַּחַת pro נָחֲתָה) et constructio *ἀσύνδετος*: *amant dare dedecus principes eius*. Hieron. dilexerunt afferre. Paulo aliter Kimchi: אהבו תמיד לומר הבו. Sed ita languet oratio, quae hanc sententiam flagitat: *amant ignominiam*. Vix igitur dubito quin alterum illud הבו, quod הֵבוּ pronunciant Grammatici, spurium sit et librario debeatur, qui tres litteras ה ב ו per errorem bis a se scriptas etiam postea errore animadverso non deleverat, ne codicis elegantia detrimentum caperet, fortasse punctis tantum notaverat, quae a lectoribus reliquisque librariis neglecta sunt.

Praeterea in solo imp. הַב semel Prov. XXX, 15, alibi c. He parag. הָבָה, fem. הָבִי Ruth III, 15 pl. הָבוּ 1) *da*, *cedò*, pl. *date*, sq. acc. obiecti. Gen. XXIX, 21: הָבָה אֶת־אִשְׁתִּי. XLVII, 16. Zach. XI, 12, et dat. pers. cui datur Gen. XXX, 1: הָבָה לִּי בָנִים. Iud. I, 15. Ps. LX, 13. Deut. XXXII, 3: הָבוּ גֹדֶל לֵאלֹהֵינוּ. 1 Par. XVI, 28. 29. Ps. XXIX, 1. 2. XCVI, 7. 8. Absol. הָבוּ לִי *date mihi* (aliquid). Iob. VI, 22. Additur dat. pronominis, qui redundat 2 Sam. XVI, 20: הָבוּ לָכֶם עֵצָה *date consilium*, cf. Iud. XX, 7. — 2) *pone*, pl. *ponite*. 2 Sam. XI, 15: הָבוּ אֶת־אוּרִיָּה אֶל־מוּל־פְּנֵי הַמִּלְחָמָה. Deut. I, 13: הָבוּ לָכֶם אֲנָשִׁים *constituite vobis viros*. Ios. XVIII, 4. — Abit 3) in adv. hortandi: *age*, i. q. לְכָה Gen. XI, 7, quo significatu forma הָבָה ponitur etiam, ubi compellantur mulieres Gen. XXXVIII, 16, vel plures ibid. XI, 3. 4. Exod. I, 9, quo eodem significatu etiam לְכָה declinari non solet Gen. XIX, 32. (Arab. هَبْ da, concede).

יְהַב chald. Dan. III, 28, imp. הַב Dan. V, 17, part. act. יָהֵב II, 21, praet. pass. יְהִיבַת, יְהִיבוּ Dan. VII, 11. 12. Esr. V, 14 (fut. et inf. repetuntur a verbo נְתַן, cf. syr. ܝܗܒ fut. ܢܬܠ a rad. ܢܬܠ) chald. i. q. hebr. 1) *dedit*, sq. accus. rei et dat. pers. Dan. II, 21. 23. 37. V, 17—19. 28. VII, 4. 6. 12. 14. 27. Esr. V, 14. יְהַב בְּיַד dare in potestatem alic. Dan. II, 38. Esr. V, 12. Absol. *dedit* pro *obiecit*, *obtulit* (dahin geben, Preiss geben) Dan. III, 28. יְהַב טַעְמָא rationem reddere VI, 3. — 2) *posuit*, *iecit*, v. c. in ignem Dan. VII, 11, iecit fundamenta Esr. V, 16. In Targg. id. persaepe.

Ithpe. אִתְיְהֵב fut. יִתְיְהֵב *datus*, *traditus est*, sq. לְ pers. alicui. Dan. IV, 13. VII, 25. Esr. IV, 20. VI, 4. 8. 9. VII, 19.

הַבְהָבִים pro יְהַבְהָבִים m. pl. *dona*. Hos. VIII, 13: זִבְחֵי הַבְהָבַי *sacrificia mihi danda*. Kimchi מתנותי. Addit tamen, alios interpretari *ustulata*, *tosta* ex usu Talmudicorum, quibus הבהב est *torrere*, et Arabum, quibus هَبْهَبِيّ est torrens. Ita etiam Jarchi et Tanchum Hierosol. (v. Pococke ad h. l.), contextu parum favente. Huic magis favet interpretatio τῶν ό: *θυσιαστήρια τὰ ἠγαπημένα*, qua הַבְהָבִים ex אֲהַבְהָבִים ortum ponitur. Eandem vindicare studuit Boettcherus l. c. p. 90. 91.

יָהַד *Hithpa.* הִתְיַהֵד v. rad. יָדָה p. 575.

יְהוָֹה n. pr. summi numinis apud veteres Hebraeos, de quo disputationem nostram ita instituere visum est, ut primum de vera eius pronunciatione dein de origine et significatione, denique de usu eius disseramus.

I.

Licet inde a *Galatino*, seculi decimi sexti scriptore (de arcanis catholicae veritatis lib. 3, non, ut alii voluerunt, iam inde a *Raymundo Martini* in pugione fidei, v. Gusset. Lex. p. 383) paene omnium usu receptum sit, nomen יְהוָֹה iis quibus in codicibus munitum est vocalibus pronunciare *Jehova*, nihilominus hodie tantum non omnes in eo consentiunt, puncta illa vocalia non vera et genuina, sed a voce אֲדֹנָי petita esse. Nimirum Hebraei recentiores, sed iam ante Versionis Alexandrinae tempora *), vel veterem quandam superstitionem sectantes (cf. Herod. 2, 86. Cic. de nat. deor. 3, 56, it. tritum illud *μὰ τόν*, *μὰ τήν* pro *μὰ Δία* Pausan. Corinth. 74. Schol. ad Arist. Ran. 1374), vel falsa legis cuiusdam Mosaicae interpretatione decepti (Lev. XXIV, 16: נֹקֵב שֵׁם יְיָ מוֹת יוּמָת, dein: בְּנָקְבוֹ שֵׁם יוּמָת, ubi reddunt: *qui profert nomen Jovae morietur* — *quia protulit nomen*, *morietur*, quum sententia potius sit: *qui maledicit nomini divino* cet., v. infra ad נָקַב) hoc nomen adeo sacrosanctum habebant, ut vel pronunciationem eius religioni sibi ducerent. Philo de vita Mosis III, p. 519 ed. Colon. . . . *ὀνόματος ὃ*

---

*) Prima eius rei vestigia iam in ipso V. T. comparent Gen. XXXII, 30. Jos. V, 14. 15. Iud. XIII, 18, praeterea in eo quod a nonnullis argenteae aetatis scriptoribus יהוה prorsus fere abest. v. T. I. p. 97 B. 98 A.

μόνοις τοῖς ὦτα καὶ γλῶτταν σοφίᾳ κεκαθαρμένοις θέμις ἀκούειν καὶ λέγειν ἐν ἁγίοις, ἄλλῳ δ᾽ οὐδενὶ τὸ παράπαν οὐδαμῶς. Ibid. p. 529 · *εἰ δέ τις οὐ λόγῳ βλασφημήσειεν εἰς τὸν ἀνθρώπων καὶ θεῶν κύριον, ἀλλὰ καὶ τολμήσειεν ἀκαίρως αὐτοῦ φθέγξασθαι τοὔνομα, θάνατον ὑπομεινάτω τὴν δίκην.* Joseph. Archaeol. II, 12 §. 4: *ὁ θεὸς αὐτῷ σημαίνει τὴν ἑαυτοῦ προσηγορίαν ..... περὶ ἧς οὐ μοὶ θέμις εἰπεῖν.* Talmud. Sanhedr. c. 2 fol. 90, 1: אף ההוגה את השם באותיותיו אין לו חלק בעולם הבא *etiam qui pronunciat nomen* (Dei) *suis litteris, non est ei pars in seculo futuro.* Maimonides in libro Jad chasaka c. 14 §. 10: ואומר את השם בכתבו והוא השם הנהגה מיוד הא ויו הא וזה הוא השם המפרש האמור בכל מקום ומדינה אומרים אתו בכנויו הוא באלף דלת שאין מזכירין את השם בכתבו אלא במקדש בלבד ומשמת שמעון הצדיק פסקו הכהנים מלברך בשם המפרש אפילו במקדש כדי שלא ילמוד אותו אדם שאינו חשוב ושאינו הגון i. e. *pronunciat* (sacerdos in templo) *nomen secundum scripturam eius, atque hoc est illud quod effertur per Jod, He, Vav, He, quod Schem hammephorasch dicitur. In omni loco et provincia efferunt illud per cognomen eius, videlicet* 'אד*, neque enim pronunciant nomen illud secundum scripturam eius, nisi in templo tantum. At ex quo mortuus est Simeon Justus, desierunt sacerdotes benedicere per nomen illud, etiam in ipso templo, ne illud disceret homo, qui non esset honestus et bonae existimationis.* Id. More Nebochim 1, 61: *nomen hoc non pronunciabatur, nisi in sanctuario et quidem a sacerdotibus Dei sanctificatis in benedictione sacerdotali et a pontifice ipso die ieiunii.* Theodoret. quaest. 13 in Exod. *τοῦτο δὲ* (ὄνομα) *παρ᾽ Ἑβραίοις ἄφραστον ὀνομάζεται· ἀπείρηται γὰρ παρ᾽ αὐτοῖς διὰ τῆς γλώττης προφέρειν.* Euseb. praep. evang. II, p. 305. Vide plura ap. Relandum, Decade dissert. p. 47 sqq. 173 sqq. 423. Ubicunque igitur in libris sacris nomen illud *ἄῤῥητον* legebatur, pro eo attributum Dei (כנוי) אֲדֹנָי efferre, eamque ob causam post puncta inventa in codicibus, qui vocalibus ornati essent, vocales nominis אֲדֹנָי more in lectionibus masoreticis recepto quattuor litteris יהוה substernere solebant: ita quidem, ut prima littera Jod Schwa simplici, non composito muniretur (יְהוָֹה, non יֲהוָֹה) *), reliqua puncta omnia ad vocabulum אדני accommodarentur. Hoc ita se habere, apparet etiam ex his: a) cum praefixis ב, ל, ו, מ, non scriptum est בִיהוָֹה, לִיהוָֹה, וִיהוָֹה, מִיהוָֹה, ut alibi בִּיהוּדָה, בִּירוּשָׁלַםִ, sed ubique cum Patach בַּיהוָֹה Ps. XI, 1. XXVI, 1. XXXII, 10. 11. XXXIII, 1. XXXVII, 3. LXIV, 11, לַיהוָֹה Ps. VII, 1. XIII, 6. XVI, 2. XVIII, 1. XXIV, 1. XXVII, 6. XXXI, 25. XXXII, 5. XXXIII, 2, וַיהוָֹה XXXIV, 18, מֵיהוָֹה XXXIII, 8. XXXVII, 39, ut in בַּאדֹנָי, לַאדֹנָי, מֵאֲדֹנָי. b) in litteras בגדכפת post nomen יהוה Dagesch lene immissum est (Ps. I, 6: יוֹדֵעַ יְהוָֹה דֶּרֶךְ. II, 11. XI, 4. XII, 2. 8. LXIX, 17), quod flagitabat forma אֲדֹנָי, cuius Jod consonans est, non admisisset He quiescens in יְהוָֹה, si hoc suis ipsius vocalibus munitum fuisset. c) ubicunque in textu est אדני יהוה, scriptum exstat אֲדֹנָי יֱהוִֹה Jes. XXVIII, 16. XXX, 15. XLIX, 22. LII, 4. Ez. II, 4. III, 11. 27. V, 5. 7. 8. VI, 3. VII, 2. Am. III, 11. V, 3. Ne enim bis pronunciandum ipsis esset *Adonai*, pro יהוה in hac compositione efferebant *Elohim*, nomenque tetragrammaton vocis אֱלֹהִים vocalibus ornabant. Illam autem sive legem sive superstitionem, qua Judaei a nomine divino efferendo abstinerent, iam nonnullis ante Christum seculis invaluisse, ex eo apparet, quod LXX. interpretes nunquam non יהוה *ὁ Κύριος* reddunt, ut alibi אֲדֹנָי: similemque rationem sequuntur Samaritani, qui pro יהוה שׁימא i. e. *nomen* efferre solent (Reland de Samaritanis §. 12. Huntington epist. 33). — Singula argumenta, quibus modo probavimus tetragrammaton non suis, sed alienis vocalibus scriptum esse, accuratius exposita et vindicata habes in Drusii, S. Amamae, Cappelli, Buxtorfii, Altingii dissertationibus, quas una cum adversariorum (Gatackeri, Fulleri, Leusdenii) opusculis collectas exhibet H. Relandus, Decade exercitationum philologicarum de vera pronunciatione nominis Jehova. Traj. ad Rhenum 1707. 8. In eorum argumentis, qui יְהוָֹה genuinas sibique proprias vocales habere censent, nullum est, quod aliquam ne dicam vim ad persuadendum sed veritatis tamen speciem habeat, praeter hoc, quod prior tetragrammati pars, quae saepe in nominibus propriis comparet, יְהוֹ effertur, ut יְהוֹנָתָן, יְהוֹחָנָן al. (v. Michaëlis Suppl. p. 524 **) Meyer Blätter f. höhere Wahrheit XI, p. 306), sed etiam hanc formam ex ea nominis יהוה pronunciatione, quae maiore suo iure genuina habetur, explicari posse, infra videbimus.

II.

Quodsi igitur vocales vocis יְהוָֹה aliunde arcessitae sunt, iam porro quaerendum est, *quibus tandem vocalibus hoc nomen pronunciandum sit?* quod orali tantum institutione, eaque paullulum arcana, Rabbinorum discipulis traditum esse narrat Maimonides, More nebochim 1, 62: צוונו בברכת הכהנים ובה שם יי בכתבו אשר הוא שם המפרש ולא היה נודע אל כל אדם איך יהיה הדבור בו ובאיזה תנועה יניע כל אות מאותיותיו או אם ידגש קצת אותיותיו אם היתה אות מקבלת דגשות אבל אנשי החכמה היו מוסרים אותו זה לזה רוצה לומר תואר הדבור בו ולא היו מלמדים אותו לאדם אלא לתלמיד הגון

*) Cabbalisticis rationibus hoc tribuit Asarias in Meor Enaim c. 6 fol. 42. „Quod Jod habet Scheva simplex .... parum interest, cum Scheva ab initio vocis apud priscos instar A rapti h. e. Cateph-patach pronunciatum fuerit. Vel etiam fieri potest, ut compendii caussa ita scripserint, quia creberrime in sacris litteris occurrit.“ Buxtorf ap. Reland. l. c. p. 393. Fortasse יְהוָֹה tum demum scribebant pro יֲהוָֹה, postquam puncta illa vocalia cum litteris iam in unum coalescere coeperant.

**) „Ex consueta sententia nomini ab הוה fuit ducto, tria tempora insunt, Jod ex futuro petito (quod quidem dubio caret), Cholem ex participio, quo praesens tempus indicant Hebraei, et Kamez ex praeterito, ut eum designet *qui idem semper fuit, est, eritque*: cui sententiae et meum, si quis est, calculum adiecerim.“

פעם אחת בשבוע *mandatum accepimus de benedictione sacerdotum et cum ea de pronunciando nomine Dei secundum scripturam eius i. e. de Schem hammephorasch. Non constabat autem cuilibet homini eius pronunciatio, qua vocali singulae litterae essent efferendae, an littera aliqua esset dagessanda i. e. an reciperet duplicationem. Sed viri sapientes tradebant sibi invicem, volo dicere, modum pronunciationis. Non docebant autem ullum hominem nisi discipulum honestum, idque semel in septimana.* E scriptoribus Graecis tum profanis tum ecclesiae patribus plerique numen Hebraeorum *ΙΑΩ* appellatum fuisse memoriae produnt, pauciores *ΙΕΥΩ*, *ΙΑΟΥ*, unus Theodoretus addit, Samaritanorum pronunciationem fuisse *ΙΑΒΕ*. Diod. Sic. 1, 94: *παρὰ μὲν γὰρ Ἀριμασποῖς Ζαθραύστην ἱστοροῦσι τὸν ἀγαθὸν δαίμονα προςποιήσασθαι τοὺς νόμους αὐτῷ διδόναι .... παρὰ δὲ τοῖς Ἰουδαίοις Μωσῆν τὸν ΙΑΩ ἐπικαλούμενον θεόν.* (Quod Hengstenbergius de authentia Pentat. I, pag. 227 etiam Plutarchum symp. IV probl. 5 laudat, qui Iudaeorum deum *ΙΑΩ* appellet, falsum est. Licet enim probl. 6 de Iudaeorum deo disputetur, nomen eius non memoratur). Porphyrius ap. Euseb. praep. evang. 10, 11: *ἱστορεῖ δὲ τὰ περὶ Ἰουδαίων ἀληθέστατα ..... Σαγχωνιάθων ὁ Βηρύτιος εἰληφὼς τὰ ὑπομνήματα παρὰ Ἱερομβάλου τοῦ ἱερέως θεοῦ ΙΕΥΩ.* Tzetzes Chiliad. 7, 126: *ἑβραϊκῶς τὸ ΙΑΩ ἀόρατον σημαίνει.* Hesych. *Ὀζείας* [עֻזִּיָּה], *ἰσχὺς Ἰαώ*, id. *Ἰωαθάμ*, *Ἰαὼ συντέλεια.* Clemens Alex. Strom. V p. 666 Oxon. *ἀτὰρ καὶ τὸ τετράγραμμον ὄνομα τὸ μυστικὸν, ὃ περιέκειτο οἷς μόνοις τὸ ἄδυτον βάσιμον ἦν. λέγεται δὲ ΙΑΟΥ* (Cod. Turin. ap. Didym. Taurin. p. 32 *ἰὰ οὐὲ*, quod accurate imitatur יהוה), *ὃ μεθερμηνευόμενον ὁ ὢν καὶ ὁ ἐσόμενος.* Origenes in Dan. T. II p. 45: *Ἱερεμίας ... ἑρμηνεύεται μετεωρισμὸς Ἰαώ.* *Irenaeus* adv. haeres. 2, 66: vocabulum Jaoth (lege *Jaoh*) extensa cum aspiratione novissima syllaba mensuram praefinitam manifestat. Hieron. in Ps. VIII: *Prius nomen Domini apud Hebraeos quatuor litterarum est, Jod, He, Vav, He, quod proprie dei vocabulum sonat et legi potest* Jaho (ita vett. editiones, recentiores male *Jehova*), *et Hebraei ἄῤῥητον id est ineffabile opinantur.* Theodoret. quaest. 15 in Exod. (T. I p. 133 Hal.) *καλοῦσι δὲ αὐτὸ Σαμαρεῖται ΙΑΒΕ, Ἰουδαῖοι δὲ Ἀϊα* (= אֶהְיֶה) cod. Aug. *Ἰά.* Epiphanius haer. 20 (40) T. I p. 296 Petav. haec Dei nomina recenset: *Ἠλὶ, Ἐλωὶ, Ἰσραὴλ* (?), *Σαδαΐ, Ἐλλιών, Ῥαββωνὶ, Ἰὰ, Ἀδωναΐ, ΙΑΒΕ*, et paulo post *ΙΑΒΕ* declarat: *ὃς ἦν καὶ ἔστι καὶ ἀεὶ ὤν*, laudatis verbis Ex. III, 14. Apud Gnosticos *ΙΑΩ* Iudaeorum deus mox in aeonum numero recensetur (Iren. 1, 34. Epiphan. haer. 26) et propterea in gemmis una cum *Ἀβρασάξ, Ἀδωνί, Σαβαώθ* comparet (v. *Matter* histoire du gnosticisme tab. 8—10. Bellermann über die Gemmen der Alten mit dem Abraxasbilde, fasc. I. II. Berlin 1817. 1818. 8.): gnostici etiam hominis fetus esse videtur illud Clarii Apollinis oraculum a Macrobio (Sat. 1, 18) laudatum, ex quo hic, *Ἰαώ* solem fuisse, conficit:

φράζεο τὸν πάντων ὕπατον θεὸν ἔμμεν ΙΑΩ
χείματι μέν τ' Ἀΐδην, Δία δ' εἴαρος ἀρχομένοιο
ἠέλιον δὲ θέρους, μετοπώρου δ' ἁβρὸν ΙΑΩ,

(v. Jablonski Panth. aegypt. 1, 250 sqq.).

Horum igitur scriptorum auctoritatem secuti multi e recentioribus יַהְוֹה *Jahvo* (*Ἰαώ*) pronunciandum censuerunt, ut sit nomen formae יַעֲקֹב. Sed obstant tamen grammaticae rationes, quum huiusmodi formam certe in nomine vere hebraeo a verbo ל״ה ducto vix reperias: neque ista Graecorum auctoritas ita magni momenti esse videtur, praesertim cum litterae יהוה vocalibus carentes vix aliter pronunciari possent, quam *Jaoh* (v. Iren.), gr. *Ἰαώ, Ἰαού* (ו = *ου*), *Ἰευώ* (ה = *ε*). Magis igitur placent, qui (quod cum Samaritanorum pronunciatione a Theodoreto laudata convenit) יַהְוֶה efferendum existimant, quae forma tum eo commendatur, quod formae decurtatae ex ea facillime explicantur (ex יַהְוֶה fit יַהְוֹ, ut יִהְיֶה, יְהִי, יְהִי; inde abiecto Vav tono carente יָהּ; et ex eodem fonte oritur etiam יְהוֹ pro יַהְוֹ = יָהוּ, v. Hitzig ad Jes. p. 4): tum eo quod grammaticis rationibus et origini in ipso V. T. (Exod. III, 14) propositae egregie accommodata est. Postquam enim Moses a Deo petiit, ut nomen suum sibi indicaret, hic respondet: אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה וַיֹּאמֶר כֹּה תֹאמַר לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל אֶהְיֶה שְׁלָחַנִי אֲלֵיכֶם, quibus verbis primum significatur יהוה idem esse quod יִהְיֶה, pro qua tertia persona Jehova de se loquens prima utitur (LXX. *ἐγώ εἰμι ὁ Ὢν ..... ὁ Ὢν ἀπέσταλκέ με*); dein hoc non simpliciter *eum* esse *qui sit*, quod quam frigidum sit, nemo non videt, sed emphatice *qui semper idem sit* i. e. *immutabilem, aeternum.* Atque huic et significationi et origini (Gr. Venet. barbare: *ἡ ὀντώτης*) etiam alibi in Vetere et N. T. alluditur (Mal. III, 6: אֲנִי יְהוָֹה לֹא שָׁנִיתִי. Hos. XII, 6: יְהוָֹה זִכְרוֹ *Jova* i. e. immutabilis est *nomen eius.* Apoc. I, 4. 8 cf. nobilissimam inscriptionem in Isidis templo Saitico: *Ἐγώ εἰμι τὸ γεγονὸς καὶ ὂν καὶ ἐσόμενον* Plut. de Isid. et Osir. cap. 9) linguaeque rationibus nihil accommodatius est, si modo statuimus, יַהְוֶה (v. supra) esse derivatum futuri Kal a הָוָה, quae est forma antiquior pro הָיָה, ut יָבִין, יִצְחָק al. In hac igitur explicatione antiquitus recepta (v. supra Clem.) Alex. et Epiphanium acquiesci potest *), eo magis quum oleum fere et operam perdidisse censendi sint,

*) Unam addere liceat coniecturam iis maxime non displicituram, qui illud etymon nimis subtile, reconditum et ab Hebraeorum antiquiorum ingenio alienum censuerunt, ut Koppe (ad Exod. l. c. in Pottii syll. IV p. 59), Bohlenius (ad Gen. p. 103), Vatkius, theol. bibl. p. 671. Quid enim si statuamus, יַהְוֶה esse potius a fut. Hiph. (ut יַבְנֶה) et *eum* significare: *qui existere facit* i. e. *creatorem*, vel secundum primariam verbi potestatem (p. 370) *eum qui vitam dat* i. e. מְחַיֶּה? — Ceterum eximium argumentum, quo probetur etymon nominis יהוה a הוה = הָיָה fuit, exstat in duobus nominibus יֵהוּא et יֵשׁוּעַ pro יְהוֹהוּא et יְהוֹשֻׁעַ vel potius pro יַהְיֵהוּא, יַהְיֵשׁוּעַ. Ex his enim apparet, pro יַהְוֶה etiam dici potuisse יַהְיֶה, v. infra יֵהוּא, יֵשׁוּעַ.

qui peregrinam huic vocabulo originem vindicare vellent. Nam neque in Phoenicia (*Ἰευώ* apud Philonem Bybl. l. c. est ipse Hebraeorum יהוה) neque in Aegypto vetere (*Ἰαώ* Gnosticorum itidem est יהוה Veteris Testamenti) vestigia eius reperta sunt: neque eorum opinio, qui et יהוה et *Jovis* (unde *Ju*-piter) ex antiquissimo quodam fonte orientali fluxisse coniecerunt, magna veri specie gaudet: *Jovis* enim teste Varrone de ling. lat. 5, 20 ortum est ex *Diovis*, (ut *bellum* ex *duellum*), quod ex *Ζεύς*, *Διός* ortum esse admodum probabile est. Licet igitur inter *Jehova* et *Jov*-is aliqua similitudo intercedat, nulla fere est inter יְהוָה et *Ζεύς*, *Διός*, *Diovis*. Cf. Tholuck über den Ursprung des Namens Jehova aus Aegypten und Indien, Litt. Anzeiger 1832 p. 212 sqq. Hengstenberg Authentie des Pentateuchs I p. 204 sqq. Singularem *Gesneri* (de laude Dei per septem vocales, Comment. Gotting. ad annum 1751. T. I p. 245) hypothesin, qui ex loco (male intellecto) libri *περὶ ἑρμηνείας* (§. 71: *ἐν Αἰγύπτῳ .... τοὺς θεοὺς ὑμνοῦσι διὰ τῶν ἑπτὰ φωνηέντων οἱ ἱερεῖς*) colligere volebat, summi numinis nomen *ΙΕΗΩΟΥΑ* iam ab Aegyptiorum sacerdotibus in templo decantatum esse, explosit *Didymus Taurinensis*, de pronunciatione divini nominis quatuor litterarum, Parmae 1799 p. 72 sqq. cf. eiusd. literaturae copticae rudimentum p. 44. Ne hoc quidem certo effici potest, Hebraeorum numen antiquitus etiam ab aliis populis cultum esse: nam neque quae Gen. XIV, 18. XX, 3 sqq. narrata sunt, neque Hierombali, sacerdotis *τοῦ Ἰευώ* mentio apud Porphyrium (v. supra) quicquam probant, nedum illud quod nomina propria cum *Jo*, *Ja* composita passim etiam gentilibus tribuuntur (v. Hamakeri miscell. Phoen. p. 174. 175. Lindberg apud Falbium, sur l'emplacement de Carthage p. 103, et contra Monum. nostra Phoenicia p. 181).

III.

Quid nomen proprium יהוה differat ab הָאֱלֹהִים et אֱלֹהִים de *vero Deo* usurpatis, iam supra (p. 97 B. 98 A) breviter exposuimus. His quae ibi dicta sunt, addendum, in libris prophetarum fere solum יְהוָֹה utpote sanctius augustiusque nomen reperiri, אֱלֹהִים absol. de summo Deo rarissimum esse, et non nisi in certis quibusdam formulis (max. in genit.) adhiberi, ut Jes. XIII, 19 (et ita Jer. L, 40. Am. IV, 11 cf. Gen. XIX, 29). LIII, 4. — Jer. XXXV, 4 (אִישׁ אֱלֹהִים, v. infra). Ezech. I, 1. XL, 2. Hos. IV, 1. VI, 6 (ubi דַּעַת אֱלֹהִים cognitio Dei, aptior erat quam דַּעַת יְהוָֹה). XII, 5 (ex Gen. XXXII, 25). Mich. III, 7. Zach. VIII, 23 (אֱלֹהִים עִמָּכֶם). XII, 8 (כֵּאלֹהִים כְּמַלְאַךְ יְי). Mal. III, 15 (deum tentare) 18. Contra in solennioribus formulis, maxime prophetarum, *nunquam non* יְהוָֹה ponitur, v. c. כֹּה אָמַר יְהוָֹה, in prophetis sexcenties, praeterea Exod. IV, 22. VII, 17. 26. VIII, 16. IX, 1. 13. X, 3. XI, 4. XXXII, 27. 1 Sam. XV, 2. 2 Sam. VII, 8. XII, 7. 11. 1 Reg. XIII, 21. XIV, 7. XVII, 14. XX, 13. 2 Reg. I, 4. 6. 16. II, 21. III, 16. 17 al. (nunquam אָמַר הָאֱלֹהִים); נְאֻם יְהוָֹה persaepe in prophetis, praeterea Gen. XXII, 16. Num. XIV, 28. 1 Sam. II, 30. 2 Reg. IX, 26. XIX, 33. XXII, 19. Ps. CX, 1 (nunquam נ' אֱלֹהִים); אֲנִי יְהוָֹה Ex. VI, 2 (וַיְדַבֵּר אֱלֹהִים וַיֹּאמֶר אֲנִי יְהוָֹה). 6. 7. 8. VIII, 18. XII, 12. XIV, 4. 18. XV, 26. XVI, 12. XX, 2. 5. XXXI, 13. Lev. XI, 44. 45. XVIII, 2. 4. 5. 6. 21. 30. XIX, 2. 3. 4. 10. 12. XXI, 8. XXII, 2. 8. 9. 30. 31. 32. Jes. XLIII, 11. 15. XLIV, 24. XLV, 3. 5—7. 18. 19. 21. XLVIII, 17. XLIX, 23. 26. LX, 16. Jer. XXIV, 7. Ez. XI, 10. 12 et saepe (nunquam אֱלֹהִים); in iurandi formula חַי יְהוָֹה 1 Sam. XIV, 39. 45. XX, 3. XXV, 26. 34. XXVI, 10. 16. 2 Sam. IV, 9. XII, 5. XIV, 11. 1 Reg. I, 29. II, 24. XVII, 1. 12. XXII, 14. 2 Reg. II, 4. 6. III, 14. Jer. IV, 2. V, 2. XII, 16. XVI, 14. XXIII, 7. XXXVIII, 16. XLII, 7. XLIV, 26 (nunquam אֱלֹהִים, etiam in iis capitibus, in quibus hoc nomen creberrimum est, v. 1 Sam. XIV, 45). Etiam in his locutionibus יְהוָֹה pro peculiari indole sua multo frequentius est: דְּבַר יְהוָֹה, (דִּבְרֵי יְהוָֹה) Gen. XV, 1. 4. Ex. IV, 28. IX, 20. 21. XXIV, 3. 4. Num. XI, 24. XV, 31. Deut. V, 5. Jos. VIII, 8. 27. 1 Reg. VI, 11. XII, 24. XVII, 2. 5. 8. 2 Reg. I, 17. III, 12. VII, 1. Jes. I, 10. XXVIII, 13. 14. XXXVIII, 4. XXXIX, 8. LXVI, 5. Jer. I, 2. 4. 11. 13. II, 1. 4. VI, 10. VIII, 9. XIV, 1. XX, 8. XXII, 2. XXIX, 30. XLII, 7. XLIII, 8. Ez. I, 3. VI, 1. 3. XXXVI, 4. Hos. I, 1. IV, 1. Joel I, 1. Mich. I, 1. IV, 2. Zeph. I, 1. II, 5. Zach. VII, 4. Ps. XXXIII, 4. 6 al. (ד' אֱלֹהִים 1 Sam. IX, 27. 1 Par. XVII, 3. XXVI, 32. XXV, 5.); שֵׁם יְהוָֹה (etiam in iis capitibus, quae alias Elohim in deliciis habent, v. 2 Sam. VI, 2) Gen. IV, 26. XII, 8. XIII, 4. XVI, 13. XXI, 33. XXVI, 25. Ex. XX, 7. XXXIII, 19. XXXIV, 5. Lev. XXIV, 16. Deut. V, 11. XVIII, 5. 7. 22. XXI, 5. XXVIII, 10. XXXII, 3. Jos. IX, 9. 1 Sam. XX, 42. 2 Sam. VI, 2. 1 Reg. V, 19. VIII, 20. X, 1. XVIII, 24. XXII, 16. 2 Reg. V, 11. Jes. XXIV, 15. XXX, 27. XLVIII, 1. L, 10. LIX, 19. LX, 9. Ps. VII, 17. XX, 8. CXIII, 1. 2. 3. CXVI. 4. 13. CXVIII, 10. 11. 12. 26. Prov. XVIII, 10. Iob. I, 21 (ש' אֱלֹהִים semel Ps. LXIX, 31); יַד יְהוָֹה Exod. IX, 3. XVI, 3. Num. XI, 23. Deut. II, 15. Jos. IV, 24. XXII, 31. Iud. II, 15. 1 Sam. V, 6. VII, 13. XII, 15. 2 Sam. XXIV, 14. 1 Reg. XVIII, 46. 2 Reg. III, 15. Jes. XXV, 10. XL, 2. XLI, 20. LI, 17. LIX, 1. LXVI, 14. Jerem. LI, 7. Ez. I, 3. III, 14. 22. VIII, 1. XXXVII, 1. XL, 1. Ps. LXXV, 9 (in quo quidem carmine Deus alibi est *Elohim*). Prov. XXI, 1. Iob. XII, 9 (quum in poëtica huius libri parte nominis יְהוָֹה praeterea nullus usus sit). (יַד אֱלֹהִים 1 Sam. V, 11. Eccl. II, 24. IX, 1, יַד אֵל, יַד אֱלוֹהַּ Iob. XIX, 21. XXVII, 11); פִּי יְהוָֹה Ex. XVII, 1. Lev. XXIV, 12. Num. III, 16. XXXIX, 4. 37. 41. 45. IX, 18. 20. 23. XIII, 3. XIV, 41. XXXIII, 2. 38. XXXVI, 5. Deut. I, 26. 43. VIII, 3. IX. 23. XXXIV, 5. Jos. XV, 13. XIX, 50. XXI, 3. 1 Sam. XII, 14. 15. 1 Reg. XIII, 26. 2 Reg. XXIV, 3. Jes. XL, 5. LVIII, 14. LXII, 2. Jerem. XXIII, 16. Mich. IV, 4 (nunquam פִּי אֱלֹהִים); עֵינֵי יְהוָֹה Gen. VI, 8. XXXVIII, 7. 10. Lev. X, 19. Num. XXIV, 1. XXXII, 13. Deut. VI, 18. IX, 18. XII, 25. 28. XIII, 19.

XVII, 2. XXXI, 29. Iud. III, 7. 12. IV, 1 cet. 1 Sam. XII, 17. XXVI, 24. 2 Sam. XI, 27. 1 Reg. XI, 6. XIV, 22. XV, 5. 11. 26. XXII, 53. 2 Reg. III, 2. 18. Jes. XLIX, 5. Jer. LII, 2. Am. IX, 8. Ps. XXXIV, 16. CXVI, 15. (ע׳ אֱלֹהִים Num. XXIII, 27. Prov. III, 4); קוֹל יְהוָה Ex. XV, 26. Deut. V, 22. VIII, 20. XIII, 19. XV, 5. XVIII, 16. XXVI, 14. XXVII, 10. XXVIII, 1. 2. 15. 45. XXX, 8. 10. 1 Sam. XII, 15. XXVIII, 18. 1 Reg. XX, 36. 2 Reg. XVIII, 12. Jer. III, 25. VII, 28. XXVI, 13. XXXVIII, 20. XLII, 21. XLIII, 4. 7. XLIV, 23. Zach. VI, 15. Ps. XXIX, 3—5. 7—9. CVI, 25. Dan. IX, 10 (ק׳ אֱלֹהִים Deut. IV, 33, pl. Exod. IX, 28); כְּבוֹד יְהוָה Ex. XVI, 7. 10. XXIV, 16. 17. XL, 34. 35. Lev. IX, 6. 23. Num. XIV, 21. XVI, 19. XVII, 7. 1 Reg. VIII, 11. Jes. XXXV, 2. XL, 5. LVIII, 8. LX, 1. Ez. I, 28. III, 12. X, 4. XLIII, 4. 5. XLIV, 4. Ps. CIV, 31. CXXXVIII, 5 (כ׳ אֱלֹהִים Prov. XXV, 2, כ׳ אֵל Ps. XIX, 2); אַף יְהוָה Num. XI, 10. 33. XII, 9. XXV, 3. XXXII, 10. 13. 14. Deut. VI, 15. VII, 4. XI, 17. XXIX, 19. 26. Jos. VII, 1. Iud. II, 14. 20. III, 8. X. 7. 2 Sam. VI, 7. XXIV, 1. 2 Reg. XXIV, 20. Jes. V, 25. Jer. XII, 13. XXIII, 20. XXX, 24. LI, 45. LII, 3. Zeph. II, 2. 3. Ps. CVI, 40. Thren. II, 22 (bis אַף אֱלֹהִים Num. XXII, 22. Ps. LXXVIII, 31); — עֶבֶד יְהוָה Jos. I, 1. 13. 15. VIII, 31. 33. XI, 12. XII, 6. XIII, 8. XIV, 7. XXII, 4. 5. XXIV, 29. Iud. II, 8. 2 Reg. XVIII, 12. Jes. XLII, 19. LIV, 17. Ps. XVIII, 1. XXXVI, 1. CXIII, 1. CXXXIV, 1. CXXXV, 1 (עֶבֶד הָאֱלֹהִים bis in libris recentioribus Dan. IX, 11. Neh. X, 30); מַלְאַךְ יי Gen. XVI, 9. 10. 11. XXII, 11. 15. Exod. III, 2. Num. XXII, 22. 23. 26. 27. 31. 34. 35. Iudd. II, 1. 4. V, 23. VI, 11. 12. 21. 22. XIII, 3. 15. 18. 20. 21. 1 Sam. XXIX, 10. 2 Sam. XXIV, 16. 1 Reg. XIX, 7. 2 Reg. I, 3. 15. Jes. XXXVII, 36. Hagg. I, 13. Zach. I, 11. 12. III, 5. 6. XII, 8. Ps. XXXV, 5 (sed מ׳ אֱלֹהִים Gen. XXI, 17. XXVIII, 12. XXXI, 11. XXXII, 2. Ex. XIV, 19. Iud. VI, 20. XIII, 6. 9. 2 Sam. XIV, 17); מְשִׁיחַ יְהוָה 1 Sam. XXIV, 7. 11. XXVI, 9. 11. 23. 2 Sam. I, 14. 16. XIX, 22. Ps. II, 2. Thren. IV, 20 (מ׳ אֱלֹהֵי יַעֲקֹב 2 Sam. XXIII, 1); מִצְוֹת יי Lev. IV, 2. 13. 22. 27. V, 17. Num. XV, 39. Deut. X, 13. XI, 27. 28. XXVIII, 9. 13. Iud. II, 17. III, 4. Ps. XIX, 9. Neh. X, 30 (in quo libro regnat Elohim); תּוֹעֲבַת יְהוָה Deut. XII, 31. XVII, 1. XVIII, 12. XXII, 5. XXIII, 19. XXV, 16. XXVII, 15. Prov. III, 32. XI, 1. 20. XII, 22. XV, 8. 9. 26. XVI, 5. XVII, 15. XX, 23 (nunquam ת׳ אֱלֹהִים); בֵּית יְהוָה Jos. VI, 24. 1 Sam. I, 7. 2 Sam. XII, 20. 1 Reg. III, 1. VI, 37. VII, 40. 48. 51. 1 Reg. X, 5 et saepe. Ps. XXIII, 6. XXVII, 4. XCII, 14 et ubique in prophetis (contra בֵּית אֱלֹהִים Gen. XXVIII, 17. 22. Ps. LII, 10. LV, 15. Dan. I, 2. 1 Par. XXII, 2 et ap. Nehemiam, quod ex horum scriptorum usu pendet); מִזְבַּח יְהוָה Lev. XVII, 6. Deut XII, 27. XVI, 21. XXVI, 4. XXVII, 6. Jos. IX, 27. XXII, 19. 28. 29. 1 Reg. VIII, 22. XVIII, 30. 2 Reg. XXIII, 9 (מ׳ אֱלֹהִים Ps. XLIII, 4); הֵיכַל יְהוָה 1 Sam. I, 9. III, 3. 2 Reg. XXIII, 4. XXIV, 13. Jer. VII, 4. XXIV, 1. Zach. VI, 14. 15 cet. atque ita תּוֹרַת יְהוָה (ת׳ אֱלֹהִים Jos. XXIV, 26), מַעֲשֵׂה יְהוָה, דֶּרֶךְ יי, בְּרִית יי al. In iis formulis, quae pro natura sua utrumque Dei nomen admittebant, sunt: יִרְאַת יְהוָה Ps. XV, 4. XXII, 24. XXV, 12. CXV, 11. 13. CXVIII, 4. CXXVIII, 1. 4. CXXXV, 20. Jes. L, 10. Prov. XIV, 2, et יְרֵא אֱלֹהִים Gen. XXII, 12. Exod. XVIII, 21. Deut. XXV, 18. Iob. I, 1. 8. II, 3. Eccles. VIII, 12, רוּחַ יְהוָה Iud. III, 10. XIV, 6. 19. XV, 14. 1 Sam. X, 6. XVI, 13. XIX, 9. 2 Sam. XXIII, 2. 1 Reg. XVIII, 12. 2 Reg. II, 16. Jes. XI, 2. LIX, 19. XL, 13. LXI, 1. LXIII, 14. Ez. XI, 5. Mich. III, 8, et רוּחַ אֱלֹהִים Gen. I, 2. XLI, 38. Exod. XXXI, 3. XXXV, 31. Num. XXIV, 2. 1 Sam. X, 10. XI, 6. XVI, 16. 23. XIX, 20. 23 (ubi hoc memorabile est, spiritum Dei Saulo salutarem 1 Sam. XVI, 13. 14 appellari רוּחַ יי, contra malum illum spiritum, quo vexaretur, eodem capite appellari רוּחַ אֱלֹהִים 15. 16. 23; quanquam alibi etiam spiritus malus est רוּחַ יְהוָה רָעָה XIX, 9, et contra רוּחַ אֱלֹהִים in hoc libro etiam in bonam partem accipitur, v. supra); atque sic promiscue אֲרוֹן יְהוָה et אֲרוֹן אֱלֹהִים; הַר יְהוָה et הַר הָאֱלֹהִים ita fere distingui videntur, ut illud de Zione frequentetur Gen. XXII, 14. Num. X, 33. Jes. II, 3. Mich. IV, 2. Ps. XXIV, 3, hoc de Sinai monte Ex. III, 1. IV, 27. XVIII, 5. XXIV, 13. 1 Reg. XIX, 8, semel de montibus Basanitidis (Hermone) Ps. LXVIII, 16. In uno אִישׁ אֱלֹהִים q. d. *vir divinus*, ita constans est nominis *Elohim* usus, ut *Jehova* nusquam ponatur (v. prae ceteris Jer. XXXV, 4, in quo libro *Elohim* absolute positum nonnisi semel praeter hunc locum comparet L, 40). Deut. XXXIII, 1. Jos. XIV, 6. Iud. XIII, 6. 1 Sam. II. 27. IX, 6. 7. 10. 1 Reg. XIII, 1. 4—7. 11. 12. 14. 21. 26 cet. XVII, 18. XX, 28. 2 Reg. I, 9. 12. 13. IV, 9. ib. 22. 27. V, 8. VII, 2. Ps. XC, 1.

De usu cunctarum, quae hactenus recensuimus, formularum dictum est sub vcc., quibus vel יְהוָה vel אֱלֹהִים additum est. De una locutione

לִפְנֵי יְהוָה separatim nobis agendum est. Haec est 1) pr. *coram Jova* Gen. XVIII, 22. Exod. VI, 12. 30. XVI, 9. Ps. XCVI, 13. XCVIII, 9 (exultare coram Jova), XCV, 6 (adorare coram eo). 1 Sam. I, 12. 15; *in conspectu Jovae*, i. e. eo praesente, spectante, inspectante. Gen. XXVII, 7: *ut edam tibique benedicam* לִפְנֵי יְהוָה *sub oculis Dei* i. e. Jova praesente et teste. 1 Sam. XXIII, 18: *et* (Davides atque Jonathan) *foedus iunxerunt coram Deo*. Quandoquidem autem Jova in sanctuario habitare credebatur, *coram Jova* est a) *in tabernaculo sacro*, ibique in sancto (הֵיכָל) extra sanctum sanctorum. Ex. XXVII, 21: *in tabernaculo conventus extra aulaeum, quod legem abscondit, struat illud* (candelabrum) *Aharon cum filiis* לִפְנֵי יְהוָה. XL, 25: וַיַּעַל הַנֵּרוֹת לִפְנֵי יְהוָה. Levit. IV, 6: *et sparsit sanguinem septies* לִפְנֵי יְהוָה אֶת־פְּנֵי פָּרֹכֶת הַקֹּדֶשׁ. Comm. 7. VIII, 26. Exod. XXXIV, 34 (semel in sancto sanctorum Exod. XXVIII, 35); b) *ante portam tabernaculi*,

ubi altare holocausti erat, saepe enim additur: פֶּתַח אֹהֶל מוֹעֵד ,לִפְנֵי מִשְׁכַּן יְיָ. Exod. XXIX, 11. 42. Lev. III, 1 (cf. 2). IV, 4. IX, 4 (cf. 5). XII, 7 (cf. 6). XIV, 11. 12. XVII, 4. c) *in templo* Jes. XXXVII, 14, *in atriis eius* 2 Reg. XVI, 14. Jes. XXIII, 18. Ez. XLVI, 3. 9. Est etiam d) *ante arcam foederis*, in qua numen quasi latere credebatur. Jos. IV, 13: עָבְרוּ לִפְנֵי יְיָ לַמִּלְחָמָה, cf. VI, 7.

2) translate i. q. בְּעֵינֵי יְהוָֹה *iudice Jova*. Deut. XXIV, 4: *abominatio coram Jova*. Jos. VI, 26: *maledictus coram Jova* (cf. 1 Sam. XXVI, 19). Ex. XXVIII, 38: *favor coram Jova*. Deut XXIV, 13: *iustitia coram Jova*, atque ita absol. in bonam partem: *probante Jova* quoniam ea tantum, quae placent, ante oculos ponimus, ut in formula הִתְהַלֵּךְ לִפְנֵי יְיָ vitam gerere Deo probatam (v. הָלַךְ), Gen. X, 9: *venator strenuus* לִפְנֵי יְהוָֹה *qualis Jovae placebat*. Ps. XIX, 15: *meditatio cordis mei* sit לְפָנֶיךָ *coram te* i. e. tibi probetur. Quae autem Jovae placent, ab eo etiam decernuntur. Ita Gen. VI, 13: *finis totius terrae* בָּא לְפָנַי *venit coram me* i. e. mihi placuit, a me decretus est. — Easdem fere significationes habet rarior formula לִפְנֵי הָאֱלֹהִים a) *in conspectu Dei* i. e. in loco sacro, apud sacrarium Exod. XVIII, 12. Jos. XXIV, 1. Iud. XXI, 2, in solio divinitus constituto Ps. LXI, 8. b) *iudice Deo*. Gen. VI, 11: *et corrupta erat omnis terra coram Deo*. טוֹב לִפְנֵי אֱלֹהִים Deo placens Eccl. II, 26. VII, 26.

IV.

Saepe componitur cum aliis nominibus et attributis Dei, ut

1) יְהוָֹה אֱלֹהִים i. e. *Jova Deus* (per appositionem, minime, ut nonnulli voluerant, *Jehova deorum* sc. princeps, v. pag. 96 A), constans numinis appellatio in Geneseos capp. II. III, alibi rarior Exod. IX, 30. 2 Sam. VII, 22. 25. 1 Paralip. XXVIII, 20. XXIX, 1. 2 Par. I, 9. VI, 41. 42. XXVI, 18. Ps. LXXII, 18. Jon. IV, 6, addito art. יְהוָֹה הָאֱלֹהִים 1 Sam. VI, 20. 1 Paralip. XXII, 1 19. 2 Paralip. XXXII, 16. Longe creberrima contra est haec compositio sq. genit., ut יְהוָֹה אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל Jos. XIV, 14. XXIV, 2. 23. Iud. IV, 6. V, 3. 5. 1 Sam. II, 30. XIV, 41. XXV, 34. 1 Reg. I, 30. 48. VIII, 20. 25. Jes. XVII, 6. XXXVII, 21. Jer. XI, 3. XIII, 12 al. יְהוָֹה אֱלֹהֵי אֲבוֹתֶיךָ Deut. I, 21. VI, 3. XXVII, 3, יְהוָֹה אֱלֹהֵי הָעִבְרִים Ex. VII, 16. IX, 13, יְהוָֹה אֱלֹהֵי הַשָּׁמַיִם Gen XXIV, 7. Jon. I, 9, et c. suff. יְיָ אֱלֹהַי Ps. VII, 2. 3. XIII, 4, יְיָ אֱלֹהֶיךָ Ex. XX, 2. 5. XXIII, 19, יְיָ אֱלֹהָיו Num. XXIII, 21, יְיָ אֱלֹהֵינוּ 1 Reg. VIII, 57. 59. 61. Jer. V, 19, יְיָ אֱלֹהֵיכֶם Levit. XVIII, 2. 4. XIX, 2. XX, 7 cet. יְיָ אֱלֹהֵיהֶם 1 Sam. XII, 9 et sexcenties. Raris tantum exemplis exstant haec: יְהוָֹה אֵל עֶלְיוֹן Gen. XIV, 22, אֵל אֱלֹהִים יְהוָֹה Jos. XXII, 22, הָאֵל יְהוָֹה Jes. XLII, 5. Ps. LXXXV, 9, יְהוָֹה קְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל Jes XLV, 11.

2) יְהוָֹה צְבָאוֹת v. צָבָא.

3) אֲדֹנָי יֱהוִֹה (de punctis יְהוִֹה ab אֱלֹהִים petitis eorumque causa v. supra p. 576 B) primitus in solenni Dei compellatione, maxime precantium Deut. III, 24. IX, 26. Jos. VII, 7. Iud. VI, 22. 2 Sam. VII, 19. 20. 1 Reg. VIII, 53. praeterea saepissime in formula כֹּה אָמַר אדני יהוה Jes. XXVIII, 16. XXX, 15. XLIX, 22. LII, 4. Am. III, 11. V, 3 et נְאֻם אדני יהוה sexcenties ap. Ezechielem (p. 328 B). — Rarius est transpositum יֱהוִֹה אדֹנָי Hab. III, 19. Ps. LXVIII, 21. CIX, 21. CXL, 8. CXLI, 8, it. הָאָדוֹן יְהוָֹה Ex. XXIII, 17.

Denique quaedam nomina propria cum יְהוָֹה composita sunt: 1) יְהוָֹה יִרְאֶה (Deus providet), nomen, quod Abrahamus Moriae monti dedit, quem Deus providerat i. e. elegerat (inde מֹרִיָּה ,מֹרְאִי־יָהּ q. v.) Gen. XXII, 14. — 2) יְהוָֹה נִסִּי *Jehova* est *vexillum meum*, quod nomen Moses altari a se exstructo imposuit Ex. XVII, 15. — 3) יְהוָֹה צִדְקֵנוּ *Jehova* est *salus nostra*, propheticum nomen Messiae Jer. XXIII, 6, et Hierosolymae XXXIII, 16. — 4) יְהוָֹה שָׁלוֹם ellipt. pro מִזְבַּח יְהוָֹה שָׁלוֹם (altare) *Jovae salutis*. שָׁלוֹם in hac formula est genit., ut in יְהוָֹה צְבָאוֹת. — 5) יְהוָֹה שָׁמָּה *Jova* est *ibi*, nomen propheticum Hierosolymae Ezech. XLVIII, 35.

יָהּ forma mere poëtica decurtata illa ex יְהוָֹה, vel potius ex genuina eius pronunciatione יַהְוֶה, unde per apocopen יָהוּ (ut יִשְׁתַּחוּ pro יִשְׁתַּחֲוֶה), dein abiecto ו tono carente יָהּ, v. supra pag. 577 B. Utraque haec forma promiscue usurpatur in fine multorum nomm. pr., ut אֵלִיָּהוּ et אֵלִיָּה ,יִרְמְיָהוּ et יִרְמְיָה ,יְשַׁעְיָהוּ et יְשַׁעְיָה, ita quidem, ut littera extrema raphata sit. Ipsum יָהּ maxime frequentatur in formulis solennibus, ut הַלְלוּ־יָהּ *celebrate Jehovam!* Ps. CIV, 35. CV, 45. CVI, 1. 48. CXI, 1. CXII, 1. CXIII, 1. 9. CXV, 17. 18. CXVI, 19. CXVII, 2. CXXXV, 1. 21. CXLVI, 1. 10. CXLVII, 1. CXLVIII, 1. 4. CXLIX, 1. 9. CL, 1. 6. Praeterea e. g. Ps. LXXXIX, 9. XCIV, 7. 12. CVI, 1. 48. CXXII, 4. CXXXV, 1. Jes. XXXVIII, 11. Ex. XV, 2: עָזִּי וְזִמְרָת יָהּ *gloria mea et carmen* meum *est Jehova*. Ps. CXVIII, 14. Jes. XII, 2, ubi pro simplici יָהּ est יָהּ יְהוָֹה. Sed posterius omiserunt 17 codd. LXX. Vulg. Syr. Saad. et recte quidem, quum haec duo nomina non magis copulari posse videantur, quam Jovis Jupiter, Josua Jesus. Neque provocari potest ad Jes. XXVI, 4 et Ps. LXVIII, 5, in quibus יָהּ est praedicatum Beth pleonastico munitum (p. 174 B). Contra appositio est in יָהּ אֱלֹהִים Ps. LXVIII, 19. (Retinuerunt hoc vc. etiam Syri in paucis formulis doxologicis, ut ܫܘܒܚܐ ܠܝܗ Jehovae gloria, Assem. bibl. orient. II, 230. III, 579).

Forma decurtata יְהוֹ (ex יְהוִֹ ,יְהוָֹ, v. pag. 575) et quae inde contracta est יוֹ comparet in priore parte multorum nomm. propiorum. A יְהוֹ ordiuntur haec:

יְהוֹאָחָז m. (quem *Jehova prehendit* i. e. sustentavit) n. pr. 1) regis Israëlis 856 — 840 a. Chr. filii Jehu. 2 Reg. X, 35. XIII, 1 — 9. 2 Paralip. XXV, 17. XXXIV, 8. — 2) regis Iudae, filii Josiae, qui

post trium mensium imperium ao. 611 a. Chr. a Nechone in Aegyptum abductus est 2 Reg. XXIII, 31—35. 2 Par. XXXVI, 1. Scribitur etiam יוֹאָחָז. LXX. Ἰωάχαζ.

יְהוֹאָשׁ (quem *Jehova donavit*, אָשׁ prob. a rad. inusit. אוּשׁ, آس donavit p. 56) n. pr. 1) regis Judae 877—38 a. Chr., filii Ahasjae. 2 Reg. XII, 1. 21. XIV, 13, quod etiam יוֹאָשׁ scribunt, ibid. XI, 2. XII, 20. 2 Par. XXIV, 1 sqq. — 2) regis Israelitarum 840—25 a. Chr., filii Joahas. 2 Reg. XIII, 10—25, quod itidem contr. יוֹאָשׁ scribitur ibid. V. 9. LXX. Ἰωάς. Alii ubique יוֹאָשׁ scribuntur, v. h. v.

יְהוֹזָבָד (quem *Jehova donavit*) n. pr. trium virorum 1) 1 Par. XXVI, 4. 2) 2 Reg. XII, 22. 3) 2 Par. XVII, 18. Ex eo contractum est יוֹזָבָד q. v.

יְהוֹחָנָן m. (quem *Jehova donavit*, q. d. Θεόδωρος) n. pr. 1) praefecti militum Josaphati 2 Par. XVII, 15. XXIII, 1, aliorum 2) 2 Par. XXVIII, 12. 3) 1 Par. XXVI, 3. 4) Neh. XII, 13. 5) Neh. VI, 18. 6) Esr. X, 6, qui contr. יוֹחָנָן Neh. XII, 22. 23. 7) Esr. X, 28. 8) Neh. XII, 42. Vide infra יוֹחָנָן. Inde gr. Ἰωαννᾶς et Ἰωάννης.

יְהוֹיָדָע (quem *Jehova respexit*) n. pr. 1) sacerdotis magnae auctoritatis in Samariae regno 2 Reg. XI, 4. 2) 2 Sam. VIII, 18. XX, 23. 3) 1 Par. XXVII, 34. 4) 1 Par. XII, 27. Inde contr. יוֹיָדָע q. v.

יְהוֹיָכִין (quem *Jehova constituit*) *Jojachin*, Jojakimi filius, rex Judaeorum a. 600 a. Chr. post trium mensium imperium a Nebucadnezare in exilium abductus 2 Reg. XXIV, 8—17. 2 Par. XXXVI, 9. 10. Jer. LII, 31. Idem nomen scribitur יוֹיָכִין Ez. I, 2, יְכָנְיָה Esth. II, 6. 1 Par. III, 16. 17. Jer. XXVII, 20. XXVIII, 4, יְכָנְיָהוּ (pro יָכִן יָהּ) Jer. XXIV, 1 Chethibh, et כָּנְיָהוּ Jer. XXII, 24. 28. XXXVII, 1. LXX. Ἰωαχίν, Matth. I, 11: Ἰεχονίας (יְכָנְיָה).

יְהוֹיָקִים m. (quem *Jehova instituit*) n. pr. *Jojakim*, Josiae filius natu maior, prius אֶלְיָקִים dictus (q. v. p. 101) a Nechone rege institutus, a Nebucadnezare quidem devictus, sed post undecim annorum imperium (611—600) Hierosolymis mortuus 2 Reg. XXIII, 36. XXIV, 1. 2 Paral. XXXVI, 4—8. Jer. I, 3. XXII, 18. XXVI, 1. XXVII, 1. XXXV, 1. XXXVI, 1 auctore libro Danielis I, 1. 2 in exilium abductus.

יְהוֹיָרִיב et **יוֹיָרִיב** m. (quem *Jehova defendet*) n. pr. nobilis sacerdotis Hierosolymitani 1 Par. IX, 10. XXIV, 7. Esr. VIII, 16. Neh. XI, 10. XII, 6. 19. Inde gr. Ἰωαρίβ 1 Macc. II, 1.

יְהוֹנָדָב et **יוֹנָדָב** m. (quem *Jehova impulit*) n. pr. filii Rechab, nomadum Rechabitarum proavi, qui genti suae votum abstinentiae a vino imposuerat, 2 Reg. X, 15. Jer. XXXV, 6. V. רֵכָב. 2) 2 Sam. XIII, 5 sq.

יְהוֹנָתָן et **יוֹנָתָן** m. (quem *Jehova dedit*, gr. Θεόδωρος) *Jonathan* n. pr. 1) filii Sauli, generosa erga Davidem amicitia insignis. 1 Sam. XIII. XIV. XVIII, 1 sqq. XX, 1 sqq. XXXI, 5 sqq. — 2) filii Abjathar, 2 Sam. XV, 27. 36. 1 Reg. I, 42. 43. — 3) 2 Sam. XXIII, 32. 1 Par. XI, 34. Nonnulli, qui hoc nomen gerunt, ubique יְהוֹנָתָן scribuntur: 1) filius Gersomi, sacrificulus idololatra Iud. XVIII, 30. 2) 2 Sam. XXI, 21. 1 Par. XX, 7. XXVII, 32. 3) 2 Par. XXVII, 25. 4) 2 Par. XVII, 8. 5) Jer. XXXVII, 15. 20. XXXVIII, 26. 6) Neh. XII, 18. Cf. יוֹנָתָן.

יְהוֹעַדָּה (quem *Jehova ornavit*) n. pr. viri 1 Par. VIII, 36, pro quo IX, 42 יַעְרָה.

יְהוֹעַדָּן n. pr. mulieris 2 Reg. XIV, 2 (in Chethibh יהועדין). 2 Par. XXV, 1.

יְהוֹצָדָק et **יוֹצָדָק** (quem *Jehova iustum fecit*) n. pr. patris Josuae summi sacerdotis Hagg. I, 1. 12. Esr. III, 2. 8. V, 2.

יְהוֹרָם et **יוֹרָם** (quem *Jehova sustulit*, v. רוּם) *Joram*, n. pr. 1) regis Judaeorum (ab anno 891 ad 884 a. Chr.), filii Josaphat. 1 Reg. XXII, 51. 2 Reg. I, 17. VIII, 16—24. 2 Paralip. XXI, 2—20. 2) regis Israelitarum, ab anno 896 ad 884 a. Chr., filii Ahab. 2 Reg. I, 17. III, 1—VIII, 16. 3) sacerdotis 2 Par. XVII, 8.

יְהוֹשֶׁבַע (cuius *sacramentum* est *Jehova* i. e. quae per Jehovam iurat, hunc colit, cf. אֱלִישֶׁבַע) n. pr., filia Jorami regis, uxor Jojadae sacerdotis 2 Reg. XI, 2, quae 2 Par. XXII, 11 יְהוֹשַׁבְעַת scribitur.

יְהוֹשֻׁעַ et **יְהוֹשׁוּעַ** m. (cuius *auxilium Jehova* est, cf. אֱלִישׁוּעַ, nostr. *Gotthilf*), *Josua*, n. pr., quod gerunt 1) Nuni filius, Mosis minister et armiger, deinde Israëlitarum dux et Mose mortuo eius successor Ex. XVII, 9 sqq. Num. XIV, 6 sqq. XXVII, 18 sqq. et in libri Josuae singulis fere capitibus. Aliquoties idem הוֹשֵׁעַ appellatur Num. XIII, 8. 16. Deut. XXXII, 44 (ubi fortasse הוֹשֵׁעַ appellandum est), in recentioribus libris יֵשׁוּעַ q. v. LXX. Ἰησοῦς υἱὸς Ναυῆ. 2) sacerdos summus, Serubabelis aequalis. Zach. III, 1. VI, 11. Hagg. I, 1. 12, qui et ipse יֵשׁוּעַ appellatur, q. v. 3) 1 Sam. VI, 14. 18. 4) 2 Reg. XXIII, 8. LXX. Ἰησοῦς. Vulg. Josua.

יְהוֹשָׁפָט (quem *Jehova iudicat* i. e. cuius causam agit) *Josaphat* 1) rex imperii Judaici, anno 914—889 a. Chr., Asae filius 1 Reg. XXII, 41—51. 2 Par. XVII—XX, qui valli cognomini Hierosolyma inter et montem olivarum sitae (עֵמֶק יְהוֹשָׁפָט) nomen dedisse videtur, quanquam id non disertis verbis traditur. Joël IV, 2. 12. 2) cancellarius regis Davidis 2 Sam. VIII, 16. XX, 24. 3) sitarchus Salomonis 1 Reg. IV, 17. 4) pater Jehu regis 2 Reg. IX, 2. 14.

A forma magis contracta יוֹ ordiuntur haec:

יוֹאָב (cuius *pater Jehova* est) *Joabus* 1) filius Zerujae, sororis Davidis, Davidis igitur nepos, regii exercitus dux, Davide mortuo iussu Salomonis interfectus.

2 Sam. II. X. XI. XIV. XIX. XX. 1 Reg. I. II. 1 Par. XX. XXI. 2) 1 Par. IV, 14. 3) Esr. II, 6. VIII, 9. Neh. VII, 11.

יוֹאָח (cuius *frater* i. e. adiutor *Jehova* est) *Joachus*, n. pr. 1) filii Asaph, cancellarii Hiskiae 2 Reg. XVIII, 18. Jes. XXXVI, 3. 2) cancellarii Josiae regis 2 Par. XXXIV, 8. 3) 1 Par. VI, 6. 2 Paral. XXIX, 12. 4) 1 Par. XXVI, 4.

יוֹאָחָז v. יְהוֹאָחָז.

יוֹאֵל (cui *Jehova* est *deus* i. e. cultor Jehovae) n. pr. *Joël*, 1) propheta, Pethuelis filius. Joël I, 1. 2) Samuelis filius natu maximus 1 Sam. VIII, 2. 3) filius Usiae regis 1 Par. VI, 21. 2 Par. XXIX, 12, pro quo (errore manifesto ex similitudine litterarum י et ש in vetere alphabeto orto) V. 9 שָׁאוּל. 4) alii 1 Par. IV, 35. V, 4. 8. 12. VII, 3. XI, 38. XV, 7. 11. XXIII, 8. XXVI, 22. XXVII, 20. Esr. X, 43. Neh. XI, 9.

יוֹאָשׁ (i. q. יְהוֹאָשׁ) q. v. Hoc modo contracte scribuntur 1) pater Gideonis Iud. VI, 11. 2) 1 Reg. XXII, 26. 2 Paral. XVIII, 25. 3) 1 Paral. XII, 3. 4) IV, 22.

יוֹזָבָד (i. q. יְהוֹזָבָד quem *Jehova donavit*) n. pr. complurium Levitarum 1) 2 Par. XXXI, 13. 2) Esr. VIII, 33. X, 23. Neh. VIII, 7. XI, 16. 3) Esr. X, 22.

יוֹזָכָר (cuius *Jehova meminit* cf. Diomnestus, Theomnestus, Mnesitheus) n. pr. interfectoris Joasi 2 Reg. XII, 22, 2 Par. XXIV, 26 זָבָד scribitur (vitio manifesto).

יוֹחָא (fort. contr. ex יוֹחִיָּה quem Jehova in vitam revocavit, cf. מִיכָה pro מִיכָיָה) n. pr. virorum 1) 1 Par. VIII, 16. 2) XI, 45.

יוֹחָנָן i. q. יְהוֹחָנָן q. v. Hac forma contractiore appellantur 1) duo tribuni militum Davidis 1 Paralip. XII, 4. 12. 2) filius Josiae regis 1 Par. III, 15. 3) pontifex ibid. V, 35. 4) 2 Reg. XXV, 23. Jer. XL, 8. 5) 1 Par. III, 24. 6) Esr. VIII, 12.

יוֹיָדָע i. q. יְהוֹיָדָע q. v. Haec forma contractior de alio quodam viro Neh. III, 6. XII, 10.

יוֹיָכִין v. יְהוֹיָכִין.

יוֹיָקִים v. יְהוֹיָקִים. Haec forma contractior de alio quoque viro Neh. XII, 10.

יוֹיָרִיב i. q. יְהוֹיָרִיב q. v. haec forma etiam de alio viro Neh. XI, 5.

יוֹכֶבֶד (cuius *gloria* est *Jehova* cf. Diocles, Heracles. Theocles, *Θεοκύδης*, *Θουκυδιδής*) uxor Amrami, mater Mosis Ex. VI, 20. Num. XXVI, 59.

יוֹנָתָן v. יְהוֹנָתָן. Alii hoc tantum contractius nomen gerunt 1) 1 Par. II, 32. 2) Jer. XL, 8. 3) Esr. VIII, 6. 4) ibid. X, 15. 5) Neh. XII, 11 cf. יְהוֹחָנָן. 6) Neh. XII, 14.

[יוֹעֵאלָה (fort. pro יוֹעֵלְיָה *adiuvet* eum *Jehova*) n. pr. viri 1 Par. XII, 7].

יוֹעֵד (cui *testis* est *Jehova*) n. pr. viri Neh. XI, 7.

יוֹעֶזֶר (cuius *auxilium* est *Jehova*) n. pr. viri 1 Par. XII, 6.

יוֹעָשׁ (i. q. יוֹאָשׁ) 1) 1 Par. VII, 8. 2) XXVII, 28.

יוֹצָדָק v. יְהוֹצָדָק.

יוֹרָם i. q. יְהוֹרָם q. v. Nomen hoc contractius etiam alii gerunt 1) 2 Sam. VIII, 10, pro quo 1 Par. XVIII, 10 הֲדוֹרָם. 2) 1 Par. XXVI, 25.

יוֹתָם n. pr. (*Jehova est integer*) 1) Gideonis filius Iud. IX, 5. 7. 2) rex Judae, Usiae filius 759 — 43 a. Chr. 2 Reg. XV, 5. 7. 32 — 38. 2 Par. XXVII, 1 — 9. Jes. I, 1. Hos. I, 1. 3) 1 Par. II, 47.

* * *

אֶלְיְהוֹעֵינַי (*in Jehovam oculi mei* sc. conversi sunt) n. pr. virorum 1) Esr. VIII, 4. 2) 1 Par. XXVI, 3.

אֶלְיוֹעֵינַי (id.) 1) 1 Par. III, 23. 2) IV, 36. 3) VII, 8. 4) Esr. X, 22. 5) X, 27.

Aliud contractionis genus est in his duobus:

יֵהוּא (pro יְהִיהוּא i. q. יְהוֹהוּא *Jehova* est *Ille*, cf. אֲבִיהוּ, אֱלִיהוּא et eandem contractionem in יֵשׁוּעַ; in qua nemo haerebit, qui memor sit, יֵהוּ pro יְהִי, יְהִי ortum esse ex יִהְיֶה, ut יְהוּ ex יַהוּ, יַהְוּ, יִהְיֶה) *Jehu* 1) rex Israëlitarum, prius imperante Joramo regii exercitus dux, dein ab Elisa propheta ad imperium vocatus, quod exstirpata Ahabi dynastia per 28 annos (884 — 56) tenuit, vir idololatriae admodum infestus, sed atrocis ingenii. 1 Reg. XIX, 16. 2 Reg. IX. X. 2 Par. XXII, 7 sqq. LXX. *Ἰοῦ*, cod. Alex. *Ἰηοῦ*, Joseph. *Ἰηοῦς*. 2) propheta tempore Baësae in Samariae regno degens 1 Reg. XVI, 1. 2 Par. XIX, 2. XX, 34, aliorum 3) 1 Par. II, 38. 4) ibid. IV, 35. 5) ibid. XII, 3.

יֵשׁוּעַ (contr. ex יְהוֹשׁוּעַ = יְהִישׁוּעַ v. יֵהוּא) forma contractior in sequiore Hebraismo usitata pro antiquiore יְהוֹשׁוּעַ, quae habetur 1) de Josua imperatore Neh. VIII, 17; 2) de eiusdem nominis summo sacerdote Esr. II, 2. III, 2. Neh. VII, 7. 39. XII, 1. 10. 26. Idem nomen contractius gerunt alii viri in libris post exilium scriptis commemorati 3) 1 Par. XXIV, 11. 4) tres Levitae 2 Par. XXXI, 15. Esr. II, 40. VIII, 33. Neh. VII, 43. VIII, 7. IX, 4. 5. X, 10. XII, 8. 24. 5) Neh. III, 19 cf. VII, 11. Esr. II, 6. — Est etiam nomen urbis a tribu Judae habitatae Neh. XI, 26. — Ex hac forma ortum est nomen graecum *Ἰησοῦς*, quod LXX. ponunt et pro יְהוֹשׁוּעַ et pro יֵשׁוּעַ, et quod proximis ante Christum seculis apud Judaeos satis frequens erat (Jesus Siracida,

Jesus summus sacerdos, postea Jason dictus al.). In N. T. servatoris nomen Ἰησοῦς syriace scribitur ܝܫܘܥ.

יָהַץ rad. inusit. Arab. وهص (vic. وهس, وهز, وهد) calcavit, conculcavit, ut pedibus terram. Inde

יַהַץ Jes. XV, 4. Jer. XLVIII, 34, alibi יַהְצָה (Milel) tum ubi ה est locale, ut Num. XXI, 23, tum ubi mere paragogicum est, n. pr. oppidi in finibus Moabitarum desertum versus siti (Num. XXI, 23. Deut. II, 32), Rubenitis, dein Levitis concessi (Jos. XIII, 18. XXI, 36. 1 Par. VI, 63), sed Jesaiae tempore a Moabitis habitati (Jes. XV, 4. Jer. XLVIII, 21. 34). Eusebius (v. Ἰεσσά) illud ponit inter Medeba et Δηβοῦς i. e. Dibon, pro quo Hieron. posuit Deblataim: utrumque ferri potest (v. mappam nostram geogr. ad Jes. XV). Cod. Sam. utroque illo Pentateuchi loco legit יחצה pro יהצה.

יָהַר rad. in verbo inusitata, quae *elati, tumidi* significationem habuisse videtur, vic. הָרָה, הַר. Arab. تَيْهُور prominens arenarum cumulus. Inde

יָהִיר adj. *tumidus*, inde *superbus, arrogans*. (Chald. et talmud. id., אִתְיְהַר superbivit, quod etiam in cod. Nasaraeo deprehenditur, יְהִירוּת, יוּהֲרָא superbia). Prov. XXI, 24: זֵד יָהִיר לֵץ שְׁמוֹ. Hab. II, 5. LXX. ἀλαζών. Vulg. *arrogans*. Targ. Hab. יָהִיר, Prov. מְרִיחַ audax. Syr. Hab. ܡܨܝܢܐ id. Abulwalides Arabum usum arcessens יָהִיר exponit: هو اللجوج المتمادى فى الباطل وهذا اللفظ مجانس للفظ العربى استيهر فلان اى اذا لجّ والبهر بفتح اليا وسكون الها اللجاجة والتمادى *hic est litigosus pertinax s. perseverans in iniquitate. Atque haec vox finitima est arabicae* يهر *Conj. X perseveravit aliquis, nimirum in litigando, unde* يَهْر *lis et perseverantia* (in ea). Omnino pertinaciae significatio in verbo arabico a tumore et arrogantia profecta esse videtur. Ad Abulwalidis glossam cf. Kam. p. 695: اليهر اللجاج .... وقد استيهر تمادى فى الامر.

יוֹב n. pr. filii Issachari Gen. XLVI, 13, fortasse vitiose scriptum pro יָשׁוּב Num. XXVI, 24. 1 Par. VII, 1 Keri.

יוֹבָב v. rad. יָבַב.

יוֹם rad. inusit. quae *caloris* potestatem habuisse videtur, cf. vicinas radd. חָמַם, חוּם, יָחַם (p. 488. 489), حمى, ח sensim paullatimque in (ה et) י emollito, v. pag. 567. Et quemadmodum cum littera illa gutturali exstabant tres radices חוּם, חָמַם, חָמָה (حمى), ita etiam cum hac debili: יוֹם, יָמַם, יָמָה. A יוֹם sunt יוֹם dies, יֵמִים balnea calida, chald. יְמָם interdiu; a יָמַם (q. v.) est syr. ܝܘܡܐ, ܐܝܡܡܐ, chald. יְמָמָא dies; a יָמָה est יָמִים cstr. יְמֵי dies, it. יָמוּ = יוֹם, יָם, unde n. pr. יְמוּאֵל. Similis potestatis sunt יוּן et יָוֵן. v. יוּן. Caloris diurni vim habent arab. وهج, et gr. ἰαίνω.

יוֹם c. suff. יוֹמִי, יוֹמְךָ pl. יָמִים (v. infra) m. (raro fem. ut יוֹם טוֹבָה Eccl. VII, 14, alibi יוֹם טוֹב Esth. VIII, 17; יוֹם רָעָה Jer. XVII, 18, nisi h. l. רָעָה est genitivus; Ezech. VII, 10: הִנֵּה הַיּוֹם הִנֵּה בָאָה, cf. lat. dies pulchra, suprema Horat.)

1) *dies*, a calore diurno dictus. (Chald. Sam. id. Syr. ܝܘܡܐ, arab. يَوْم id. Aethiop. ዮም: hodie, sed *dies* vulgo appellatur ዕለት:). Dicitur tum de die naturali, ab ortu usque ad occasum solis opp. nocti Gen. I, 14. 16. VII, 4. 12. VIII, 22. XXXI, 39, tum de die civili 24 horarum, qui noctem includit Gen. VII, 24. L, 3 al. (Kimchi: פעמים היא זמן היות השמש על הארץ לבד ופעמים כולל היום והלילה. Syri pro die naturali frequentant ܐܝܡܡܐ, pro die civili ܝܘܡܐ, unde Gen. I, 5: ܩܪܐ ܐܠܗܐ ܠܢܘܗܪܐ ܐܝܡܡܐ ... ܘܗܘܐ ܪܡܫܐ ܘܗܘܐ ܨܦܪܐ ܝܘܡܐ ܚܕ cf. Kirsch. praef. ad Pent. syr. p. 4). Iob. III, 6: *ne gaudeat* (ista nox) *in diebus anni*. יוֹם אֶחָד uno die Gen. XXVII, 45. XXXIII, 13. Num. XI, 19, eodem die Jes. IX, 13; בְּעֶצֶם הַיּוֹם הַזֶּה eo ipso die (v. עֶצֶם). Gen. XVIII, 1: כְּחֹם הַיּוֹם *quum calesceret dies*, tempore meridiano, de quo etiam dicitur נְכוֹן הַיּוֹם Prov. IV, 18 (cf. כּוּן). Gen. XXIX, 7: עוֹד הַיּוֹם גָּדוֹל. Cant. II, 17: יָפוּחַ הַיּוֹם, cf. עֶרֶב יוֹם Prov. VII, 9. — יוֹם הַשַּׁבָּת dies sabbati Exod. XX, 8, יוֹם כִּפֻּרִים dies expiationis Lev. XXIII, 28, יוֹם תְּרוּעָה Num. XXIX, 1. — יוֹם מְהוּמָה וּמְבוּסָה Jes. XXII, 5, יוֹם נָקָם ibid. XXXIV, 8, יוֹם צָרָה וְתוֹכֵחָה XXXVII, 3. — Prov. XXVII, 1: *ne gloriare de die crastino, nescis enim* מַה־יֵּלֶד יוֹם *quid pariturus sit dies* hodiernus. — Spec. a) de *luce* diei (cf. Gen. I, 5) Zach. XIV, 7: וְהָיָה יוֹם אֶחָד .... לֹא יוֹם וָלֹא לָיְלָה *eritque* olim *dies* .... *quo neque dies erit neque nox*. Eodem pertinet Iob. III, 5: כִּמְרִירֵי יוֹם *obscurationes diei* i. e. luminis diurni. b) diei spatium, *iter diurnum*, i. q. דֶּרֶךְ יוֹם (Num. XI, 31). Deut. I, 2. — Adv. absol. יוֹם i. q. יוֹמָם interdiu Ps. LXXXVIII, 2.

Geminate: יוֹם יוֹם (arab. يَوْمًا يَوْمًا) singulis diebus, quotidie Gen. XXXIX, 10. Exod. XVI, 5. Jes. LVIII, 2. Ps. LXVIII, 20. Prov. VIII, 30. 34, in genit. נִדְרֵי יוֹם יוֹם vota quotidiana Ps. LXI, 9; יוֹם וָיוֹם Esth. III, 4 id. (plenius בְּכָל־יוֹם וָיוֹם II, 11); יוֹם בְּיוֹם id. (pr. Tag *an* Tag) 1 Par. XII, 22. 2 Par. XXX, 21. Neh. VIII, 18 (cf. דְּבַר יוֹם בְּיוֹמוֹ v. דָּבָר no. 2); לְיוֹם בְּיוֹם 2 Par. XXIV, 11, sed כְּיוֹם בְּיוֹם 1 Sam. XVIII, 10

est: ut quotidie. — מִיּוֹם אֶל יוֹם de die ad diem, lat. diem ex die, diem de die Num. XXX, 15. 1 Paral. XVI, 23.

Addito genitivo personae *dies alicuius* est a) *dies festus, solennis* alicuius (ἡμέρα τινος Diog. Laert. 4, 41), maxime *natalis*. (Cic. Att. 13, 42: diem meum scis esse III Non. Jan. cf. 9, 5). Iob. III, 1 (cf. 3), sed non I, 4. — Hos. VII, 5: יוֹם מַלְכֵּנוּ *dies regis nostri*, sc. natalis, vel is quo rex factus est (ut Targ. interpretatur). II, 15: יְמֵי הַבְּעָלִים *festa idolorum*. Sic etiam sq. genit. loci Hos. II, 2: יוֹם יִזְרְעֶאל *dies Iesreëlis* i. e. quo populus congregabitur ad Iesreëlem.

b) in malam partem *dies fatalis*, *supremus* alicuius (cf. lat. diem obire, diem suum obire, pro diem supremum obire). Obad. 12: יוֹם אָחִיךָ *dies* fatalis *fratris tui*. Iob. XVIII, 20: *exitium eius* (יוֹמוֹ) *stupent posteri*. Ps. XXXVII, 13. CXXXVII, 7. Jer. L, 27. De die mortis 1 Sam. XXVI, 10. Ezech. XXI, 30. (Arab. يوم de die malo infortuniis insignito, ذو الايام dominus dierum i. e. multis calamitatibus vexatus). Eodem pertinet יוֹם מִדְיָן Jes. IX, 3 *dies Midiani* i. e. dies magnae cladis a Midianitis acceptae. (Similiter Arabes et Romani يوم et *dies* de diebus magnarum pugnarum frequentant, ut يوم بدر pugna Bedrensis, Cor. 3, 119, it. dies Alliensis, Cannensis, v. Schultens. ad Iob. III, 4 p. 54 et Comment. nostrum ad Jes. l. c.).

c) יוֹם יְהוָֹה *dies Jehovae* i. e. dies iudicii a Jova in malos exercendi Jes. II, 12. XIII, 6. 9. Ezech. XIII, 5. Joël I, 15. II, 1. 11. IV, 14. Am. V, 18. 20. Obad. 15. Zeph. I, 7. 14. Mal. III, 23. Cf. Apoc. XIII, 6. XVI, 14, gr. ἡμέρα τοῦ Κυρίου 1 Thess. V, 2. 2 Petr. III, 10 et arab. يوم عظيم, يوم dies magnus de die resurrectionis Cor. 2, 45. 39, 71. 83, 5. Plur. *dies Dei* i. e. iudicia divina Iob. XXIV, 1.

2) *tempus* (ut ἡμέρα, *dies*). Iud. XVIII, 30: עַד יוֹם גְּלוֹת הָאָרֶץ *usque ad tempus deportationis* (quanquam h. l. etiam *dies* ferri potest). Jes. XLVIII, 7: לִפְנֵי יוֹם וְלֹא שְׁמַעְתָּם *ante tempus* (sc. vaticinii impleti) *ea non audivisti*. Iob. XV, 32: בְּלֹא יוֹמוֹ *ante tempus suum* i. e. ante suetum vitae terminum. XXX, 25: קְשֵׁה יוֹם *cuius tempus durum*, calamitosum *est*. Vide formulas הַיּוֹם, כַּיּוֹם, בַּיּוֹם sub litteris a. b. d. e. f. g.

Cum articulo et praepositionibus: a) הַיּוֹם α) *hoc die, hodie* (arab. اليَوْمَ hodie, اليَوْمُ dies hodiernus) cf. de hac articuli potestate p. 360 A. Gen. IV, 14. XXI, 26. XXIV, 12. 42. XXX, 32. XXXI, 43. 48. XL, 7. XLI, 9. Ex. V, 14. Lev. IX, 4. X, 19. Deut. XXVII, 10. XXVIII, 1. 13. 15 cet. Jes. X, 32. XXXVIII, 19. Iob. XXIII, 2. Ps. II, 7. Prov. VII, 14 al. עַד הַיּוֹם usque ad hodiernum diem Gen. XIX, 37. 38. XXXV, 20. Plenius dictum est: הַיּוֹם הַזֶּה 1 Sam. XVII, 10. XXIV, 11, בַּיּוֹם הַזֶּה, et עַד הַיּוֹם הַזֶּה (v. זֶה p. 404 B). — β) *interdiu* i. q. יוֹמָם opp. הַלַּיְלָה Neh. IV, 16. Hos. IV, 5. — γ) *hoc tempore*, *nunc* Deut. I, 39. 1 Sam. XII, 17. 2 Reg. VI, 26. δ) *eo tempore* (des Tages) 1 Sam. I, 4 (i. e. die stato, cf. Comm.[1] 3). XIV, 1. 2 Reg. IV, 8. Iob. I, 6 (ubi male reddunt *die quodam*, aliquando i. e. يَوْمًا, neglecta articuli potestate).

b) בַּיּוֹם sq. infinit. α) *eo die quo*, ut Gen. II, 17: בְּיוֹם אֲכָלְךָ *eo die quo comedes*. III, 5. Lev. VII, 36. XIII, 14. Ios. IX, 12. β) *eo tempore quo* i. e. *quum*, nulla diei habita ratione, ubi etiam simpl. בְּ sq. inf. Gen. II, 4: בְּיוֹם עֲשׂוֹת יְיָ אֱלֹהִים אֶרֶץ וְשָׁמָיִם *quum Jehova Deus fecisset terram et coelum*, cf. ibid. בְּהִבָּרְאָם. Exod. X, 28. 1 Reg. II, 8. Jes. XI, 16. Thren. III, 57, it. *postquam* 2 Sam. XXI, 12, *quando* Ex. XXXII, 34. Sq. praet. pro בְּיוֹם אֲשֶׁר Lev. VII, 35. 2 Sam. XXII, 1.

c) בַּיּוֹם α) *interdiu*, opp. בַּלַּיְלָה Gen. XXXI, 40. Jer. XXXVI, 30. Eccl. VIII, 16. β) *hoc ipso die* i. e. statim Prov. XII, 16. Neh. III, 34. γ) *eo die, illo die* (eines Tages. Targ. בְּיוֹמָא דֵּיכִי) Iud. XIII, 10. De formula בַּיּוֹם הַהוּא vide p. 369 A.

d) כַּיּוֹם (cum כְּ part. temporis) *hoc die, hoc tempore* i. e. *nunc*. 1 Reg. I, 31. Jes. LVIII, 4. Saepius refertur ad actionem quandam instantem et est *antea, prius*. Gen. XXV, 31: מִכְרָה כַיּוֹם אֶת־בְּכֹרָתְךָ לִי *vende mihi prius primogenituram tuam*. 33. 1 Sam. II, 16 (LXX. πρῶτον). 1 Reg. XXII, 5. Differt

e) כַּיּוֹם הַזֶּה, quod ubique est: *sicut hoc die, sicut hoc tempore*, ut nunc se habent res, formula, qua praesentem rerum statum digito quasi monstrat loquens Gen. L, 20 (LXX. ὡς σήμερον). Deut. II, 30. IV, 20. 38. VIII, 18. XXIX, 28 (LXX. ὡς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ). 1 Sam. XXII, 8. 13. 1 Reg. III, 6. VIII, 24. 61 (LXX. ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη). 2 Par. VI, 15. Jer. XI, 5 (cui loco inserta videtur haec formula post vaticinium illud impletum). XXV, 18. XXXII, 20. XLIV, 6. 23. Dan. IX, 7. 15 (LXX. καθὼς ἡ ἡμέρα αὕτη). Idem valet כְּהַיּוֹם הַזֶּה Deut. VI, 24. Jer. XLIV, 22. Esr. IX, 7. 15. Neh. IX, 10, semel: *illo tempore*, *tunc* (ubi כְּ est temporis particula). Gen. XXIX, 11.

f) מִיּוֹם *ab eo tempore quo* Ex. X, 6. Deut. IX, 24.

g) כָּל־הַיּוֹם α) *singulis diebus*, *quotidie* Ps. XLII, 4. 11. XLIV, 23. LVI, 2. 3. 6. LXXI, 8. 15. 24. LXXIII, 14 (parall. לַבְּקָרִים quovis mane). LXXIV, 22. LXXXVI, 3. LXXXVIII, 18. LXXXIX, 17. (LXX. aliquoties καθ' ἑκάστην ἡμέραν). β) *toto die* Jes. LXII, 6 (parall. כָּל־הַלַּיְלָה). Ps. XXXII, 3. XXXV, 28. XXXVII, 26. XXXVIII, 7. 13. LXX. ὅλην τὴν ἡμέραν. γ) *omni tempore*, *perpetuo* (*allezeit*, *immerdar*), *nunquam non*. Ps. LII, 3: חֶסֶד אֵל כָּל־הַיּוֹם *gratia Dei nunquam non* exserit se. Prov. XXI, 26: כָּל־הַיּוֹם הִתְאַוָּה תַאֲוָה *perpetuo cupidine flagrat* impius. XXIII, 17. Jes. XXVIII, 24: *num perpetuo arat arator?* LXV, 5: אֵשׁ יֹקֶדֶת כָּל־הַיּוֹם *ignis perpetuo flagrans*. Gen. VI, 5. Deut. XXXIII, 12. Saepius additur תָּמִיד Jes. LI, 13. LII, 5. Ps. LXXII, 15. In eandem sententiam in oratione pedestri frequentant etiam כָּל־הַיָּמִים q. v., idem-

que valet בְּכָל־יוֹם omni tempore Ps. VII, 12. LXXXVIII, 10. CXLV, 2, syr. ܒܟܠܝܘܡ.

Dual. יוֹמַיִם *biduum* Ex. XVI, 29. XXI, 21. Num. IX, 22. XI, 19. Hos. VI, 2: מִיֹּמָיִם בַּיּוֹם הַשְּׁלִישִׁי *post biduum die tertio* i. e. deinceps, postliac cf. Luc. XIII, 32. 33. Joh. II, 19. 20.

Plur. יָמִים (tanquam a sing. יָם), more chaldaeo יָמִין Dan. XII, 13, cstr. יְמֵי, raro et poët. יְמוֹת Deut. XXXII, 7. Ps. XC, 15, ut aram. יוֹמָת, ܝܘܡܬܐ, quam formam habet etiam Cod. hebraeo-samar. Deut. XXXII, 7 (יוֹמֹת lege יוֹמַת).

1) *dies*, ut שִׁבְעַת יָמִים, שְׁלֹשֶׁת יָמִים Gen. VIII, 10. 12. XXX, 36. Lev. VIII, 33. 35 et sexcenties. יָמִים אֲחָדִים *aliquot dies* i. e. aliquamdiu Gen. XXVII, 44. Idem valet etiam יָמִים absol. positum (cf. arab. أيّاما aliquot dies, aliquamdiu, syr. ܒܬܪ ܝܘܡܬܐ post aliquod tempus, Barhebr. p. 391. 418) Neh. I, 4. Dan. VIII, 27. Gen. XL, 4: וַיִּהְיוּ יָמִים בְּמִשְׁמָר *et erant aliquamdiu in custodia.* Vulg. aliquantulum temporis. 1 Reg. XVII, 15. מִיָּמִים aliquamdiu post Iud. XI, 4. XIV, 8. XV, 1, מִקֵּץ יָמִים id. Gen. IV, 3. 1 Reg. XVII, 7, לְקֵץ י׳ Neh. XIII, 6 (plus est מִקֵּץ יָמִים רַבִּים Jer. XIII, 6). Quale fere temporis spatium significetur, quippe quod mensis spatium excedere, nunquam ad anni spatium accedere possit, ex his potissimum exemplis apparebit. Gen. XXIV, 55: *maneat nobiscum puella* יָמִים אוֹ עָשׂוֹר *aliquot dies si forte sit decas* (v. עָשׂוֹר et supra p. 34), quo loco indefinita locutio יָמִים magis definitur adiecto: *fortasse decem.* Jes. LXV, 20: עוּל יָמִים *infans* paucorum *dierum.* Paullo maius spatium intelligitur Num. IX, 22: יֹמַיִם אוֹ חֹדֶשׁ אוֹ יָמִים *per biduum aut mensem aut* maius *quoddam temporis* spatium. 1 Sam. XXIX, 3: *mecum fuit* זֶה יָמִים אוֹ זֶה שָׁנִים *iam* multos *dies aut* potius plures *annos.*

2) *tempus*, nullo singulorum dierum respectu habito. (Arab. يوم حصاده tempus messis Cor. 6, 142. Schol. ap. Lette ad Caab. 96 1 Reg. II, 11: הַיָּמִים אֲשֶׁר מָלַךְ דָּוִד עַל יִשְׂרָאֵל אַרְבָּעִים שָׁנָה. 1 Sam. XXVII, 11. Gen. XLVII, 8: יְמֵי שְׁנֵי חַיֶּיךָ *tempus annorum vitae tuae.* — בַּיָּמִים הָהֵם illis diebus i. e. illo tempore Ex. II, 11. 23. Jos. XX, 6. Iud. XVIII, 1. XIX, 1. 1 Sam. XXVIII, 1. 2 Reg. X, 32. XV, 37. XX, 1. Jer. III, 16. 18. V, 18. XXXI, 29. XXXIII, 15. 16. L, 4. 20. Dan. X, 2. Joël III, 2 al. כָּל־הַיָּמִים omni tempore, perpetuo (ἤματα πάντα Il. θ', 593. μ', 133 et saepe) Deut. IV, 40. V, 26. VI, 24. XI, 1. XII, 1. XIV, 23 et saepe in hoc libro. Jer. XXXI, 36. XXXII, 39. XXXIII, 18. XXXV, 19. 1 Sam. I, 28. II, 32. 35. XVIII, 29. XXIII, 14. Iob. I, 5. דִּבְרֵי הַיָּמִים gesta dierum s. temporis, i. e. annales, v. דָּבָר no. 2, a. בִּימֵי אַבְרָהָם tempore Abrahami Gen. XXVI, 1. 15. 18, maxime de regibus et principibus, בִּימֵי שָׁאוּל regnante Saulo 1 Sam. XVII, 12, בִּימֵי דָוִד regnante Davide 2 Sam. XXI, 1, בִּימֵי שְׁלֹמֹה 1 Reg. X, 21, בִּימֵי אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ Esth. I, 1, בִּימֵי נְחֶמְיָה Neh. XII, 26. 47, atque ad hanc analogiam בִּימֵי פְלִשְׁתִּים dominantibus Philistaeis Iud. XV, 20. (In nummis Arabum في ايام الملك فلان regnante rege N. N. v. Fraehn recens. numm. I, p. 226. 236, etiam بايام p. 646). — Jes. XXXIX, 6: הִנֵּה יָמִים בָּאִים *ecce veniunt tempora, quibus* cet. formula frequens in vaticiniis, maxime minacibus. Jer. VII, 32. IX, 24. XVI, 14. XIX, 6. XXIII, 5. 7. XXX, 3. XXXI, 27. 31. 38. XXXIII, 14. XLVIII, 12. XLIX, 2. LI, 47. 52 cf. Jes. VII, 17. Sq. genit. tempus alicui constitutum. Gen. XXIX, 21: מָלְאוּ יָמַי *completum est tempus mihi constitutum* (cf. 18). — Saepe a) spec. est *tempus vitae.* בָּא בַיָּמִים aetate provectus Gen. XXIV, 1. Jos. XIII, 1 cf. Luc. I, 7: προβεβηκὼς ἐν ταῖς ἡμέραις, כַּבִּיר יָמִים grandaevus Iob. XV, 10, opp. קְצַר יָמִים cuius vita brevis est XIV, 1. כָּל־הַיָּמִים per omne tempus vitae Gen. XLIII, 9. XLIV, 32. Sq. genit. יְמֵי אֱנוֹשׁ tempus vitae humanae Iob. X, 5, יָמַי dies vitae meae VII, 6, מִיָּמֶיךָ inde a diebus tuis i. e. ex quo vivis 1 Sam. XXV, 28. Iob. XXXVIII, 12. (Ephr. Syr. Opp. gr. II, p. 396: ܠܐ ܟܠܗܘܢ ܝܘܡܝ ܠܐܢܫ in tota vita mea neminem convitiatus sum); מִיָּמָיו in tota vita sua 1 Reg. I, 6, בִּימֵיכֶם in diebus vestris, dum vivitis Jer. XVI, 9, יָמֵינוּ dies vitae nostrae 1 Par. XXIX, 15, הֶאֱרִיךְ יָמִים diu vixit v. אָרַךְ (طالت ايامه longae erant dies eius, grandaevus factus est, Masudi ap. Schult. imp. Joct. p. 158). Poët. Iob. XXXII, 7: יָמִים יְדַבֵּרוּ *senectus loquatur,* senes loquantur. Translate ad res inanimatas Gen. VIII, 22: כָּל־יְמֵי הָאָרֶץ q. d. *quamdiu terra vivet,* existet. — b) יָמִים saepe in accus. pleonastice postponitur vocabulis tempus certum designantibus, ut שְׁנָתַיִם יָמִים lat. dicas: biennium temporis, nostr. zwei Jahre Zeit, zwei Jahre lang, ut simili pleonasmo dicimus: zwei Thaler Geld (cf. Lgb. p. 667) Gen. XLI, 1. 2 Sam. XIII, 23. XIV, 28. Jer. XXVIII, 3. 11, שְׁלֹשָׁה שָׁבֻעִים יָמִים tres hebdomades Dan. X, 2. 3, חֹדֶשׁ יָמִים einen Monat lang Gen. XXIX, 14. Num. XI, 20. 21, יֶרַח יָמִים id. Deut. XXI, 13. 2 Reg. XV, 13. Eodem modo Arabes addunt زمان, ut شهر زمان per mensis spatium Callenb. colloqu. idiom. vulg. arab. II, 6. 17 et saepius Aethiopes genitivum መዋዕል: v. c. ክልኤ: ዓመት: መዋዕል: duo anni dierum, Ascensio Jesaiae ed. Laurence I, 11, duo menses dierum XI, 7, syr. ܝܪܚܐ ܕܝܘܡܬܐ vide Agrell. suppl. synt. syr. p. 170, adde Assem. Act. M. II, 348. Atque ita hanc formulam interpretatur etiam Kimchius: שְׁנָתַיִם שְׁלֵמִים, חֹדֶשׁ שָׁלֵם, addens, mensem annumve non absolvi, nisi integris diebus exactis, non parte diei: non bene, neque usquam illa appositio pleni temporis vim sibi adiunctam habet. Ex veteribus interpretibus Chaldaeus et Syrus saepe retinuerunt Hebraismum, ubique autem retinuit Alex. vertens δύο ἔτη ἡμερῶν, μῆνα ἡμερῶν cet. (cf. Judith III, 10: μῆνα ἡμερῶν), semel adeo Vulg. (Num. XI, 20): *mensis dierum.* Saad. Gen. XLI, 1: من الزمان حولين, sed plerumque appositionem

illam omittit. Ab recentioribus in eo passim peccatum esse video, quod iungere vellent: שְׁבֻעִים יָמִים hebdomades dierum, שְׁנָתַיִם יָמִים duo anni (q. d. annuli) dierum, et propriam significationem verbi שָׁנָה inde effici posse putarent: nam in lingua Hebraea יָמִים non genitivus est, sed accusativus, quanquam secus est apud Syros et Aethiopes. Denique יָמִים est

3) certum quoddam temporis spatium: *annus*, ut aram. ܥܕܢ, עִדָּן et *tempus* significat et *annum* (cf. aeth. ዘመን: *tempora* et *anni*, Ludolf. p. 474) atque multa vcc. tempus, pondus, mensuram designantia ad certa quaedam tempora, pondera, mensuras transferuntur, cf. حقبة spatium temporis et annus, حين tempus, spec. semestre, et vide plura ad כִּבְרָה. Certissima huius significationis (de qua dubitare non debebat Vaterus ad Gen. XXIV, 55) exempla sunt: 1 Sam. XXVII, 7: *eratque numerus dierum, quos Davides habitabat in agro Philistaeorum*, יָמִים וְאַרְבָּעָה חֳדָשִׁים *annus et quattuor menses*. (Syr. ܫܢܬܐ ܘܐܪܒܥܐ ܝܪ̈ܚܝܢ, quod omisso ܫܢܬܐ bene transtulit Arabs: سنة واربعة اشهر). Lev. XXV, 29: *eritque redemtio* עַד־תֹּם שְׁנַת מִמְכָּרוֹ *donec completus est annus post emtionem*, יָמִים תִּהְיֶה גְאֻלָּתוֹ *per anni spatium* licita *erit redemtio*. Iud. XVII, 10: *dabo tibi decem* siclos *argenti* לַיָּמִים. Vulg. per annos singulos. Chald. לִזְמַן עִדָּן ad anni tempus. (LXX. Syr. Arabs male: quotidie). Pro יָמִים עַל שָׁנָה Jes. XXXII, 10 comm. 1 dictum est שָׁנָה עַל שָׁנָה. זֶבַח הַיָּמִים sacrificium anniversarium 1 Sam. II, 19. מִיָּמִים יָמִימָה nostr. von Jahr zu Jahr, quotannis Exod. XIII, 10: *et observabis hoc institutum* לְמוֹעֲדָהּ מִיָּמִים יָמִימָה *tempore suo quotannis*. (Saad. bene من حول الى حول) Iud. XI, 40. XXI, 19. 1 Sam. I, 3 (cf. שָׁנָה בְשָׁנָה Vers. 7). II, 19. — Etiam pro plur. *anni* ponitur adiecto numerali (ut פָּנִים plur. *Gesichter*). 2 Par. XXI, 19: כְּעֵת צֵאת הַקֵּץ לְיָמִים שְׁנַיִם *sub finem anni secundi* (cf. Comm. 15: יָמִים עַל יָמִים). Vulg. duorum annorum expletus est circulus. Dubiae tamen interpretationis est Amos IV, 4: (*afferte*) לִשְׁלֹשֶׁת יָמִים מַעְשְׂרֹתֵיכֶם ubi Kimchius aliique *tertio quovis anno decimas vestras* (coll. Deut. XXVI, 12), rectius Aben Esra, Rosenm. al. *tertio quovis die*, quod quidem acerbe et ironice dictum est. — E veteribus interpretibus *anni* significationem saepe expresserunt Vulg. et Saadias (nunquam LXX), Syr. et Chaldaeus plerumque dederunt עִדָּן, ܥܕܢ, quod et *tempus* et *annum* significat; e recentioribus recte eam vindicarunt Bochartus, Hieroz. II, p. 505 et Gusset. h. v., agnovit eam etiam, sed male explicavit (ita ut יָמִים per ellipsin sit altera pars formularum integrarum תְּקוּפַת הַיָּמִים et שְׁנָתַיִם יָמִים, quarum prior annum non significat, posterior non ita copulanda est, v. supra) J. D. Michaëlis in suppl. v. יום.

יוֹם chald. i. q. hebr. *dies* Esr. VI, 15. יוֹם בְּיוֹם quotidie VI, 9. Emphat. יוֹמָא Dan. VI, 11.

Plur. duplicem habet formam: a) יוֹמִין cstr. יוֹמֵי emphat. יוֹמַיָּא Dan. II, 28. V, 11. VI, 8. 13. VII, 9 et ita semper in Targg. b) cstr. יוֹמָת more Syrorum et Samaritanorum Esr. IV, 19. Male addunt c) יְמֵי laudato loco Esr. IV, 7, nam hoc comma hebraeum est. Atque hic pluralis, pariter atque hebraeum יָמִים, saepe *tempus* significat. Dan. IV, 31: לִקְצָת יוֹמַיָּא *sub finem* illius *temporis*, exacto illo tempore (septem annorum coll. 13. 22), בְּיוֹמֵי אֲבוּךְ tempore patris tui Dan. V, 11, מִן יוֹמָת עָלְמָא ab antiquo inde tempore Esr. IV, 15, impr. *tempus vitae*, עַתִּיק יוֹמַיָּא provectus aetate Dan. VII, 22.

יוֹמָם (a יוֹם addita terminatione adverbiorum ָם, cf. *diu*, *interdiu* a *dies*) adv. *interdiu*, opp. לַיְלָה. Exod. XIII, 21. 22. XL, 38. Iob. V, 14. XXIV, 16. Ps. XLII, 9. XCI, 5. Jes. IV, 5. 6. XXI, 8. LX, 19. Ez. XII, 3 sqq. et saepe. יוֹמָם וָלַיְלָה interdiu et noctu i. e. perpetuo, sine intermissione (lat. diem noctemque, dies noctesque) Ps. I, 2. XXXII, 4. Jes. LX, 11. Jer. VIII, 23. XVI, 13. XXXIII, 25, it. לַיְלָה וְיוֹמָם Deut. XXVIII, 66. Jes. XXXIV, 10. Jer. XIV, 17. Semel est: *den* (ganzen) *Tag über*, *toto die* i. q. כָּל־הַיּוֹם Ps. XIII, 3: (quamdiu erit) יָגוֹן בִּלְבָבִי יוֹמָם *moeror in animo meo toto die?* Paullo difficilius est Ez. XXX, 16: וְנֹף (לְ)צָרֵי יוֹמָם *et Memphis* tradita erit *hostibus diuturnis*, perpetuo et sine intermissione urgentibus. יוֹמָם, quod in genitivo positum est (ut דַּם חִנָּם) flagitante contextu perpetuitatis vim habet, sive idem est quod בְּכָל־יוֹם *toto die*, *toto tempore* (cf. lat. *diu*, quod est a) den Tag über b) eine Zeit lang, lange Zeit) sive quod brevius dictum est pro pleniore יוֹמָם וָלַיְלָה. Non bene alii *hostes diurnos* eos esse volunt, qui aperte, non noctu furum instar veniant. Winerus: hostes *diurni, quotidiani*, quasi vero haec synonyma sint. Cum בְּ praef. בְּיוֹמָם (cf. בְּכֵן) Neh. IX, 19. (Chald. יְמָם id. Syr. ܐܝܡܡܐ dies, et ܒܐܝܡܡܐ interdiu.

יֵמִם m. pl. ἅπ. λεγόμ. Gen. XXXVI, 24: *hic Ana est, qui invenit* יֵמִם *in deserto, quum pasceretur asinos patris sui*. Bene Hieron. *aquae calidae*, est enim a rad. יום, יֵמִם (v. supra) et respondet syr. et arab. حميم, ܚܡܝܡܐ thermae, quae ipsae in regionibus ab oriente maris mortui sitis propter naturam loci frequentes sunt (v. לֶשַׁע). Quod Hieronymus notat: *nonnulli putant, aquas calidas iuxta linguae Punicae viciniam, quae hebraeae contermina est, hoc vocabulo significari*, id fortasse ab Augustino accepit, nisi forte Punicam linguam cum Syriaca confudit, in qua *Hamim*, ut vidimus, thermas designat. Syr. ܡܝܡܐ. — Duae aliae explicandi rationes apud veteres obviae illi longe inferiores sunt. Una est Onkelosi, Vers. Sam., quibus יֵמִם est i. q. אֵימִים gigantes; altera Saadiae, Kimchii aliorumque Rabbinorum, qui *mulos* intelligunt coniectura parum dextera ex contextu exsculptos.

יון (יָוַן) rad. inusitata, quae *caloris*, inde *fervendi*, *aestuandi* potestatem habuisse videtur, vic. radd. יָמַם, יוּם, יָחַם (v. ad יוֹם): n pro m est etiam in arab. جَحِنَ exarduit ira, et gr. ἰαίνω calefacio, foveo. (Non audiendus est Maurerus, hebr. Formenlehre p. 118, qui huic rad. levitatis vim tribuendam esse suspicatur, coll. אוֹן). Inde derivanda sunt:

יָוֵן m. *lutum*, *coenum*, sed pr. vel *faeces* (ut Vulg. Ps. XL, 3) vel *bitumen*, quod utrumque ab aestuando dictum esse potest: sed prius praefero. Bis legitur Ps. XL, 3: טִיט הַיָּוֵן *coenum luti*, pro coeno profundissimo. LXIX, 3: יְוֵן מְצוּלָה. LXX. utrobique ἰλύς.

יוֹנָה pl. יוֹנִים f. 1) *columba*, quam ab huius avis (Cytheriacae Senec.) natura in Venerem prona et a libidinis *ardore*, quae in proverbium fere abiit, ita dictam censeo, cf. arab. يمامة a rad. يَمَّ = יוֹם, יוּן et حَمَّ a حَمَّ. Est igitur avis libidinosa, venerea (der verliebte Vogel), a rad. יוּן, ut טוֹבָה a rad. טוֹב. Reliquarum derivationum nulla probabilis est, neque Bocharti, qui columbam avem *Graecam* dici coniiciebat (Hieroz. P. II, lib. 1. cap. 1), neque aliorum, qui ducunt a وَنَى torpuit, debilis fuit, quanquam haec illi praestat: primitivam autem esse huiusmodi vocem, nemo facile (cum Winero) dicat. (Syr. ܝܘܢܐ id. v. Mich. ad Castell. p. 373). Gen. VIII, 8 sqq. Jer. XLVIII, 27. Hos. XI, 11. Jer. XLVIII, 28. Ps. LV, 7 al. בֶּן־יוֹנָה pullus columbinus Lev. XII, 6, pl. בְּנֵי יוֹנָה Lev. V, 7. XII, 8. XIV, 22. XV, 14. Num. VI. 10 al. Laudatur a volatu celere (Jes. LX, 8), a simplicitate (Hos. VII, 11 cf. Matth. X, 16): ei tribuitur gemitus Nah. II, 8. Jes. XXXVIII, 14. LIX, 11. Ad veneream avis naturam pertinet quod *columba mea* est blanda puellae amatae compellatio Cant. II, 14. V, 2. VI, 9, item quod ὑγρὰ puellae ὄμματα oculis columbinis comparantur, ibid. I, 15: עֵינַיִךְ יוֹנִים *oculi tui* sunt *columbarum*. IV, 1: sed alia ratio est loci V, 12. — 2) n. pr. prophetae, filii Amitthai. Jon. 1, 1. 2 Reg. XIV, 25. — Aliud יוֹנָה v. sub יָנָה.

יַיִן cstr. יֵין, semel יַיִן Cant. VIII, 2, c. Suff. יֵינִי m. 1) *vinum*, ab aestuando et effervescendo dictum, cf. חֶמֶר a חָמַר. Secundaria et ex fonte Hebraeo profecta sunt arab. وَيْن collect. uvae nigricantes, cum nomine unitatis وَيْنَة, aeth. ወይን: vinea, vinum, gr. lat. οἶνος, *vinum*, armen. գինի *gini*). Gen. XIV, 18. XIX, 32 sqq. XXVII, 25. Exod. XXIX, 40. Lev. X, 9. XXIII, 13. יַיִן וְשֵׁכָר vinum et (alius) potus inebrians, v. שֵׁכָר. נֹאד יַיִן uter vini 1 Sam. XVI, 20, נֵבֶל יַיִן lagena vini ib. X, 3. XXV, 18. אָכַל וְשָׁתָה יַיִן convivari Iob. I, 13. 18. בֵּית הַיָּיִן domus vini Cant. II, 4 poët. dictum est pro בֵּית מִשְׁתֵּה הַיַּיִן Esth. VII, 8 conclave convivale, et verba l. l. הֱבִיאַנִי אֶל־בֵּית הַיָּיִן *introduxit me in domum vini*, pro: ebrium me reddidit amore, μεθύσκομαι ἔρωτι. Vulg. *cella vinaria*. Al. vineam intelligunt, frigide hoc contextu. Translate dicitur de animi indole, ut *vinum venenatum* Deut. XXXII, 33 de populi indole degenerata. Jes. I, 22. — 2) meton. *crapula*. Gen. IX, 24: וַיִּיקֶץ נֹחַ מִיֵּינוֹ. 1 Sam. I, 14: הָסִירִי אֶת־יֵינֵךְ מֵעָלָיִךְ *edormi vinum tuum* (Gell.) XXV, 37.

* * *

Peregrinum est

יָוָן n. pr. 1) *Graecia*, pr. *Ionia*, cuius quidem provinciae utpote Orienti vicinae et Orientalibus prae ceteris cognitae nomen in linguis Orientalibus ad universam Graeciam translatum est. Gen. X, 2 (ubi Javan est in Japheti posteris) cf. 1 Par. I, 5. 7. Ez. XXVII, 13 (ubi memorantur aes et mancipia Tyri venalia cf. Bocharti Phaleg III, 3), Jes. LXVI, 19. Dan. VIII, 21 (ubi מֶלֶךְ יָוָן est Alexander Magnus). Zach. IX, 13. Patron. est יְוָנִי Graecus, unde בְּנֵי הַיְּוָנִים filii Graecorum, υἷες Ἀχαιῶν poët. pro Graecis Joël IV, 6. Ita chald. et talmud. יְוָנִי Graecus, יְוָנִית graece, syr. ܝܘܢ, ܝܘܢ, ܝܘܢ Graecia, ܝܘܢܝܐ Graecus, ܐܬܝܘܢܝ Graecus factus est, ܝܘܢܐܝܬ graece, arab. يُونَان gens Graecorum, max. antiqua, nam qui post Constantinum M. vixerunt, الروم dicti sunt, يُونَانِي Graecus, aeth. ዮናናዊ: Graecus, copt. ⲞⲨⲈⲒⲚⲒⲚ Graecus, ⲘⲈⲦⲞⲨⲈⲒⲚⲒⲚ lingua graeca, Hellenismus, ⲘⲘⲈⲦⲞⲨⲈⲒⲚⲒⲚ graece (v. Peyron Lex. p. 148), quod ipsum sub finem inscriptionis Rosettensis lin. 32 pro graeco ἑλληνιστὶ legit Akerbladius (lettre sur l'inscription de Rosette, cf. Eph. litt. univ. 1802 no. 349): in scriptura hieroglyphica ⲒⲞⲨⲚⲀⲚ Jonia, Graecia, v. Champollion gramm. Égyptienne I, p. 151. Ipsis Graecis, a barbaris se Iones, Iaones vocari, non incognitum erat. Aristophanes Acharn. 104 Persam ita loquentem inducit: οὐ λῆψι χρῦσο χαυνόπρωκτ' Ἰαοναῦ, ad quae Scholiastes: Ἰαοναῦ δὲ ἀντὶ τοῦ Ἀθῆναι (lege Ἀθηναῖε). Ἴωνες γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι ... et paullo post: ὅτι πάντας τοὺς Ἕλληνας Ἰάονας οἱ βάρβαροι ἐκάλουν, προείρηται. καὶ Ὅμηρος Ἰάονας ἑλκεχίτωνας (Il. ν', 685). Eundem usum imitatur Aeschyl. Pers. 176: Ἰαόνων γῆν οἴχεται (Atossa loquitur). 561: διὰ δ' Ἰαόνων χέρας, 1019: Ἰαόνων λαὸς οὐ φυγαίχμας, cf. Stanley ad v. 176. Adde Suppl. 72: Ἰαονίοισι νόμοισι. Hesych. v. Ἰάννα: ἐπεὶ Ἰάννας τοὺς Ἕλληνας λέγουσιν .... ἐπιεικῶς δὲ οἱ βάρβαροι τοὺς Ἕλληνας Ἴωνας λέγουσιν, et v. Ἴωνες .... ἔνιοι καὶ τοὺς Θρᾷκας καὶ Ἀχαιοὺς καὶ Βοιωτοὺς καὶ πάντας Ἕλληνας. Ἰστεῖ ὄπισθεν, quibus verbis Hesychius Barbarorum usum supra expositum significat. Steph. Byz. Ἰάων καὶ Ἴῃων .... ἐκ δὲ τοῦ Ἰάων τὸ Ἰάν. Et ex hac quidem (Ἰάων) forma ortum videtur semiticum יָוָן. — [Adeo in titulo cuneato Persepolitano ap. Niebuhr tab. 31, litt. I lin. 12. 13 nomen YUNÂ i. e. *Jones, Graeci* inter Asiae minoris populos nunc ipsum

indagavit BEERII sagacitas, vide ab eo disputata *Allg. L. Z.* 1838 no. 5. Cf. LASSEN altp. Keilschr. p. 89 et infra סְפָרַד].

2) Ez. XXVII, 19 וְדָן videtur Arabiae felicis regio oppidumve esse. Kamus p. 1817 : بَوَان مُحَرَّكة ة باليمن بوان ة بباب اصبهان *Javan*, *Vav mobili*, *oppidum Jemanae*, et *Javân oppidum in porta Ispahanensi.* Sanscr. *Javanas* plures populos occidentales significat, fortasse Graecos (v. no. 1) et *Arabes.* Vide Wilson h. v. Lassen de Pentapotamia, Pott etymol. Forschungen I, p. XLI. An forte sunt *Arabiae thuriferae* incolae (a *Javana* thus)? Quod Crednerus etiam Joël l. c. ad Javanenses Arabiae refert, sine ratione idonea est.

יָזָה rad. inusit. Arab. وَزَى congregatus est. Inde

יְזִיאֵל (concio Dei) n. pr. viri 1 Par. XII, 3 Keri.

יְזִיָּה v. יָזָה.

יָזַם rad. ficticia, quam nonnulli (inde ab Abulvalide) statuerunt propter יָזְמוּ Gen. XI, 6, quae est a זָמַם q. v.

יָזַן rad. in Kal inusit. et paullulum incerta. Arab. وَزَنَ ponderavit, cf. אָזַן no. II. Inde

Pu. part. סוּסִים מְיֻזָּנִים Jer. V, 8 Keri *equi ponderati*, i. e. auctore Alb. Schultensio (Opp. min. ad h. l.) *ponderibus* s. testibus (cf. pondera i. e. testes Catull. 62, 5. Stat. silv. 3, 4, 77) instructi, bene vasati. LXX. ἵπποι θηλυμανεῖς, accommodate ad contextum. Chethibh מוּזָנִים v. rad. זוּן.

יָזַע rad. inusit. Arab. وَزَعَ *manavit*, *fluxit* aqua (num litteris emollitis ex יָצַק fudit?), ambar. ወዘ: pro ወሀዐ: sudavit. Inde

יֶזַע m. *sudor.* Ezech. XLIV, 18 : לֹא יַחְגְּרוּ בַּיָּזַע *ne cingant se in sudore* (ut Aqu. Symm. Hieron.) i. e. dum sudant. Chald. et Talmudici interpretantur : במקום שמזיעין loco ubi sudant i. e. in lumbis, ubi caro facilius sudat, sed illud praeferendum est.

זֵעָה (pro יְזֵעָה, ut דֵּעָה a יָדַע, sed Zere puro ut in חֲשֵׁכָה, חֲשֵׁיכָה) f. *sudor.* Gen. III, 19 : בְּזֵעַת אַפֶּיךָ *cum sudore vultus tui*, ut omnes vett. interpretes expresserunt. Cf. Talmud. זִיעָא sudor, unde הִזִּיעַ sudavit, it. ܕܘܥܬܐ sudor, lacrimae, unde novum verbum ܕܥܒ sudavit (v. ad זֶפֶת p. 411).

יָחַד fut. יֵחַד (vic. אֶחָד, אָחַד) *unitus*, *coniunctus est*, *coniunxit se*, sq. בְּ Gen. XLIX, 6, sq. אֵת *cum* aliquo Jes. XIV, 20.

Pi. imp. יַחֵד *unum effecit* (arab. وحّد Conj. II). Ps. LXXXVI, 11 : יַחֵד לְבָבִי לְיִרְאָה שְׁמֶךָ *unum fac* (i. e. unanimum, concors) *cor meum*, *ut revereatur nomen tuum*.

יָחִיד f. יְחִידָה adj. 1) *unicus* (arab. وَحِيدٌ id., وَحُدَ, وَحَدَ unicus, incomparabilis fuit), maxime de unigenito, sive addito בֵּן Gen. XXII, 2. 12. 16, sive omisso, ut : אֵבֶל יָחִיד luctus ob unigenitum Am. VIII, 10, *luctus* tanquam ob unigenitum Jer. VI, 16, מִסְפַּד עַל הַיָּחִיד Zach. XII, 10. Prov. IV, 3. Fem. יְחִידָה a) Iud. XI, 34. b) attributum poët. vitae, utpote *irreparabilis*. Ps. XXII, 21. XXXV, 17. Cf. כָּבוֹד. — 2) *derelictus* Ps. XXV, 16. Plur. יְחִידִים Ps. LXVIII, 7, ubi intelliguntur exules, qui a suis derelicti solitarii et ope destituti circumvagantur.

יַחַד m. *unitio*, *coniunctio*. 1 Par. XII, 17 : יִהְיֶה לִּי עֲלֵיכֶם לֵבָב לְיָחַד *erit mihi animus erga vos in coniunctionem* i. e. vobiscum coniunctus. Cf. opp. לְבַד in separationem = separatus, solus. Inde adv. *iunctim*, *zusammen*, de coniunctione tum hominum tum actionum, et loci et temporis sortisve : a) *coniunctim*, de agendi communione (mit einander, in Gemeinschaft), v. c. נוֹסְדוּ יָחַד consultant inter se Ps. II, 2. XXXI, 14. Esr. IV, 3 : *non vestrum est exstruere domum deo nostro* כִּי אֲנַחְנוּ יַחַד נִבְנֶה לַיהוָה *sed nos* Israëlitae *coniunctim* exstruemus *eam Jehovae*, i. e. sine vestro auxilio *nos* coniunctis nostris viribus id efficiemus. (Simonis adeoque Winerus p. 409 adverbium יַחַד hoc loco *solum*, *tantum* significare volunt : *coniungendi* adverbio prorsus contrariam *separandi* vim i. q. לְבַד tribuentes; quod *antiphrasin* sapit. Revera Gatackerus de stylo N. T. p. 27 ad ἐναντιόσημα hoc refert). Copulatur etiam cum verbis pugnandi (*mit* einander pro *gegen* einander, cf. נִלְחַם עִם), ut נִלָּחֲמָה יָחַד inter se pugnare 1 Sam. XVII, 10, נִשָּׁפְטָה יָחַד litigare inter se Jes. XLIII, 26 cf. L, 8 : נַעַמְדָה יָּחַד *surgamus* ad litigandum *inter nos*. b) *und*, in uno loco (beisammen, bei einander), ut יָשַׁב יַחַד una habitare Ps. CXXXIII, 1, una congregari 2 Sam. X, 15. 1 Sam. XI, 11 : לֹא נִשְׁאֲרוּ בָם שְׁנַיִם יָחַד *ne duo quidem eorum manserunt una*, omnes dispersi sunt. c) *simul*, eodem tempore. Iob. VI, 2 : *utinam ponderetur impatientia*, *meaque calamitas simul in trutina ponatur*. Jes. XLV, 8. Non raro de loci temporisque communione : *unà simul*. 2 Sam. XXI, 9 : *ita perierunt septem illi* יָחַד *una simul*, eodem loco simul. XIV, 16 : *me et filium meum*, *una simul*. Saepe d) inservit arctius connectendis duobus substantivis et parem eorum rationem esse significat : *pariter*. Ps. XLIX, 11 : *sapientes moriuntur* יַחַד כְּסִיל וָבַעַר יֹאבֵדוּ et *pariter stultus brutusque pereunt*. Comm. 3 : יַחַד עָשִׁיר וְאֶבְיוֹן (parall. גַּם — גַּם). Iob. XXXIV, 29 : עַל גּוֹי וְעַל אָדָם יָחַד *et super populos et singulos homines* (angl. dicas : *both over nations and single men*) : sic etiam connectendis verbis Jes. XLII, 14 : אֶשֹּׁם וְאֶשְׁאַף יָחַד. XLIV, 11 : יִפְחֲדוּ יֵבֹשׁוּ יָחַד. Ps. XL, 15 : יֵבֹשׁוּ וְיַחְפְּרוּ יַחַד *prae pudore et pallescunt* et *rubescunt* sie werden bald blass bald roth vor Schaam. e) Additur

nominibus (pronominibus) copiam vel totum quiddam designantibus, ut haec in unum quasi complectatur. Ps. LXII, 10: הֵמָּה מֵהֶבֶל יָחַד *illi cuncti halitu citius pereunt* (sie insgesammt). Iob. XL, 13: טָמְנֵם בֶּעָפָר יָחַד *absconde eos cunctos in pulvere.* Ps. LXXIV, 8: נִינָם יָחַד, ibid. V. 8: פִּתּוּחֶיהָ יָחַד *lacunaria eius cuncta*, ihr Schnitzwerk insgesammt, et post singularem Jes. XXVII, 4. Inde post כֹּל: *omnes omnino.* Iob. XXXIV, 15: כָּל־בָּשָׂר יָחַד *omnes omnino mortales.* Jes. XXII, 3: כָּל־קְצִינַיִךְ נָדְדוּ יָחַד, quanquam hoc etiam ad litt. b. referri potest. Inde f) omisso כֹּל est: (omnes) *omnino, cuncti*, alle zusammen, ut poët. ponatur pro ipso כֹּל. Iob. XXXVIII, 7: בְּרָן־יַחַד כּוֹכְבֵי בֹקֶר *quum iubilarent* (omnes) *unà* i. e. *cunctae stellae matutinae.* III, 18. XXXI, 38. XXIV, 44. Deut. XXXIII, 5: יַחַד שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל *cunctae tribus Israëlis.* Sine addito nomine Iob. XVI, 10: יַחַד עָלַי יִתְמַלָּאוּן *cuncti contra me congregantur.* XVII, 16. XIX, 12. XXI, 26. Ps. XL, 15. XLI, 8. Cum negandi particula: *nemo* i. q. לֹא כֹּל. Hos. XI, 7: יַחַד לֹא יְרוֹמֵם *nemo omnium eum tollit.* g) i. q. כֹּל, ubi refertur ad unam rem, *totus, a, um*, cf. litt. c. Ps. CXLI, 10: יַחַד אָנֹכִי עַד אֶעֱבוֹר *donec ego* totus quantus *transiero*, bis ich ganz vorüber bin. Iob. X, 8: *manus tuae formarunt me* יַחַד סָבִיב *totum circum circa.*

יַחְדָּיו Jer. XLVI, 12. 21. XLIX, 3, alibi **יַחְדָּו** pr. *coniunctionibus suis* (in seinen Verbindungen) pro pleniore לִיחָדָיו i. e. *coniunctim, unà* (ut opp. לְבַדּוֹ in separatione sua, pro *solus*), ut: כָּל־בָּשָׂר יַחְדָּו *omne genus humanum coniunctim* Jes. XL, 5, כָּל־הָעָם יַחְדָּו Exod. XIX, 8. Quanquam autem certissimum est, ־ָיו et ־ָו in hoc vc. suffixum esse ut in תַּחְתָּיו, דְּבָרָיו (non enim audiendi *Danzius* de inauguratione Christi §. 53 et *Noldius* concord. part. p. 342 qui יַחְדָּו ducunt a חָדָה = יָחַד, coll. יָגָר, יֵשׁוּר), tamen in linguae usu vis huius suffixi sensim paullatimque periit (ut in אֲדֹנָי p. 329), ita ut non solum ad nomen singulare referatur, ut in exemplis supra laudatis, sed saepissime etiam ad nomina et verba pluralia (יַחְדָּו אַפְסֵי אָרֶץ Deut. XXXIII, 17, יִפְּלוּ יַחְדָּו 2 Sam. II, 16), adeoque ad primam personam in masculino (Jes. XLI, 1: יַחְדָּו לַמִּשְׁפָּט נִקְרָבָה. Comm. 23. Ps. XXXIV, 4: נְרוֹמְמָה שְׁמוֹ יַחְדָּו. LV, 15. Iob. IX, 32. Neh. VI, 7) et feminino (1 Reg. III, 18, de duabus mulieribus: אֲנַחְנוּ יַחְדָּו *nos habitabamus unà*), et ad secundam (Jes. XLV, 20: הִתְנַגְּשׁוּ יַחְדָּו), ubi exspectaveris יַחְדֵּיכֶם, יַחְדֵּינוּ, יַחְדֵּיהֶם. Similia etiam alibi passim deprehenduntur, ut Mich. I, 2: שִׁמְעוּ עַמִּים כֻּלָּם pro כֻּלְּכֶם, et אֲדֹנִי (non אֲדֹנֵינוּ), etiam ubi plures aliquem alloquuntur (Gen. XLVII, 18). Significatione convenit cum יַחַד, licet hoc (יַחְדָּו) frequentius sit. Est a) *coniunctim* (in Gemeinschaft), de agendi communione. Ps. XXXIV, 4: *celebrate Jehovam mecum* וּנְרוֹמְמָה שְׁמוֹ יַחְדָּו *et exaltabimus nomen eius coniunctim.* Jes. XI, 14: יַחְדָּו יָבֹזּוּ אֶת־בְּנֵי קֶדֶם. Inde cum verbis reciprocis, ut, consultari inter se (נוֹעַץ), convenire inter se (נוֹעַד) Iob. II, 11. Ps. LV, 15. LXXXIII, 6. Jes. XLV, 21. Neh. IV, 2. VI, 2. 7, adeoque cum verbis pugnandi, litigandi Jes. XLI, 1. 23. b) *unà* (bei einander) Deut. XXII, 10. 11. Jer. III, 18 v. c. יָשַׁב יַחְדָּו unà habitare Gen. XIII, 6. XXXVI, 7. Deut. XXV, 5. 1 Reg. III, 18, unà ire Gen. XXII, 6. 8. 19. Iob. IX, 32 cf. Jes. XI, 6. 7, unà coenare Iud. XIX, 6. Jer. XLI, 1, congregari in unum Jos. IX, 2. Iud. VI, 33, Ps. CII, 23. c) *simul, eodem tempore.* (LXX. saepe ἅμα). Jes. I, 31: וּבָעֲרוּ שְׁנֵיהֶם יַחְדָּו *et cremabuntur ambo simul.* LXV, 7. LXVI, 17. 1 Sam. XXXI, 6. 1 Par. X, 6. Ps. IV, 9: יַחְדָּו אֶשְׁכְּבָה וְאִישָׁן *simul cubitum eo et obdormisco.* d) *pariter, pari modo.* 1 Sam. XXX, 24: *eaedem partes sint eorum qui ad certamen descenderunt et eorum qui apud impedimenta manserunt* יַחְדָּו יַחֲלֹקוּ *pariter partiantur* i. e. aequis portionibus. Deut. XII, 22: הַטָּמֵא וְהַטָּהוֹר יַחְדָּו יֹאכְלֶנּוּ *impurus et purus pariter illud comedant.* Am. I, 15: הוּא וְשָׂרָיו יַחְדָּו. 2 Sam. II, 17: וַיִּפְּלוּ יַחְדָּו *ceciderunt* ambo *pariter*, cecidit uterque. Ita saepe inservit arctius connectendis duobus nominibus, ut Jer. VI, 12: שָׂדוֹת וְנָשִׁים יַחְדָּו. Comm. 11. 21: אָבוֹת וּבָנִים יַחְדָּו. XIII, 14. XXXI, 8. 13. L, 4, etiam Jes. XLI, 19: תִּדְהָר וּתְאַשּׁוּר יַחְדָּו *ilex et cedrus pariter* (ubi vis particulae magnam partem periit) LX, 13, it. verbis Ps. XXXV, 26. Jes. XLVI, 2. e) Additur plurali, ut copiam quasi in unum complectatur. Jer. V, 5: הֵמָּה יַחְדָּו *ii cuncti* (*sie insgesammt*). Iob. XXIV, 17: יַחְדָּו בֹּקֶר לָמוֹ צַלְמָוֶת, ubi iungenda sunt: לָמוֹ יַחְדָּו iis cunctis. Inde post כֹּל Jes. XXII, 3: כָּל־נִמְצָאַיִךְ אֻסְּרוּ יַחְדָּו. XXXI, 3: יַחְדָּו כֻּלָּם יִכְלָיוּן. XLIII, 9. XLV, 16. Jer. XXXI, 24. f) Omisso כֹּל i. q. *cuncti.* Jes. X, 8: שָׂרַי יַחְדָּו מְלָכִים *cuncti principes mei* sunt *reges* Ps. XXXVII, 38: פֹּשְׁעִים נִשְׁמְדוּ יַחְדָּו. XLVIII, 5. Rarius anteponitur, ut Deut. XXXIII, 17: יַחְדָּו אַפְסֵי אָרֶץ. Sine addito nomine: *ii cuncti* (sie alle) i. q. כֻּלָּם. Ps. XIV, 3: הַכֹּל סָר יַחְדָּו נֶאֱלָחוּ *omnes defecerunt, cuncti depravati sunt.* XIX, 10. Jes. XVIII, 6. XLI, 20. XLVIII, 13. LII, 8. Jer. LI, 38. Prov. XXII, 18.

יַחְדּוֹ (coniunctio eius) n. pr. viri 1 Par. V, 14.

יָחַל in Kal inusit. i. q. חוּל no. 3 doluit (v. Hiph. no. 2), et no. 6 mansit, exspectavit (v. Pi. Hi. Niph.).

Pi. יִחֵל 1) *exspectavit* Iob. XXIX, 21: לִי שָׁמְעוּ וְיִחֵלּוּ *me audientes exspectabant* sc. sententiam meam. Maxime cum spe et fiducia, ut saepe etiam *sperandi* vim induat. Iob. VI, 11: מַה־כֹּחִי כִּי אֲיַחֵל *quae est mea vis, ut* diutius *exspectare* (aliquid *sperare*) *possim?* XIII, 15: *en interficiat me*, לֹא אֲיַחֵל *nihil spero.* (Keri לוֹ: *exspecto eum*, quod languidius est). Cum acc. temporis Iob. XIV, 14: כָּל־יְמֵי צְבָאִי אֲיַחֵל. Sq. לְ personae Iob. XXIX, 23: וְיִחֲלוּ כַמָּטָר לִי *exspectabant me ut pluviam.* Mich. V, 6, et rei Iob. XXX, 26. Jes. XLII, 4. Saepe dicitur: יַחֵל לַיהוָֹה Ps. XXXI, 25. XXXIII, 22.

LXIX, 4, אֶל יְהוָֹה CXXX, 7. CXXXI, 3 i. e. Dei auxilium exspectare; יִחֵל לִדְבַר יְהוָֹה exspectare verbum (promissum) Dei Ps. CXIX, 74. 81. 114. 147, לְחַסְדּ יְהוָֹה Ps. XXXIII, 18. CXLVII, 11, לְמִשְׁפַּט יְהוָֹה Ps. CXIX, 43. — 2) *spem fecit* ibid. 49, sq. gerundio Ez. XIII, 6.

Hiph. 1) i. q. Pi. no. 1 *exspectavit*, c. accus. temporis 1 Sam. X, 8. XIII, 8. Absol. 2 Sam. XVIII, 14: לֹא־כֵן אוֹחִילָה לְפָנֶיךָ *non ita exspectabo apud te* non tamdiu morabor apud te. Sq. לְ rei Iob. XXXII, 11, it. pers. הוֹחִיל לַיהוָֹה exspectare (sperare) Dei auxilium Ps. XXXVIII, 16. XLII, 6. 12. XLIII, 5. 2 Reg. VI, 33. Mich. VII, 7, לִדְבַר יְיָ ה׳ Ps. CXXX, 5. Etiam absol. *sperare* (auxilium divinum) Thren. III, 21 cf. 24. 2) i. q. חוּל no. 3 *doluit*. Ita Jer. IV, 19 Keri: אוֹחִילָה קִירוֹת לִבִּי *doleo praecordiis meis*. Ita multi codd. etiam in textu. Chethibh: אוחולה, quae scriptura vix hebraea conflata videtur ex אוֹחִילָה et אָחוּלָה, quod nonnulli codd. habent.

Niph. נוֹחַל fut. יִוָּחֵל (pro vulg. יִנָּחֵל) i. q. Pi. et Hiph. (pr. exspectare factus est) exspectavit Gen. VIII, 12 (c. acc. temporis). Ez. XIX, 5.

יָחִיל m. *sperans* (in Deum). Thren. III, 26.

יַחְלְאֵל (sperans in Deum) n. pr. filii Sebulonis Gen. XLVI, 14. Patron. יַחְלְאֵלִי Num. XXVI, 26.

תּוֹחֶלֶת f. *exspectatio*, *spes*. Iob. XLI, 1. Prov. X, 28. XI, 7. XIII, 12. Sq. לְ fiducia in aliquem Ps. XXXIX, 8. — Thren. III, 18: תּוֹחַלְתִּי מֵיְהוָֹה *quod a Deo sperare possum*.

יָחַם i. q. חָמַם incaluit, spec. pecus libidine (arab. وحم caluit dies. V. incaluit pecus libidine, وَحْم appetitus congressus venerei). Formas, quae ad Kal huius verbi referri solent, supra retulimus ad חָמַם (p. 489), quo etiam referri possunt וַיֶּחֱמוּ (et incaluerunt i. e. conceperunt oves) pro וַיֵּחַמוּ Gen. XXX, 39 et וַיֵּחַמְנָה Vers. 38, 3 pl. masc. more Chaldaeorum et Arabum pro vulgari וַתֵּחַמְנָה, v. Lehrgeb. p. 276.

Pi. 1) *incaluit* libidine pecus, *coivit*. Gen. XXX, 41. XXXI, 10. Hinc *concepit*, etiam de muliere. Ps. LI, 7: בְּחֵטְא יֶחֱמַתְנִי אִמִּי *in peccato concepit me mater mea* i. e. mater mea, et ipsa peccatrix, me concepit. יֶחֱמַתְנִי pro יְחַמַּתְנִי cf. supra ad Kal et אֶחֱרוּ pro אֵחֲרוּ Iud. V, 28.

חֵמָה (pro יְחֵמָה), semel more Chaldaeo **חֵמָא** Dan. XI, 44, cstr. חֲמַת (sed forma absol. ante genit. Jes. XLII, 25. LXVI, 15) f.

1) *aestus* (حُمَّى aestus vini, it. irae, syr. ܚܡܬܐ aestus, ira, venenum, unde novum verbum ܐܬܚܡܬ excanduit, ܚܡܬܢܐ iracundus). Hos. VII, 5: חֲמַת מִיָּיִן *aestus a vino*. Inde

2) *aestus irae*, *ira* i. q. אַף, quocum saepe copulatur Deut. XXIX, 27. Jer. VII, 20. XXXII, 37. XLII, 18 al. sed maxime in recentiore hebraismo Esth. II, 1. III, 5. V, 9. VII, 1. 7. 2 Reg. V, 12 (rarius in antiquo Gen. XXVII, 44) et in sermone poëtico Ps. XXXVII, 8. Prov. XV, 1. XXI, 14. XXVII, 4 al. אִישׁ חֵמָה Prov. XV, 18, אִישׁ חֵמוֹת XXII, 24, בַּעַל חֵמָה XXIX, 22, iracundus. Saepe de *ira Dei* Jes. XXVII, 4. XXXIV, 2. 2 Reg. XXII, 13, quae dicitur ascendere in populum 2 Par. XXXVI, 16, accendi 2 Reg. XXII, 17, effundi Jer. VII, 20. XLII, 18. Ez. VII, 8. XIV, 19. XX, 8 (instar ignis) Thren. II, 4. Nah. I, 6, egredi Jer. IV, 4, et contra reverti (v. שׁוּב). Jer. VI, 13: אֶת חֲמַת יְיָ מָלֵאתִי *plenus sum irae divinae*, quam populo nunciare iussus sum. Alibi Jova dicitur *poculum irae suae* populis propinare Jes. LI, 17. Jer. XXV, 15. Apoc. XVI, 19: τὸ ποτήριον τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, cf. Iob. XXI, 20: מֵחֲמַת שַׁדַּי יִשְׁתֶּה *de ira Dei bibat*. — Iob. XXXVI, 18: כִּי חֵמָה *ubi ira* Dei accensa est, ubi irascitur. Sed XIX, 29 pro כִּי חֵמָה עֲוֹנוֹת חֶרֶב me auctore lege: כִּי הֵמָּה ע׳ ח׳ *nam haec sunt crimina gladio punienda*. — Plur. חֵמוֹת Prov. XXII, 24. Ps. LXXVI, 11.

3) *venenum*, *virus*, ut serpentum Deut. XXXII, 24. 33. Ps. LVIII, 5. CXL, 4, quo sagittae venenantur Iob. VI, 4. Significationis causam a serpentibus iratis et venenum spumantibus recte repetit Kimchius his verbis: לפי שברוב כעס האדם ידמה כי יטיל ארס מפיו ומפניו כמו הנחשים שיטילו ארס בהתרגזם. Arab. حُمَة venenum.

Aliud חֵמָה pro חֶמְאָה vide sub rad. חָמָא.

חֵמָא et **חֲמָא** chald. *ira*, *furor*. Dan. III, 13. 19.

יָחַף rad. inusit. *nudis pedibus fuit*. (Arab. حفي id., syr. ܡܚܦܝܐ discalceatus, ܐܚܦܝ discalceavit. Stirps primaria est in syllaba חף, et notio nativa in defricando, qs. decorticando, detergendo, a rad. חָפַף no. II. Hinc حَفِيَ est etiam detritam ungulam habuit iumentum, excoriata cute fuit equus. IV. totondit mystacem, concinnavit barbam).

יָחֵף m. *discalceatus*, *pedibus nudis*. 2 Sam. XV, 30. Jes. XX, 2. 3. 4. De crurum adeoque pudendorum nuditate nonnullis dictum videtur Jer. II, 25: מִנְעִי רַגְלֵךְ מִיָּחֵף *cohibe pedem tuum* (crura et pudenda) *a nuditate* i. e. noli te amplius prostituere. Ita Rosenm. al. sed coll. Comm. 23. 24 rectius: noli ita festinare, persequi amasios, ut calceos deteras currendo.

יָחַר i. q. אָחַר *moratus est*, rad. ἅπαξ λεγομένη adeoque dubia. 2 Sam. XX, 5 Chethibh: ויחר lege וַיִּיחַר fut. Kal, Keri וַיּוֹחֶר Hiph. a יָחַר, vel more chald. ab

אחר. In reliquis dialectis formam יחר = יחר habent soli Melitenses, *wacchar* moratus est, *wacchâr* tardus, *tavchâr* tarditas. Vassalli Lex. melit. p. 82. 651.

יָחַשׂ rad. inusit. quae *se efferendi*, *crescendi*, inde *pullulandi* (de plantis) vim habuisse videtur, quam Arabes habent in vic. نهض extulit se, pullulavit planta, Hebraei praeterea in שׁחס, unde שָׁחִיס quod sponte crescit, et שַׁחַץ elatus fuit (cf. de cognatione litterae sibilantis cum spiritu et Jod, ad litt. ט). Inde

יַחַשׂ m. *genus*, *familia*, pr. proles, soboles (cf. נִין), argenteae aetatis vocabulum. Semel legitur Neh. VII, 5: סֵפֶר הַיַּחַשׂ *genealogia*, *stemma*. (Chald. יחס et יחוס in Targg. exstat pro hebr. מִשְׁפָּחָה et תולדות Ruth II, 1. Gen. VI, 9, שם יחשׂ nomen familiae. Quod vero *Simonis* contulit نحاس natura, origo, unde كريم النحاس liberalis et generosae indolis, id a nostro verbo alienum est, nam نحاس pr. *aes* significat i. q. נְחֹשֶׁת, et illa formula translata est, pr. ex aere nobili. Idem valet de نجار radix et origo rei). Inde est verbum denom. in

Hithpa. ἀπογράφεσθαι (Luc. II, 1. 3. 5), *censeri*, *nomen dare in tabulas genealogicas inscribendum* i. q. הִתְיַלֵּד in Pentateucho. (Chald. אתיחס id. הִתְיַחֲסוּת stemma). 1 Par. V, 1. 7. 17. IX, 1. Neh. VII, 5. Inf. הִתְיַחֵשׂ vim nominis induit: *stemma*, γενεαλογία, *index*. 1 Par. VII, 5: שְׁמוֹנִים וְשִׁבְעָה אֶלֶף הִתְיַחְשָׂם לַכֹּל *octoginta et septem millia erat stemma eorum in universum* i. e. numerus inscriptorum universus. Comm. 7. 9. 40. 2 Par. XXXI, 16. 17. 1 Par. IX, 22: בְּחַצְרֵיהֶם הִתְיַחְשָׂם *secundum atria eorum* digestus erat *index eorum*. IV, 33: *hae sunt sedes eorum* וְהִתְיַחְשָׂם לָהֶם *et index eorum* factus est *secundum has*. 2 Par. XII, 15: *res gestae Rehabeami .... memoriae proditae sunt in commentariis Schemajae ....* לְהִתְיַחֵשׂ *more stemmatum*, ita ut singula more in stemmatis recepto diligenter exposita sint. Vulg. diligenter exposita. Coccejus: sigillatim.

יָטַב in solo fut. יִיטַב, יֵיטַב, semel תֵּיטְבִי Nah. III, 8 i. q. טוֹב (q. v., quo in praet. utuntur) 1) *bonus fuit.* Sq. מִן comp. Nah. III, 8: הֲתֵיטְבִי מִנֹּא אָמוֹן *num tu melior es quam No-Ammon* (Diospolis)? Alibi semper impers. a) יִיטַב לִי *bene erit mihi* (praet. טוֹב לִי) Gen. XII, 13. XL, 14. Deut. IV, 40. V, 16. 26. VI, 3. 18. XII, 25. 28. XXII, 7. Ruth III, 1. Jer. VII. 23. XLII, 6. XL, 9. b) וַיִּיטַב בְּעֵינַי *placebat mihi* res, Gen. XLI, 37. XLV, 16. Lev. X, 19. 20. Deut. I, 23. Jos. XXII, 30. 33. 1 Sam. XXIV, 4. 2 Sam. XVIII, 4, in recentioribus libris וַיִּיטַב לִפְנֵי Esth. V, 14. Neh. II, 5. 6, 'וי לִי Ps. LXIX, 32. (Cf. aram. ܫܦܪ, ܠܝ ܫܦܪ pulcher fuit mihi, coram me i. e. placuit mihi).

2) *hilaris*, *laetus fuit*, de corde. Iud. XIX, 6: וְיִיטַב לִבֶּךָ *et hilare sit cor tuum.* Comm. 9. Ruth. III, 7. 1 Reg. XXI, 7. Eccl. VII, 3.

Hiph. הֵיטִיב fut. יֵיטִיב, semel יֵיטִיב Iob. XXIV, 21 (cf. Lgb. p. 388 sqq.) 1) a) *bene fecit*, *recte fecit*, quae fecit. Deut. V, 25 (28): הֵיטִיבוּ כָּל־אֲשֶׁר דִּבֵּרוּ *bene fecerunt quaecunque locuti sunt* i. e. bene, recte locuti sunt. XVIII, 17. Sq. inf. Jes. XXIII, 16: הֵיטִיבִי נַגֵּן *bene* pulchre, docte *fidibus cane*. Ps. XXXIII, 3. Sq. gerundio 1 Sam. XVI, 17: מֵיטִיב לְנַגֵּן *qui fidibus bene canit*, artis musicae peritus. Jer. I, 12: הֵיטַבְתָּ לִרְאוֹת *recte vidisti*, Inf. absol. הֵיטֵב, הֵיטִיב bene, recte faciendo adv. pro *bene*, *probe*, *diligenter*. Deut. XIII, 15: וְדָרַשְׁתָּ וְחָקַרְתָּ וְשָׁאַלְתָּ הֵיטֵב *et quaeres*, *scrutaberis*, *interrogabis diligenter*. IX, 21. XVII, 4. XIX, 18. XXVII, 8. 2 Reg. XI, 18. Huc fortasse referendus locus difficilis Mich. VII, 3: עַל הָרַע כַּפַּיִם לְהֵיטִיב *ad malum* faciendum *manus tendunt diligenter*, acerba quadam ironia. Al. *malo* homini *manus* praebent *ad bene faciendum*, alii aliter. b) הֵיטִיב דְּרָכָיו Jer. II, 33. VII, 3. 5. XVIII, 11. XXVI, 13 et 'ה מַעַלְלָיו XXXV, 15 (quod cum illo coniungi solet VII, 3. 5. XVIII, 11) *bene egit*, *honeste vixit*. Ellipt. omisso accusativo nominis Gen. IV, 7: אִם תֵּיטִיב *si bene agis*. Jer. IV, 22: לְהֵיטִיב לֹא יָדָעוּ *bene agere nesciunt*. XIII, 23. Inf. absol. הֵיטֵב recte agendo i. e. *recte*, *probe*. Jon. IV, 4: הַהֵיטֵב חָרָה לָךְ *num recte iratus es?* num proba, honesta est ira tua? Comm. 9. — c) *benefecit* alicui, beneficia contulit in aliq., absol. Jes. I, 17. Jer. X, 5. Ps. CXIX, 68; sq. dat. pers. Gen. XII, 16. Ex. I, 20. Iud. XVII, 13. 1 Sam. XXV, 31. Ps. CXXV, 4; sq. עִם pers. Gen. XXXII, 10. 13. Num. X, 32 (ubi accedit acc. rei: הַטּוֹב הַהוּא אֲשֶׁר יֵיטִיב יי עִמָּנוּ cf. Jer. XVIII, 10); sq. את (אוֹת pro אֶת) Jer. XVIII, 10. XXXII, 41; sq. acc. pers. Deut. VIII, 16. XXVIII, 63. XXX, 5. Iob. XXIV, 21. In malam partem Ps. XLIX, 19: *celebrant te* כִּי תֵיטִיב לָךְ *quod tibi benefacis* i. e. genio tuo indulges. — d) intrans. *bonus fuit*. Mich. II, 7: הֲלוֹא דְבָרַי יֵיטִיבוּ *nonne bona* benigna *sunt verba mea?* Inde sq. אֶל: *placuit* alicui, ut in Kal. 1 Sam. XX, 13: כִּי יֵיטִיב אֶל־אָבִי אֶת־הָרָעָה עָלֶיךָ *si placuerit patri meo malum contra te*. Possit h. l. significatio causativa retineri, si quis interpretetur: *si* (Deus) *placere fecerit patri meo malum* (אֶת־הָרָעָה) *contra te*: quanquam hoc durius videtur.

2) *pulchrum fecit*, *ornavit*. Prov. XXX, 29: *tres sunt* מֵיטִיבֵי צָעַד *qui pulchre gradiuntur*, *et quattuor* מֵיטִבֵי לָכֶת *qui pulchre incedunt*. Jer. II, 33: מַה־תֵּיטִבִי דַּרְכֵּךְ לְבַקֵּשׁ אַהֲבָה *quantopere ornas viam tuam*, *ad captandum amorem!* 2 Reg. IX, 30: וַתֵּיטֶב אֶת־רֹאשָׁהּ *ornabat caput suum*, componebat comam, capillos. Inde *aptavit*, apparavit (lucernas) Ex. XXX, 7. (Syr. ܛܝܒ paravit).

3) *hilarem fecit*. Iud. XIX, 22: הֵמָּה מֵיטִיבִים אֶת־לִבָּם *quum hilare esset cor eorum*. Prov. XV, 13: *cor laetum* יֵיטִב פָּנִים *hilarem reddit vultum*. Cf. XVII, 22. — Opp. est הָרַע a רָעַע q. v. Arabes eodem modo utuntur verbo حسن IV. opp. ساء IV.

יְטַב fut. יִיטַב chald. id. sq. עַל *placuit* alicui. Esr. VII, 18. In Targg. saepe in Pe. et Aph.

יָטְבָה (bonitas, amoenitas) 2 Reg. XXI, 19 n. pr. loci aliunde ignoti.

יָטְבָתָה (id.) n. pr. stationis Israëlitarum in deserto rivis bene rigatae Num. XXXIII, 33. Deut. X, 7.

מֵיטָב m. *bonum*, *optimum*, inde sq. genit. *optima pars* alicuius rei. 1 Sam. XV, 9. 15: מֵיטַב הַצֹּאן *optima pars gregis*. Ex. XXII, 4: מֵיטַב שָׂדֵהוּ וּמֵיטַב כַּרְמוֹ *optima pars agri sui et vineae suae*. Gen. XLVII, 6: בְּמֵיטַב הָאָרֶץ *in optima parte terrae*. V. 11. LXX. ἐν τῇ βελτίστῃ γῇ. Vulg. *in optimo loco*, et ita etiam reliqui veteres. Cave audias J. D. Michaëlem, qui (Suppl. p. 1072. Mos. Recht III §. 161) his duobus Geneseos locis מֵיטָב aliud vc. esse volebat i. q. arab. مَوْطُوب locus pascendo frequentatus, a وَطَبَ asiduus et frequens fuit.

יְטוּר n. pr. *Ituraea*, v. rad. טוּר p. 548 B.

יַךְ 1 Sam. IV, 13 Chethibh, vitium manifestum librariorum (quod artificiis philologicis vindicare non debebat SIMONIS) pro יַד (latus), quod recte repositum est in Keri.

יָכַח in Kal inusit. 1) pr. i. q. נָכַח *rectus fuit*, dein 2) rectà ante oculos fuit, *clarus*, *manifestus* fuit. Vide FAESIUM in Jahnii et Seebodii Annal. novis phil. T. I p. 214. 215. Congruit arab. وجح i. q. وضح apparuit, IV. clara, manifesta fuit via, non وكح, valide conculcavit pede, quod contulerunt Scheidius, Verschuirius in Opuscc. p. 324, Hartmann linguist. Einl. p. 276.

Hiph. הוֹכִיחַ 1) pr. rectum fecit, inde rectam fecit causam i. e. *ius dixit*, *iudicavit* (cf. gr. εὐθύνω, ἰθύνω, nostr. *richten*, *schlichten* a *recht*, *schlecht* i. e. rectus). Jes. XI, 3: לֹא לְמִשְׁמַע אָזְנָיו יוֹכִיחַ *non iudicat secundum id, quod auribus accepit*. Gen. XXXI, 42: *vidit Deus laborem meum* וַיּוֹכַח אָמֶשׁ *et iudicavit* causam meam *nocte praeterita*. — *Iudicare* autem (cf. alia verba iudicandi, ut דִּין, שָׁפַט) est a) *tueri ius* alicuius, max. insontium, oppressorum. Sq. לְ Jes. XI, 4: הוֹכִיחַ בְּמִישׁוֹר לְעַנְוֵי אָרֶץ *tuetur iuste causam miserorum*. Iob. XVI, 21: וְיוֹכַח לְגֶבֶר עִם־אֱלוֹהַּ *ut ius dicat viro* in lite quam habet *cum Deo* i. e. ius eius tueatur. b) sq. לְ *adiudicavit* i. e. destinavit alicui aliquid. Gen. XXIV, 14. 44. — c) Sq. בֵּין: *diiudicavit* lites *inter* hos illosve exortas (*schlichten*), *arbitrum egit*. Gen. XXXI, 37. Iob. IX, 33.

2) *rectum esse declaravit*, *monstravit*, inde *probavit* aliquid (rechtfertigen). Iob. XIII, 15: אַךְ דְּרָכַי אֶל־פָּנָיו אוֹכִיחַ *modo vitae meae rationem probabo ei in faciem* (i. e. ingenue et sine metu cf. עַל פָּנִים I, 11. אֶל פָּנִים II, 5. XXI, 31). Comm. 3: הוֹכֵחַ אֶל־אֵל אֶחְפָּץ *probare Deo* causam meam *cupio*. VI, 25 (v. infra no. 3). — XIX, 5: תּוֹכִיחוּ עָלַי חֶרְפָּתִי *probate mihi opprobrium meum*, probate me iure meritoque opprobrio affici. Spec. *defendit causam suam* in foro (cf. Iob. XIII, 3). Jes. XXIX, 21. Am. V, 10.

3) *rexit* (peccantem, errantem cf. Cic. Mur. 29. Caes. b. civ. 3, 57) i. q. *admonuit*, nostr. *zurecht*weisen, sq. acc. pers. Lev. XIX, 17: הוֹכֵחַ תּוֹכִיחַ אֶת־עֲמִיתֶךָ *admoneas proximum tuum*, *ne propter eum in reatum incurras*. Prov. IX, 8. XXVIII, 23, sq. לְ pers. Prov. IX, 7. XV, 12. XIX, 25; it. *arguit* de errore, *convicit*. Iob. XXII, 4: הֲמִיִּרְאָתְךָ יֹכִיחֶךָ *num prae timore arguet te?* Ps. L, 21. Iob. XXXII, 12: אֵין לְאִיּוֹב מוֹכִיחַ *nemo erat, qui Iobum convinceret*, sq. בְּ Prov. XXX, 6: *nihil addas verbis eius* פֶּן יוֹכִיחַ בְּךָ וְנִכְזָבְתָּ *ne arguat te et mendacii reus fias*. Max. addito vituperio: *arguit*, *reprehendit*, ἐλέγχειν. Ps. L, 8: *non propter sacrificia tua arguo te*. Iob. VI, 25: מַה־יּוֹכִיחַ הוֹכֵחַ מִכֶּם *quid probat arguere vestrum*, redargutio vestra. Comm. 28: *num verba arguere vultis?* XV, 3: *arguendo verbis*, *quae nil prosunt*. Gen. XXI, 25: וְהוֹכִחַ אַבְרָהָם אֶת־אֲבִימֶלֶךְ *et Abramus arguit Abimelechum*, eum reprehendit, obiurgavit. Part. מוֹכִיחַ reprehensor Prov. XXV, 12. Ezech. III, 26. מוֹכִיחַ אָדָם Prov. XXVIII, 23, מוֹכִיחַ אֱלוֹהַּ reprehensor Dei Iob. XL, 2. Dein

4) fortius: *castigavit* (zurechtweisen durch Züchtigung), *punivit* (cf. ἰθύνω θανάτῳ Herod. 2, 177, παιδεύω). Ps. CXLI, 5: *feriat me iustus*, *castiget me*. Prov. XXIV, 25; inde de Deo homines castigante Iob. V, 17: *beatus homo*, *quem Deus castigat*. Prov. III, 12. Ps. VI, 2. XXXVIII, 2. XCIV, 10. 2 Sam. VII, 14. Hab. I, 12. Ps. CV, 14: וַיּוֹכַח עֲלֵיהֶם מְלָכִים *et puniebat propter eos* (Israëlitas) *reges*. Iob. XIII, 10: *immo puniet vos*. Eodem referendum videtur 2 Reg. XIX, 4. (Jes. XXXVII, 4): *fortasse audivit Jehova deus tuus verba Rabsacis*, *quem misit rex Assyriae* לְחָרֵף אֱלֹהִים חַי וְהוֹכִיחַ בַּדְּבָרִים אֲשֶׁר שָׁמַע יְהוָה אֱלֹהֶיךָ *ad conviciandum deum vivum*, *et puniet* (eum) *propter verba quae audivit* cet. (Ita ex veteribus Chald. וְיִתְפְּרַע פּוּרְעֲנוּתָא עַל כָּל־פִּתְגָּמַיָּא *et vindictam sumet propter omnia verba* cet. ex recentioribus Faesius, Maurerus: reliqui paene omnes verba 'וְהוֹכִיחַ וגו reddunt: *et ad maledicendum verbis*, *quae audivit Jova deus tuus*, praeeunte Alex. et Vulg. ὀνειδίζειν λόγους οὓς ἤκουσε κ. τ. λ. *ad exprobrandum sermonibus* cet., sed languente sententia, cui accedit, quod *conviciandi*, *maledicendi* significatus nostro verbo sine causa tribuitur).

Hoph. castigatus est, pass. Hi. no. 3. Iob. XXXIII, 19.

Niph. 1) pass. Hi. no. 2. *redargutus est*, *convictus est*. Part. fem. נוֹכַחַת Gen. XX, 16: וְנֹכָחַת *et redarguta* iniuriae convicta l. *castigata erat* Sara, quae sua culpa peccati reum fecerat Abimelechum, nunc ab eodem beneficiis cumulata. Verba sunt scriptoris, non Abimelechi. Aliis, ut Ewaldo (gr. min. §. 403), Maurero, נֹכַחַת est 2 Praet. pro נֹכַחַתְּ (coll. לָקַחַת pro לָקַחַתְּ XXX, 15?) hoc sensu: *et iudicata es* i. e. et salvum est ius tuum, et satisfactum est tibi (verba Abimelechi): quod praeferrem, si certa exempla illius formae exstarent. Non male propterea Faesius existimat, נֹכַחַת h. l. esse nomen

pr. tuitio iuris (v. Hi. no. 1, a), *satisfactio*, hac sententia: *et satisfactio* erit tibi. — 2) recipr. *mutuo disceptare* Jes. I, 18, *disceptare cum* aliquo, sq. עִם Iob. XXIII, 7.

Hithpa. הִתְוַכַּח i. q. Niph. no. 2. Mich. VI, 2, sq. עִם pers.

תּוֹכֵחָה f. *castigatio*, *poena* (v. rad. Hi. no. 4) 2 Reg. XIX, 3. Jes. XXXVII, 3. Hos. V, 9. Plur. תּוֹכֵחוֹת poenae Ps. CXLIX, 7.

תּוֹכַחַת f. pl. תּוֹכָחוֹת cstr. תּוֹכְחוֹת 1) *demonstratio*, *vindicatio iuris* sui, *defensio*. Iob. XIII, 6: שִׁמְעוּ־נָא תוֹכַחְתִּי. Plur. *argumenta*, quibus aliquis utitur ad se defendendum. Iob. XXIII, 4. Ps. XXXVIII, 15: אֵין בְּפִיו תּוֹכָחוֹת *in cuius ore non sunt defensiones*, qui patienter fert calamitates; nil obloquitur. Inde Prov. XXIX, 1: אִישׁ תּוֹכָחוֹת מַקְשֶׁה עֹרֶף esse videtur: *qui, ubi vituperatur, obloqui se defendere solet*, pervicax. Al. *qui reprehenditur et pervicax est*, quod etiam ferri potest. — 2) *reprehensio*, *castigatio*, quae verbis fit (v. rad. no. 3) Prov. I, 23. 25. 30. III, 11. V, 12. X, 17. XII, 1. XIII, 18. XV, 5. 10. 31. 32. XXVII, 5. XXIX, 15. Plur. תּוֹכְחוֹת מוּסָר reprehensio cum castigatione coniuncta Prov. VI, 23. — 3) *castigatio*, *poena*. Ps. LXXIII, 14. Hab. II, 1. Plur. Ps. XXXIX, 12. Ez. V, 15: תּוֹכְחוֹת חֵמָה. XXV, 17.

יָכֹל, raro plene יָכוֹל 2 Par. VII, 7. XXXII, 14, יָכֹלְתִּי Iud. VIII, 3, יְכָלְתִּיו Ps. XIII, 5, fut. יוּכַל (pr. fut. Hoph. potens factus est, v. Lgb. p. 460: non enim hoc esse fut. Kal, ut olim volebant et nuper repetierunt, vel inde patet, quod in n. pr. יוּכַל Jer. XXXVIII, 1 etiam scribitur יְהוּכַל XXXVII, 3), pl. יוּכְלוּ, inf. absol. יָכוֹל Num. XIII, 30, cstr. יְכֹלֶת Num. IV, 16

1) *valuit*, *potuit*. (Chald. et sam. id. Cognatum est כּוּל cepit, sustinuit, unde Cholem in altera syllaba, cf. יָקֹשׁ et קוּשׁ. Cf. chald. et aethiop. ከሀለ potuit). Coniungitur sq. accus. Iob. XLII, 2: יָדַעְתִּי כִּי כֹל תּוּכָל *scio te omnia posse*, creberrime sq. gerundio verbi (nostr. vermögen zu thun). Gen. XIII, 6: לֹא יָכְלוּ לָשֶׁבֶת יַחְדָּו *non poterant unà habitare*. 16. XV, 5. XIX, 19. XXXI, 35. XLV, 1. 3. XLVIII, 10. Ex. VII, 21. 24. IX, 11. XII, 39. XV, 23. Num. XI, 14. XXII, 11. 18. XXIV, 13. Deut. VII, 17. XXXI, 2. Ruth IV, 6. 1 Sam. XVII, 39. Jes. XXXVI, 8 al., rarius, maxime in sermone poëtico sq. inf. nudo Gen. XLIV, 1: כַּאֲשֶׁר יוּכְלוּן שְׂאֵת Exod. II, 3. XVIII, 23. Num. XXII, 37. 38. Deut. I, 9. Ps. XVIII, 39. LXXVIII, 20. Iob. IV, 2. Jes. XLVI, 2. XLVII, 11. LVII, 20. Thren. I, 14, it. sequ. verbo finito, idque tribus illis modis, de quibus diximus in Gramm. hebr. §. 139, 3 a) ἀσυνδέτως eodem tempore et numero. Thren. IV, 14: לֹא יוּכְלוּ יִגְּעוּ *non possunt tangere*. b) ἀσυνδέτως, sed ita ut verbum ex יָכֹל pendens in futuro ponatur (ut syr. ܨܒܳܐ ܢܶܫܩܽܘܠ volebat tollere). Num. XXII, 6: אוּלַי אוּכַל נַכֶּה בּוֹ וַאֲגָרְשֶׁנּוּ *fortasse efficere potero*, ut *eum percutiamus* (videl. ego et populus, vel ego et tu, Bileame, ego bello, tu diris) *cumque expellam*. Pesch. ܢܶܫܟܚ ܢܡܚܶܐ ܢܡܚܝܘܗܝ ad verbum: *fortasse poterimus percutiemus*. Saad. لعلى أستطيع أحاربه *fortasse potero debellabo eum*. Cf. quae de h. l. observavimus Ephem. litt. Hal. 1832, Intell. Bl. no. 34. Quae contra iuveniliter disputata sunt in *Annalen d. Theol.* Coburgi 1832 mens. Nov. ad commendandam eorum sententiam, qui נַכֶּה infinitivum Pi. pro נַכּוֹת esse voluerant, abunde refelluntur tum communi linguarum Semiticarum usu, in quibus verbum ex *posse* pendens ἀσυνδέτως poni solet (v. arab. قدر et استطاع, maxime Syros, qui pro *potuit ire* dicere possunt: *potuit et ivit*, *potuit ivit*, *potuit ut iret*, *potuit iret* ut h. l., potuit *iens* v. Hoffmanni gr. syr. p. 341. Agrelli suppl. p. 33. 34), tum forma נַכֶּה, quae inf. Pi. esse nequit. c) praemisso Vav copulativo. Esth. VIII, 6: אֵיכָכָה אוּכַל וְרָאִיתִי *quomodo possim videre?* — Denique absol., sed ita ut id quod aliquis potest ex praecedentibus facile intelligatur. Jes. XXIX, 11: לֹא אוּכַל *non possum* sc. legere. Iob. XXXI, 23. XXXIII, 5.

Spec. est a) *potuit efficere*, *effecit* et plus est quam עָשָׂה. 1 Sam. XXVI, 25: גַּם עָשֹׂה תַעֲשֶׂה וְגַם יָכֹל תּוּכָל, 1 Reg. XXII, 22: תְּפַתֶּה וְגַם תּוּכָל *pellice* (eum), *et etiam efficies*. Jer. III, 5: דִּבַּרְתְּ וַתַּעֲשִׂי הָרָעוֹת וַתּוּכָל *loqueris et facis mala idque* gnaviter *perficis*. Contra Ps. XXI, 12: חָשְׁבוּ מְזִמָּה בַּל יוּכָלוּ *excogitabant consilia*, sed *non perficere poterant*. Jer. XX, 11. Jes. XVI, 12. b) *potuit* per legem (*dürfen*) vel per mandatum divinum i. e. *licuit* ei. Gen. XLIII, 32: לֹא יוּכְלוּן הַמִּצְרִים לֶאֱכֹל אֶת־הָעִבְרִים לֶחֶם *non licet Aegyptiis coenari cum Hebraeis*. XIX, 22. Num. IX, 5. Deut. XII, 17. XVI, 5. XVII, 15. XXI, 16. XXII, 3. 19. c) *potuit a se impetrare*. Gen. XXXVII, 4: *non poterant eum amice alloqui* i. e. a se non impetrabant, ut eum amice alloquerentur, cf. Iob. IV, 2. Esth. VIII, 6. Hos. VIII, 5: עַד מָתַי לֹא יוּכְלוּ נִקָּיֹן *quousque non poterunt innocenter agere?* quamdiu integritatis praestandae consilium capere non poterunt? d) *ferre potuit*, pro pleniore יָכֹל לָשֵׂאת Jer. XLIV, 22. Prov. XXX, 21. Jes. I, 13: לֹא אוּכַל אָוֶן וַעֲצָרָה. Ps. CI, 3: אֹתוֹ לֹא אוּכָל *hunc* (fastuosum) *ferre non possum*.

2) *valuit*, *praevaluit*, in pugnando. Gen. XXX, 8: *certamina Dei certavi cum sororibus meis* גַּם יָכֹלְתִּי *et praevalui*. XXXII, 29. Hos. XII, 5. Prope hoc accedit ad no. 1, a. Sq. לְ pers. *praevaluit alicui*. Gen. XXXII, 26: וַיַּרְא כִּי לֹא יָכֹל לוֹ *et quum videret, se ei non praevalere*. Iud. XVI, 5. 1 Sam. XVII, 9. Esth. VI, 13. Jer. XX, 10. Obad. 7. Ps. CXXIX, 2, c. acc. Ps. XIII, 5: יְכָלְתִּיו, nisi statuere velis, Suffixum in Dativo cogitandum esse. Cum dat. rei: potens factus est rei intellectu arduae i. e. comprehendit eam. Ps. CXXXIX, 6.

יְכִל ,יְכֵל chald. fut. יִכֻּל Dan. III, 29. V, 16 et more Hebraeo יוּכַל II, 10 1) *potuit*, sq. gerundio verbi Dan. II, 10. 27. 47. III, 17. 29. IV, 15. 34. V, 16.

VI, 5. 21. 2) *praevaluit* alicui, sq. dat. pers. VII, 21. Cf. vic. כָּהַל.

יוּכַל Jer. XXXVIII, 1 et **יְהוּכַל** ib. XXXVII, 3 (verbale Hoph. potens) n. pr. viri.

יְכָלְיָה et **יְכָלְיָהוּ** (potens per Jehovam) n. pr. matris Usiae regis 2 Reg. XV, 2 et 2 Par. XXVI, 3 Keri.

יָלַד, 2 et 1 pers. יָלַדְתְּ, יָלַדְתִּי, sed cum suff. יְלִדְתִּיךָ Ps. II, 7, יְלִדְתַּנִי Jer. XV, 10, יְלִדְתָּנוּ II, 27 (Patach correpto in Chirek parvum, v. Gramm. §. 27, not. 3, §. 44, not. 1, non a יָלֵד coll. ܝܠܶܕ, quum forma intransitiva med. E in hoc verbo locum non habeat), inf. absol. יָלוֹד, constr. לֶדֶה (לְלֶדָה Jes. XXXVII, 3, מִלֵּדָה Hos. IX, 11), vulgo לֶדֶת c. suff. לִדְתִּי, semel לֵת 1 Sam. IV, 19, fut. יֵלֵד, part. act. יוֹלֵד, fem. יוֹלֵדָה, יוֹלֶדֶת et יוֹלַדְתְּ, quae quidem formae diversum usum habent (v. infra), part. pass. יָלוּד.

1) *peperit* mater. (Arab. وَلَدَ, aethiop. ወለደ: cf. יָלַד, וָלָד. Aram. ܝܠܶܕ, יְלֵד, יְלִיד, ࡉࡋࡃ id. Zab. ילד, sed frequentius transpos. ידל. Originem posuerim in *elabendo*, ut ילד vicinum sit rad. חלד, cf. פָּלַט, מָלַט). Dicitur de hominibus Gen. IV, 1. 17. 20. 25 et sexcenties, de bestiis Gen. XXX, 39. XXXI, 8. Iob. XXXIX, 1, adeoque de avibus *ova parientibus* (cf. gr. ὠὰ τίκτειν) Jer. XVII, 11. Construitur a) absol. Gen. XVII, 17: *num nonagenaria pariet?* XVIII, 13. XX, 17. 1 Reg. III, 17. Jes. XXIII, 4. LXVI, 7. Mich. V, 2. Iud. XIII, 2: אִשְׁתּוֹ עֲקָרָה וְלֹא יָלָדָה *uxor eius sterilis* erat, *nec pariebat.* Jes. LIV, 1. Iob. XXIV, 21. Eccl. III, 2: עֵת לָלֶדֶת וְעֵת לָמוּת *tempus pariendi* (imo *nascendi*, ut recte Vulg., infinitivus enim passive positus est cf. Prov. XII, 7. XV, 22) *et tempus moriendi*, cf. VII, 1. b) plerumque sq. acc. (v. supra), saepe addito dat. patris, cui filius natus est. Gen. XVII, 21: *cum Isaaco*, אֲשֶׁר תֵּלֵד לְךָ שָׂרָה *quem tibi pariet Sara.* XXI, 3. XXIV, 24. XXIX, 34. XXX, 20. XXXIV, 1. XLI, 50. XLVI, 20. Iud. VIII, 31. 1 Paralip. II, 4. Hos. I, 3 al. c) omisso accusativo sq. solo dat. patris. Gen. XVI, 1: וְשָׂרַי אֵשֶׁת אַבְרָם לֹא יָלְדָה לוֹ *et Sara, uxor Abrami, ei non peperit* sc. liberos. VI, 4: יָלְדוּ לָהֶם *et pepererunt iis* liberos. XXX, 2 cf. Niph. et Pu. — Participii feminini plures sunt formae, quae ita distinguuntur: a) יוֹלֵדָה est subst. (mulier) *pariens, parturiens, puerpera*, v. c. חֶבְלֵי יוֹלֵדָה Hos. XIII, 13, צִירֵי יוֹלֵדָה Jes. XXI, 3, cf. Jes. XIII, 8. XLII, 14. Jer. VI, 24. XXII. 23. Mich. IV, 9. 10. V, 2. Ps. XLVIII, 7. b) יֹלֶדֶת verum est partic. saepe pro verbo finito positum, ut Gen. XVII, 19: שָׂרָה אִשְׁתְּךָ יֹלֶדֶת לְךָ בֵּן. Jes. VII, 14. Jer. XXXI, 8, raro est substantive *puerpera* Lev. XII, 7, sq. genit. *genitrix, mater* alic. (Arab. وَالِدَة, Cor. 19, 33, syr. ܝܳܠܕܬܳܐ id.) יֹלַדְתֶּךָ genitrix tua Prov. XXIII, 25. XVII, 25. Cant. VI, 9. Jer. L, 12. c) יֹלַדְתְּ (forma arabizans, ut מַלְכַּתְּ pro מַלְכָּה) pro verbo finito, in eadem formula: הִנָּךְ הָרָה וְיֹלַדְתְּ בֵּן Gen. XVI, 11. Iud. XIII, 5. 7. — Part. pass. יָלוּד natus, hinc *filius, puer* recens natus. 1 Reg. III, 26. 27. 1 Par. XIV, 4. Sq. genit. יְלוּד אִשָּׁה *muliere natus*, homo, Iob. XIV, 1. XV, 14. XXV, 4. Translate dicunt: *parere* fraudem, nequitiam (cf. הָרָה) Iob. XV, 35. Ps. VII, 15 cf. Jes. XXXIII, 11, et simili metaphora Prov. XXVII, 1: *nescis, quid* (hic) *dies pariturus sit.* Zeph. II, 2: בְּטֶרֶם לֶדֶת חֹק *antequam pariat decretum* Dei i. e. antequam eventum habeat (cf. Euripid. Iphigen. Taur. 386: ὅπως ἔτεκεν ἂν .. Λητὼ τοσαύτην ἀμαθίαν).

2) *genuit, creavit* pater (ut aethiop. ወለደ: arab. وَلَدَ, gr. τίκτειν, γεννᾶν, λοχεύειν, lat. *parere* de utroque sexu, *creare* de femina Hor. Ep. 1, 2, 44), unde יֹלְדִים Zach. XIII, 3 *parentes*, οἱ τεκόντες Hom. (arab. dual. الوالدان). Gen. IV, 18: *Methusalah genuit* (יָלַד) *Lamechum.* X, 8. 13. 15. 24. 26. XXII, 23. XXV, 3 (ubi Cod. Sam. constanter ponit הוליד). Prov. XXIII, 22: *obtempera patri tuo* זֶה יְלָדֶךָ *qui te genuit.* 24. XVII, 21. Transfertur ad numen duplici potestate: a) *creare, producere* i. q. בָּרָא (cf. de creatione maris sub imagine infantis nascentis Iob. XXXVIII, 8. 9. Arab. وَلَّدَ Conj. II. produxit, effecit aliquid. V. procreata, progenita est res). Iob. XXVIII, 29: *num pluviae est pater* (creator) וּכְפֹר שָׁמַיִם מִי יְלָדוֹ *et pruina coeli, quis creavit eam?* Deut. XXXII, 18: צוּר יְלָדְךָ תֶּשִׁי *petrae*, quae *te creavit, oblitus es.* (Cf. אָב pater it. creator p. 6). De idololatris Jer. II, 27: *dicunt ligno: tu es pater meus, et lapidi: tu genuisti me.* b) *creare* filium i. e. filium Dei (i. e. regem) constituere, cooptare. Ps. II, 7: בְּנִי אַתָּה אֲנִי הַיּוֹם יְלִדְתִּיךָ *tu es filius meus* (rex divinitus constitutus v. p. 217), *hodie te creavi*, cooptavi, constitui. In ipso N. T. generandi vocabulum translate usurpatum habes 1 Cor. IV, 15: ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα.

Niph. נוֹלַד (bis in plur. נוּלְּדוּ pro נוֹלְדוּ 1 Par. III, 5. XX, 8, cum Dagesch euphonico, et ô correpto in u) *natus est.* Construitur a) absol. יוֹם הִוָּלְדוֹ dies quo natus est, dies natalis eius Eccl. VII, 1. Hos. II, 5 cf. Iob. III, 3. עַם נוֹלָד populus nasciturus Ps. XXII, 32. b) sq. לְ patris. Iob. I, 2: וַיִּוָּלְדוּ לוֹ שִׁבְעָה בָנִים. 2 Sam. XIV, 27. Gen. X, 1, qua in structura duo observanda sunt, *primum* ante subiectum saepe אֵת poni, v. c. Gen. IV, 18: וַיִּוָּלֵד לַחֲנוֹךְ אֶת־עִירָד. XXI, 5. XLVI, 20, *dein*, verbum, etiam ubi ad pluralem refertur, saepe in singulari poni. 1 Par. II, 9: בְּנֵי חֶצְרוֹן אֲשֶׁר נוֹלַד לוֹ. III, 4: שִׁשָּׁה נוֹלַד לוֹ בְחֶבְרוֹן. Comm. 1. XXVI, 6: quae quam causam habeant vide Gramm. hebr. §. 140, 1 cf. Olshausen Emendat. zum A. T. p. 24. 25. Etiam omissa filii mentione (v. Kal no. 1, litt. c) Gen. XVII, 17: הַלְּבֶן מֵאָה שָׁנָה יִוָּלֵד *num centenario nascetur* filius? Ita arab. وُلِدَ لَهُ (filius) ei natus est. c) Mater, ex qua aliquis natus est, ponitur praemisso מִן 1 Par. II, 3. Esr. X, 3: כָּל־נָשִׁים

וְהַנּוֹלָד מֵהֶם (pro מֵהֶן) *omnes mulieres et natum ex iis* i. e. liberi earum, et לְ 1 Par. III, 1.

Pi. יִלֵּד *parturientem adiuvit* (arab. Conj. II), sq. acc. Exod. I, 16. Part. מְיַלֶּדֶת *obstetrix.* Gen. XXXV, 17. XXXVIII, 28. Ex. I, 15 sqq. Arab. مُوَلِّدَة, aeth. ⲙⲱⲗⲇ: id.

Pu. יֻלַּד et יוּלַּד (Iud. XVIII, 29. Iob. V, 7) i. q. Ni. *natus est.* Iud. XIII, 8. Ps. LXXXVII, 4. 5. 6. Sq. לְ patris Gen. IV, 26: וּלְשֵׁם גַּם הוּא יֻלַּד בֵּן. Iud. XVIII, 29: דָּן ... אֲשֶׁר יוּלַּד לְיִשְׂרָאֵל *Dan, qui Israëli natus est* i. e. filius Israëlis. Gen. XXIV, 15: *Rebecca, quae nata est Bethuëli* i. e. filia Bethuëlis, et omisso בֵּן X, 21: וּלְשֵׁם יֻלַּד גַּם הוּא *et Semo, etiam huic, nati sunt* filii. Neque solum pater in dativo ponitur, sed etiam alii quibus filius recens natus carus futurus erat. Ruth IV, 17: יֻלַּד בֵּן לְנָעֳמִי. Jes. IX, 5: יֶלֶד יֻלַּד לָנוּ. Cum dat. rei Iob. V, 7: אָדָם לְעָמָל יוּלָּד *homo ad calamitates natus est.* Metaph. *creatus est.* Ps. XC, 2: בְּטֶרֶם הָרִים יֻלָּדוּ *antequam montes nati sunt.*

Hiph. הוֹלִיד 1) *parere fecit* Deus mulierem Jes. LXVI, 9, *fecundavit* vir feminam 1 Paral. II, 18. VIII, 8, *fecundavit* pluvia terram Jes. LV, 10. 2) *genuit* pater i. q. Kal no. 2. Gen. V, 4. 7. 10. 13 sqq. XI, 11 sq. XXV, 19. 1 Par. II, 10 sqq. IV, 2. 8. 11. 12. V, 30 sqq. VIII, 1. 8. 11. 31—33. IX, 39. 42. Eccl. V, 13. VI, 3: אִם יוֹלִיד אִישׁ מֵאָה *si quis centum* (liberos) *gigneret.* Translate *creavit.* Iob. XXXVIII, 28: מִי־הוֹלִיד אֶגְלֵי־טָל *quis creavit receptacula roris?* — 3) i. q. Kal: *peperit*, sed translate: *peperit* nequitiam. Jes. LIX, 4, ubi praecessit הָרוֹ עָמָל. (Arab. وَلَدَ Conj. II. et IV. parturivit, peperit mulier, neque hoc a notione huius speciei alienum est: pr. enim est: fetum protulit, elabi fecit).

Hoph. pr. nasci factus est, hinc *natus est.* Inf. הֻלֶּדֶת Gen. XL, 20. Ez. XVI, 5 et הוּלֶּדֶת ibid. 4 *nativitas.* Gen. l. c.: יוֹם הֻלֶּדֶת אֶת־פַּרְעֹה *dies natalis Pharaonis,* pr. dies quo in lucem susceperant l. ediderant Pharaonem. De usu accusativi cum passivis vide supra ad Niph. Forma הוּלֶּדֶת imitatur verbum פָּן.

Hithpa. natum se professus est, nomen dedit in tabulas genealogicas inscribendum Num. I, 18. In posterioris aetatis libris pro eo dicunt הִתְיַחֵשׂ.

יֶלֶד m. plur. cstr. יַלְדֵי, semel יִלְדֵי Jes. LVII, 4 1) *natus, filius,* poët. i. q. בֵּן. (Arab. وَلَدٌ, وُلْدٌ, وِلْدٌ, aeth. ⲱⲗⲇ: syr. ܝܠܕܐ id. et puer). De *regis filio* κατ' ἐξοχὴν Jes. IX, 5, cf. בַּר Ps. II, 12. יַלְדֵי נָכְרִים *filii peregrinorum* poët. pro peregrinis (cf. בֵּן p. 216 A), *filii sceleris* pro scelestis Jes. LVII, 4. — Plur. comm. *liberi* i. q. בָּנִים Ex. XXI, 4. Esr. X, 1. Hos. I, 2. Jes. XXIX, 23, etiam de fetu bestiarum Jes. XI, 7. Iob. XXXVIII, 41.

2) *puer,* tum recens natus Ex. I, 17. II, 3 sqq. Ruth IV, 16. 2 Sam. XII, 15 sqq. 1 Reg. III, 25, qui certe in ulnis gestatur Gen. XXI, 8, tum paullo adultior ludis iocisque puerilibus indulgens 2 Reg. II, 24. Iob. XXI, 11. Zach. VIII, 5, sed tenerae aetatis Gen. XXXIII, 13. Jes. LVII, 5 (de sacrificiis puerorum), tum denique *adolescens* Gen. IV, 23 (parall. אִישׁ). XXXVII, 30. XLII, 22 (de Josepho septendecim annos nato). Dan. I, 4. 10. 13. 15 (de Daniele et sociis). 1 Reg. XII, 8. 10. 14. 2 Par. X, 8. 10. 14 (de iuvenilibus Rehabeami amicis). Eccl. IV, 13.

יַלְדָּה f. *puella.* Gen. XXXIV, 4. Joël IV, 3. Plur. יְלָדוֹת Zach. VIII, 5. Aeth. ⲱⲗⲧ: filia.

יַלְדוּת (denom. a יֶלֶד) f. 1) *adolescentia* Eccl. XI, 9. 10. 2) *pubes, iuventus.* Ps. CX, 3.

יִלּוֹד adj. verbale *natus* i. q. יָלוּד. Exod I, 22: כָּל־הַבֵּן הַיִּלּוֹד *omnis puer qui nascitur.* 2 Sam. XII, 14. Jos. V, 5. Jer. XVI, 3. Omisso בֵּן subst. 2 Sam. V, 14.

יָלִיד 1) adj. verbale *natus,* maxime in formula יְלִיד בַּיִת (servus) *in domo* (heri) *natus, verna* Gen. XIV, 14. XVII, 12. 13. 23. Lev. XXII, 11. Jer. II, 14 (syr. ܒܪ ܒܝܬܐ id. Ephr. Opp. I, p. 161. Arab. وَلِيدٌ, تَلِيدٌ, id. in quo ellipsis vocis البيت esse videtur). 2) subst. *gnatus, filius.* יְלִידֵי הָעֲנָק filii Enaci Num. XIII, 22. 28, יְלִידֵי הָרָפָה 2 Sam. XXI, 16. 18 filii Raphae i. q. רְפָאִים.

מוֹלִיד (genitor) n. pr. viri 1 Par. II, 29.

מוֹלָדָה (partus, ortus) n. pr. oppidi in regione australi tribus Iudae Jos. XV, 26, postea Simeonitis concessi ibid. XIX, 2. 1 Par. IV, 28, cf. Neh. XI, 26. Relandus (Palaest. p. 885. 901), nec male, eam eandem fuisse existimat, quae apud Josephum (Archaeol. 18, 7 §. 2) et Eusebium (v. Rel. p. 885) *Μαλάθα* appellatur, et ab illo Idumaeae, ab hoc Daromae i. e. australi Judaeae parti tribuitur.

מוֹלֶדֶת f. pr. partus, inde 1) *ortus* alic. (Geburt, Abkunft jem.) Esth. II, 10: *non indicavit Esther* אֶת־עַמָּהּ וְאֶת־מוֹלַדְתָּהּ. Comm. 20. Plur. מוֹלָדוֹת natales, origines. Ez. XVI, 3. 4. Saepe dr. אֶרֶץ מוֹלֶדֶת terra, qua quis ortus est, *patria* alic. (aeth. ⲙⲱⲗⲇ: patria). Gen. XI, 28. XXIV, 7. XXXI, 13. Ruth II, 11. Jer. XXII, 10. XLVI, 16. Ez. XXIII, 15 et simpl. מוֹלֶדֶת id. Gen. XII, 1. XXIV, 4. XXXI, 3. XXXII, 10. Num. X, 30, plerumque addito אֶרֶץ cum copula, ut אַרְצְךָ וּמוֹלַדְתְּךָ. — 2) pro concr. *progenies* alic. (cf. מוֹדַעַת al.). De uno nato natave Levit. XVIII, 11: *pudenda filiae novercae tuae* מוֹלֶדֶת אָבִיךָ *progeniei patris tui ... ne retegas.* Comm. 9: *pudenda filiae matris tuae* מוֹלֶדֶת בַּיִת אוֹ מוֹלֶדֶת חוּץ *sive in domo sive extra eam nata est* cet. Collect. de pluribus Gen. XLVIII, 6. — 3) *cognati* alic. (ut civis alic. pro concive), *familia* alic. Gen. XLIII, 7, *gens, populares* eius Esth. VIII, 6.

תּוֹלָד (partus, ortus) n. pr. oppidi Simeonitarum 1 Par. IV, 29, quod etiam אֶלְתּוֹלַד appellatur (p. 102). De Hamakeri commento, qui חלד et חלת „Carthaginensium numina" in lapidibus deprehendisse sive videbatur, disputavimus in Monum. Phoenic. p. 114. 115. 163. 167 not.

תּוֹלְדוֹת f. pl. 1) pr. *generationes*, inde *familiae, gentes* Num. I, 20 sqq. לְתוֹלְדֹתָם secundum familias (gentes) eorum Gen. X, 32. XXV, 13. Ex. VI, 16. 19. 1 Par. V, 7. VII, 2. 4. 9. VIII, 28. IX, 9. 34. XXVI, 31. Inde סֵפֶר תּוֹלְדוֹת genealogia, stemma Gen. V, 1. Ac Geneseos quidem stemmata ab hac formula ordiri solent: אֵלֶּה תּוֹלְדוֹת וגו׳ X, 1. XI, 10. XXV, 12. XXXVI, 1. 9 cf. Ruth IV, 18. (Arab. تَآلِيد pro تَوَالِيد i. q. תּוֹלְדוֹת, sed, ut videtur, nonnisi in Bibliis arabicis Gen. II, 4. Gol. in app. p. 2776. Aeth. ትውልድ: generatio). A stemmatis autem quum historia Orientalium maximam partem profecta sit, est 2) *historia*, max. familiarum. Gen. VI, 9: אֵלֶּה תּוֹלְדוֹת נֹחַ *haec est historia Noachi.* XXV, 19. XXXVII, 2, adeoque de *originibus* aliarum rerum dicitur. Gen. II, 4: *hae sunt origines coeli et terrae.* Cf. יַחַשׂ et syr. ܫܪܒܬܐ familia, stemma, historia, v. Castelli Lex. ed. Mich. p. 937.

יָלָה rad. spuria, quam receperant propter וַתֵּלַהּ Gen. XLVII, 13, quod est a לָהָה.

יָלַךְ v. הָלַךְ.

יָלַל rad. onomatopoët., in Kal inusit. *eiulavit, ululavit.* Arab. وَلْوَلَ *ululavit*, syr. et zab. ܐܝܠܠ, chald. Pe. יְלַל Jer. XVII, 2, frequentius Aph. אֵילֵיל. Vicinae sunt אָלַל no. II, אָלָה, gr. lat. ὀλολύζειν, *ululare*, arm. ԼԱԼ *lal*, adde *lilliluk*, quae Nubiensium vox est et lugubris et laeta (Weddington Journal of a visit to some parts of Ethiopia 1822, p. 96. 234. 274).

Hiph. הֵילִיל, fut. יְיֵלִיל Mich. I, 8, sed frequentius יְיֵלִיל Jes. XV, 2. 3. XVI, 7, יְיֵלִילוּ Hos. VII, 14, אֲיֵלִיל Jer. XLVIII, 31, תְּיֵלִילוּ Jes. LXV, 14, quod ortum ex forma יְהֵילִילוּ (Jes. LII, 5) ה inter duas vocales in Jod emollito 1) *eiulavit, lamentatus est.* Jer. XLVII, 2. Ez. XXI, 17 al., sq. עַל propter aliquid Jer. XLVIII, 31. LI, 8. Mich. I, 8. (Hos. VII, 14 עַל loci est), sq. לְ id. Jes. XVI, 7. Tribuitur etiam inaminatis Zach. XI, 2: הֵילֵל בְּרוֹשׁ, atque locis, quae ululatibus resonant Jes. XIV, 31: הֵילִילִי שַׁעַר et eodem modo XXIII, 1: הֵילִילוּ אֳנִיּוֹת תַּרְשִׁישׁ (cf. Virg. 2, 487: penitusque cavae plangoribus aedes Femineis ululant. Sil. 6, 285: resonae silvis ulularunt flebile ripae). In oraculis minacibus saepe eiulare iubentur, quibus calamitas quaedam instat. Jes. XIII, 6: הֵילִילוּ כִּי קָרוֹב יוֹם יְיָ. XXIII, 6. Jer. XXV, 34. XLVIII, 39. Joël I, 11. 13. Zeph. I, 11. — Amos VIII, 3: הֵילִילוּ שִׁירוֹת הֵיכָל *eiulant* in fletum abeunt *cantica palatiorum.* — 2) Semel de *lactis vocibus* victorum superbientium. Jes. LII, 5: מֹשְׁלָו יְהֵילִילוּ. Targ. מִשְׁתַּבְּחִין, Jarchi: מתפארים gloriantur. (Sic ܐܝܠܠ de clamore bellico Barhebr. p. 411. 413, cf. Meyerum in symboll. ad Barhebr. p. 164, ὀλολύζειν de laeto clamore ap. Aeschylum et Euripidem al. v. Seidler. ad Eurip. p. 686. Hemsterhus. ad Lucian. I, p. 177, it. *ululare* Luc. 6, 261: laetis ululare triumphis, et contra ἀλαλάζειν de eiulatu Euripid. Phoeniss. 358, cf. מִרְזַח, הֵרִיעַ, רָנַן, quae de utroque vociferationis genere usurpantur). מֹשְׁלָו *domini Israëlis* l. c. sunt tyranni hostiles, ut semper in his capitibus XIV, 5. XLIX, 7, quorum usus plus valet, quam locus XXVIII, 14 ab Hitzigio laudatus, qui *principes populi Israëlitici* intelligit et הֵילִיל etiam h. l. *eiulatum* interpretatur (coll. LXV, 14). Cf. comment. nostr. ad h. l. et additamentum p. 365.

Ho. הוּלַל (ut הוּלֶּדֶת), semel legitur Ps. LXXVIII, 63: *iuvenes eius comedit ignis* וּבְתוּלֹתָיו לֹא הוּלָּלוּ *et virgines eius non lamentantur*, pr. non lamentari factae sunt (cf. Vers. 64: et viduae non fleverunt). LXX. οὐκ ἐπένθησαν. Vulg. *non sunt lamentatae.* Ita Schnurrerus, quod ferri potest, cf. chald. יְלַל in Kal. Fortasse tamen pronunciandum הוֹלִילוּ in activo i. q. הֵילִילוּ, quam formam insolentiorem (sed cf. תּוֹלָל) non agnoscentes vocalium auctores scribebant הוּלָּלוּ. Quod vulgarem scripturam auctore Chaldaeo (לָא אִשְׁתַּבְּחָן) interpretantur *non laudatae sunt* i. e. epithalamiis non celebratae, innuptae manserunt (coll. הִלּוּלָא epithalamium), id per grammaticas quidem rationes licet, sed non licet per parallelismum (לֹא תִבְכֶּינָה Comm. 64).

יְלֵל m. *ululatus* ferarum (ut thoum אִיִּים) in deserto. Deut. XXXII, 10: בְּתֹהוּ יְלֵל יְשִׁמֹן *in deserto ululatus* et *vastitatis.* Apud Arabes يَبَاب *ululatus* est ipsius deserti nomen poëticum, vit. Tim. I p. 412 pag. 9, ubi يباب recte reposuit Willmet. in Lex. p. 818. Kamûs p. 173: أَرْضٌ يَبَابٌ أَيْ خَرَابٌ. Unde in Deuteronomii l. l. etiam struere licet: *in deserto, ululatu* (loco ululatus), *vastitate*, ut tria synonyma cumulentur. Ad ventorum ululatum refert Kimchius. De scriptura cod. Sam. v. sub voc. תְּהֹלָל p. 382 B.

יְלָלָה Zeph. I, 10, cstr. יִלְלַת Jes. XV, 8. Jerem. XXV, 36. Zach. XI, 3 f. *eiulatus.*

תּוֹלָל m. *vexator* (Quäler), pr. abstr. vexatio, qua quis aliis lamentationes extorquet, verbale Pi. formae תִּקְטָל, תִּפְאָרָה, تَفْعَال. Semel in plur. Ps. CXXXVII, 3: תּוֹלָלֵינוּ *vexatores nostri*, intelliguntur Chaldaei. Parall. שׁוֹבֵינוּ. Ad rad. יָלַל hanc formam recte iam retulerant Kimchi et Io. Simonis, sed male significatione abstracti acceperant: תחת יללתנו היו אומרים לנו שנשיר ונשמח *loco eiulatus nostri nos iubebant canere et laetari.* In illam

sententiam in Lex. man. inde ab edit. 2 propositam concesserunt Winerus, de Wettius. De aliis explicationibus referre iuvat verbis Abulwalidis: *in libro* المستلحق i. e. *supplementi* תוללינו *retulimus ad radicem* ילל ..... *sed admittimus praeterea aliam rationem, ut finitimum sit locutioni Arabum* תללת אלשי ואתללתה *The barbare tribus punctis munito, quod diruendi vim habet* [ثلّ II ثلّ i. q. هدم subvertit, diruit], q. d. שאלונו מהרסינו שמחה, *ut in illo* (Jes. XLIX, 17): מְהָרְסַיִךְ וּמַחֲרִיבַיִךְ מִמֵּךְ יֵצֵאוּ. *Tandem nonnulli dicunt* תוללינו *dictum esse pro* שוללינו (praedatores nostri) ש et ת *inter se permutatis, ut in* בְּרוֹשִׁים *et* בְּרוֹתִים. Hanc postremam sententiam secuti sunt LXX. ἀπαγαγόντες ἡμᾶς. Vulg. *abducentes nos*, Targ. בָּזָזָנָא *praedatores nostri*, sed שׁוֹלֵל ubique vim passivam habet. Magis placeret, תּוֹלָל (ad formam עוֹלָל = עוֹלֵל ab עָלַל, תֹּהֶם a חָמַם) ducere a تَلَّ تَلَّ stravit, prostravit.

ילע 1) i. q. לוּעַ *linxit, sorpsit, deglutivit* (v. ad rad. לוּעַ), unde תּוֹלָע, תּוֹלַעַת. — 2) *blateravit, temere locutus est*, quae significatio ab illa proficiscitur et in syllaba לע crebrior est. Arab. لغى id. max. de iureiurando temerario Sur. 2, 225. Prov. XX, 25: מוֹקֵשׁ אָדָם יָלַע קֹדֶשׁ וְאַחַר נְדָרִים לְבַקֵּר *laqueus* (pernicies) *hominis* est, si *temere proloquitur sacrum* (votum), *et* perniciosum est *post vota quaerere*. Libere LXX. παγὶς ἀνδρὶ ταχύ τι τῶν ἰδίων ἁγιάσαι.

תּוֹלָע m. 1) *vermis*, a lingendo, deglutiendo dictus (cf. יֶלֶק); hoc enim (Redslobii) etymon praestat vulgari a تلع i. q. طلع altus, elatus, longicollis fuit. Plur. תּוֹלָעִים Ex. XVI, 20. — 2) spec. *vermis coccifer* (plene תּוֹלַעַת שָׁנִי), unde *coccus, color coccineus* et *panni coccinei* Jes. I, 18. Thren. IV, 5. Vide תּוֹלַעַת no. 2. — 3) n. pr. a) filii Issachari natu maximi Gen. XLVI, 13. 1 Par. VII: 1. b) iudicis Israelitarum Iud. X, 1. Patron. a litt. a est תּוֹלָעִי Num. XXVI, 23.

תּוֹלֵעָה (ad formam תְּרֵדְמָה) Iob. XXV, 6. Jes. XIV, 11, et **תּוֹלַעַת** hoc posterius absol. et cstr. 1) *vermis*, qualis in putredine crescit Jes. XIV, 11. LXVI, 24, plantas arrodit Jon. IV, 7. Deut. XXVIII, 39. Metaph. de homine infirmo et contemto opp. Deo Ps. XXII, 7. Jes. XLI, 14. Iob. XXV, 6. — 2) תּוֹלַעַת שָׁנִי *vermis coccifer* (Kermes-Wurm) et שְׁנִי תוֹלַעַת *coccus vermis* s. vermium i. e. a vermibus petitus (v. locos s. v. שָׁנִי rad. שָׁנָה), inde *color coccineus*, et *panni coccinei*. Vide שָׁנִי et כַּרְמִיל. Inde ortum est verbum denominativum

Pu. מְתֻלָּעִים *cocco induti* (de militibus). Nah. II, 4.

ילף rad. inusit. Arab. ولف Conj. III. coniunctus fuit et adhaesit. Cf. chald. לְפַף et arab. لفّ adiunxit.

יַלֶּפֶת f. *porrigo, impetigo* pruriens, ab adhaerendo dicta. Lev. XXI, 20. XXII, 22. LXX. λειχήν. Vulg. *impetigo*. Kimchi: *Talmudistae* (Gittin fol. 70, 1) *interpretantur impetiginem Aegyptiacam, quae adhaeret usque ad diem mortis.*

ילק rad. inusit. i. q. לָקַק *linxit*, inde lambendo *depavit*, ut recte Aben Esra. Cf. לחך Num. XXII, 4, it. לָעַע et لحس linxit, quo teste Kamuso de locusta utuntur, quae terrae proventum, ut tinea lanam, lambendo absumit (v. Boch. Hieroz. II, 445). Arab. يَلَقٌ albus, candicans ad nostram radicem nil pertinet. Inde

יֶלֶק m. depascens (forma abstr. pro concr.), hinc *locustae* species, quae una cum aliis locustae speciebus memoratur Joël I, 4. II, 25. Nah. III, 15. Ps. CV, 34, sed alata est Nah. III, 16, horrida s. horripilans (סָמָר) Jer. LI, 27. LXX in plerisque locis βροῦχος i. e. fetus locustae, nec non certa locustarum species, semel ἀκρίς (Jer. l. c.) locusta. Chald. פִּרְחָא locusta alata, sed Syr. ܡܣܟܐ ܐܝܠܐ locusta repens, non alata. Recentiores in varias opiniones discesserunt aeque incertas, quas vide ap. Rosenm. ad Bochartum l. c., sed verissimam sententiam dixit Crednerus ad Joël. l. c., qui *attelabum* (ἀττέλαβον) intelligit, qua voce designatur locusta, antequam cutem quartum deposuit (vor der letzten der vier Häutungen), qua specie bestiola alis in vagina cornea inclusis et horrentibus subsilit potius quam volat, donec vagina illa abiecta avolat, quo referri videntur verba Nahumi l. c. יֶלֶק פָּשַׁט וַיָּעֹף *attelabus exuit* vaginas alarum *et avolat*. Hunc locustae statum bene descripsit Hieron. ad Nah. l. c.: „*Attelabus*, quem significantius *comessorem* interpretatus est Aquila, parva locusta est inter locustam et bruchum et modicis pennis reptans potius, quam volans semperque subsiliens; et ob hanc causam, ubicunque orta fuerit, usque ad pulverem cuncta consumit, quia donec crescant pennae abire non potest," cf. ad V. 17: „Attelabus autem saltem modicas assumat pennas, et cum in altum volare non possit, tamen de terra exsilire nitatur, et tandem perveniens in locustam volitat quidem" cet. Apud Syros, ut bene observat Crednerus p. 305, respondere videtur ܡܫܘܛܐ, chald. שְׁמוּטָא, quod utrumque ab *exuendo* dictum est (cf. ܫܡܛ i. q. ܦܫܛ et ܡܫܠܚ) et attelabum designat vaginas alarum exuentem.

ימה rad. inusit. i. q. יום, יָמַם (q. v.) *caluit, ferbuit* (dies) cf. حمى et يوم ferbuit dies. Inde

יָמִים et **יָמוֹת** *dies*, pl. nominis יוֹם, et

יְמוּאֵל (dies Dei, יְמֵה = יְמוּ i. q. יָם, יוֹם, cf. שְׁמוּ i. q. שֵׁם, מְתוּ i. q. מַת vir) n. pr. filii Simeonis Gen. XLVI, 10, pro quo vitiose נְמוּאֵל Num. XXVI, 2.

יֵמִים v. sub rad. יוֹם.

יָמַם rad. inusit. I) i. q. הָמַם et הָמָה *fremuit*, *strepuit*, de fluctibus maris (ה et י permutatis, v. pag. 360). Inde יָם mare.

II) i. q. יוֹם, יָמָה (coll. חָמַם, חמה, حمى, v. ad יוֹם) *caluit, ferbuit,* ut dies, unde ܝܰܘܡܳܐ dies; transfertur ad amorem, unde יְמִימָה columba.

יָם cstr. יָם (Kamez servato), praeter formulam יַם־סוּף in qua ubique est Patach sq. Makkef Exod. XV, 4. Num. XIV, 25. XXI, 4. XXXIII, 10. Deut. I, 40. II, 1. XI, 4. Jos. II, 10 al., c. Suff. יַמָּהּ Jer. LI, 36, cum He locali יָמָּה (v. no. 2) pl. יַמִּים m. 1) *mare*, a strependo, fremendo dictum. (Arab. يَمّ, syr. ܝܰܡܳܐ et fem. ܝܰܡܬܳܐ, sed posterius magis de lacu, aegypt. ⲒⲞⲘ, ⲈⲒⲞⲘ, quod semiticae originis esse videtur v. Peyron Lex. copt. p. 35. 58). Ubi mare *κατ' ἐξοχὴν* intelligitur, plurimis in locis articulo munitur, v. c. חוֹל הַיָּם Gen. XXXII, 13. XLI, 49, שְׂפַת הַיָּם Iud. VII, 12. 1 Sam. XIII, 5, דְּגֵי הַיָּם Gen. I, 26. 28. Iob. XII, 8, etiam apud poëtas occurrit Iob. XXVI, 12. XXXVI, 30. Ps. VIII, 9. XXXIII, 6. LXXVIII, 53 al., sed hi crebrius articulum omittunt Exod. XV, 8. 10. Iob. IX, 8. XI, 9. XXVIII, 14. XXXVIII, 8. 16. Ps. LXVI, 6. LXVIII, 23. LXXIV, 13. LXXVIII, 13. XCIII, 4. Jes. V, 30. XXIII, 2. L, 2. LI, 10. LX, 5 et saepe, quod etiam in sermone vulgari, sed rarius, fit, ut דֶּרֶךְ יָם mare versus 1 Reg. XVIII, 43, עַל־יָם super mari 2 Par. II, 15, cf. אֶל־יָם Esr. III, 7. Ad magnitudinem maris pertinet hoc Jeremiae Thren. II, 13: גָּדוֹל כַּיָּם שִׁבְרֵךְ *magna instar maris est ruina tua*; ad indomitam eius vim Iob. VII, 12: הֲיָם אָנִי אִם תַּנִּין *num mare ego, an monstrum marinum?* — Jes. XI, 9: כַּמַּיִם לַיָּם מְכַסִּים *sicut aquae tegunt mare*, int. fundum maris. Hab. II, 14. — מִיָּם עַד־יָם a mari ad mare, i. e. a mari interno ad Indicum Am. VIII, 12. Zach. IX, 10. Ps. LXXII, 8 cf. Mich. VII, 12. — Variae maris magni partes lacusque mediterranei (nam de his quoque יָם dicitur Iob. XIV, 11 cf. syr. ܝܰܡܬܳܐ) his nominibus insigniuntur: הַיָּם הָאַחֲרוֹן (mare posterius i. e. occidentale) Deut. XI, 24. Joël II, 20, יָם פְּלִשְׁתִּים Exod. XXIII, 31, הַיָּם הַגָּדוֹל (mare magnum) Num. XXXIV, 6. 7. Jos. I, 4. IX, 1. Ez. XLVII, 10. 15. 20. XLVIII, 28 al. de mari interno s. mediterraneo; יָם כִּנֶּרֶת mare Galilaeum s. lacus Tiberiadis Num. XXXIV, 11; יָם הַמֶּלַח (mare salsum) Gen. XIV, 3, יָם הָעֲרָבָה (mare deserti) Deut. IV, 49, הַיָּם הַקַּדְמֹנִי (mare orientale) Joël II, 20. Zach. XIV, 8 de mari mortuo; יַם־סוּף (mare algosum) et יַם מִצְרַיִם Jes. XI, 15 de mari rubro. Pro contextu etiam הַיָּם dicitur de mari interno Jos. XV, 47, Galilaeo Jes. VIII, 23 (Hieron. „mare autem hic lacum appellat Genesareth, qui Jordane influente efficitur"), rubro ib. X, 26, mortuo XVI, 8 (sine art.). Poët. passim *mare* dicitur de regionibus maritimis. נְשִׂיאֵי הַיָּם principes maris Ez. XXVI, 16 sunt principes regionum maritimarum et transmarinarum i. q. נְשִׂיאֵי אִיִּים, et הֲמוֹן יָם divitiae maris Jes. LX, 5 i. q. divitiae gentium maritimarum i. q. שֶׁפַע יַמִּים Deut. XXXIII, 19; sic Jes. XXIII, 4: אָמַר יָם מָעוֹז הַיָּם *dicit mare* i. e. urbs maritima (Tyrus), *munimentum maris.* — Plur. יַמִּים *maria* Gen. I, 22. Lev. XI, 9. 10. Ps. CXXXV, 6. Ez. XXVII, 33. 34. Maxime a poëtis frequentatur, ubi in vulgari oratione singularis est, ut חוֹל יַמִּים arena marium Iob. VI, 3. Ps. LXXVIII, 27. Jer. XV, 8 (cf. חוֹל הַיָּם Gen. XXXII, 13. XLI, 49), חוֹף יַמִּים littus marium Gen. XLIX, 13. Iud. V, 17 (cf. חוֹף הַיָּם Jos. IX, 1), לֵב יַמִּים Ps. XLVI, 3. Jon. II, 4, vide praeterea Gen. I, 10 (in quo capite color quidam poëticus est). Deut. XXXIII, 19. Ps. VIII, 9 XXIV, 2. LXV, 8. Jes. XVII, 12. Dan. XI, 45 (ubi יַמִּים est mare internum i. q. הַיָּם).

Maris autem nomen transfertur

a) ad *fluvios magnos*, ut Nilum (Plin. 35, 11: Nili aqua mari est similis. Herod. 2, 97: ἐπεὰν δὲ ἐπέλθῃ ὁ Νεῖλος τὴν χώρην, αἱ πόλις μοῦναι φαίνονται ὑπερέχουσαι, μάλιστά κῃ ἐμφερέες τῇσι ἐν τῷ Αἰγαίῳ πόντῳ νήσοισι. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῆς Αἰγύπτου πέλαγος γίνεται. Diod. I, 12. 96) Jes. XVIII, 2. XIX, 5. Nah. III, 8. Iob. XLI, 23, Euphratem Jes. XXVII, 1 (prob. XXI, 1). Jer. LI, 36. Plur. de Nili brachiis Ez. XXXII, 2. (Sic arab. يَمّ de Nilo Cor. 20, 39 et saepe, it. بحر النيل et *κατ' ἐξοχὴν* البحر de Nilo Elmac. I, 12. Eutych. Alex. I, 86. II, 377. 499, فرس البحر hippopotamus, كَافِر mare et fluvius magnus, *majo* [מַיָּא, مأ) apud tribum Arabum Fellata dictam, v. Seetzen in Zachii commerc. litt. XXIV, 233; aethiop. ባሕር: mare, lacus et fluvius magnus; pers. دريا mare, de Euphrate, Schahname ap. Vullers. 1, 10, ind. *Sindhu* mare et Indus fluvius al.).

b) hyperbolice ad vascula permagna, unde יָם הַנְּחֹשֶׁת *mare aheneum* appellatur magnum lavacrum in atrio interiore templi Salomonei 2 Reg. XXV, 13. 1 Par. XVIII, 8 etiam הַיָּם מוּצָק 1 Reg. VII, 23, הַיָּם Comm. 24. 29. 2 Reg. XVI, 17. 2 Par. IV, 3 sqq. (ita aegypt. ⲒⲞⲘ, ⲈⲒⲞⲘ dicitur de lacu qui torculari supponitur Marc. XII, 1. Hagg. II, 17).

2) *plaga occidentalis*, quoniam mare mediterraneum situm est ad occidentem Palaestinae. רוּחַ יָם ventus occidentalis Exod. X, 19. פְּאַת־יָם latus occidentale Ex. XXVII, 12. XXXVIII, 12. יָמָּה occidentem versus Gen. XXVIII, 14. Ex. XXVI, 22. XXXVI, 32. Num. II, 18. III, 23. Deut. III, 27. Jos. V, 1. XII, 7 al. (*ad mare* est הַיָּמָּה Num. XXXIV, 5. Jos. XVI, 6. 8. XVII, 9. XIX, 26. 29. XXIV, 6, לַיָּמָּה Jos. XIX, 11); מִיָּם ab occidente Gen. XII, 8. Jos. XI, 2. 3. XIX, 34, מִיָּם לְ ab occasu alicuius loci Jos. VIII, 9. 12. 13. — Bis

(Ps. CVII, 3. Jes. XLIX, 12) יָם copulatur cum septentrione (צָפוֹן), et sunt propterea, qui his certe locis *austrum* intelligant: male, quum etiam alibi plagae componantur non sibi oppositae, sed vicinae, cf. Am. VIII, 12. Deut. XXXIII, 23.

יַם emphat. יַמָּא chald. *marc.* Dan. VII, 2. 3.

יְמִימָה (columba, arab. يمامة a calore venereo dicta, cf. יוֹנָה rad. יון) n. pr. unius ex filiabus Iobi Iob. XLII, 14.

יָמַן rad. in Kal inusit., finitima radici אָמַן (cf. chald. הֵימִין pro הֶאֱמִין, et contra Jes. XXX, 21) firmus dein fidus fuit. Inde יָמִין manus dextra dicta est, quia hac manu fides datur eaque sublata iuratur (2 Reg. X, 15. Jes. LXII, 8, fidissima dextra Val. Flacc. 5, 65, cf. Simonis ed. 1. 2. 3).

Hiph. הֵימִין et הֵמִין 2 Sam. XIV, 19, part. מַיְמִינִים 1 Par. XII, 2 (adde תַּאֲמִינוּ pro תֵּימִינוּ Jes. XXX, 21) denom. a יָמִין: 1) *dextra usus est* (opp. הִשְׂמְאִיל) 1 Par. XII, 2. 2) *dextram petiit, ad dextram se convertit* Gen. XIII, 9. Ezech. XXI, 21. 2 Sam. et Jes. l. c. (Arab. يمن et يمن a dextra accessit. III. et VI. dextrorsum contendit).

יָמִין comm. (sed plerumque fem. Ps. XVIII, 36. XXI, 9. XXVI, 10. XLV, 5. XLVIII, 11. LXIII, 9. LXXVIII, 54. LXXX, 16. LXXXIX, 14. XCVIII, 1. CXXXVII, 5. CXXXVIII, 7. CXXXIX, 10. Iob. XL, 14. Cant. II, 6. VIII, 3. Jes. XLVIII, 13, raro masc. Prov. XXVII, 16. Exod. XV, 6, ubi semel copulatur cum נֶאְדָּרִי)

1) *dextra* manus, quae est fidem dantis, v. ad rad. (Arab. يمين, يمن, يمنة, aethiop. የማን: syr. ܝܡܝܢܐ manus dextra, et: pars dextra). Gen. XLVIII, 8. 14. Exod. XV, 6. Ps. XLIV, 4 et saepe, redi ad locos modo laudatos. Ps. CXLIV, 8. 11: יְמִינָם יְמִין שָׁקֶר *dextra eorum est dextra fraudis.* Jes. LXII, 8: נִשְׁבַּע יְהוָה בִּימִינוֹ *iuravit Jova per dextram suam* (cf. iurandi formulam apud Arabes يمين الله per dextram Dei pl. ايمن الله et ايم الله, unde يمين fem. iusiurandum). XLI, 10: תְּמַכְתִּיךָ בִּימִין צִדְקִי, et ita saepe: יְמִין יי Exod. XV, 6. Ps. CXVIII, 15. 16. Hab. II, 16, יְמִין עֶלְיוֹן Ps. LXXVII, 11 al. Pleonasmus est in hoc: יָדְךָ וִימִינְךָ Ps. LXXIV, 11. — a) *a dextra* est עַל יָמִין Iob. XXX, 12, מִיָּמִין 1 Reg. VII, 39. 49. 2 Par. III, 17. IV, 6. 7. 8. b) *a dextra alic.* personae vel rei est: עַל יְמִין פ׳, ד׳ Ps. CIX, 6. Neh. VIII, 4. Zach. IV, 11, אֶל יְמִין ד׳ 1 Sam. XXIII, 24, לִימִין פ׳ Ps. XLV, 10. CIX, 31. Jes. LXIII, 12, מִימִין פ׳ Gen. XLVIII, 13. Ex. XIV, 22. 29. Deut. XXXIII, 2. Ps. XVI, 8. Ez. X, 3. Zach. IV, 3, מִימִין לְ 2 Reg. XXIII, 13, בִּימִין פ׳ 2 Sam. XXIV, 5. 8. c) *ad dextram* (post verba motus): לַיָּמִין Neh. XII, 31, עַל יָמִין Zach. XII, 6; לִימִין פ׳ ad dextram alic. Ps. CX, 1. d) *dextrorsum* est עַל יָמִין Gen. XXIV, 49. 2 Sam. II, 19. 21. Jes. IX, 19, אֶל הַיָּמִין Jos. XVII, 7. Ez. I, 10, הַיָּמִין Gen. XIII, 9 et יָמִין Jes. LIV, 3. Zach. XII, 3, maxime in formulis: נָטָה יָמִין אוֹ שְׂמֹאל Num. XX, 17. XXII, 26. 1 Sam. VI, 12. Prov. IV, 27 et סוּר יָמִין אוֹ שְׂמֹאל Deut. II, 27. XVII, 20. XXVIII, 14. Jos. I, 7. XXIII, 6. 2 Reg. XXII, 2.

Nota has locutiones: aa) *a dextra* alic. *stare* est adiuvantis Ps. XVI, 8. CIX, 31. CX, 5. CXXI, 5. Jes. LXIII, 12, sed etiam adversarii et accusantis Ps. CIX, 6. Zach. III, 1. bb) *a dextra regis sedere* dicuntur, quibus eximius honos habetur quive in regni quoddam consortium vocati sunt, ut regina 1 Reg. II, 19. Ps. XLV, 10, amici regii regisque administri (Jos. Arch. VI, 11 §. 9 cf. Knapp de Christo ad dextram Dei sedente, in Opuscc. I, 39 sqq.), unde Ps. CX, 1: נְאֻם יי לַאדֹנִי שֵׁב לִימִינִי *effatum Jovae ad dominum meum: conside ad dextram meam* i. e. esto regni mei consors in terris, v. intpp. ad h. l. Etiam alibi locus a dextra alic. honoratior est, quo pertinet Iob. XXX, 12. cc) *prehendere dextram* alic. i. e. eum sustentare, iuvare Ps. LXXIII, 23. Jes. XLI, 13. XLV, 1, unde אִישׁ יְמִינֶךָ *vir dextrae tuae* i. e. quem dextra tua adiuvat. Ps. LXXX, 18.

2) *dextra* pars, *dextrum* latus (cf. יָד manus et latus). In genit. aliis nominibus postpositum exprimit adj. *dexter* (יְמָנִי), ut שׁוֹק הַיָּמִין femur dextrum Exod. XXIX, 22. Lev. VIII, 25, יֶרֶךְ יְמִינוֹ femur dextrum eius Iud. III, 16. 21, כָּל־עֵין יָמִין omnes oculi dextri 1 Sam. XI, 2, etiam יַד יְמִינוֹ manus dextra eius Gen. XLVIII, 17. Iud. III, 15. XX, 16, יַד יְמִינִי manus dextra mea Ps. LXXIII, 23. Jer. XXII, 24, יַד יְמִינָם dextra eorum, pro manibus dextris eorum. Iud. VII, 20 cf. פִּימוֹ Ps. XVII, 10 os eorum pro: ora eorum. (Similiter Syri, licet hi Suffixum nomini regenti annectant: ܥܝܢܟ ܕܝܡܝܢܐ oculus tuus dexter, ܐܝܕܟ ܕܝܡܝܢܐ manus tua dextera Matth. V, 29. 30, cf. 39. Luc. VI, 6. XXII, 50. Joh. XVIII, 10. XXI, 6, Barhebr. 483, aethiop. ዐይንከ: ዘየማን: oculus tuus dexter Mth. V, 29). — Dextra pars autem poni videtur pro recta parte, loco recto et legitimo. Eccles. X, 2: לֵב חָכָם לִימִינוֹ וְלֵב כְּסִיל לִשְׂמֹאלוֹ *cor* (mens) *sapientis est in dextra* (recta, legitima) *parte eius, cor stulti in sinistra* (perversa) *parte*, cf. nostr. das Herz auf dem rechten Flecke haben.

3) *plaga australis*, *auster* (v. ad אָחוֹר pag. 72 B). Ps. LXXXIX, 13. Acc. in australi plaga Iob. XXIII, 9. מִימִין הַיְשִׁימוֹן ab austro deserti 1 Sam. XXIII, 19. 24.

4) *felicitas*, quia dextra manus boni ominis erat, unde arab. يمن felix fuit, يمن felicitas. Vide בִּנְיָמִין. Inde n. pr. virorum (Felix): a) filii Simeonis Gen.

XLVI, 10. 1 Par. IV, 24. b) 1 Par. 2, 27. c) Neh. VIII, 7. Inde est

יְמִינִי patron. Num. XXVI, 12. Sed

יְמִינִי est 1) i. q. יְמָנִי *dexter*, bis in Chethibh 2 Par. III, 17. Ez. IV, 6. 2) pro בֶּן־יְמִינִי Benjaminita, v. בִּנְיָמִין p. 219 A.

יִמְנָה (i. q. يُمْنَة felicitas) n. pr. 1) filii Asseris Gen. XLVI, 17. Num. XXVI, 44. 1 Par. VII, 30. 2) alius viri 2 Par. XXXI, 14.

יְמָנִי fem. יְמָנִית adj. *dexter, a, um*, (a יָמִין, يَمِين), ut הָעַמּוּד הַיְמָנִי columna dextra 1 Reg. VII, 21, רַגְלוֹ הַיְמָנִית pes eius dexter Ex. XXIX, 20. — Lev. VIII, 23. 24. XIV, 14 sq. 1 Reg. VI, 8. VII, 39. 2 Reg. XI, 11. 2 Par. IV, 10. XXIII, 10. Ez. XLVII, 1. 2. (Aethiop. የማኝ: id.)

תֵּימָן, semel תֵּמָן Iob. IX, 9 comm. (masc. signif. 2. Obad. 9, fem. significatione prima Jes. XLIII, 6. Cant. IV, 16) pr. quod ad dextram situm est 1) *plaga australis* (v. יָמִין no. β). Jos. XII, 3. XIII, 4. Iob. IX, 9. XXXIX, 26. Jes. XLIII, 6. Zach. VI, 6. IX, 14. Cum He locali תֵּימָנָה austrum versus Exod. XXVI, 18. 35. XXVII, 9. XXXVI, 23. Num. III, 29. X, 6. Ez. XLVII, 19. Pleon. תֵּימָנָה דֶּרֶךְ Ez. XXI, 2. תֵּימָנָה לְ ab austro alic. Num. II, 10. Poët. תֵּימָן pro רוּחַ תֵּימָן *ventus australis*. Ps. LXXVIII, 26. Cant. IV, 16. Cf. צָפוֹן.

2) n. pr. gentis regionisque Idumaeae, quae a Themano, Esavi nepote, originem ducebat (Gen. XXXVI, 11. 15). Gen. XXXVI, 42. Jer. XLIX, 7. 20. Ezech. XXV, 13. Am. I, 11. 12. Hab. III, 3. Obad. 9, et, ut reliqui Arabes (1 Reg. V, 11), sapientiae laude florebat Jer. XLIX, 7. Bar. III, 22. 23 cf. Iob. II, 11. Patron. est הַתֵּימָנִי Iob. l. c. et IV, 1. XV, 1. XXII, 1. XLII, 7. 9. Gen. XXXVI, 34. 1 Par. I, 45 (unde etiam הַתֵּימְנִי n. pr. viri 1 Par. IV, 6). LXX. *Θαιμάν*, al. *Θεμάν*. Hieronymus in locis Hebraicis: „Theman regio principum Edom in terra Gebalitica, a Theman ...... sortita vocabulum. Sed et usque hodie est villa Theman distans ab urbe Petra quinque (Euseb. quindecim, ιέ) millibus, ubi et Romanorum praesidium sedet." Hodie nullum eius nominis vestigium in illis regionibus repertum est: cave enim cum Car. Raumero (Palaest. p. 185. 186) eadem putes Theman (תֵּימָן, تيمان) et *Maân* (معان, hebr. מָעוֹן), de quo vide suo loco et ad Burckhardti itin. Syriae p. 1069.

תֵּימָא n. pr. gentis arabicae, quae ab Ismaëlis filio natu nono originem ducebat (Gen. XXV, 15), pariter atque Dedan, quacum bis copulatur (Jes. XXI, 14. Jer. XXV, 23), mercatura nobilis Iob. VI, 19. Respondet gr. *Θαῖμα* Ptolem. 6 p. 179 Bert. (long. 71°, lat. 27°), et arab. تَيْمَاءُ, de quo vide Amrulkaisi Moall. 74, Abulf. Syriam ed. Köhler p. 14, eiusd. Arabiam p. 33 Gagn. 97 Rommel, ubi castellum est in confiniis Nagdi (نجد) et deserti Syriaci, quod (pro variis auctoribus) ponitur gradu lat. 25 — 27 (d'Anville 27°). Ex Seetzenio (monatl. Correspondenz XVIII p. 374) discimus, paucis milliaribus id orientem versus distare a Heddije, quod quidem oppidum in via peregrinatorum Damascenorum quotannis Meccam petentium situm est, et trium dierum itinere a Medina abest (Burckhardt. itin. Syriae pag. 1038). Fuerunt iam inter veteres (ut LXX, qui etiam תֵּימָא ubique scribunt *Θαιμάν*, qui תֵּימָן Idumaeae gentem nostrumque תֵּימָא idem esse putarent, graviter propterea reprehensi ab aliis (v. Kocher. ad Jes. XXI, 14), ut operae pretium sit, hanc causam paullo diligentius cognoscere. Atque illorum quidem sententiae praeter Alexandrinorum, si qua est, auctoritatem, hoc maxime favere videtur, quod Thema et Dedan duobus locis (v. supra) copulantur, ut alibi Theman et Dedan (Jer. XLIX, 7. 8. Ezech. XXV, 13): cui accedit quod Themanae nullum vestigium apud Graecos et Arabes exstat. Sed huic obstat situs locorum. Nam Taima Arabum tredecim dierum itinere austrum versus distat a Maân prope Petram Idumaeae sito (v. Burckhardt l. c. p. 1035 — 38), neque credibile est, Idumaeorum regionem eo usque excurrisse. Contra facile adducor ad credendum, תֵּימָן et תֵּימָא eiusdem originis nomina esse, et hoc ex illo ortum esse, Nun extremo abiecto et ā vocali producto. In hac ipsa radice Nun abiecti duo exempla habes, unum ايم الله pro ايمن الله per dextras Dei, alterum syr. ܝܡܐ iuravit, quod nil dubito quin ortum sit ex יָמִין, يمن X. iuravit, أَيْمَان iuramenta; alia sunt: لم يك pro لم يكن non fuit, הָכִי talmud. pro הָכֵין profecto, et ita אַךְ ex אָכֵן, כְּ ex כֵּן, لَكِ poët. pro لَكِن Gol. 2155 (cf. *an* et *â* in Nunatione Arabum) cf. *l* abiectum in تعا arab. vulg. pro تعال Caussin p. 12, aeth. ይቤ: pro ይቤል: dixit; et r in talmud. נימא pro נֵימַר dicimus, מימא pro מֵימַר dicere cf. infra בִּנְיָמָא. Occurrat aliquis, تَيْمَاءُ apud Arabes sibi propriam habere potestatem *deserti*, itaque ex hebraeo vix profectum esse posse: sed hoc ipsum vc. caret etymo in lingua arabica, et admodum credibile est, تيما *desertum* ortum esse ex تيمن תֵּימָן *regio australis*, itaque *arida*, ut contra נֶגֶב regio australis est pr. regio arida coll. zab. תימא meridies, rectius: auster, regio australis (Norberg Lexid. p. 89). Quae quum ita sint, תֵּימָא sub rad. יָמַן tractare non dubitavi.

יָמַר in Kal inusit. i. q. מוּר *commutavit, permutavit*.

Hiph. הֵימִיר commutavit, permutavit Jer. II, 11, ubi plures codd. הֵמִיר (a מוּר).

Hithp. הִתְיַמֵּר *permutatus est* cum al. h. e. *in locum alicuius substitutus est, locum* alic. *occupavit* (cf. arab. بدل mutavit, permutavit, Conj. V. locum occupavit, بَدِيل

qui locum alicuius occupat). Jes. LXI, 6: בִּכְבוֹדָם תִּתְיַמָּרוּ *in splendorem eorum substituemini.* Ita Saad. في نرمهم تتبدلون, et Jarchi. All. ut Vulg. Chald. Syr. Kimchi, Aben Esra: splendore eorum gloriabimini, qs. idem sit quod הִתְאַמֵּר, quod minus probandum est.

יָמַשׁ i. q. מָשַׁשׁ, in Kal inusit.

Hiph. Iud. XVI, 26 in Chethibh הימישני (הֲמִשֵׁנִי) *fac me palpare.*

יָנָה fut. יִינֶה *ferocivit, saeviit* (wüthen), *violenter egit.* (Alb. Schultens. ad Ham. p. 526, quem plures deinceps secuti sunt, ducit ab arab. ونى torpidus, languidus, adeoque segnis, ignavus fuit, ut lucum a non lucendo! Magis placeret יָנָה = חָנָה flexit, sed nativa vis potius est in *fervendo,* et radix nostra idem valet ac יון ferbuit, unde יַיִן vinum, neque non finitima est radd. ים, יָמַם, יָמָה, v. ad ים). Part. fem. יוֹנָה, Zeph. III, 1: הָעִיר הַיּוֹנָה *urbs ferox* i. e. violenta, iniuriam exercens i. q. חֹמְסָה. Alibi est epitheton gladii: חֶרֶב הַיּוֹנָה (ad articulum soli participio, non nomini, praefixum vide Ps. LXII, 4. Dan. IX, 26. Zach. XI, 2, Gramm. §. 109, 2 not.) *gladius saeviens* Jer. XLVI, 16. L, 16 et omisso חרב Jer. XXV, 38: חֲרוֹן הַיּוֹנָה *furor* (gladii) *saevientis,* ubi epitheton recte observante Schnurrero pro ipso nomine positum est (cf. γλαυκῶπις Ἀθήνη et Γλαυκῶπις), nisi cum LXX. Chald. et codd. sat multis legendum est חֶרֶב הַיּוֹנָה, nam ב et נ in scriptura aramaea aegyptiaca, ex qua scriptura quadrata orta est, saepe vix discernuntur, v. Gesen. Monum. Phoenicia T. III tab. 4. — Sq. acc. Ps. LXXIV, 8: נִינָם יָחַד *saeviamus in eos omnes,* perdamus omnes.

Hiph. הוֹנָה *violenter tractavit* aliq., *oppressit* eum, sq. acc. ut principes populum Ez. XLV, 8, Chaldaei Israëlem Jes. XLIX, 26, maxime de divitibus et nobilibus pauperes, viduas, orphanos, peregrinos opprimentibus Ex. XXII, 20. Lev. XIX, 33. Deut. XXIII, 17. Jer. XXII, 3. Ez. XVIII, 7. 12. 26. XXII, 7. 29, de eo qui emendo et vendendo iniuriam infert alteri Lev. XXV, 14. 17, sq. acc. pers. et מִן rei: *cum vi eiecit* aliq. e possessione Ezech. XLVI, 18: לְהוֹנֹתָם מֵאֲחֻזָּתָם. (Chald. אוֹנִי quod in Targg. respondet hebr. הוֹנָה, talmud. אוֹנָאָה, אוֹנָיְתָא oppressio, violentia).

יוֹנָה *columba,* v. rad. יון, licet etiam ab hac nostra derivari possit.

יָנַח rad. spuria, unde ducunt הֵנִיחַ, v. נוּחַ Hiph.

יָנַק fut. יִינַק *suxit.* (Chald. syr. ܝܢܩ, sam. ࠉࠍࠒ id. Cf. נוק). Absol. Iob. III, 12, sq. acc. Cant. VIII, 1: יוֹנֵק שְׁדֵי אִמִּי *qui suxit ubera matris meae.* Joël II, 16. Iob. XX, 16: *virus aspidum suxit.* Translate, *perfrui* aliqua re, largos fructus ex ea capere. Jes. LX, 16: *suges lac gentium et ubera regum suges* i. e. opibus gentium regumque ditaberis. Deut. XXXIII, 19: כִּי שֶׁפַע יַמִּים יִינָקוּ *nam abundantiam marium sugent* i. e. ex divitiis populorum transmarinorum largos fructus percipient. Jes. LXVI, 11. 12.

Part. יוֹנֵק 1) puer *lactens.* (Syr. ܝܳܢܩܳܐ, ܝܰܠܽܘܕܳܐ id.) Num. XI, 12. Deut. XXXII, 25. 1 Sam. XV, 3. XXII, 19. Jes. XI, 8. Jer. XLIV, 7. Thren. II, 11. IV, 4. Ps. VIII, 3. Plenius יֹנְקֵי שָׁדַיִם Joël II, 16. — 2) translate *surculus* arboris, utpote matris quasi succum trahens Jes. LIII, 2, ut gr. μόσχος et κόρος (cf. simili translatione a bestiis ad plantas facta lat. *pullulare*). Sed hoc significatu magis frequentatur fem. (quod Hebraei in rebus inanimatis praeferunt) יוֹנֶקֶת Iob. VIII, 16. XIV, 7. XV, 30. Plur. יוֹנְקוֹת Ez. XVII, 22. Hos. XIV, 7. Ps. LXXX, 12.

Hiph. הֵינִיק et הֵנִיק Thren. IV, 3 *lactavit* mater infantem, c. acc. Gen. XXI, 7. Ex. II, 7. 9. 1 Sam. I, 23. 1 Reg. III, 21; etiam de bestiis Thren. IV, 3. Absol. מֵינִיקוֹת (camelae) lactantes Gen. XXXII, 16. Quae dulcia sunt et esu iucunda, ea sugere solent, inde est: *comedendam dedit* rem dulcem. Deut. XXXII, 13: וַיֵּנִקֵהוּ דְבַשׁ מִסֶּלַע. — Part. fem. מֵינֶקֶת c. suff. מֵינִקְתּוֹ 2 Reg. XI, 2. 2 Par. XXII, 11 pl. מֵינִיקוֹת (Jes. XLIX, 23) *nutrix* alic. Gen. XXIV, 59. XXXV, 8. Ex. II, 7. Jes. l. c. (Syr. ܡܪܰܒܝܳܢܺܝܬܳܐ id.).

יְנִיקָה f. i. q. יוֹנֶקֶת *surculus.* Ez. XVII, 4. Est formae passivae, sed activae potestatis, cf. chald. יְנִיק, יָנוּק lactens.

יָסַד inf. c. praef. לְיִסּוֹד Jes. LI, 16, לִיסוֹד (quasi a יָסַד) 2 Par. XXXI, 7, c. suff. יָסְדִי Iob. XXXVIII, 4 pr. *posuit, sedem dedit,* germ. *setzen* (v. Niph. no. 1, סוֹד sedes). Radix monosyllaba et primaria est *sad* sanscr. sedere, lat. *sed*-ere, goth. *sat*jan ponere, cf. angl. to *set.* Litteris induratis hanc radicem habes in hebr. שִׁית, (gr. στάω, ἵστημι) emollitis in gr. ἑδ- (ἕζομαι). Arab. وسد spec. est: supposuit, ut culcitam, cervical, it. componere mortuum, ut poëta ap. Abulf. Annal. I, p. 46: حتى أوسد الى التراب دفينا *donec positus ero in pulvere sepultus.* Inde

1) *posuit* aedificium i. e. *fundavit* (cf. שׂוּם Jes. XLII, 4. XLIV, 7, שִׁית 1 Sam. II, 8) Esr. III, 12, urbem Jes. LIV, 11: וִיסַדְתִּיךְ בַּסַּפִּירִים *ponam* fundabo *te super sapphiros.* Saepius ita in Pi., in Kal plerumque poët. de Deo terram coelumque fundante Ps. LXXVIII, 69. LXXXIX, 12. CII, 26. CIV, 5. Iob. XXXVIII, 4. Prov. III, 19. Jes. XLVIII, 13. LI, 13. 16. Zach. XII, 1. Am. IX, 6: אֲגֻדָּתוֹ עַל אֶרֶץ יְסָדָהּ *et fornicem eius super terram posuit.* Ps. XXIV, 2: עַל יַמִּים יְסָדָהּ *super maria fundavit eam* (terram).

2) *posuit* (struxit) acervum. 2 Par. XXXI, 7.

3) *sedem dedit*, locum assignavit alicui (cf. שׂוּם Ex. XXI, 13). Ps. CIV, 8: *ascendebant montes, descendebant valles* אֶל־מְקוֹם זֶה יָסַדְתָּ לָהֶם *in locum, quem iis assignasti.* Magis proprie de populo Jes. XXIII, 13: *en terram Chaldaeorum, ibi populus* qui (nuper) *non erat* אַשּׁוּר יְסָדָהּ לְצִיִּים *Assyria eam assignavit deserticolis*, Assyrii hanc sedem his deserticolis (Chaldaeis) assignaverunt (v. Comment. nostr. ad h. l.). Inde *constituit* aliquem ad aliquid agendum (jem. ansetzen, anstellen zu etwas) Hab. I, 12: לְהוֹכִיחַ יְסַדְתּוֹ *ad castigandum constituisti eum* (populum Chaldaeum) i. e. misisti, vocasti eum, parall. לְמִשְׁפָּט שַׂמְתּוֹ.

4) *posuit, constituit* leges (cf. hebr. שׂוּם Gen. XLVII, 26, שׂוּם דָּת, gr. νομοθέτης) Ps. CXIX, 152.

Niph. נוֹסַד 1) *consederunt* a) homines in aliqua terra. Ex. IX, 18: *in Aegypto* לְמִן הַיּוֹם הִוָּסְדָה וְעַד עָתָּה *ex quo consederant* Aegyptii in terra *usque ad hodiernum diem.* b) ad deliberandum et ad consilia capessenda, inde *consilia ceperunt inter se* Ps. II, 2. XXXI, 14, sq. עַל contra aliquem. (Vulgo auctore Venema ad h. l. et Michaële in Suppl. hunc usum ita illustrant, ut pr. sit *recumbere super pulvinari* وِسَادٌ, סוֹד a وسد supponere pulvinar: quod longius petitum est). — 2) *fundatum est* (templum) Jes. XLIV, 28.

Pi. יִסַּד 1) *posuit* lapidem fundamenti Jes. XXVIII, 16, *fundavit* aedificium Zach. IV, 9. Esr. III, 10, urbem Jes. XIV, 32. Jos. VI, 26: בִּבְכֹרוֹ יְיַסְּדֶנָּה *cum primogenito suo* i. e. cum iactura eius *ponet fundamenta eius* (בְּ est pretii). 1 Reg. XVI, 34. Accedit etiam alter accusativus materiae 1 Reg. V, 17 (31): לְיַסֵּד הַבַּיִת אַבְנֵי גָזִית *ad fundandam aedem lapidibus quadratis.* Translate Ps. VIII, 3: מִפִּי עוֹלְלִים וְיֹנְקִים יִסַּדְתָּ עֹז *fundasti* tibi *gloriam ex ore puerorum et lactentium.* Simili imagine Arabes gloriam aedificio firmo et munito comparare solent, qua de re apponere iuvat Munthinghii observationem ad h. l. „Ita Hariri [lege Hamâsa] apud Schultens. ad Iob. p. 388: يبنى المكارم ويعمرها *aedificat laudes easdemque inhabitat* .... et eodem modo Arabsiades in vit. Tim. 1, 524 Mang. وشيد له بين الخلق اشدّ بنيان واشدّ اساس *aedificat sibi inter homines firmissimum aedificium et firmissimum fundamentum* i. e. comparavit sibi magnam gloriam inter homines. Huic oppositum est: gloriae aedificium destruere. Hariri Cons. 33 [pag. 366 de Sacy]: وحادثات قرعت مروتي وقوضت مجدي وبنيته *et infortunia pulsarunt saxum meum durum ac destruxerunt gloriam meam eiusque aedificium* (substructionem). Arabsiad. I pag. 232: ان حكم القضاء بافساد بنيتي *si statuerit decretum* (divinum), *destruere structuram meam* i. e. gloriam meam". Cf. Safieddin Hellensis ed. Bernstein p. 19. De integro loco bene ita Moses Haccohen apud Kimchium: *ex ore infantium, qui, licet non loquantur ore ipsorum, tamen per se ipsos* praedicant *multitudinem beneficiorum tuorum, quod eos nutris et facis ut crescant corpora eorum.* Novissimas observationes vide apud de Wettium ad h. l.

2) *constituit* homines ad aliquid agendum 1 Par. IX, 22, it. *praecepit* (festsetzen). Esth. I, 8: כִּי כֵן יִסַּד הַמֶּלֶךְ עַל־כָּל־רַב בֵּיתוֹ לַעֲשׂוֹת *nam ita praeceperat rex omnibus oeconomis, ut facerent* cet.

Pu. יֻסַּד *fundatus est*, de columnis Cant. V, 15, de templo 1 Reg. VI, 37. Esr. III, 6. Hagg. II, 18. Zach. VIII, 9, sq. acc. materiae (v. Pi.) 1 Reg. VII, 10.

Hoph. i. q. Pu. Inf. הוּסַד subst. *fundatio* Esr. III, 11. 2 Par. III, 3. Part. מוּסָּד (cum Dag. more verborum פ״י, qui imitantur verba פ״ן) *fundatus.* Jes. XXVIII, 16: מוּסָד מוּסָּד *fundatio fundata* i. e. firma, cf. חֵפֶשׂ מְחֻפָּשׂ Ps. LXIV, 7, בָּשֵׁל מְבֻשָּׁל Ex. XII, 9.

יְסוֹד m. fundamentum, ut altaris Ex. XXIX, 12. Lev. IV, 6 sqq. V, 9. VIII, 15. IX, 9, aedificii 2 Par. XXIV, 27. Hab. III, 13. Iob. IV, 19. XXII, 16. Ps. CXXXVII, 7: עַד הַיְסוֹד בָּהּ. Ez. XIII, 14: וְנִגְלָה יְסֹדוֹ. Plur. יְסֹדִים Mich. I, 6, יְסוֹדוֹת Thren. IV, 11 fundamenta, et metaph. principes (cf. פִּנָּה, שָׁתוֹת) Ezech. XXX, 4. Opp. הָמוֹן.

סוֹד (pro יְסוֹד) 1) *consessus* (v. Niph. no. 1), ut a) colloquentium Jer. VI, 11: סוֹד בַּחוּרִים, XV, 17: *nunquam sedi* בְסוֹד מְשַׂחֲקִים *in consessu irrisorum*, it. populi Ez. XIII, 9, b) consilia agitantium Ps. LXIV, 3: סוֹד מְרֵעִים. CXI, 1. Gen. XLIX, 6. Ez. XIII, 9. c) consultantium. Ps. LXXXIX, 8: *Jehova* est *timendus* בְּסוֹד קְדֹשִׁים *in consessu sanctorum* i. e. angelorum. Iob. XV, 8: הַבְסוֹד אֱלוֹהַּ תִּשְׁמָע *num auscultasti in consessu Dei?* Jer. XXIII, 18. Inde 2) *colloquium familiare, familiaritas.* Ps. LV, 15: אֲשֶׁר יַחְדָּו נַמְתִּיק סוֹד *qui dulci colloquii familiaritate delectabamur.* Iob. XIX, 19: מְתֵי סוֹדִי *familiares mei.* סוֹד יְהוָה familiaritas Jovae est favor eius. Ps. XXV, 14: סוֹד יְהוָה לִירֵאָיו. Prov. III, 32: אֶת־יְשָׁרִים סוֹדוֹ *probis familiariter utitur*, iis favet (cf. גּוּר). Iob. XXIX, 4: בְּסוֹד אֱלוֹהַּ עֲלֵי אָהֳלִי *quum Dei amicitia super tentorio meo esset*, quum favor eius protegeret tentorium meum. — 3) *consultatio, consilium.* Prov. XV, 22: בְּאֵין סוֹד *sine deliberatione* (opp. בְּרֹב יוֹעֲצִים). Ps. LXXXIII, 4: עַל עַמְּךָ יַעֲרִימוּ סוֹד *contra populum tuum astute consilia capiunt.* — 4) *arcanum*, unde גִּלָּה, גָּלָה סוֹד arcanum evulgavit Prov. XI, 13. XX, 19. XXV, 9. Am. III, 7. (Ex usu Hebraeorum fluxerunt haec in linguis cognatis: سارّ clanculum in aurem locutus est, unde سواد colloquium familiare, consuetudo i. q. سرار Meidani prov. no. 449 ed. H. A. Schult. 3335 cod. Lips. v. Rosenm. ad Ps. XXV, 14; syr. ܣܘܕܐ colloquium, ܐܣܬܘܕ confabulatus est, sam. סוד cor, animus, a consilio). Inde

סוֹדִי (pro סוֹדְיָה familiaritas Dei) n. pr. viri Num. XXI, 10.

בְּסוֹדְיָה (in familiaritate Jovae) n. pr. viri Neh. III, 6.

יְסֹד m. *fundatio, fundamentum*, metaph. *principium*. Esr. VII, 9.

יְסוּדָה f. *fundatio, fundamentum* Ps. LXXXVII, 1.

מוֹסָד m. non nisi in pl. מוֹסְדוֹת Jer. LI, 26, cstr. מוֹסְדוֹת et מוֹסְדֵי 1) *fundamenta*, aedificii Jer. l. c., terrae Ps. LXXXII, 5. Prov. VIII, 29. Jes. XXIV, 18. Jer. XXXI, 37. Mich. VI, 2, orbis 2 Sam. XXII, 16. Ps. XVIII, 16, coeli 2 Sam. XXII, 8 (i. e. montes altissimi, quibus coelum superstructum videtur), montium Ps. XVIII, 8. Deut. XXXII, 22 (i. e. rupes subterraneae cf. Mich. l. c.). Jes. XL, 21: *nonne animum advertistis ad fundamenta terrae*, quomodo iacta sint i. e. ad terram fundatam. Quoniam diruto aedificio sola fundamenta supersunt (cf. Ps. CXXXVII, 7) 2) *ruinae, rudera*. Jes. LVIII, 12: מוֹסְדֵי דוֹר וָדוֹר *rudera plurium generationum*, quae per plures generationes diruta iacuerunt.

מוּסָד m. *fundatio* Jes. XXVIII, 16: מוּסָד מוּסָּד *fundatio fundata*, i. e. firma, vide rad. Ho.

מוּסָדָה f. 1) *fundamentum* Ez. XLI, 8 Keri, ubi Chethibh מיסדות. 2) *decretum* Dei. Jes. XXX, 32: מַטֵּה מוּסָדָה *virga a Deo iussa* i. e. missa cf. rad. Kal et Pi. no. 2.

מַסַּד (more verborum פֵּן) *fundamentum* 1 Reg. VII, 9.

יָסַף in Kal et Hiphil, quorum unum et alterum defectivum est, hoc modo: praet. יָסַף, raro הוֹסִיף 2 Reg. XX, 6. Ps. LXXI, 14. Eccl. I, 16. II, 9, inf. הוֹסִיף, imp. bis סְפוּ Jes. XXIX, 1. Jer. VII, 21 (quanquam hoc ad סָפָה referri potest, cf. סְפוֹת Jes. XXX, 1), fut. יוֹסִיף, apoc. יוֹסֵף, in Pausa תּוֹסַף Iob. XL, 32. תּוֹסְףְ Prov. XXX, 6, aliquoties vitio orthographico יֹאסֵף Ex. V, 7. 1 Sam. XVIII, 29 (ut contra יֹסֵף, יֹסֵף ab אָסַף q. v.), cum Vav וַיֹּסֶף part. יוֹסֵף pro יוֹסִף (Jes. XXIX, 14. XXXVIII, 5, quanquam alii hoc ad 3 fut. referunt), pl. יוֹסְפִים Deut. V, 22, מוֹסִיף Neh. XIII, 18,

1) *addidit*. (Syr. et chald. in Aph. אוֹסֵף, ܐܘܣܦ. Sam. יזף et Aph. אוזף, הוזף, rarius per ס. Origo est in radendo, corradendo, cf. vic. סָפָה et סוּף, quod quidem posterius magis ad auferendi potestatem refertur). Sq. acc. rei additae et עַל eius, cui additur. Lev. V, 16: וְאֶת חֲמִישִׁתוֹ יוֹסֵף עָלָיו *et quintam partem ei addat*. Lev. XXII, 14. XXVII, 13 sqq. Deut. XIX, 9. Ps. LXI, 7. Jes. XXXVIII, 5. Jer. VII, 21. XLV, 3, sq. אֶל 2 Sam. XXIV, 3. Saepe autem omittitur accusativus rei addendae Deut. XIII, 1: לֹא־תֹסֵף עָלָיו וְלֹא תִגְרַע מִמֶּנּוּ *neque addito neque inde detrahito* (quidquam) IV, 2. Prov. XXX, 6: אַל תּוֹסְףְ עַל דְּבָרָיו *ne addas* quidquam *verbis eius*. Eccl. III, 14.

Hinc 2) *auxit* aliquid, pr. *addidit* (aliquid) *ad —*, cf. gall. *ajouter à* et lat. *detrahere* (aliquid) *de* pro *minuere*. Sq. עַל Ps. LXXI, 14: וְהוֹסַפְתִּי עַל־כָּל־תְּהִלָּתֶךָ *augebo omnes laudes tuas*. CXV, 14: יֹסֵף יְיָ עֲלֵיכֶם *augeat vos Jova!* Esr. X, 10: לְהוֹסִיף עַל אַשְׁמַת יִשְׂרָאֵל *ad augendam culpam Israëlis*. 1 Reg. XII, 11; sq. אֶל Ez. XXIII, 14: וַתּוֹסֶף אֶל תַּזְנוּתֶיהָ *augebat scortationes suas*, sq. לְ Jes. XXVI, 15: יָסַפְתָּ לַגּוֹי *auxisti populum*, sq. acc. Lev. XIX, 25: לְהוֹסִיף לָכֶם תְּבוּאָתוֹ *ad augendum vobis proventum eius*. Prov. I, 5: *audit sapiens* וְיוֹסֶף לֶקַח *et auget scientiam* suam. Iob. XVII, 9: *qui puris manibus est* יֹסִיף אֹמֶץ *auget robur* suum. Jes. XXIX, 19: וְיָסְפוּ עֲנָוִים בַּיהוָה שִׂמְחָה *miseri augent gaudium* suum *de Jova* i. e. crescunt, invalescunt fiducia in Deum ponenda. 2 Reg. XIX, 30: וְיָסְפָה פְּלֵיטַת בֵּית יְהוּדָה — שֹׁרֶשׁ לְמָטָּה *et reliquiae domus Judae augebunt radices suas infra* i. e. altas radices agent. Iob. XLII, 10: וַיֹּסֶף יְהוָה אֶת־כָּל־אֲשֶׁר לְאִיּוֹב לְמִשְׁנֶה *et Jehova duplo auxit omnia, quae Jobo fuerunt*. Eccl. I, 18. Prov. IX, 9. XVI, 21. XIX, 4. 19. Impers. Prov. IX, 11: *per me* יוֹסִיפוּ לְּךָ שְׁנוֹת חַיִּים *augent tibi annos vitae* i. e. augentur (cf. de hoc usu impersonali activi Gramm. §. 134 not.).

Augere alicui aliquid, passim est i. q. *largius dare*. Ps. CXX, 3: מַה־יִּתֵּן לְךָ וּמַה־יֹּסִיף לָךְ לָשׁוֹן רְמִיָּה *quid dat tibi, quidve tibi auget lingua dolosa?* cf. Lev. XXVI, 21: וְיָסַפְתִּי עֲלֵיכֶם מַכָּה *augebo super vos plagas* i. e. largius vobis immittam. Ez. V, 16. Alibi *augere* est i. q. *superare*. 2 Par. IX, 6: יָסַפְתָּ עַל הַשְּׁמוּעָה *superasti famam*, pro quo plenius 1 Reg. X, 7: הוֹסַפְתָּ חָכְמָה וָטוֹב אֶל הַשְּׁמוּעָה *superasti famam sapientia et opibus*. Eccl. I, 16. II, 9.

3) *addidit aliquid facere*, sq. infinitivo vel nudo (Gen. IV, 12. XXXVII, 5) vel cum לְ praefixo (v. exempla infra laudanda), nec non sq. verbo finito sive praemissa copula (Gen. XXV, 1. Iud. XI, 14) sive ἀσυνδέτως (Hos. I, 6: לֹא אוֹסִיף אֲרַחֵם. Jes. LII, 1. Prov. XXIII, 35, aliter Jes. XLVII, 1. 5, vide infra) est: a) *iterum fecit* et lat. exprimitur adv. *iterum, rursus*. Gen. IV, 2: וַתֹּסֶף לָלֶדֶת אֶת־אָחִיו אֶת־הָבֶל *et iterum peperit*, et *fratrem* quidem *eius Abelem*. XXV, 1: וַיֹּסֶף אַבְרָהָם וַיִּקַּח אִשָּׁה *et Abrahamus iterum duxit uxorem*. XVIII, 29: וַיֹּסֶף עוֹד לְדַבֵּר אֵלָיו. VIII, 10. 12. Ex. X, 28. 29. XIV, 13. Num. XXII, 25. Iud. VIII, 28. IX, 37. 1 Sam. VII, 13. XV, 35. 2 Reg. VI, 23. Jon. II, 5. Iob. XXVII, 1. XXIX, 1. Ps. XLI, 9: לֹא יוֹסִיף לָקוּם *non surget rursus*. Jes. XXIV, 20. b) *perrexit aliquid facere* i. e. *porro, amplius fecit*. Gen. IV, 12: לֹא תֹסֵף תֵּת כֹּחָהּ לָךְ *non amplius tibi praebebit vim suam*. VIII, 12: לֹא יָסְפָה שׁוּב אֵלָיו. Num. XXXII, 15: וְיָסַף עוֹד לְהַנִּיחוֹ בַּמִּדְבָּר *cumque porro remanere iubebit in deserto*. Gen. XXXVIII, 26. Levit. XXVI, 18. Jos. VII, 12. Iud. II, 21. X, 13. 1 Sam. XV, 35. XIX, 8. XXVII, 4. 2 Sam. II, 28. VII, 10. Jes. XLVII, 1: לֹא תוֹסִיפִי יִקְרְאוּ לָךְ רַכָּה *non perges appellari tenera* pro לֹא תוֹסִיפִי לְהִקָּרֵא, sed illud praeferebat scriptor Hebraeus, quum קָרָא appellandi significatu cum dativo magis frequentaretur, cf. Gramm. hebr. §. 139, 3, b. c) *magis, vehementius fecit* (ab augendi potestate). Gen. XXXVII, 5: וַיּוֹסִפוּ עוֹד שְׂנֹא אֹתוֹ *et vehementius etiam oderunt eum* Comm. 8. 1 Sam. XVIII, 29. 2 Sam.

III, 34. Saepe autem in id genus exemplis insuper additum est עוֹד, quod modo *iterum* (litt. a), modo *amplius* (litt. b), modo *magis etiam* (litt. c) reddendum est. — Nonnunquam quae vel iteranda vel continuanda est sive actio sive conditio (Zustand) omissa est et ex superioribus repetenda. Iob. XX, 9: עַיִן שְׁזָפַתּוּ וְלֹא תוֹסִיף *vidit eum oculus, neque tamen perget* sq. לְשׁוּרֵ i. e. non amplius videbit. XXXIV, 32: אִם עָוֶל פָּעַלְתִּי לֹא אוֹסִיף *si peccavi, non pergam* sc. in peccando. XXXVIII, 11. XL, 5. 32. Ex. XI, 6: *talis* (clamor) *nec unquam antea fuit*, וְכָמֹהוּ לֹא־תֹסִף sc. לִהְיוֹת *neque postea est futurus.* Joel II, 2. Deut. V, 19. XXV, 3. Ex his lucebant verba Num. XI, 25, in quibus haerere non debebant Dathius, Vaterus al.: *et quum spiritus in eos se demitteret, vaticinati sunt*, וְלֹא יָסָפוּ sc. לְהִתְנַבֵּא *sed* (ex hoc die) *nunquam amplius*, ut bene Alex. καὶ οὐκ ἔτι προσέθεντο. (Ad rem vide 1 Sam. X, 10. Act. II, 10. XIX, 6). Eodem pertinet formula: כֹּה יַעֲשֶׂה אֱלֹהִים וְכֹה יוֹסִיף *ita faciat Deus et ita pergat* sc. facere 1 Sam. III, 17. XIV, 44. — Aliud ellipseos genus est in his Jes. XI, 11: יוֹסִיף אֲדֹנָי שֵׁנִית (לִשְׁלֹחַ) יָדוֹ *iterum Dominus extendet manum suam.*

Niph. נוֹסַף 1) *additus est*, sq. עַל Num. XXXVI, 3. 4, reflex. *adiunxit se* Ex. I, 10. 2) *auctus est, crevit*, sc. opibus. Prov. XI, 24. Part. נוֹסָפוֹת Jes. XV, 9 *accessiones, additamenta*, sc. calamitatum, hinc novae calamitates.

יְסַף chald. in Kal inusit.

Hoph. (more Hebraeorum) הוּסַף *additus est* Dan. IV, 33.

יוֹסֵף, semel יְהוֹסֵף Ps. LXXXI, 6 (ellipt. pro יוֹסִפְיָה q. v. *quem* Deus *augeat* sc. prole, posteris, cf. *Augustus* ab augendo; duplici modo ad etymon alluditur Gen. XXX, 23. 24, primum quasi sit pro אֹסֵף *aufert*, dein his verbis יֹסֵף יְהוָה לִי בֵּן אַחֵר, quae ratio firmatur forma יְהוֹסֵף) *Josephus* n. pr. quod gessit 1) filius Jacobi undecimus, quem ex Rahela susceperat, patri carissimus (Gen. XXXVII, 3), a fratribus venditus et a mercatoribus Ismaëliticis in Aegyptum transportatus, ubi a Pharaone ad summum magistratum evectus de rege atque de incolis variis modis meruit. Quae Gen. XXXVII — L de eo accuratius narrantur, pro Graecorum Romanorumque in his rebus levitate satis ad fidem historiae refert Iustin. 36, 2: „Minimus aetate inter fratres *Joseph* fuit: cuius excellens ingenium veriti fratres clam interceptum peregrinis mercatoribus vendiderunt. A quibus deportatus in Aegyptum, quum magicas ibi artes sollerti ingenio percepisset, brevi ipsi regi percarus fuit. Nam et prodigiorum sagacissimus erat et somniorum primus intelligentiam condidit nihilque divini iuris humanique ei incognitum videbatur; adeo ut etiam sterilitatem agrorum ante multos annos providerit: periissetque omnis Aegyptus fame, nisi monitu eius rex edicto servari per multos annos fruges iussisset: tantaque experimenta eius fuerunt, ut non ab homine sed a Deo responsa dari viderentur. Filius eius (!) Moses fuit cet." Quum duo eius filii, Ephraimus et Manasses, a Jacobo avo adoptati (Gen. XLVIII), pariter atque ipsi Jacobi filii, tribuum Israeliticarum auctores fierent, מַטֵּה יוֹסֵף, בְּנֵי יוֹסֵף, יוֹסֵף (Num. XIII, 11) et בֵּית יוֹסֵף dicitur etiam: a) de duabus his tribubus Num. XXVI, 28—37. XXXIV, 23. 24. XXXVI, 1. 5. Deut. XXVII, 12. XXXIII, 13. 16. Jos. XIV, 4. XVII, 14. 16. XVIII, 5. Jud. I, 23. 35. 2 Sam. XIX, 21. 1 Reg. XI, 28. (Num. XIII, 12 per appositionem dicta sunt: *de tribu Josephi, de tribu Manassis* cf. Comm. 9, ubi separatim memoratur: *de tribu Ephraimi*). b) de regno decem tribuum, quarum princeps erat Ephraimitica i. q. אֶפְרַיִם no. 2, maxime poët. Ps. LXXVIII, 67. Ezech. XLVII, 16. 19. Am. V, 6. Obad. 18. Zach. X, 6. (Ps. LXXVII, 16 *filii Jacobi et Josephi* de omnibus Israëlitis). c) i. q. יִשְׂרָאֵל de universo populo Israëlitico Ps. LXXX, 2. LXXXI, 6. Am. V, 15. VI, 6.

2) complures alii viri a) 1 Par. XXV, 2. 9. b) Neh. XII, 14. c) Esr. X, 42.

יוֹסִפְיָה (quem Jova augeat) n. pr. viri Esr. VIII, 10.

יָסַר raro in Kal, fut. אֶסֳּרֵם Hos. X, 10, part. יֹסֵר Prov. IX, 7. Ps. XCIV, 10, praeterea

Pi. יִסַּר fut. יְיַסֵּר, inf. etiam יַסְּרָה Lev. XXVI, 18, יַסּוֹר Ps. CXVIII, 18 *castigavit* verberibus, plagis Deut. XXII, 18. 1 Reg. XII, 11. 14: אָבִי יִסַּר אֶתְכֶם בַּשּׁוֹטִים *pater meus flagellis vos castigavit;* maxime de pueris, qui a parentibus castigantur Prov. XIX, 18. XXIX, 17, de hominibus, qui a Deo Lev. XXVI, 18. 28. Ps. VI, 2. XXXVIII, 2. XXXIX, 12. CXVIII, 18. Jer. II, 19. X, 24. (Aeth. ገሠጸ: castigavit, reprehendit, erudivit; palatina י mutata in duriorem ገ).

2) *castigavit* verbis (Cic. Tusc. 3, 27), ad aliquem corrigendum, emendandum, inde a) *monuit, hortatus est* Prov. IX, 7: יֹסֵר לֵץ *qui castigat irrisorem.* Iob. IV, 3 (cf. Hos. VII, 15). Ps. XVI, 7: אַף־לֵילוֹת יִסְּרוּנִי כִלְיוֹתָי *etiam noctu hortantur me renes mei*, ad deum celebrandum. Sq. מִן *dehortatus est ab* aliqua re. Jes. VIII, 11: וְיִסְּרֵנִי מִלֶּכֶת בְּדֶרֶךְ הָעָם הַזֶּה *et* (quum) *hortaretur me, ne ambularem in via huius populi.* Saepe de disciplina, quam parentes liberis Deut. XXI, 18, quam Deus hominibus adhibet Deut. IV, 36. VIII, 5. Ps. XCIV, 12. — b) *erudiit, instituit.* Jes. XXVIII, 26: יִסְּרוֹ לַמִּשְׁפָּט אֱלֹהָיו יוֹרֶנּוּ *instituit eum secundum legem, edocuit eum deus eius.* Sq. dupl. acc. Prov. XXXI, 1: מַשָּׂא אֲשֶׁר יִסְּרַתּוּ אִמּוֹ *sententiae, quas eum docuerat mater.* — Saepe copulatur cum synonymo הוֹכִיחַ, quod a verbo nostro ita differt, ut illud proficiscatur a mitiore disciplina, quae in admonitione cernitur et redargutione, et transferatur ad severiorem, quae verberando et puniendo exercetur, hoc contra proprie de severiore usurpatum ad mitiorem translatum sit. Prioris generis est gr. παιδεύειν, nostr. *züchtigen* (a Zucht, ziehen, erziehen), posterioris hebr. לִמֵּד — LXX. paene constanter παιδεύω.

Hiph. i. q. Kal et Pi. Semel legitur אַיְסִירֵם Hos. VII, 12.

Niph. נוֹסַר *castigatus*, *admonitus est*, *disciplinam admisit*. Ps. II, 10: הִוָּסְרוּ שֹׁפְטֵי אָרֶץ *disciplinam admittite, principes terrae.* Jer. VI, 8. Jer. XXXI, 18. Sq. בְּ rei, qua aliquis ad meliorem frugem revocatur Levit. XXVI, 23: וְאִם בְּאֵלֶּה לֹא תִוָּסְרוּ לִי. Prov. XXIX, 19.

Nithpa. (Lgb. 249) נִוַּסְּרוּ pro נִתְיַסְּרוּ *crudiri*, ad meliorem frugem revocari. Ez. XXIII, 48. Ceterum salva esset vulgaris analogia, si aliis vocalibus scriberetur נוֹסְרוּ.

יִסּוֹר m. *castigator*, *reprehensor*, subst. verbale formae גִּבּוֹר, שִׁכּוֹר. Iob. XL, 2 (XXXIX, 32): הֲרֹב עִם־שַׁדַּי יִסּוֹר *an litigando* litigabit *cum Omnipotente castigator* Dei? רֹב est inf. absol. a rad. ריב pro verbo finito (cf. Iud. XI, 25: הֲרוֹב רָב עִם יִשְׂרָאֵל, ubi verbum finitum additum est) in altero hemistichio τῷ יִסּוֹר respondet מוֹכִיחַ אֱלוֹהַּ, cf. יֹסֵר et מוֹכִיחַ Prov. IX, 7. In singulis huius commatis verbis dudum verum viderant unus et alter interpres (vide de יִסּוֹר Iunium et Tremell., de forma רֹב Aben Esram et Kimchium): totam sententiam qui recte intellexerit, ex prioribus (quorum aliis יִסּוֹר est 3 fut. Kal, aliis, ut Aben Esrae et Kimchio, inf. Pi. i. q. יַסּוֹר) inveni neminem, v. Schult. qui undecim loci interpretationes recenset, quarum nulla satisfacit. Quam supra dedi interpretationem iam in editione prima (1810) propositam probatam video ab Umbreitio, Winero, de Wettio, neglectam a Rosenmüllero.

מוּסָר m. 1) *castigatio*, ut puerorum a parentibus. Prov. XXII, 15: שֵׁבֶט מוּסָר baculus castigationis. XXIII, 13: אַל תִּמְנַע מִנַּעַר מוּסָר *ne cohibe a puero castigationem.* VI, 23: תּוֹכְחוֹת מוּסָר; hominum a Deo. Iob. V, 17: מוּסַר שַׁדַּי אַל תִּמְאָס *castigationem Omnipotentis ne spernas.* Prov. III, 11. Deut. XI, 2. Jer. XXX, 14: מוּסַר אַכְזָרִי *castigatio dura.* Jes. XXVI, 16. Hos. V, 2: אֲנִי מוּסָר לְכֻלָּם *ego castigatio* sum *omnibus iis* i. e. poenas iis omnibus annuncio. Prov. XV, 10. — Dubiae interpretationis est Iob. XII, 18: מוּסַר מְלָכִים פִּתֵּחַ וַיֶּאְסֹר אֵזוֹר בְּמָתְנֵיהֶם quod plurimi reddunt: *disciplinam* i. e. auctoritatem, imperium *regum solvit illigatque funem lumbis eorum.* Quanquam hoc ferri potest, durior tamen est locutio: *solvere disciplinam* i. e. adimere potestatem, et non male Vulg. Chald. Aben Esra, R. Levi al. מוּסָר eadem significatione accipiunt, quam habet מוֹסֵר *vinculum* (nisi ita legendum est), h. l. *cingulum* (cf. ܐܶܣܳܪܳܐ cingulum). Vulg. *balteum regum dissolvit, et praecingit fune renes eorum.* Chald. catenam regum (i. e. catenam quibus reges vinciunt) solvit. Quicquid statues, notanda est paronomasia in מוּסַר, וַיֶּאְסֹר, אֵזוֹר. — 2) *disciplina*, quae in admonendo, increpando, reprehendendo cernitur, max. qualem parentes liberis adhibent, Deus hominibus. Prov. I, 8: שְׁמַע בְּנִי מוּסַר אָבִיךָ. IV, 1. V, 12. VIII, 33. XII, 1. XIII, 18. XV, 5. 32. XIX, 20. 27. XXIII, 12. — Jer. II, 30: מוּסָר לֹא לָקָחוּ *disciplinam* (Dei) *non admittunt.* V, 3. VII, 28. XVII, 23. Ps. L, 17. Iob. XXXVI, 10. Etiam de reprehensione et vituperatione aliorum hominum Iob. XX, 3: מוּסַר כְּלִמָּתִי אֶשְׁמָע. De *exemplo*, quo alii admonentur (Warnungsbeyspiel) Ez. V, 15 cf. verbum XXIII, 48. — 3) *institutio, doctrina*, quo significatu saepe copulatur cum דַּעַת, חָכְמָה. Prov. I, 2. IV, 13. XXIII, 23. LXX. plurimis locis παιδεία.

מֹסֵר i. q. מוּסָר no. 2. Iob. XXXIII, 16.

מוֹסֵר m. *vinculum*, v. rad. אָסַר.

יָסַת, unde nonnulli ducunt הֵסִית, v. סות.

יָעַד fut. יִיעַד 1) *indicavit*, *definivit* alicui, sq. לְ, maxime locum, quo veniat Jer. XLVII, 7 (wohin bescheiden, bestellen), tempus conveniendi 2 Sam. XX, 5: מוֹעֵד אֲשֶׁר יְעָדוֹ, item poenam definivit, minatus est Mich. VI, 9. — 2) uxorem, tori sociam definivit, *desponsavit* alicui, sq. acc. et לְ Ex. XXI, 8. 9. (Arab. وعد significavit, praedixit, promisit alicui, pec. aliquid boni, rarius mali, v. Cor. 2, 271. Conj. III. ut hebr. dixit constituitque tempus aut locum. Cor. 2, 48. 235. Syr. ܘܥܰܕ locum definivit Mt. XXVIII, 16, Ethp. ܐܶܬܘܥܶܕ convenire, congregari in loco Barhebr. p. 230 lin. 5, p. 238 lin. 10. Origo est in *iubendo*, et vicina sunt יָעַץ, وعظ, יָעַז, ubi vide).

Niph. נוֹעַד *loco condicto stitit se* alicui, *convenit* cum eo, sq. לְ. Exod. XXV, 22 de Jova: וְנוֹעַדְתִּי לְךָ שָׁם *ibi tecum* (cum Mose) *conveniam.* XXIX, 42. 43. XXX, 6. 36. Num. XVII, 19, sq. אֶל X, 4. — 2) recipr. *convenerunt tempore locoque constitutis.* Neh. VI, 2: נִוָּעֲדָה יַחְדָּו בַּכְּפִירִים *conveniamus inter nos in Kephirim* Comm. 10: נִוָּעֵד אֶל בֵּית הָאֱלֹהִים *conveniamus in templum.* Iob. II, 11: וַיִּוָּעֲדוּ יַחְדָּו לָבוֹא *et convenerunt inter se* de tempore et loco *ad eundum* cet. Am. III, 3. (Arab. Conj. VI. id. sq. إلى ut Neh. VI, 10. Vit. Tim. 1, 40: تواعدوا إلى مكان locumque sibi invicem designarunt, sie bestellten sich nach einem Orte). — Hinc 3) universe: *convenerunt.* Jos. XI, 5. 1 Reg. VIII, 5. 2 Par. V, 6 (sq. עַל apud aliq.). Ps. XLVIII, 5, sq. עַל contra aliq. de coniuratis Num. XIV, 35. XVI, 11. XXVII, 3.

Hiph. הוֹעִיד i. q. Kal no. 1. spec. sensu forensi *diem dixit* alicui, *in ius vocavit* aliquem, sq. acc. Iob. IX, 19: מִי יוֹעִידֵנִי *quis diem mihi dicet?* Jer. XLIX, 19. L, 44.

Hoph. 1) *constitutus*, *collocatus est*, iusto tempore locoque. Jer. XXIV, 1: *et ecce! duae corbes ficuum* מוּעָדִים לִפְנֵי הֵיכַל יי *collocatae erant coram templo Jovae.* — 2) *conversa est* (facies) Ez. XXI, 21.

יֶעְדּוֹ 2 Par. IX, 29 in Keri (in Chethibh est יֶעְדִּי) n. pr. prophetae, qui alibi עִדּוֹ appellatur, q. v.

עֵדָה (pro יְעָדָה) cstr. עֲדַת *conventus*, *coetus*, spec. 1) *concio*, *coetus* populi Israelitici, עֲדַת יִשְׂרָאֵל Ex. XII, 3. 6. 47. Lev. IV, 13. Num. XXXII, 4, saepius עֲדַת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל Exod. XVI, 1. 2. 9. 10. XVII, 1. XXXV, 4.

20. Levit. XVI, 5. XIX, 2. Num. I, 2. 53. VIII, 9. 20. XIII, 26. XIV, 5. 7. XV, 25. 26. XXV, 6 al. et simpl. הָעֵדָה Lev. IV, 15. VIII, 3. 4. 5. IX, 5. X, 6. XXIV, 14. 16. Num. XIII, 26. XIV, 1. 2. 35. XV, 24. 33. XVI, 3 sqq. XVII, 3 sqq., unde נְשִׂיאֵי הָעֵדָה principes populi Ex. XVI, 22. Num. IV, 34. XXXII, 2. Jos. III, 15. XXII, 30, זִקְנֵי הָעֵדָה Lev. IV, 15. Iud. XXI, 16, עֲדַת יְהוָה id. Num. XXVII, 17. XXXI, 16. Jos. XXII, 16, cf. Ps. LXXIV, 2: זְכֹר עֲדָתְךָ קָנִיתָ *memor sis populi tui, quem acquisivisti.* Sed עֲדַת אֵל Ps. LXXXII, 1 est *concilium* (angelorum) *a Deo convocatum.* — 2) *coetus domesticus*, familia. Iob. XVI, 7: הֲשִׁמּוֹתָ כָּל־עֲדָתִי (ubi LXX. Syr. legunt עֲדָתִי). XV, 34. — 3) *quaevis multitudo congregata.* Ps. I, 5: עֲדַת צַדִּיקִים. VII, 8: עֲדַת לְאֻמִּים, saepius in malam partem: *agmen, turba.* LXXXVI, 14: עֲדַת עָרִיצִים. XXII, 17: עֲדַת מְרֵעִים, et ita עֲדַת קֹרַח turba Korachi, cum K. coniurata Num. XVI, 5. 11. XVII, 5. XXVI, 9. XXVII, 3. — 4) de bestiis Ps. LXVIII, 31: עֲדַת אַבִּירִים *turba taurorum*, et Iud. XIV, 8: עֲדַת דְּבוֹרִים *examen apum.* LXX fere semper: *συναγωγή.* (Syr. ܥܺܕܬܳܐ coetus, synagoga, ecclesia, ܥܺܕܬܳܢܳܝܳܐ ecclesiasticus).

מוֹעֵד plur. מוֹעֲדִים et מוֹעֲדוֹת 2 Par. VIII, 13 1) a) *conventus.* Iob. XXX, 23: בֵּית מוֹעֵד לְכָל־חָי *locus conventus omnium vivorum*, de orco. Num. XVI, 2: קְרִיאֵי מוֹעֵד *ad conventum*, concionem *vocati*, alibi קְרִיאֵי הָעֵדָה. Zeph. III, 18. Jes. XXXIII, 20: *Zion* קִרְיַת מוֹעֲדֵנוּ *urbs conventus nostri*, quo Israël confluit. Thren. I, 15: קָרָא עָלַי מוֹעֵד *convocavit contra me agmen*, turbam hostilem. (Al. indixit contra me diem festum, minus bene). — אֹהֶל מוֹעֵד *tentorium conventus* sexcenties dicitur de tabernaculo sacro Hebraeorum a Mose usque ad Davidem Ex. XXVII, 21. XXVIII, 43. XXIX, 4 sqq. XXX, 16. 18. 26. XXXI, 7. XL, 6 sqq. Lev. I, 1. 3. IV, 4 sqq. et saepe in hoc libro et in Numeris Jos. XVIII, 1. XIX, 51. 1 Sam. II, 22. 1 Reg. VIII, 4. 1 Par. VI, 17, vel quia Deus ibi cum Mose convenerat (Exod. XXV, 22. Num. XVII, 19) vel a populo ante hoc tentorium congregato. Utrumque coniungit Kimchius: וכן נקרא אהל מועד לפי שהיו ישראל נועדים ונקבצים שם. ועוד לפי שנועד שם עם משה כמו שאמר וְנוֹעַדְתִּי לְךָ שָׁם. LXX interpretes, qui reddebant: *σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου* et Vulg. *tabernaculum testimonii*, haud dubie מוֹעֵד idem valere putabant atque עֵדוּת *μαρτύριον* testimonium, quum etiam dicatur אֹהֶל עֵדוּת (tabernaculum legis. LXX *σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου*) Num. IX, 15. XVII, 22. 23. XVIII, 2. Quod Luth. habet: *Stiftshutten* (in editt. rec. Stiftshütte) in eo secutus est Vulgatum interpretem, qui multis locis vertit: *tabernaculum foederis* (i. e. legis, quam potestatem habet עֵדוּת), *Stift* enim est vc. obsoletum pro *Bund* (foedus). Chald. et Syr. מַשְׁכַּן זִמְנָא, ܡܰܫܟܰܢ ܙܰܒܢܳܐ quod reddendum est: *tabernaculum festi:* ita etiam Arabs Jos. XVIII, 1 قبّة الزمان, sed Saad. خبا المحضر tabernaculum conventus. — Diu quaesitum est, quid sit הַר מוֹעֵד בְּיַרְכְּתֵי צָפוֹן *mons conventus in extremis septentrionibus*, qui in oratione regis Babyloniae commemoratur Jes. XIV, 13. Plurimi *Zionem* vel *Moriam* montem, utpote *in boreali* Hierosolymorum *parte* situm, intelligebant: male quidem quum Zionem ab austro potius Hierosolymorum fuisse constet. Cui accedit quod orationis series talem flagitat sedem divinam, qualem Babylonii, non qualem Hebraei statuebant. Intelligendus igitur *mons sacer* q. d. Olympus populorum orientalium, ab Indis *Meru*, a Persis البرج, البرز *el-bordsch* (cf. *πύργος* nostr. *Burg*, *Berg*) dictus, quem in septentrionalibus terrae regionibus sub ipso polo arctico situm atque *deorum beatorumque sedem* esse comminiscebantur (v. Asiatic Researches VI p. 488. VIII p. 350 sq. Hyde de rel. Persarum p. 102. Zend-Avesta, Jescht 89, Carde 4. 7. 12. Vendidad, Farg. 21. Bundehesch 5. 7. 8. 12. 13, et quae disputavimus in Comment. ad Jes. T. II p. 316 sqq.). b) *locus ad conveniendum constitutus s. condictus* (arab. مَوْعِد locus condictus, tempus condictum). 1 Sam. XX, 35: לְמוֹעֵד דָּוִד *ad locum Davidi dictum* (cf. V. 19). Jos. VIII, 14: לַמּוֹעֵד לִפְנֵי הָעֲרָבָה *in locum condictum ante desertum.* — מוֹעֵד אֱלֹהִים locus conventus Dei Thren. II, 6 dicitur de templo, pl. מוֹעֲדֵי יְהוָה Ps. LXXIV, 4 de locis sacris, porticibus templi. Sed ampliore significatu Comm. 8: כָּל־מוֹעֲדֵי אֵל בָּאָרֶץ *omnia loca sacra in terra* sunt loca sacra extra Hierosolyma, ut Rama, Bethel, Gilgal, excelsis (בָּמוֹת) prophetarumque coloniis insignia, de quibus uberius disputavimus in praef. ad Grambergii librum: Religionsideen des A. T. I. p. XIV. sqq. Alii, qui hunc psalmum temporibus Maccabaeorum tribuunt, *synagogas* intelligunt: alii *templi porticus*, quibus obstat בָּאָרֶץ.

2) *constitutio temporis.* 2 Sam. XXIV, 15: עֵת מוֹעֵד *tempus constitutum.* 1 Sam. XIII, 11: מוֹעֵד הַיָּמִים *constitutio temporis* i. e. tempus constitutum. (Cf. יוֹם מוֹעֵד sub litt. b). Inde ipsum *tempus constitutum* a) de *temporis momento* (Zeitpunct). 1 Sam. XIII, 8: לַמּוֹעֵד אֲשֶׁר (יָעַד) שְׁמוּאֵל *tempore quod* condixerat *Samuel* (ubi plures libri post אֲשֶׁר exhibent אָמַר; quo quidem haud scio an carere possit, qui ex מוֹעֵד suppleat יָעַד cf. 2 Sam. XX, 5). Gen. XVII, 21: לַמּוֹעֵד הַזֶּה בַּשָּׁנָה הָאַחֶרֶת *hoc tempore anno sequenti.* XVIII, 14. XXI, 2. 2 Reg. IV, 16. 17. Jer. VIII, 7: *ciconia* יָדְעָה מוֹעֲדֶיהָ *novit tempora sua*, quibus in alias terras sibi migrandum est. Deut. XVI, 6: מוֹעֵד צֵאתְךָ מִמִּצְרָיִם *tempus exitus tui ex Aegypto.* XXXI, 10. — Hab. II, 3: חָזוֹן לַמּוֹעֵד *visio* pertinet *ad tempus* (paullo remotius). Dan. VIII, 19. XI, 27. 35. Ps. LXXV, 3. CII, 14. — Spec. est b) *dies festus* Thren. I, 4. II, 6, plene יוֹם מוֹעֵד Hos. IX, 5. XII, 10. מוֹעֲדֵי יְהוָה festa Jovae Levit. XXIII, 2. 4. 37. Plur. מוֹעֲדוֹת 2 Paralip. VIII, 13. Meton. *victima festiva* 2 Par. XXX, 22 (cf. חַג no. 2). — c) de *temporis spatio*, eoque statuto i. q. זְמַן Gen. I, 14. Poët. de

anno Dan. XII, 7, ut יָמִים no. 3, et chald. עִדָּן Dan. VII, 25.

3) *signum, de quo conventum est* Iud. XX, 38. — Aliud מוֹעֵד Iob. XII, 5 est a rad. מָעַד ubi vide.

מוֹעָד m. *coetus, agmen* militum, i. q. מוֹעֵד Thren. I, 15. Semel legitur Jes. XIV, 31: וְאֵין בּוֹדֵד בְּמוֹעָדָיו *neque est solitarius in agminibus eius* sc. hostis (qui in antecedentibus non nominatur quidem, sed significatur cf. VIII, 21. XIII, 2. XXIII, 1. Ps. XVIII, 15) i. e. omnes confertis agminibus incedunt coll. V, 26. 27. Saad. ليس من مستعدّيه منفرد *non erit in pugnatoribus eius segregatus.* Vulg. מוֹעָדָיו reddit *agmen eius.* Qui nuper asperius in hanc interpretationem invectus est Böttcherus (in Wineri Zeitschrift II p. 92 sqq.), praeter alia facile diluenda מוֹעָד de agmine militari dici posse negat, quia מועד nonnisi eiusmodi coetum significare possit, de cuius tempore et loco conventum sit: praeter rem, quum usus vc. מועד etiam latius pateat (v. Iob. XXX, 23), in *agmina* autem *militaria*, quippe quae tempore locoque a duce constituto quotidie congregentur, illud ipsum cadat, quod B. desiderat. Ipse hanc commendat interpretationem: *nec est solitarius in stationibus suis*, i. e. nemo Philistaeorum prae pavore audet solitarius manere in statione sua: sed מועדים esse militum stationes s. locos ad hostes vel observandos vel oppugnandos constitutos (i. q. מַצָּב) sola coniectura nititur, quum contra de *agminis* significatu aliunde constet. Accedit quod parallelismus quarto commatis membro pariter atque tertio de hostibus cogitare iubet, non de Philistaea, de qua primo et secundo membro actum fuerat.

מוֹעֲדָה, forma spuria, quam recepit Simonis laudato pl. מוֹעֲדוֹת 2 Par. VIII, 13; sed ibi est מוֹעֲדוֹת a מוֹעֵד.

מוּעָדָה f. *constitutio loci.* Semel legitur de urbibus asyli Jos. XX, 9: עָרֵי הַמּוּעָדָה לְכֹל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *hae fuerunt urbes constitutae omnibus Israëlitis* ...... *ad fugiendum illuc* cet. Ita LXX. Vulg. Arabs, sed Syrus ערי המועדה reddit: ܩܘܪܝܐ ܕܡܥܘܕܬܐ ܕܡܓܘܢܐ ܘܕܡܥܘܩܐ *urbes refugii et asyli*; qua in interpretatione ipsorum Syrorum usum secutus esse videtur, apud quos teste Castello ܡܥܠܢܐ est *portus*, ܡܥܠܢܐ ܡܛܫܝܐ *perfugium, asylum.* De qua verbi potestate quum dubitari videam a Michaële ad Castell. et nuper a Rosenm. ad Jos. l. c., ad Bar Alium, qui (in cod. Goth.) habet ܡܥܠܢܐ ܩܘܪܝܐ ܕܡܓܘܢܐ, addo auctoritatem Lexici Adleriani Ms., quod ex Lexx. mss. Romae asservatis congestum est: ܡܥܠܢܐ موعد وعد مينا ملجا *locus condictus, pactum, portus, refugium.* Ecquis autem negaverit, *asylum* s. *perfugii locum* recte dici locum condictum s. constitutum?

מוֹעָדֹת v. מוֹעֵד.

מוֹעַדְיָה (conventus Jovae) n. pr. viri Neh. XII, 17.

נוֹעַדְיָה (quocum, quacum Jova convenit) n. pr. 1) viri Esr. VIII, 33. 2) mulieris prophetissae Neh. VI, 14.

יָעָה rad. ἅπαξ λεγομ. *abripuit, abstulit.* Jes. XXVIII, 17: וְיָעָה בָרָד מַחְסֵה כָזָב *et auferet grando perfugium mendacii.* Vulg. subvertet grando spem mendacii. Kimchi: יעביר ויסיר. Saad. جرف abripiet, minus bene Syr. ܢܢܦܨ *excutiet.* (Arab. وعى est Conj. I. collegit. IV. asservavit, recondidit, v. exempla ap. Willmet. Sed origo esse videtur in rapiendo, quod refertur et ad corripiendi, corradendi et ad abripiendi potestatem, cf. hebr. סָפָה, סוּף, יָסַף, אָסַף. Quod affert J. D. Michaëlis aethiop. ወዐየ: non significat: totum absumsit, sed combussit, v. Ludolf. p. 430 ed. 2 et Lud. de Dieu ad h. l., quanquam haec finitima esse possunt, cf. בָּעַר). Inde

יָע pl. יָעִים m. *palae* cineri removendo, memorantur in supellectile altaris Exod. XXVII, 3. XXXVIII, 3. Num. IV, 14. 1 Reg. VII, 40. 45. 2 Reg. XXV, 14. 2 Par. IV, 11. 16. Jer. LII, 18. Vulg. *forcipes.* Chald. מַגְרֵיפְתָא *palae.* Kimchi: שהיו מסירים בהם הדשן כתרגומו ומגרפיתא שהיה גורף בהם הדשן מהמזבח. (Arabice complura derivata rad. وعى *vas* significant, a recondendo; sed videtur Arabum usus in hac rad. ab hebraeo discrepasse).

יְעוּאֵל (fort. accommodate ad usum Arabum: reconditus a Deo, nam: ablatus a Deo, mali ominis nomen esset) n. pr. viri Serachitae 1 Par. IX, 6. Alibi יעואל in solo Chethibh legitur, ubi Keri habet יְעִיאֵל: ita 1) de conditore vel restitutore Gibeonis 1 Par. IX, 35. 2) filio Chotami, tribuno Davidis ib. XI, 44. 3) scriba Usiae regis 2 Par. XXVI, 11, aliis, ut 4) 2 Par. XXIX, 13. 5) Esr. VIII, 13. Hoc

יְעִיאֵל (i. q. יעואל) est n. pr. 1) principis Rubenitarum 1 Par. V, 7 aliorum, ut 2) hominis Levitae ibid. XV, 18. 21. XVI, 5. 2 Paral. XX, 14. 3) 2 Paral. XXXV, 9. 4) Esr. X, 43.

יָעַז rad. ἅπαξ λεγομ. prob. i. q. עָזַז robustus, it. durus, obfirmatus fuit (cf. שָׁמֵם et יָשַׁם; חָמַם et יָחַם).

Niph. Jes. XXXIII, 19: עַם נוֹעָז *populus durus, saevus*, vel *obfirmatus* (cf. עַז פָּנִים Dan. VIII, 23), int. Assyrios. Ita Symm. ἀναιδῆ. Vulg. *impudens.* Chald. תַּקִּיף. Syr. ܥܫܝܢܐ, item Kimchius al. J. D. Michaëlis (Suppl. p. 1117), coll. وعز *innuit, indicium fecit* ad aliquid faciendum, inde *iussit* II. IV. *iussit, praecepit* interpretatur: *populus praedictus* i. e. ille ipse, de quo locutus sum, frigide: alii (Eichhorn. ad Sim., Hitzigius) coll. eadem rad. *populus innuens* i. e. barbarus, qui nutu signisque pro loquela utatur, quae sententia non displiceret, quippe quum similia Assyriorum attributa statim

sequantur, sed arab. وعز nunquam dicitur (ut Golium nspiciens credere possit) de eo, qui, utpote mutus (Hitzig: das stumm winkende Volk) vel linguae imperitus ac barbarus nutu signisque pro loquela utitur, sed fortiter *imperantis* est, maxime regis ducisque qui vel nutu vel suo ipsius exemplo servis militibusque praecipit, quid faciendum, quid omittendum (vide Freytag. Lex. IV p. 483) sit, quo factum est, ut etiam تقدّم explicetur i. e. exemplo suo praeivit et significavit quid faciundum sit. Vicinum est aethiop. ⴰዘዘ: praecepit, imperavit, imperium habuit, adeoque ዐዘዘ: i. q. hebr. עָזַז fortis fuit, ita ut ipsum arab. وعز a rad. عز עז ortum sit. Vide ad יָעַץ. Magis placent Hebraei apud Kimchium, Lud. de Dieu al. qui *populi barbari* significatum ita efficiunt, ut vel נועז pro לועז (Ps. CXIV, 1) dictum esse vel לועז reponendum esse censeant. L. de Dieu: „idem (atque נִלְעַג לָשׁוֹן) mihi hic est עַם נוֹעָז pro עַם לוֹעֵז populus barbarus, exotici sermonis, permutatis litteris ל et נ ... hinc apud Danielem et Esram est לֶהֱוֵה, לֶהֱוֹן, לֶהֶוְיָן pro futuris נֶהֱוֵא, נֶהֱוֹן, נֶהֶוְיָן [cf. Beer de inscriptt. et papyris Semiticis p. 20], pro אַלְמָנָה chaldaice est אַרְמְלָא, a נְתַן syr. ܢܬܠ cet." Kimchi: יש מפרשים כמו בחלוף למד בנון כמו לשכה ונשכה cui addit Abendana ex Aben Esra: כתב ראב״ע לא נדע אם הנון שרש או נפעל והאומר כי הנון תחת למד לא דבר נכוב. Ad Nun in Lamed mutandum inclinare videntur Michaëlis et Eichhornius ll. cc.

יָעַט rad. ἅπαξ λεγομ. i. q. עָטָה *amicuit*, *induit*. Semel in Praet. Jes. LXI, 10: מְעִיל צְדָקָה יְעָטָנִי *pallio salutis amicit me.* LXX. ἐνεδύσατό με. Targ. עַטְפַנִי.

יְעַט chald. i. q. hebr. יָעַץ *consuluit.* Part. יָעֵט *consiliarius* regis, pl. cum suff. יָעֲטוֹהִי (pro יָעֲטוֹהִי cf. חַשְׁחִין, חַשְׁחַן Dan. III, 16. Esr. VI, 9, פַּרְסִין Dan. V, 25) Esr. VII, 14. 15.

Ithpa. inter se consultare Dan. VI, 8.

עֵטָא i. q. hebr. עֵצָה f. *consilium*, *prudentia*. Dan. II, 14.

יָעַל in Kal inusit. 1) *ascendit in altum*, *eminuit*, vic. radici עָלָה. (Arab. وَعَلَ eminuit, ascendit montem, in summo constitit. Quod autem ex Golio afferunt, وَعِلَ pl. وُعُول significare *nobiles*, *principes*, ita explicandum est, sic vocari pr. *ibices*, quorum nomen ad principes transfertur, v. Boch. Hieroz. I, p. 916). Inde יָעֵל ibex. — 2) *praestans*, *utilis fuit*, cf. יַעַל in composito בְּלִיַּעַל.

Hiph. 1) *utilitati fuit*, *profuit*, *iuvit*, absol. Prov. X, 2. XI, 4. Jer. II, 8: אַחֲרֵי לֹא יוֹעִלוּ הָלָכוּ *sectantur eos qui nihil prosunt*, nil valent, i. e. deos falsos, et ita saepius de iisdem. Comm. 11. 1 Sam. XII, 21. Jes. XLIV, 10. Jer. VII, 8. Hab. II, 18. Sq. dat. pers. Jes. XXX, 5. Jer. XXIII, 32, vel rei Iob. XXX, 13: לְהַוָּתִי יֹעִילוּ *ruinam meam adiuvant.* Cum aff. יוֹעִילֵךְ Jes. LVII, 12. — 2) intrans. *profecit*, *utilitatem cepit* ex aliqua re. Iob. XXI, 15: מַה־נּוֹעִיל *quid proficimus?* XV, 3: *verba* לֹא יוֹעִיל בָּם *quibus nihil proficimus.* XXXV, 3. Jes. XLVII, 12. XLVIII, 17. Jer. XII, 13: נֶחְלוּ לֹא יוֹעִלוּ *vires consumunt* et *nihil proficiunt.*

יָעֵל pl. יְעֵלִים cstr. יַעֲלֵי m. 1) *ibex.* Ps. CIV, 18. Iob. XXXIX, 1: יַעֲלֵי סָלַע. צוּרֵי הַיְּעֵלִים rupes ibicum ad desertum Engaddae sitae 1 Sam. XXIV, 3 (cf. de ibicibus, qui hodieque in montanis veteris Moabitidis reperiuntur, Seetzen ap. Zachium XVIII, pag. 435). (Arab. وَعْلٌ, وَعِلٌ ibicem esse erudite ostendit Bochart. Hieroz. I, p. 915 sqq. Haud dubie idem significat syr. ܝܥܠܐ, quanquam fluctuant veteres Lexicographi, ut solent in animalium nominibus. Bar Alius *bovem ferum* interpretatur, Lex. Adlerianum: „ܝܥܠܐ ܓܘܙܢ ܬܘܪܐ ܕܒܪܐ hircocervus, tragelaphus, ibex, rupicapra." ܓܘܙܢ est pers. گوزن cervus, bos silvaticus). — 2) n. pr. a) iudicis heroisve Israëlitarum ante Deborae tempora, aliunde non cogniti Iud. V, 6. b) mulieris strenuae, uxoris Heberi Kenitae, quae Siseram interfecit Iud. IV, 17. 18. V, 24. Sunt qui hanc eandem etiam V, 6 intelligant, ut *Clericus*, *Rosenm.*, sed difficile dictu est, quomodo tempora Deboram proxime antecedentia ab illa muliere, quae ne Hebraea quidem erat, יְמֵי יָעֵל potuerint appellari.

יַעֲלָה 1) fem. antecedentis, *ibex femina.* Prov. V, 19: יַעֲלַת חֵן, quod blande dicitur de muliere venusta, cf. proverbium Arabum ازين من الوعل ibice pulchrior, Damir. apud Bochart. Hieroz. I, p. 899. Namque familiare est Orientalibus, feminas venustas cum animalibus ex genere cervino, maxime cum dorcade, comparare, vide quae laudat Rosenm. ad l. c. adde Petrarca Sonn. 157. T. I, p. 159 ed. Fernow. Cf. infra צְבִי, et غزال gazella, dorcas a غزل amatorio sermone usus est, ita compellavit feminam. Gr. Venet. bene δορκὰς χαρίεσσα, liberius Alex. πῶλος σῶν χαρίτων. 2) n. pr. viri Esr. II, 56, qui יַעְלָא Neh. VII, 58.

יַעְלָם vid. עָלַם.

יָעַן rad. inusit. Syr. ܐܬܝܥܢ *avidus*, *avarus* fuit 2 Cor. XII, 17. 18 pro πλεονεκτέω, inde ܝܥܢܘܬܐ pro πλεονεξία Luc. XII, 15. 2 Cor. IX, 5. Eph. IV, 19. 1 Thess. II, 5, plene ܝܥܢܘܬܐ ܕܟܪܣܐ cupiditas ventris 3 Macc. VII, 8, ܝܥܢܐ avidus, *gulosus* Prov. XXVIII, 25, max. Sir. XXXI (XXXIV), 22. Bar Ali: „ܝܥܢܐ

ܝܥܢܐ الشره الرغبة والرغابة *Jaëno* gulosus, *Jaënuto* aviditas, gulositas. " Lex. Adlerian. ܝܥܢܐ بخيل شره نهيم avarus, gulosus, helluo, بخل نهم ܝܥܢܘܬܐ avaritia, gulositas. Vicinae videntur radices نعم et نهم gulosus fuit, unde نعام struthio, pr. gulosus; it. ܠܥܣ (unde ܠܥܣܐ ܡܠܥܣ mandibula), ܠܥܩ ligurrivit, arab. لعم, unde quadril. لهذم, لعثم, لعثم ܠܚܡ voravit, hebr. לָהַם, לָחַם, al. adeoque נָעַם dulcis fuit, in quibus omnibus syllaba לע (כּה, לח), נע deglutiendi potestatem habet. Inde

יָעֵן m. *struthiocamelus*, avis a gulositate et aviditate dicta, quae adeo lapides, ossa dura, ferrum devorare fertur (vid. Plin. X, 1. Aelian. hist. anim. 14, 7. Arabes ap. Boch. Hieroz. II, 258. 259). Semel legitur in plur. Thren. IV, 3 Keri: *populus meus crudelis* כַּיְעֵנִים בַּמִּדְבָּר *sicut struthiones in deserto.* (Chethibh separatim כִּי עֵנִים, de qua scriptura vide infra). LXX. ὡς στρουθίον. Vulg. *sicut struthio* (ad rem cf. Iob. XXXIX, 17) Longe frequentius est

יַעֲנָה f. *struthio femina* (ad formam cf. יָעֵל fem. יַעֲלָה, non יְעֵלָה), cui ubique praemittitur בַּת: בַּת יַעֲנָה filia struthionis feminae i. e. *struthio femina* ipsa, quae inter aves impuras refertur et distinguitur a תַּחְמָס struthione mare Lev. XI, 16. Deut. XIV, 15 (v. sub rad. חָמַס). Sed in plur. בְּנוֹת יַעֲנָה sunt *struthiones* utriusque sexus ἐπικοίνως, v. Jes. XIII, 21. XXXIV, 13. XLIII, 20. Jer. L, 39 (quibus locis deserta habitare dicuntur), et Mich. I, 8. Iob. XXX, 29, ubi vox earum flebilis memoratur, quem struthionum eiulatum (ab Arabibus in maribus عرار, in feminis زمار dictum, adde زغا eiulavit struthio, flevit puer) puerorum vagitui similem describit Shaw Travels p. 455: „ during the lonesome part of the night they often make a doleful and hideous noise. I have often heard them groan, as if they were in the greatest agonies. " — Ex veteribus LXX. quater στρουθός, στρουθίον. Vulg. *struthio.* Aqu. Symm. Theod. ap. Jes. XIII στρουθοκάμηλοι. Targ. נַעֲמָא, בְּנַעֲמִיתָא (cf. Talmud. Kelim. 17 §. 14), Syr. ܢܥܡܬܐ (cf. Ephr. T. I. p. 276), Arabes نعم et نعامة, بنت نعامة, quae omnia *struthionem* notare certissimum est. Et vox quidem arabica hebraeam pluribus modis egregie illustrat. Namque tum نعام, نعامة pariter atque hebraeum יָעֵן, יַעֲנָה a deglutiendo et a gulositate dicta sunt (vix dubitandum est, quin rad. نعم pr. sit i. q. نهم, لهم, לעם deglutivit, sorpsit, unde dulcedinis potestas profecta est), tum arab. نعام et بنات نعامة, ut apud Hebraeos, sine discrimine de utroque sexu dicuntur.

Etymon a deglutiendo et vorando, quod iam in Lexx. min. suasi adoptaruntque Winerus et alii, etiamnunc probabile videtur. Sed alia ratio, quae et ipsa veri specie non caret (v. Maurer. ad Thren. l. c.), est eorum, qui יַעֲנָה ducunt a rad. עָנָה غنى *cecinit, clamavit* (v. Jes. XIII, 22 ubi haec rad. dicitur de thoum clamore in deserto, qui struthionum vagitui similis est), unde יַעֲנָה *clamatrix*: quae sententia commendatur tum analogia hebraei רְנָנָה q. v. et samaritani ࠉࠏࠍࠄ. ࠁࠕ, quod in Vers. Sam. ponitur pro בַּת יַעֲנָה, tum eo quod Threnorum l. c. *scriptum* est (Chethibh), de qua scriptura (כִּי עֵנִים) ita Maurerus: „ Videant eruditi, an non possit vim affirmativam habere כִּי, ante עֵנִים cogitando repeti לְ, עֵנִים esse .... *clamantes* .... *clamantes in deserto* autem quid si significent *struthiones* .... in hanc sententiam: *factae sunt, inquam* (matres, per constructionem ad sensum) *clamantes in deserto* i. e. struthiones. " Non audiendi sunt Michaëlis in Suppl. 1127 et Rosenm. ad Boch. Hieroz. II, 829. bibl. Naturgesch. p. 295, quibus יַעֲנָה est i. q. arab. وعن, وعنة terra sterilis et albicans, ut בַּת יַעֲנָה sit *filia deserti*, sicut arab. ابو الصحارى pater deserti et ام البيض mater deserti albicantis [imo ام البيض mater ovorum]. Ut enim alia taceam, وعن est: terra *dura*, pars terrae nihil producens i. e. solum cretaceum, non desertum arenosum, quod struthionum sedes est. Plane abiicienda autem Fulleri (Miscell. VI, 7), *Aurivillii* (dissertatt. no. VI ed. J. D. Michaëlis) et *Oedmanni* (verm. Sammlungen III, p. 35 sqq.) opinio, qui יַעֲנָה (ab עָנָה ductum) *ululam* esse volebant, quam bene refellit struthionemque vindicavit Bochartus l. c. II, pag. 218 sqq.

יַעְנַי n. pr. v. rad. עָנָה.

יַעַן *propter* v. rad. עָנָה.

יָעֵף (Jer. LI, 58. 64) fut. יִיעַף *defatigatus est*, *fessus est* vic. radicibus עוּף, עָיֵף. a) currendo. Jer. II, 24: כָּל־מְבַקְשֶׁיהָ לֹא יִיעָפוּ *qui eam quaerunt, non defatigabuntur*, Luth. die sie suchen, dürfen nicht weit laufen. Jes. XL, 30. 31. Saepe copulatur cum יָגַע, cuius similis potestas est. (Arab. وغف I. IV celeriter cucurrit IV. modo fatigante incessit, linguam exseruit canis, I. IV debilis visu fuit. Origo esse videtur in spiritu, quem celeriter et anhelando ducunt, qui celeri cursu defatigati sunt q. d. *jappen.* Haec enim vis inest in rad. עף cf. חָבַב, אָבַב, אֹב). b) gravi labore Jes. XL, 28. Hab. II, 13, et siti Jes. XLIV, 12. Inde *defetisci* Jer. LI, 64: וְיָעֵפוּ *et defetiscentur* (Babylonii), non poterunt vires recipere, consurgere.

Hoph. part. מֻעָף *defatigatus.* Dan. IX, 21 de Gabriele archangelo: (venit) מֻעָף בִּיעָף *defatigatus cursu fatigante* i. e. longo et celeri, cf. תּוֹעָפוֹת no. 2. LXX. τάχει φερό-

μενος. Male Haevernicelus, quem sequi non debebat Caes. a Lengerke: festinans (pr. festinare factus) festinatione, nam festinationis significatio gratis sumta in hac rad. non inest. Veterum plurimi מֻעָף et fortasse etiam יְעָף repetebant a rad. עוּף volare, unde Theodot. πετόμενος. Venet. ἱπτάμενος ἐν τῷ ἵπτασθαι. Vulg. cito volans. Syr. ܟܕ ܦܪܚ ܦܪܚ ܡܛܐ. Kimchi: מעניין עיף. Sed a) neque מֻעָף neque יְעָף recte derivatur a rad. עוּף: non prius, quum nulla caussa sit coniugationis passivae: volare factus pro volans: non posterius, quippe quod analogiae adversetur: utramque autem formam ab eadem radice ducere oportet (cf. עֱנוּת עָנִי Ps. XXII, 25 et similia), nec interpretari licet: volans cum defatigatione. b) angeli et archangeli nullo alio V. T. loco describuntur alati, ut Apoc. XIV, 6. XIX, 17, contra ubique specie humana, quanquam augustiore, cultuque sacerdotali (Dan. X, 5. 6. XII, 7): unis Cherubis et Seraphis (Jes. VI, 2. Ez. I, 6) alae tribuuntur.

יָעֵף m. defatigatus, fessus Jes. XL, 29. de populo calamitatibus perpessis fesso ibid. L, 4. (In inscr. Cit. 23 lin. 2 legitur אש יעף i. e. אִישׁ יָעֵף vir fessus i. e. aetate gravis, v. Monum. Phoenic. tab. 11. 12. et P. I p. 149. P. II p. 463).

יְעָף m. defatigatio ex cursu veloci orta. Dan. IX, 21, v. rad. Hoph.

תּוֹעָפוֹת pl. fem. pr. defatigationes, inde 1) labores. Iob. XXII, 25: כֶּסֶף תּוֹעָפוֹת argentum laborum i. e. gravi labore partum, dein quae labore parta sunt, opes (i. q. יְגִיעַ no. 2. 3). Ps. XCV, 4: תּוֹעֲפוֹת הָרִים labores montium i. e. thesauri montium gravi labore parti. Michaëlis metallifodinas intelligi suspicabatur, a gravi labore dictas. — 2) cursus velox. תּוֹעֲפֹת רְאֵם cursus celer bubali Num. XXIII, 22. XXIV, 8. LXX. habent δόξαν, Vulg. Onk. Syr. Arabs Erp. Kimchi fortitudinem, robur, quod quidem cum etymo conciliari non potest. Bochartus Hieroz. T. II p. 335 Lips., quem sequitur Rosenm. ad Num. Iob. l. c. תועפות ducit a יעף significatione ascendendi, quippe quae a defatigando ducta sit (montes enim ascendendo defatigamur) et habeatur apud Arabes in rad. vicina يفع conscendit montem, unde يفوع loca excelsa, يافعات alti montes. De hac sententia is interpretatur Num. l. c. elationes s. arrectiones dorcadis, ut תועפות sit id quod Arabes appellant ايفاع الريم, ubi dorcas capite sursum elato auribusque arrectis stat, ut facere solet, ubi auscultat hostemque odoratur; Iob. altitudines i. e. tumulos argenti, Ps. l. c. altitudines montium. LXX. τὰ ὕψη τῶν ὀρέων. Syr. ܪܘܡܐ ܕܛܘܪܐ. Sed non est quod a propria et vulgari radicis potestate recedamus, quae aptiorem adeo sententiam efficit.

יָעַץ fut. יִיעַץ, pro imp. bis est עֻצוּ (a rad. cognata עוּץ) Iud. XIX, 30. Jes. VIII, 10 consuluit, nostr. rathen, consilium cepit et dedit. (In inscriptt. Phoen. habetur אש יעץ מלך i. e. אִישׁ יֹעֵץ מֶלֶךְ vir consiliarius regis Cit. 33, lin. 2. et imp. עץ consule Tripol. 1, lin. 1. Chald. יְעַט id. Arab. وعظ monuit, hortatus est, max. de admonitionibus prophetarum deque futuro tempore Cor. 2, 131, واعظ concionator vit. Tim. II, 670 Mang. مَوْعِظَة admonitio Cor. 2, 276. Originem nuper Hitzigius ad Jes. XXXIII, 19 suspicatus est quaerendam esse in nuendo coll. وعز, sed hanc radicem iubendi potius potestatem habere, nunc cummaxime vidimus ad rad. יָעַד. Quae quidem iubendi potestas etiam in nostra radice nativa esse videtur, quae tum ad consilium et capiendum et dandum, tum ad adhortationem et praedictionem [v. arab. وعظ], relata est [cf. consul et consulo, suec. råda iubere, dominare et germ. rathen consulere]: licet ipsa a primaria potestatis, roboris, duritiei et firmitatis significatione, quae in stirpe עץ, עז inest, profecta sit. Vicinae sunt radd. עצה firmavit, firmus, durus fuit, unde עֵץ, عَصًا lignum, عصى et عتا durus, contumax fuit, عصّ durus, firmus, validus fuit, dure allocutus est it. עָצַם, עָצַץ, ܥܨܕ iuvit; neque non cum ז scriptae: עָזַז, عزّ, ዐዘዘ፡ corroboravit, وعز et aethiop. አዘዘ፡ iussit, عزى II. solatus est pr. firmavit alloquio, خلف adversatus est, عزم firmiter sibi proposuit; adeoque יָעַד convenire se iussit, ܘܥܕ praedixit, promisit, minatus est. Originem expresserunt LXX. Ps. XXXII, 8, ubi verba אִיעֲצָה עָלֶיךָ עֵינִי reddunt ἐπιστηριῶ ἐπὶ σὲ τοὺς ὀφθαλμούς μου). Est igitur

1) consilium cepit, decrevit. Jes. XIV, 24: כַּאֲשֶׁר יָעַצְתִּי הִיא תָקוּם sicuti decrevi, ita perstabit. Comm. 27: יֹעֵץ בְּלִיַּעַל. יְהוָה יָעַץ וּמִי יָפֵר. Sq. acc. Nah. I, 11: יֹעֵץ בְּלִיָּעַל qui decernit perniciem. Jes. XXXII, 7. 8. יָעַץ עֵצָה cepit consilium Jes. VIII, 10. XIV, 26. Ezech. XI, 2. Sq. gerundio 2 Paralip. XXV, 16: יָעַץ אֱלֹהִים לְהַשְׁחִיתֶךָ decrevit Deus te perdere. Sq. עַל adversus aliq. Jes. VII, 5. XIX, 12. 17. XXIII, 8. Jer. XLIX, 30, sq. אֶל Jer. XLIX, 20. Passim est: consuluit i. e. consilia excogitavit, sq. acc. Hab. II, 10: יָעַצְתָּ בֹּשֶׁת לְבֵיתֶךָ consuluisti ignominiam domui tuae i. e. consulendo s. consiliis tuis parasti. Mich. VI, 5: מַה־יָּעַץ בָּלָק quae consuluit excogitavit Balacus, sq. gerundio Ps. LXII, 5: מִשְּׂאֵתוֹ יָעֲצוּ לְהַדִּיחַ consulunt, ut de fastigio eum deturbent.

2) consuluit i. e. consilium dedit, sumsit Iud. XIX, 30. 2 Sam. XVII, 15, sq. acc. consilii: יָעַץ עֵצָה ibid. XVI, 23. XVII, 7. Prov. XII, 20: יֹעֲצֵי שָׁלוֹם qui pacem suadent, sq. עַל de aliqua re 2 Sam. XVII, 21, etiam sq. integra sententia Comm. 11: יָעַצְתִּי הֵאָסֹף יֵאָסֵף ego suadeo hoc: congregetur ad te cet. Sq. dat. pers. Iob. XXVI, 3, de eadem ponitur suff. Ex. XVIII, 19. 1 Reg. I, 12. XII, 8. 13. 2 Par. X, 8. Jer. XXXVIII, 15. Spec. a) de Deo hominibus aliquid suadente (per legem et prophetas), eos

admonente Ps. XVI, 7: *gratias ago Deo* אֲשֶׁר יְעָצָנִי *qui mihi suasit* sc. verum cultum prehendere, abstinere ab idolis cf. Comm. 4—6 (parall. אַף לֵילוֹת יִסְּרוּנִי כִלְיוֹתָי etiam noctu me *edocent* renes). De propheta (cf. Jer. XXXVIII, 15) aliove doctore *θεοπνεύστῳ* Ps. XXXII, 8: אִיעֲצָה עָלֶיךָ עֵינִי praegn. pro (וְאַשְׂכִּילְךָ) עָלֶיךָ עֵינִי *consilium dabo* tibi et dirigam *in te oculum meum* i. e. tibi propitius ero. Cf. de formula שִׂים עַיִן עַל s. v. עַיִן. — b) futura *praedixit* (v. arab. وعظ). Num. XXIV, 14 cf. Jes. XLI, 28.

Part. יוֹעֵץ subst. 1) *suasor, consiliarius* Prov. XI, 14. XV, 22. XXIV, 6. 2 Par. XXV, 16. Esr. IV, 5. — 2) *consiliarius regis* 2 Sam. XV, 12. Esr. VII, 28. VIII, 25 (coll. VII, 24. 25). יוֹעֵץ לַמֶּלֶךְ qui regi est a consiliis 1 Par. XXVII, 33. 2 Par. XXII, 4. יוֹעֲצֵי פַרְעֹה Jes. XIX, 11. Dicitur etiam יוֹעֲצֵי אָרֶץ Iob. III, 14, et יוֹעֲצֵי עִיר Jes. I, 26 cf. Mich. IV, 9 de primoribus (q. d. consulibus) terrae, civitatis, et de iisdem simpl. יוֹעֵץ Jes. III, 3. Iob. XII, 17. — Jes. IX, 5 in attributis Messiae est: יוֹעֵץ *consiliarius* i. e. qui consilii sapientia pollet. — Fem. יוֹעֶצֶת consiliaria, sq. gerundio (ad male faciendum) 2 Par. XXII, 3.

Niph. נוֹעַץ 1) reflex. *sibi suaderi passus est, consilium admisit.* Prov. XIII, 10: אֶת־נוֹעָצִים חָכְמָה. — 2) recipr. *consuluit, consultavit.* De pluribus saepe cum יַחְדָּו. Ps. LXXI, 10: שֹׁמְרֵי נַפְשִׁי נוֹעֲצוּ יַחְדָּו. LXXXIII, 6: נוֹעֲצוּ לֵב יַחְדָּו *consuluerunt uno animo.* Jes. XLV, 21. Neh. VI, 7. De uno 1 Reg. XII, 28. Sq. עִם *deliberavit cum* aliquo (Rath pflegen mit jem.) 1 Par. XIII, 1. 2 Par. XXXII, 3, sq. אֵת (אֶת) Jes. XL, 14. 1 Reg. XII, 6. 8, it. sq. אֶל quod regis est, qui postquam consultavit cum servis suis iis aliquid mandat. 2 Reg. VI, 8. 2 Par. XX, 21. (Cf. כָּרַת בְּרִית עִם et כָּרַת בְּרִית לְ). — 3) *facta mutua deliberatione suasit.* 1 Reg. XII, 6. 9: מָה אַתֶּם נוֹעָצִים *quid suadetis?* quae est deliberationis vestrae summa? 2 Par. X, 6. Sq. gerundio: praevia deliberatione decrevit 2 Par. XXX, 23.

Hithpa. i. q. Niph. no. 2. Ps. LXXXIII, 4.

עֵצָה (pro יְעֵצָה) cstr. עֲצַת f. *consilium* 1) quod quis capit. Jes. XIX, 3. XXIX, 15. Jer. XVIII, 23. Hos. X, 6. Iob. V, 13. X, 3. XXI, 16. Ps. XIV, 6. XXXIII, 10. 11 al. יָעַץ עֵצָה consilium cepit Jes. XIV, 26, עָשָׂה עֵצָה consilium exsecutus est XXX, 1. Saepe de consilio divino, עֲצַת יְהוָה Jes. V, 19. XIV, 26. XIX, 17. XXVIII, 29. Jer. XLIX, 20. Ps. CVII, 11. Jes. XLVI, 11: אִישׁ עֲצָתִי *vir consilii mei* i. e. quo utor ad consilium meum exsequendum. Etiam *κατ' ἐξοχὴν* עֵצָה Iob. XXXVIII, 2: מִי זֶה מַחְשִׁיךְ עֵצָה. XLII, 3. — 2) quod quis dat vel acceptum refert 2 Sam. XVI, 20. 1 Reg. I, 12 et saepe. *Consilium dare* est: יָעַץ עֵצָה (v. rad.), in imp. etiam: הָבוּ עֵצָה 2 Sam. XVI, 20, הָבִיאוּ עֵצָה Jes. XVI, 3. אַנְשֵׁי עֲצָתִי consiliarii mei Ps. CXIX, 24, cf. Jes. XL, 13. הָלַךְ בַּעֲצַת פ׳ ambulare in consilio alic. est: vivere secundum consilium eius, pr. ambulare in via, quam is suasit Ps. I, 1. 2 Par. XXII, 5 cf. infra ad מוֹעֵצוֹת. — 3) *consiliorum sapienter capiendorum facultas, prudentia, sapientia.* Jes. XI, 2. Prov. VIII, 14. XIX, 20. XXI, 30. Iob. XII, 13. Jer. XXXII, 19: גְּדֹל הָעֵצָה *magnae sapientiae.* 1 Par. XII, 19: בְּעֵצָה *deliberato consilio*, consulto. — Plur. עֵצוֹת semel c. Aff. עֲצֹתֶיךָ Jes. XLVII, 13 *consilia capta* Deut. XXXII, 28. Jes. XXV, 1, *deliberationes* Jes. XLVII, 13, inde *curae, sollicitudines* Ps. XIII, 3. Parall. יָגוֹן. Syr. ܡܶܠܟܳܐ. Alibi pro plurali utuntur forma

מוֹעֵצוֹת, cstr. מֹעֲצוֹת f. pl. *consilia* a) quae quis capit. Hos. XI, 6. Prov. XXII, 20. Ps. V, 11: יִפְּלוּ מִמֹּעֲצוֹתֵיהֶם *excidant consiliis suis.* Prov. I, 31. b) quae quis dat. הָלַךְ בְּמוֹעֵצוֹת פ׳ sequi consilia alic. (v. עֵצָה no. 2). Mich. VI, 16, הָלַךְ בְּמֹעֲצוֹתָיו sequi sua ipsius consilia Ps. LXXXI, 13 cf. Jer. VII, 24.

יָעַר rad. inusit. i. q. arab. وعر propr. *ferbuit, efferbuit, redundavit*, quae notio refertur ad quamlibet redundantiam, ubertatem et luxuriem, ut plantarum. Vide Schroeder Origg. hebr. p. 19. Inde

יַעַר m. c. suff. יַעְרוֹ, יַעְרִי, c. He locali יַעְרָה Jos. XVII, 15 1) *redundantia* mellis, *mel e favis redundans et sponte defluens*, quod *ἄκητον μέλι*, *mel acetum* vocant Graeci et Romani (Plin. H. N. XV, 11). Cant. V, 1: יַעְרִי עִם דִּבְשִׁי, plenius יַעְרַת הַדְּבַשׁ 1 Sam. XIV, 27. Male plerique veteres *favum mellis* reddunt (ap. Sam. LXX. *κηρίον.* Syr. *placenta mellis.* Targ. *nidus* i. e. favus *mellis.* Vulg. utroque loco: *favus mellis*), s. loculos cereos, quibus mel continetur. Est potius i. q. נֹפֶת צוּפִים destillatio favorum, nostrum Honigseim Ps. XIX, 11. Hoc ipsum, quod memoravi, vc. germanicum in Lutheri bibliis frequentissimum, male a nonnullis explicatur de favis (Honigzelle, Honigscheibe), quum potius mel fluidum qs. salivam mellis significet (*Seim* i. q. Schleim, saliva). — Rabbinorum plures, quos sequuntur Coccejus, Simonis al. *mel arundinis s. saccharum* intelligunt et in Palaestina sacchari canneta exstare observant (vid. Cotovic. itin. III. 1) coll. arab. يراع et يروع quod arundinem significat: et Michaëlis (suppl. p. 1133) mel silvae s. silvestre i. e. *mannam* interpretatur: qui quidem cuncti 1 Sam. l. c. יַעְרַת־הַדְּבַשׁ per hypallagen pro דְּבַשׁ הַיַּעְרָה accipere videntur, cui quid obstet, non est quod demonstrem.

2) *densa arborum*, a plantarum fruticumque *luxurie* dicta, v. rad. (Apud Poenos *jar* lignum esse, testatur Augustinus in Ps. CXXIII cf. Monum. phoen. p. 390. Num forte *silvam* significabat? Syr. ܝܥܪܐ vepretum, vide Castell. et Assem. bibl. III, 456, arab. وعر locus salebrosus Ibn Doreid. 111, 227, unde verbum وعر salebrosa, transitu difficilis fuit regio). Jes. XXI, 13. Ezech. XXI, 2. 3. Inde *silva* quaelibet Deut. XIX, 5. Jos. XVII, 15. 18. Jes. VII, 2. XLIV, 23. Ps. LXXXIII. 15 et saepe. עֲצֵי הַיַּעַר arbores silvae Ps. XCVI, 12. Jes.

XLIV, 14. Cant. II, 3. סִבְכֵי הַיַּעַר perplexa silvae Jes. IX, 17. X, 34. חַיְתוֹ יָעַר bestiae silvae Ps. L, 10. CIV, 20. Ei opponitur כַּרְמֶל hortus, hortulus Jes. XXIX, 17. XXXII, 15 ut parvum magno et ingenti; sed cedrorum silva in Libano utpote parva et amoena appellatur יַעַר כַּרְמִלּוֹ *silva* eius *horto similis* 2 Reg. XIX, 23. Jes. XXXVII, 24. בֵּית הַיַּעַר domus silvae Jes. XXII, 8, plene בֵּית יַעַר הַלְּבָנוֹן domus silvae Libani 1 Reg. VII, 2. X, 17. 21 erat Salomonis regis armamentarium, alibi (Neh. III, 19) נֶשֶׁק dictum, a ligno cedrino, quo exstructum erat, hoc nominis nactum. Metaph. de hostium agmine Jes. XXXII, 19, cf. X, 18. 19. 34. — Quod Ps. CXXXII, 6 de sacrario dicitur: *ecce audivimus de eo in Ephrata, invenimus illud* בִּשְׂדֵי יָעַר *in campis silvae*, eo significatur vel regio Ephraimitica silvis consita, in qua sita erat Silo, vel alluditur nomini urbis קִרְיַת יְעָרִים, in qua arca foederis per viginti annos fuerat 1 Sam. VI, 21. VII, 1. 2.

Plur. יְעָרִים Ezech. XXXIX, 10, et sic in n. pr. קִרְיַת יְעָרִים q. v., semel יְעָרוֹת Ps. XXIX, 9.

יַעְרָה n. pr. viri 1 Par. IX, 42. prob. depravatum, v. יְהוֹעַדָּה.

יַעְרָה v. יַעַר n. 1. Ceterum observandum in multis libris mss. et editis legi יַעֲרַת (v. Minchat Schaj).

יְעוֹרִים *silvae* i. q. יְעָרִים Ez. XXXIV, 25 Chethibh.

יַעְרֵי אֹרְגִים n. pr. sed vide יָעִיר, rad. עוּר.

יָפָה fut. יִיפֶה, unde וַיִּיף Ez. XXXI, 7 (de varietate scripturae in punctis vide Kimchium in Lex.)

1) *splenduit*, cogn. rad. יָפַע cf. יָגַע et יָגַה. Inde יֳפִי no. 1 et מוֹפֵת factum illustre, miraculum.

2) *pulcher fuit*, de muliere Ezech. XVI, 13. Cant. VII, 7 et membris eius ibid. 2 (cf. IV, 10), de arbore Ez. XXXI, 7. (Nonnulla significationis vestigia sunt apud Chaldaeos, Samaritanos et Phoenices, apud hos in n. pr. יפשעת i. e. יְפִי־שְׁעָה *decus temporis*, vide Monum. Phoen. p. 188. Reliquae linguae cognatae ea carent).

Pi. pulchrum fecit, ornavit (auro argentoque) Jer. X, 4.

Pu. geminatis duabus prioribus radicalibus יָפְיָפָה *admodum pulcher factus est* Ps. XLV, 3: יָפְיָפִיתָ מִבְּנֵי אָדָם. Sed quum duarum priorum radicalium geminatarum (ad normam קְטַלְטַל) alia exempla non exstent (quanquam Ewaldus id ortum censet ex יְפִי יָפִיתָ) mutatis vocalibus cum Hartmanno (linguist. Einleit. p. 232), Hupfeldo, Hitzigio legendum videtur יְפֵיפִיתָ vel יְפֵיפִיתָ coll. adiectivo יְפֵהפִיָּה, nisi forte litterae יפ ab initio spuriae sunt, ortae illae quidem ex eo librariorum more, de quo, utpote multorum vitiorum fonte, diximus supra p. 64 B. His, qui יְפֵיפִיתָ legendum suaserunt, occurri posse videtur, eam formam vim habere diminutivam, quum loci laudati sententia potius augmentativam flagitet: sed non negligendum est, diminutiva in omnibus linguis etiam charitative et in laudem usurpari (hispan. *bonito*, *bonitino*) neque raro vim propriam prorsus amittere (v. דָּגוֹן, שַׁבָּתוֹן, יְשֻׁרוּן, et quam supra pag. 420 laudavimus Jac. Grimmii observationem).

Hithpa. ornavit se (mulier) Jer. IV, 30.

יָפֶה cstr. יְפֵה, fem. יָפָה cstr. יְפַת adj. 1) *pulcher*, de mulieribus Gen. XII, 14. 1 Reg. I, 3. 4. 2 Sam. XIII, 1. Prov. XI, 22. Cant. I, 8. 15. IV, 1. 7. V, 9. VI, 1. 4. 10 al. de viris Cant. I, 16. 2 Sam. XIV, 25, etiam de animalibus Gen. XLI, 2 sqq. Ubi ad formae pulchritudinem pertinet, saepe plenius dr. יְפֵה מַרְאֶה 1 Sam. XVII, 42. 2 Sam. XIV, 27, יְפֵה תֹאַר Gen. XXIX, 17. XXXIX, 6, cf. יְפֵה עֵינַיִם pulchris oculis 1 Sam. XVI, 12. Sed refertur etiam ad alias res, ut יְפֵה נוֹף pulcher elatione (de Zione) Ps. XLVIII, 3, יְפֵה עָנָף pulchris frondibus (de arbore) Ez. XXXI, 3, יְפֵה קוֹל canorae vocis Ez. XXXIII, 32. — 2) *bonus*, *praestans*, καλός. Eccl. III, 11: *Deus fecit omnia* יָפֶה *καλῶς*. V, 17.

יָפוֹ (pulchritudo) Jos. XIX, 46. 2 Par. II, 15. Jon. I, 3 et **יָפוֹא** Esr. III, 7 n. pr. *Ioppe*, urbs maritima in confinio Danitarum et Ephraimitarum cum celebri portu hodieque *Jaffa* (يفا, يافا) appellata et portu suo insignis. LXX. Ἰόππη, ut scribitur etiam apud Strabonem XVI, p. 759 Casaub., Ptolemaeum 5, 16 al., quum alii contra praeferant Ἰόπη (v. Steph. Byz. h. v. Salmas. ad Solin. p. 401. Tzschucke ad Melam I, 11 §. 3). De antediluviana eius antiquitate multi sunt Plin. V, 13. Mela l. c., qui etiam Andromedae a Perseo liberatae vestigia ibi superesse narrant cf. Joseph. III, 29. Hieron. ad Jon. l. c. De Jaffa vid. Abulf. Syria ed. Koehler p. 80, ind. ad vit. Saladini, le Quien Oriens christ. III, 629. 630. Relandi Palaest. 867. Syriace scribitur ܝܘܦܐ ex gr. Ἰόπη Barhebr. 422 lin. 8.

יְפִי Ez. XXVIII, 7, alibi **יֳפִי** c. suff. יָפְיוֹ, in pausa יֹפִי m. 1) *splendor*, ut regis Jes. XXXIII, 17, urbis Ps. L, 2. Thren. II, 15. Ez. XXVII, 3. 4. 11, populi Zach. IX, 17. — 2) *pulchritudo*, *venustas* mulieris Esth. I, 11. Jes. III, 24. Ez. XVI, 14. 15. 25. Ps. XLV, 12. Prov. VI, 25. XXXI, 30.

יְפֵה־פִיָּה adj. fem. *pulchra* Jer. XLVI, 20. Forma יְפֵהפִיָּה diminutiva est (q. d. pulcherula, hisp. *bonitina*), coniunctim scribenda, littera ה in media voce quiescente, ut in חֲזָהאֵל 2 Reg. VIII, 8. 15, עֲשָׂהאֵל, פְּדָהצוּר (cf. de He Arabum quiescente, de Sacy I, p. 175), vel cum codd. bene multis יְפֵיפִיָּה, quanquam hoc manum emendatricem sapit. Quod in plurimis libris editis habetur, disiunctum יְפֵה־פִיָּה, a librariis profectum est, qui vocis indolem grammaticam perspectam non habebant, cf. פְּקַח־קוֹחַ Jes. LXI, 1 et לַחְפֹּר פֵּרוֹת II, 20.

מוֹפֵת *signum*, *miraculum*. Supra tractavi hoc vc. p. 143, de etymo haerens ambiguus. Nunc vix dubito,

quin ad hanc radicem referendum sit, et pr. *splendidum quid* designet, pro מוֹפָאַת, quamvis origine neglecta Zere syllabae פת abiiciatur. Quae nuper Hengstenbergius (Christologie II p. 45) observavit, ut hoc vc. radici אפת vindicaret, inania sunt; sumsit enim, non probavit, rad. اَفِتَ *admirationis* potestatem habere.

יֶפֶת *Japhet* v. rad. פָּתָה.

יָפַח i. q. נָפַח, פּוּחַ *flavit, spiravit*, in Kal inusit. *Hithpa. anhelavit, alta suspiria duxit* Jer. IV, 31.

יָפֵחַ m. adj. *efflans*. Ps. XXVII, 12: עֵדֵי שֶׁקֶר וִיפֵחַ חָמָס *testes mendaces et efflans iniuriam* cf. Prov. VI, 19: יָפִיחַ כְּזָבִים עֵד שָׁקֶר. Act. IX, 1: ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου. Cic. Catil. 2, 1: Catilinam furentem audacia, *scelus anhelantem*, pestem patriae nefarie molientem cet. Auctor ad Herenn. 4, 55: anhelans ex imo pectore crudelitatem.

יָפַן rad. unde nonnulli ortum putant תֻּפִינֵי Lev. VI, 14, quod vide sub rad. אָפָה.

יָפַע in Kal inusit. *splenduit* cf. יָפָה. (Chald. et zab. id. Apud illos etiam פַּעְפַּע splenduit, pro יַפְעְפַּע, quod male ad פָּעַע retulit Buxtorfius. Secundarium est arab. يَفَعَ eminuit, altus, procerus fuit, de colle, it. de iuvene. Cf. מֵיפַעַת et יָפִיעַ.

Hiph. 1) *splendere iussit* Deus. Iob. XXXVII, 15: *num scis qui fit quod ... וְהוֹפִיעַ אוֹר עֲנָנוֹ splendere iubet lucem nubis suae* i. e. fulgur suum. — 2) *luxit, splenduit* (pr. lucem sparsit, ut הֵאִיר). Iob. III, 4: אַל־תּוֹפַע עָלָיו נְהָרָה *ne splendeat super eo lux*. X, 22. Translate Iob. X, 3: וְעַל עֲצַת רְשָׁעִים הוֹפָעְתָּ *et splendes super consilio improborum*, i. e. ut bene Hieronymus: *consilium improborum adiuvas*. Saepius de Jova in splendidissima luce apparente Deut. XXXIII, 2: הוֹפִיעַ מֵהַר פָּארָן. Ps. L, 2. LXXX, 2. XCIV, 1: אֵל נְקָמוֹת הוֹפִיעַ.

יִפְעָה f. *splendor* (urbis). Ez. XXVIII, 7. 17.

יָפִיעַ (splendidus cf. Phaedrus, Aglaus, Stilpon, vel: eminens, procerus, de colle et de adolescente, v. supra rad.) n. pr. 1) oppidi Sebulonitarum Jos. XIX, 12: „Oppidum Sycaminum ἡ Συκαμίνος ad mare situm prope Carmelum inter Caesaream et Ptolemaida Ἡφὰ nuncupatur, teste Eusebio. Hodie حيفا ab Arabibus appellatur. Vide Golii Not. ad Alfragan. p. 132. Forsitan est *Jebba* Plin. lib. V cap. 18.“ Relandi Palaest. p. 826. Ceterum ap. Plin. l. c. Sycaminon et Jebba (al. Jeba, Gebba) oppida sunt inter se distincta. — 2) duorum virorum a) regis Lachisae urbis Jos. X, 3. b) filii Davidis 2 Sam. V, 15. 1 Par. III, 7. XIV, 6.

מֵיפַעַת (splendor, vel: locus eminens, collis) Jos. XXI, 37. Jer. XLVIII, 21 et **מֵפַעַת** Jos. XIII, 18 n. pr. oppidi Levitarum in tribu Rubenitarum, quod postea Moabitis parebat Jer. l. c., ubi Chethibh habet מוֹפַעַת. Hieron. in locis hebraicis: „*Mephaath* in tribu Benjamin. Sed et alia est trans Jordanem, in qua praesidium Romanorum est militum propter vicinam solitudinem.“

יָצָא praet. semel abiecto א: יָצָתִי Iob. I, 21, inf. absol. יָצֹא, cstr. צֵאת, imp. צֵא, cum He parag. צְאָה Iud. IX, 29, plur. semel ἀνομαλῶς צְאֶינָה Cant. III, 11 (propter vicinum רְאֶינָה) fut. יֵצֵא, part. יוֹצֵא, fem. יֹצֵאת Ps. CXLIV, 14, et omisso א: יוֹצֵת Deut. XXVIII, 57, semel יֹצֵא pro יֹצָה, יֹצְאָה Eccl. X, 5

exiit, egressus est. (Respondet aethiop. ወፅአ: cum derivatis compluribus, ፀአት: exitus, ሣእሣእ: sumtus. Apud Chaldaeos et Syros ipsius rad. יצא derivata sunt שִׁיצִיא et ܛܢܦ sordidus, v. צוֹא, praeterea finitima est rad יָצָא, ܝܨܐ egressa est planta, germinavit, vide infra litt. g, vulgo de exeundo usurpant ܢܦܩ, נְפַק. Arabes verbo quidem carent et de exeundo frequentant خَرَجَ, at nonnulla tamen illius derivata habent, v. ad צֶאֱצָאִים. Nam quod Schroederus aliique conferre volebant arab. وَضُؤَ vicit aliquem splendore et munditie, ita quidem ut egrediendi significatio ab emicando ducta sit, id longe petitum est et abiiciendum). Opp. בָּא intravit, vide בּוֹא 1 litt. d, ibique de formula *egredi et ingredi*, it. שׁוּב rediit Gen. VIII, 7.

Ponitur 1) absol. Gen. XXIV, 11. Ex. XVI, 4. Iud. III, 24 et saepe. — 2) *Locus, ex* quo aliquis (aliquid) egreditur, ponitur praevio מִן Gen. VIII, 19. Deut. XXIV, 2. Jos. VIII, 22. Iob. III, 11 et saepe, it. in accus. (ut lat. egredi urbem). Gen. XLIV, 4: הֵם יָצְאוּ אֶת־הָעִיר. Exod. IX, 29. 33. 2 Reg. XX, 4. Iob. XXIX, 7. Am. IV, 3: פְּרָצִים תֵּצֶאנָה *ex ruinis egredimini*. Deut. XIV, 22: *semen tuum* הַיֹּצֵא הַשָּׂדֶה *quod exit agrum*, progerminat ex agro. Inde part. יֹצְאֵי הָעִיר egredientes urbem Gen. XXXII, 23, יֹצְאֵי הַתֵּבָה egressi ex arca Gen. IX, 10, יֹצְאֵי שַׁעַר XXXIV, 24, יֹצְאֵי יֶרֶךְ יַעֲקֹב Exod. I, 5. — *Porta* per quam egrediuntur, ponitur praevio מִן Iud. XI, 31, בְּ Jer. XVII, 19. Neh. II, 13 et in acc. Iob. XXX, 24. — 3) *Eum, a* quo (ex cuius conspectu) quis egreditur, ponunt praevio מֵעִם Exod. VIII, 26. IX, 33. X, 6, מֵאֵת ib. V, 20, מִלִּפְנֵי v. c. מִלִּפְנֵי הַמֶּלֶךְ, פַּרְעֹה e conspectu regis, Pharaonis Gen. XLI, 46. XLVII, 10. Esth. VIII, 15. Eccl. X, 5. Sic יֵצֵא מִלִּפְנֵי יְהוָה Gen. IV, 16, מֵאֵת פְּנֵי יי׳ Iob. II, 7. Poët. etiam sq. accus. Jer. X, 20: בָּנַי יְצָאֻנִי *liberi mei exeunt a me*, derelinquunt me (cf. arab. خَرَجَ مِن dereliquit aliquem). Diversa est ratio eorum locorum, quibus יָצָא מִן est *egredi ex populo* i. e. abire ab eo. Jes. XLIX, 17: *vastatores tui* מִמֵּךְ יֵצֵאוּ *ex te exibunt*, a te abibunt, cf. Comm. 19: רָחֲקוּ מְבַלְּעָיִךְ. Jer. XLIII, 12: יָצָא מִשָּׁם *inde exit*, abit. Translate Thren. I, 6: וַיֵּצֵא מִן

בַּת צִיּוֹן כָּל־הֲדָרָהּ *exiit* abiit *a filia Zionis omnis splendor eius.* — 4) *Locus ad* quem quis egreditur, quem quis egrediendo petit, sibi praemissum habet אֶל. Ex. XXXIII, 7: יֵצֵא אֶל־אֹהֶל מוֹעֵד אֲשֶׁר מִחוּץ לַמַּחֲנֶה. Ez. III, 23. Jer. XIX, 2. Deut. XXIII, 11; לְ, ut יָצָא לַצָּבָא Num. XXXI, 27. 28; בְּ, יָצָא בַּמַּחֲנֶה egredi (ex urbe) in castra 1 Sam. XXVIII, 1; acc. ut יָצָא הַשָּׂדֶה exire in agrum Gen. XXVII, 3. Num. XI, 26. יָצָא צָבָא egredi ad exercitum, unde in part. יֹצְאֵי צָבָא 1 Par. V, 18. VII, 11. XII, 33 (vide plura huius generis infra ad litt. b). Etiam sq. אֶל *personae* Gen. XIX, 6: וַיֵּצֵא אֲלֵיהֶם לוֹט. Ex. II, 11, sq. לִקְרַאת egredi obviam alicui Prov. VII, 15. — Utramque structuram (no. 3. 4) coniunctam habes Jer. IX, 2: מֵרָעָה אֶל־רָעָה יָצָאוּ *a malitia egressi* progrediuntur *ad malitiam*, et XXV, 32: הִנֵּה רָעָה יֹצֵאת מִגּוֹי אֶל גּוֹי. — 5) In accusativo positum habes etiam *tempus*, *quo* quis egreditur. 2 Reg. XI, 7. 9: יֹצְאֵי הַשַּׁבָּת *qui exeunt* munere *die sabbati*, nostr. die den Sabbath abtreten (vom Amte). Cf. de accusativo temporis, quippe qui ex verbo pendeat, Lev. XXV, 22: וּזְרַעְתֶּם אֵת הַשָּׁנָה הַשְּׁמִינִית nostr. ihr säet das siebente Jahr, et apud Arabes de Sacy gramm. arabe II §. 230 ed. 2. Sic نسرى ليلنا eamus noctem nostram vit. Tim. I, 54. Plin. H. N. 23, 1: si statim bina stadia ambulentur. — 6) Semel poët. cum accusativo eius, quod *magnâ copiâ egreditur* s. *effundit se* (cf. alia verba eundi, ut יָרַד Thren. III, 48, עָלָה Prov. XXIV, 31, gramm. hebr. §. 135, 1, not. 2) Am. V, 3: הָעִיר הַיֹּצֵאת אָלֶף *urbs, quae millia effundit*, emittit. LXX. ἐξ ἧς ἐξεπορεύοντο χίλιοι. Ita etiam Hieron. Chald. Syr. Sed de verbis Ps. CXLIV, 14 vide statim litt. a.

Speciatim *exire*, *egredi* dicuntur

a) qui *ex* aliqua terra *emigrant*, tum singuli homines familiaeque Gen. X, 11. XII, 4. XXIV, 5. Ruth I, 7. Jer. XXII, 11. 1 Sam. XXII, 3, tum universi populi, velut יָצָא מִמִּצְרַיִם Exod. XXXIV, 18. Num. XXII, 5. Deut. IX, 7. Inde יָצָא בַּגּוֹלָה migravit in captivitatem Jer. XXIX, 16. XLVIII, 7. Zach. XIV, 2, quo etiam pertinere videtur Ps. CXLIV, 14: אֵין יוֹצֵאת *nihil exit*, emigrat i. e. nemo in captivitatem ducitur.

b) milites, *α*) qui ex urbe in bellum, ex castris ad proelium *egrediuntur* (ausmarschieren) 1 Sam. XXIII, 15. XXVI, 20. 1 Reg. XX, 39. 2 Reg. XIX, 9. Jes. XXXVII, 9. Dan. XI, 11. 44 al., passim addito לַמִּלְחָמָה Iud. III, 10. XX, 14. 20. 1 Reg. VIII, 44, בַּמִּלְחָמָה 2 Sam. XXI, 17, it. יָצָא לִקְרַאת Num. XX, 18, יָצָא אֶל (contra hostem) Deut. XXVIII, 7, יָצָא אַחֲרֵי ad persequendum hostes Jos. VIII, 17. Transfertur ad Jovam, qui egreditur ad debellandos hostes Jes. XXVI, 21. XLII, 13. Hab. III, 13. Zach. XIV, 3. Ps. LXXXI, 6, ad angelum eius militantem pro populo Dan. X, 20, dicitur etiam de equo in pugnam prodeunte Iob. XXXIX, 21. יָצָא לִפְנֵי הָעָם *egredi* in bellum *ante populum* proprie est regis 1 Sam. VIII, 20, inde Jovae 2 Sam. V, 24: אָז יָצָא יְהוָה לְפָנֶיךָ. Iud. IV, 14. Ps. LXVIII, 8. (Ita syr. ܢܦܩ Barhebr. 242. 418, unde ܡܦܩܬܐ expeditio bellica, et arab. خرج, unde خَرْجَة expeditio bellica). Contra *β*) tribuitur etiam militibus ex urbe munita exeuntibus, ut eam hosti tradant. 1 Sam. XI, 3: וְיָצָאנוּ אֵלֶיךָ *egrediemur ad te* i. e. manus victas dabimus. Comm. 10. 1 Reg. XX, 31. Jes. XXXVI, 16. Jer. XXI, 9. XXXVIII, 2. 21. (Syr. ܢܦܩ Barhebr. 278. 282. Arabes de his qui oppidum expugnatum tradunt, frequentant: خرج من تحت سيف فلان exiit sub gladio alic., gladius enim ignominiae caussa in porta suspendi solebat). Dicitur

c) de his, qui (e domo) in publicum prodeunt Prov. VII, 15. Iob. XXXI, 34, de pastore ad venandas feras exeunte 1 Sam. XVII, 35, de agricola mane in agrum prodeunte Ps. CIV, 23, de mercatore et nauta ad mercaturam exercendam proficiscente. Deut. XXXIII, 18: שְׂמַח זְבוּלֻן בְּצֵאתֶךָ *lactare, Sebulun, de egressu tuo* i. e. de navigationibus et commerciis exercendis. Opp. בְּאֹהָלֶיךָ. Ez. XXVII, 33.

d) *Egredi ex utero* matris dicitur infans, qui *nascitur*. Gen. XXV, 25: וַיֵּצֵא הָרִאשׁוֹן *exiit primus*. Comm. 26: אַחֲרֵי־כֵן יָצָא אָחִיו. XXXVIII, 28. 29. 30. Exod. XXI, 22. Additur מִבֶּטֶן Iob. I, 21: *nudus egressus sum* מִבֶּטֶן אִמִּי. III, 11. Eccl. V, 14, מֵרֶחֶם Jer. I, 5. XX, 18, (cf. מִבֵּין רַגְלֶיהָ Deut. XXVIII, 57). Translate Iob. XXXVIII, 29: מִבֶּטֶן מִי יָצָא הַקָּרַח *ex cuius utero egressa est pruina?* — Alibi puerum natum dicunt *egressum esse e lumbis* (מֵחֲלָצַי Gen. XXXV, 11. 2 Par. VI, 9, מִיֶּרֶךְ Gen. XLVI, 26) et *ex visceribus patris* (מִמֵּעַי Gen. XV, 4. 2 Sam. VII, 12. XVI, 11, cf. Jes. XLVIII, 1 ubi pro מִמֵּי legendum videtur מִמְּעֵי). Inde יָצָא מִן est *ortum esse ex* aliquo. Gen. X, 14: אֲשֶׁר יָצְאוּ מִשָּׁם פְּלִשְׁתִּים *unde orti sunt Philistaei*. XVII, 6: מְלָכִים מִמְּךָ יֵצֵאוּ *reges ex te prodibunt*, orientur. 2 Reg. XX, 18. Jes. XXXIX, 7. 1 Par. II, 53: מֵאֵלֶּה יָצְאוּ הַצָּרְעָתִי וגו׳. De bestiis Jes. XIV, 29. (Talmud. שעת יציאה hora nativitatis. „Arab. خرج exiit usurpatur pro natus, ortus est, ut יָצָא. Eius conj. X استخرج extraxit, derivavit, hic valet fecit genus ducere.“ Schult. ad Har. Cons. III, p. 47). Dicunt

e) *egredi* ex carcere Eccl. IV, 14 (cf. Ps. LXXXVIII, 9), ex angustiis Prov. XII, 13, ex periculo Jer. XI, 11, ex igne Ez. XV, 7, ex servitute 2 Reg. XIII, 5 (מִתַּחַת יַד) pro liberari. Simpliciter *egredi* dicuntur servi qui manumittuntur Ex. XXI, 3. 4. 11. Lev. XXV, 41. 54, plenius יָצָא חָפְשִׁי Ex. XXI, 5, et translate latifundia, quae anno iubileo pristino possessori gratis redduntur Lev. XXV, 28. 30. 31. XXVII, 21. Semel sq. acc. Eccl. VII, 18: ירא אלהים יצא את־כלם *qui Deum timet, evadit ex his omnibus*. Similiter *liberum prodire, egredi* ex iudicio Ps. CIX, 7, ex sortilegio 1 Sam. XIV, 41, ex examine Iob. XXIII, 10: כַּזָּהָב אֵצֵא. (Arab. خرج من المرض liberari a morbo, convalescere).

f) *anima* alic. *exire* dicitur, de eo, qui exanimatus est sive gaudio sive amoris impotentia Cant. V, 6, cf. Gen. XLII, 28: וַיֵּצֵא לִבָּם (metu, terrore) *exanimati erant*.

Transfertur etiam ad res inanimatas. Sic

g) *egredi* dicuntur plantae, quae *progerminant* 1 Reg. V, 13. Jes. XI, 1. Iob. XXXI, 40, flores Iob. XIV, 2, fruges Deut. XIV, 22, it. cornu Dan. VIII, 9. — Iob. XXVIII, 5: *terra* אֶרֶץ מִמֶּנָּה יֵצֵא לָחֶם *ex qua progerminat panis*. Inde צֶאֱצָאִים. (Syr. ܢܨܒ progerminavit).

h) egredi i. e. *oriri* dicuntur sol Gen. XIX, 23. Iud. V, 31. Jes. XIII, 10. Ps. XIX, 6, stellae Neh. IV, 15 cf. de aurora Hos. VI, 3. Poët. etiam salus, quippe quae cum sole vel aurora comparetur Jes. LI, 5. Alibi tribuitur igni Num. XXVI, 35: אֵשׁ יָצְאָה מֵאֵת יְיָ. XXI, 29, fulminibus Ez. I, 13, ventis Zach. VI, 5. Tribuitur

i) aquae, quae ex fonte *profluit*, *scaturit* Gen. II, 10. Ex. XVII, 6. Deut. VIII, 7. Ez. XLVII, 11. Cf. מוֹצָא מַיִם Jes. XLI, 18.

k) sorti, quae *exit* ex hydria, sq. לְ pers. Num. XXXIII, 54: אֶל אֲשֶׁר יֵצֵא לוֹ שָׁמָּה הַגּוֹרָל לוֹ יִהְיֶה. Jos. XVI, 1. XIX, 17. 32. 40. (Syr. ܢܦܩ Barhebr. 444); sagittae, quae emittitur Zach. IX, 14.

l) mercibus, quae *exportantur* 1 Reg. X, 29. Cf. מוֹצָא Comm. 28. (Sic syr. ܢܦܩ Barhebr. p. 198 lin. 5).

m) pecuniae, quae *expenditur* et *impenditur* alic. rei, sq. עַל. 2 Reg. XII, 13: כֹּל אֲשֶׁר יֵצֵא עַל הַבַּיִת לְחָזְקָה *quicquid impenditur ad aedem instaurandam*. (Talmud. id. הוֹצָאָה impensa, sumtus. Syr. ܐܦܩ impendit. Ettaph. pass. Barhebr. 601. ܢܦܩܬܐ impensa, sumtus. Arab. نفق IV. expendit, erogavit, نفقة expensa. Aethiop. ወፅዓት: sumtus. Vide etiam chald. נִפְקָא.

n) limiti s. termino *excurrenti*. Num. XXXIV, 9: וְיָצָא הַגְּבוּל זִפְרֹנָה. Comm. 4. Jos. XV, 3. 4. 9. 11. XVI, 6. XVIII, 15. 17. XIX, 12. 13. 27. 34. Jer. XXXI, 39.

o) aedificio vel parti eius, quae *procurrit*, *prominet* ante reliqua. Neh. III, 25: הַמִּגְדָּל הַיּוֹצֵא מִבֵּית הַמֶּלֶךְ. Comm. 26. 27.

p) verbo, quod *exit* ex ore. Jos. VI, 10: לֹא יֵצֵא מִפִּיכֶם דָּבָר *ne verbulum quidem exeat ex ore vestro*. Num. XXX, 3: *quicunque aliquid vovit Jovae* ..... כְּכָל־הַיֹּצֵא מִפִּיו יַעֲשֶׂה *secundum omne, quod exiit ex ore eius, faciat*. Eadem formula etiam alibi frequentatur de votis Num. XXXII, 24. Iud. XI, 36. Jer. XLIV, 17 (cf. 25): sed habetur quoque de mandatis Esth. VII, 8, promissis Jes. XLV, 23, vaticiniis Jes. XLVIII, 3. Ez. XXXIII, 30. — Est

q) *exire* in vulgus i. q. *promulgari*, de edicto vel regis vel Dei Esth. I, 19. Dan. IX, 23, de sententia iudicis Hab. I, 4. Ps. XVII, 2: מִלְּפָנֶיךָ מִשְׁפָּטִי יֵצֵא cf. Zach. V, 3, it. *emanare* de rumoribus Esth. I, 17. — Cf. Ps. XIX, 5: בְּכָל־הָאָרֶץ יָצָא קַוָּם.

r) *proficisci* ab aliquo vel aliqua re utpote auctore et fonte *α*) de rebus physicis. Iud. XIII, 14: כֹּל אֲשֶׁר יֵצֵא מִגֶּפֶן הַיַּיִן *quicquid e vite paratur*. XIV, 14: מֵהָאֹכֵל יָצָא מַאֲכָל וּמֵעַז יָצָא מָתוֹק. *β*) de rebus ethicis. 1 Sam. XXIV, 14: *a scelesto proficiscitur scelus*. Jer. XXIII, 15. XXX, 19. Cf. etiam Iob. XXVI, 4: נִשְׁמַת מִי יָצְאָה מִמֶּךָּ *cuiusnam spiritus a te procedit?* per ironiam: quale tandem ingenium eloqueris? — De consilio divino Gen. XXIV, 50: מֵיְהוָה יָצָא הַדָּבָר. Jes. XXVIII, 29, cf. Jes. II, 3. LI, 4.

s) *exire* denique dicuntur, quae ad *exitum s. finem veniunt*. Ez. VII, 10: יָצְאָה הַצְּפִרָה *absolutus est orbis*, die Reihe ist um. De *fine* temporis Exod. XXIII, 26: בְּצֵאת הַשָּׁנָה *exeunte anno*, de fine i. e. perditione urbis Ez. XXVI, 18. (Cf. chald. צֵית pro צֵאת finis).

Hiph. הוֹצִיא fut. יוֹצִיא conv. וַיּוֹצֵא imp. הוֹצֵא, semel הוֹצִיא Jes. XLIII, 8 (ubi non est quod cum Hitzigio hanc formam pro praeterito habeas cf. הוֹפִיעַ Ps. XCIV, 1), part. מוֹצִיא, semel מוֹצֵא Ps. CXXXV, 7 *exire iussit*, *exire curavit*, hinc 1) *eduxit* c. acc. pers. et מִן loci ex quo quis educitur (sexcenties, v. infra), it. מֵעַל pers. a quo educitur Gen. XLV, 1. 2 Sam. XIII, 9; contra אֶל personae (Gen. XIX, 5. Jer. XXXVIII, 23. Hos. IX, 13) et loci ad quem quis educitur (Ez. XLVI, 21), praevio לְ loci 2 Par. XXIX, 16. Locus, *per* quem quis educitur, habetur praevio בְּ Ezech. XII, 5. — Verbi gratia: *educere* populum ex Aegypto Ex. XIII, 14. XVI, 6. XVIII, 1. XXXII, 11. Deut. I, 27. VI, 12. VII, 8. 19. IX, 12. 26. XVI, 1, aliquem ex carcere Gen. XLIII, 23. Jes. XLII, 7. Jer. XXXIX, 14. Ps. LXVIII, 7, ex angustiis Ps. XXV, 17. CXLIII, 11 cf. XXXI, 5, e manu hostium 2 Sam. XXII, 49 (מוֹצִיאִי מֵאֹיְבָי, pro quo Ps. XVIII, 49: מְפַלְּטִי מֵאֹיְבָי, quod usitatius est); it. educere in bellum Jes. XLIII, 17, aliquem ad locum supplicii (extra urbem) Gen. XXXVIII, 24. Deut. XVII, 5. XXII, 24. 1 Reg. XXI, 10. Fortius: *expulit*, *eiecit* Esr. X, 3. 19. Transfertur ad varias res: a) eduxit, produxit (ex utero), i. e. *nasci fecit* Iob. X, 18. Jes. LXV, 9 (v. Kal litt. d), it. de mago qui muscas Ex. VIII, 14, de artifice qui instrumentum producit Jes. LIV, 16. — b) *produxit* terra herbas, arbores Gen. I, 12. 24. Ps. CIV, 14. Jes. LXI, 11. Hagg. I, 11, cf. Num. XVII, 23 de virga germina protrudente (v. Kal litt. g). — c) produxit i. e. oriri fecit stellas Jes. XL, 26. Iob. XXXVIII, 32 (v. Kal litt. h). — d) *produxit in lucem*. Iob. XXVIII, 11: תַּעֲלֻמָה יוֹצִיא אוֹר *occultum producit in lucem*. Ps. XXXVII, 6: הוֹצִיא כָאוֹר צִדְקֶךָ. Jer. LI, 10. — e) *eduxit* i. q. secrevit, segregavit. Lev. XXVI, 10: יָשָׁן מִפְּנֵי חָדָשׁ תּוֹצִיאוּ *vetus secernite ab horno*. Jer. XV, 19: אִם תּוֹצִיא יָקָר מִזּוֹלֵל *si secernes pretiosum a vili* (ut solent, qui metalla cernunt) i. e. ubi, quae pretiosa in te sunt, a sordibus admixtis purgaveris.

2) de rebus: *extulit*, *extulit foras*, v. c. ex castris Lev. IV, 12. 21. VI, 4. XIV, 45, ex templo 2 Reg. XXIII, 4, e domo Ex. XII, 46. Am. VI, 10, in agrum Gen. XIV, 18. Deut. XXIV, 11. Iud. VI, 18. Translate: extulit i. e. *evulgavit* rumorem, sq. עַל de aliquo Num. XIV, 37. Deut. XXII, 14. 19, sq. לְ detulit

sermones ad aliquem Neh. VI, 19; cf. Jes. XLII, 1: מִשְׁפָּט לַגּוֹיִם יוֹצִיא *legem ad gentes efferet*. Comm. 3.

3) *extraxit*, ut manum e sinu Ex. IV, 6. 7, gladium e vagina Ez. XXI, 8. 10, *expromsit*, veluti ex marsupio Gen. XXIV, 53. 2 Par. XXXIV, 14, ex olla Ez. XXIV, 6. Inde

4) *exegit* pecuniam, sq. עַל tributum *imposuit*. 2 Reg. XV, 20: וַיֹּצֵא מְנַחֵם אֶת־הַכֶּסֶף עַל יִשְׂרָאֵל עַל כָּל־גִּבּוֹרֵי הַחַיִל *et imposuit Menahem hanc pecuniam Israëli, omnibus beatioribus*. Cf. Kal litt. m. (Arab. خرج IV. tributum solvit, خَرْج, خَرَاج tributum).

Hoph. eductus est Gen. XXXVIII, 25. Jer. XXXVIII, 22. Ez. XIV, 22. XXXVIII, 8, de aqua effluente Ez. XLVII, 8.

יְצָא chald. in Kal inusit.

Schaph. שֵׁיצִא et שֵׁיצִי in Targ. *ad exitum perduxit, absolvit*, it. *perdidit*, pro hebr. כִּלָּה al. Vide Buxtorf. p. 2507, qui haec male retulit ad rad. שצא. Inde שֵׁיצִיא *absolutus* (de aede sacra) Esr. VI, 15.

יָצִיא m. qui *egressus* est, adj. verbale passivum, sed activae potestatis (v. Lehrgeb. §. 120, 5). 2 Paral. XXXII, 21.

צֵאָה pro יְצֵאָה (Zere impuro, ut גְּזֵלָה, אֲבֵדָה, נְבֵלָה al.) cstr. צֵאַת Ez. IV, 12, c. suff. צֵאָתֶךָ Deut. XXIII, 14 *excrementa humana*, pr. quod *exit* (Abgang), secernitur ab homine. Cf. syr. ܡܦܩܬܐ exoneratio ventris, ܡܦܩܬܐ excrementum, ܡܦܩܢܐ exitus, podex. Apud Rabbinos podex per euphemismum vocatur אבר היציאה membrum exitus.

צוֹאָה id. 2 Reg. XVIII, 27. Jes. XXXVI, 12, Keri, unde apparet hoc vc. honestum fuisse pro obscoeno חֲרָא. Inde *sordes* Jes. XXVIII, 8: קִיא צוֹאָה *vomitus sordidus*. De sordibus peccati Jes. IV, 4. Prov. XXX, 12. (Talmud. dicitur etiam צואת האוזן excrementum auris, צ׳ החוטם excrementum narium. Buxt. 970. In Targg. צֹאֲתָא, syr. ܨܐܬܐ sordes. Ab hoc nomine ductum censeo

צוֹא adj. m. *sordidus* (de vestibus) Zach. III, 3. 4. Cf. syr. Pa. foedavit, ῥυπαρεύω Apoc. XXII, 11, ܨܐܝܐ sordidus, ܨܐܝ foedavit, quae omnia secundaria sunt ab illa voce hebraea ducta, pariter atque aeth. ጸአአ: foetuit, ጽኡእ: foetidus.

צֹאן *pecus*, v. rad. צָאַן.

צֶאֱצָאִים m. pl. cstr. צֶאֱצָאֵי Jes. XLVIII, 19 c. suff. צֶאֱצָאֶיהֶם LXI, 9 1) *propagines*, quippe e terra provenientes Iob. XXXI, 8. Distinguitur a צפיעות Jes. XXII, 24, quae sunt viliores arboris propagines. Jes. XXXIV, 1: תֵּבֵל וְכָל צֶאֱצָאֶיהָ *orbis et omnes propagines eius* i. e. homines, quasi terrigenae. LXX. ὁ λαὸς ὁ ἐν αὐτῇ. XLII, 5. — 2) translate *liberi*, *posteri* alic. (plene צֶאֱצָאֵי מֵעֶיךָ Jes. XLVIII, 19) Jes. LXV, 23. LXI, 9. Iob. V, 25. XXI, 8. XXVII, 14, cf. gr. θάλος, ἔρνος, κλάδος, καρπός al. apud Ruhnken. ad hymn. in Cerer. 25. (Arabes, etsi carent radice יָצָא, tamen hoc vc. non ignorant, v. ضِئْضِئٌ i. q. أَصْلٌ stirps, familia, v. Tim. p. 422 Gol. T. II, 936 Mang. Gieuhar. spec. p. 140. Scribitur etiam صِيصِىٌ Kam. Eiusdem originis est aethiop. ጸእጸእ: fetus, et embryo, et fortasse etiam ጸአት: pratum gramine abundans.

מוֹצָא (Kamez impuro) pl. cstr. מוֹצָאֵי Ez. XII, 4 et saepius, c. suff. מוֹצָאֵיהֶם Num. XXXIII, 2 1) *egressus*, *exitus* 2 Sam. III, 25. Plur. Num. XXXIII, 2. Ez. XII, 4: כְּמוֹצָאֵי גוֹלָה *sicut exire solent emigrantes*; מוֹצָא דָבָר *exitus* oraculi Dan. IX, 25 cf. 23; *ortus* solis Ps. XIX, 7 cf. Hos. VI, 3; *exportatio* (advectio) equorum ex Aegypto 1 Reg. X, 28 cf. verbum Comm. 29.

2) *locus*, *unde* aliquid *exit*. מוֹצָא מַיִם fons aquarum. Jes. XLI, 18. LVIII, 11. Ps. CVII, 33, cf. 2 Par. XXXII, 30. מוֹצָא כֶסֶף fodina argenti Iob. XXVIII, 1. מוֹצָא דֶשֶׁא locus graminis ferax Iob. XXXVIII, 27. Absol. etiam *locus*, *unde* sol *exit*, *oriens* Ps. LXXV, 7, et de ortu vesperae (cf. surgit nox Ovid. Metam. 4, 92, surgunt tenebrae Senec.) Ps. LXV, 9: מוֹצָאֵי בֹקֶר וָעֶרֶב תַּרְנִין *iubilo reples loca* unde *mane* (aurora) *et unde vespera oritur*, i. e. orientem et occidentem. Inde etiam: *porta* Ez. XLII, 11. XLIII, 11.

3) *id quod egreditur*. מוֹצָא שְׂפָתַיִם id quod ex labiis alic. egreditur i. e. quod aliquis pronunciavit, locutio solennis in votis Num. XXX, 13. Deut. XXIII, 24 (v. rad. litt. p) et promissis Jer. XVII, 16. Ps. LXXXIX, 35. מוֹצָא פִי יְהוָה de iussu Dei Deut. VIII, 3.

4) n. pr. virorum a) 1 Par. VIII, 36. IX, 42. b) II, 46.

מוֹצָאָה, in solo pl. מוֹצָאוֹת 1) *origines* alic. Mich. V, 1. — 2) loca ad quae exitur, honeste dicitur de *cloacis*, pro vulgari מַחֲרָאוֹת. 2 Reg. X, 27 Keri. (Cf. arab. مَخْرَجٌ et مَبْرَزٌ latrina, utrumque ab exeundo.

תּוֹצָאוֹת f. pl. 1) *exitus*, translate liberatio e periculo Ps. LXVIII, 21 cf. rad. litt. e. — 2) *locus*, *ex* quo (quis, quid) *exit*, inde *porta* Ezech. XLVIII, 30, *fons*, Prov. IV, 23: תּוֹצְאוֹת חַיִּים *fons vitae*, felicitatis; it. *locus ubi* (aliquid) *exit*, de exitu termini Num. XXXIV, 4 sqq. Jos. XV, 4. 7. 11. XVI, 3. 8. XVII, 9. 18. XVIII, 12. 14. 19. XIX, 14. 22. 29. 33.

יָצַב in Kal apud Hebraeos inusit. i. q. נָצַב (a quo Niph. Hiph. Hophal et multa nomina derivata repetuntur) *statuit*, *posuit*, *stitit*. Kal coniugationis exempla habes apud Poenos in numis Iubae maioris, quorum uni speciei inscriptum est: יצב עי רם מלכת (יָצַב עִי רָם מַלְכַּת) i. e.

qui statuit (restituit) *ruinam altae sedis* (capitis) *imperii*, alteri: (שִׁיַּצֵּב עַר רַם מַלְכֻתֵנוּ) *qui restituit ruinam a. s. imperii nostri*, v. Monum. phoen. pag. 314 sqq. Arabes habent وصب constans fuit res, assiduus fuit in re, et وظب perseveravit in re, quae a primaria sistendi notione ducta sunt.

Hithpa. הִתְיַצֵּב 1) *stitit se*, *constitit*, *adstitit* (sich hinstellen, hintreten Iob. XXXIII, 5). 1 Sam. XVII, 16: וַיִּתְיַצֵּב אַרְבָּעִים יוֹם *stitit se* ad certamen *quadraginta dies*. 2 Sam. XVIII, 30: הִתְיַצֵּב כֹּה. Exod. II, 4. XIV, 13. Num. XXII, 22. 1 Sam. III, 10. X, 23. XII, 7. 16. 2 Sam. XXIII, 12. 2 Par. XX, 17. Jer. XLVI, 4. 14, *auftreten*, sq. בְּ Exod. XIX, 17. Deut. XXXI, 14. Iud. XX, 2; et עַל loci Ps. XXXVI, 5. Hab. II, 1.

Coniungitur praeterea a) sq. עַל pers. *adstitit* iuxta (propter) aliq. Num. XXIII, 3. 15, concessit ad aliquem, *transiit ad* aliquem 2 Par. XI, 15: *sacerdotes et Levitae* הִתְיַצְּבוּ עָלָיו *transibant ad eum* (Rehabeamum), Vulg. venerunt ad illum; sed etiam contra: *surrexit contra* aliq. Ps. II, 2. Denique הִתְיַצֵּב עַל יְהוָֹה stitit se coram Jova, dicitur de angelis utpote apparitoribus Deo se quotidie sistentibus Iob. I, 6. II, 1. Zach. VI, 5, cf. Luc. I, 19: *Γαβριὴλ ὁ παρεστηκὼς ἐνώπιον τοῦ θεοῦ*. b) sq. עִם pers. adstitit iuxta aliq. Ex. XXXIV, 5. Num. XI, 16. c) ה׳ לִפְנֵי מֶלֶךְ stitit se coram rege Ex. VIII, 16. IX, 13, ministravit ei i. q. עָמַד לִפְנֵי מ׳ Prov. XXII, 29; ה׳ לִפְנֵי יְיָ stitit se coram Deo i. e. in loco sacro, in conspectu Dei Jos. XXIV, 1. 1 Sam. X, 20. Passim *surgendi* potestatem induit (cf. Ps. II, 2 et syn. עָמַד), ut sq. מִנֶּגֶד surrexit contra (aliquid). 2 Sam. XVIII, 13.

2) *stetit* (stehn, dastehn). Iob. XXXVIII, 14: יִתְיַצְּבוּ כְּמוֹ לְבוּשׁ (quo tempore res creatae) *adstant ut veste splendida* indutae, wenn alles dasteht wie im Feyerkleide. Vide לְבוּשׁ. Inde

3) *constitit coram* aliquo (bestehn vor jem.), sive victor coram hoste i. q. *restitit*, sq. לִפְנֵי Deut. IX, 2. Jos. I, 5. Iob. XLI, 2, בִּפְנֵי Deut. VII, 24. XI, 25, עִם (pugnando *cum*) 2 Par. XX, 6, sive coram Deo iudice, sq. לְנֶגֶד עֵינֵי Ps. V, 6. Absol. 2 Sam. XXI, 5: נִשְׁמַדְנוּ מֵהִתְיַצֵּב בְּכָל־גְּבֻל יִשְׂרָאֵל *ita vexati sumus*, *ut consistere non possimus in universa terra Israëlitarum*.

4) sq. לְ pers. *adstitit*, *adfuit* alicui. Ps. XCIV, 16: מִי יִתְיַצֵּב לִי עִם פֹּעֲלֵי אָוֶן *quis mihi adest contra maleficos* (pr. in certamine *cum* maleficis)? — Exod. II, 4 est תֵּתַצַּב *ἀνομαλῶς* pro תִּתְיַצֵּב, v. Lgb. p. 386.

יְצַב chald. Pe. inusit. firmus, certus fuit.

Pa. verum, *certum dixit*. Dan. VII, 19: *rogavi* לְיַצָּבָא *ut mihi verum* (certum) *diceret de bestia quarta*. Cf. comm. 16.

יַצִּיב chald. adj. 1) *stabilis*, *firmus*, *ratus*. Dan. VI, 13. 2) *verus*, *fide dignus* Dan. II, 45. VII, 16. יַצִּיבָא Dan. III, 24 et מִן יַצִּיב II, 8 *certo*, *profecto*.

יָצַג rad. in Kal inusit. sed cognata radicibus יָצַב (נָצַב), יָצַע et יָצַק (v. Hiph.), quae caussa est quod Hi. הִצִּיג malui ad יָצַג referre, quam ad נָצַג, ut prima editione feceram.

Hiph. הִצִּיג (ut הִצִּיעַ, יָצַע) 1) *statuit*, *stitit* (hinstellen), homines Gen. XLIII, 9. XLVII, 2. Iud. VII, 5. Hos. II, 5. Jer. LI, 34. Iob. XVII, 6, pedem Deut. XXVIII, 56, arcam foederis 1 Sam. V, 2. 2 Sam. VI, 17, statuam Iud. VIII, 27, virgas Gen. XXX, 38. Fortius: *stabilivit* Am. V, 15: הַצִּיגוּ בַשַּׁעַר מִשְׁפָּט *stabilite in porta* (in foro) *ius*. — 2) *collocavit*, *posuit* Iud. VI, 37. — 3) *reliquit* (stehen lassen) Gen. XXXIII, 15.

Hoph. הֻצַּג pass. no. 3 *relinqui*. Ex. X, 24.

יָצַע *stravit*. (Arab. وضع posuit, deposuit, depressit, humiliavit, quae significationi Hebraeae finitima sunt, quanquam ipsam sternendi significationem ignorant Arabes. Cognata sunt יָצַג, יָצַק, יָצַב. Part. pass. יָצוּעַ v. infra.

Hiph. הִצִּיעַ *stravit*, *substravit*. Jes. LVIII, 5: שַׂק וָאֵפֶר יַצִּיעַ. Ps. CXXXIX, 8: וְאַצִּיעָה שְּׁאוֹל *et* (si) *orcum mihi substernerem* i. e. stratum meum facerem.

Hoph. fut. יֻצַּע pass. Esth. IV, 3 (cf. Jes. LVIII, 5). Jes. XIV, 11: תַּחְתֶּיךָ יֻצַּע רִמָּה *substernuntur tibi vermes*.

יָצוּעַ subst. 1) *stratum*, *lectus* Ps. LXIII, 7. CXXXII, 3. Iob. XVII, 13, de toro Gen. XLIX, 4.

2) *contignatio*. Vulg. *tabulatum*. 1 Reg. VI, 5. 6. 10 (Keri יָצִיעַ). Constr. c. fem. comm. 6 (ter) et cum masc. Comm. 10. In templo Salomonis l. c. ita vocantur tres conclavium lateralium (צְלָעוֹת q. v.) contabulationes a tribus templi lateribus quinque ulnarum altitudine una super alteram exstructae; ita quidem ut יָצוּעַ fem. Comm. 6 de singulis contabulationibus, Comm. 5. 10 (ubi masculino iunctum est) collective de universa hac aedis parte dictum sit. Aug. Hirtius (der Tempel Salomo's p. 24. 25), qui tria haec tabulata ad ipsius templi altitudinem surrexisse volebat, Josephum quidem consentientem habet vel potius auctorem secutus est (v. Antiqu. VIII, 3 §. 2), sed adversantibus disertis contextus hebraei verbis Comm. 10: וַיִּבֶן אֶת־הַיָּצוּעַ עַל־כָּל־הַבַּיִת חָמֵשׁ אַמּוֹת קוֹמָתוֹ.

מַצָּע m. *stratum*, *cubile* Jes. XXVIII, 20.

יָצַק fut. יִצֹק pl. יִצְקוּ 1 Reg. XVIII, 34, וַיִּצְקוּ pro יִצְקוּ (ubi non probo וַיִּקְצוּ, יִצְקוּ in Bibliis Mantuanis et apud J. H. Michaëlem), semel intrans. וַיִּצַק 1 Reg. XXII, 35 (in Bibliis Mantuanis et apud Hooghtium, in aliis וַיִּצֶק J. H. Mich. Simon.), it. יָצוּק a צוּק (q. v.), imp. צַק 2 Reg. IV, 41 et יְצֹק Ez. XXIV, 3, inf. צֶקֶת Iob. XXXVIII, 38 1) *fudit*. Reliquae linguae semiticae hac rad. carent, finitimum est צוּק no. II. a) *fudit*, *effu-*

dit res liquidas, ut aquam, oleum, sanguinem Gen. XXVIII, 18. XXXV, 14. Ex. XXIX, 7. 2 Reg. III, 11, sq. עַל super aliquid Lev. II, 1. 6. XIV, 26. 1 Reg. XVIII, 34. יָצַק שֶׁמֶן עַל רֹאשׁ effudit oleum in caput alic., ut fit in ungendis regibus 1 Sam. X, 1. 2 Reg. IX, 3, sq. בְּ infudit in aliquid Ez. XXIV, 3. — Accusativus rei infusae passim omittitur, ut 2 Reg. IV, 4: וְיָצַקְתְּ עַל כָּל־הַכֵּלִים הָאֵלֶּה *infunde* oleum *in omnia haec vasa* (ut nos dicimus: Oel *auf*giessen). Comm. 41: צַק לָעָם וְיֹאכֵלוּ *effunde* pulmentum *hominibus*, *ut comedant*. 2 Sam. XIII, 9. Metaph. effundere spiritum Jes. XLIV, 3, it. Ps. XLI, 9: דְּבַר בְּלִיַּעַל יָצוּק בּוֹ *res scelesta ei infusa est*, scelus aliquod ab eo commissum eum penitus penetravit et occupavit, eum quasi induit (v. לָבַשׁ) i. e. irae Dei propter scelus aliquod ei incumbunt. De Wette: pernicies effusa est super eo, contra usum verborum דְּבַר בְּלִיַּעַל CI, 3, et בְּ יָצַק infundere Ez. XXIV, 3. — Intrans. *effudit se* 1 Reg. XXII, 35 (וַיִּצֶק). Iob. XXXVIII, 38: בְּצֶקֶת עָפָר לַמּוּצָק *ubi pulvis se fundit in massam fusilem* i. e. cum aqua pluviali colliquescit instar massae fusilis. — b) *fudit* statuas vasaque aenea Exod. XXV, 12: וְיָצַקְתָּ לּוֹ אַרְבַּע טַבְּעֹת זָהָב *et fundas ei quattuor annulos aureos* i. e. ei applicandos. XXVI, 37. XXXVI, 36. XXXVII, 3. 13. XXXVIII, 5. 27. 1 Reg. VII, 46. Part. pass. יָצוּק *fusus*, *fusilis* 1 Reg. VII, 24. 30. 2 Par. IV, 3, inde *durus*, *firmus* instar metalli fusi Iob. XLI, 16: לִבּוֹ יָצוּק כְּמוֹ אָבֶן *cor eius durum est instar lapidis*. Comm. 15.

2) *posuit*, *collocavit* i. q. יָצַג et צוּק v. Hiph. הִצִּיק.

Pi. effudit. Part. fem. מְיַצֶּקֶת 2 Reg. IV, 5 Chethibh.

Hiph. הוּצִיק, part. fem. מוּצֶקֶת 2 Reg. l. c. Keri. Alia forma הִצִּיק i. q. הִצִּיג *posuit*, *collocavit* (nam fundendi, iaciendi, ponendi significationes vicinae sunt) Jos. VII, 23. 2 Sam. XV, 24.

Hoph. הוּצַק *effusus est* a) de liquidis. Lev. XXI, 10. Iob. XXII, 16. Translate Ps. XLV, 3: הוּצַק חֵן בְּשְׂפְתוֹתֶיךָ. b) de rebus e metallo fusis. 1 Reg. VII, 33: *fecitque* הַיָּם מוּצָק *mare fusum* sc. ex aere 1 Reg. VII, 23. 2 Par. IV, 2. רְאִי מוּצָק speculum fusum Iob. XXXVII, 18. De Iob. XXXVIII, 38 vide supra Kal 1, a. Part. habet etiam formam מֻצָק *α*) opus fusum, fusile. 1 Reg. VII, 16: מֻצַק נְחֹשֶׁת. *β*) metaph. *firmus* i. e. fortis, intrepidus Iob. XI, 15: הָיִיתָ מֻצָק וְלֹא תִירָא. Vulg. stabilis.

יְצֻקָה f. *fusio* (metalli) 1 Reg. VII, 24.

מוּצָק 1) part. Hoph. v. supra. 2) subst. (cf. מוּצָק) *fusio*, *fusura* 1 Reg. VII, 37. — Aliud vide sub rad. צוּק.

מוּצָקָה f. *infundibulum*. Plur. Zach. IV, 2.

מֻצֶקֶת f. *fusio*, *fusura*. C. aff. 2 Par. IV, 3.

יָצַר 1, pr. i. q. צוּר et צָרַר (q. v.) *pressit*, *compressit*, *coarctavit*, sed ubique intrans. (cf. שׂוּם et יָשַׂם) *coarctatus*, *angustus fuit*. Et hoc quidem significatu nihil usitatum est nisi fut. יֵצֶר, et impers. יֵצֶר לוֹ cum Vav conv. וַיֵּצֶר לוֹ, pl. יֵצְרוּ (pro praet. utuntur צַר a rad. צָרַר). Prov. IV, 12: לֹא יֵצַר צַעֲדֶךָ *gressus tuus non coarctatus erit* i. e. nulla impedimenta obiicientur consiliis tuis, res tuae bene procedent. Contra Iob. XVIII, 7: יֵצְרוּ צַעֲדֵי אוֹנוֹ. Jes. XLIX, 19: תֵּצְרִי מִיּוֹשֵׁב *nimis angusta eris habitatoribus*. Praeterea ubique impers. וַיֵּצֶר לוֹ ,יֵצֶר לוֹ *angustum fuit ei* (in Praet. צַר לוֹ) i. e. a) *in rebus angustis versatus est* (er war in Noth). Iud. II, 15: וַיֵּצֶר לָהֶם מְאֹד. X, 9. Iob. XX, 22. b) *metu anxius fuit* Gen. XXXII, 8: וַיִּירָא יַעֲקֹב מְאֹד וַיֵּצֶר לוֹ et sic in fem. וַתֵּצֶר לוֹ 1 Sam. XXX, 6. c) *aegritudine*, *moerore affectus est*. 2 Sam. XIII, 2: וַיֵּצֶר לְאַמְנוֹן לְהִתְחַלּוֹת. (Sic טוֹב לִי fut. יִיטַב לִי; רַע לִי fut. יֵרַע לִי).

2) *finxit*, *formavit* (quod a secando ductum est, v. ad צוּר), quo significatu utuntur praet. יָצַר, part. יוֹצֵר, fut. יִצֹּר more verborum פ״ן unde אֶצָּרְךָ Jes. XLII, 6. XLIX, 8. Jer. I, 5 Keri, יִצְּרֵהוּ Jes. XLIV, 12, et וַיִּיצֶר Gen. II, 7, וַיִּצֶר II, 19. Usurpatur tum de fabro lignario, qui scalpendo et dolando statuas effingit (Jes. XLIV, 9: יֹצְרֵי פֶסֶל. Comm. 12: בַּמַּקָּבוֹת יִצְּרֵהוּ), quae quidem notio primaria esse videtur, tum de ferrario, qui cudendo arma fingit (Jes. LIV, 17), tum denique de figulo, qui lutum fingit (Jes. LXIV, 7: אֲנַחְנוּ הַחֹמֶר וְאַתָּה יֹצְרֵנוּ). Inde de Deo creatore. Gen. II, 19: וַיִּצֶר יְהוָה אֱלֹהִים מִן הָאֲדָמָה כָּל־חַיַּת הַשָּׂדֶה, sed Comm. 7 cum accusativo materiae (de quo vide sub radd. בָּנָה ,אָפָה): וַיִּיצֶר יְיָ אֱלֹהִים אֶת־הָאָדָם עָפָר מִן הָאֲדָמָה *et finxit Jehova Deus hominem ex pulvere terrae*. — Plerumque sine materiae mentione Ps. XCIV, 9: יֹצֵר עַיִן *qui oculum formavit*. Ps. CIV, 26: לִוְיָתָן זֶה יָצַרְתָּ לְשַׂחֶק בּוֹ. Am. IV, 13: יוֹצֵר הָרִים וּבֹרֵא רוּחַ. Jer. X, 16: יוֹצֵר הַכֹּל הוּא. Ps. XCV, 5. Jes. XLV, 18, passim neglecta fingendi imagine, ut Ps. LXXIV, 17: *aestatem et hiemem tu creasti*, Jes. XLV, 7: *qui creavit lucem et tenebras*. Ps. XXXIII, 15. Zach. XII, 1, ut vix differat a synonymis בָּרָא et עָשָׂה, quibuscum saepe copulatur Jes. XLIII, 7. XLV, 7. 18, Am. IV, 13, Jer. XXXIII, 2. Praeterea observandum est: a) sq. לְ est: *formavit ad* aliquid, destinavit alicui rei (cf. supra Ps. CIV, 26). Jes. XLII, 6: אֶצָּרְךָ וְאֶתֶּנְךָ לִבְרִית עָם *formavi et feci te auctorem foederis cum populo*. XLIX, 5. 8. XLV, 18 extr. Sine לְ Jes. XLIV, 21: יְצַרְתִּיךָ עֶבֶד לִי *formavi te*, *ut servus meus esses*. b) Dicitur de rebus, quae Deus animo informavit, praeformavit, postea eventum habituris, opp. עָשָׂה exsequi. Jes. XLVI, 11: יָצַרְתִּי אַף אֶעֱשֶׂנָּה. XXXVII, 26: לְמִימֵי קֶדֶם וִיצַרְתִּיהָ עַתָּה הֲבֵאתִיהָ. XXII, 11. 2 Reg. XIX, 25. c) sq. עַל excogitavit, machinatus est contra aliq. Ps. XCIV, 20: יֹצֵר עָמָל עֲלֵי חֹק *qui machinatur aerumnas contra legem*. De Deo Jer. XVIII, 11: הִנֵּה אָנֹכִי יוֹצֵר עֲלֵיכֶם רָעָה.

Part. יוֹצֵר subst. 1) *figulus*. Jes. XXIX, 16. XLI, 25. Jer. XVIII, 2 sqq. Thren. IV, 2. כְּלִי יוֹצֵר vas fictile, figulinum Jer. XIX, 11. Ps. II, 9. 2 Sam. XVII, 28, נֵבֶל יוֹצְרִים lagena figulina Jes. XXX, 14. (In Phoeniciis habetur: קבר מצר היצר sepulcrum Mazori figuli,

inscr. Marsal. v. Monum. Phoen. p. 161). — In difficilioribus locis est Zach. XI, 13: *et dixit mihi Jova:* הַשְׁלִיכֵהוּ אֶל הַיּוֹצֵר אֶדֶר הַיְקָר אֲשֶׁר יָקַרְתִּי מֵעֲלֵיהֶם וָאֶקְחָה שְׁלֹשִׁים הַכֶּסֶף וָאַשְׁלִיךְ אֹתוֹ בֵּית יְהוָה אֶל־הַיּוֹצֵר *proiice ad figulum magnificum illud pretium, quo dignus habitus sum ab iis, et accepi triginta siclos et proieci illud* pretium *in templum Jovae ad figulum.* Grotius אֶל הַיּוֹצֵר *ad figulum* interpretatur *ad figulos, ad figulinum* s. locum quem habitabant figuli, ubi area erat in quam proiiciebantur fracta templi fictilia (Jer. XIX, 2), quorsum alias etiam sordes abiectas esse non incredibile sit, ut idem fere valeat illa locutio atque: coniecit *in sterquilinium*, ἐς κόρακας. Erat illa figlina ab oriente urbis ad portam חַרְסוּת i. e. figlinae, in cuius vicinia erat vallis Hinnom varii generis sordibus inquinata, quam ipsam alii intelligunt (v. Hengstenberg Christologie II p. 249). Sed restat difficultas in verbis בֵּית יְהוָה: non enim satisfacit, quod observant figulos illos vasa in usum templi fabricantes prope templum habitasse et reddi posse: *templum versus;* nisi figlinam illam ad ambitum templi pertinuisse putabis. Non negligenda igitur alia interpretatio, quam praeiverunt nonnulli veteres, quibus יוֹצֵר est i. q. אוֹצָר thesaurarius. Chald. רְמֵי לְתְחוֹת יַד אֲמַרְכְּלָא *et proiice sub manum thesaurarii.* Syr. ܐܪܡܝܗܝ ܒܝܬ ܓܙܐ *proiice illud ad thesaurum* templi. Kimchi: הַיּוֹצֵר הוּא כְּמוֹ אוֹצָר. In cod. Kennicotti 530 et 650 adeo scribitur אֶל הָאוֹצָר pro אֶל הַיּוֹצֵר. Litterarum א et י in prima radicis sede inter se permutatarum exempla sat multa exstant (v. pag. 2 B), et sententia aptissima est, siquidem etiam nos pecuniam, quam quacunque demum de caussa in nostros usus convertere nolumus, pie institutis mittere solemus. — 2) *artifex* statuarum Jes. XLIV, 9. — 3) *creator*, de Deo Jes. XLIII, 1. XLIV, 2. 24.

Niph. pass. no. 2. *fictus est.* Jes. XLIII, 10: לְפָנַי לֹא נוֹצַר אֵל *ante me nullum fictum est numen*, sequitur: *et post me non erit* tale. נוֹצַר non urgendum est, quanquam omnes dii praeter Jovam revera et fictitii et fictiles erant.

Pu. יֻצַּר pass. Kal no. 2, litt. b. *praefinitus, praedestinatus est.* Ps. CXXXIX, 16.

Ho. fut. יוּצַר formatus est (de armis) Jes. LIV, 17.

יֵצֶר m. c. suff. יִצְרוֹ 1) *fictio, formatio.* Ps. CIII, 14: כִּי הוּא יָדַע יִצְרֵנוּ *is enim novit formationem nostram* i. e. quomodo vel unde formati simus. Inde *opus fictile* Jes. XXIX, 16: יֵצֶר אָמַר לְיֹצְרוֹ, spec. *idolum* Hab. II, 18. — 2) Refertur ad animum: *meditatio, cogitatio* Deut. XXXI, 21, plene יֵצֶר לֵב Gen. VIII, 21: כִּי יֵצֶר לֵב הָאָדָם רַע; יֵצֶר מַחְשְׁבוֹת לִבּוֹ VI, 5. 1 Par. XXIX, 18 cf. XXVIII, 9. (Apud Rabbinos יצר הרע chald. יִצְרָא בִּישָׁא est concupiscentia mali, qua homo natura sua ad peccatum inclinat q. d. peccatum originale, v. Buxtorf. p. 973). Jes. XXVI, 3: יֵצֶר סָמוּךְ *animus firmus* i. e. animi firmi homo, ut נֶפֶשׁ בְּרָכָה de viro munifico Prov. XI, 25, לְשׁוֹן תַּהְפֻּכוֹת de viro cuius lingua perversa est X, 31. Cf. סָמוּךְ לִבּוֹ Ps. CXII, 8. — 3) n. pr. filii Naphtali Gen. XLVI, 24. Patron. est יִצְרִי Num. XXVI, 49, quod quidem ipsum viri n. pr. est 1 Par. XXV, 11 (pro quo Comm. 3 צְרִי).

יְצֻרִים m. pl. Iob. XVII, 7 *formationes* poët. pro *membris* ut bene Vulg. Alii faciei lineamenta intelligunt.

יָצַת in solo fut. יִצַּת Jes. IX, 17, pl. in Pausa יִצָּתוּ Jes. XXXIII, 12. Jer. LI, 58 cum Dag. euphon. pro יִצָּתוּ (cf. יֶהְתָּיוּ Iob. XXI, 13, נִשַּׁתָּה Jes. XLI, 17 al. Lgb. p. 85), הִצַּתָּה Jer. XLIX, 2 1) *flagravit.* Cf. צוּת. Jes. IX, 17 de malitia, quae incendio comparatur: וַתִּצַּת בְּסִבְכֵי הַיַּעַר *et flagrat in densa silvae*, und brennt im Dickicht des Waldes. De hoc usu בְּ particulae v. p. 172 A extr. — 2) pass. Hiph. i. q. *combustus est*, additur בָּאֵשׁ igne. Jer. LI, 58: שְׁעָרֶיהָ הַגְּבֹהִים בָּאֵשׁ יִצַּתּוּ (cf. Neh. I, 3. II, 17). XLIX, 2. Jes. XXXIII, 12.

Niph. נִצַּת fem. נִצְּתָה, pl. נִצְּתוּ 1) *combustus, igne vastatus est*, de urbibus, aedificiis Jer. II, 15. IX, 9. 11. XLVI, 19. Neh. I, 3. II, 17. — 2) Metaph. *flagravit, accensa est* ira in aliquem, sq. בְּ 2 Reg. XXII, 13. 17.

Hiph. הוֹצִית 2 Sam. XIV, 30 Chethibh, alibi הִצִּית *incendit, incendio combussit*, quod duobus modis construitur a) הִצִּית אֵשׁ בְּדָבָר ignem intulit alicui rei, Jer. XVII, 27: וְהִצַּתִּי אֵשׁ בִּשְׁעָרֶיהָ. XXI, 14. XLIII, 12. XLIX, 27. L, 32. Thren. IV, 11. Ez. XXI, 3. Am. I, 14, sq. עַל Jer. XI, 16. b) הִצִּית דָּבָר בָּאֵשׁ combussit aliquid igne. Jos. VIII, 8: תַּצִּיתוּ אֶת־הָעִיר בָּאֵשׁ. Comm. 19. Jer. XXXII, 29. 2 Sam. XIV, 30. 31. Omisso בָּאֵשׁ Jer. LI, 36.

יָקַב rad. inusit. *cavavit.* Arab. وَقْبٌ et وَقْبَةٌ scrobs s. fovea in petra, in qua restagnat aqua, prius etiam: omne cavum in corpore, ut oculorum, humeri, et وَقَبَ depressus fuit oculus in cavitate sua (hohläugig seyn). Cognata sunt قَابَ I. II. fodit, effodit terram, pr. cavavit, hebr. נָקַב effodit, chald. קְבַב cavavit et plura, quae vide ad rad. כָּפַף.

יֶקֶב c. suff. יִקְבְךָ (idque sine dag. leni) Deut. XV, 14. XVI, 13, pl. cstr. יִקְבֵי Zach. XIV, 10. m. 1) *cupa torcularis*, ὑπολήνιον (ut LXX. Jes. XVI, 10. Joël IV, 13. Hagg. II, 16. Zach. l. c.) et προλήνιον (LXX. Jes. V, 2) i. e. lacus torculari suppositus, saepe in terram infossus vel rupi incisus (Jes. l. c. cf. Jahnii Archaeol. bibl. 1, 353), in quem mustum torculari (גַּת) expressum influebat. Joël II, 24: הֵשִׁיקוּ הַיְקָבִים תִּירוֹשׁ *abundant lacus musto.* III, 18. (IV, 13). Prov. III, 10. Hagg. II, 16. Num. XVIII, 27. 30. Deut. l. c. Jer. XLVIII, 33. — 2) *torcular* ipsum. Iob. XXIV, 11. 2 Reg. VI, 27: *unde potero te servare,* הֲמִן הַגֹּרֶן אוֹ מִן הַיָּקֶב *num ex area an ex torculari?* i. e. cibo an potu? cf. Hos. IX, 2.

יָקַד fut. יֵקַד Jes. X, 16 et יִיקַד Deut. XXXII, 22 *arsit, exarsit* ignis. Jes. LXV, 5. (Arab. وَقَدَ I. V. VIII. X. id. Conj. IV. accendit, وَقُود et وَقِيد materia ignis, مَوْقِد locus ubi accenditur ignis, focus. Syr. ܝܩܕ, ܐܝܩܕ id. Sam. ࠌࠅࠒࠃ accensus).

Hoph. incensus est, arsit ignis Lev. VI, 2. 5. 6, metaph. de ira Jer. XV, 14. XVII, 4.

יְקַד chald. id. Part. fem. emph. יָקִדְתָּא Dan. III, 6. 15. 17. 23. 26 et יָקִידְתָּא III, 21 ardens.

יְקֵדָה vel **יְקֵדָא** f. cstr. יְקֵדַת chald. *incendium* Dan. VII, 11. In Targg. יְקִידָא.

יְקוֹד m. *incendium* Jes. X, 16.

מוֹקֵד m. *id quod flagrat*, inde *lignum ardens* in foco, *sarmenta* Ps. CII, 4, *incendium* Jes. XXXIII, 14.

מוֹקְדָה f. *rogus* in altari Lev. VI, 2 (9).

יָקַה rad. inusit. Arab. وَقَهَ I. IV. VIII. X obedivit, paruit, وَقِيهَة obedientia, وَاقِه obediens. Inde

יְקָהָה vel **יִקְּהָה** f. nonnisi cstr. יִקְּהַת (c. Dag. forti euphon.) *obedientia, obsequium.* Gen. XLIX, 10: וְלוֹ יִקְּהַת עַמִּים *et* (donec) *ei* praestatur *obsequium populorum*, ut bene Chald. — Kimchi: אליו ישמעון העמים, cui addit: *comparat R. Jona hoc verbum cum arabico eiusdem significationis* (وقه). (LXX. Vulg. Syr. exspectatio populorum. De singulari Samaritanorum scriptura v. rad. קהה). Prov. XXX, 17: יִקְּהַת אֵם *obsequium matri praestitum.*

יָקָה rad. inusit. Arab. وَقَى custodivit, servavit, cavit sibi. VIII. Deum timuit, pius fuit. Inde

יָקֶה (pius) n. pr. viri. Prov. XXX, 1.

יְקוּתִיאֵל (fort. pietas Dei) n. pr. viri 1 Par. IV, 18.

יָקַע tantum in fut. יֵקַע i. q. נָקַע (cuius solum praet. usitatum est) *divulsus, avulsus* est. (Vicina sunt aethiop. ወቀዐ: extraxit, excoriavit. IV. amputavit et ነቀዐ: scindi, rumpi, max. ita ut effluat aliquid, inde scaturivit, cf. בָּקַע, it. arab. نقض dissolvit, destruxit, rupit pactum; sed alienum est وَقَعَ cecidit, quod nonnulli compararunt). Hinc 1) *luxatum est* membrum Gen. XXXII, 26 (de osse femoris). Ita Onk. et Arabs uterque. Cf. فسخ i. q. نقض dein de luxatione, خلع extraxit VII luxatum est membrum. — 2) metaph. *abalienatus est* ab aliquo, sq. מִן Jer. VI, 8: פֶּן תֵּקַע נַפְשִׁי מִמֵּךְ Ez. XXIII, 17 et eadem formula sq. מֵעַל ibid. 18.

Hiph. הוֹקִיעַ in palo *suspendit*, palo *affixit* (ἀνασκολοπίζειν), pr. luxavit membra, quia hoc supplicio membra luxabantur, addito לַיהוָה Num. XXV, 4. 2 Sam. XXI, 6, לִפְנֵי יְהוָה ibid. Comm. 9, utroque enim loco viri diro hoc supplicio afficiuntur ad iram Jovae placandam.

Hoph. pass. 2 Sam. XXI, 13.

יָקַץ in solo fut. usitatum יִיקַץ, יִקַץ, semel וַיִּיקַץ Gen. IX, 24 et יִקַץ 1 Reg. III, 15 in parte librorum manu scriptorum et editorum (ut v. d. Hooght, vide J. H. Mich.) *evigilavit, expergefactus est* i. q. הֵקִיץ (a קוּץ), quo in Praet. utuntur. (Arab. يَقِظَ et يَقِصَ id. quanquam per ص in solis Bibliorum Versionibus scribi videtur et minus emendatum est, v. Castell. col. 1639: plane omittunt Golius et Freytagius). Gen. XLI, 4. 7. 21. 1 Reg. III, 15. XVIII, 27. Additur מִשְּׁנָתוֹ ex somno suo Gen. XXVIII, 16. Iud. XVI, 14. 20. מִיֵּינוֹ e crapula sua Gen. IX, 24.

יָקַר fut. יִיקַר 2 Reg. I, 13, יֵיקַר Ps. LXXII, 14 et יֵקַר Ps. XLIX, 9. 1) pr. *gravis fuit.* (Chald. יְקַר id. de onere, et translate de auribus, de corde indurato, it. pretiosus, honoratus fuit, v. יַקִּיר. Syr. ܝܩܪ gravavit, oneravit, et oneratus, onere oppressus est. Pa. honoravit, in honore habuit. Aph. aggravavit. Sam. Ethp. gravatus, it. honoratus est. Arab. وَقُرَ gravavit, et gravis fuit, quod varie transfertur, etiam ad gravitatem morum V. honoratus, reverenter habitus est). — 2) *pretiosus fuit.* Ps. XLIX, 9: יֵקַר פִּדְיוֹן נַפְשָׁם *pretiosa est redemtio* (λύτρον) *vitae eorum*, aere redimi non possunt a morte. Sq. בְּעֵינֵי pretiosus fuit alicui 1 Sam. XXVI, 21: אֲשֶׁר יָקְרָה נַפְשִׁי בְּעֵינֶיךָ *quoniam vita mea tibi pretiosa fuit*, quoniam ei pepercisti, et saepius in eadem formula. 2 Reg. I, 13. 14. Ps. LXXII, 14. Jes. XLIII, 4; sq. לְ id. sed alio contextu Ps. CXXXIX, 17: לִי מַה־יָּקְרוּ רֵעֶיךָ אֵל *quam pretiosae mihi sunt cogitationes tuae*, quanti facio egregia sapientiae tuae documenta (al., quos olim sequebar: quam difficiles sunt ad investigandum, cf. יַקִּיר Dan. II, 11; sed illud praefero coll. Ps. XXXVI, 8); sq. מֵעַל magni aestimatus est ab aliquo (cf. רָשַׁע מִן, צָדַק מִן). Zach. XI, 13 per ironiam: *egregium illud pretium*, אֲשֶׁר יָקַרְתִּי מֵעֲלֵיהֶם *quo ab illis aestimatus sum.* Absol. 1 Sam. XVIII, 30: וַיֵּיקַר שְׁמוֹ מְאֹד *et permagni aestimatum nomen eius.*

Hiph. הוֹקִיר *rarum fecit* (cf. adj. no. 5). Jes. XIII, 12. Prov. XXV, 17 praegn. הֹקַר רַגְלְךָ מִבֵּית רֵעֶךָ *rarum fac pedem tuum* eumque cohibe *a domo amici tui*, ne nimis crebro adeas amicum tuum.

יָקָר f. יְקָרָה adj. 1) *gravis*, nonnisi metaph. de

moribus. (Arab. وَقَرَ gravis, mansuetus, patiens fuit, وَقَار mansuetudo, pr. morum gravitas). Prov. XVII, 27 Keri: יְקַר רוּחַ *animi mansueti.* In Chethibh est: וְקַר רוּחַ, v. קַר a rad. קָרַר. — 2) *pretiosus*, opp. vili (זוֹלֵל) Jer. XV, 19. אֶבֶן יְקָרָה collect. *lapides pretiosi*, de gemmis 2 Sam. XII, 30. 1 Reg. X, 2. 10. 11. 1 Par. XX, 2. 2 Paral. IX, 1. 9. 10. XXXII, 27. Ezech. XXVII, 22. XXVIII, 13 (שֹׁהַם יָקָר Iob. XXVIII, 16), neque non de praestantioribus lapidum generibus, quae aedibus exstruendis adhibebantur, ut de marmore, adeo lapidibus quadratis 2 Par. III, 6. Jes. XXVIII, 16. אֲבָנִים יְקָרוֹת 1 Reg. V, 31. VII, 9 sqq. הוֹן יָקָר opes pretiosae Prov. I, 13. XII, 27. XXIV, 4. — Metaph. de aliis rebus Prov. VI, 26: נֶפֶשׁ יְקָרָה *vita pretiosa* i. e. semel amissa irreparabilis. Ps. CXVI, 15: *pretiosa est in oculis Dei mors piorum.* Alibi *vita* et *sanguis* alic. ei pretiosus esse dicitur, qui ei parcit, sed h. l. mors, quandoquidem Deus eam non facile admittit. Sic eodem sensu dicimus vitae et mortis periculum. Prov. III, 15: *pretiosior ea* (sapientia) *coraliis.* — 3) de hominibus: *pretiosus* i. q. *carus.* Threu. IV, 2: *Zionitae cari auro puro aequiparandi.* Ps. XLV, 10: בְּנוֹת מְלָכִים בְּיִקְּרוֹתֶיךָ *filiae regum sunt in caris tuis* i. e. in puellarum a te dilectarum numero. בְּיִקְּרוֹתֶיךָ per Syriasmum scriptum est pro בִּיקָרוֹתֶיךָ, praeterea Dagesch forti euphonico munitum. — 4) *magnificus, splendidus, decorus.* Iob. XXXI, 26: יָרֵחַ יָקָר הֹלֵךְ *luna, quae magnifice incedit.* Plur. f. יְקָרוֹת *magnifica* s. splendida poët. de sideribus. Zach. XIV, 6 Chethibh, in quo loco interpretando in alia omnia abeunt interpretes: יְקָרוֹת יִקְפָּאוּן *sidera splendida contrahuntur* i. e. contrahunt splendorem, deficiunt, cf. Joel II, 10. יְקָרוֹת h. l. sidera significare, iam diu est quod intellexit Lud. de Dieu, Critica sacra p. 305. — Substantive *magnificum, magnificentia, decus* Ps. XXXVII, 20: כִּיקַר כָּרִים *sicut decus pratorum* i. e. gramen. — 5) *pretiosus* i. e. *rarus.* 1 Sam. III, 1, cf. verbum in Hiphil.

יְקָר (Kamez impuro) m. 1) *pretium* rei. Zach. XI, 13 ironice: אֶדֶר הַיְקָר *pretium magnificum*, concr. *pretiosum, res pretiosa.* כְּלִי יְקָר vas pretiosum Prov. XX, 15. כָּל־יְקָר omne pretiosum. Iob. XXVIII, 10. Jer. XX, 5. Ez. XXII, 25. — 2) *honor.* Esth. I, 20: כָּל־הַנָּשִׁים יִתְּנוּ יְקָר לְבַעְלֵיהֶן *omnes uxores honorem habebunt maritis suis.* עָשָׂה יְקָר לְ honorem habere alicui Esth. VI, 3. 6. Ibid. Comm. 6. 7. 9. 11: אֲשֶׁר הַמֶּלֶךְ חָפֵץ בִּיקָרוֹ *quem rex honore vult afficere.* — Ps. XLIX, 13. 21. — 3) *splendor, magnificentia* Esth. I, 4.

יְקָר chald. 1) *res pretiosae* Dan. II, 6 cf. Jes. III, 17. X, 3 Targ. 2) *magnificentia, honor,* Dan. II, 37. IV, 27. 33. (Chald. יְקָרָא, אִיקָרָא pretium Hos. II, 12 Targ. gloria, honor. Syr. ܐܝܩܪܐ gloria, decor, maiestas).

יַקִּיר adj. (more chaldaeo) *carus* i. q. יָקָר no. 3. Jer. XXXI, 20.

יַקִּיר chald. adj. 1) *difficilis* Dan. II, 11. 2) *honoratus, splendidus.* Esr. IV, 10: *Asnappar* רַבָּא וְיַקִּירָא *magnus et honoratus.* (Syr. ܝܩܝܪ gravis; pretiosus, carus; honoratus).

יָקֹשׁ (*jakosch*) 1 pers. יָקֹשְׁתִּי (*jakoschti*) Jer. L, 24 i. q. קוּשׁ et נָקַשׁ *tendiculam, laqueum posuit* alicui, *insidiatus est* ei sq. לְ. Ps. CXLI, 9: שָׁמְרֵנִי מִידֵי פַח יָקְשׁוּ לִי, et omisso פַּח Jes. l. c. Fut. יְקֹשׁוּן Jes. XXIX, 21 est a קוּשׁ. Ceterum Cholem in altera huius radicis syllaba prodit originem a rad. קוּשׁ, ut יָכֹל coll. כּוּל; יָגֹר coll. גּוּר. Part. יוֹקֵשׁ *auceps* Ps. CXXIV, 7: פַּח יוֹקְשִׁים *laqueus aucupum.*

Niph. נוֹקַשׁ *illaqueatus, laqueis captus est* Jes. VIII, 15. XXVIII, 13, sq. בְּ aliqua re Prov. VI, 2: נוֹקַשְׁתָּ בְאִמְרֵי פִיךָ *illaqueatus es verbis oris tui.* Deut. VII, 25 (illaqueari i. e. seduci avaritia).

Pu. part. יוּקָשִׁים pro מְיֻקָּשִׁים abiecto מ (cf. Lgb. p. 316) Eccl. IX, 12.

יָקֹשׁ Hos. IX, 8 et **יָקוּשׁ** Ps. XCI, 3. Prov. VI, 5, pl. יְקוּשִׁים Jer. V, 26 m. *auceps.* Formarum illarum prior proprie intransitiva est (ut יָגֹר part. a יָגֹר), altera passiva pro intransitiva.

יָקְשָׁן (auceps) n. pr. filii Abrahami et Keturae natu secundi, a quo Sabaei et Dedanitae genus suum ducebant Gen. XXV, 2. 3.

מוֹקֵשׁ m. pl. cstr. מוֹקְשֵׁי, semel מוֹקְשׁוֹת Ps. CXLI, 9 *tendicula, laqueus*, quo aves illaqueantur. Ita differt a פַּח, ut מוֹקֵשׁ pr. tendiculam significet in aëre suspensam, פַּח laqueum in terram expansum. Am. III, 5: הֲתִפֹּל צִפּוֹר עַל פַּח הָאָרֶץ וּמוֹקֵשׁ אֵין לָהּ *num incidet avis in laqueum humi iacentem, nisi tendicula posita sit?* Semel de annulo per nares bestiae transmisso (cf. חוֹחַ, חַח rad. חָוַח). Iob. XL, 24. Metaph. a) *laqueos* alicui *ponere* pro: ei insidiari. Ps. CXL, 6. CXLI, 9. מוֹקְשֵׁי מָוֶת laquei mortis, de periculis mortis Ps. XVIII, 6, de peccatis exitium afferentibus Prov. XIII, 14. XIV, 27. Inde b) de *eo, qui* (*quod*) alicui *perniciei est.* Ex. X, 7: עַד מָתַי יִהְיֶה זֶה לָנוּ לְמוֹקֵשׁ *quamdiu hic nobis perniciei erit?* 1 Sam. XVIII, 21: *ei dabo* (Michalam), *et ei laqueo sit isque in manus Philistaeorum incidat.* — Exod. XXIII, 33: כִּי יִהְיֶה לְךָ לְמוֹקֵשׁ *nam* (quod idola eorum colis) *tibi perniciei erit.* XXXIV, 12: פֶּן יִהְיֶה לְמוֹקֵשׁ בְּקִרְבֶּךָ *ne in populo tuo habitans tibi perniciei sit* Cananita, ad idololatriam te seducens. Deut. VII, 16. Jos. XXIII, 13. Iud. II, 3. VIII, 27. Jes. VIII, 14. — Prov. XVIII, 7: שְׂפָתָיו מוֹקֵשׁ נַפְשׁוֹ *labia eius vitam eius in discrimen adducunt.* XX, 25. XXII, 25. XXIX, 6. 25. Iob. XXXIV, 30: מִמֹּקְשֵׁי עָם *ne amplius perniciei sint populi.*

יְקַתְאֵל v. rad. קָהָה.

יָרֵא praet. יָרֵאתָ, יָרֵאתִי, semel יְרֵאתֶם Jos. IV, 24, inf. יְרֹא Jos. XXII, 25, c. praef. לִירֹא pro לִירֹא 1 Sam XVIII, 29, sed longe frequentius לְיִרְאָה, יִרְאָה (v. infra), imp. יְרָא pl. יְראוּ Aleph otiante ex Syriasmo Jos. XXIV, 14. 1 Sam. XII, 24. Ps. XXXIV, 10, fut. יִירָא, וַיִּירָא, וַיִּרָא pl. יִירְאוּ et יִרְאוּ 2 Reg. XVII, 28 part. יָרֵא (v. suo loco)

1) *timuit.* (A linguis cognatis abest haec radix, sed in indogermanicis respondet *vere*-ri. Origo eius est in *tremendo:* namque יָרֵא ortum est ex יָרַע et יָרָה, ע et ה mobili emollitis in א cf. p. 1. 2). Ponitur a) absol. Gen. III, 10: אֶת־קֹלְךָ שָׁמַעְתִּי בַּגָּן וָאִירָא. XVIII, 15. Iud. VII, 3: מִי יָרֵא וְחָרֵד יָשֹׁב. VIII, 20. Ps. XLIX, 6. LVI, 5. Jer. III, 8 al. אַל תִּירָא Gen. XV, 1. XXVI, 24. Deut. I, 21. Jos. VIII, 1, fem. אַל תִּירְאִי Gen. XXI, 17. XXXV, 17 ne timeas, pl. אַל תִּירְאוּ Deut. XX, 3. XXXI, 6 formula, qua animum alic. confirmant. Passim annectuntur, quae ad conditionem timentis (non timentis) pertineant, v. c. Ps. XLVI, 3: לֹא נִירָא בְּהָמִיר אָרֶץ. Jer. LI, 46. — b) sq. accus. pers. quam quis timet Num. XIV, 9. XXI, 34. Iob. IX, 35, et rei Ps. XXIII, 4. Ez. XI, 8; מִן pers. Ps. III, 7. XXVII, 1, et rei Iob. V, 21 (pr. timere *ab* aliquo, ab aliqua re, in modum verborum fugiendi, vide מִן no. 3, litt. a); sq. מִפְּנֵי pers. 2 Reg. I, 15. Jer. I, 8 et rei 2 Reg. XIX, 6; sq. מִלִּפְנֵי pers. 1 Sam. XVIII, 12. — c) sq. לְ eius personae reive, *cui timemus.* Jos. IX, 24: וַנִּירָא מְאֹד לְנַפְשֹׁתֵינוּ מִפְּנֵיכֶם *timebamus valde vitae nostrae a vobis.* Prov. XXXI, 21: לֹא תִירָא לְבֵיתָהּ מִשָּׁלֶג *non timet familiae suae a nive.* — d) sq. לְ c. inf. de eo quod aliquis facere timet. Gen. XIX, 30: כִּי יָרֵא לָשֶׁבֶת בְּצוֹעַר *timebat enim habitare Zoarae.* XXVI, 7; saepius sq. מִן c. inf. XLVI, 3: אַל תִּירָא מֵרְדָה מִצְרַיְמָה. 1 Sam. III, 15. Ex. III, 6. XXXIV, 30. — e) sq. פֶּן timuit *ne* quid fiat, ut δείδω μὴ Gen. XXXI, 31. XXXII, 12. — Poët. tribuitur etiam inanimatis, ut terrae Ps. LXXVI, 9.

2) *veritus, reveritus est*, ut parentes Levit. XIX, 3: אִישׁ אִמּוֹ וְאָבִיו תִּירָאוּ *quisque matrem et patrem revereatur*, regem divinitus datum 1 Reg. III, 28. Ps. LXXII, 5, ducem Jos. IV, 14, prophetam 1 Sam. XII, 18, sacrarium Lev. XIX, 30, sacramentum 1 Sam. XIV, 26. — Spec. יָרֵא אֶת־אֱלֹהִים, אֶת־יְהוָֹה (rarius אֶת שֵׁם יי Ps. CII, 16. Jes. LIX, 19, יָרֵא מֵיְהוָֹה Lev. XIX, 14. Mich. VII, 17. Ps. XXXIII, 8, מִלִּפְנֵי אֱלֹהִים Eccl. VIII, 12. 13, nonnunquam omisso יְהוָֹה Jer. XLIV, 10) a) pr. Deum, Jovam timuit, de eo timore, quem portentum aliquod vel ingens Dei facinus populo incutit 1 Sam. XII, 18: *tunc preces dedit Samuël ad Jovam et hic tonitrua et pluviam misit* וַיִּירָא כָל־הָעָם מְאֹד אֶת־יְהוָֹה וְאֶת שְׁמוּאֵל. Ps. XXXIII, 8. Quo quidem timore saepe efficitur, ut homines *fidem habeant* (cf. illud: primos in orbe deos fecit timor, Stat. Theb. 3, 661. Petron. fragm. 676 Burm.) Deo, vel in ea confirmentur. Exod. XIV, 31: *et vidit Israël facinus hoc egregium, quod fecerat Jova in Aegyptios* וַיִּירְאוּ הָעָם אֶת־יְהוָֹה וַיַּאֲמִינוּ בַּיהוָֹה וּבְמֹשֶׁה עַבְדּוֹ. Ps. XL, 4: יִרְאוּ רַבִּים וְיִירָאוּ *viderunt multi et* (Deum) *timuerunt* i. e. ei fidem habere coeperunt. LII, 8: וְיִרְאוּ צַדִּיקִים וְיִירָאוּ. LXIV, 10. LXV, 9. Jes. XLI, 5. Mich. VII, 17. b) *veritus est Deum* tanquam iniuriae vindicem, itaque abstinuit a malo. Exod. I, 17: *obstetrices autem Deum veritae non fecerunt, quod rex Aegypti iis imperaverat.* Comm. 21. Prov. III, 7: *verere Deum et recede a malo.* Iob. I, 9. Lev. XIX, 14: *ne maledicito surdo, coeco ne obiicito offendiculum, deum tuum timeto, ego* sum *Jova*, et ita saepius post leges, quae ad mores spectant. Comm. 32. XXV, 17. 36. 43. Eccl. XII, 13. Cf. infra יְרֵא אֱלֹהִים. c) *Deum coluit.* 1 Reg. XVIII, 12 (cf. ad litt. a), etiam de cultu aliorum deorum 2 Reg. XVII, 7: וַיִּירְאוּ אֱלֹהִים אֲחֵרִים. Comm. 35. 37. Deut. III, 22. (Sic etiam apud Syros et Arabes verba timendi ad religionem et pietatem referuntur, v. c. وقى cavit, custodivit, VIII timuit sibi, it. timuit, coluit Deum. Part. مُتَّقٍ timens Deum, pius, تَقْوَى timor Dei, pietas; وَرِعَ timidus, pavidus, dein modestus, pius fuit, وَرَعٌ et وَرْعٌ timor Dei; رَهِبَ timuit, رَاهِبٌ pius, religiosus, monachus; syr. ܕܚܠ pius coll. خَشِيَ timuit, hebr. חסה confugit ad Deum).

Not. Etiam *tremendi* prae gaudio significationem nostrae radici tribui in Lex. man. p. 441 propter verba Jes. LX, 5: אָז תִּרְאִי וְנָהַרְתְּ וּפָחַד וְרָחַב לְבָבֵךְ, ubi plures libri mss. et editi pro תִּרְאִי, repugnante tamen Masora cum Kimchio al., habent תִּירְאִי, תִּירָאִי adeoque תִּירְאִי (v. J. H. Michaëlis, Kennicotti et Rossii nott. crit.), quae quidem scriptura commendari videbatur verbo פָּחַד in membro gemino, ita ut sibi responderent תִּירְאִי et פָּחַד לְבָבֵךְ. Sum igitur interpretatus cum Aben Esra, Vitringa al.: *contremisces et lucebis* prae gaudio, *trepidabit et dilatabitur cor tuum*, coll. Jer. XXXIII, 9: פָּחֲדוּ וְרָגְזוּ עַל כָּל־הַטּוֹבָה, quum contra LXX. Vulg. Chald. Syr. Saad. exprimant scripturam תִּרְאִי *videbis*, quam et scripturam et interpretationem et ipse nunc praefero, etsi neque (cum Ewaldo, gr. crit. p. 131) propter scripturam defectivam, nam fut. verbi יָרֵא saepe defective scribitur (v. supra), neque quia parallelismum respicere puerile sit (Kocher. Maurer.), sed suadentibus locis parallelis non paucis, in quibus flagitante re ipsa, ut h. l., *videndi* verbum simpliciter positum excipit gaudii (pudorisve) descriptio paullo uberior. Jes. LXVI, 14: וּרְאִיתֶם וְשָׂשׂ לִבְּכֶם וְעַצְמוֹתֵיכֶם כַּדֶּשֶׁא תִפְרַחְנָה. Zach. X, 7: בְּנֵיהֶם יִרְאוּ וְשָׂמֵחוּ יָגֵל לִבָּם בַּיהוָֹה, cf. Mich. VII, 16: יִרְאוּ גוֹיִם וְיֵבֹשׁוּ מִכֹּל גְּבוּרָתָם יָשִׂימוּ יָד עַל פֶּה, et similia strictiora Iob. XXII, 19. Ps. CVII, 42. CXIX, 74. Jes. XLIX, 7. — Illa igitur tremendi (prae gaudio) potestas abdicanda est.

Niph. נוֹרָא *timeri.* Non reperitur nisi fut. תִּוָּרֵא Ps. CXXX, 4. Alibi est part. נוֹרָא 1) *timendus, terribilis, formidabilis*, de populo Jes. XVIII, 2. 7. Hab. I, 7, de deserto Deut. I, 19. VIII, 15. Jes. XXI, 1, de die iudicii Joël II, 11. III, 4. — 2) *venerandus, augustus*, de Deo Deut. X, 17: הָאֵל הַגָּדוֹל הַגִּבֹּר וְהַנּוֹרָא. VII, 21.

Neh. I, 5. IV, 8. IX, 32. Dan. IX, 4. Ps. XLVII, 3. LXVIII, 36; Ps. XCVI, 4: נוֹרָא הוּא עַל־כָּל־אֱלֹהִים *venerandus ille super omnes* alios *deos* (עַל comparat.). LXXXIX, 8. Zeph II, 11; de nomine Dei Deut. XXVIII, 58. Ps. XCIX, 5. CXI, 9. Mal. I, 14; de specie divina et coelesti Iud. XIII, 6 cf. Ez. I, 22; de loco sacrosancto, qui sacro horrore aliquem percellit Gen. XXVIII, 17. — 3) *stupendus, admirandus.* Ps. LXVI, 3: מַה־נּוֹרָא מַעֲשֶׂיךָ. Comm. 5: נוֹרָא עֲלִילָה *admirandus* propter *facinora.* Sic sq. genit. Iob. XXXVII, 22: נוֹרָא הוֹד *admirandus splendore.* Exod. XV, 11: נוֹרָא תְהִלֹּת. Plur. נוֹרָאוֹת *admiranda* facinora, velut regis heroisque Ps. XLV, 5, Dei Deut. X, 21. 2 Sam. VII, 23. Jes. LXIV, 2, adv. *admirandum in modum* Ps. LXV, 9. CXXXIX, 14 (cf. נִפְלָאוֹת).

Pi. יֵרֵא *timorem iniecit*, *terruit*, sq. accus. 2 Sam. XIV, 15. 2 Par. XXXII, 18. Neh. VI, 9. 14. 19.

Hithpa. semel legitur in cod. Hebraeo-Samaritano Gen. XLII, 1, ubi pro hebr. לָמָּה תִּתְרָאוּ Cod. Sam. habet למה תתיראו *quare timetis?* Chald. sam. [Samaritan script], quibus quidem verbis etiam Syrus interpres verba hebraea expressit: [Syriac]. Fuerunt igitur, qui etiam hebraei codicis scripturam a ירא ducerent (quasi omissum esset י), eamque interpretationem adiuvaturus diasceuasta Samaritanus Jod illud textui inseruit.

יָרֵא cstr. ירא pl. cstr. יִרְאֵי, fem. יְרֵאָה, cstr. יִרְאַת (Prov. XXXI, 30) adj. participiale 1) *timens*, *reveritus.* Cum pronomine personali verbum finitum circumscribit, ut יָרֵא אָנֹכִי ego timeo Gen. XXXII, 12, אַתָּה יָרֵא tu times Iud. VII, 10, אֲנַחְנוּ יְרֵאִים 1 Sam. XXIII, 3, אַתֶּם יְרֵאִים Jer. XLII, 11. 16, negat. אֵינֶנּוּ יָרֵא non timet Eccl. VIII, 13, אֵינָם יְרֵאִים 2 Reg. XVII, 34. Pariter atque reliquae verbi partes coniungitur sq. acc. Dan. I, 10, מִפְּנֵי Deut. VII, 19, מִלִּפְנֵי Eccl. VIII, 13, sq. inf. Iud. VII, 10, et eosdem habet usus. Dicitur de eo, qui reveretur praeceptum Prov. XIII, 13, verbum Dei Exod. IX, 20, iusiurandum Eccl. IX, 2, sed frequentissimum est c) יָרֵא אֶת־יְהוָֹה *reveritus Deum* 2 Reg. IV, 1. Jon. I, 9. 2 Reg. XVII, 32. 33. 34. 41, saepius sq. genit. יְרֵא יְהוָֹה et יְרֵא אֱלֹהִים (v. exempla pag. 579 B) *Deum pie reveritus*, et propterea abstinens a malo (Gen. XLII, 18. Deut. XXV, 18. Eccl. VIII, 13) cf. timidus deorum Ovid. Metam. 5, 100. Fem. יִרְאַת יְהוָֹה Prov. XXXI, 30, pl. יִרְאֵי יְהוָֹה Ps. XV, 4. XXII, 24. CXV, 11. 13. CXVIII, 4. CXXXV, 20 al. — 2) *timidus* Deut. XX, 8.

יִרְאָה f. 1) pr. inf. verbi: *timere, revereri.* Legitur praevio לְ, v. c. Deut. VI, 24 לְיִרְאָה אֶת־יְהוָֹה. IV, 10: לְיִרְאָה אֹתִי. V, 26. X, 12. XIV, 23. XVII, 19. XXVIII, 58 1 Reg. VIII, 43 al. et praevio מִן: מִיִּרְאָתוֹ אֹתוֹ pr. propter timere eius eum i. e. *quia eum timebat.* 2 Sam. III, 11. — 2) subst. *timor.* Ps. LV, 6. Ez. XXX, 13. Jon. I, 10: וַיִּירְאוּ הָאֲנָשִׁים יִרְאָה גְדוֹלָה *magnoque timore correpti sunt viri.* Ezech. I, 18: יִרְאָה לָהֶם *timor ab iis* proficiscebatur i. e. terrorem iniiciebant (לְ h. l. est causae et auctoris). — In accus. adverbialiter Jes. VII, 25: לֹא תָבוֹא שָׁמָּה יִרְאַת שָׁמִיר וָשָׁיִת *non ibis illuc metu sentium et veprium.* Eundem accusativi usum sq. genit. habes in תְּחִלַּת 2 Sam. XXI, 9, עֻמַּת, זוּלַת al., quem qui Hebraeis abiudicant, in h. l. interpretando misere se torquent (v. Maurerum). In genitivo ponitur is qui timetur. יִרְאָתְךָ timor tui Iob. XXII, 4. — 3) יִרְאַת אֱלֹהִים Gen. XX, 11. 2 Sam. XXIII, 3. Neh. V, 15, saepius יִרְאַת יְהוָֹה *timor Dei* i. e. pietas erga Deum, quae homines a malo avocat (Gen. l. c. Ex. XX, 20. Prov. VIII, 13), contra ad virtutem et sapientiam adducit. Prov. I, 7: יִרְאַת יְיָ רֵאשִׁית דָּעַת. IX, 10: תְּחִלַּת חָכְמָה יִרְאַת יְהוָֹה. XV, 33. XVI, 6. Iob. XXVIII, 28: יִרְאַת אֲדֹנָי הִיא חָכְמָה. Ps. CXI, 10. Jes. XI, 2. Omisso יְהוָֹה id. Iob. IV, 6: יִרְאָתְךָ *pietas tua.* XV, 4: אַתָּה תָּפֵר יִרְאָה *tu infringis pietatem* hominum. Meton. praecepta pietatis, religionis Ps. XIX, 10. Cum suff. יִרְאָתִי timor mei (Dei) Jer. XXXII, 40, יִרְאָתְךָ timor tui (Dei) Deut. II, 25. Ps. V, 8. XC, 11. Jes. LXIII, 17, יִרְאָתוֹ timor eius Ex. XX, 20. Raro suffixum pertinet ad subiectum s. eum qui timet (cf. de formula lat. metus hostium Gell. N. A. 9, 10). Jes. XXIX, 13: יִרְאָתָם אֹתִי pr. *pietas eorum erga me*, cf. Iob. IV, 6.

יִרְאוֹן (pietas?) n. pr. oppidi Naphtalitarum Jos. XIX, 38.

מוֹרָא m. 1) *timor.* Sq. genit. obiecti. Gen. IX, 2: מוֹרַאֲכֶם *timor vestri.* Deut. XI, 25. Mal. I, 6: מוֹרָאִי *timor mei.* — 2) *id quod timetur.* Jes. VIII, 12. 13: הוּא מוֹרַאֲכֶם *eum timeatis; κατ᾽ ἐξοχὴν* de Deo Ps. LXXVI, 12: יוֹבִילוּ שַׁי לַמּוֹרָא *dona ferant timendo* i. e. Deo. — 3) *factum stupendum*, *admirandum* i. e. *miraculum.* Deut. XXVI, 8: בְּמֹרָא גָּדֹל וּבְאֹתוֹת. XXXIV, 12. Jer. XXXII, 21. Plur. מוֹרָאִים גְּדֹלִים Deut. IV, 34. Atque huc quidem referenda etiam verba Ps. IX, 21 Keri: שִׁיתָה יְהוָֹה מוֹרָא לָהֶם, ubi Chethibh pro מוֹרָא habet מוֹרָה. Posterior haec forma recte observante Kimchio, Aben Esra al. (cf. Chald. Aqu. Theod.) a priore non differt et sententia est: *fac iis miracula terrentia*, thue schreckende Wunder an ihnen i. e. terre eos facinoribus miraculisque tuis, quibus hostes tuos terrere et perdere soles, cf. שִׁית לְ afferre, inferre alicui (calamitatem) Hos. VI, 11, syn. שִׂים לְ, licet hoc plerumque in bonam partem accipiatur (v. hanc rad. no. 5), et gr. *θεῖναί τινι ἄλγεα, πένθος.* Rosenm. et de Wettius: *pone iis timorem* i. e. incute iis timorem, vel *impone iis timorem* qs. שִׁית לְ idem valeret quod שִׁית עַל; sed hoc ipsum probari nequit. Alii מוֹרָה aliud vocabulum esse statuunt atque מוֹרָא, a) i. q. מוֹרֶה *legislator* (LXX. Syr.) vel i. q. תּוֹרָה (Symm. *τάξον Κύριε νόμον αὐτοῖς*), quam interpretationem Hitzigius nuper amplexus est, מוֹרָה h. l. fere id quod חֹק esse existimans, hac sententia, sane non inepta *pone iis terminum* (cf. שִׁית חֹק לְ Iob. XIV, 13); b) *novacula* (v. rad. מָרָה), ut sententia sit: *applica illis novaculum*, qua summam contumeliam (2 Sam. X, 4. 5. Jes. VII, 20. Ezech. V, 1. Reiske ad Abulf. 1, 60) indicari volunt, v. Schult. de defect. p. 372. J. D.

Michaëlis in suppl. Nobis prius illud praeferendum videtur cf. מִכְלָה Hab. III, 16 i. q. מִכְלָא; נָסָה, נָשָׂא Ps. IV, 7 pro נְשָׂא.

יָרַד, semel per aphaeresin רַד Iud. XIX, 11 (cf. תְּחַת pro נְחַתָּה), inf. absol. יָרֹד cstr. רֶדֶת, c. aff. רִדְתּוֹ, semel רְדָה Gen. XLVI, 3, et c. suff. יָרְדִי ad normam verbi legitimi Ps. XXX, 4 Keri; imp. רֵד et רְדָה, semel יְרַד Iud. V, 13; fut. יֵרֵד, יֵרֶד, וַיֵּרֶד, וַיֵּרַד Ps. XVIII, 10. Prov. XXX, 4

1) *descendit.* (E linguis cognatis hanc radicem frequentat fere sola aethiopica: ወረደ: descendit. IV. demisit. VI. depositus est, ምራድ: descensus, locus declivis. Habent quidem Arabes quoque ورد descendit, idque de itinere in Aegyptum usurpant, Freytag selecta ex hist. Halebi p. 126, sed hoc rarum est, vulgaris eius usus specialis est: potum, aquatum ivit, quia ad fontem descenditur: descendendi potestate habetur نزل, apud Aramaeos נְחַת).

Constr. a) absol. Exod. XIX, 24. Jes. XLVII, 1; b) addito loco, unde descenditur, praevio מִן, ut מִן הָהָר Ex. XIX, 14, מֵאֳנִיָּה e navi Ez. XXVII, 29; מֵעַל, ut מֵעַל הַחֲמוֹר 1 Sam. XXV, 23, מֵעַל הַמֶּרְכָּבָה Iud. IV, 15, מֵעַל כִּסְאוֹתָם Ez. XXVI, 16; etiam in accus. Jer. XIII, 18 de corona: יָרַד מַרְאֲשׁוֹתֵיכֶם *descendit capita vestra* i. e. decidit de capitibus vestris (cf. יָצָא et עָלָה eodem modo c. acc. constructa). c) *locus,* quorsum descenditur, praevio עַל (*super* aliquid), v. c. e coelo in montem Ex. XIX, 18, de templo in planitiem Ez. XLVII, 8 al., cf. Jos. III, 16. Neh. IX, 13. Iud. XI, 37; it. אֶל, ut אֶל בֵּיתוֹ 2 Sam. XI, 10; לְ Cant. VI, 2, בְּ Ex. XV, 5. Jes. LXIII, 14 (etiam de scala, *in* qua descenditur Gen. XXVIII, 12), vel in accusat. ה־ locali vel addito vel omisso, ut יָרַד מִצְרַיְמָה Gen. XII, 10, יָרַד שְׁאוֹל Ps. LV, 16. Iob. VII, 9. XVII, 16, unde part. sq. genit. יֹרְדֵי בוֹר qui descendunt (descenderunt) in foveam v. בּוֹר, יֹרְדֵי עָפָר Ps. XXII, 30, יֹרְדֵי הַיָּם Jes. XLII, 10. Sequitur etiam אֶל pers. Ex. XI, 8. Neh. VI, 3.

Poët., ut alia verba eundi, fluendi (gr. hebr. §. 135, 1 not. 2) coniungitur cum accus. rei, quae magna copia descendit s. deorsum mittitur, itaque in transitivam demittendi potestatem vertitur. Thren. III, 48: פַּלְגֵי מַיִם תֵּרַד עֵינִי *rivos aquae demittit oculus meus* vel potius: oculus rivos lacrimarum demittendo ipse defluit, effluit (cf. nostr. sich die Augen aus dem Kopfe weinen). I, 16: עֵינִי יֹרְדָה מַּיִם. Jer. IX, 17: תֵּרַדְנָה עֵינֵינוּ דִּמְעָה *descendunt oculi nostri in lacrimas.* XIII, 17. XIV, 17. Ps. CXIX, 136. Eandem formulam frequentant Arabes: العين وردت البكى oculus (totus) descendit in lacrimas, ut in his Hamasae ap. Schult. ad Prov. XX, 5 (Freytag. p. 597): وكنت اذود العين أن ترد البكا فقد وردت ما كنت عنه اذودها *repuli oculum, ne descenderet in fletum, sed tamen descendit, quicquid eum repellerem.* Minus audacter dictum est hoc Jes. XV, 3: כֻּלֹּה יְיֵלִיל יֹרֵד בַּבֶּכִי *tota ea* (Moabitis) *eiulat et descendit in lacrimas,* cf. arab. ورد البكا, quod etiam de flente dicitur.

Homines *descendere* dicuntur v. c. de iumento, curru, solio (v. supra litt. b), in foveam 2 Sam. XXIII, 20, in penetralia navis Jon. I, 5, in orcum Ez. XXXII, 21. 24. 27, nec solum de monte descendentes Ex. XXXIV, 29. Iud. IX, 36, sed universe qui ex loco editiore in regionem utcunque depressiorem se conferunt, spec. α) qui ad *fontem flumenve* Gen. XXIV, 16. 45. Ex. II, 5. Jos. XVII, 9. 1 Reg. II, 8, vel ad *mare* accedunt (terra enim super aquae superficiem eminet) Jon. I, 3: וַיֵּרֶד יָפוֹ *et descendit Joppen.* Comm. 3: וַיֵּרֶד בָּהּ *et descendit in eam* (navem), contra Ez. XXVII, 29 dicitur: descendere e navi, quod et ipsum ita cogitari et defendi potest. Part. יֹרְדֵי הַיָּם qui descendunt in mare (in naves) i. e. nautae Jes. XLII, 10. Ps. CVII, 23. Eandem caussam habet: descendere in hortum Cant. VI, 2. 11, nam horti ad aquam plantati erant. — β) qui veniunt ex urbe vel oppido (urbes enim antiquitus plerumque in collibus exstructae erant) Exod. XI, 8. Ruth. III, 3. 6. 2 Sam. XIX, 21. 2 Reg. VI, 18, vel ab arce descendunt in inferiores urbis partes 1 Sam. IX, 25. 27. 2 Sam. XI, 9. 10. 13. 1 Reg. I, 25. 38. XXI, 18. 2 Reg. VI, 33. VII, 17 (ubi descenditur ad portam, cf. Iud. V, 11). Jer. XVIII, 2. 3. Singulare est Jer. XXII, 1: רֵד בֵּית מֶלֶךְ יְהוּדָה *descende ad domum regis Judae,* et XXXVI, 12: וַיֵּרֶד בֵּית הַמֶּלֶךְ *descendit ad domum regis:* fac enim descendisse prophetas ex monte templi, ubi versari soliti sunt, Moria mons monte Zione proprie dicto, humilior erat. In subsidium igitur vocandum est, quod Chr. Ben. Michaëlis observat, diss. de notione superi et inferi cet. §. 39: „templum utpote fastigium sacrum praeponderare fastigio morali eoque civili, quale erat arx regia,“ nisi forte statui potest, domicilium regium tunc temporis, saltem aliquantisper, in palatio quodam infra Zionem, forte in hortis regiis, exstructo fuisse. — γ) qui in pugnam eunt, quia proelia in locis planis et campestribus committi solent, Iud. V, 14. 1 Sam. XIV, 36. XVII, 8. 28. XXIII, 8. XXVI, 10. XXIX. 4. XXX, 24. 2 Sam. XXI, 15. 1 Reg. XVIII, 44. 2 Par. XX, 16. Simile est יָרַד לַטֶּבַח descendit ad lanienam Jer. XLVIII, 15. L, 27 cf. Jes. XXXIV, 7, nisi forte lanienae ad fluvios esse solebant. — δ) qui e regione montana et edita in regionem utcunque depressiorem proficiscuntur Iud. VII, 24. XV, 8. 12. 1 Sam. XXV, 1. 2 Sam. XIX, 32, ut euntes in desertum 1 Sam. XXIII, 25. XXV, 1. XXVI, 2, Hierosolymis in Aegyptum Gen. XII, 10. XXVI, 2. XLVI, 3. Jes. LII, 4 et saepe, in Philistaeam et regionem maritimam Gen. XXXVIII, 1. Iud. XIV, 1. 5. 7. 19. 1 Sam. XIII, 20. XXIII, 4. 11. Am. VI, 2, ad vallem Jordanis 1 Sam. X, 8. XV, 12. 2 Reg. II, 2, Hierosolymis in Samariam (quod Chr. B. Michaëlis ad fastigium morale sacrae urbis refert) 1 Reg. XXII, 2. 2 Reg. VIII, 29. IX, 16. 2 Par. XXII, 6. Memoratu dignum est Iud. XI, 37:

יָרַדְתִּי עַל־הֶהָרִים *descendam in montes*, sc. a Mizpa (Comm. 29) in loco altissimo sita in regionem montanam inferiorem; sed Iud. I, 9: *postea descenderunt filii Judae ad pugnandum cum Cananaeis habitantibus in montano* cet. pertinet ad litt. γ. — Addunt auctore Aben Esra et Chr. B. Michaële l. c. §. 10 — 15 ε) etiam eos, qui regiones australes petant. Aben Esra ad Ex. XXXIII, 1: *qui vadit in sinistrum latus* s. boream, *ascendit: ideoque contra Abramus in Aegyptum vadens, quia australis regio est, legitur descendisse,* et ad Gen. XXXVIII, 1: *qui a boreali mundi latere versus meridiem vadit, descendere dicitur: et physices periti norunt, recte id fieri.* Observant enim, septentrionales terrae regiones superiores visas esse priscis hominibus (v. Virg. Georg. 1, 240 — 243 ibique intpp. Iustin. 2, 1, cf. ἡ ἄνω Ἀσία de Asia boreali Herod. 1, 95, αἱ ἐπάνω χῶραι 1 Macc. III, 37, οἱ ἄνω τόποι 2 Macc. IX, 23 de Syria boreali): sed, licet illum Graecum usum non negem, V. T. formulae et exempla, quae ex hoc usu illustrat Michaëlis, etiam ab aliis caussis, iisque certioribus, repeti possunt. Namque Num. XXXIV, 11. 12 pertinet ad litt. α (terminus descendit Jordanem versus): Gen. XXXVIII, 1 ad litt. β. (Adullam enim in regione campestri sita erat), ad litt. δ reliqua omnia, ut *descendere in Aegyptum* (Aegypti enim situs longe humilior est quam Palaestinae). 1 Sam. XXV, 1. XXVI, 2 (ubi descenditur in desertum) et XXX, 15 (Amalecitae enim deserticolae erant).

Saepe de Deo dicitur descendente de coelo Gen. XI, 5. XVIII, 21. Exod. III, 8. Jes. XXXI, 4. LXIV, 2. Mich. I, 3. Praeterea de rebus inanimatis, ut de fluvio deorsum fluente Deut. IX, 21. Ez. XLVII, 8, de via et de terminis deorsum tendentibus Num. XXXIV, 11. 12. Jos. XVIII, 13 sqq., de vallibus sidentibus Ps. CIV, 8, de pluvia, rore, igne coelesti de coelo descendentibus Num. XI, 9. Ps. LXXII, 6. CXXXIII, 3, de umbra in gnomone descendente Jes. XXXVIII, 8, de die inclinante Iud. XIX, 11, de verbis alte in pectus hominis descendentibus Prov. XVIII, 8. XXVI, 22 (Sallust. Iug. 11 §. 7: quod verbum in pectus Iugurthae altius, quam quisquam ratus est, descendit, cf. descendere in animum alic. Liv. 3, 52), de calamitate a Deo missa (demissa de coelo) Mich. I, 12.

2) *deportatus, deiectus, detrusus est* (cf. syr. ܢܚܬ descendit, pro delatus est Assem. bibl. II, 49 B. III, 1, 532 A). 1 Sam. XXIII, 6: אֵפוֹד יָרַד בְּיָדוֹ *Ephod descenderat in manu eius*, is Ephodum secum tulerat; *deiecta est, decidit* corona de capite Jer. XIII, 18; *cecidit* silva caesa Jes. XXXII, 19. Zach. XI, 2, murus deiectus Deut. XXVIII, 52, urbs expugnata Deut. XX, 20, de equis in pugna caesis Hagg. II, 22; *detrusus est* in mare Exod. XV, 5, in orcum Jes. V, 14, dicitur etiam de hominibus qui e statu felici et opulento ad miseriam detruduntur Deut. XXVIII, 43. Jer. XLVIII, 18 (מִכָּבוֹד). Thren. I, 9.

Hiph. הוֹרִיד fecit ut aliquis (aliquid) descenderet, quocunque tandem modo id fieret Gen. XLII, 38. XLIV, 29. 31, 1) ubi refertur ad homines: *deduxit* (hinabführen, —bringen) Gen. XLIV, 21. Iud. VII, 4. 1 Sam. XXX, 15. Joël IV, 2, *demisit* (hinablassen), ut in fune Jos. II, 15. 18. 1 Sam. XIX, 12, *deorsum misit*, ut in orcum 1 Sam. II, 6. Ez. XXVI, 20; et ubi violentius fit: *detrusit* v. c. Deus populos Ps. LVI, 8, *deturbavit* (reges de soliis) Jes. X, 13 cf. Obad. 3. 4, *subiecit* 2 Sam. XXII, 48: מוֹרִיד עַמִּים תַּחְתֵּנִי. — 2) ubi refertur ad res: *deorsum tulit, detulit* (hinabbringen) Gen. XXXVII, 25. XLIII, 11, *demisit* i. q. herunter nehmen Gen. XXIV, 18. 46. Num. IV, 5. 2 Reg. XVI, 17, = herunter senden v. c. pluviam Joël II, 23. Ez. XXXIV, 26, lacrimas Thren. II, 18, = *herabhängen lassen*, ut caput Thren. II, 10; *defluere fecit* Jes. LXIII, 6. 1 Sam. XXI, 14; et ubi violentius fit: *deiecit*, ut urbem munitam Prov. XXI, 22, auceps aves reti Hos. VII, 12.

Hoph. הוּרַד pass. Hiph. *deductus est* Gen. XXXIX, 1, *demissum est* (tentorium) Num. X, 17, *deiectus, detrusus est* Jes. XIV, 15. Ez. XXXI, 18. Zach. X, 11.

יֶרֶד (descensus) n. pr. 1) patriarchae antediluviani Gen. V, 15. Graece Ἰαρέδ Luc. III, 37. 2) alius viri 1 Par. IV, 18.

יַרְדֵּן, praeter Ps. XLII, 7. Iob. XL, 23 (de quibus infra) ubique cum art. הַיַּרְדֵּן, non solum in sermone pedestri (Gen. Num. Deut. Jos. Iudd. Sam. saepe), sed etiam apud poëtas, ut Ps. CXIV, 3. 5. Jes. VIII, 23. Jer. XII, 5. XLIX, 19. Ez. XLVII, 18. Zach. XI, 3, c. He locali הַיַּרְדֵּנָה 2 Reg. II, 6. Num. XXXIV, 12. Iud. VIII, 4. *Jordanes*, Palaestinae fluvius nobilissimus: qui in Antilibani radicibus ex compluribus torrentibus rivisque (v. ad Burckhardti itin. Syriae ed. nostr. I p. 495) exortus per plures lacus (lacum Samochonitin, hebr. מֵי מֵרוֹם, et lacum Tiberiadis, יָם־כִּנֶּרֶת) in mare mortuum influit atque in eo evanescit, licet probabile sit, antiquissimis temporibus et ante maris mortui originem hunc fluvium per alveum hodieque conspicuum (Wadi Araba) in maris Erythraei sinum Aelanitem sese exonerasse (v. Burckhardtum l. c. p. 731, adde Delaborde et Linant Voyage de l'Arabie Pétrée p. 3, sed contra Letronne, Journal des Savans, Octob. 1825. Cam. Callier ibid. 1836 Jan. Roediger in Allg. L. Z. 1836 Jul. 306 sqq. Graece ὁ Ἰορδάνης, lat. *Jordanes*, rarius *Jordanis* (Plin. N. H. V, 15 s. 13), chald. יַרְדְּנָא, syr. ܝܘܪܕܢܢ et ܝܘܪܕܢܢ, arab. الأُرْدُنّ, pers. هردوم, apud Edrisium etiam زخار i. e. abundans, tumidus, apud Abulfedam (tab. Syriae p. 147) et hodie apud Arabes الشريعة i. e. vadum sc. per quod Hebraei olim in Palaestinam traiecerunt. כִּכַּר הַיַּרְדֵּן ἡ περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου est vallis per quam Jordanes defluit, quae olim etiam vallem Siddim complectebatur (v. כִּכָּר), poët. אֶרֶץ יַרְדֵּן Ps. XLII, 7 (arab. بلد اردن); גְּאוֹן הַיַּרְדֵּן ripa Jordanis in hac valle (pag. 253 A), עֵבֶר הַיַּרְדֵּן terra transjordanensis (v. עֵבֶר). Semel poët. idque sine artic. pro quovis *fluvio maiore* ponitur Iob. XL,

23: יִבְטַח כִּי יָגִיחַ יַרְדֵּן אֶל פִּיהוּ *securus est, etiamsi Jordanes* (fluvius magnus instar Jordanis) *erumperet usque ad os eius*, ubi explodendi sunt, qui יַרְדֵּן de aliis omnibus v. c. de Eridano (Mich. suppl.) interpretantur. — De etymo nominis variae sunt sententiae. Pervulgata veterum opinio, *Jordanis* nomen compositum esse ex *Jor* (יאֹר) et *Dan* (דָּן), quod circa urbem Dan ortum capiat, aut quod duo fontes habeat, quorum alter Jeor alter Dan dictus sit, haud dubie ab hominibus excogitata est, qui orthographiae Hebraeae (יַרְדֵּן) ignari ex sola graeca forma iudicarent, et plane abiicienda est. Recentiorum contra plurimorum suffragia tulit Relandi (Palaest. p. 271) sententia, qua יַרְדֵּן *fluvium* notet (a יָרַד descendit, coll. نَزْلٌ lacus, mare) et κατ' ἐξοχὴν ad eum fluvium translatum sit, qui solus in Palaestina hoc nomen mereatur (cf. ad יְאֹר p. 558): cui quidem hoc obstat, quod syllaba formativa ֵן in nullo alio nomine reperitur, quum syllabae ָן, ֹן creberrimae sint (גַּרְזֶן, רִמּוֹן). Itaque haud scio an redeundum sit ad etymon *Hilleri* (Onomast. pag. 194), cui יַרְדֵּן pro יַרְדִּין per Syriasmum sunt *duo lacus* (cf. קַרְתִּין i. q. קִרְיָתַיִם), inde נְהַר הַיַּרְדֵּן fluvius duorum lacuum i. e. duos lacus pertransiens, vel *Io. Simonis* (Onom. p. 318), qui יַרְדֵּן non refert ad rad. יָרַד, sed ad רָדַן strepuit pr. de strepitu et crepitu armorum concussorum, nostr. *rasseln*, unde יַרְדֵּן (formae יַקְטֵל) fluvius *strepens* (cf. אַרְנוֹן a רָנַן). Huic sententiae favet arab. أُرْدُنّ pro رُدُنّ, et licet radicis רָדַן alia vestigia in Hebraismo non exstent, non desunt radd., quae huic onomatopoëtico affines esse videantur, cf. ipsum أُرْدُنّ quod Lexica *somnolentiam* reddunt, pr. ni fallor τὸ *stertere* significat, رَدَنَ = רָדַם; dein רָדַם *stertuit* (schnarchen), arab. رَذَمَ de sonu arcus attracti (knarren), de crepitu ventris; adde רָנַן, רָהַם, רָעַם, רָנַן.

מוֹרָד m. 1) *regio declivis* Jos. VII, 5. X, 11. Jer. XLVIII, 5. Mich. I, 4. 2) 1 Reg. VII, 29: מַעֲשֵׂה מוֹרָד *opus pensile.*

יָרָה rad. ἅπαξ λεγομένη, vicina radd. יָרַע et יָרֵא pr. *tremuit*, hinc *obstupefactus est*, ut arab. وَرِهَ. Inde Jes. XLIV, 8: אַל תִּפְחֲדוּ וְאַל תִּרְהוּ (duo codd. Kennic. תירהו) *ne paveatis neve stupeatis.* Idem fere valere תִּרְהוּ quod alibi תיראו, תראו (a יָרֵא) et parallelismus docet (cf. Ps. XXVII, 1. Mich. VII, 17) et sermo connexus, agnoveruntque omnes vett. interpretes, qui interpretati sunt quasi haberetur אל תיראו, praeter Alexandrinum: μὴ πλανᾶσθε, quod nescio an ex alia scriptura (fort. התעו, certe πλανάω alibi respondet verbo תעה) fluxerit. Metheg igitur apponendum videtur formae תִּרְהוּ, neque magnopere obstat huic explicationi, quod Hitzigius (auctore Ewaldo in gramm. maj. p. 131) observat, futurum verborum פי nonnisi 3 persona, non secunda et prima defective scribi (יִשַׁר, יִרְאוּ, non תִרְאוּ): vel ex illa duorum librorum scriptura apparet, librarios ab his formis etiam 2 et 1 persona admittendis non abhorruisse. — Omisso Metheg תִרְהוּ ducendum esset a rad. רָהָה, quae praeter alia significat: quietum fuit mare, quod Hitzigius l. c. ad quietem refert ex pavore ortam coll. רהב رهب timuit. Vereor ut recte: tranquillitatis enim notio in rad. رهو pendet ex commoditate et lenitate, cf. رَهْو commoda et tranquilla vita, رهو commode et leniter incessit, et contra de animo intrepido usurpatur in formula افعل ذلك رهوا fac hoc tranquille, statum tuum non mutans (v. Freytag II, 204).

יָרָה inf. absol. יָרֹה, cstr. יְרוֹת Ps. XI, 2 et יְרוֹא 2 Par. XXVI, 15, fut. יִירֶה (unde נִּירָם Num. XXI, 30)

1) *iecit.* (Hanc primariam significationem ignorant linguae cognatae, praeter aeth. ወረወ: iecit, ወረዊ: iaculum; *docendi* vim, de qua in Hiph., certe in derivatis, habent Aramaei). Sq. acc. Ex. XV, 4 (currus in mare), sortes Jos. XVIII, 6, praecipue sagittas, 1 Sam. XX, 36. 37. Prov. XXVI, 18, inde absol. *iaculatus est* 2 Reg. XIII, 17, metaph. de insidiis Ps. XI, 2: לִירוֹת בְּמוֹ אֹפֶל לְיִשְׁרֵי לֵב. LXIV, 5, addito בְּ teli 2 Par. XXVI, 15. Sq. acc. pers. Num. XXI, 30: וַנִּירָם *et iaculati sumus in eos.* Part. pl. יוֹרִים sagittarii 1 Par. X, 3. 2 Par. XXXV, 23.

2) *fundamenta iecit* i. e. *posuit* (cf. gr. βάλλεσθαι ἄστυ, κρηπῖδα βάλλεσθαι Pind., ܫܬܐ Pe. et Aph. iecit et fundavit Hebr. VI, 1, ܫܘܬܐܣܐ fundamentum Matth. XIII, 35. XXV, 34 al.). Iob. XXXVIII, 6: מִי יָרָה אֶבֶן פִּנָּתָהּ *quis iecit* collocavit *lapidem angularem eius?* Gen. XXXI, 51: הִנֵּה הַמַּצֵּבָה אֲשֶׁר יָרִיתִי *ecce cippum, quem posui.*

3) *sparsit, conspersit,* inde *rigavit* (pr. iecit, disiecit aquas, cf. זָרַק et arab. صاب feriit scopum sagitta, et terram conspersit pluvia). Sq. acc. Hos. VI, 3: כְּמַלְקוֹשׁ יוֹרֶה אָרֶץ *sicut pluvia serotina quae terram rigat.* Inde Part. יוֹרֶה subst. pluvia prima s. autumnalis, ὑετὸς πρώϊμος in Palaestina a medio Octobri ad medium Decembrem cadens, quae terram ad recipiendum semen praeparat. Copulatur cum מַלְקוֹשׁ pluvia serotina s. vernali Deut. XI, 14. Jer. V, 24, ubi in Chethibh est: גֶּשֶׁם וְיוֹרֶה וּמַלְקוֹשׁ, sed in Keri: גֶּשֶׁם יוֹרֶה וּמ׳. Quamcunque scripturam optas, יוֹרֶה potest substantivum esse.

Niph. pass. no. 1 *sagittis transfixus est.* Fut. יִיָּרֶה Exod. XIX, 13.

Hiph. הוֹרָה fut. יוֹרֶה, c. Vav conv. וַיּוֹר 2 Reg. XIII, 17 et pl. more Aramaeo וַיֹּרְאוּ 2 Sam. XI, 24, 1) i. q. Kal no. 1 *iecit, coniecit* v. c. in lutum Iob. XXX, 19, spec. sagittas, *iaculatus est* 1 Sam. XX, 20. 36. 2 Reg. XIII, 17. XIX, 32. Is in quem sagittas iaculantur, ponitur praevio לְ 2 Par. XXXV, 23, et in accus. Ps. LXIV, 5: יֹרֻהוּ וְלֹא יִירָאוּ *sagittis petunt*

cum sine timore. Comm. 8 (ubi חֵץ פִּתְאֹם ad sequentia pertinet). Part. מוֹרֶה sagittarius, v. infra.

2) *conspersit, rigavit* i. q. Kal no. 2. Part. מוֹרֶה v. infra.

3) *manum emisit* (ut שָׁלַח יָד), maxime ad monstrandum, inde *monstravit, indicavit.* Prov. VI, 13: מֹרֶה בְּאֶצְבְּעֹתָיו *monstrans* i. e. signa dans *digitis suis.* Sq. acc. pers. et rei Exod. XV, 25: וַיּוֹרֵהוּ יְהוָה עֵץ *et monstravit ei Jova lignum.* Absol. *indicavit* quid faciendum sit, *mandata dedit.* Gen. XLVI, 28: *et misit Judam ante se ad Josephum* לְהוֹרוֹת לְפָנָיו גֹּשְׁנָה *ut hic mandata mitteret ante se in Gosenitidem* i. e. ibi praepararet ad Jacobum excipiendum necessaria, Onk. לְפַנָּאָה קֳדָמוֹהִי לְגֹשֶׁן. Cod. Sam. legit להראות (non לקראות ut apud Rosenm.). Vide etiam formulam הוֹרָה פ׳ בְּדֶרֶךְ et הוֹרָה פ׳ דֶרֶךְ no. 4 litt. d. — A monstrando est

4) *docuit, instituit,* nostr. unter*weisen* (cf. sanscr. *diç* monstrare, docere, *dicere*, gr. δείκνυμι, unde *digitus*, v. Pott. etym. Forschungen I, 266. Editione prima monstrandi docendique significatum aliunde petitum censebam, ut הוֹרָה ductum esset a הֶרְאָה, quae sententia commendari possit verbis Gen. XLVI, 28 להורות Sam. להראות, et usu Arabum, qui lingua vulgari ورى et اورا dicunt pro أرى ostendit 2 Reg. VI, 6. Saad. Jes. XXXIX, 2. de Sacy chrest. III, 369 not. ed. 2 cf. melit. *vyrae* ostendere, *vyri* ورى ostensio: neque hodie id displicet, licet similia exempla in promtu non sint. Quod supra et iam prius in Lex. min. proposui, Wineri aliorumque suffragia tulit. Sam. הורי docuit). Ponitur a) absol. Ex. XXXV, 34. Mich. III, 11: כֹּהֲנֶיהָ בִּמְחִיר יוֹרוּ. Hab. II, 19. — b) sq. accus. pers. Iob. VI, 24: הוֹרוּנִי וַאֲנִי אַחֲרִישׁ VIII, 10. XII, 7. 8. XXXIV, 32. Ps. CXIX, 102. — c) sq. acc. rei Jes. IX, 14: מוֹרֶה שֶׁקֶר. Hab. II, 18. — d) sq. dupl. acc. pers. et rei. Ps. XXVII, 11: הוֹרֵנִי יְהוָה דַּרְכֶּךָ ubi prima significatio viam *monstrandi* servata est LXXXVI, 11. CXIX, 33. Ex. IV, 12. 15. Lev. X, 11. 1 Reg. VIII, 36. Etiam sq. בְּ rei, ut הוֹרָה בְּדֶרֶךְ pr. auf den Weg hinweisen 1 Sam. XII, 23. Ps. XXV, 8. 12. XXXII, 8. Prov. IV, 11, similiter Iob. XXVII, 11: אוֹרֶה אֶתְכֶם בְּיַד אֵל nostr. ich will euch hinweisen auf Gottes Handlungsweise (יַד אֵל h. l. i. q. דֶּרֶךְ אֵל v. pag. 566 B): semel sq. אֶל 2 Par. VI, 27: כִּי תוֹרֵם אֶל הַדֶּרֶךְ הַטּוֹבָה wenn du sie gewiesen auf den guten Weg (in loco parallelo 1 Reg. VIII, 36 est אֶת־הַדֶּרֶךְ הַטּוֹבָה); sq. מִן Jes. II, 3: יוֹרֵנוּ מִדְּרָכָיו *instituit nos de viis suis.* Mich. IV. 2. — e) sq. accus. rei et dat. pers. Deut. XXXIII, 10: יוֹרוּ מִשְׁפָּטֶיךָ לְיַעֲקֹב *docent Jacobum leges tuas.* Hos. X, 12.

Part. מוֹרֶה 1) *iaculator, sagittarius.* Plur. מוֹרִים 1 Sam. XXXI, 3. הַמּוֹרִים בַּקֶּשֶׁת 1 Paralip. X, 3, more Aramaeo הַמּוֹרְאִים 2 Sam. XI, 24, cf. לִירוֹא 2 Par. XXVI, 15. — 2) *pluvia prima* i. q. יוֹרֶה. Ps. LXXXIV, 7. Joel II, 23: כִּי נָתַן לָכֶם אֶת־הַמּוֹרֶה לִצְדָקָה וַיּוֹרֶד לָכֶם גֶּשֶׁם מוֹרֶה וּמַלְקוֹשׁ, ubi גֶּשֶׁם est vocabulum generalius, quod complectitur duo specialia, cf. Jer. V, 24. — 3) *docens* Jes. IX, 14. 2 Reg. XVII, 28, *doctor* Prov. V, 13, de prophetis Jes. XXX, 20 (bis), מוֹרֶה שֶׁקֶר doctor mendax Hab. II, 18. — Iob. XXXVI, 22: *ecce Deus est magnus robore suo* מִי כָמֹהוּ מוֹרֶה *quis est, sicut ille, doctor?* i. e. ipse sapiens et sapientiam nobis largiens, cf. XXXV, 11: מַלְּפֵנוּ מִבַּהֲמוֹת אָרֶץ וּמֵעוֹף הַשָּׁמַיִם יְחַכְּמֵנוּ. Ita Chald. quis sicut ille docet recta? Syr. quis cum illo comparatur sapientia? Vulg. nullus ei similis in legislatoribus. Sed LXX δυνάστης, fortasse ex usu aramaei מָרֵא, ܡܪܐ dominus, quod quidem hebraice מָרֵא scriberetur. Aliis מוֹרֶה h. l. est i. q. מוֹרָה Ps. IX, 21 et מוֹרָא timor, obiectum timoris et reverentiae. — 4) n. pr. a) viri Cananitae (ut מַמְרֵא), unde אֵלוֹן מוֹרֶה Gen. XII, 6 et אֵלוֹנֵי מוֹרֶה Deut. XI, 30 quercetum More haud procul a Sichem, a (pristino) possessore ita appellatum. b) גִּבְעַת הַמּוֹרֶה collis doctoris, in valle Jesreël Iud. VII, 1.

Hoph. Huc pertinet יוֹרֶא (plures codd. יוֹרֶה) *irrigabitur* Prov. XI, 25 pro יוּרֶה *conspergetur*, ut הוֹדַע pro הוּדַע. Non bene aliis יוֹרֶא est Hoph. verbi רָוָה pro יְרֻוֶה.

יוֹרֶה pluvia prima, v. rad. no. 3.

יוֹרָה (i. q. יוֹרֶה) n. pr. viri Esr. II, 18 „sic vocati, quod tempore pluviae illius natus esset, qui etiam nomine aequipollente חָרִיף [q. v.]." Simonis.

יוֹרַי (pro יוֹרָיָה, quem *doceat Jova*) n. pr. viri 1 Par. V, 13.

תּוֹרָה f. 1) *institutio, doctrina*, a) humana, velut parentum Prov. I, 8. III, 1. IV, 2. VII, 2. XXVIII, 7. 9. XXIX, 18. תּוֹרַת חֶסֶד institutio benevola (matris) XXXI, 26, poëtae Iob. XXII, 22. Ps. LXXVIII, 1, b) divina per prophetas Jes. I, 10. XLII, 4. 21, inde oraculum VIII, 16.

2) *lex.* (Retinuerunt vocem Hebraeam Arabes de lege Mosaica تَوْرَاةٌ Cor. 5, 47. 7, 157. 48, 29. 62, 5. Chaldaei et Syri habent אוֹרַיְתָא, ܐܘܪܝܬܐ lex, quae forma transiit ad Aethiopes in ኦሪት: Lud. p. 342. Apud Nasoraeos est ܬܘܪܐ doctrina, lex). Dicitur a) de singulis legibus et praeceptis Ex. XII, 49. Lev. VII, 7. 37. XIV, 54. Num. V, 30. XV, 16. 29. XIX, 14, addito genit. obiecti, ut תּוֹרַת הָעֹלָה lex holocausti Lev. VI, 2, תּוֹרַת הַיֹּלֶדֶת lex puerperae XII, 7, תּוֹרַת הַמְּצֹרָע lex leprosi XIV, 2, et ita *lex domus* i. e. descriptio aedificii, quam sequi debent architecti. Ez. XLIII, 11. 12 Plur. תּוֹרוֹת leges Ex. XVIII, 20. Lev. XXVI, 46. b) de universa lege Mosaica, plene תּוֹרַת מֹשֶׁה 1 Reg. II, 3. 2 Reg. XXIII, 25. Esr. III, 2, et תּוֹרַת יְהוָה Ps. XIX, 8. XXXVII, 31. Jes. V, 24. XXX, 9, inde cum suff. ad Deum relato תּוֹרָתִי Jes. LI, 7. Jer. IX, 12, תּוֹרָתְךָ Ps. XL, 9, תּוֹרָתוֹ Ps. I, 2. LXXVIII, 10, etiam κατ' ἐξοχήν הַתּוֹרָה Deut. I, 5. IV, 8. 44. XVII, 18. 19. XXVII, 3. 8.

Jos. I, 7. Neh. VIII, 14. X, 35 et poët. sine art. Deut. XXXIII, 4. Jes. II, 3. VIII, 20. Jer. XVIII, 18, Zeph. III, 4. Hagg. II, 11. Liber legis Mosaicae appellatur: סֵפֶר תּוֹרַת מֹשֶׁה 2 Reg. XIV, 6. Jos. VIII, 31. XXIII, 6, סֵפֶר תּוֹרַת אֱלֹהִים Jos. XXIV, 26, ס׳ ת׳ יְהוָה 2 Par. XVII, 9. XXXIV, 14, et סֵפֶר הַתּוֹרָה Deut. XXVIII, 61. XXIX, 21. XXX, 10. Jos. I, 8. VIII, 34. 2 Reg. XXII, 8. 11. Neh. VIII, 3. — Inde etiam

3) *mos*, *consuetudo* (cf. מִשְׁפָּט no. 2, c) 2 Sam. VII, 19: זֹאת תּוֹרַת הָאָדָם *haec est consuetudo hominis* (non Dei) h. e. ita familiariter mecum agis, ut homines cum hominibus solent. Ita Grotius, et recte quidem cf. Comm. 14. Alii, ut Schnurrerus, Dathius: *et haec* erit *lex hominum* i. e. hominibus observanda, promissio haec tua vim legis habebit apud homines, quam a te latam nemo mortalium poterit irritam reddere; quod si dicere voluisset scriptor, nescio an scripsisset זֹאת תִּהְיֶה לְתוֹרַת הָאָדָם.

יְרוּאֵל (a Deo fundatum) n. pr. (oppidi et) deserti ei vicini 2 Par. XX, 16.

יְרוּשָׁלַם, sed, secundum Masoram ad Jer. XXVI, 18, quinque locis plene יְרוּשָׁלַיִם Jer. l. c. Esth. II, 6. 1 Par. III, 5. 2 Par. XXV, 1 (in loco parallelo 2 Reg. XIV, 2 defective), cum He locali יְרוּשָׁלַיְמָה 1 Reg. X, 2. Jes. XXXVI, 2, plene יְרוּשָׁלַיְמָה 2 Par. XXXII, 9 (ubi in loco parallelo 2 Reg. XVIII, 17 יְרוּשָׁלַם), cum Praef. בִּירוּשָׁלַם, לִירוּשָׁלַם, מִירוּשָׁלַם vide not. *, fem. (Jes. III, 8. X, 11. XXXVII, 10. XL, 2. 9. XLIV, 28. LII, 2 al.) *Hierosolyma*, LXX Ἱερουσαλήμ, graece vulgo Ἱεροσόλυμα, lat. *Hierosolyma* (genit. *orum* et *ae*), chald. יְרוּשְׁלֵם et יְרוּשְׁלֶם (v. infra), syr. ܐܘܪܫܠܡ, nasor. עוראשלאם, arab. in Bibliorum Versionibus يروشلم, اورشليم، اوروشليم، يرشلام, haec quidem postrema forma ad imitationem Syriasmi (v. Roediger de interpr. arabica libr. hist. V. T. p. 56), passim etiam etymo expresso دار السلام domus pacis Saad. Jes. XLIV, 28. LI, 17. LX, 1. LXII, 1. 6, مدينة السلام urbs pacis id. XL, 2, et Arabs Polygl. Jos. X, 5, د' السلم Arabs Polygl. 1 Reg. XII, 18. 21. 27. XIV, 21. 25. XV, 4. 10. 2 Reg. VIII, 17 al. et omissa priore parte nominis (ut נִמְרָה et בֵּית נִמְרָה, adeoque יְמִינִי pro בֶּן־יְמִינִי) שָׁלֵם Gen. XIV, 18. Ps. LXXVI, 3, gr. Σόλυμα Jos. Antiqu. 1, 10 §. 12 (Σόλυμα autem Stephani Byzantini non sunt Ἱεροσόλυμα, ut male nuper Crusius in Lex. geogr.), lat. Solyma Mart. 10, 65, 5, arab. شلم, شلم. Erat ea in media fere terra sancta (teste Abulfeda long. lat. 31°, 50′, teste Seetzenio long. 32°, 53′ Par., lat. 31°, 47′, sec. Niebuhrium lat. 31°, 46′, 34″) in valle (Jes. XXII, 1) ab oriente et austro maioribus montibus cincta duobus tribusve collibus (Zioni, Moriae, Acrae) inaedificata, iam antiquissimis temporibus urbs Cananaeorum regia, prius שָׁלֵם appellata (Gen. XIV, 18), Josuae et Judicum tempore a Jebusitis habitata (v. יְבוּס p. 189 B), sensim a Judaeis et Benjaminitis occupata (Jos. XV, 63. Iud. I, 8. — Jos. XV, 8. XVIII, 28. Iud. I, 21. Jer. VI, 1), excepta arce, qua expugnata Davides eam regni Israëlitici sedem fecit et tentorium sacrum in eam transtulit (2 Sam. V. VI). Postea a Salomone templo, palatio regio aliisque aedificiis ornata atque munita (1 Reg. VI. VII), ab Usia eiusque successoribus novis munimentis aucta (2 Par. XXVI, 9. XXVII, 3. XXXII, 5. XXXIII, 14), dein a Chaldaeis duce Nebucadnezare expugnata, diruta et igne deleta est (2 Reg. XXIV. XXV): post exilium quidem Serubabelis, Esrae et Nehemiae studio restituta, sed tenuius tamen et ita ut a vetere splendore multum abesset. Vetus nomen ad nostra usque tempora servatum est, quanquam a Romanis maxime gentilibus inde ab Hadriano *Aelia Capitolina* (arab. ايليا) appellata est, et ab Arabibus vulgo القدس et بيت المقدس nuncupatur. De historia et topographia urbis vid. Relandi Palaest. p. 832 sqq. Bellermann Handb. der bibl. Litt. III, p. 98 sqq. Rosenmüller bibl. Alterthumskunde II, 2 p. 202 sqq. Wineri Lex. bibl. p. 642 sqq. Iust. Olshausen zur Topographie des alten Jerusalem, Hamb. 1833. De portis eorumque nominibus v. infra s. v. שַׁעַר. — Pulchritudo eius in proverbium abiisse videtur, unde Cant. VI, 4 puella appellatur: נָאוָה כִּירוּשָׁלָם *venusta instar Hierosolymorum.* Cives urbis appellantur: יֹשְׁבֵי יְרוּשָׁלַם Jer. IV, 4. VIII, 1. XI, 12, poët. יוֹשֵׁב יְר׳ collect. Jes. V, 3. VIII, 14. XXII, 21, בַּת יְר׳ Jes. XXXVII, 22, et יְרוּשָׁלַם ib. IV, 4, atque hoc etiam de civibus eius in exilio versantibus Jes. XL, 2. 9. XLI, 27 (cf. Zach. II, 7. 10). — De formula *Juda et Jerusalem* et *Jerusalem et Juda* vide ad Vav copulat. p. 394 A.

De origine nominis variae sunt eruditorum sententiae. Ac primam quidem compositi partem יְרוּ nonnulli, quod memorat Relandus l. c., contractam censebant ex יִרְאוּ (conferri possit n. pr. יְרִיָּה pro יְרִאִיָּה timens Jovam): sed neque *timens pacem* (a יָרֵא et ו compaginis), neque *videbunt pacem* aptum urbis nomen efficit. Ipse Relandus, quem secuti sunt Simonis in Onomast., Ewald. gramm. hebr. p. 332 al., יְרוּשָׁלַם dictum censet pro יְרוּשׁ שָׁלֵם *possessio pacis*, primo שׁ extruso; non satis apte ad analogiam. Litterarum enim geminarum priorem in similibus formis post vocalem extrudere non solent Hebraei (ut praevia littera consona fit in phoen. מלקרת pro מֶלֶךְ קֶרֶת, ut in כרך כמיש pro כַּרְכְּמִישׁ arx Camosi, צְפַרְדֵּעַ pro צְפַר רְדַע), sed Dagesch forti compensare, ut in יְרֻבֶּשֶׁת, זְרֻבָּבֶל pro יְרֻב בֹּשֶׁת, זְרֻב בָּבֶל, cf. etiam זְרֻבָּבֶל. Quas quidem difficultates vitaturus haud scio an in alias graviores incurrerit Hitzigius (ad Jes. p. 2), qui ירושלם ortum censet ex יְרוּשַׁת שָׁלֵם i. e. *possessio Salem* (per appositionem), integra syllaba שַׁת *scha* extrusa, ut in استاع pro استطاع et gall. *idolatrie* ex *idololatria.* Namque nomina ita per appositionem composita, quod sciam, ab Hebraismi analogia prorsus aliena sunt; neque duo nomina per appositionem (non statum

constructum) coniuncta ita in unum coaluisse censendi sunt, ut integra syllaba quasi ex medio vocabulo extrudi potuerit. Quid veteres interpretes Judaei de significatu syllabae ירו statuerint, ex Saadia et Josuae interprete Arabico intelligitur, qui دار السلام *domum pacis* et مدينة السلام *urbem pacis* reddiderunt (cf. Abulphar. hist. dynast. p. 15: اورشليم اى قرية السلام). Quod ut illustrarem et vindicarem, in prioribus Lexici editt. ad יְרוּ contuli arab. وَرَى *homines* (Har. IV p. 38 Schult. Ibn Doreid. 97. Abulf. Ann. II, 610. IV, 178. 268. 310) et ירושלם *homines* vel *populum pacis* significare suspicatus sum, fortasse etiam *domum pacis*, quemadmodum contra اهل (אֹהֶל) et بيت a domo ad incolas transfertur, in quam sententiam praeter n. pr. יְרִיאֵל laudari poterant יְרִיאֵל et יְרִיָּה (fort. populus Dei, Jovae). Sed hoc tamen obstat, quod arab. ورى in lingua Hebraea nec radicem habet nec formas cognatas: et simplicius certiusque videtur, יְרוּ ducere a rad. יָרָה no. 2, ut sit *fundatum*, *fundatio*; itaque ירושלם *fundatio pacis s. salutis et incolumitatis*, q. d. *Friedensgrund*, quod Arabes paullo liberius illo, quo fecerunt, modo exprimere poterant. Neque ineptum hoc etymon ad יְרִיאֵל, יְרוּאֵל fundatus (m) a Deo, et יְרִיָּה fundatus a Jova.

In altera compositi parte hoc certum et exploratum est, vocalium auctores, qui defectivam scripturam שלם scribebant שָׁלֵם, pleniorem formam שָׁלַיִם unice veram habuisse, atque iccirco vocales eius more Kerijan perpetuorum (יִשָּׂשכָר, הִוא) illi quoque scripturae obtrudisse, quae salvis linguae legibus *schalajim* pronunciari non poterat. Atque hanc quidem formam vel pluralem numerum esse censebant a שָׁלָה, שָׁלֵו *quietum*, *quies*, ut שָׁמַיִם a שָׁמֵי, שָׁנָה et מַיִם a מַי, vel dualem (nimirum „*duplicem quietem*" ad duas urbis partes, superiorem et inferiorem, referentes) breviorenque formam שָׁלֵם ex שָׁלַיִם, שָׁלֵים contractam existimabant, quam eorum sententiam etiam recentiores nonnulli probaverunt, ut Maurerus ad Jos. X, 1. Sed vereor ut recte. Quodsi enim forma producta שָׁלַיִם antiquior esset quam correpta שָׁלֵם, non posset non ea ipsa in antiquioribus libris deprehendi. Atqui contra forma productior in solis recentioribus libris aliquoties et nonnisi in aliqua librorum manu scriptorum parte reperitur: in monumentis vero antiquioribus ea reperitur et scriptura et pronunciatio, quae sola consonis שלם accommodata est, שָׁלֵם Gen. XIV, 18. Ps. LXXVI, 3, quam firmat etiam chald. יְרוּשְׁלֵם. Itaque sic potius statuendum videtur, antiquitus pronunciatum esse שָׁלֵם *pax*, *incolumitas* (ut Judaei Arabes reddunt سلام), extrema autem aetate argentea coepisse multos שלים scribere idque nomen plurale (duale?) habere proprie שָׁלַיִם efferendum, eamque sententiam seculo septimo vel octavo, quo puncta apposita sunt, ita invaluisse, ut Grammatici pronunciationem *schalajim* ubique restituendam existimarent; quod quidem iudicium eorum non maioris est faciendum, quam illud quo pro הוא fem. היא legendum esse iusserunt. Solitos esse recentiores Hebraeos terminationes ־ָם, ־ָן recte secusve pro duali habitas, ita diducere, ut legitima dualis forma prodiret, non pauca ostendunt exempla: יַרְכָתַם Ezech. XLVI, 19 Chethibh, pro quo Keri יַרְכָתַיִם; קִרְיָתְמָה Ez. XXV, 3 Chethibh, pro quo Keri קִרְיָתָיְמָה; n. pr. קַרְתָּן (duae urbes), pro quo קִרְיָתַיִם 1 Par. VI, 61: quibus annumerandum etiam שָׁמְרַיִן chald. שָׁמְרַיִן diductum ex שֹׁמְרוֹן. Dualis autem veteris in ־ַיִם et ־ָם quoque exeuntis exempla sunt שְׁנַיִם, שְׁתַּיִם, עֵינָם, שְׁנָם, fortasse יַרְדֵּן.

Not. *) Quum Lexicographi et Critici de orthographia huius nominis negligentius egerint (v. Eichhorn Einleit. in das A. T. III §. 491. 493. Simonis ed. Winer. „ירושלים uti Jer. XXVIII, 18 [imo XXVI, 18] et *in Chronicis* [nempe ex centum et viginti exemplis *ter*] scriptum est secundum orthographiam sequiorem"), ipsique Bibliorum editores tum inter se tum cum Masora non conveniant, supra dicta paullo accuratius persequi placet. Ut a libris impressis ordiamur, in quinque locis a Masora laudatis unus est (1 Par. III, 5), in quo plures editiones bonae notae, ut Hooghtiana, defective scribant, sed plene J. H. Mich., Minchat Schaj, Simonis al. cum 16 codd. Kennicotti. Contra praeter illos locos scriptio plena habetur etiam Dan. I, 1 in edit. Hooghtii (ubi plurimi codd. defective scribunt), 1 Reg. X, 2 in bibl. Brix. Soncin. al. cum 23 codd.: sed non 2 Par. XXXVI, 5, quem locum laudat Eichhornius l. c., ubi ne unus quidem liber, qui plene scribat, annotatur. E scriptis quidem codicibus permulti etiam quinque illis locis defective scribunt (contra Masoram), velut Jer. l. c. 109 codd., Esth. l. c. 32 codd., 2 Par. XXV, 1 codd. 30, 2 Par. XXXII, 9 codd. 7: contra nonnulli codices (licet pauci) etiam alibi haud raro plene scribunt, ut codd. Kennicottiani no. 70. 93. 107. 109. 115 maxime cod. 96 prophetas priores et posteriores complectens, qui in scriptura plena tuenda sibi constare videtur. Praeter V. T. Hierosolymorum nomen etiam in numis Simeonis Maccabaei litteris Hebraeis, iisque tamen antiquioribus, scriptum reperitur, et duplici quidem modo: tum defective in epigraphe numorum minoris moduli: ירושלם קדשה, tum plene in epigraphe numorum paullo maiorum: ירושלים הקדושה, ex quo apparet, duo illa scribendi genera eodem tempore usitata fuisse et, utrum optatum sit, illis certe temporibus ex arbitrio fere pependisse. V. F. P. Bayerum de numis Hebraeo-Samar. tab. 1 no. 1. 2. tab. 2 no. 1—4. tab. 6 no. 1—5. pag. 29. 171. Mionnet description des medailles T. V. p. 555 sqq. Recueil des planches tab. 27. 28. Eckhel doctr. numm. III, p. 466 sqq.

יְרוּשְׁלֶם Esr. V, 14. VI, 9 et **יְרוּשְׁלֵם** Esr. IV, 20. 24. V, 1 chald. id., prius etiam in Pausa Esr. IV, 12. V, 2. 15. Dan. V, 2. 3.

יְרִיאֵל (i. q. יְרוּאֵל fundatus i. e. constitutus a Deo) n. pr. viri 1 Par. VII, 2.

יְרִיָּה et **יְרִיָּהוּ** (vel *a Jova fundatus* i. e. constitu-

tus, vel i. q. יְרִאִיָּהוּ quem Jova respicit) n. pr. viri Levitae 1 Par. XXIII, 19. XXIV, 23. XXVI, 31.

יָרַח rad. inusit., probabiliter (observante Maurero) i. q. יָרַק *flavus fuit*, ח et ק permutatis cf. p. 436. Inde

יָרֵחַ m. *luna*, a flavo colore dicta, ut לְבָנָה ab albo colore. In pedestri oratione ubique ponitur cum artic. Gen. XXXVII, 9. Deut. IV, 19. XVII, 3. 2 Reg. XXIII, 5. Jer. VIII, 2. Eccl. XII, 2, poët. raro Ps. CXXXVI, 9, contra plerumque eo omisso (ut הַשֶּׁמֶשׁ et שֶׁמֶשׁ) Ps. VIII, 4. CIV, 19, CXXI, 6. CXLVIII, 3. Iob. XXV, 5. XXXI, 26 (quo pertinet etiam Jos. X, 12. 13). לִפְנֵי יָרֵחַ in conspectu lunae i. e. quamdiu luna lucebit Ps. LXXII, 5 cf. Comm. 7.

יֶרַח pl. יְרָחִים estr. יַרְחֵי m. 1) *mensis* isque apud Hebraeos lunaris, a יָרֵחַ cf. nostr. *Mond* et *Monat*, gr. *μήνη* et *μήν*. (Syr. ܝܰܪܚܳܐ mensis, neque vero luna, ut apud Castellum est, quae ܣܗܪܳܐ appellatur. Zab. transp. יחרא. Apud Arabes inde derivatum est ورّخ II. diem mensis adscripsit epistolae, et cogn. أرّخ I. II. IV. id., تَأْرِيخ diei adscriptio, chronicon, cui dies adscripti sunt). Idem valet quod חֹדֶשׁ, sed rarius est, et antiquioribus fere scriptoribus (Exod. II, 2) poëtisque frequentatum Deut. XXXIII, 14. Iob. III, 6. VII, 3. XXIX, 2. XXXIX, 2. Zach. XI, 8, v. tamen 1 Reg. VI, 37. 38. VIII, 2. Ad יֶרַח יָמִים vide supra p. 585 B.

2) populus et regio Arabiae, ex gente Ioctanidarum Gen. X, 26. 1 Par. I, 20. Non male Bochartus (Phaleg II, 19) hoc nomen hebraeum esse animadvertit, idque tamen ex eiusdem significationis nomine arabico transversum. *Alilaeos* enim intelligit, ad mare rubrum in regione aurifera habitantes (Agatharch. cap. 49, Strabon. XVI. p. 277) eorumque verum nomen بنى هلال *filiorum lunae* fuisse coniicit propter cultum lunae s. Alilat (Herod. III, 8) ita dictorum. Idem observat geographum Nubiensem ab oriente Meccae habere tribum بنى هلال *filiorum lunae*, de qua videndus etiam Niebuhrius, descr. Arabiae p. 270. Sed cum יֶרַח in loco Geneseos iungatur terrae Hadramaut, probabiliorem fere sententiam dixit J. D. Michaëlis (Spicil. II, 60), *litus lunae* (غبّ القمر) *lunaeque montem* (جبل القمر) in vicinia regionis Hadramaut, haud procul a Schorma, intelligens (Geogr. Nubiensis p. 26. 27 vers. lat.). Fuerunt, qui talem nominis arabici in linguam hebraeam translationem arbitrarie sumi censerent: sed analogia sua non caret ista ratio, eiusque in *lunae montibus* trans Habessiniam, qui Arabibus جبل القمر, Graecis *σελήνης ὄρη* vocantur, luculentum habemus exemplum. Cf. sub אוֹן, אָמוֹן, דִּקְלָה, הֲדֹרָם, סְפָר.

יְרַח chald. *mensis* (non luna, ut in Lex. man. per errorem legitur). Esr. VI, 15. Dan. IV, 26. In Targg. יַרְחָא id.

יָרוֹחַ (i. q. יָרֵחַ luna, cf. nomm. propria arab. قمر et بدر) n. pr. viri 1 Par. V, 14.

יְרֵחוֹ et **יְרִיחוֹ** *Jericho*, v. sub rad. רוּחַ.

* * *

יַרְחָע n. pr. servi Aegyptii 1 Par. II, 34. 35. De etymo nil definio.

יָרַט rad. *δὶς λεγομένη*, arab. ورط Conj. II. praecipitem dedit aliquem, ut in puteum, in exitium, vit. Tim. I p. 6—9. Schult. imp. Joctan. p. 130. 132. Conj. V. in exitium lapsus est, vit. Tim. II, 250, وَرْطَة praecipitium, interitus, مَوْرِط praecipitium. In Kal igitur significabat *praeceps fuit* (fortasse vic. radici יָרַד, sed fortius), atque ita haud dubie Num. XXII, 32: *ecce egressus sum ad adversandum* tibi, כִּי יָרַט הַדֶּרֶךְ לְנֶגְדִּי *nam praeceps est via* tua *contra me* i. e. nam praecipiti cursu contra me ruis. Saad. ipsam hanc radicem retinet vertens: تَوَرَّطَتْ الطريق حذاى quod non est: *occlusa est via contra me* (ut in Polyglottis redditur), sed: *praeceps est via adversus me.* Reliqui e contextu fere coniecturam faciunt. LXX. *οὐκ ἀστεία ἡ ὁδός σου ἐναντίον μου*, similiter cod. Sam., in quo habetur הֵרַע הדרך לנגדי *mala est via coram me* i. e. displicet mihi via (vide Comment. nostr. de Pent. Sam. p. 35). Kimchi: *declinat* (שָׂטָה) *via coram me* i. e. non recta est via coram me. Melius Syr. ܡܛܠ ܕܐܬܪܝܨܬ ܐܘܪܚܐ ܠܩܘܒܠܝ *quia direxisti viam contra me.* Vulg. *quia perversa est via tua* (cf. Kimchi) *mihique contraria.*

Pi. יִרֵּט (ad Chirek ante ר dagessandum cf. מִרְדָּף 2 Sam. XVIII, 16) *praecipitem dedit, coniecit* i. q. arab. ورّط. Iob. XVI, 11: עַל יְדֵי רְשָׁעִים יִרְטֵנִי *in manus improborum coniecit me.* LXX. *ἔῤῥιψέ με.* Symm. *ἐνέβαλέ με.* Vulg. *tradidit me.* Aliis, quos in Lex. min. secutus eram, יִרְטֵנִי est fut. Kal pro יִירְטֵנִי, יָרְטֵנִי, sed huic sententiae obstat et significatio coniugationis Kal et codd. editionumque scriptura sine Metheg. Jarchi, Levi ben Gerson, e recentioribus J. D. Michaëlis, Eichhornius יִרְטֵנִי referunt ad rad. רטה, cui proiiciendi vim tribuunt, coll. رطا coivit cum muliere et cogn. رطّ coivit; eiecit merdam et proiecit missile (Kam. p. 19: رَطَا بسلحه رمى, quod omisit Freytagius). Sed profecto non est quod a certo linguae Hebraeae usu recedentes ad haec devia confugia-

mus, multoque etiam minus huc pertinent rad. رتّ et رتّ constrinxit.

מוֹרָט Jes. XVIII, 2 v. מָרַט.

יָרַךְ rad. inusit., eiusdem vel similis potestatis atque cognatum רָכַךְ *mollis fuit.* Inde

יָרֵךְ cstr. יֶרֶךְ Gen. XXIV, 9. Ex. I, 5. Lev. I, 11 al. c. suff. יְרֵכִי f. (Num. V, 21) dual. יְרֵכַיִם 1) *femur*, a mollitie dictum, gr. *μηρός*. (Arab. وَرِكٌ et وَرْكٌ femur, clunes, nates). Quomodo differat a מָתְנַיִם *lumbi*, *ὀσφύς*, cum ex reliquo vocabuli usu intelligitur tum maxime ex verbis Ex. XXVIII, 42: *fac illis feminalia lintea pudendis tegendis* מִמָּתְנַיִם וְעַד יְרֵכַיִם *a lumbis ad femora* (nates). Etenim מָתְנַיִם inferiorem dorsi partem significat, יָרֵךְ dual. יְרֵכַיִם geminum membrum crassum et carnosum ab ima spina dorsi ad crura (שׁוֹקַיִם) pertinens, *duo femina cum natibus.* כַּף הַיָּרֵךְ acetabulum femoris, quo femur cohaeret cum pelvi Gen. XXXII, 26. 33. *Ad femur* (עַל־יָרֵךְ) gladium gestabant milites Ex. XXXII, 27. Iud. III, 16. 21. Ps. XLV, 4, *femur feriebant* lugentes et indignantes Jer. XXXI, 19. Ez. XXI, 17 (cf. Il. 12, 162. 15, 397. Od. 13, 198 Cic. cl. orat. 80. Quintil. XI, 3), *femori* manum supponebant iurantes (quod ad sanctitatem verendorum et circumcisionis pertinere videtur) Gen. XXIV, 2. 9. XLVII, 29, *ex femore alicuius prodiisse* dicuntur, qui ex eo progeniti sunt Gen. XLVI, 26. Exod. I, 5. Iud. VIII, 30 (cf. Cor. Sur. 4, 27. 6, 98), ubi Simonis eiusque editores יָרֵךְ male *genitalia* explicant. De formula שׁוֹק עַל יָרֵךְ Iud. XV, 8 vide שׁוֹק. *Nates* intelliguntur Num. V, 21. 27, in bestiis *clunis* (Keule, Schinken) Ez. XXIV, 4.

2) Translate ad res inanimatas (quo significatu tamen forma feminea יְרֵכָה usitatior est) est a) *ea* candelabri sacri *pars*, *qua scapus* (קָנֶה) *in tres pedes discedit* Ex. XXV, 31. XXXVII, 17, quo utroque loco in cod. Sam. est plur. ירכיה; b) *latus* tentorii Ex. XL, 22. 24, arae Lev. I, 11. 2 Reg. XVI, 14.

Dual. יְרֵכַיִם *utrumque femur* Ex. XXVIII, 42 (v. supra). Cant. VII, 2: חַמּוּקֵי יְרֵכַיִךְ, v. חַמּוּק.

יְרֵכָה c. suff. יַרְכָתוֹ (Caph raphato) f. i. q. יָרֵךְ no. 2, b *latus*, *pars postica* (v. Dual.) terrae. Gen. XLIX, 13: וְיַרְכָתוֹ עַל צִידֹן *latus* (pars postica) *eius* pertinet *ad Sidonem.* Membrorum enim nomina saepe ad regiones transferuntur, v. כָּתֵף, שְׁכֶם, arab. جَنْب latus, regio.

Dual. יַרְכָתַיִם (Caph raphato) cstr. יַרְכְּתֵי, semel יַרְכּוֹתֵי 1 Reg. VI, 16 Cheth. (cf. חוֹמוֹתַיִם) pr. *utrumque femur*, *clunes*, *nates*, sed ubique de inanimatis 1) *pars postica, aversa, latus posticum* Ex. XXVI, 22. 23. 27. XXXVI, 27. 28. 32, templi 1 Reg. VI, 16. Ez. XLVI, 19. — 2) in interiori spatio *partes postremae, extremae, recessus, penetralia*, ut domus Am. VI, 10. Ps. CXXVIII, 3, navis Jon. I, 5, speluncae 1 Sam. XXIV, 4, sepulcri Jes. XIV, 15. Ez. XXXII, 23. Hinc יַרְכְּתֵי לְבָנוֹן recessus Libani i. e. extremae et inaccessae huius silvae partes Jes. XXXVII, 24, et Iud. XIX, 1. 18: יַרְכְּתֵי הַר־אֶפְרַיִם *interiores recessus montanorum Ephraim.* Inde 3) *regiones remotissimae.* יַרְכְּתֵי צָפוֹן extremae regiones septentrionis. Jes. XIV, 13. Ez. XXXVIII, 6. 15. XXXIX, 2. Ps. XLVIII, 3, ubi (cum de Wettio ed. 4) ita explicandum censeo: *pulcher elatione, gaudium totius terrae* est *mons Zion: gaudium extremorum septentrionum* (i. e. remotissimarum gentium) est *urbs regis magni.* Ex priore hemistichio in altero repetendum est מְשׂוֹשׂ. Vulgaris interpretatio: *a latere boreali* (Zionis) est *urbs regis magni* cum alias ob caussas (nil enim frigidius esse potest quam huiusmodi geographica descriptio) tum iccirco ferri nequit, quod יַרְכְּתֵי צָפוֹן non latus boreale alic. rei, sed extremum boream significat. De aliorum explicationibus non magis aptis retulit de Wettius l. c. יַרְכְּתֵי אֶרֶץ extremae terrae regiones. Jer. VI, 22. XXV, 32. XXXI, 8. L, 41 (cf. כַּנְפוֹת הָאָרֶץ).

יַרְכָה f. chald. *femur*, *clunes* Dan. II, 32. In Targg. saepe et iisdem fere locis, ubi in Hebraeo est יָרֵךְ. Rabbini et Talmudici in pl. dicunt יַרְכוֹת.

רֵכָה (pro יְרֵכָה) n. pr. loci aliunde ignoti 1 Par. IV, 12.

יָרַם rad. inusit. prob. i. q. وَرِمَ, רוּם et אָרַם *altus, excelsus fuit.* Inde

יַרְמוּת (excelsum) n. pr. 1) oppidi in planitie tribus Judae, olim urbis regiae Cananaeorum Jos. X, 3. XII, 11. XV, 35. Neh. XI, 29. Vulg. *Jerimoth*, *Jerimuth*, cf. Hieron. v. Jarimuth: civitas quam subvertit Jesus in tribu Juda, quarto distans ab Eleutheropoli lapide, iuxta villam Esthaol. — 2) oppidi Levitarum in tribu Issachar Jos. XXI, 29, quod XIX, 21 רֶמֶת scribitur. In utroque hoc loco copulatur cum *En-gannim*, et satis mirum est, etiam *Jarmuth* Judaeae Jos. XV, 34. 35 cum Engannim coniungi.

יְרֵמוֹת (excelsa) n. pr. virorum 1) 1 Par. VIII, 14. 2) Esr. X, 26. 3) Comm. 27. 4) 1 Par. XXIII, 23, pro quo יְרִימוֹת XXIV, 30. 5) XXV, 22, pro quo יְרִימוֹת Comm. 4. 6) Esr. X, 29 Chethibh. Keri רָמוֹת.

יְרֵמַי (in excelsis habitans) n. pr. viri Esr. X, 33.

יִרְמְיָה et יִרְמְיָהוּ v. rad. רָמָה.

יָרַע *tremuit*, inde *pavit*, *timuit* i. q. יָרֵא, יָרָה. (Arab. وَرِعَ et يَرِعَ id. Inest hic significatus in syllaba primaria רע, cf. radd. רָעַד, רָעַל, רָעַם). Semel in praet. Jes. XV, 4: נַפְשׁוֹ יָרְעָה לוֹ *animus contremiscit ei* (Moabo), prae timore, pavore. Saad. تراعت. Fut. יֵרַע non huius radicis est, sed pertinet ad verbum רָעַע. Vitringae, Hitzigio יָרַע est i. q. רָעַע malus, inde tristis fuit. Sed in

praet. eius formae nullum vestigium exstat; contra a tremendi significatu proficiscitur nomen

יְרִיעָה f. *velum, aulaeum*, a motu tremulo dictum (cf. רָעַל velum a rad. רָעַל tremuit), spec. tentorii Jes. LIV, 2. Jer. IV, 20. X, 20. XLIX, 29. Hab. III, 7, tabernaculi sacri Ex. XXVI, 1 sqq. XXXVI, 8 sqq., regiae Salomonis Cant. I, 5 (intelligenda videntur aulaea magnifica, quibus fores in interiore parte aedium occludebantur). 2 Sam. VII, 2: *et arca Dei* ישׁב בְּתוֹךְ הַיְרִיעָה *habitat inter aulaea* i. e. in tentorio. Ps. CIV, 2: נֹטֶה שָׁמַיִם כַּיְרִיעָה *qui expandit coelum instar aulaei.* (Syr. ܝܪܝܥܬܐ id. Cant. l. c. et tentorium ipsum Barhebr. 420. Chald. i. q. hebr. Simonis aulaei significatum ducebat a ورع abstinuit. II cohibuit, repressit aliquem. IV intercessit inter duos eos disiungens et transpos. عرو cohibuit, prohibuit, quod et ipsum ferri potest: sed illud tamen praefero, quippe quod cum radicis potestate hebraea conveniat).

I. יָרַק *spuit* i. q. רָקַק no. II. (Chald. רוּק, aeth. ወረቀ: id.). Sq. בִּפְנֵי פ׳ inspuit in faciem alic. Bis legitur in Praet. Num. XII, 14. Deut. XXV, 9. Inf. absol. Num. l. c. Sed fut. יָרֹק repetitur a רָקַק.

II. יָרַק rad. inusit. *viruit* herba. Arab. ورق fronduit arbor. IV. germinavit, utrumque a virore. Inde

יָרָק m. adj. *viridis*, neutr. *viride*, *viror* 2 Reg. XIX, 26. Jes. XXXVII, 27. Spec. *olus.* גַּן יָרָק hortus olerum. Deut. XI, 10. 1 Reg. XXI, 2. אֲרֻחַת יָרָק portio oleris. Prov. XV, 17. (Syr. ܝܘܪܩܐ, ܝܘܪܩܢܐ olus).

יָרוֹק m. *viride*, *herba viridis.* Iob. XXXIX, 8.

יֶרֶק m. *viror.* כָּל־יֶרֶק עֵשֶׂב omnis viror herbae Gen. I, 30. IX, 3. יֶרֶק דֶּשֶׁא viror graminis i. e. gramen viride Ps. XXXVII, 2. Alibi concr. *viride* (das Grüne) agrorum et arborum Exod. X, 15. Num. XXII, 4. Jes. XV, 6.

יֵרָקוֹן m. χλωρότης, ὠχρότης 1) hominum, *pallor* faciei, color ille luridus, subviridis in facie hominum ingenti terrore correptorum. Jer. XXX, 6: נֶהֶפְכוּ כָל־פָּנִים לְיֵרָקוֹן. — 2) segetis, *flavedo, marcor*, morbus segetis. Deut. XXVIII, 22. 1 Reg. VIII, 37. 2 Par. VI, 28. Am. IV, 9. Hagg. II, 17. Plerumque copulatur cum שִׁדָּפוֹן q. v. LXX. Deut. ὤχρα, Hagg. ἀνεμοφθορία, 2 Par. Jerem. Am. ll. cc. ἴκτερος, qui hominum segetumque morbus est, *Gelbsucht*, lat. *aurugo* a colore aureo, quod Vulg. habet apud Am. et Hagg. ll. cc., alibi *rubigo*, quae ab aurugine non multum differre videtur. (Arab. يرقان morbus, quo flavescunt homines et segetes Rhaz. p. 58, etiam أرق, أرق, أرقان dictus. Forskalius apud Niebuhr., descr. Arabiae praef. p. XLVI, ex ore Murii, Judaei Mocchensis notavit, mense Marchesvan nonnunquam flare ventum tepidum, quo tactae aristae flavescant granaque non ferant, hoc autem vitium segetis appellari يرقان. Eodem modo syn. صفر IX et XI flavus fuit, dicitur de flavedine segetis et de pallore faciei, v. Cor. 30, 50. Har. 5, 82 Schult., neque non de colore auri, ut יְרַקְרַק, unde أصفر flavum absol. de auro, vit. Tim. II, 296 Mang. Syr. ܝܘܪܩܢܐ flavedo, hominum et segetum).

יַרְקוֹן i. q. يرقان flavedo, v. מֵי הַיַּרְקוֹן.

יָרְקְעָם (pallor populi? sec. Simon. p. 467 pro יֵרָקַע עָם expandetur, diffundetur populus, non male) n. pr. oppidi Judaeae 1 Par. II, 44.

יְרַקְרַק pl. f. יְרַקְרַקּוֹת 1) adj. *subviridis*, *subflavus*, χλωρίζων, de colore leprae in vestibus conspicuae Lev. XIII, 49. XIV, 37. 2) subst. *flavum*, *flavedo*; *fulvum* (auri) Ps. LXVIII, 14. Aeth. ወርቅ: *aurum* ipsum notat, arab. ورق pecuniam, nummos).

יָרַשׁ (Jer. XLIX, 1) et **יָרֵשׁ** 2 pers. יָרַשְׁתָּ Deut. VI, 18. XII, 29, sed cum suff. יְרִשְׁתָּהּ XXX, 5, pl. יְרִשְׁתֶּם IV, 1. XXXII, 3 plur. c. suff. יְרֵשׁוּהָ Jes. XXXIV, 11, imp. רֵשׁ Deut. I, 21, רַשׁ ib. II, 24. 31, et plene יְרַשׁ cum He parag. יְרָשָׁה XXXIII, 23; inf. רֶשֶׁת, c. suff. רִשְׁתּוֹ (de יָרֵשְׁנוּ vide ad Pi.), fut. יִירַשׁ pl. יִירְשׁוּ, וִירֵשׁוּ

1) *cepit, capessivit, occupavit*, maxime vi v. 1 Reg. XXI, 15. 16. 18. (Hunc, non hereditatis, significatum nativum esse, docent tum derivata רֶשֶׁת, תִּירוֹשׁ, tum syllaba primaria רשׁ, quae pariter atque רם, רץ rapiendi potestatem habet, v. ad הָרַס. Proprie igitur est *an sich reissen.* Hereditatis vim habent chald. יְרַת, syr. ܝܺܪܬ, arab. ورث, aethiop. ወረሰ: cum derivatis: videantque eruditi sitne eiusdem stirpis *heres* pro *hered*-s). Construitur a) sq. acc. rei v. c. occupavit terram, maxime Palaestinam Gen. XV, 7. 8. Lev. XX, 24. Num. XIII, 30. Deut. I, 8. 21. II, 24. 31. III, 12. 18. 29. IV, 1. 22. VIII, 1. XI, 8. 23. 31. IX, 4. 5. Ps. XLIV, 4. LXXXIII, 13 cet. Jos. I, 11. 15. XVIII, 3. XXIII, 5 et persaepe in Deut. et lib. Josuae, universam terram Jes. XIV, 21, domos Ez. VII, 24, opes populorum Ps. CV, 44. — Ps. LXXXIII, 13: נִירְשָׁה לָּנוּ אֵת נְאוֹת אֱלֹהִים *occupemus nobis domicilia Dei.* Rarius absol. Deut. II, 24: הָחֵל רָשׁ. Part. יוֹרֵשׁ expugnator (Eroberer) Mich. I, 15. Jer. VIII, 10. — b) sq. acc. pers. *occupavit aliquem* i. e. bona eius occupavit, inde *expulit, eiecit* eum e possessione, in locum eius successit. Deut. II, 12: וּבְנֵי עֵשָׂו יִירָשׁוּם וַיַּשְׁמִידוּם מִפְּנֵיהֶם *et filii Esavi expellebant eos* (Horitas) *eosque exitio dabant ante se.* Comm. 21. 22. IX, 1: לָרֶשֶׁת גּוֹיִם גְּדֹלִים וַעֲצֻמִים מִמֶּךָּ *ad expellendum populos maiores et fortiores quam tu.* Prov.

XXX, 23: שִׁפְחָה כִּי תִירַשׁ גְּבִרְתָּהּ *ancilla, ubi* (quae?) *expulit dominam suam*, in locum eius successit. LXX. ἐὰν ἐκβάλῃ τὴν ἑαυτῆς κυρίαν. Jer. XLIX, 2: יָרַשׁ יִשְׂרָאֵל אֶת־יֹרְשָׁיו *Israël expellet qui eum expulerant.* Jes. LIV, 3. Deut. XI, 23. XII, 2. XVIII, 14. XIX, 1. XXXI, 3, passim sq. מִפְּנֵי (pr. a facie) XII, 29. Iud. XI, 24. Propria verbi vis ex huiusmodi locis perspicitur Deut. XXXI, 3: *Jehova hos populos ante te perdet* וִירִשְׁתָּם *et tu possessionem eorum occupabis.* Iud. XI, 23: *Jehova Amoraeos expulit ante populum suum Israël*, וְאַתָּה תִּירָשֶׁנּוּ *tuque* (o rex Ammonitarum) *terram eorum occupabis?*

2) *possedit* Lev. XXV, 46. Deut. XIX, 14. XXI, 1 cet., velut terram, regionem Obad. 19. Ez. XXXVI, 12. Jes. LVII, 13, opes Iud. XVIII, 7 (v. עֶצֶר). Frequentissima est locutio יָרַשׁ אֶרֶץ possedit terram (sanctam), de tranquilla in hac terra sede Israëlitis antiquitus promissa et pro summa vitae felicitate habita Gen. XV, 7. Ps. XXV, 13. XXXVII, 9. 11. 22. 29. Jes. LX, 21 cf. Matth. V, 5, יָרַשׁ שַׁעַר אֹיְבָיו v. שַׁעַר. Poët. etiam de bestiis Jes. XXXIV, 11 et inanimatis Hos. IX, 3: קִימוֹשׁ יִירָשֵׁם.

3) spec. *hereditatem accepit*, c. accus. rei. Num. XXXVI, 8: כָּל־בַּת יֹרֶשֶׁת נַחֲלָה. XXVII, 11; c. accus. pers. (cf. no. 1, b) *bona alic. hereditavit* (jemanden beerben). Gen. XV, 3. 4. Absol. Gen. XXI, 10: *filius ancillae non hereditabit cum filio meo Isaaco.* Part. יוֹרֵשׁ heres 2 Sam. XIV, 7. Jer. XLIX, 1. — LXX paene ubique κληρονομέω, etiam in locis no. 1.

Niph. נוֹרַשׁ pass. Kal no. 1, b *bonis expulsus est*, inde *ad egestatem redactus est.* Gen. XLV, 11. Prov. XX, 13. XXIII, 21. XXX, 9. Cf. rad. רוּשׁ.

Pi. יֵרַשׁ bis legitur 1) i. q. no. 1 litt. a. Deut. XXVIII, 42: *omnem arborem tuam .... occupabit gryllus.* 2) i. q. no. 1 litt. b. e possessione eiecit, *pauperem reddidit.* Iud. XIV, 15: הַלְיָרְשֵׁנוּ קְרָאתֶם לָנוּ *num invitastis nos, ut pauperes nos redderetis?* Ita cum Metheg pars librorum et manu scriptorum (Kimchi: היוד מעמדת בגעיא במקצת הספרים, cf. J. H. Michaëlis) et impressorum (J. H. Michaëlis, Simonis), quum alii contra (Minchat Schaj, v. d. Hooght) Metheg omittant: quae quidem posterior scriptura Kal est, cf. יָסְדִי Iob. XXXVIII, 4, יָסְּדוֹ Esr. III, 12, יָרְדִי Ps. XXX, 4 Keri.

Hiph. הוֹרִישׁ 1) *possessionem* (hereditatem) *rei dedit alicui*, sq. dupl. acc. Iud. XI, 24: אֵת אֲשֶׁר יוֹרִישְׁךָ כְּמוֹשׁ אֱלֹהֶיךָ. 2 Par. XX, 11. Poët. Iob. XIII, 26: וְתוֹרִישֵׁנִי עֲוֹנוֹת נְעוּרָי *et* (quod) *peccata iuventutis meae* quasi hereditate *ad me transmittis* i. e. facis ut peccatorum, quae iuvenis commisi, nunc poenas luam. Sq. לְ pers. Esr. IX, 12: וְהוֹרַשְׁתֶּם לִבְנֵיכֶם *et hereditate transmittatis* eam (terram) *posteris vestris.*

2) i. q. Kal no. 1 *occupavit* a) sq. acc. rei, ut terram Num. XIV, 24. XXXIII, 53, urbem Jos. VIII, 7. XVII, 12. Iud. I, 27, montana Iud. I, 19; b) sq. acc. pers. bona alic. occupavit, i. e. *expulit eum e possessione.* Iud. I, 29: אֶפְרַיִם לֹא הוֹרִישׁ אֶת־הַכְּנַעֲנִי *Ephraimitae non expulerunt Cananaeos.* 30. 31. 33. XI, 23. Jos. III, 10. XVII, 13. XXIII, 9. Num. XXXIII, 52. Ps. XLIV, 3. Saepe de Deo gentes Canaaniticas expellente Exod. XXXIV, 24: אוֹרִישׁ גּוֹיִם מִפָּנֶיךָ. Num. XXXII, 21. 1 Reg. XIV, 24. XXI, 26. 2 Reg. XVI, 3. XVII, 8. XXI, 2. Translate adeo de rebus inanimatis Iob. XX, 15: מִבִּטְנוֹ יֹרִשֶׁנּוּ אֵל *ex ventre eius id* (opes devoratas) *expellit Deus.* Inde

3) bonis privavit, *pauperem fecit*, cf. Niph. 1 Sam. II, 7: יְהוָה מוֹרִישׁ וּמַעֲשִׁיר.

4) *delevit, perdidit.* Num. XIV, 12: *percutiam eum peste* וְאוֹרִשֶׁנּוּ *et perdam eum.* LXX. ἀπολῶ αὐτούς. Onk. אֲשֵׁיצֵינּוּן. Ex. XV, 9.

יְרֵשָׁה f. *possessio* Num. XXIV, 18.

יְרוּשָׁה et **יְרוּשָׁא** (possessa sc. a marito) n. pr. matris Jothami regis 2 Reg. XV, 33. 2 Par. XXVII, 1.

יְרֻשָּׁה f. 1) *possessio* Deut. II, 5. 9. 12. III, 20. Jos. I, 15. XII, 6. 7. Iud. XXI, 17. 2 Par. XX, 11. Ps. LXI, 6. 2) *hereditas.* מִשְׁפַּט הַיְרֻשָּׁה ius hereditatis. Jer. XXXII, 8.

רֶשֶׁת c. suff. רִשְׁתִּי f. 1) *rete*, a capiendo dictum. *Tendere rete* est הֵכִין רֶשֶׁת Ps. LVII, 7, טָמַן ר׳ (pr. sub terra abscondere) IX, 16. XXXI, 5, plerumque פָּרַשׂ Thren. I, 13, sq. עַל Ez. XII, 13. XVII, 20. XIX, 8. XXXII, 3. — 2) *opus reticulatum* ex aere factum Exod. XXVII, 4. 5.

מוֹרָשׁ (Kamez impuro Iob. et Ob. l. c.) m. *possessio.* Jes. XIV, 23: מוֹרַשׁ קִפֹּד *possessio herinacei.* Plur. Obad. 17. Translate Iob. XVII, 11: מוֹרָשֵׁי לְבָבִי *possessiones cordis mei* sunt spes dulcissimae, quas animo fovebam.

מוֹרָשָׁה f. *possessio.* Ex. VI, 8. Deut. XXXIII, 4. Ez. XI, 15. XXV, 4. 10. XXXIII, 24. XXXVI, 2. 5.

מוֹרֶשֶׁת גַּת Mich. I, 14 n. pr. oppidi in vicinia Gath Philistaeorum (ut Bethlehem Judae), quo Michaeas propheta ortus est. Inde gentilicium הַמֹּרַשְׁתִּי Mich. I, 1. Jer. XXVI, 18, LXX ap. Mich. ὁ τοῦ Μωρασθεῖ, Jer. ὁ Μωραθίτης corrupte pro Μωρασθίτης. Ex illo ortum est, quod Eusebius et Hieronymus in locis hebr. nomen gentilicium *Morasthi* cum oppidi nomine *Morescheth* confuderunt. Ita enim hic: *Morasthi, usque hodie iuxta Eleutheropolin .... haud grandis est viculus.* Contra Chaldaeus urbem nostram eandem esse voluit atque *Maresa* מָרֵאשָׁה, et מֹרַשְׁתִּי reddidit: מִמָּרְשָׁא, sed vide Hamaker. ad librum de vita et morte prophetarum p. 155 sqq. cf. Relandi Palaest. p. 902.

תִּירוֹשׁ m. *mustum, vinum novum*, ita dictum, quia inebriat, cerebrum occupat, Hos. IV, 11: יַיִן וְתִירוֹשׁ יִקַּח לֵב. (Syr. ܬܝܪܘܫ, chald. מֵירַת id.) Iud. IX, 13. Mich. VI, 15. Prov. III, 10 al. Persaepe copulantur דָּגָן וְתִירוֹשׁ frumentum et mustum Gen. XXVII, 28. 37, unde אֶרֶץ דָּגָן וְתִירוֹשׁ Deut. XXXIII, 28. Jes. XXXVI, 17), et plenius דָּגָן וְתִירוֹשׁ וְיִצְהָר frumentum

et mustum et oleum hornum Deut. XXVIII, 51. 2 Par. XXXII, 28. Neh. XIII, 12. Joël II, 19 cet. De succo uvae Jes. LXV, 8. LXX plerumque *οἶνος*.

יָשַׂם i. q. שׂוּם *posuit*. Inde וָאִישְׂמָה Iud. XII, 3 Chethibh. Sed duobus aliis locis וַיִּישֶׂם videtur intrans. *positus est* (cf. יָצַר et צוּר) Gen. L, 26, et XXIV, 33 Chethibh, ubi in Keri est וַיּוּשַׂם. Sunt qui etiam his locis transitivum esse volunt, et cap. XXIV ferri potest *et apposuit* sc. Labanus, sed cap. L vim afferunt verbis, qui vertunt: *et posuit* (sc. ponens) eum (Josephum).

יָשַׁב fut. יֵשֵׁב (semel תֵּישַׁבְנָה Ez. XXXV, 9 Chethibh) inf. absol. יָשׁוֹב, semel abiecto Jod שׁוֹב Jer. XLII, 10 (et ita etiam שַׁבְתִּי Ps. XXIII, 6 pro יָשַׁבְתִּי, nisi potius יָשַׁבְתִּי legendum est pro וְשַׁבְתִּי), cstr. שֶׁבֶת c. suff. שִׁבְתִּי, שִׁבְתְּךָ; imp. שֵׁב, שְׁבָה, part. יוֹשֵׁב, fem. יוֹשְׁבָה Nah. III, 8, alibi יוֹשֶׁבֶת

1) *consedit, sedit.* (Apud Poenos eius radicis exempla exstant in: *lasibit* לשבת ad habitandum Plaut. Poen. 5, 1, 9, et in nomm. pr. *Tubusuptus* i. e. טוב שבתו, *Suptu* שבתו, v. Monum. Phoen. p. 427. 429. Respondet aram. יְתֵב, ܝܬܶܒ, ፀአጠ. Verbum arab. وثب *sedendi* significatum habet in sola Himjaritarum dialecto, qua de re videnda est lepida narratio ap. Pocockium in spec. hist. Arabum p. 15 ed. White, sed etiam in vulgari Arabismo inde ductum est وِثَاب solium, lectus, lectica, Hamza Ispahan. ap. Schult. p. 32. In verbo usitata est significatio saliendi, insiliendi in praedam, quae ab insidiando ducta est v. infra litt. c, sedendi potestate frequentatur جلس, قعد, apud Aethiopes ነበረ: sed etiam his verbum ישב non incognitum est, v. infra ad Hiph. no. 2. — De *origine* verbi non dubito, quin finitimum sit radici יצב posuit, intrans. *positus, collocatus est*, v. litt. i). Ac considendi quidem potestate constr. tum absol. Gen. XXVII, 19. Prov. XXIII, 1, tum sq. לְ loci Ps. CX, 1: שֵׁב לִימִינִי *conside ad dextram meam*. IX, 5. CXXXII, 12. Jes. XLVII, 1. 1 Reg. II, 19, cum dat. pleon. Gen. XXI, 16: וַתֵּשֶׁב לָהּ *et consedit*. — *Sedendi* significatu locus, in quo quis sedet, additur plerumque praevio עַל v. c. יָשַׁב עַל כִּסֵּא 1 Reg. I, 35. 2 Reg. XIII, 13. Ps. XLVII, 9, יָשַׁב עַל לֶחֶם (ad coenam sedere) 1 Sam. XX, 24, et בְּ Gen. XIX, 1. 2 Sam. VII, 1 poët. etiam in acc., v. c. יֹשֵׁב הַכְּרֻבִים *qui insidet Cherubis* i. e. qui vehitur super Cherubis (cf. רָכַב עַל כְּרוּב Ps. XVIII, 11) al. qui habitat inter Cherubos (no. 3). Ps. LXXX, 2. XCIX, 1. 1 Sam. IV, 4. 2 Sam. VI. 2. Jes. XXXVII, 16. — Opp. קוּם surgere, unde שִׁבְתִּי וְקוּמִי *sedere et surgere meum* Ps. CXXXIX, 2 de universa vitae ratione cf. Jes. XXXVII, 28. 2 Reg. XIX, 27.

Spec. *sedere* est

a) *iudicum*, qui ius dicunt adstantibus (cf. جلس V. consedit iudex, gr. *κάθημαι* vc. proprium de iudicibus Act. XXIII, 3. F. A. Wolf ad Dem. Leptin. p. 387, lat. sedeo, v. Forcell. h. v.). Jes. XXVIII, 6: יוֹשֵׁב עַל הַמִּשְׁפָּט *sedens ad iudicium* (am Gerichtstische, cf. יָשַׁב עַל לֶחֶם) i. e. iudex. Joël IV, 12: אֵשֵׁב לִשְׁפֹּט אֶת־כָּל־הַגּוֹיִם Mal. III, 3 de nuncio foederis: *sedebit* (tanquam index) *purgaturus filios Levi.* Inde שֶׁבֶת חָמָס Am. VI, 3 *consessus iniquitatis* est iudicium iniquum, quo iusta caussa succumbit. — Similiter

b) tribuitur regibus vel tribunali (Ps. IX, 5. 8) vel solio insidentibus Ps. LXI, 8: יֵשֵׁב עוֹלָם לִפְנֵי אֱלֹהִים. LV, 20. CII, 13. Jes. XIV, 13. Zach. VI, 13. Cf. Apoc. XVIII, 7: *κάθημαι βασίλισσα.* Inde יֹשְׁבִים Jes. X, 13 sunt reges soliis insidentes. Ad munus Dei, quo et iudex et rex mundi est, pertinere videntur verba Ps. XXIX, 10: יְהוָה לַמַּבּוּל יָשָׁב וַיֵּשֶׁב יְיָ מֶלֶךְ לְעוֹלָם v. supra p. 560. Plene dicitur יָשַׁב עַל כִּסֵּא v. supra.

c) *insidiantium*, plene יָשַׁב לְמוֹ אָרֶב Iob. XXXVIII, 40. Etiam sq. dat. pers. Iud. XVI, 9: הָאֹרֵב יֹשֵׁב לָהּ בַּחֶדֶר *insidiatores sedebant ei* insidias struentes *in conclavi.* Ier. III, 2: עַל דְּרָכִים יָשַׁבְתְּ לָהֶם. Absol. Ps. X, 8. XVII, 12. (De arab. وثب iam supra dictum est, adde قعد ل insidiatus est alicui Cor. 9, 5, gr. *λόχος, λοχεύω, λοχίζω* a *λέγω* consideo, lat. *insidiae*). — Est

d) *lugentium*, qui in terra sedere (Jes. III, 26. XLVII, 1), solitarii sedere (Thren. I, 1. III, 28), simpl. *sedere* dicuntur. Ps. CXXXVII, 1: שָׁם יָשַׁבְנוּ גַּם בָּכִינוּ. Neh. I, 4: יָשַׁבְתִּי וָאֶבְכֶּה. Deut. XXI, 23. Esr. IX, 3: וָאֵשְׁבָה מְשׁוֹמֵם, Iob. II, 13. Inde de vidua Gen. XXXVIII, 11: שְׁבִי אַלְמָנָה. Jes. XLVII, 8.

e) eorum, qui ignavi et otiosi sedent, opp. his qui bello et venationi operam dant. Jer. VIII, 14: עַל מָה אֲנַחְנוּ יֹשְׁבִים *quare sedemus* otiosi? Jes. XXX, 7: רַהַב הֵם שָׁבֶת *insolentia* i. e. insolentes *hi sedent*, horum est, ignavos et desides esse ad pugnam. Gen. XXV, 27: יֹשֵׁב אֹהָלִים *sedens in tentoriis* i. e. domi manens et rei domesticae operam dans, opp. fratri, cui venatio cordi erat. Vide formulam יָשַׁב בֵּין הַמִּשְׁפְּתַיִם ad rad. שָׁפַת. Ita gr. *κάθημαι* de desidibus et otiosis, opp. militibus, Valkenar. ad Herod. 2, 86, arab. قُعْد pr. sessio, inde sedentes i. e. bellum non facientes, قَعِيد retromanens, tardus, مُتَقَاعِد miles invalidus).

f) exercitus, qui *consedit* in aliquo loco, eumque tenet (einen Ort besetzt halten) 1 Sam. XIII, 16: יֹשְׁבִים בְּגֶבַע. Lat. *sedere* contra aliq. et syr. ܝܬܒ ܥܠ dicitur pro *obsidere.*

g) *sedere cum aliquo* (יָשַׁב עִם) est consuetudinem habere cum aliq. Ps. XXVI, 4. 5 coll. I, 1. Jer. XV, 17. (Arab. قعد مع consedit c. aliquo, eo familiariter usus est Cor. 4, 139).

h) de locutione *sedere a dextra regis* v. pag. 599 B.

i) Denique *sedere* dicuntur etiam inanimata, quae alicubi *collocata* s. *sita sunt* (cf. Pi. יִשֵּׁב collocavit, et quae supra de origine observata sunt), ubi aliae linguae partim *standi* et *iaciendi* (cf. יָרָה, יָסַר), partim, ut Hebraei, *sedendi* et *habitandi* verbis utuntur. Ita מוֹשָׁב situs (urbis) 2 Reg. II, 19, chald. יְתַב situm esse, de urbe Jes. XXII, 1. Nah. III, 1 Targ., aethiop. ነበረ: id. Matth. V, 14: *quae super monte sedit*, pro gr. κειμένη, ναίω Il. 2, 606. 9, 153. 295. Sophocl. Aj. 603, ναιετάω Od. 9, 23 (quorum locorum alia est ratio, quam eorum, quae no. 4 laudata sunt). De syr. ܩܡ stetit v. Mich. ad Castell. p. 390. Ita de soliis, quae *stant* s. *collocata sunt*. Ps. CXX, 5: כִּי שָׁמָּה יָשְׁבוּ כִסְאוֹת לְמִשְׁפָּט *nam eo collocata sunt solia ad iudicium* ibi est summum populi iudicium. Chald. מִתְיַתְּבִין collocata sunt. LXX. ἐκάθισαν θρόνους, collocarunt solia, syr. ܐܬܬܣܝܡܘ. (Ex recentioribus ita Rosenm., Winerus, de Wettius, al. *ibi insident* iudices *sellis ad iudicandum*). In iisdem Psalmis graduum (recentioris enim aetatis videtur hic usus) de monte Ps. CXXV, 1: *sicut mons Zion*, qui *non vacillat* לְעוֹלָם יֵשֵׁב sed *stat in perpetuum*. Targ. מִתְיַתֵּב collocatus est. De urbe et aedificio Zach. XII, 6: וְיָשְׁבָה יְרוּשָׁלַםִ עוֹד תַּחְתֶּיהָ בִּירוּשָׁלָםִ *et stabant Hierosolyma porro loco suo in Hierosolymis* i. e. in ruinis eius. XIV, 10: *et surgent Hierosolyma* וְיָשְׁבָה תַחְתֶּיהָ *et stabit loco suo, a porta Benjaminitica ad locum portae* cet. cf. Jer. XXX, 18: אַרְמוֹן עַל מִשְׁפָּטוֹ יֵשֵׁב, parall. וְנִבְנְתָה עִיר עַל תִּלָּהּ. Zach. II, 8: פְּרָזוֹת תֵּשֵׁב יְרוּשָׁלַםִ *sine muro stabit Hierosolyma.* Hoc posterius exemplum etiam ad no. 4 referri potest, quorsum alia quoque referunt interpretes: sed *habitari* plerisque illis locis non convenit, qui *standi* significatum tantum non flagitant. Sunt igitur haec exempla segreganda ab iis, de quibus disputavimus no. 4.

Inf. שֶׁבֶת subst. sedes, v. infra.

2) *mansit* (quia diutius in loco commoraturi consident). 2 Sam. X, 5: שְׁבוּ בִירֵחוֹ עַד יְצַמַּח זְקַנְכֶם. 1 Sam. XXV, 13: *ducenti* יָשְׁבוּ עַל הַכֵּלִים *remanserunt ad custodienda impedimenta.* Gen. XXIV, 55. XXIX, 19. Num. XXXV, 25. Iud. VI, 18. XIX, 15. Jer. XXXV, 15 cet. Sq. acc. loci (ut no. 1. 3) Ruth II, 7: שִׁבְתָּהּ הַבַּיִת מְעָט *commoratio eius in domo pauca est*, raro domi commoratur (ihres Zuhausebleibens ist wenig). Cum dat. pleon. Gen. XXII, 5: שְׁבוּ לָכֶם פֹּה. Sq. dat. pers. Hos. III, 3: תֵּשְׁבִי לִי *mane mihi* i. e. permane in fide et officio erga me, it. *manere* i. e. *exspectare aliquem* Ex. XXIV, 14: שְׁבוּ לָנוּ בָזֶה *exspectate nos hic*, Num. XXII, 19, ubi deest לָנוּ. — De inanimatis Gen. XLIX, 24: וַתֵּשֶׁב בְּאֵיתָן קַשְׁתּוֹ *et firmus manebat arcus eius.*

3) *habitavit* Gen. XIII, 6. Ps. CXXXIII, 1 et saepe, sq. בְּ loci, v. c. in terra Gen. XIII, 12. XLV, 10. Deut. II, 10. 12. 20. 1 Sam. XXVII, 7. 11, in urbe Gen. XIX, 29, in domo Deut. XIX, 1; sq. עַל, ut עַל אֲדָמָה Lev. XXV, 18. 19. Jer. XXIII, 8. Ezech. XXVIII, 25. XXXVII, 25, aliisque particulis loci, ut אֶל (ad) Ez. III, 15, לְ Iud. V, 17, עִם Gen. XXVII, 44, אֵת (cum) Gen. XXXIV, 16, etiam cum accus., ut יֹשֵׁב בַּיִת Jes. XLIV, 13. XLII, 11. Gen. IV, 20 (cf. infra). Poët. Ps. XXII, 4: יוֹשֵׁב תְּהִלּוֹת יִשְׂרָאֵל *habitans inter hymnos Israëlis* i. e. in templo, ubi Israëlitarum hymni aures tuas circumsonant. CVII, 10. Sed יָשַׁב sq. accus. est etiam: habitavit *ad* aliquid, accola fuit (cf. שָׁכַן, גּוּר). Utramque structuram coniunctam habes Gen. IV, 20: יֹשֵׁב אֹהֶל וּמִקְנֶה *habitantes in tentoriis et apud greges* i. e. Nomades, et Ez. XXVI, 17: יֹשְׁבֶיהָ *accolae eius* (urbis). *Habitare in domo Dei* est i. q. frequentem adesse in templo Ps. XXIII, 6. XXVII, 4. LXXXIV, 5, cf. גּוּר. יָשַׁב לָבֶטַח secure (et tuto) habitare, v. בֶּטַח. Saepe de Deo dicitur, vel coelum (Ps. CXXIII, 4. 1 Reg. VIII, 39. 43. 49) vel templum Zioniticum (Ps. IX, 12. 2 Sam. VII, 6) inhabitante (cf. de idolo templum habitante Jes. XLIV, 13), etiam de bestiis Jer. L, 39, et inanimatis, v. c. de arca foederis 1 Sam. VII, 2, de iustitia Jes. XXXII, 16.

Part. יוֹשֵׁב habitator, saepe subst., ut יֹשְׁבֵי יְרוּשָׁלַםִ, יֹשְׁבֵי בָבֶל Jer. LI, 12, יֹשְׁבֵי הָאָרֶץ X, 18, יֹשְׁבֵי תֵבֵל Jes. XVIII, 3. Ps. XXXIII, 8. Sed saepe in sing. usurpatur collective v. c. יוֹשֵׁב יְרוּשָׁלַםִ Jes. V, 3, יוֹשֵׁב שֹׁמְרוֹן IX, 8 cf. XX, 6. XXIV, 17. Jer. XLVIII, 43. Ez. VII, 7. Zach. XII, 8, etiam in fem. *habitatrix* pro habitatoribus Jes. XII, 6. Jer. XXI, 13. XLVIII, 19. Mich. I, 11 sqq. Cf. בַּת pag. 219.

4) Poëtae etiam *passive* usurpant pro *habitari*, vel *habitabilem esse*, ut idem valeat quod Hophal, quocum Kal significatione passim convenit (cf. יָכֹל fut. יוּכַל), pariter atque gr. ναίω, maxime ναιετάω, Od. 4, 404: Ἰθάκης ἔτι ναιεταώσης. 4, 95. 96: καὶ ἀπώλεσα οἶκον, εὖ μάλα ναιετάοντα i. e. bene habitabilem, das wohnliche Haus (alius generis sunt loci, quos laudavimus ad no. 1 litt. i). Dicitur de urbibus Jer. XVII, 25, et regionibus Joël IV, 20: וִיהוּדָה לְעוֹלָם תֵּשֵׁב *Judaea in aeternum habitabitur*, opp. מִצְרַיִם לִשְׁמָמָה תִהְיֶה וֶאֱדוֹם לְמִדְבַּר שְׁמָמָה. LXX κατοικηθήσεται. Vulg. habitabitur. Zach. VII, 7: בִּהְיוֹת יְרוּשָׁלַםִ יֹשֶׁבֶת וּשְׁלֵוָה .... וְהַנֶּגֶב וְהַשְּׁפֵלָה יֹשֵׁב *quum Hierosolyma esset habitata et tranquilla .... et auster atque regio maritima habitati essent.* LXX ὅτε ἦν Ἱερ. κατοικουμένη. Saepius etiam לֹא יָשַׁב *non habitari, non habitabilem esse* habetur in descriptione urbium regionumque desertarum. De Babylone Jes. XIII, 20: לֹא תֵשֵׁב לָנֶצַח וְלֹא תִשְׁכֹּן עַד דּוֹר וָדוֹר, praecessit: הָיְתָה ... כְּמַהְפֵּכַת אֱלֹהִים et sequitur: וְלֹא יַהֵל שָׁם עֲרָבִי. LXX κατοικηθήσεται. Conf. locum parallelum Jer. L, 40, qui, quid sibi velit לֹא יָשַׁב apud Jesaiam vel σκεπτικώτατον hominem dubitare non sinit: כְּמַהְפֵּכַת אֱלֹהִים אֶת־סְדֹם וְאֶת־עֲמֹרָה .... לֹא יֵשֵׁב שָׁם אִישׁ וְלֹא יָגוּר בָּהּ בֶּן־אָדָם *non habitabit in ea homo, nec commorabitur quisquam in ea,* cf. XLIX, 18. 33. Jer. L, 13 de eadem urbe: מִקֶּצֶף יְהוָה לֹא תֵשֵׁב וְהָיְתָה שְׁמָמָה כֻּלָּהּ. Comm. 39. Ez. XXIX, 11 de Tyro: לֹא תַעֲבָר־בָּהּ רֶגֶל אָדָם וְרֶגֶל בְּהֵמָה לֹא תַעֲבָר־בָּהּ וְלֹא תֵשֵׁב אַרְבָּעִים שָׁנָה *transibit eam neque*

pes hominis neque pes pecudis, *et non habitata erit quadraginta annos* (cf. Jer. II, 6: לֹא עָבַר בָּהּ אִישׁ וְלֹא יָשַׁב אָדָם שָׁם). XXVI, 20. De Ascalone Zach. IX, 5, de urbibus Idumaeae Ez. XXXV, 9. — De regionibus Jer. XVII, 6: שָׁכַן חֲרֵרִים בַּמִּדְבָּר אֶרֶץ מְלֵחָה וְלֹא תֵשֵׁב *habitat loca arida in deserto*, *terram salsam*, *et quae non habitatur*. De singulis adeo domibus Iob. XV, 28: וַיִּשְׁכּוֹן עָרִים נִכְחָדוֹת בָּתִּים לֹא יֵשְׁבוּ לָמוֹ *habitat urbes desolatas*, *domus non habitatas* i. e. desertas. LXX. οἴκους ἀοικήτους. Alexandrinus et Vulgatus cunctis his locis utuntur passivo κατοικεῖσθαι, *habitari*, rarius Chaldaeus et Syrus, qui plerumque servant activum, quippe quod in his quoque linguis usum passivum et intransitivum admittt. Nos autem paullo copiosius de hoc usu disputavimus iccirco, ut nemini non in oculos incurrat, quam vana sit nupera Hengstenbergii observatio (ad Zach. XII, 6. Christol. V. T. II, p. 286), qui verbo יָשַׁב passivam significationem prorsus abiudicat et in cunctis illis locis *urbes* per prosopopoeiam *soliis insidentes* vel *non insidentes* sisti affirmat, ignorans nimirum, hanc locutionem non de urbibus solum, sed etiam de regionibus adeoque singulis domibus usurpari, de quibus per eiusmodi prosopopoeiam loqui absurdum esset. Praeterea sole clarius est, locutionem לֹא יָשַׁב ubique ad solitudinis descriptionem pertinere et plus dicere, quam *in solio non sedere*. Ceterum hoc notandum est, nonnulla exempla, quae huc retulerunt interpretes, aliorsum pertinere (v. ad no. 1, i).

Niph. נוֹשַׁב *habitatus est* Exod. XVI, 35. Jer. VI, 8. XXII, 6. Ezech. XII, 20. XXVI, 19. XXXVI, 10. XXVI, 17: נוֹשֶׁבֶת מִיַּמִּים *habitata a maribus* i. e. frequentata, celebrata a populis maritimis. חֳרָבוֹת נוֹשָׁבוֹת ruinae (denuo) habitatae Ez. XXXVIII, 12.

Pi. collocavit, *posuit*, vel *aedificavit* (טִירָה pagum) Ez. XXV, 4. Est causat. Kal no. 1 litt. i.

Hiph. הוֹשִׁיב (semel הוֹשְׁבוֹתִים Zach. X, 6 pro הוֹשַׁבְתִּים, quod nonnulli codd. exhibent: in illa forma scribenda vel auctori vel scribae similis vox הֲשִׁיבוֹתִים obversata est) 1) causat. Kal no. 1 *sedere fecit* 1 Sam. II, 8. 1 Reg. XXI, 9. 10. 12. Iob. XXXVI, 7. — 2) causat. Kal no. 3 *habitare fecit* Ps. IV, 9. LXVIII, 7. CXIII, 8, sq. dupl. acc. pers. et loci Ps. CXIII, 9, sq. בְּ loci Gen. XLVII, 6. 2 Reg. XVII, 6. 24. 26. Hos. XII, 10, עַל loci Hos. XI, 11; it. *secum cohabitare fecit* mulierem i. e. *in matrimonium duxit* (cf. aethiop. አወሰበ: id. Matth. XIX, 9. 10. XXII, 25, hispan. *casarse*) Esr. X, 2. 10. 14. 17. 18. Neh. XIII, 27. — 3) causat. Kal no. 4 *habitari fecit* terram Ez. XXXVI, 33. Jes. LIV, 3.

Hoph. הוּשַׁב 1) *habitare factus est* Jes. V, 8. — 2) *habitatus est* XLIV, 26.

יֹשֵׁב בַּשֶּׁבֶת (sedens in consessu) n. pr. tribuni Davidis 2 Sam. XXIII, 8, in locis parallelis יָשָׁבְעָם q. v. sub rad. שׁוּב. Male nonnulli id appellativum esse statuunt.

יֶשֶׁבְאָב (sedes patris) n. pr. viri 1 Par. XXIV, 12.

יִשְׁבּוֹ בְנֹב (*sedes eius est Nobae*, v. נֹב rad. נָבָה) n. pr. viri 2 Sam. XXI, 16 Chethibh. Keri: יִשְׁבִּי בְּנֹב.

יָשְׁבְּקָשָׁה (pro יֹשֵׁב בְּקָשָׁה sedes in duro) n. pr. viri 1 Par. XXV, 4. 24.

שִׁיבָה (pro יְשִׁיבָה) f. *habitatio* 2 Sam. XIX, 33.

שֶׁבֶת f. pr. inf. *sedere*, *habitare*. Nonnunquam subst. *sessio*, *sedes*, מְקוֹם הַשֶּׁבֶת sedile solii 1 Reg. X, 19, it. *locus*. 2 Sam. XXIII, 7: *concremantur* בַּשָּׁבֶת *loco* suo. Kimchi: במקום שבתם.

יוֹשִׁבְיָה (quem habitare fecit Jova) n. pr. viri 1 Par. IV, 35.

יוֹשַׁוְיָה (pro יוֹשַׁבְיָה id.) n. pr. viri 1 Par. XI, 46.

מוֹשָׁב pl. cstr. מוֹשְׁבֵי Ez. XXXIV, 13, cum suff. מוֹשְׁבֹתָם, מוֹשְׁבוֹתֵיהֶם m. 1) *sedes*, *sella* 1 Sam. XX, 18. 25. Ez. VIII, 3. Iob. XXIX. 7: בָּרְחוֹב אָכִין מוֹשָׁבִי. De inanimatis: sedes i. e. *situs* urbis. 2 Reg. II, 19, v. supra ad rad. no. 1, litt. i. — 2) *consessus* hominum Ps. I, 1. CVII, 32. — 3) *habitatio* Gen. X, 30. XXVII, 39. Num. XXIV, 21. 1 Reg. X, 5. Ps. CXXXII, 13. עִיר מוֹשָׁב urbs habitationis Ps. CVII, 4. 7. 36. בֵּית מוֹשָׁב domus habitationis Lev. XXV, 29. Est etiam a) tempus habitationis. Exod. XII, 40: מוֹשַׁב בְּנֵי יִשְׂרָאֵל. b) concr. habitatores. 2 Sam. IX, 12: כֹּל־מוֹשַׁב בֵּית צִיבָא.

תּוֹשָׁב (Kamez impuro, inde תּוֹשָׁבֵי 1 Reg. XVII, 1) m. pr. habitatio, concr. *habitator*, ex loquendi usu: *adhabitans*, *advena*, *inquilinus*, de homine peregrino, qui in aliquo populo degit, sed civitatem non habet (Beysass). Exod. XII, 45. Lev. XXII, 10. Ps. XXXIX, 13. Saepe copulantur גֵּר וְתוֹשָׁב Gen. XXIII, 4. Lev. XXV, 35. 47. Num. XXXV, 15. LXX. πάροικος.

יָשָׁה rad. in verbo inusitata, pr. *stitit*, max. erectus, *exstitit*, inde *fuit* (cf. כּוּן stare, كان fuit). In linguis semiticis finitima sunt partim יָשַׁב et יָצַב, partim אָשָׁה et אָשַׁשׁ, أسّ *stabilivit*, fundavit, fulcivit, et fortasse etiam אסה, أسى medicatus est, Conj. III. آسى et واسى solatus est, proprie, erexit (haec enim origo magis placet, quam ea, quam p. 129 proposuimus); adeoque אִישׁ eiusdem familiae esse videtur. In linguis indogermanicis ad verbi substantivi significationem in יֵשׁ conferri possint sanscr. *as*, pers. هستن, lat. *esse*, sed haec incertiora sunt. Inde

יֵשׁ (ut בֵּן a בָּנָה) sq. Makk. יֶשׁ־ pr. *exsistentia* (sit venia verbo), inde *quod exstat*, *adest*, *praesto est*. Kimchi: דבר נמצא. Inde

1) *exstat*, *praesto est*, *adest*, gall. il y a. (Arab. ايس, aram. ܐܝܬ, אִיתַי v. pag. 88 et de usu syr. ܐܝܬ

Agrell. suppl. ad synt. syr. §. 5. 6. 8. A primaria eius potestate repetenda est locutio illa pleonastica ܐܝܬ ܗܘܐ et ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ er war da pr. existentia eius erat, ܐܝܬܝ ܗܘܝܬ ich war da). Ut exempla accuratius dispescamus, est a) i. q. *existit*. Ps. LVIII, 12: יֵשׁ אֱלֹהִים שֹׁפְטִים בָּאָרֶץ *existunt dii, qui iudicant in terris*. Jes. XLIV, 8: הֲיֵשׁ אֱלוֹהַּ מִבַּלְעָדַי *num existit deus praeter me?* Ps. XIV, 2: ad videndum הֲיֵשׁ מַשְׂכִּיל *num existat sapiens*. 2 Sam. IX, 1. Jer. V, 1. Thren. I, 12. — Jer. XXXI, 6: כִּי יֶשׁ יוֹם *nam erit tempus* cet. b) respondet nostro *es gibt*, gall. *il y a*. Ruth III, 12: יֵשׁ גֹּאֵל קָרוֹב מִמֶּנִּי *est consanguineus propinquior quam ego*, nostr. es gibt einen Verwandten, der näher ist als ich. Iud. XIX, 19: *etiam stramen et pabulum* יֵשׁ *adest*, praesto s. paratum est. 1 Sam. XXI, 5: לֶחֶם קֹדֶשׁ יֵשׁ. Eccl. VIII, 14: יֵשׁ צַדִּיקִים אֲשֶׁר *sunt iusti qui* cet. ibid. I, 10: יֵשׁ דָּבָר שֶׁיֹּאמַר *est res, de qua quis dixerit* cet. II, 21: — יֵשׁ אָדָם שֶׁ. VII, 15: יֵשׁ צַדִּיק אֹבֵד בְּצִדְקוֹ. Prov. XIII, 7: יֵשׁ מִתְעַשֵּׁר *sunt qui divites se gerant*. XI, 24. XVIII, 24. Inde est aa) recentioris Hebraismi locutio יֵשׁ אֲשֶׁר *fuerunt qui*, bis terve repetitum pro *quidam*, *alii*, *alii* Neh. V, 2. 3. 4: יֵשׁ אֲשֶׁר אֹמְרִים *fuerunt qui dicerent*. (Cf. syr. ܐܝܬ ܕ pro ὃ μὲν, ὃ δὲ Matth. XIII, 8. Barhebr. p. 53 lin. extr., rabbin. יש דמרין sunt qui dicant, aeth. በ *bo* = יֵשׁ, et ubi repetitur: quidam, quidam, Ludolf Lex. 223). bb) יֵשׁ אֲשֶׁר יִהְיֶה *erat quum esset* bis iteratum i. e. nonnunquam erat i. q. וַיְהִי כִּי Num. IX, 20. 21. Onk. אִית דַּהֲוָה, quae locutio apud Chaldaeos frequentissima significat: nonnunquam erat. Saad. رُبَّما كان *quandoque erat*. Jonath. אית בזמן דהוי erat tempus quo esset, et ita Syr. ܐܝܬ ܙܒܢܐ ܕܗܘܐ. — c) addita notatione loci (es ist, befindet sich irgendwo) Gen. XXVIII, 16: אָכֵן יֵשׁ יְהוָה. XXIV, 23: הֲיֵשׁ בֵּית אָבִיךְ מָקוֹם לָנוּ. Num. XIII, 20. XXII, 29. Iud. IV, 20. XVIII. 14. Jon. IV, 11. Iob. VI, 6, vel populi coetusve, in (ex) quo aliquis est Deut. XXIX, 17: פֶּן יֵשׁ בָּכֶם אִישׁ אוֹ אִשָּׁה. 2 Reg. II, 16: יֵשׁ אֶת־עֲבָדֶיךָ חֲמִשִּׁים. Esr. X, 44: יֵשׁ מֵהֶם נָשִׁים.

2) *est*, pro verbo substantivo. Iud. VI, 13: יֵשׁ יְהוָה עִמָּנוּ. Gen. XXIII, 8: אִם יֵשׁ אֶת־נַפְשְׁכֶם *si est apud animum vestrum*, si vobis placet. יֶשׁ לְאֵל יָדִי est in potestate manus meae (v. אֵל). יֵשׁ וָיֵשׁ 2 Reg. X, 15 (med.) profecto ita est. — Ita cum suff., quibus subiectum verbi substantivi exprimitur, ut יֶשְׁךָ tu es Iud. VI, 36, יֶשְׁכֶם vos estis Gen. XXIV, 49, יֶשְׁנוֹ is est, ille (illud) est. Esth. III, 8: יֶשְׁנוֹ עַם אֶחָד מְפֻזָּר *est ille* (Israel) *populus dispersus*. 1 Sam. XIV, 39: כִּי יֶשְׁנוֹ בְּיוֹנָתָן בְּנִי *si esset illud* (peccatum) *in Jonathano filio meo*, it. XXIII, 23. Deut. XXIX, 14 (ubi locus additus est, ut no. 1, litt. c). Participio iunctum exprimit verbum substantivum, Iud. l. c. אִם יֶשְׁךָ מוֹשִׁיעַ. Gen. XXIV, 49. אִם יֶשְׁכֶם עֹשִׂים *si facitis*.

3) יֵשׁ לִי mihi est, *habeo*, i. q. הָיָה לִי p. 374 A. (Syr. ܐܝܬ ܠܝ mihi est, habeo, J. D. Michaelis gr. syr. §. 97. Hoffmanni gramm. pag. 378. Agrell. suppl. pag. 8). Ruth I, 12: יֶשׁ לִי תִקְוָה *est mihi spes*. Gen. XLIV, 20: יֶשׁ לָנוּ אָב זָקֵן. XLIII, 7. 1 Par. XXIX, 3. Iob. XXV, 3. XXVIII, 1. XXXVIII, 28. Jer. XLI, 8. כָּל־אֲשֶׁר יֶשׁ לוֹ quaecunque habebat Gen. XXXIX, 4. 5. 8. — 2 Reg. IV, 13: הֲיֵשׁ לְדַבֶּר לָךְ אֶל־הַמֶּלֶךְ *num habes aliquid colloquii cum rege?* nostr. hast du mit dem Könige zu sprechen? quod idem est atque: *num tibi loquendum est cum rege?* (Ita syr. ܐܝܬ ܠܝ sq. gerundio, mihi faciendum est aliquid v. c. ܐܝܬ ܠܝ ܠܡܩܡ mihi standum est v. Agrell. suppl. p. 3-). Non multum differt יֵשׁ עַל pro יֵשׁ אֶל obvenit, obtingit mihi Iob. XXXIII, 23. — Etiam omisso dativo. Jes. XLIII, 8: עַם עִוֵּר וְעֵינַיִם יֵשׁ *populus coecus*, et *oculi sunt ei* pro pleniore יֵשׁ לוֹ. Iob. XXXIII, 32: אִם יֵשׁ מִלִּין pro אִם יֶשׁ לְךָ מִלִּין *si verba habes*. Eodem referendum videtur illud Prov. VIII, 21 de sapientia hypostatica לְהַנְחִיל אֹהֲבַי יֵשׁ וְאֹצְרֹתֵיהֶם אֲמַלֵּא *est* mihi *quod impertiar diligentibus me*, *et thesauros eorum impleo*, cf. locum similem 2 Par. XXV, 9: יֵשׁ לַיהוָה לָתֶת לְךָ *est* suppetit *Jovae*, *quod det tibi*. Ita ex veteribus iam Jarchius, Kimchius. Sunt qui opponant huic rationi, יֵשׁ sic infinitivo praeponendum fuisse, et deesse accusativum rei post הַנְחִיל, sed illud refellitur loco 1 Sam. XXI, 5: לֶחֶם קֹדֶשׁ יֵשׁ, hoc verbis Deut. XXXII, 8, ubi accusativus rei itidem omissus est. Itaque sine caussa idonea inde ab interprete Alexandrino יֵשׁ h. l. nomen esse statuerunt, *opes* designans, pr. substantiam, essentiam alic., vel, quod praestaret, *quod* alicui *praesto est*, *id quod habet*, אֲשֶׁר יֶשׁ לוֹ. LXX ὕπαρξις. Gr. Venet. οὐσία. Aben Esra: *est* כְּנוּר *pro possessione perpetua acquisita in hereditatem aeternam*. Et multo etiam minus ferendum est, quod Schultensius huic voci et nostro loco et duobus aliis (Prov. XIII, 23. XIX, 18) *soliditatis* vim tribuit, laudato „arab. وشى solidus fuit", quae significatio mera coniectura etymologica nititur et a linguae usu aliena est. In locis a Sch. laudatis nil fere difficultatis est. XIX, 18: כִּי יֵשׁ תִּקְוָה verte: *dum spes est*. XIII, 23: *multum cibi suppeditat novale* (multo labore partum) *pauperibus*, וְיֵשׁ נִסְפֶּה בְּלֹא מִשְׁפָּט contra *perit* quod *sine iure* partum est.

Apparet ex exemplis, quae laudavimus, subst. יֵשׁ respondere, si linguae usum spectas, verbo substantivo הָיָה, iisque eius significationibus, de quibus supra (p. 373) *tertio* loco disputavimus, ita quidem ut sine temporis numerique discrimine ponatur, plerumque tamen *praesens tempus* designet. Plurimis igitur exemplis valet *est*, c. plur. *sunt* 2 Reg. II, 16. Esr. X, 44. Ps. LVIII, 12. Eccl. VIII, 14, praet. *fuit*, *erat* Gen. XXXIX, 4. 5. 8. Num. IX, 20. 21. Neh. V, 2. 3. 4, fut. *erit* Jer. XXXI, 6, non raro in sententiis conditionalibus, post אִם Gen. XXIII, 8. 1 Sam. XIV, 39 (si esset) לוּ Num. XXII, 29. Iob. XVI, 4.

Pro לֹא יֵשׁ, quod ipsum in unum verbum (لَيْسَ, ܠܰܝܬ, לֵית) contractum frequentant Arabes et Aramaei, Hebraei ponunt אַיִן ,אֵין, cuius varii usus cum יֵשׁ accurate congruunt (v. p. 81. 82). Proprie igitur dici non poterat אֵין יֵשׁ, quod tamen bis reperitur per pleonasmum verbi substantivi (1 Sam. XXI, 9. Ps. CXXXV, 17), cf. p. 82 A extr. B. init.

יִשַׁי, semel אִישַׁי 1 Par. II, 13 *Isaï* n. pr., pastor Bethlehemiticus, pater Davidis regis 1 Sam. XVI, 1 sqq. qui utpote homo novus et ignobili patre natus propterea ab inimicis contemtim appellatur בֶּן־יִשַׁי 1 Sam. XX, 27. 30. 31. XXII, 7. 8. 2 Sam. XX, 1. 1 Reg. XII, 16. *Truncus Isaï* Jes. XI, 1 poët. dicitur de familia Davidis, *radix* i. e. surculus *Isaï* ibid. Comm. 10 de Messia. LXX. Ἰεσσαὶ et ita Matth. I, 5. Syr. ܐܝܫܝ. (Significatione utraque illa forma non multum differre et *virilem, fortem* indicare videtur, v. ad rad.).

יוֹשָׁה n. pr. viri 1 Par. IV, 34. Possit ab hac rad. derivari (ad formam גּוֹלָה), nisi potius contr. videretur ex יוֹשַׁוְיָה, v. ad יָשַׁב.

תּוּשִׁיָּה et **תֻּשִׁיָּה** f. vocabulum poët. Proverbiis et Iobi libro fere peculiare 1) *auxilium, salus* ab erigendo, fulciendo, v. rad. Iob. VI, 13: תּוּשִׁיָּה נִדְּחָה מִמֶּנִּי *auxilium a me aufugit*. Parall. עֶזְרָה. LXX. βοήθεια. Syr. liberatio. Prov. II, 7 (LXX. σωτηρία. Vulg. salus). Eodem pertinet Iob. XXX, 22 Keri: תְּמֹגְגֵנִי תֻּשִׁיָּה *dissolvisti mihi salutem*. Denique Micha VI, 9 secundum scripturam nonnullorum codd. et vett. interpretum omnium: תּוּשִׁיָּה יִרְאֵי שְׁמֶךָ *salus timentibus nomen tuum*, pr. *salus* i. e. salvi, in salute positi sunt *timentes n. t.* Atque magis hoc placet, quam scriptura librorum editorum: תּוּשִׁיָּה יִרְאֶה שְׁמֶךָ, quam interpretantur ex signif. no. 3: *sapiens* (pr. sapientia) solus *curat nomen tuum*.

2) *consilium* i. q. עֵצָה, itidem ab erigendo s. constituendo. Iob. V, 12: לֹא תַעֲשֶׂינָה יְדֵיהֶם תּוּשִׁיָּה *et manus eorum non exsequuntur consilium*. Bene Vulg. quod coeperant. Kimchi: כל דבר שחשבו לעשות. Inde

3) consilium i. e. *sapientia* (cf. עֵצָה no. 3 p. 611). Kimchi: התורה והחכמה *doctrina et sapientia*. Iob. XI, 6: כִּפְלַיִם לְתוּשִׁיָּה *duplum sapientiae* sc. est ei. (Ita Chald. et Syrus hoc vc. reddunt, quanquam iidem reliqua male accipiunt. Vulg. lex). XII, 16: עִמּוֹ עֹז וְתוּשִׁיָּה *apud eum potentia et sapientia* (Chald. Syr. Vulg.), cf. Comm. 13, ubi idem est חָכְמָה וּגְבוּרָה. XXVI, 3 ironice: וְתוּשִׁיָּה לָרֹב הוֹדָעְתָּ *et sapientiam large patefecisti*. Prov. III, 21. (Chald. intellectus. Syr. doctrina). VIII, 14. XVIII, 1. (Syr. doctrina. Chald. consilium). Jes. XXVIII, 29: הִפְלִא עֵצָה הִגְדִּיל תּוּשִׁיָּה *mirabile reddit consilium et magnam facit sapientiam*. Sapientiae significatum Syr. et Chaldaeus etiam nonnullis locis expresserunt, qui ad no. 1 referendi sunt, ut Iob. VI, 13. Mich. l. c. Copulatur cum synn. חָכְמָה, עֵצָה. — Ceterum *solidi* et *realitatis* significationes, quae a veteribus lexicographis passim huic voci tribuuntur, bene explosit J. D. Michaëlis in supplemm. p. 1167.

יָשַׁח rad. inusitata, quam Simonis iam ed. 1 feliciter illustravit coll. arab. وحش (ח et ש transpositis, quod in sibilantibus frequentissimum est) pr. vacuus fuit, de regione deserta et desolata (unde tritum illud وَحْش desertum), et de ventre famelico. Conj. IV. famelicus fuit. V. vacuum reliquit stomachum. بات وَحْشًا pernoctavit famelicus. Inde

יֶשַׁח *inanitas* ventris, *fames*. Semel legitur Mich. VI, 14: *tu comedes, sed non satiaberis* וְיֶשְׁחֲךָ בְּקִרְבֶּךָ *et inanitas* erit *in ventre tuo*, quam interpretationem paene flagitat orationis series. Eo magis mirandum, recentiores interpretes, ut Rosenm., posthabita illa explicatione, qua nihil aptius cogitari potest, ineptas priorum Lexicographorum coniecturas recoxisse, ut: *depressio erit in medio tui* (יֶשַׁח = שׁוּחַ, שָׁחַח) et *dysenteria erit in medio tui* coll. وَسَخ sordes (Michaëlis suppl. 1170).

יָשַׁט in Kal inusit. Hiph. הוֹשִׁיט *extendit, porrexit* sq. acc. rei et לְ pers. (aliquid ad aliq.), recentioris Hebraismi vc. Esth. IV, 11: אֲשֶׁר יוֹשִׁיט לוֹ הַמֶּלֶךְ אֶת־שַׁרְבִיט הַזָּהָב *ad quem extendit rex sceptrum aureum*. V, 2. VIII, 4. (Chald. אוֹשֵׁט extendit, max. manum pro hebr. שָׁלַח יָד, sq. בְּ et לְ Gen. XXII, 12. Prov. XXXI, 20 Targ. Syr. ܐܘܫܛ id. v. c. pro ἐκτείνω τὴν χεῖρα εἰς Act. IV, 30, it. ܐܬܘܫܛ extendit se Phil. III, 14, sam. ࠅࠔࠈ id. Gen. l. c. adde Carm. sam. 1, 11. 12. 6, 8. Quod vero nuper Uhlemannus in Lexid. Sam. p. 31 hanc rad. retulit ad arab. وسط in medio fuit, id de nihilo est, equidem certe huius cognationis rationem non perspicio).

יָשַׁם i. q. שָׁמֵם *vastatus est*. Cf. etiam אָשַׁם no. 3. Inde fut. יֵשַׁם Gen. XLVII, 19. Ez. XII, 19. XIX, 7 (quanquam haec tria exempla defective scripta ad ipsum שָׁמֵם referri possunt, ut יֵקַל ad קָלַל, Gramm. hebr. §. 66, not. 3), pl. תֵּישַׁמְנָה Ez. VI, 6. Inde

יְשִׁימָה f. pl. יְשִׁימוֹת *vastationes, ruinae*. Ps. LV, 16 Chethibh: יְשִׁימוֹת עָלֵימוֹ *ruinae* irruant *super eos*, mögen Trümmern über sie zusammenstürzen, imprecandi vox, quam excipit: *utinam vivi descendant in orcum*. In Keri, quod multi codd. in textu habent, separatim legitur יַשִּׁי מָוֶת (de quo vide rad. נָשָׁא no. 1), sed nescio

an illud praeferendum sit. Formam יְשִׁימוֹת habes praeterea in n. pr. oppidi בֵּית הַיְשִׁימוֹת p. 195 A.

יְשִׁימוֹן m. *vastatio, desertum.* Jes. XLIII, 19. 20. Ps. CVII, 4. Cum art. κατ' ἐξοχὴν desertum illis locis, de quibus narratur, vicinum Num. XXI, 20. XXIII, 28, de deserto Judae 1 Sam. XXIII, 19. 24. XXVI, 1. 3. Poët. etiam omisso articulo, de deserto Sinaitico Deut. XXXII, 10. Ps. LXVIII, 8. LXXVIII, 40. CVI, 14.

שִׁימוֹן (pro יְשִׁימוֹן) n. pr. viri 1 Par. IV, 20.

יָשֵׁן 1 pers. יָשַׁנְתִּי Iob. III, 13, fut. יִישַׁן pl. יִשָׁנוּ Prov. IV, 16, inf. יְשֹׁן Eccl. V, 11 pr. *languidus, lassus fuit* (*schlaff*, müde seyn), inde

1) *obdormivit* Gen. II, 21. XLI, 5. Ps. III, 6. IV, 9, *dormivit* 1 Reg. XIX, 5. Prov. IV, 16. Eccl. V, 11, de bestiis Ezech. XXXIV, 25. (Arab. وَسِنَ dormire coepit, dormitavit, schlummern; سِنَةٌ principium somni. De ipso somno frequentant verbum نَامَ, quo vicissim Hebraei de dormitatione utuntur). Copulatur cum נוּם, in formula לֹא יָנוּם וְלֹא יִישָׁן *neque dormitat neque dormit*, er schlummert und schläft nicht, de milite, qui impigre et sine quiete in itinere pergit Jes. V, 27, de custode dies noctesque vigilante Ps. CXXI, 4. *Dormire* autem poëtis dicuntur a) desides, nihil agentes, unde ἀνθρωποπαθῶς Ps. XLIV, 24: *cur dormis, Jehova?* LXXVIII, 65; b) mortui. Iob. III, 13, de quibus plenius sq. acc. יָשֵׁן שְׁנַת עוֹלָם Jer. LI, 39. 57, et יָשֵׁן מָוֶת Ps. XIII, 4.

2) de inanimatis, *flaccidus, exsiccatus*, inde *vetus fuit* (opp. recenti), cf. נָבַל, נְבֵלָה. Ita certe haec significatio cum priore illa apte conciliari videtur: neque est quod duas sub his litteris radices statuamus. Ita adj. יָשָׁן, et

Niph. נוֹשָׁן 1) *exsiccatus est* de frumento vetere, opp. horno. Lev. XXVI, 10. 2) *inveteratus est*, de lepra Lev. XIII, 11, de homine, qui diu in aliqua terra habitavit Deut. IV, 25.

Pi. causat. Kal no. 1 *dormire fecit*. Iud. XVI, 19.

יָשָׁן m. יְשָׁנָה f. adj. *vetus*, oppos. recenti, horno, de frumento superioris anni Lev. XXV, 22. XXVI, 10. Cant. VII, 14. Luth. firne), de piscina vetere Jes. XXII, 11, de vetere porta (Neh. III, 6. XII, 39, quanquam שַׁעַר הַיְשָׁנָה ab aliis *porta* piscinae *veteris* redditur, v. שַׁעַר).

יָשֵׁן f. יְשֵׁנָה. Pl. cstr. יְשֵׁנֵי Dan. XII, 2 1) part. et adj. verb. *dormiens* 1 Sam. XXVI, 7. Ps. LXXVIII, 65. De verbis Cant. VII, 10 v. ad rad. דָּבַב pag. 310. Plur. cstr. Dan. XII, 2: יְשֵׁנֵי אַדְמַת עָפָר *qui dormiunt in pulvere terrae*, ubi dormiendi verbum copulatur cum acc. loci, cui incumbit dormiens, ut alibi שָׁכַב. More participiorum verbo finito circumscribendo inservit. 1 Reg. III, 20: אֲמָתְךָ יְשֵׁנָה *ancilla tua dormiebat.* Cant. V, 2. 2) n. pr. m. 2 Sam. XXIII, 32, pro quo 1 Par. XI, 34 הָשֵׁם.

יְשָׁנָה (vetus, antiqua q. d. Palaeopolis, Altdorf) n. pr. oppidi Judae 2 Par. XIII, 19, v. Relandi Palaest. p. 861.

שֵׁנָה c. suff. שְׁנָתִי, semel **שֵׁנָא** more chaldaeo Ps. CXXVII, 2 f. *somnus* (arab. سِنَةٌ). Gen. XXXI, 40. Esth. VI, 1. Prov. III, 24. VI, 4. 9. XX, 13 al. יָקַץ מִשְּׁנָתוֹ expergefactus est ex somno suo, v. יָקַץ. Plur. Prov. VI, 10: מְעַט שֵׁנוֹת parum somni. XXIV, 33. De re cito pereunte Ps. XC, 5: שֵׁנָה יִהְיוּ *somnus erunt.* Antecesserat: זְרַמְתָּם abripis eos. Sunt, qui *somnium* interpretentur (cf. Ps. LXXIII, 20), sed nil opus est, a certa significatione recedere. Oxymoron est in hac locutione: רָאָה שֵׁנָה בְּעֵינָיו somnum videre oculis suis, v. רָאָה.

שְׁנָה vel **שֵׁנָא** chald. c. suff. שִׁנְתֵּהּ f. *somnus* Dan. VI, 19.

שְׁנָת f. id. Ps. CXXXII, 4.

יָשַׁע in Kal inusit. arab. وَسِعَ amplus, late patens fuit, translate: opibus polluit, vic. שׁוּעַ. Vide Dschauh. ap. Alb. Schult. in Origg. hebr. T. I p. 20 et infra יֵשַׁע no. 1. Ampli autem spatii significatio apud Hebraeos transfertur ad libertatem, liberationem ex angustiis et periculis (cf. רֶוַח, רָחַב), ut contra spatium angustum de angustiis et periculis frequentatur (v. צוּר, צָרָה). Inde

Hiph. הוֹשִׁיעַ fut. יוֹשִׁיעַ, bis servato He יְהוֹשִׁיעַ 1 Sam. XVII, 47. Ps. CXVI, 6, apoc. יוֹשַׁע, וַיּוֹשַׁע, semel etiam c. aff. יֹשִׁעֲכֶם Jes. XXXV, 4

1) *liberavit, servavit* (LXX plus quam centies σώζω, aliquoties ἀνασώζω, διασώζω, ῥύω), sq. acc. pers. Ps. III, 8: קוּמָה יְיָ הוֹשִׁיעֵנִי. VI, 5. XXXI, 17. LIV, 3. LXIX, 2. Jes. XXXVIII, 20. Jer. XVII, 14 al., et rei, v. c. liberavit urbem obsessam 1 Sam. XXIII, 2. Jes. XXXVII, 35, saepe addito מִן pers. ex cuius potestate aliquis servatur Ps. VII, 2: הוֹשִׁיעֵנִי מִכָּל־רֹדְפַי. XXII, 22. XLIV, 8. LIX, 3. CIX, 31, et מִיַּד Exod. XIV, 30. Iud. II, 16. 18. XIII, 5. 1 Sam. IX, 16. 2 Reg. XIX, 19, מִכַּף 2 Reg. XVI, 7, etiam מִן rei, v. c. מֵחֶרֶב Iob. V, 15, מֵחָמָס 2 Sam. XXII, 3, מִצָּרָה Jes. XLVI, 7, adeoque מִטֻּמְאָה ab impuritate Ez. XXXVI, 29 cf. XXXVII, 23, מֵרָחוֹק ex terra longinqua i. e. ex captivitate Jer. XXX, 10. Rarius additur בְּ, בְּיַד pers. reive *per* quem liberatio fit 2 Reg. XIV, 27. Hos. I, 7. Omisso accus. Jes. LIX, 1. XLV, 20: אֵל לֹא יוֹשִׁיעַ *deus* qui *servare non potest*, de idolo.

הוֹשִׁיעָה־נָּא *serva, precor!* Ps. CXVIII, 25, unde ὡσαννά Matth. XXI, 9. 15. Marc. XI, 9. 10. Joh. XII, 13.

Part. מוֹשִׁיעַ (LXX σωτήρ) *servator, liberator, vindex* Iud. III, 9. 15. 1 Sam. X, 19. 2 Reg. XIII, 5. Neh. IX, 27. Jes. XIX, 20, de Deo populi sui servatore Jes. XLIII, 11: אֵין מִבַּלְעָדַי מוֹשִׁיעַ *non est praeter me servator.* XLV, 15. 21. XLIX, 26. LX, 16. Adde formulam: clamat, perit aliquis וְאֵין מוֹשִׁיעַ neque adest liberator, i. e. sine spe salutis Deut. XXII, 27. XXVIII, 29. 31. 2 Sam. XXII, 42. Saepe copulatur cum הִצִּיל, quod significatione finitimum Ps. VI, 5. LIX, 3. Jer. XV, 20. XLII, 11 al.

2) *adiuvit, opem tulit, opitulatus est,* LXX septies βοηθέω (quam significationem ab illa petitam et secundariam, etiam multo rariorem, primo loco ponere non debebant Lexicographi), sq. acc. pers. Exod. II, 17: וַיָּקָם מֹשֶׁה וַיּוֹשִׁעָן *surrexit Moses et opem iis tulit.* 2 Sam. X, 19, sq. dat. Jos. X, 6. 2 Sam. X, 11. Absol. 2 Sam. XIV, 4: הוֹשִׁעָה הַמֶּלֶךְ *fer opem, rex!* 2 Reg. VI, 26. Saepe de Deo opem ferente, sq. acc. Ps. XII, 2. XXVIII, 9. LXXVI, 10 (quanquam huius generis exempla etiam ad no. 1 referri possunt), sq. dat. Ps. LXXII, 4. LXXXVI, 16. CXVI, 6. Prov. XX, 22, de idolis Iud. X, 14. Jer. XI, 12. Quoniam ex Dei auxilio victoria pendet, fere idem est quod *victoriam dedit* (cf. arab. انتصر adiuvari a Deo i. e. vincere). Deut. XX, 4. Jos. XXII, 22. 2 Sam. VIII, 6. 14. 1 Par. XI, 14: וַיּוֹשַׁע יְיָ תְּשׁוּעָה גְדוֹלָה *deditque Jova magnam victoriam* (talem omnino, in qua aliquid servatum s. liberatum est e manu hostium). Singularis est formula: הוֹשִׁיעָה לִּי יָדִי manus mea mihi opitulata est i. e. mea ipsius virtute, nemine opitulante, victoriam reportavi Iud. VII, 2. Iob. XL, 9 (14), de Deo Ps. XCVIII, 1: הוֹשִׁיעָה־לּוֹ יְמִינוֹ; eadem sententia dicitur וַתּוֹשַׁע לִי זְרֹעִי. Ps. XLIV, 4. Jes. LIX, 16. LXIII. 5. Alia et structura et sententia est 1 Sam. XXV, 26: הוֹשֵׁעַ יָדְךָ לָךְ *tibi opitulari manu tua* i. e. vindictam privatam sumere, cf. Vers. 33: הוֹשֵׁעַ יָדִי לִי *opitulari mihi manu mea.* יָדְךָ et יָדִי h. l. est casus instrumenti, ut etiam alibi in hoc verbo Ps. LX, 7. CVIII, 7 cf. XVII, 13. Gramm. hebr. §. 135, 1 not. 3.

Niph. 1) *liberari, servari.* Ps. LXXX, 4. 8. 20. Jes. XXX, 15. XLV, 22. Jer. IV, 14. XXIII, 6. Zach. IX, 9, sq. מִן pers. (e manu alic.) Ps. XVIII, 4. Num. X, 9, מִן rei (ex angustiis). Jer. XXX, 7. — 2) *adiuvari* a Deo, inde victoriam reportare. Ps. XXXIII, 16: אֵין הַמֶּלֶךְ נוֹשָׁע בְּרָב־חָיִל *non vincit rex multitudine exercitus.* Ceterum in membro parall. est יִנָּצֵל, ex quo apparet, ubique nativam potestatem servatam esse. Ita etiam Deut. XXXIII, 29. Jes. XLV, 17.

יֵשַׁע Ps. XII, 6. XX, 7. L, 23. Hab. III, 13, alibi **יֶשַׁע**, c. suff. יִשְׁעִי, יִשְׁעֲךָ Ps. XVIII, 36, semel יֶשְׁעֲךָ Ps. LXXXV, 8 m. 1) pr. *spatium amplum, liberum* i. q. מֶרְחָב, opp. angustiis (v. rad.). Ps. XII, 6: אָשִׁית בְּיֵשַׁע *ponam in loco amplo s. libero* i. e. liberabo (cf. XVIII, 2). — Inde 2) *liberatio, salus, auxilium* (Rettung, Hülfe). Cum acc. verbi finiti Hab. III, 13: לְיֵשַׁע אֶת־מְשִׁיחֶךָ *ad liberandum regem tuum.* צוּר יִשְׁעִי rupes liberationis, in qua quis tutus est a periculis 2 Sam. XXII, 47. Ps. XCV, 1, קֶרֶן יִשְׁעִי Ps. XVIII, 3 id. יֵשַׁע אֱלֹהִים auxilium divinum Ps. L, 23. אֱלֹהֵי יִשְׁעִי deus liberationis meae, auxilii mei i. e. liberator meus Ps. XVIII, 47. XXV, 5. XXVII, 9. Mich. VII, 7. Concr. יִשְׁעִי liberator s. auxiliator meus Ps. XXVII, 1. — 3) *salus, prosperitas* (Heil). Iob. V, 4. 11: קֹדְרִים שָׂגְבוּ יֶשַׁע. Ps. CXXXII, 16: כֹּהֲנֶיהָ אַלְבִּישׁ יֶשַׁע et eadem imagine Jes. LXI, 10: הִלְבִּישַׁנִי בִּגְדֵי יֶשַׁע cf. 2 Par. VI, 41.

יְשׁוּעָה f. poët. cum He parag. יְשׁוּעָתָה Ps. III, 3. LXXX, 3. Jon. II, 10 1) *liberatio, salus* (Rettung) v. ll. cc. Jes. LVI, 1. LIX, 11. Ps. XIV, 7 al. Ps. III, 9: לַיהוָה הַיְשׁוּעָה *a Jova* proficiscitur *liberatio.* בְּיוֹם יְשׁוּעָה die liberationis Jes. XLIX, 8. אֱלֹהֵי יְשׁוּעָתִי deus liberator meus Ps. LXXXVIII, 2, צוּר יְשׁוּעָתִי Ps. LXXXIX, 27. הָיָה לִי לִישׁוּעָה factus est liberator meus Exod. XV, 2. 2 Sam. X, 11. Ps. CXVIII, 14. 21. — De liberatione a crimine Iob. XIII, 16. Concr. a) *liberator.* Ps. LXVIII, 20: הָאֵל יְשׁוּעָתֵנוּ. LXII, 3. 7. Jes. XXXIII, 2. Plur. Ps. XLII, 12. XLIII, 5 (et haud dubie etiam XLII, 6): יְשׁוּעֹת פָּנַי וֵאלֹהָי liberator meus (fort. in quem prospicio) et deus meus. b) *liberatum* (cf. בְּרָכָה Gen. XII, 2 et in plur. בְּרָכוֹת Ps. XXI, 7). Jes. XXVI, 18: יְשׁוּעֹת בַּל נַעֲשֶׂה אֶרֶץ *liberatam non fecimus terram,* non liberavimus terram. — 2) *auxilium,* maxime divinum Ps. IX, 15. XIII, 6. XX, 6. XXI, 6, plene יְשׁוּעַת יְיָ Ex. XIV, 13. Jes. XXVI, 1: יְשׁוּעָה יָשִׁית חוֹמוֹת וָחֵל *auxilium* suum *facit* Jova *muros et pomoerium* i. e. auxilium divinum nobis est pro muro et pomoerio. Inde *victoria* (v. rad. Hiph. no. 2 cf. arab. نَصْر auxilium Cor. 7, 196, victoria vit. Tim. 1, 494). 1 Sam. XIV, 45. Jes. LIX, 17. Hab. III, 8. קוֹל רִנָּה וִישׁוּעָה vox iubili et victoriae Ps. CXVIII, 15. Plur. יְשׁוּעוֹת victoriae, maxime tales quibus populus auxilio divino e periculo liberatur Ps. XVIII, 51. XLIV, 5. LXXIV, 12. — 3) *salus, prosperitas.* Jes. LI, 6. LX, 18. Iob. XXX, 15: כְּעָב עָבְרָה יְשֻׁעָתִי.

יִשְׁעִי (salutaris, nisi potius est pro יְשַׁעְיָה salus Jovae) n. pr. virorum 1) 1 Par. II, 31. 2) V, 24. 3) IV, 20.

יְשַׁעְיָהוּ (auxilium Jovae, cf. Jes. VIII, 18, ubi etymo alluditur; Hieron. Opp. T. VI, p. 65 σωτηρία Κυρίου, minus bene T. V p. 5 salvator Domini) *Jesaias* LXX. Ἡσαΐας, Vulg. *Isaias* (apud patres etiam *Esaias*) n. pr. quod gessit 1) propheta ille nobilissimus Usia, Jothamo, Ahaso et Ezechia regnantibus florens Jes. I, 1. VI, 1 sqq. VII, 1 sqq. XX, 1 sqq. XXII, 15 sqq. cap. XXXVI—XXXIX, praeterea duo alii viri 2) 1 Par. XXV, 3. 15. 3) XXVI, 25.

יְשַׁעְיָה (id.) n. pr. virorum 1) 1 Par. III, 21. 2) Esr. VIII, 7. 3) ibid. Comm. 19. 4) Neh. XI, 7.

יֵשׁוּעַ pro יְהוֹשׁוּעַ p. 582 B.

יְהוֹשׁוּעַ v. p. 581 B.

הוֹשֵׁעַ (liberatio, nisi potius est pro הוֹשַׁעְיָה q. v. quem liberavit Jova, vel יְהוֹשֻׁעַ i. q. יְהוֹשֻׁעַ, quae ratio eo commendatur quod *Josua* filius Nun, etiam הוֹשֵׁעַ appellatur) *Hoseas*, n. pr., quod gesserunt 1) ultimus rex Israëlis, a Salmanassare cum decem tribubus in exilium abductus 2 Reg. XV, 30. XVII, 1 sqq. XVIII, 1 sqq. 2) propheta, duodecim prophetarum minorum princeps, filius Beeri, Jesaiae aequalis Hos. I, 1. 2. 3) hoc nomen prius gessit Josua, filius Nun, postea a Mose יְהוֹשֻׁעַ appellatus Num. XIII, 16 cf. Comm. 8. Deut. XXXII, 44 (ubi cod. Sam. יְהוֹשֻׁעַ). LXX. Ὡσηέ, Rom. IX, 25 Ὡσηέ, in nonnullis V. T. codd. Αὐσῆ, quod reprobat Hieron. ad Hos. I, 1.

הוֹשַׁעְיָה (quem Jova liberavit) n. pr. virorum 1) Jer. XLII, 1. XLIII, 2. 2) Neh. XII, 32.

מוֹשָׁעוֹת f. pl. *liberationes* Ps. LXVIII, 21.

מֵישַׁע (salus) n. pr. regis Moabitarum 2 Reg. III, 4.

מֵישָׁע (id.) n. pr. filii Calebi 1 Par. II, 42.

יָשַׁה rad. inusit. vicina radicibus שָׁפָה laevigavit et צָפָה صفى nituit, splenduit, quam significationem et ipsa habuisse videtur. Inde derivari potest

יָשְׁפֵה (al. codd. יָשְׁפֶה) Ex. XXVIII, 20. XXXIX, 13. Ez. XXVIII, 13 ἴασπις, *iaspis*, gemma varii coloris, sed maxime viridis instar smaragdi, licet hebetior Plin. N. H. 37, 8 s. 37 et 9 s. 37. Epiphan. de gemmis §. 6 T. II p. 228. Petav. et quae docte collegit Braunius de vestitu sacerdotum II c. 19. Arabes scribunt يشف Saad. Exod. l. c., يسف Arabs Erp. ibid., etiam يشم, يشب v. Teifaschium de gemmis c. 23 p. 44. hist. Tim. II, 852. Niebuhrii descr. Arabiae praef. pag. XLI.

יָשַׁר fut. יִישַׁר (semel יִשַּׁר 1 Sam. VI, 12) 1) *rectus fuit*, maxime de via. (Vicinae radd. sunt אָשַׁר rectus, it. felix fuit, it. כָּשֵׁר et עָשַׁר. Arab. يسر est: facilis, lenis, neque non prosper fuit, quod a viae planae significatu ductum est, v. adj. יָשָׁר no. 2. Ceterum quod Winerus *recti* significationem [τὸ εὐθύ, τὸ ὀρθόν] secundo loco ponit, quasi a *plano* [τῷ ὁμαλῷ] ducta sit, id a re alienum est; quum *recti* adeoque *erecti* potestas, quam solam agnoscit Alexandrinus interpres quaeque late regnat in linguae usu, etiam in vicinis radicibus habeatur, stirpi igitur propria esse videatur, *plani* autem significatio tum rara et sequioris fere Hebraismi sit, tum a *recti* potestate facile ducatur, non contra). 1 Sam. VI, 12: וַיִּשַּׁרְנָה הַפָּרוֹת בַּדֶּרֶךְ pr. *et iuvencae rectae erant in via*, h. e. recta via procedebant. (De forma gramm. v. Gramm. §. 47, not. 3). Metaph. in hac una formula: יָשַׁר בְּעֵינַי rectus, rectum est in oculis meis, i. e. *placet, probatur mihi.* Num. XXIII, 27. Iud. XIV, 3: כִּי הִיא יָשְׁרָה בְעֵינָי *nam haec* (puella) *mihi placet.* Comm. 7. 1 Sam. XVIII, 20: וַיִּשַׁר הַדָּבָר בְּעֵינָיו *eique placuit res*, die Sache war ihm recht. Comm. 26. 2 Sam. XVII, 4. 1 Reg. IX, 12. 1 Paral. XIII, 4. Jer. XVIII, 4: כַּאֲשֶׁר יָשַׁר בְּעֵינֵי הַיּוֹצֵר לַעֲשׂוֹת *sicut placuit figulo facere.*

2) *planus fuit*, metaph. de animo complanato i. e. tranquillo (cf. שִׁוָּה Jes. XXXVIII, 13), composito, opp. tumido. Hab. II, 4: הִנֵּה עֻפְּלָה לֹא־יָשְׁרָה נַפְשׁוֹ בּוֹ *ecce tumidus, non tranquillus est animus eius.* Inde יָשָׁר no. 2, מִישׁוֹר, שָׁרוֹן.

Pi. 1) *rectam fecit* viam. Prov. IX, 15: *qui rectas faciunt vias suas* i. e. qui recta via procedunt, probi. יִשַּׁר לָכֶת rectà processit. Prov. XV, 21. Inde *direxit*, ut aquaeductum 2 Par. XXXII, 30, poët. tonitru Iob. XXXVII, 3. — 2) *rectum habuit, probavit* Ps. CXIX, 128. — 3) causat. Kal no. 2 *complanavit*, ut viam Jes. XL, 3. XLV, 13 et 2 Keri, sq. לְ alicui. Deus *planas reddit* vias alic. est i. q. facit, ut res eius bene cedant Prov. III, 6. XI, 5, ubi vide opp. סִלֵּף.

Pu. pass. Pi. no. 3. Part. זָהָב מְיֻשָּׁר *aurum complanatum, diductum.* 1 Reg. VI, 35.

Hiph. הֵיְשִׁיר et הוֹשִׁיר (Ps. V, 9. Jes. XLV, 2 Chethibh) 1) *rectam fecit* viam. Ellipt. Prov. IV, 25: *palpebrae tuae* יַיְשִׁרוּ נֶגְדֶּךָ *rectam faciant* sc. viam *ante te*, i. e. rectà prospiciant. 2) *complanavit* loca tumida. Jes. XLV, 2 Chethibh, viam Ps. V, 9: הַיְשַׁר לְפָנַי דַּרְכֶּךָ *complana viam tuam ante me*, fac ut tanquam in via plana incedam, ne labar. (Ad formam cf. rabb. הַיְשָׁרָה directio).

יָשָׁר f. יְשָׁרָה adj. 1) *rectus* (gerade. LXX. εὐθύς, ὀρθός). Ez. I, 7. 23, opp. curvo Iob. XXXIII, 27: יָשָׁר הֶעֱוֵיתִי, et Mich. III, 9: כָּל־הַיְשָׁרָה יְעַקֵּשׁוּ. Maxime de via 1 Sam. XII, 23. Jes. XXVI, 7. Jer. XXXI, 9. Ps. CVII, 7. Translate a) *rectus* (nostr. *recht*), sq. בְּעֵינֵי פ׳ rectus in oculis alic., quod alicui placet, ei probatur. Iud. XVII, 6: אִישׁ הַיָּשָׁר בְּעֵינָיו יַעֲשֶׂה quisque agebat pro arbitrio. XXI, 25. Jos. IX, 25. עָשָׂה הַיָּשָׁר בְּעֵינֵי יי fecit id quod Jovae probaretur Deut. XII, 25. XIII, 19. XXI, 9. 1 Reg. XI, 33. 38. XIV, 8. XV, 5. 11. XXII, 43. 2 Reg. X, 30. XII, 3. XIV, 3. Jer. XXXIV, 15. XL, 4 al. 2 Sam. XIX, 7: כִּי אָז יָשָׁר בְּעֵינֶיךָ *nam tunc tibi placeret.* Pro בְּעֵינֵי rarius dicitur לִפְנֵי Prov. XIV, 12. XVI, 25. b) *iustus, verax* de Deo Deut. XXXII, 4. Ps. XXV, 8. XCII, 16, de iudiciis divinis Ps. CXIX, 137. Neh. IX, 13, de verbo divino Ps. XIX, 9. XXXIII, 4. c) de hominibus: *probus.* 1 Sam. XXIX, 6. Iob. I, 1. 8. VIII, 6. XXIII, 7. Ps. XI, 7, saepe in plur. יְשָׁרִים Iob. IV, 7. XVII, 8. Ps. XLIX, 15. CVII, 42. CXI, 1. CXII, 2. CXL, 14. Prov. II, 21. III, 32. XI, 3. 6. 11. XII. 6. XIV, 9. 11. XV, 8. 19 al. Plenius יִשְׁרֵי לֵב Ps. VII, 11. XXXII, 11. LXIV, 11. XCIV, 15 et יְשַׁר דָּרֶךְ Prov. XXIX, 27, יִשְׁרֵי דָרֶךְ Ps. XXXVII, 14,

יְשָׁרִים בְּלִבּוֹתָם Ps. CXXV, 4. Etiam de proba agendi ratione Prov. XX, 11. XXI, 8. Neutr. יָשָׁר probum, probitas Ps. XXXVII, 37. CXI, 8. — סֵפֶר הַיָּשָׁר liber probi s. proborum (Vulg. liber iustorum), est anthologia veterum carminum hebraeorum, quae bis laudatur in V. T. Jos. X, 13. 2 Sam. I, 18, a laudibus proborum hominum vel quacunque alia de causa (solent enim Orientales librorum titulos saepe a rebus verbisve cum argumento minus connexis repetere) ita dicta. Syr. ap. Jos. ܣܦܪܐ ܕܬܫܒܚܬܐ liber laudum s. hymnorum, quo nomine etiam Psalterium insignitur, fortasse הישר ducens a שיר (quod volebat etiam Herderus, Geist der hebr. Poësie II, 247, contra grammaticam), vel pro הישר legens, certe coniiciens השיר, quod quidem posterius commendatur eo quod Syrus ap. Sam. adeo scribit: ܣܦܪܐ ܕܐܫܝܪ, cui addit interpres Arabicus: تفسيره سفر التسابيح *cuius interpretatio est: liber canticorum.* Ilgenius (de imbre lapideo ad Jos. X) סֵפֶר הַיָּשָׁר *librum dexteritatis* s. *virtutis* reddit, quippe qui exempla omnis virtutis celebraverit coll. nobilissima Arabum anthologia quae حماسة i. e. virtus inscribitur: non male, licet ישר etiam de virtute bellica usurpatum esse probari nequeat. Plures coniecturas collegit Wolf, bibl. hebr. II, 219.

2) *planus*, de via Jer. XXXI, 9, hinc דֶּרֶךְ יְשָׁרָה *via plana*, non impedita i. e. felix Esr. VIII, 21. יְשַׁר לֵב facilis, promtus ad aliquam rem faciendam, sq. gerundio 2 Par. XXIX, 34. (Cf. arab. يسر facilis, obsequiosus fuit. Conj. III. facilem se praebuit alicui). Eodem pertinet יְשָׁרִים Dan. XI, 17 i. q. מֵישָׁרִים Comm. 6 *aequatio, exaequatio* (Ausgleichung, nostr. Applanirung) i. e. *conciliatio, pax.* Pro verbis וישרים עמו ועשה ו׳ ע׳ cum LXX. Theod. Vulg. legendum עִמּוֹ יַעֲשֶׂה *et pacem cum eo faciet.* Sunt qui pro וישרים reponant ומישרים, sed vix opus est, quum etiam adiectivum plur. (plana, aequa) abstractum significare possit.

יֵשֶׁר (probitas) n. pr. viri 1 Par. II, 18.

יֹשֶׁר m. 1) *rectitudo* viae. Prov. II, 13: אָרְחוֹת יֹשֶׁר. IV, 11. — 2) translate a) *rectum, quod fieri debet, ius fasque.* Iob. VI, 25: אִמְרֵי יֹשֶׁר *verba recti* s. *iuris*, Worte des Rechtes, quae verum et iustum vindicant. Prov. XI, 24: חוֹשֵׂךְ מִיֹּשֶׁר *qui parcus est ultra ius fasque.* Cum suff. יָשְׁרוֹ quae ab eo fieri debent, *officium* eius Iob. XXXIII, 23. Prov. XIV, 2. — Adv. *recte* Eccl. XII, 10: וְכָתוּב יֹשֶׁר דִּבְרֵי אֱמֶת *et verba veritatis scripta sunt recte*, in eo libro, sicut fieri debet, consignata sunt. — b) de personis: *probitas* 1 Reg. IX, 4. Ps. XXV, 21. עַל יֹשֶׁר propter probitatem Prov. XVII, 26 (non, ut alii, *ultra id quod fas est*). Additur לֵב, לֵבָב. Deut. IX, 5: בְּיֹשֶׁר לְבָבְךָ 1 Par. XXIX, 17. Iob. XXXIII, 3. Ps. CXIX, 7.

יְשַׂרְאֵלָה (erectus ad Deum) n. pr. viri 1 Paral. XXV, 14, qui Comm. 2 אֲשַׂרְאֵלָה appellatur. Alii codd. יְשַׂרְאֵלָה per Sin.

יְשָׁרָה vel **יְשָׁרָה** estr. יִשְׁרַת f. *probitas.* 1 Reg. III, 6.

יְשֻׁרוּן m. populi Israëlitici appellatio poëtica eaque blanda et caritativa, quater obvia Deut. XXXII, 15. XXXIII, 5. 26. Jes. XLIV, 2. Est (auctore Mercero ad Pagnini thes. I, p. 1105. Mich. in Suppl. al.) diminutivum (formae יְדוּתוּן, זְבֻלוּן) a יָשׁוּר i. q. יָשָׁר (cf. שָׁלוֹם et שָׁלֵם) q. d. *rectulus, iustulus*, das liebe, fromme Völkchen. Aqu. Symm. Theod. ap. Jes. εὐθύς, al. εὐθύτατος. Vulg. Jes. *rectissimus*, Deut. *dilectus*, sec. Alex. ἠγαπημένος. Kimchi: *ita appellatur Israël, quoniam est iustus inter populos.* Ita etiam Aben Esra, Saad. in Pent. موصوف laudatus. Aliis, (quos in Lex. manuali sequebar), ut Grotio, videtur diminutivum ab ipso יִשְׂרָאֵל pro יִשְׂרְאֵלוּן (Gr. Venet. Ἰσραελίσκος), sed more eiusmodi vocabulorum liberius inflexum et contractius. Idem fortasse sentiebant Syr. et Chald., it. Saad. ap. Jes. qui pro ישרון *Israël* posuerunt. Sed huiusmodi tamen contractio sine exemplo fuerit, et rationibus recte subductis in priore illa sententia acquiescere non dubito. Ilgenius (de imbre lapideo p. 25 et in Paulus Memorabil. VI p. 157) יְשֻׁרוּן derivabat a يسر alea lusit, sagittis sortitus est, ut sit: *sorte electus:* non bene, quum illius usus secundarii (pr. Glücksspiel) in Hebraismo nullum vestigium sit. Alias explicationes minus etiam aptas collectas exhibet Io. Olpii diss. de ישרון praeside Theod. Hasaeo, Bremae 1730.

שָׁרוֹן (pro יְשָׁרוֹן) pr. *planities* (neque a שׁוּר prospicere sec. Bochart. Hieroz. I, 307, neque a quercubus et quercetis, v. infra), c. art. הַשָּׁרוֹן *Saron*, n. pr. regionis planae et campestris ad mare internum agrorum pascuorumque fertilitate nobilis 1 Par. V, 16. XXVII, 29. Jes. XXXIII, 9. XXXV, 2. LXV, 10. Cant. II, 1: חֲבַצֶּלֶת הַשָּׁרוֹן. Jos. XII, 18: מֶלֶךְ לַשָּׁרוֹן *rex Saronis* (cf. מֶלֶךְ לְ Jes. XXXVI, 13. Esr. V, 11 et saepe apud Phoenices, de quo usu vide quae disputavimus in Monum. Phoenic. p. 199. Auctore Chaldaeo et Arabe sunt, veluti Bochartus Hieroz. l. c., qui לְ ad nomen pertinere putent et nomen urbis לַשָּׁרוֹן fingant, quoniam nulla ratio sit, cur huic soli nomini praemissum sit לְ, non reliquis omnibus Comm. 9—24; sed ista ratio, si qua quaerenda, in eo posita esse videtur, quod שָׁרוֹן regionis, non oppidi, nomen est, quam ipsam ob caussam etiam h. l., ut alibi, articulo munitum est. Hieron. rex Saron). Eusebius duas huius nominis regiones memorat Σαρών .... ἡ ἀπὸ τοῦ ὄρους Θαβὼρ ἐπὶ τὴν Τιβερίαδα λίμνην χώρα. Καὶ ἄλλος ἐστὶ Σαρωνᾶς ἡ ἀπὸ Καισαρείας εἰς Ἰόππην χώρα, quae fere ad verbum reddidit Hieronymus, sed ad Jes. XXXIII hic regionem maritimam intelligit: „Saron omnis iuxta Joppen Lyddamque appellatur regio, in qua latissimi campi fertilesque tenduntur", et in Jes. LXV: in Hebraeo Saron ponitur. Omnis regio circa Lyddam, Joppen, Jamniam apta est pascendis gregibus. „Quum in locorum laudatorum nullo situs eius planitiei accuratius indicatus sit, quaeri potest, utra intelligenda sit? Ac locus 1 Par. V, 16, quo Gaditae narrantur in Gileaditi-

tide, Batanaea et in pascuis Saronae habitasse, situi illi orientali favet, contra Saronae maritimae conveniunt loci Cant. l. c. (haec enim regio liliis, rosis, narcissis abundat, v. Chateaubriand p. 54) et Act. IX, 35, quia Sarona cum Lydda copulatur. Fortasse hebr. שָׁרוֹן utramque illam planitiem complectebatur, sed de maritima eius parte magis frequentabatur. LXX שָׁרוֹן Jes. LXV, 9 reddunt *Δρυμός* (quo alibi יַעַר interpretari solent) et Strabo (XVI §. 28) atque Josephus (bell. iud. I, 11 *Δρυμὸν* cum Carmelo coniungunt: praeterea Hesych. et Etym. M. *Σαρωνίδες* quercus prae vetustate cavas interpretatur, coll. Plin. N. H. 4, 5 et Callim. Jov. 22. Parthen. 11. Ex his Relandus (Palaest. p. 188 sqq.) colligit, שרון re vera *quercum* sive *quercetum* significasse: quod per linguae rationes vix licet. Ita potius res expedienda videtur, ut statuamus, Saronam, pariter atque Batanaeam, quercubus vetustis nobilem fuisse, et propterea *Δρυμὸν* appellatam, quercus vetustas et cavas autem ab hac regione Saroniticas (שְׁרוֹנִים, *Σαρωνίτιδες*) esse nuncupatas. — Vinum Saroniticum יין שרוני, quod duas aquae partes ferre poterat, memorant Talmudici Gem. Schabb. fol. 77, 1, cf. Lightfoot II, 183. — N. gent. est שָׁרוֹנִי 1 Paral. XXVII, 29, qua in forma qui forte offendat in Kamez et inde colligat, radicem esse שִׁיר, conferat שָׁאוּלִי, יָמִינִי, מָכִירִי, in quibus omnibus Kamez purum servatum est.

מִישׁוֹר m. 1) *rectitudo* viae Ps. XXVII, 11, translate *iustitia* Ps. XLV, 7. Jes. XI, 4. Adv. *iuste* Ps. LXVII, 5.

2) *planities*, *regio plana*. 1 Reg. XX, 23. 25. Jes. XL, 4. XLII, 16. Jer. XLVIII, 8. Zach. IV, 7. — Translate Ps. XXVI, 12: רַגְלִי עָמְדָה בְמִישׁוֹר *pes meus stat in regione plana*, ut ita bene procedere possit. CXLIII, 10: *spiritus tuus bonus ducat me* בְּאֶרֶץ מִישׁוֹר *in regionem planam* i. e. liberam, felicem. Cum art. הַמִּישׁוֹר *κατ' ἐξοχὴν* planities in tribu Rubenitarum vicina Medebae oppido Deut. III, 10. IV, 43. Jos. XIII, 9. 16. 17. 21. XX, 8. Jer. XLVIII, 21, de planitie tribus Judae 2 Par. XXVI, 10. Inde Hierosolyma appellatur צוּר הַמִּישֹׁר rupes planitiei Jer. XXI, 13. Translate: *concordia*, *pax* Mal. II, 6, ubi copulatur cum שָׁלוֹם, v. מֵישָׁרִים no. 2, b.

מֵישָׁר, nonnisi in pl. מֵישָׁרִים, semel מֵשָׁרִים Prov. I, 3 1) *rectitudo* viae, hinc בְּמֵישָׁרִים rectâ viâ Prov. XXIII, 31: *vinum* יִתְהַלֵּךְ בְּמֵישָׁרִים *rectâ descendit* in guttur. Eodem contextu לְמֵישָׁרִים Cant. VII, 10. Inde a) *quod rectum*, *ius fasque est* Prov. I, 3. VIII, 6. XXIII, 16. Ps. XVII, 2. Jes. XXXIII, 15. XLV, 19 (ubi idem videtur q. verum). b) *probitas*, *sinceritas* 1 Par. XXIX, 17. Adv. sincere Cant. I, 4: מֵישָׁרִים אֲהֵבוּךָ *sincere amant te*, ut amaris. Alii praeeunte Vulg. concr. *probi amant te*. c) *iustitia* (iudicis) Ps. XCIX, 4. שָׁפַט מֵישָׁרִים Ps. LVIII, 2. LXXV, 3, et שׁ׳ בְּמֵישָׁרִים Ps. IX, 9. XCVIII, 9 iuste iudicavit.

2) a *planitiei* potestate est a) *felicitas* Jes. XXVI, 7. b) *concordia*, *pax* (v. ad יָשַׁר no. 2 extr.). Dan. XI, 6: לַעֲשׂוֹת מֵישָׁרִים *ad componendam pacem* (die Sache ins Gleiche zu bringen). Cf. etiam מִישׁוֹר Mal. II, 6.

ישׁשׁ rad. inusit. (vic. שִׁישׁ) *albus*, *canus fuit*, hinc *canis capillis* i. e. *senex fuit* (cf. שֵׂיבָה). Inde

יָשֵׁשׁ m. *senex*, pr. canus 2 Par. XXXVI, 17 (ubi copulatur cum syn. זָקֵן, ut nostr. Alter und Greis).

יָשִׁישׁ m. id. vc. mere poëticum. Iob. XV, 10, pl. XII, 12. XXIX, 8. XXXII, 6. In linguis cognatis (ut recte observavit Moserus) vicinum est ܩܫܝܫܐ grandaevus, it. presbyter, ut arab. قسيس, aethiop. ቀሲስ: littera Jod in palatinam durissimam indurata (v. כ). In lingua Melitensi formam „*Jassu* vecchio“ laudat Agius de Soldanis della lingua Punica da Maltesi p. 147, sed cum idem addat: „la forza di questa parola poco o nulla conosciuta da' Maltesi, poiche non si dice quasi mai, se non se a' ragazzi e bambini in atto, che vengono ad essere accarezzati.“ ignoretque vocabulum Vassallius, scriptor fide dignior, dubito num Agius vocis illius caritativae significationem recte definiverit.

יְשִׁישַׁי (ex sene ortus) n. pr. viri 1 Par. V, 14.

יַת chald. i. q. hebr. אֵת, not. accusativi, syr. ܝܳܬ (vide p. 168. 169). Cum suff. יָתְהוֹן eos Dan. III, 12.

יְתִב chald. i. q. יָשַׁב 1) *consedit* Dan. VII, 9 (ubi pars librorum habet יְתִיב, quae forma frequentatur in Targg. v. c. Ps. XXIX, 10). 10. 26. — 2) *habitavit* Esr. IV, 17.

Aph. habitare fecit c. accus. pers. et בְּ loci Esr. IV, 10.

יָתַד rad. inusitat. Arab. وَتَدَ firmiter impegit palum, paxillum, cf. وَطَدَ firmavit, stabilivit rem; compegit; conculcavit locum, ut eum firmaret. Inde

יָתֵד cstr. יְתַד Iud. IV, 21. XVI, 14, pl. יְתֵדוֹת cstr. יִתְדוֹת Exod. XXVII, 19. XXXV, 18, sed c. suff. יְתֵדֹתָיו Jes. XXXIII, 20, יִתְדֹתָם Num. III, 37. IV, 32 comm. (m. Ez. XV, 3. f. Jes. XXII, 25. Deut. XXIII, 14)

1) *clavus*, *paxillus*, qui parieti infigitur Ez. XV, 3. Jes. XXII, 25, spec. paxillus *tentorii* (arab. وَتِد) Ex. XXVII, 19. XXXV, 18. XXXVIII, 31. Iud. IV, 21. 22. V, 26. XVI, 14: יְתַד הָאֶרֶג est clavus, quo textura parieti affixa erat Jes. XXXIII, 20. LIV, 2 al. *Paxillum* alicubi *pangere* apud poëtas Hebraeorum dicitur pro: sedem firmam et probe munitam alicui dare Jes. XXII,

23: תְּקַעְתִּיו יָתֵד בְּמָקוֹם נֶאֱמָן *pangam eum* tanquam *clavum in loco firmo*, cf. adeo in sermone pedestri Esr. IX, 8: לָתֶת לָנוּ יָתֵד בִּמְקוֹם קָדְשׁוֹ *ad dandum nobis paxillum in loco suo sancto*, ubi paxillus firmiter adactus ipsam sedem firmam indicat, coll. Comm. 9, ubi pro יָתֵד est גָּדֵר. Eandem imaginem frequentant Arabes, ut ثبتت اوتاده firmati sunt paxilli eius i. e. stabile est regnum eius, vit. Tim. 1, 134 Mang., *paxilli montium firmi sunt* 1, 228, quo etiam pertinere videtur illud Corani ذو الاوتاد dominus paxillorum i. e. stabili regno praeditus 38, 11. 89, 9, quicquid ineptiunt interpretes domestici, vide Maracc. p. 597. Beidav. ap. Salium p. 518. Cf. praeterea in ipso Hebraeorum usu נָטַע et נָתַשׁ. — Praeterea *clavus* metaph. dicitur de *principe*, ex quo omnis civitatis cura quasi pendet Zach. X, 4, ut idem l. c. appellatur lapis angularis (v. פִּנָּה). Arab. اوتاد البلاد clavi regionis, sunt capita et proceres eius: sunt etiam ex Corani interpretibus, qui illud ذو الاوتاد regem interpretentur proceribus stipatum.

2) *pala*, *spatha*. Deut. XXIII, 14.

יְתֵת (sec. Simon. pro יְתֶדֶת) n. pr. principis Idumaeorum Gen. XXXVI, 40.

יָתַח rad. inusit. Arab. وتح fuste percussit, ميتحة fustis, cf. تاح id. c. c. a. Origo esse videtur in subigendo, unde IV. اوتح subegit, suppressit aliq., cf. hebr. תחת fort. a תּוּחַ. Inde

תּוֹתָח ἅπ. λεγόμ. *fustis* Iob. XLI, 21. LXX. *σφῦρα*. Vulg. malleus, minus bene utrumque.

יָתַם vel **יתם** verbum inusit. Arab. يَتَمَ et يَتِمَ solus, orbus fuit, يُتْمٌ et يَتَمٌ solitudo, orbitas, يَتِيمٌ orbus, orphanus, syr. ܝܰܬܡܳܐ id., ܐܶܬܝܰܬܰܡ orbatus est. Origo mihi esse videtur in silendo (cf. דָּמַם, שָׁמַם): solitarii enim silent (v. אָלַם). — אֵיתָם Ps. XIX, 14 v. sub rad. תָּמַם.

יָתוֹם m. *orphanus*, *pupillus*. Ex. XXII, 21. 23. Iob. VI, 27. XXXI, 17. 21 al. Saepe copulantur *peregrinus*, *orphanus et vidua* utpote homines derelicti et aliena ope indigentes Deut. XIV, 29. XVI, 11. 14. XXIV, 19. 20. 21. XXVI, 12. 13, *vidua et orphanus* Ex. XXII, 21. Spec. de puero, qui solo patre orbus est (cf. arab. يتم patre orbus fuit, de hominibus; matre, de bestiis) Iob. XXIV, 9. Sq. genit. patris *orphani alic.* Ps. CIX, 12, etiam sq. genit. populi Jes. IX, 16. Jer. XLIX, 11.

יִתְמָה (orbitas) n. pr. viri 1 Par. XI, 46.

יָתַן rad. inusit. Arab. وتن perennis et indesinens fuit, max. de aqua. III. assiduus fuit, واتن res perennis, loco permanens. Vide Schultens. Origg. hebr. I, 8. Vicinum fortasse est أتن stetit, constitit. Origo autem esse videtur in *extendendo* (v. תָּנַן no. I).

אֵיתָן, semel אֵתָן Iob. XXXIII, 19 (pro יָתָן cum Aleph prosthetico) m. 1) *perennitas*, max. de aqua Ex. XIV, 27: וַיָּשָׁב הַיָּם לְאֵיתָנוֹ *et rediit mare ad perennitatem suam*, ad fluxum suum perennem et nativum. (Targ. לְתוּקְפֵיהּ ad vim suam. Sam. ࠋࠏࠌࠒࠄ ad profunditatem suam). Additur aliis substantivis in genit. Ps. LXXIV, 15: נַהֲרוֹת אֵיתָן *flumina perennia*, Jordanes intelligitur. נַחַל אֵיתָן rivus perennis Deut. XXI, 4. Am. V, 24, inde omisso נַחַל id. Opp. אַכְזָב q. v. יֶרַח הָאֵיתָנִים *mensis rivorum perennium* i. e. Tisri, mensis nonus anni Hebraei, a novilunio Octobris usque ad Novembris novilunium. Prov. XIII, 15: *via improborum* אֵיתָן est *fluvius perennis*, in quo progredi nequit viator, sed torrente abripitur. Vulg. *vorago*. — De aliis rebus Iob. XXXIII, 19 Chethibh: וְרִיב עֲצָמָיו אֵתָן *et* (castigatur) *lite in ossibus suis perpetua* pr. lite perpetuitatis in ossibus suis i. e. perpetuis doloribus, quae in ossibus saeviunt, cf. Ps. XXXVIII, 4: אֵין שָׁלוֹם בַּעֲצָמַי. — Num. XXIV, 21 de Amalecitis: אֵיתָן מוֹשָׁבֶךָ וְשִׂים בַּסֶּלַע קִנֶּךָ *perennis sit habitatio tua*, *in rupe pone nidum tuum*. (LXX. Vulg. Chald. Syr. fortis, munita). Jer. XLIX. 19: *ecce instar leonis ascendit e decore Jordanis* אֶל נְוֵה אֵיתָן *in pascuum perenne* i. e. perpetuo virens neque unquam a feris infestatum scil. in Idumaeam continua tranquillitate gavisam neque unquam ab hostibus infestatam. Eadem verba habentur L, 44, ubi haec ad Babyloniam translata sunt. Mich. VI, 2: *audite*, *montes*, *litem Jovae*, הָאֵתָנִים מוֹסְדֵי אָרֶץ vos *perennes* (q. d. הַרְרֵי עַד), *fundamenta terrae*. (Vulg. fortia, fundamenta terrae. LXX. Syr. valles, prob. a fluvii rivique potestate, cf. נַחַל). — Quattuor locis modo laudatis Num. Jer. Mich. in prioribus Lexici editionibus voci אֵיתָן *rupis* significationem tribui a *firmitate*, de qua no. 2, ductam, ita quidem, ut *firmitas*, *firmum* s. *durum* petrae attributum poëticum sit, sicut אַבִּיר fortis attributum tauri, dein pro ipso substantivo positum. Idem secuti sunt alii, ut Rosenm., Winerus quorum prior ad Mich. l. c. confert „اتان petra", quae quidem significatio sine caussa sumta videtur: namque أَتَانٌ, إِتَانٌ, quod Lexica explicant: lapis ad oram putei, in quo subsistunt haurientes, non aliud est vocabulum quam أَتَانٌ asina, it. basis pilenti camelini. Ipsa quidem *petrae* significatio illis locis satis apta est (Num. l. c. in membro parallelo est סֶלַע, Mich. l. c. ibidem הָרִים, et Jer. l. c. נְוֵה אֵיתָן habitatio petrae Idumaeae valde accommodata est cf. חַגְוֵי סֶלַע XLIX, 16): nihilominus quae

Maurerus nuper disputavit ad Jer. l. c. mihi persuaserunt, tum non satis certam esse eam significationem, tum apud Jeremiam aptiorem etiam esse Schnurreri aliorumque interpretationem *pascuum perenne* (cf. mentionem pastoris et ovium Comm. 19 extr. et 20), ita ut in vulgari et certa significatione etiam his locis acquiescendum censeam.

2) *firmitas.* Gen. XLIX, 24: תֵּשֶׁב בְּאֵיתָן קַשְׁתּוֹ *manet in firmitate arcus eius.* Jer. V, 15: גּוֹי אֵיתָן *populus firmitatis* i. e. firmus, fortis. Vulg. gens robusta. Chald. עַם תַּקִּיף. Syr. ܥܫܝܢܐ. In altero membro est: גּוֹי מֵעוֹלָם, quo duce etiam אֵיתָן h. l. perennis esse possit, qui per multa secula fuit et erit. Concr. אֵיתָנִים *fortes*, *potentes* i. e. heroes, vel, ut Vulg. *optimates.* Parall. כֹּהֲנִים.

3) n. pr. viri sapientis 1 Reg. V, 11, cui Psalmus LXXXIX in eiusdem inscriptione tribuitur.

יָתַר in Kal inusit. 1) pr. *redundavit*, drüber hinaus hängen, v. יֶתֶר no. 1 et מֵיתָר. Maurero origo esse videtur in pendulo, nutando, vacillando, coll. חָטַר q. v. — 2) *abundavit* (überfliessen, Ueberfluss haben) v. Hiph. no. 1, יֶתֶר no. 2, it. *quaestum fecit, πλεονεκτέω*, etwas drüber haben, v. יִתְרוֹן, יוֹתֵר no. 1. — 3) *reliquus fuit, superfuit* (übrig seyn), v. Hiph. no. 2, Niph. 1, יֶתֶר no. 3, יִתְרָה. — 4) *modum excessit*, inde *eximius fuit, excelluit, reliquis praestitit*, v. Niph. no. 3. (Syr., qua in lingua haec radix frequens est, Pe. superfuit it. lucrifecit. Pa. abundare fecit. Aph. reliquit, residuum habuit, lucrifecit).

Part. יוֹתֵר et יֹתֶרֶת v. infra.

Hiph. 1) *abundare fecit* aliquem aliqua re Deut. XXVIII, 11: וְהוֹתִרְךָ יְיָ לְטוֹבָה בִּפְרִי בִטְנְךָ *et abundare te faciet Jova ..., fructu uteri tui* (de לְטוֹבָה in salutem, quod ex verbo non pendet, v. pag. 546). XXX, 9. — 2) *reliquum, residuum fecit* aliquid, sq. acc. rei Exod. X, 15. XVI, 19. 20. Ruth II, 18. Ez. XII, 16. XXXIX, 28, addito לְ pers. Jes. I, 9. Jer. XLIV, 7, etiam absol. ut in locutione: edere, bibere et residuum facere (post satietatem) Ruth II, 14. 2 Reg. IV, 43. 44, praeterea Ex. XXXVI, 7. Ez. VI, 8. — Ps. LXXIX, 11: הוֹתֵר בְּנֵי תְמוּתָה *superstites fac* i. e. serva *filios mortis*, capitis damnatos. — 3) intrans. *excelluit*, reliquis *praestitit*. Gen. XLIX, 4: אַל תּוֹתַר *ne excellito*, non excelles prae reliquis fratribus, primogeniti ornamentis non gaudebis. Etiam apud Syros Aphel vim intransitivam habet *lucrifecit* Luc. XIX, 16. Sed possit תּוֹתַר etiam Hoph. esse pro תּוּתַר, ut הוֹדַע a יָדַע, יוֹרֶא pro יוּרֶה Prov. XI, 25.

Niph. נוֹתַר 1) *reliquus factus est, reliquus fuit* (übrig bleiben) Gen. XLIV, 20. Neh. VI, 1 v. c. post caedem, cladem, exitium aliorum Num. XXVI, 65. Jos. XI, 11. 1 Reg. XVII, 17. Jes. I, 8. XXX, 17 et saepe, de rebus Ex. X, 15. Addito dat. pers. 1 Sam. XXV, 34: אִם נוֹתַר לְנָבָל ... מַשְׁתִּין בְּקִיר. 2 Sam. IX, 1. Sq. אַחֲרֵי reliquus fuit post alic. mortem 1 Reg. IX, 21. Sq. מִן reliquus factus *ex* aliquo numero, aliqua materia 2 Sam. XIII. 30: לֹא נוֹתַר מֵהֶם אֶחָד. Zach. XIV. 16. Lev. XIV, 29: הַנּוֹתָר מִן הַשֶּׁמֶן VII, 17. Ex. XII, 10; it. sq. בְּ Lev. VIII, 32: הַנּוֹתָר בַּבָּשָׂר וּבַלָּחֶם (das Uebriggebliebene *an* Fleisch und Brot). XIV, 18. Singularis, sed illi similis, est בְּ particulae usus in hoc 2 Sam. XVII, 12: לֹא נוֹתַר בּוֹ וּבְכָל־הָאֲנָשִׁים אֲשֶׁר אִתּוֹ גַּם אֶחָד *ne unus quidem reliquus erit de eo et omnibus eius comitibus.* Targ. retinuit בְּ, Syrus posuit ܡܢ. Jos. XVIII, 2. Part. נוֹתָר f. נוֹתֶרֶת *reliquus, a, um* Gen. XXX, 36. Ex. XXVIII, 10. XXIX, 34. Lev. II, 3. 10 et saepe. — 2) *remansit* (i. e. reliquus factus est post abitum aliorum). Gen. XXXII, 25: וַיִּוָּתֵר יַעֲקֹב לְבַדּוֹ *et Jacobus solus remansit.* Ita multi (Vulg. Syr. C. B. Michaël. Rosenm. Winer.) interpretantur etiam Dan. X, 13: וַאֲנִי נוֹתַרְתִּי שָׁם אֵצֶל מַלְכֵי פָרָס *et ego ibi remansi apud reges Persiae*, sc. ut iis resistere pergerem, sed magis favet contextus eorum sententiae, qui verbo נוֹתַר h. l. 3) significationem: *excelluit*, reliquis *praestitit*, inde *victoriam reportavit* tribuunt, coll. Hiph. no. 3 et syr. Ethpa. Ephraem. Syr. II, 20 E., ut sententia sit: *ibi victoriam reportavi apud reges Persiae.* Ita iam Luth. da behielt ich den Sieg, ex recentioribus Geierus, Winerus al.

יוֹתֵר et **יֹתֵר** m. 1) pr. part. Benoni *reliquus* 1 Sam. XV, 15, hinc subst. *quaestus, emolumentum* Eccl. VI, 8: מַה־יּוֹתֵר לֶחָכָם מִן־הַכְּסִיל *quid emolumenti habet sapiens prae stulto?* Comm. 11.

2) Adv., nonnisi in recentiore Hebraismo usitatum a) *amplius, magis.* (Chald. יַתִּיר et יוֹתַר id. sq. מִן plus quam, pro comparativo: syr. ܝܬܝܪ id.) Eccl. II, 15: לָמָּה חָכַמְתִּי אֲנִי אָז יֹתֵר *quare ego tunc amplius sapiens eram?* ubi יוֹתֵר de tempore intelligendum, non comparative capiendum esse, luculenter arguit altera temporis particula אָז. Male igitur alii: quare sapiens factus sum magis quam alii (Rosenm.) et: warum bin ich da sehr weise geworden (Knobel). Sed comparativum est VII, 11: *aeque bona est sapientia quam possessio bonorum* וְיֹתֵר לְרֹאֵי הַשָּׁמֶשׁ *et magis etiam mortalibus* i. e. et etiam melior, adeo praeferenda est sapientia. (Ieiune al. et emolumentum est mortalibus). Sq. מִן XII, 12: וְיֹתֵר מֵהֵמָּה *quod ultra ea est.* b) *nimis* i. q. ܝܬܝܪ. Eccl. VII, 16: אַל תִּתְחַכַּם יוֹתֵר parall. הַרְבֵּה. c) *praeter*, sq. מִן. Esth. VI, 6: יוֹתֵר מִמֶּנִּי *praeter me.* LXX. εἰ μὴ ἐμέ. Sq. שֶׁ Conj. *praeterquam quod.* Eccl. XII, 9: וְיֹתֵר שֶׁהָיָה קֹהֶלֶת חָכָם *et praeterquam quod Ecclesiastes sapiens erat.* LXX. καὶ περισσὸν ὅτι ἐγένετο κ. τ. λ.

יֹתֶרֶת f. plene הַיּוֹתֶרֶת עַל הַכָּבֵד Exod. XXIX, 13. Lev. III, 4. 10. 15. IV, 9. VII, 4, הַיֹּתֶרֶת מִן הַכָּבֵד ibid. IX, 10, et יֹתֶרֶת הַכָּבֵד Ex. XXIX, 22. Lev. VIII, 16. 25. IX, 19 pars aliqua iecoris, vel intestinum cum iecore coniunctum, quod varie definiunt. Ac *primum* quidem Vulg. reddit: *reticulum iecoris* i. e. *omentum minus hepatico-gastricum* nostratium, reticulum, quod iecur superne tegit: quam sententiam defendunt FULLERUS (Miscell. 5, 14) et COCCEJUS (Lex. hebr. h. v.). Non male huic interpretationi convenit illud הַיֹּתֶרֶת עַל הַכָּבֵד *redundans super*

iecur, sed minus congruit alterum illud: הַיֹּתֶרֶת מִן הַכָּבֵד, et recte occurrit Bochartus, illud reticulum nimis tenue et macrum esse, quam ut inter partes pingues et adiposas Jovae offerendas recenseri potuisset. Maior auctoritas est *secundae* sententiae, quam docte exornavit BOCHARTUS, Hieroz. I, 498 sqq. Hic Alexandrinum sequitur, qui reddit: λοβὸς τοῦ ἥπατος, et quinque interpretes arabicos, Saadiam atque Arabem Erpenii, qui ex Hebraeo transtulerunt, cum tribus ineditis, qui ex Graeco, Chaldaeo et Syro profecerunt, cunctique in eo consentiunt, quod pro יֹתֶרֶת, λοβὸς (חֲצַר, ܣܪܝܐ) posuerunt زيادة i. e. augmentum, redundans (زاد est i. q. יָתַר), quam vocem de quattuor vel quinque iecoris lobis usurpari docet Avicenna p. 455. His auctoribus Bochartus *maiorem iecoris lobum* intelligit, quem κατ᾽ ἐξοχὴν ita dictum existimat, et יֹתֶרֶת עַל הַכָּבֵד non *super* iecur, sed *ad* iecur interpretatur. *Tertiam* sententiam illi finitimam expresserunt Syrus et Onkelos, qui reddunt: ܣܪܝܐ ܕܟܒܕܐ, חֲצַר דְּעַל כַּבְדָא i. e. *atrium iecoris* (Pseudoj. מִשְׁתְּאַר עַל חֲצַר כַּבְדָא residuum super atrio iecoris, in quo יתרת bis redditum videtur), quod praeterea memoratur tract. Joma fol. 84 recto: *quem momordit canis rabiosus, ei comedendum dant* מחצר כבד שלו *de atrio iecoris eius.* Quid autem *atrium* iecoris? Diaphragma interpretatur Bochartus l. c. p. 501, omentum minus Landavius in Lex. talmud. p. 690, uterque sine idoneo argumento. Maioris auctoritatis est quod syr. ܣܪܝܐ ܕܟܒܕܐ a Bar Alio Ms. et Novariensi p. 36 explicatur زيادة الكبد lobus hepatis (ein Leberlappen), quibus accedunt duo Arabes Bocharti in Pentateucho, qui eodem modo transtulerunt. Equidem nil dubito, quin *atrium iecoris* apud Aramaeos idem ille lobus sit, quem *portam* (πύλην) *iecoris* appellant Graeci et in sacrificiis atque in haruspicina una cum „*mensa*" saepe memorant. „Nicander in Theriacis pag. 559: ἢ ἀπὸ κάπρου Ἥπατος ἀκρότατον κέρσας λοβόν, ὅςτε τραπέζης Ἐκφύεται, νεύει τε χολῆς σχέδον, ἠδὲ πυλάων, ad quae verba Scholiastes: τράπεζα καὶ πύλη, μέρη τινά εἰσιν ἐξημμένα τοῦ ἥπατος, ὥσπερ ὄνυξ καὶ μάχαιρα καὶ κάνεον. Polyaenus lib. IV in Attalo: ὁ μάντις ἐπιδεικνὺων τοὺς λόβους, καὶ τὴν χολὴν, πύλας τε ἴσ καὶ τραπέζαν καὶ ὅσα ἄλλα σημεῖα κατανοῶν .... Rufus Ephesius, ubi de hepate: ἃ δὲ ἐν ἱεροσκοπίᾳ πύλας καὶ τραπέζαν καὶ μάχαιραν καὶ ὄνυχα καλοῦσιν· ἔστι μὲν καὶ ἐν ἀνθρώπῳ, ἀσαφῆ δὲ καὶ οὐκ εὔδηλα. Tamen Theophilus Protospatharius de fabrica humani corporis lib. 2 c. 11 iecoris quattuor lobos nominari τράπεζαν, ἑστίαν, μάχαιραν, ἡνίοχον et caussas etiam addit, cur ita nominentur, sed quae non sunt huius loci." Bochartus l. c. p. 502. Atque ita ad *quartam* sententiam delati sumus, quae prae ceteris KIMCHII est, cuius haec verba sunt: הוא הנקרא בלשון רז״ל טרפש בלעז אבריש i. e. *Jothereth idem est quod Talmudici appellant trapeza, Hispani hebras* i. e. *fibrae.* Trapeza s. *Mensa* autem manifesto est *lobus Spiegelii* nostratium fere quadratus, a mensae similitudine dictus. Taceo Ikenium, qui in dissert. de ablegminibus sacrificiorum 1 §. 10 *diaphragma* intelligit, „a وتر discrevit, distinxit": haec enim vis radici arabicae perperam tribuitur. Nam quod Lexica habent: singularem et discretam fecit rem, separatim fecit, id ad excellentiae notionem pertinet. — Rationibus rite subductis hebr. יֹתֶרֶת non tantum *maiorem iecoris lobum*, et minus etiam unum ex parvis eius lobulis significat, sed collect. *omnes iecoris lobos* (das Auslaufende, die Fortsätze d. h. die Lappen der Leber) utpote partes eius pingues et esu idoneas complecti videtur, et opponi trunco eius nervis et arteriis constante, ad quem fel est, qui igitur in sacrificio apparando relinquendus erat. Usus collectivus femininae formae bene congruit: lobi autem aeque recte dicuntur esse *iecoris*, quam *a iecore*, et *ad iecur.*

יֶתֶר c. suff. יִתְרִי m. 1) pendulum, redundans, inde *restis*, *funis* v. rad. no. 1 et מֵיתָר. (Arab. وَتَرٌ id. maxime chorda arcus et citharae, aeth. ወተር: et syr. ܝܬܪܐ chorda) Iud. XVI, 7. 8. 9. Spec. a) de *funiculis*, quibus in figendo tentorio aulaea paxillis alligantur. Metaph. Iob. IV, 21: נִסַּע יִתְרָם בָּם *avelluntur funiculi eorum in iis* i. e. funiculi quibus tentoria fixa sunt, tentoria eorum moventur i. e. ipsi moriuntur (cf. metaphoram tentorii Comm. 19. Jes. XXXVIII, 12); יִתְרָם funiculus eorum, pro יְתֵרֵיהֶם funiculi eorum, ut פִּימוֹ os eorum, pro: ora eorum Ps. XVII, 10, יְסוֹדָם fundamenta eorum Iob. IV, 19. XXII, 16, יְמִינָם Ps. CXLIV, 8. 11; בָּם in iis, nostr. an ihnen i. e. iis affixa. — b) de *nervo* arcus Ps. XI, 2. — c) de funiculo, quo pro *freno* utuntur. Iob. XXX, 11 Chethibh: יִתְרוֹ פִּתַּח *frenum suum solvit* s. collect. *frena sua solvunt* i. e. effrenati, procaces sunt. Paral. רֶסֶן מִפָּנַי שִׁלֵּחוּ. Sic Arabes خلق رماه solvit capistrum suum dicunt de homine, qui nullo Dei hominumve respectu coërcitus in omne nefas effrenato impetu fertur. Keri יִתְרִי: frenum meum solvunt i. e. frenum, quod iis inieceram, reverentiam mihi debitam negligunt.

2) *abundantia* (Ueberfluss). Ps. XVII, 14: וְהִנִּיחוּ יִתְרָם לְעוֹלְלֵיהֶם *et relinquunt liberis suis abundantiam suam,* vel *quod reliquum faciunt,* cf. Exod. XXIII, 11. עַל יֶתֶר abunde, satis superque Ps. XXXI, 24, et יֶתֶר adv. valde i. q. יוֹתֵר Dan. VIII, 9: וַתִּגְדַּל יֶתֶר אֶל־הַנֶּגֶב *et crevit valde austrum versus.* Cum גָּדוֹל iungitur etiam Jes. LVI, 12: *et erit ut hodiernus dies etiam crastinus* גָּדוֹל יֶתֶר מְאֹד *magnus abunde valde* i. e. longe splendidissimus, opulentissimus. Vulg. *et multo amplius,* יֶתֶר = יֹתֵר no. 2, a. Sed licet etiam interpretari: *valde magna erit abundantia.*

3) *reliquum*, *reliqua pars*, v. c. יֶתֶר הָעָם reliqua pars populi, reliquus populus Iud. VII, 6. 2 Sam. X, 10. XII, 28. Neh. IV, 8. 13. Jer. XXXIX, 9, כָּל־יֶתֶר עַמִּים omnes populi reliqui Hab. II, 8, יֶתֶר הַנְּבִיאִים reliqui prophetae Neh. VI, 14, יֶתֶר שְׁנוֹתָי reliqui anni mei Jes. XXXVIII, 10. יִתְרוֹ reliqua eius pars Jes. XLIV, 19.

יֶתֶר דִּבְרֵי שְׁלֹמֹה reliquae res gestae Salomonis (praeter ea quae narravit scriptor) 1 Reg. XI, 41 et sic persaepe 1 Reg. XIV, 19. 29. XV, 7. 23. 31. XVI, 5. 14. 20. 27. XXII, 39. 46. 2 Reg. I, 18. VIII, 23. X, 34. XII, 20. XIII, 12. XIV, 15. 2 Par. XIII, 22. XX. 34 al. Spec. *quod reliquum factum est* post exitium, *reliquiae, residuum.* יֶתֶר הָרְפָאִים *residuum Rephaitarum* Deut. III, 11. Jos. XII, 4. XIII, 12. Iob. XXII, 20: יִתְרָם אָכְלָה אֵשׁ *residuum eorum comedit ignis.* — Additur etiam genitivus eius, qui aliquid relinquit, reliquum facit. Joël I, 4: יֶתֶר הָאַרְבֶּה *quod relinquit locusta.* Ex. XXIII, 11: יִתְרָם *quod illi relinquunt.*

4) *quod modum s. terminum excedit,* inde a) adv. *praeter.* Num. XXXI, 32: וַיְהִי הַמַּלְקוֹחַ יֶתֶר הַבַּז אֲשֶׁר בָּזְזוּ עַם הַצָּבָא *eratque praeda* (pecudum) *praeter spolium, quod fecerant milites, ovium sexcenta millia* cet. Aben Esra, Clericus al. יֶתֶר הַבַּז residuum praedae intelligunt i. e. praedam quae superfuerit, postquam eius partem tum in itinere tum per septiduum in statione consumserint milites (cf. Gen. XIV, 24); sed מַלְקוֹחַ et בַּז inter se differunt. Prius est praeda pecudum hominumque (שְׁבִי) cf. Comm. 11.26, בַּז, quod etiam שָׁלָל appellatur Comm. 11. 12, complectitur aurum, argentum et cuiusvis generis supellectilem. — b) *excellentia.* Prov. XVII, 7: שְׂפַת יֶתֶר *labium excellentiae* i. e. verba egregia de virtute et sapientia eiusque laudibus. Gen. XLIX, 3: יֶתֶר שְׂאֵת וְיֶתֶר עָז concr. *excellens dignitate et excellens robore.*

5) n. pr. virorum, ut a) socri Mosis, qui alibi יִתְרוֹ Ex. IV, 18. b) Iud. VIII, 20. c) 1 Par. II, 32. d) IV, 17. e) VII, 38, pro quo יִתְרָן Comm. 37. f) 1 Reg. II, 5, pro quo יִתְרָא 2 Sam. XVII, 25. — Patron. יִתְרִי 2 Sam. XXIII, 38.

יִתְרָא v. יֶתֶר no. 5, f.

יִתְרְעָם (reliqua pars populi) n. pr. viri 2 Sam. III, 5. 1 Par. III, 3.

יַתִּיר (eximium) n. pr. oppidi in montanis Judae a sacerdotibus habitati Jos. XV, 48. XXI, 14. 1 Sam. XXX, 27. 1 Par. VI, 42.

יַתִּיר chald. 1) adj. *excellens, eximius* Dan. II, 31. V, 12. 14. VI, 4. 2) יַתִּירָה adv. *valde, vehementer* Dan. III, 22. VII, 7. 19.

יִתְרָה f. i. q. יֶתֶר no. 2 *abundantia* (der Ueberfluss, das Erübrigte), quod aliquis reliquum habet expletis vitae desideriis (cf. Ps. XVII, 14), *opes.* Jes. XV, 7: יִתְרָה עָשָׂה, pro quo Jer. XLVIII, 36: יִתְרַת עָשָׂה *copiae quas sibi comparaverat* (Moabus). עָשָׂה i. q. קָנָה Gen. XII, 5. XXXI, 1.

יִתְרוֹ (pro יִתְרוֹן) n. pr. soceri Mosis, cf. יֶתֶר et חֹבָב. Ex. III, 1. IV, 18.

יִתְרוֹן m. recentioris Hebraismi vc. 1) *praestantia.* Eccl. II, 13: *vidi praestare sapientiam stultitiae, quemadmodum praestat lux tenebris.* VII, 12. X, 10. — 2) *quaestus, lucrum, emolumentum,* v. rad. Hi. no. 3. Eccl. I, 3: מַה־יִּתְרוֹן לָאָדָם בְּכָל־עֲמָלוֹ II, 11. III, 9. V, 8. 15. (Syr. ܝܘܬܪܢܐ lucrum).

יִתְרָן v. יֶתֶר no. 5, e.

מוֹתָר m. 1) *quaestus* (pr. das Erübrigen, der Vortheil, Erwerb bey der Arbeit, v. יֶתֶר no. 2 et יִתְרָה). Prov. XIV, 23. XXI, 5. Opp. מַחְסוֹר. — 2) *praestantia* Eccl. III, 19.

מֵיתָר m. i. q. יֶתֶר no. 1 *funis,* spec. a) de funiculis tentorii Ex. XXXV, 18. XXXIX, 40. Num. III, 26. 37. IV, 26. 32. Jes. LIV, 2. Jer. X, 20. b) de chorda arcus Ps. XXI, 13.

כ

Caph, undecima alphabeti littera, numerum *vicenarium* indicans. Nomen eius (כַּף) *manum, palmam* designat, cuius rudiorem figuram exhibent litterae Phoeniciae (v. Gesenii Monum. Phoenicia p. 32). Possit quidem figura vulgaris scripturae quadratae *volae* similior etiam videri, quam illae: nihilominus hanc non antiquam et nativam esse, certa litterarum historia docet (v. l. c. tab. 1. 3. 4. 5).

Uti litterarum palatinarum ferme media permutatur 1) cum reliquis palatinis, ut י p. 557 A, et ג p. 252 A., maxime cum ק, v. c. כּוֹבַע et קוֹבַע clypeus, דָּכַךְ et דָּקַק contudit, רָכַךְ et רָקַק رق tenuis fuit, כָּפַל et chald. קְפַל duplicavit, כַּרְסֵם chald. קַרְסֵם depavit, צָחַק ضحك risit, חָבַק حبك amplexus est, et alia multa in linguis cognatis, v. Schultens clav. dialectorum p. 295. Scheidius ad cant. Hiskiae p, 196. — 2) Rarius transit in gutturales sono cognatas, maxime a) in ח خ, ut חֹלֶד, خُلْد, نُلْد talpa; חָרִיץ كريص caseus; כָּבַר, ܟܒܰܪ ܟܒܳܪ et חָבוֹר خابور Chaboras fluvius, כָּבָה كبا et خبا exstinxit, מָחַר et מָכַר emit, vendidit, et in lingua arabica كسف et خسف defecit sol, كنز et خنز abscondidit al. quo factum est, ut Judaei et Syri Arabica litteris Hebraeis et Syriacis scribentes خ Arabum littera כ exprimant; b) in ע غ, v. c. כְּפִיר arab. غفر et غفر leo invenis, כָּפַר et غفر texit, כָּתַר et עָטַר circumdedit, coronavit; c) adeoque in ה, ut מָכַר, מָחַר, מָהַר emit, vendidit, et fortasse nonnulla alia (v. Hitzig ad Jes. p. 425).

In lingua Graeca respondent et *κ* et *χ*, sed vocabula semitica per כ scripta in lingua Graeca plerumque habent *κ*, ut כַּד *κάδος*, כָּוָה *καίω*, *καύω*, כָּלַף *κολάπτω*, כַּמֹּן *κύμινον*, כִּנּוֹר *κινύρα*, rarius *χ*, ut כָּוָן *καυών* et *χαυών*, כְּתֹנֶת *χιτών*, כַּשְׂדִּים *Χαλδαῖοι*.

כְּ, ante monosyllaba et barytona saepe כָּ (Lgb. §. 151, 1), c. Suff. כָּכֶם, כָּהֶם, כָּהֵם (reliquis personis praeponitur כְּמוֹ, כָּמֹנִי q. v. s. v. מוֹ).

A) adv. qualitatis, decurtatum ex כֵּן (ut אַךְ pro אָכֵן et similia, sed vide not.) 1) pr. demonstr. *ita*, *sic*, *hoc modo*, gr. *ὥς*. Inde bis repetitum: כְּ — כְּ *sicut — ita*; *quomodo — hoc modo*, ubi duae res inter se comparantur (germ. sup. vet. *so — so*, pro vulg. *wie — so*). Lev. VII, 7: כַּחַטָּאת כָּאָשָׁם *ut sacrificium pro peccato ita s. pro delicto*. Num. XV, 15. Hos. IV, 9. 1 Reg. XXII, 4: כָּמוֹנִי כָמוֹךָ כְּעַמִּי כְּעַמֶּךָ *sicut populus meus ita populus tuus*. Jes. I, 8: כִּמְלוּנָה בְמִקְשָׁה כְּעִיר נְצוּרָה *sicut tugurium in cucumerario ita urbs servata* (parall. relicta est Zion ut casa in vinea), et contra, quamquam rarius, *ita — sicut*; *hoc modo — quomodo*, gr. *ὥς — ὥς* Gen. XLIV, 18: כָּמוֹךָ כְּפַרְעֹה *ita tu, ut Pharao*. XVIII, 25. Ps. CXXXIX, 12. Pro varia ratione comparationis illud saepe reddi potest: *tam — quam*. Lev. XXIV, 16: *lapidabit eum omnis coetus* כַּגֵּר כָּאֶזְרָח *tam peregrini, quam indigenae*. Deut. I, 17: כַּקָּטֹן כַּגָּדֹל תִּשְׁמָעוּן *tam parvum quam magnum audietis*. Ez. XVIII, 4; *quantus, tantus*; *qualis, talis* (*ὅσος, τόσος· οἷος, τοῖος*). Jos. XIV, 11: כְּכֹחִי אָז וּכְכֹחִי עָתָּה *quale robur meum tunc* erat, *tale idem nunc*. 1 Sam. XXX, 24. Plenius dicunt: כְּ — כֵּן Ps. CXXVII, 4. Joël II, 4, etiam כְּ — וּכְ, maxime in recentiore Hebraismo Jos. XIV, 11. 1 Sam. XXX, 24. Dan. XI, 29. Ezech. XVIII, 4.

2) relat. *quomodo*, auf welche Weise, post verbum יָדַע (ut alibi אֵיךְ Ruth III, 18). Eccl. XI, 5: *quemadmodum non nosti, quae sit via venti* וְכַעֲצָמִים בְּבֶטֶן הַמְּלֵאָה *et quomodo ossa oriuntur in utero gravido, ita* cet. Plena eaque emendatior locutio esset: אֵיךְ הָעֲצָמִים יִהְיוּ בְּבֶטֶן מְלֵאָה, vel אֵי זֶה דֶּרֶךְ הָעֲצָמִים.

3) indefinite *quodammodo* (einigermaassen), inde, ubi numerus, et mensura vel spatii vel temporis rationibus obiter subductis indicantur: *circiter*, gr. *ὡς* (*ὡς πεντήκοντα*), *ὡσεί*, *ὅσον*; nostr. *ungefähr, etwa*. Hebraei appellant כף השיעור Caph mensurae s. aestimationis. 1 Reg. XXII, 6: כְּאַרְבַּע מֵאוֹת אִישׁ *circiter quadringenti viri*. Exod. XII, 37. Ruth II, 17: כְּאֵיפָה שְׂעֹרִים *circiter modius hordei*; Num. XI, 31: כְּדֶרֶךְ יוֹם *circiter unius diei iter*. Ruth I, 4: כְּעֶשֶׂר שָׁנִים *circiter decem anni*. Gen. XXXVIII, 24. Jos. III, 4. IV, 13. X, 13. Iud. III, 29. VIII, 10. IX, 49. XVI, 27. XX, 32. 40. 1 Sam. IV, 2. IX, 22. XIII, 15. XIV, 2. 14. XXII, 2. XXIII, 13. XXV, 13. Sequente בְּ particula (quod rarum est, siquidem in huius generis exemplis בּ omisso acc. poni solet, v. Gramm. §. 116 not.), 1 Sam. XIV, 14: כְּבַחֲצִי מַעֲנָה *circiter in dimidio sulco*. — Etiam de temporis momento minus accurate definito. Ex. XI, 4: כַּחֲצֹת הַלַּיְלָה *circiter media nocte*. IX, 18: כָּעֵת מָחָר *cras circiter hoc tempore*. Dan. IX, 21: כְּעֵת מִנְחַת עָרֶב *circiter tempore sacrificii vespertini*. (In his etiam exemplis כְּ potest, ut fecimus, adverbialiter accipi, et substantivum in accusativo tempus indicante: sed vide B, no. 3).

B) Praep. 1) *ut*, *sicut*, *instar*, *tanquam*, similitudinem qualemcunque indicans 1 Sam. XXV, 36: מִשְׁתֶּה בְּבֵיתוֹ כְּמִשְׁתֵּה הַמֶּלֶךְ *convivium in domo eius instar convivii regii*. Ps. I, 3: *nam est* כְּעֵץ שָׁתוּל עַל פַּלְגֵי מָיִם. Gen. IX, 3: כְּיֶרֶק עֵשֶׂב נָתַתִּי לָכֶם אֶת־כֹּל *ut herbam viridem dedi vobis omnia*. Thren. III, 12: יַצִּיבֵנִי כַּמַּטָּרָה *posuit me tanquam scopum*. Gen. XXV, 25. XXIX, 20. Iob. XXXII, 19 al. Ita de similitudine figurae, speciei (Cant. VI, 6: *dentes tui* sunt כְּעֵדֶר הָרְחֵלִים *instar gregis ovium*. Iud. VIII, 18. Iob. XLI, 10); magnitudinis (Jos. X, 2: *nam urbs magna erat Gibeon* כְּאַחַת עָרֵי הַמַּמְלָכָה *sicut una urbium* i. e. tanta, quanta ulla urbs); numeri (כַּחוֹל הַיָּם instar arenae maris, כְּכוֹכְבֵי הַשָּׁמַיִם Gen. XXII, 17. XXVI, 4, כַּעֲפַר Gen. XIII, 16); temporis (Iob. X, 5. Ps. LXXXIX, 37: כִּסְאוֹ כַּשֶּׁמֶשׁ *solium eius* stabit *instar solis* i. e. quamdiu sol lucebit, cf. LXXII, 17); sortis (cf. הָיָה כְּ idem expertus est atque — p. 373 B et נָתַן כְּ s. v. נָתַן); saepe ita, ut tertium quod vocant comparationis addatur Iob. XXXIV, 7: *quis sicut Iobus*, qui *bibat iniquitatem tanquam aquam?* Gen. III, 5: וִהְיִיתֶם כֵּאלֹהִים יֹדְעֵי טוֹב וָרָע. Bis repetitum est, ubi duae comparationes instituuntur (aliter atque A, no. 1) Cant. I, 5. Spec. notandum: a) Substantivum praevio כְּ notat *quod huic rei simile est*, rem personamve ei similem. Dan. X, 18: כְּמַרְאֵה אָדָם (species) *ceu humana species*, (aliquid) *instar speciei humanae*, (etwas) *wie eine Menschengestalt*. VIII, 15 (chald. VII, 13: כְּבַר אֱנָשׁ species quaedam *instar filii hominis*) Deut. IV, 32: *num factum est* כַּדָּבָר הַגָּדוֹל הַזֶּה aliquid *instar huius rei ingentis?* Gen. XLI, 38: הֲנִמְצָא כָזֶה אִישׁ *num exstat* vir *instar huius viri?* talis vir. Ita כָּזֶה, כָּאֵלֶּה saepe latine reddi possunt *talis, tale, talia*, vide ad זֶה no. 4, c, p. 405 B. — b) Verbis similitudinis pleonastice addi potest כְּ: נִמְשַׁל כְּ ut nostr. ähnlich seyn *wie* jem. — c) de articulo post כְּ comparativum frequentissimo v. supra ה art. 2, c, p. 361 A.

2) *secundum* (*κατά*), convenientiam cum aliqua norma indicans. Gen. I, 26: כִּדְמוּתֵנוּ *secundum similitudinem nostram*. IV, 17: *et vocabat nomen urbis* כְּשֵׁם בְּנוֹ חֲנוֹךְ *secundum nomen filii sui Henoch*. Jos. VI, 15: כַּמִּשְׁפָּט הַזֶּה *secundum hanc legem*, hunc in modum. 2 Reg. I, 17: כִּדְבַר יְהוָה *secundum verbum Dei*. 1 Sam. XIII, 14: אִישׁ כִּלְבָבוֹ *vir secundum animum eius*, qualis ei placet. Ps. VII, 18: *celebrabo Jehovam* כְּצִדְקוֹ *secundum iustitiam eius* i. e. prout, quemadmodum iustitia eius postulat. Thren. III, 64: כְּמַעֲשֵׂה יְדֵיהֶם *secundum opus manuum ipsorum* i. e. prout meruerunt. Ps. LXXVIII, 72: כְּתֹם לְבָבוֹ *secundum integritatem animi sui*, pro animo suo integro, ut ferebat animi integritas. Zach. II, 10: *dispersi vos* כְּאַרְבַּע רוּחוֹת הַשָּׁמַיִם *secundum quattuor ventos*

coeli i. e. versus qu. v., κατὰ τοὺς ἀνέμους. Gen. VI, 22. XLIV, 2. Exod. VIII, 9. 27. XXI, 9. XXVI, 30. XXXIX, 8. 32. Jos. I, 7. VIII, 8. 27. 34. XIX, 47. Iud. XX, 10. 1 Sam. XI, 10. 2 Sam. XXII, 21. 1 Reg. II, 6. XIII, 5. XVII, 15. Jerem. XVII, 10. Prov. XXIV, 12 al. Cf. כְּיַד secundum manum, pro manu, v. יָד litt. cc. Etiam hoc significatu in apodosi sequitur כֵּן. Gen. VI, 22: כְּכֹל אֲשֶׁר צִוָּה אֹתוֹ אֱלֹהִים כֵּן עָשָׂה.

3) ab usu eius adverbiali supra exposito (A, no. 3) proficiscitur is particulae usus, quo in meram *particulam temporis* abiit, ut germ. *um* in formula: *um drey Uhr*, quod non tantum est *circa horam tertiam* sed etiam *ipsa hora tertia*. Sic תְּמוֹל שִׁלְשׁוֹם = כִּתְמוֹל שִׁלְשׁוֹם heri et nudius *tertius*, antea 1 Sam. XIV, 21. XXI, 6, כַּיּוֹם hoc tempore, nunc p. 584, כָּעֵת hoc tempore, v. עֵת, כָּעֵת חַיָּה tempore redivivo (v. חַיָּה p. 470), כְּרֶגַע uno momento Num. XVI, 21, כִּמְעַט exiguo tempore, brevi, cito, כִּמְעַט רֶגַע per breve momentum Jes. XXVI, 20. — Notatu dignum est Jes. XVIII, 4. 5: כְּחֹם צַח .... כְּעָב טַל .... כְּחֹם פֶּרַח calore sereno .... nube roscida .... *germine maturo*, ubi כְּ non solum in primo et tertio, sed etiam in secundo est particula temporis, et כְּעָב טַל concise dictum est pro כְּעֵת עָב טַל *tempore nubis roscidae*, bey Thaugewölk. — Ita de spatio 1 Sam. XX, 3: כְּפֶשַׂע בֵּינִי וּבֵין הַמָּוֶת *passus* (so lang *wie* ein Schritt) erat *inter me et inter mortem*. Eodem pertinet Ps. LXXIII, 2: כִּמְעַט נָטָיוּ רַגְלָי כְּאַיִן שֻׁפְּכוּ אֲשֻׁרָי *parum abfuit quin declinassent pedes mei, nihil abfuit quin effusi essent gressus mei*, ubi כִּמְעַט, כְּאַיִן proprie est: parum, nihil spatii.

4) Vim suam comparativam retinet כְּ etiam iis in locis, in quibus *Caph veritatis* (כף אמתות) seu *confirmationis* et *identitatis* (כַּף הָעֶצֶם, כַּף הַקִּיּוּם) appellant Grammatici veteres (Kimchii Michlol fol. 15) adeoque e recentissimis unus et alter (Hitzig ad Jes. p. 10): non enim redundat illud כְּ, sed comparationi inservit cum eiusdem generis individuis instituendae (Lgb. p. 846). Neh. VII, 2: כִּי הוּא כְּאִישׁ אֱמֶת *is enim erat ut vir fidus* (esse solet et debet), germ. dixeris: er war, was man einen treuen Mann nennt. Eccl. VIII, 1: מִי כְּהֶחָכָם *quis est ut sapiens?* quis ita comparatus est, ut sapiens appellari possit? quod salva sententia reddi potest: wer ist wirklich weise zu nennen? Jes. I, 7: שְׁמָמָה כְּמַהְפֵּכַת זָרִים *vastatio qualis esse solet subversio ab hostibus facta*. Tantum abest haec comparatio, ut vim sententiae extenuet, ut adeo intendat: כְּאִישׁ אֱמֶת wie ein treuer Mann nur seyn kann, quam fidissimus; wie Feinde nur verheeren können, maxima subversio (cf. gr. ὡς ἀληθῶς, Passow. v. ὡς, ὅσον, Fischer ad Weller. II, 136. Vigerius Hermanni p. 563). Ita maxime in locutione: כִּמְעַט perpauci 1 Par. XVI, 19, perpaucum Prov. X, 20, gr. ὅσον ὀλίγον, שָׂרִיד כִּמְעָט residuum perpaucum Jes. I, 7. (Eo, quem supra diximus, modo ortus etiam Syrorum usus, apud quos ܐܝܟ ܕ *sicut*, *tanquam* saepius etiam, quam apud Hebraeos, redundat, et in merum pleonasmum abiit, v. exempla quae collegit Agrell. suppl. ad synt. syr. p. 289, v. c. tanquam in ira imaginem traxerunt per plateam Barhebr. p. 72, anfugit ܐܝܟ ܕܒܛܘܫܝܐ sicut in occulto p. 602 lin. 8, ὡς ἐν κρυπτῷ Joh. VII, 10, cf. idem sine ܕ ܐܝܟ p. 605 lin. extr., ܐܝܟ ܕܫܪܝܪܐܝܬ ὡς ἀληθῶς Barhebr. 588. 606 lin. 1 et ܫܪܝܪܐܝܬ p. 265 lin. 12. Quanquam plura exempla, quae huc retulit Agrellius, alius naturae sunt v. c. „anno 604 *tanquam a salvatore nostro* Barhebr. 100,“ pro: *secundum computationem a servatore nostro*, ܐܝܟ ܕܡܫܬܡܠܝܐ ܕܥܒܪܝܐ non: tanquam in lingua Hebraeorum, sed: *secundum id quod* est in lingua Hebraea). — Ceterum permulta exempla, quae ad כ veritatis referuntur, ad כ similitudinis (B, 1) pertinent, quanquam diversa eorum ratio est. In aliis a) כְּ הָיָה est: *gessit se ut*, *tanquam* cet. Exod. XXII, 24: לֹא תִהְיֶה לוֹ כְּנֹשֶׁה *ne te geras erga eum ut foenerator*. Num. XI, 1: וַיְהִי הָעָם כְּמִתְאֹנְנִים רַע *et populus se gessit ut quiritantes de malo*, conquerebatur, quasi malum quoddam ei accidisset. 1 Sam. X, 27: וַיְהִי כְּמַחֲרִישׁ *mutum agebat*. Iob. XXIV, 14: בַּלַּיְלָה יְהִי כַגַּנָּב *noctu furem agit*. Hos. V, 10. X, 4, item IV, 4, ubi הָיָה omissum est. — Cant. I, 7: *ne sim* כְּעֹטְיָה *ut deliquium animi passura*, wie ohnmächtig. — b) Ad no. 1, a referendum est Thren. I, 20: מִחוּץ שִׁכְּלָה חֶרֶב בַּבַּיִת כַּמָּוֶת *foras grassatur gladius*, *domi* quod *instar mortis* est, ipsa *veluti mors*, dira nempe fames et pestis, cf. Ezech. VII, 15: הַחֶרֶב בַּחוּץ וְהַדֶּבֶר וְהָרָעָב מִבָּיִת. (Cf. arab. يَضْحَكُ عَنْ كَالْبَرَدِ *ridet de veluti-grandine* i. e. de dentibus candidis instar grandinis, ridendo ostendit dentes grandinis aemulos). — c) Jes. XIII, 6: כְּשֹׁד מִשַּׁדַּי יָבוֹא non est: vastatio venit ab Omnipotente, sed: *instar tempestatis vastantis venit* (vastatio) *ab Omnipotente* i. e. subito, ut tempestates irruere solent, wie Gottes Wetter kommt es vom Allmächtigen. — d) Jes. I, 8 iam supra annumeravimus exemplis litt. A, no. 1. Denique radicale est כ in כִּמְרִירֵי Iob. III, 5.

5) Infinitivo praefixum כְּ est a) *sicut*, *quemadmodum* (cf. no. 1. 2) Jes. V, 24, iron. *quasi* (als ob). Jes. X, 15: כְּהָנִיף שֵׁבֶט אֶת־מְרִימָיו *quasi* vero *baculus tollat* virum, *qui eum gerit*. — b) *ut* = *postquam*, *quum*, *ubi*, *simulatque*; ut gr. ὡς pro ἐπεί (Passow v. ὡς B, II, 5), temporis particula (cf. no. 3), ubi tempus duarum actionum inter se comparatur (cf. supra Ps. LXXXIX, 37. 38). Gen. XXXIX, 18: כַּהֲרִימִי קוֹלִי ... וַיַּעֲזֹב *ut vocem meam sustuli*, ... (so wie ich meine Stimme erhob *ille reliquit* cet. 1 Sam. V, 10: וַיְהִי כְּבוֹא אֲרוֹן הָאֱלֹהִים וַיִּזְעֲקוּ וגו׳ *ut venit arca Dei*, *clamabant* cet. Ex. XXXI, 18. Iud. II, 4. 1 Reg. I, 21. 2 Reg. II, 9. Esth. V, 2. Et de futuro tempore in sententia conditionali Gen. XLIV, 30. 31: וְעַתָּה כְּבֹאִי אֶל־אָבִי .... וְהָיָה כִּרְאוֹתוֹ כִּי אֵין הַנַּעַר וָמֵת *et ubi patrem meum adirem videretque pater*, *puerum non adesse*, statim *moreretur* cet. cf. Deut. XVI, 6. Jer. XXV, 12. Proprie temporale et

conditionale est etiam in his. Jes. XXVIII, 20: קָצַר הַמַּצָּע מֵהִשְׂתָּרֵעַ וְהַמַּסֵּכָה צָרָה כְּהִתְכַּנֵּס *brevior est lectus, quam ut extendi possis*, et (nimis *angustum* est *tegumentum*, *si ei involvi velis*. — In eandem sententiam praemittitur etiam substantivis verbalibus, 2 Par. XII, 1: כְּהֶחֱזְקָתוֹ *quum vires nactus esset*. Jes. XXIII, 5: כְּשֵׁמַע צֹר *quum audirent rumorem de Tyro*. XXX, 19: כְּשָׁמְעָתוֹ עָנָךְ *simulatque audiverit eam* (vocem), *exaudiet te*. (Similis est formula Phoenicia in inscr. Melit. 1 lin. 3. 4: כשמע קלם יברכם simulatque audiet vocem eorum, benedicet iis). Ponitur etiam sq. participio Gen. XXXVIII, 29: וַיְהִי כְּמֵשִׁיב יָדוֹ pro כִּהְיוֹתוֹ מֵשִׁיב *et quum retraheret manum*. XL, 10.

C) Raro כְּ est *Conj*. i. q. כַּאֲשֶׁר, ita ut integrae sententiae praemittatur. Jes. VIII, 23: כָּעֵת הָרִאשׁוֹן הֵקַל אַרְצָה זְבֻלוּן . . . . וְהָאַחֲרוֹן הִכְבִּיד וגו׳ *quemadmodum* (quo gradu) *priora tempora vilipenderunt terram Sebulonitarum* . . . . *ita* (eodem gradu) *sequentia honorabunt* cet., pro כַּאֲשֶׁר הָעֵת. LXI, 11. De Praepositionibus, quae additis (sed per ellipsin etiam omittendis) coniunctionibus relativis אֲשֶׁר vel כִּי in Coniunctiones vertuntur, v. Lgb. p. 636, Gramm. §. 102, 1, litt. c. adde de nostro exemplo Ewaldi gramm. p. 614.

De ellipsi בְּ praefixi post כְּ, quam plurimi interpretes statuebant sine necessitate, vide quae observavimus in gramm. hebr. §. 116, not.

Not. Praeter linguam hebr. כ praef. habetur apud Phoenices, tum pro *sicut* litt. B, 1, tum sq. inf. v. c. כשמע ubi audivit, v. Monum. Phoen. p. 350, apud Chaldaeos (v. statim), Samaritanos (v. Uhlemanni Lexid. p. 31) et Arabes, qui كَ efferunt, v. de suffixorum ponendorum ratione de Sacy gramm. I p. 472. 473. Aethiopes ubique plenius dicunt ከመ፡ i. e. כְּמוֹ كما q. v., et Syri ܐܝܟ, ܐܝܟ݂ quod ortum est ex אֵיךְ, אֵיכָה. Ceterum etiam in Syriasmo supersunt vestigia כ nudi, ut ܐܟܚܕܐ pro chald. כַּחֲדָא cum Aleph prosthetico, non ex ܐܝܟ ܚܕܐ, quod vult Bernstein in Lexid. p. 15, ܐܟܡܐ ex ܟܡܐ, כְּמוֹ, non pro ܐܝܟ ܡܐ.

De origine eius quod supra posui, כְּ decurtatum esse ex כֵּן, multorum est sententia, tum antiquiorum tum recentiorum, in his Ewaldi gramm. maj. p. 613. gr. min. ed. 1 §. 551. Maureri al. In Lex. man. p. 457 aliam addideram de origine coniecturam his verbis: „nisi statuere mavis, כְּ adverbium ortum esse ex כִּי pr. pronomine relativo *qui*, *quae*, *quod*, inde *quomodo* (wie beschaffen), ut ὡς a relativo ὅς, item ὅσον, οἷον a relativis ὅσος, οἷος; *ut*, *uti* a ὅτι, quo etymo adoptato *proprie* relativa esset vocabuli potestas et significatio A, 2 primo loco ponenda." In hanc sententiam concessit Ewaldus gramm. min. ed. 2 §. 455 (cf. gramm. arab. 1 §. 481), qui praeterea confert sanscr. *jathâ* ut (ex *jas* qui), nostr. *wie*, qui est casus modalis a *wer*, et non solum כֹּה, כָּה, כָּכָה, sed etiam כֵּן a כְּ ducit, pro כָּהֵן *sicut illa*, *sicut hoc* (v. infra כֵּן s. rad. כּוּן). Ceterum priori illi rationi favet כְּמוֹ litt. A (max. Ps. LXXIII, 15), et quodammodo analogia syr. ܐܝܟ, ܐܝܟ݂ quod itidem ortum est ex אֵיךְ adverbio primum interrogativo, tum indefinito.

כְּ chald. i. q. hebr. litt. B, no. 1 *sicut*, *instar* Dan. VII, 4. 6. 9. 13, *tanquam* Dan. VI, 1. כִּדְנָה v. דֵּן p. 346 B. כְּדִי i. q. כַּאֲשֶׁר v. דִּי p. 334.

Particulae ex כְּ ortae vel cum eo compositae sunt:

כַּאֲשֶׁר (aram. כְּדִי, ܟܕ) pr. *sicut* (is) *qui* Iob. XXIX, 25, pro varia utriusque particulae significatione est: 1) *secundum* (id) *quod*, inde a) (tantum) *quantum* Gen. XXXIV, 12: *et dabo* כַּאֲשֶׁר תֹּאמְרוּ אֵלָי *quantum postulabitis a me*. 1 Sam. II, 16; b) *quemadmodum* i. q. כְּ A, 2, idque non substantivo, sed verbo et integris sententiis praemissum. Gen. VIII, 21: כַּאֲשֶׁר עָשִׂיתִי *quemadmodum feci*. VII, 9: כַּאֲשֶׁר צִוָּה אֹתוֹ אֱלֹהִים *quemadmodum eum iusserat Deus*. XII, 4. XVII, 23. XXI, 1 (bis). 4. XXVI, 29. XXVII, 19. XXXIV, 22. XL, 22. XLI, 13. 21. 54. XLIII, 17. XLVII, 11. Iob. XXIX, 4. XLII, 9. Jes. IX, 2. 1 Reg. VIII, 57 (et saepe), etiam imperfectis (Jos. VIII, 6: *fugiunt* כַּאֲשֶׁר בָּרִאשֹׁנָה *quemadmodum* fugerant *prius*); c) *quia*, *quod* (demgemäss dass). Num. XXVII, 14: כַּאֲשֶׁר מְרִיתֶם פִּי *quia contumaces fuistis contra me*. Iud. VI, 27. 1 Sam. XXVIII, 18. 2 Reg. XVII, 26. Mich. III, 4. Respondet usus praeverbii כְּ in formulis, qualis est כְּצִדְקִי. — Saepissime sibi respondent כַּאֲשֶׁר — כֵּן *quemadmodum* — *ita* Ex. XXXIX, 43. Num. II, 17. Jes. XX, 3. XXXI, 4, *prout* — *ita* Iud. I, 7, *quo gradu* — *eodem* Ex. I, 12. Jes. LII, 14. 15. Hos. IV, 7. Duplex est protasis: כַּאֲשֶׁר — כַּאֲשֶׁר — כֵּן Jes. X, 10. 11.

2) *ut si*, *quam si*, *quasi* (wie wenn, cf. אֲשֶׁר Conj. no. 4). Iob. X, 19: כַּאֲשֶׁר לֹא הָיִיתִי אֶהְיֶה *quasi nunquam fuissem, essem*. Jes. XXIX, 8: וְהָיָה כַּאֲשֶׁר יַחֲלֹם הָרָעֵב וגו׳ *erit quasi somniaret esuriens*, *se comedere*. Zach. X, 6.

3) *ut* temporale i. q. כְּ infinitivis praemissum, nostr. *wie*, *sowie*, *als*, sq. praet. i. q. *postquam*, *quum*. Gen. XVIII, 33: וַיֵּלֶךְ יְיָ כַּאֲשֶׁר כִּלָּה לְדַבֵּר אֶל־אַבְרָהָם *et abiit Jova finito colloquio cum Abrahamo*. XX, 13: וַיְהִי כַּאֲשֶׁר הִתְעוּ אֹתִי אֱלֹהִים מִבֵּית אָבִי וָאֹמַר. XII, 11. XXIV, 22. 52. XXVII, 30. XXIX, 10. XXX, 25. XXXVII, 23. XLIII, 1. Exod. XVII, 11. XXXII, 19. 1 Sam. VIII, 1. 6. XII, 8. 2 Sam. XII, 21. Ps. LI, 2. Jer. XXXIX, 4 et saepe. — Esth. IV, 16: כַּאֲשֶׁר אָבַדְתִּי אָבָדְתִּי *ubi periero*, *periero*, wenn ich todt bin, bin ich todt, vox desperantis. Gen. XLIII, 14. Sq. fut. transit in potestatem conditionalem. Eccl. IV, 17: *quando* (si) *ibis ad domum Dei*. V, 3: *quando vovebis votum*, si vovebis, Gen. XXVII, 40. XL, 14. Hos. VII, 12 et ita omisso verbo Jes. XXIII, 5: כַּאֲשֶׁר שֵׁמַע לְמִצְרָיִם *quando rumor* (de Tyro excisa) *perveniet in Aegyptum*. — Notabilis est pleonasmus in אַחֲרֵי כַּאֲשֶׁר Jos. II, 7 pro כַּאֲשֶׁר vel אַחֲרֵי

אֲשֶׁר, quae utraque particula in hanc unam coaluisse videtur.

כְּדֵי v. דַּי p. 334 B.

כְּדִי chald. v. דִּי p. 334 A.

כֹּה (pro כְּהוּ) 1) pr. *sicut id*, de quo dictum est (v. pag. 368 A) i. e. *ita*, *οὕτως*. Refertur proprie ad antecedentia v. c. Gen. XV, 5: *dixit: numera stellas coeli .... et dixit:* כֹּה יִהְיֶה זַרְעֶךָ *ita erit semen tuum.* Exod. V, 15: לָמָּה תַעֲשֶׂה כֹה לַעֲבָדֶיךָ *quare ita facis servis tuis* (cf. Comm. 14). 1 Sam. XVII, 27: *ita fiet viro, qui Philistaeum caedit* i. e. ut iam dictum est Comm. 25. Sed frequentius ad sequentia Deut. VII, 5: *sed ita facias iis: altaria eorum diruas.* Gen. XXXI, 8: אִם כֹּה יֹאמַר נְקֻדִּים יִהְיֶה שְׂכָרֶךָ *si ita dicit: maculati erunt merces tua.* 2 Reg. XII, 10: כֹּה תֹאמַר לָעָם הַזֶּה לֵאמֹר *ita dicas huic populo* cet. et persaepe, ubi verba alicuius referuntur ab alio Iud. XI, 15: *et dixit iis:* כֹּה אָמַר יִפְתָּח *ita dicit Jephta.* Ex. V, 10: כֹּה אָמַר פַּרְעֹה *ita dicit Pharao.* III, 15: *ita dices Israëlitis*, et sexcenties in formula: כֹּה אָמַר יְהוָה *ita dicit Jova.* Jer. II, 2. VII, 20. IX, 16. 22. XVIII, 13. XXII, 6. XXIX, 10. XLIX, 12 al. (v. p. 578 A), cf. hom. *ὧδε*. — Sunt etiam exempla, in quibus כֹּה nil habet, quo referatur, ut in illa iurandi et adiurandi formula: כֹּה יַעֲשֶׂה לִּי אֱלֹהִים וְכֹה יוֹסִיף *ita faciat mihi Deus et ita pergat*, quae primitus cum aliquo castigandi puniendive gestu coniuncta fuisse videtur, quum sententia sit: *graviter puniat me Deus.* Cf. Plautinum Mostell. 1, 3, 65: Dii me faciant, quod volunt, si ob istam orationem te liberasso denuo, et nisi Scapham enicasso. Sed de universa hac locutione paullo accuratius nobis h. l. disputandum est. Ac ipsa quidem formula plerumque quidem ea est, quam supra dedimus, his exceptionibus, quod Ruth I, 17 pro אֱלֹהִים est יְהוָה; 1 Reg. XIX, 2. XX, 10, ubi idololatrae loquuntur, verbum in pl. ponitur: *ita faciant nobis dii et ita pergant;* 1 Sam. XIV, 44. 1 Reg. XIX, 2 dat. personae plane omissus est: כֹּה יַעֲשֶׂה אֱלֹהִים וְכֹה יוֹסִף; semel, nempe in adiurando, dativus refertur ad secundam personam (1 Sam. III, 17: כֹּה יַעֲשֶׂה לְּךָ אֱלֹהִים וְכֹה יוֹסִיף אִם), semel adeo haec habentur 1 Sam. XXV, 22: כֹּה יַעֲשֶׂה אֱלֹהִים לְאֹיְבֵי דָוִד וְכֹה יֹסִיף אִם *ita faciat Deus inimicis meis et ita pergat, si reliquero* cet., ubi recte Clericus: „quoniam sic loquitur David de inimicis suis, haec verba sunt intelligenda in hanc sententiam: Deus iterum atque iterum *benefaciat* hostibus meis et proinde *mihi malefaciat,* si hunc inultum dimisero", gestus igitur benefaciendi, blandiendi supponendus esset, nisi forte interpretari placet: *ita continuo puniat me Deus per hostes meos*, ut לְ sit Lamed caussae et auctoris. Id quod aliquis hac iurandi formula futurum vel a se factum iri negat, ponitur praevio אִם 2 Reg. VI, 31: *ita faciat mihi Deus et ita pergat* אִם יַעֲמֹד רֹאשׁ אֱלִישָׁע עָלָיו הַיּוֹם. 1 Reg. XX, 10. 1 Sam. III, 17. XXV, 22 (semel כִּי אִם 2 Sam. III, 35); contra id quod aliquis affirmat, praevio אִם לֹא 2 Sam. XIX, 14, et saepius praemisso כִּי, 1 Sam. XIV, 44: *ita faciat Deus et ita pergat*, כִּי מוֹת תָּמוּת יוֹנָתָן *moriendum tibi est, Jonathane.* Ruth I, 17: כֹּה יַעֲשֶׂה .... יוֹסִיף כִּי הַמָּוֶת יַפְרִיד בֵּינִי וּבֵינֵךְ *ita faciat mihi Deus ....* (nil nisi) *mors me separabit a te.* 2 Sam. III, 9. 1 Reg. II, 23. XIX, 2 (sed 1 Sam. XX, 13 כִּי incipit sententiam conditionalem: כִּי יֵיטִב . . . עָלֶיךָ, sequitur igitur ipsa sententia sine praevia particula). Iam de priore illa formula sq. אִם et אִם לֹא dubitari nequit, eam significare: *ita Deus mihi malefaciat perpetuo, si fecero, si non fecero:* sed posterioris affirmativae sq. כִּי alia ratio est. Etenim locutio illa media עָשָׂה לְ in his exemplis, ut supra 1 Sam. XXV, 22 in bonam partem accepta videtur, ut sententia sit: *ita Deus mihi benefaciat perpetuo*, *ut* hoc vel verum est vel a me fiet, ad verbum: *ita Deus mihi benefaciat!* hoc iuramento affirmo, *quod* (כִּי). Cf. lat. *ita me Dii ament*, *honestus est* (Ter. Eun. 3, 2, 21), et in adiuratione (ut 1 Sam. III, 17): *ita te amabit Juppiter*, ut tu nescis (Plaut. Aulul. 4, 10, 31), v. Gesneri thes. s. v. ita. Est

2) partic. loci: *hic* (ut *ὧδε* in scriptoribus graecis post Homerum), sed raro (cf. כְּ no. 3 extr.) Ruth II, 8, כֹּה — כֹּה hic, illic Num. XI, 31. עַד כֹּה usque ad hunc locum Gen. XXII, 5; post verba motus: *huc* Gen. XXXI, 37. Num. XXIII, 15. כֹּה וָכֹה *huc et illuc* Ex. II, 12. (Syr. ܟܳܐ hic, tantum in compp. ܠܟܳܐ huc, ܡܟܳܐ hinc, v. Agrell. suppl. ad synt. p. 301. 302).

3) part. temporis: *nunc*, unde עַד־כֹּה *hucusque* Ex. VII, 16. Jos. XVII, 14. עַד כֹּה וְעַד כֹּה hucusque et illucusque, bis dann und dann i. e. interea 1 Reg. XVIII, 45. — A כֹּה ortum est אֵיכֹה q. v. p. 79 A.

כָּה chald. i. q. hebr. כֹּה no. 3. עַד־כָּה hucusque Dan. VII, 28. Vel ortum est ex hebr. כֹּה ex vulgari vocalium mutatione (קְטֹל, קְטַל), vel est pro כָּהִי, כָּה, ut יָהוּ, יָהּ, יָה. Atque hoc praefero, nam כָּה etiam Hebraeis usitatum fuisse, arguit אֵיכָה (de quo vide p. 79 A) et כָּכָה.

כַּחֲדָה chald. *simul*, pr. sicut unus. v. pag. 63 B.

כָּכָה (Milêl, praeter Ex. XII, 11, ubi vide Masoram), ortum ex כָּה כָּה *ita*, *sic*, idque paulo fortius, quam simplex כֹּה, nostr. *also*. Refertur ad id, de quo constat ex antecedentibus Exod. XXIX, 35. Num. VIII, 26. XI, 15. XV, 11. 12. Deut. XXIX, 23. Hos. X, 15, et ad sequentia Ex. XII, 11. 1 Reg. I, 48. Habetur in omnis aetatis et sermonis scriptoribus, ubique absol., nunquam praevio כְּ 1 Sam. II, 14. XIX, 17. 2 Sam. XIII, 4. Jos. X, 25. 2 Par. VII, 21. Esth. VI, 9. Jer. XIII, 9. XIX, 11. XXII, 8. Ez. IV, 13. Iob. I, 5 al. Inde אֵיכָכָה *quomodo?* q. v. — Aramaei abiecto ה extremo inde effinxerunt כַּךְ *ita*. Cuius quidem particulae usus quum late apud eos pateat, sunt, qui hebr. כָּכָה ex כַּךְ addito He paragogico ortum putent: in qua sententia, licet falsissima, etiam Hebraeorum Grammatici fuisse videntur, qui tonum in penultima ponebant.

כְּמָה chald. v. כְּמָה.

כַּמָּה *quantus, quot?* v. מָה hebr.

כְּמוֹ v. מוֹ.

כְּנֵמָא chald. adv. *huiusmodi, hoc modo, ita.* Refertur plerumque ad verba sequentia v. c. Esr. IV, 8: *scripserunt epistolam regi* כְּנֵמָא. Vulg. huiusmodi. V, 9. 11, sed ad antecedentia refertur V, 4. VI, 13. R. Salomo et Aben Esra, quos sequuntur Buxtorf. in Lex. al. id ortum esse observant ex כ et נֵימָא, נֵימָא i. q. נֵימַר, נֵאמַר *dicemus*, abiecto r, cf. יֵימָא dicet, תֵּימָא dices, לְמֵימָא dicendo (v. Buxtorf p. 124) et alia Resch in verbis extremis abiecti exempla in nn. pr. אֲשֵׁי, אָסֵי pro אֲשֵׁר, אָסֵר, adde particulam syr. ܐܝܟܢܐ, quam ex ܐܝܟ ܐܡܪ *quasi dicas* ortam esse bene observat HAMAKERUS (diatr. de monumm. Punicis p. 85). Qua in re ut viri docti coniecturam non possumus non probare, ita alii eiusdem observationi adstipulari non possumus, qua idem (Miscell. Phoen. p. 143, sed praeeunte iam Simoni in Lex.) hanc quae prae manibus est particulam ex כְּ et נאמא ducit, quod quidem posterius sit inf. verbi נאם *dicere*, cum א emphatico, in quam sententiam laudatur formula talmudica apud Buxtorf. p. 1286: יהי עלינו כנאמך *sit nobis secundum dictum tuum.* Nam neque נאמא potest inf. chald. esse a rad. נאם, qui esset מִנְאַם, neque נְאַם apud Chaldaeos *dicendi* potestatem habet: imo ipsum illud כנאמך nihil aliud est quam כְּנֵמָא = כִּנְאָמָא, addito suff. 2 personae. Illam de vocis origine sententiam expressit interpres Hebraeus Esrae apud Kennicottum, qui IV, 8 reddit: כן אמר, fortasse כנאמר *sicut dicemus*, V, 4: כשנאמר *sicut dicemus.* Nonnulli codd. plene scribunt כנימא, כנימה.

כְּעַל v. עַל s. rad. עָלָה.

כְּעַן chald. adv. temporis: *iam, nunc* Dan. II, 23. III, 15. IV, 34. V, 12. 15. 16. VI, 9. Esr. IV, 13. 14. 21. V, 17. VI, 6, עַד כְּעַן hucusque Esr. V, 16. (In Targg. etiam מִכְּעַן hinc 2 Sam. III, 8). Simonis hanc particulam ducit a כְּ praef. et nomine inusit. עַן fort. praesens, a rad. arab. عنّ = عنى accidit, obvenit, unde عَنَن res ipsa coram apparens (quam eandem significationem nuper Redslobius verbis Hebraeis עָנָה et נָאָה vindicatum ivit): aliis כ radicale videtur, ut כְּעַן idem sit quod כֵּן *nuno* (Neh. II, 16), chald. כַּאן ut sam. קעם i. q. קוּם. Videtur כְּעַן etiam *sic* significasse, unde fem.

כְּעֶנֶת, in una formula וּכְעֶנֶת *et ita* (porro), *et cetera* Esr. IV, 10. 11. VII, 12, et contr. וּכְעֶת id. IV, 17. Etymon quoddam a rad. ענה spectasse etiam videtur interpres Hebraeus, qui ubique reddit וכן עונה, quanquam hoc mihi quidem obscurum est.

כְּפִי v. פֶּה *os* sub rad. פָּהָה.

כְּשֶׁ Conj. praef. i. q. כַּאֲשֶׁר secundum id quod, inde 1) *quemadmodum, sicut* Eccl. V, 13: כְּשֶׁבָּא *sicut venerat.* XII, 7. 2) *quum, quando.* Eccl. IX, 12. X, 3.

כָּאֵב (v. syr. et arab.) fut. יִכְאַב *doluit, dolore affectus est.* (Chald. כְּאֵב, syr. ܟܐܒ doluit, moeruit, arab. كَئِبَ nonnisi translate: moeruit, قلب مكتئب animus moestus cf. Schult. ad Iob. p. 152). Dicitur proprie Gen. XXXIV, 25, translate de animo dolente i. e. *moesto* Ps. LXIX, 30: אֲנִי עָנִי וְכוֹאֵב. Prov. XIV, 13: *etiam in risu* יִכְאַב לֵב *cor dolet.* — Iob. XIV, 22: אַךְ בְּשָׂרוֹ עָלָיו יִכְאָב *nonnisi in se ipso dolores sentit corpus eius* (in sepulcro), nil curans liberos superstites (ad rem cf. Jes. LXVI, 24. Judith. XVI, 17).

Hiph. 1) *dolore affecit* Iob. V, 18. Ez. XXVIII, 24, sq. acc. pers. Ez. XIII, 22. — 2) *afflixit* i. e. *perdidit, pessumdedit.* 2 Reg. III, 19: וְכֹל הַחֶלְקָה הַטּוֹבָה תַּכְאִבוּ בָּאֲבָנִים *et quemvis agrum bonum perdetis lapidibus* in eum iniectis, quibus sterilis reddatur, cf. Jes. V, 2. Iob. V, 23. LXX. ἀχρειώσατε. Simili translatione agrum incultum *mortuum* dicunt (Gen. XLVII, 19), vitesque grandine profligatae poët. *interfici* dicuntur Ps. LXXVIII, 47. (Simonis תַּכְאִבוּ per Syriasmum dictum volebat pro תְּכַבִּיבוּ, coll. יִמְאַס Iob. VII, 5 pro יִמַּס, a rad. כָּבַב syr. ܟܒ nocuit; quod tamen minime necessarium).

כְּאֵב (Zere impuro) m. cstr. כְּאֵב (Jes. LXV, 14) *dolor* a) corporis Iob. II, 13. XVI, 6, de calamitate, rebusque adversis Jer. XV, 18. Ps. XXXIX, 3. b) animi. Jes. XVII. 11. LXV, 14 (h. l. addito לֵב). (Syr. ܟܐܒܐ dolor).

מַכְאוֹב pl. מַכְאֹבִים c. suff. מַכְאֹבָיו Ex. III, 7. Jes. LIII, 4. Ps. XXXII, 10, et מַכְאֹבוֹת Jes. LIII, 3 m. *dolor* Iob. XXXIII, 19. Ps. LXIX, 27. 2 Par. VI, 29. אִישׁ מַכְאֹבוֹת vir dolorum i. e. doloribus excruciatus Jes. LIII, 3. Saepe ampliore significatu de calamitatibus, rebusque adversis, quibus aliquis vexatur Exod. III, 7. Ps. XXXII, 10. XXXVIII, 18. Thren. I, 12. 18.

כָּאָה in Kal inusit. i. q. syr. ܟܐܐ pro ܟܐ increpuit, obiurgavit v. Castell. adde Barhebr. p. 53, inde intrans. *pavidus, pusillanimis, afflictus fuit,* cf. כָּהָה increpavit, arab. كهى pusillanimis fuit, كاء tristis fuit, كأكأ pusillanimis fuit, كعّ terruit, compescuit, cohibuit, med. E intrans. pavidus, pusillanimis fuit (cf. جزم et زعق inclamavit, increpuit et intrans. territus est, timidus fuit, زَعِقَ, زَعِيق pavidus, timidus). Origo fortasse est in *percutiendo* (cf. נָכָא), quod ad verba aspera translatum est, inde pass. et intrans. *niedergeschlagen, abattu,* unde Niph. נִכְאָה idem valet quod נָכָא.

Hiph. afflixit aliquem, animum eius fregit. Ezech. XIII, 22: הַכְאוֹת לֵב צַדִּיק.

Niph animo demisso et abiecto fuit. Ps. CIX, 16: נִכְאֵה לֵבָב. Dan. XI, 30: וְנִכְאָה *et animum abiiciet.* — נִדְכֵּאתִי Iob. XXX, 8 certius ad Niph. verbi נָכָא refertur.

כָּאֶה m. *pavidus, afflictus.* Huc referendum Keri Ps. X, 10: חֵל כָּאִים *turba afflictorum.* Sed Chethibh praeferendum est, v. rad. חָלַךְ.

כָּבַב rad. in verbo inusit. Arab. كَبَّ, aethiop. ከበበ: convolvit, ክቡብ: rotundus, ክቡብ: orbis, syr. ܟܒܟܒܐ glomus, unde

כַּבּוֹן (syr. ܟܒܟܘܢܐ placenta) n. pr. oppidi in campestribus Judae Jos. XV, 40.

כּוֹכָב (pro כּוֹכָב, כַּבְכָּב, כַּוְכָּב) m. *stella*, pr. globulus. (Arab. كَوْكَبٌ, aram. כּוֹכְבָא, ܟܘܟܒܐ, ܟܘܟܒ, aethiop. ኮከብ: et ኮከብ: id.) Gen. I, 16. XXXVII, 9. Iob. III, 9. IX, 7. Ps. VIII, 4 cet. כּוֹכַב אֱלֹהֵיכֶם stella dei eorum (v. de h. l. ad כִּיּוּן) Am. V, 26. בֵּין כּוֹכָבִים inter stellas i. e. in ipso coelo Obad. 4. Passim cogitantur ut naturae animatae instar angelorum (cf. צָבָא), quibus puritas s. integritas (Iob. XXV, 5), vox Deum celebrans (XXXVIII, 7) tribuitur. Saepe memorantur utpote innumerae Gen. XV, 5. XXII, 17. XXVI, 4. Ex. XXXII, 13. Deut. I, 10. X, 22. XXVIII, 62. Metaph. *stella* dicitur de principe illustri Num. XXIV, 17: דָּרַךְ כּוֹכָב מִיַּעֲקֹב *surget stella ex Jacobo* (int. Davidem). (Sic in Kamuso كوكب inter alia explicatur: dux et princeps gentis. Har. 30, p. 323 de Sacy: انّ رأيتُ على جُرْدٍ من الخَيْلِ عُصْبَةً كمَصابيحِ اللَّيْلِ *ecce vidi super equis glabris agmen virorum instar lampadum noctis* i. e. stellarum. „Apud Aethiopes viri sancti *stellae* vocantur, ut apud poëtam msc. in Encomio coelest. et terrestr. 6. Febr. II, 1. 2: ሰ: ለስሙ: ጸዳላኒ: ልብ: ወሕሊያ: አቡቂር: ወዮሐን ስ: ከዋክብት: ዘእስክንድርያ: *pax* sit *nomini candidorum corde et animo Abukiri et Ioannis, stellarum Alexandriae.* Et Encom. 26. Nov. I, 1. 2 de martyribus Nagranensibus: ሰ: እብል: ሥነክሙ: መአድሙ: ከዋክብተ: ናግሬን: አዕናቍ: ዘ አብሬህክሙ: ዓለመ: h. e. *pax! dico formam vestram delectabilem, stellas Nagran urbis, gemmas, qui illustrastis mundum.*" SIMONIS in Onomast. p. 581. — Ita lat. gentis suae *sidus* Ovid. Pont. 3, 3, 2. Apud Suet. Calig. 13 narratur, Caligulam praeter alia fausta nomina *sidus* appellatum esse: Alexander Macedoniae *sidus* vocatur apud Curt. 9, 6. 8).

כָּבֵד (Jes. XXIV, 20) et **כָּבַד** (Iud. XX, 34) fut. יִכְבַּד 1) *gravis fuit.* (Aeth. ከብደ: id. ክቡድ: gravis, ክብድ: onus, pondus. Apud Arabes et Syros nonnisi vestigia quaedam huius radicis et significationis supersunt, ut كَبَدَ molestum fuit alic. frigus, كَبَدٌ molestia, كُبَادٌ vehementia frigoris cf. ad no. 1; أَكْبَدُ medio corpore corpulentus, tardus cf. ad no. 5, syr. ܐܬܟܒܕ indignatus, iratus est, fort. a iecinore, ut sede irae. De origine vide ad rad. כָּבַר). Proprie de pondere Iob. VI, 3, inde de gravi scelere (quod oneris instar incumbere videtur peccatori v. זָדוֹן p. 399) Gen. XVIII, 20. Sq. עַל *graviter incubuit alicui*, de manu victoris, quae victo graviter incumbit. Iud. I, 35: וַתִּכְבַּד יַד בֵּית יוֹסֵף *et gravis facta est manus Josephitarum* (*super Amoritis*, quod recte addunt LXX) i. e. eos depressit, depressos tenebat, imagine petita a victore in certamine singulari, qui adversarium prostratum gravi manu humi tenet (cf. similem formulam וַתָּעָז יָדוֹ עַל Iud. III, 10. VI, 2, cui respondet de victo הִכָּנַע תַּחַת יַד פ׳ III, 30. IV, 23. VIII, 28, it. hom. βαρείαι χεῖρες Il. ά, 89. 97. φ', 548); inde de manu Dei puniente Ps. XXXII, 4: יוֹמָם וָלַיְלָה תִּכְבַּד עָלַי יָדֶךָ *interdiu noctuque graviter mihi incumbebat manus tua.* 1 Sam. V, 11, cf. etiam Iob. XXIII, 2 (v. יָד no. 4), quem locum Winerus p. 455 una cum Exod. XVII, 12, nescio quo errore ad manum torpidam refert; de peccato Jes. XXIV, 20: כָּבֵד עָלֶיהָ פִּשְׁעָהּ *graviter ei incumbit peccatum eius*, cf. Ps. XXXVIII, 5: עֲוֹנֹתַי עָבְרוּ רֹאשִׁי כְּמַשָּׂא כָבֵד יִכְבְּדוּ מִמֶּנִּי. Inde *molestus fuit* alicui. Neh. V, 18: כִּי כָבְדָה הָעֲבֹדָה עַל הָעָם הַזֶּה *nam molesta erat servitus populo.* Ex. V, 9. 2 Sam. XIII, 25: וְלֹא נִכְבַּד עָלֶיךָ *neque tibi molesti erimus.* XIV, 26. Iob. XXXIII, 7. De hoc עַל particulae usu, vide עַל A, 1, a, β. Sq. אֶל pro עַל 1 Sam. V, 6. — Translate

2) *gravis* i. e. *dives fuit, abundavit* aliqua re, sq. בְּ Gen. XIII, 2: וְאַבְרָם כָּבֵד מְאֹד בַּמִּקְנֶה בַּכֶּסֶף וּבַזָּהָב. (Arab. ثقل ردنى gravis est manica mea i. e. dives factus sum Har. 5 p. 150 Schult.). Vide Niph. no. 2, כָּבוֹד no. 1, כְּבוּדָּה litt. B.

3) *numerosus fuit*, v. Hithpa. no. 1. adj. כָּבֵד no. 2, et כֹּבֶד no. 2.

4) *ingravuit* i. e. *vehemens factus est.* Iud. XX, 34: וְהַמִּלְחָמָה כָּבֵדָה *et vehemens facta est pugna*, sq. אֶל 1 Sam. XXXI, 3: וַתִּכְבַּד הַמִּלְחָמָה אֶל שָׁאוּל. Cf. כֹּבֶד no. 3, כָּבֵד adj. no. 3.

Quoniam res graves non facile moventur transfertur

5) ad *inertiam* (Schwerfälligkeit, v. supra arab.) usumque sensuum *impeditiorem*, inde *hebes* fuit, de oculis Gen. XLVIII, 10, de auribus (schwerhörig seyn) Jes. LIX, 1, it. de animo non facile movendo, igitur indurato Ex. IX, 7 (cf. arab. وَقِرَ de auditu gravi, syr. ܝܩܪ de oculis

hebetibus Matth. XXVI, 43, de aurium tarditate Jes. LIX, 1 Pesch. Ephraem. Syr. III, p. 553, quod posterius Lexicis addendum). Cf. Pi. no. 1. Hiph. no. 2, adj. כָּבֵד no. 4. Difficultatis notionem habes in adj. כָּבֵד no. 5.

6) *honoratus*, *illustris fuit* (cf. יָקַר, gr. βαρύς, nostr. gewichtig). Ez. XXVII, 25: וַתִּכָּבְדִי מְאֹד בְּלֵב יַמִּים. Iob. XIV, 21: יִכְבְּדוּ בָנָיו וְלֹא יֵדָע. De Deo Jes. LXVI, 25. Opp. קָלַל levis, contemtus fuit. Frequentior est hic significatus in Pi. no. 2, Hiph. no. 3, Niph. no. 2, a. b, Hithpa. no. 2, max. in nomine כָּבוֹד no. 2. 3.

Pi. 1) causat. Kal no. 5 *induravit* cor 1 Sam. VI, 6. — 2) causat. Kal no. 6 *honoravit*, *honore prosecutus est* a) homines Exod. XX, 12: כַּבֵּד אֶת־אָבִיךָ וְאֶת־אִמֶּךָ. Deut. V, 16. Num. XXII, 17. 37. XXIV, 11. 1 Sam. II, 29. XV, 30. Thren. I, 8. — Ps. XV, 4: וְאֶת־יִרְאֵי יְהוָה יְכַבֵּד *qui Jovam timent, eos honorat* (Deus) i. e. in honore et pretio habet. 1 Sam. II, 30. b) Deum 1 Sam. II, 30. Prov. XIV, 31, quod nonnunquam est i. q. laudibus celebrare Ps. XXII, 24. L, 15. 23. Jes. XXIV, 15. XXIX, 13 (ubi in malam partem additur: labiis), alibi donis oblatis honorare, sq. מִן Prov. III, 9: כַּבֵּד אֶת־יְהוָה מֵהוֹנֶךָ, et בְּ Dan. XI, 38, ubi refertur ad idolum: לֶאֱלוֹהַּ אֲשֶׁר לֹא יְדָעֻהוּ אֲבֹתָיו יְכַבֵּד בְּזָהָב וּבְכֶסֶף וּבְאֶבֶן יְקָרָה. כַּבֵּד שֵׁם יְהוָה Ps. LXXXVI, 12, לְשֵׁם יְהוָה Comm. 9. Poet. Deum celebrare dicuntur etiam bestiae Jes. XLIII, 20. c) alias res v. c. sabbatum Jes. LVIII, 13, locum sacrum Jes. LX, 13: מְקוֹם רַגְלַי אֲכַבֵּד. — Iud. IX, 9: *num mittam pinguedinem meam* אֲשֶׁר בִּי יְכַבְּדוּ אֱלֹהִים וַאֲנָשִׁים *quam in me celebrant dii et homines.* Coniungitur, ut vidimus, sq. acc. rarius sq. לְ pers. Ps. LXXXVI, 9. Dan. l. c., item בְּ rei, qua aliquis honoratur Jes. XXIX, 13. Dan. l. c., semel sq. dupl. acc. (more verborum copiae) Jes. XLIII, 23: זְבָחֶיךָ לֹא כִבַּדְתָּנִי *sacrificiis tuis non honorasti me.*

Pu. pass. Pi. no. 2. *honoratus est* Prov. XIII, 18. XXVII, 18. Jes. LVIII, 13.

Hiph. הִכְבִּיד 1) *grave fecit* v. c. iugum 1 Reg. XII, 10: אָבִיךָ הִכְבִּיד אֶת־עֻלֵּנוּ *pater tuus grave fecit iugum nostrum.* Comm. 14. 2 Par. X, 10. 14. Jes. XLVII, 6, gravia fecit vincula Thren. III, 7. — Ellipt. Neh. V, 15: *praefecti priores* הִכְבִּידוּ עַל הָעָם sc. עֹל *grave iugum imposuerunt populo* i. e. multum tributi ab eo exegerunt. — 2) causat. Kal no. 5 *hebetavit* aures Jes. VI, 10. Zach. VII, 11, *obduravit* animum Exod. IX, 34. — 3) causat. Kal no. 6 *honoravit*, *honoribus auxit*, *illustrem reddidit.* Jer. XXX, 19. Jes. VIII, 23 (IX, 1): הָאַחֲרוֹן הִכְבִּיד דֶּרֶךְ הַיָּם *ita posterum* tempus *illustrabit regionem maritimam* cet. (opp. הֵקַל). Semel *gloriam* (sibi) *paravit.* 2 Par. XXV, 19: וּנְשָׂאֲךָ לִבְּךָ לְהַכְבִּיד *et tollit te cor tuum ad gloriam* sibi *parandam.*

Niph. 1) *gravis* i. e. *dives fuit* aliqua re, i. e. ea abundavit, cf. Kal no. 2, Prov. VIII, 24: מַעְיָנוֹת נִכְבַּדֵּי מָיִם *fontes aquis divites* i. e. abundantes. (Dag. forte in hac forma reperitur etiam Jes. XXIII, 8. 9. Nah. III, 10, sed c. suff. gravi habetur נִכְבְּדֵיהֶם Ps. CXLIX, 8). — 2) a) pass. Pi. no. 2 et Hiph. no. 3 *honoratus*, *honore affectus est* Gen. XXXIV, 19: וְהוּא נִכְבָּד מִכֹּל בֵּית אָבִיו. 2 Sam. VI, 20 ironice: מַה־נִּכְבַּד הַיּוֹם מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל. Comm. 22: *apud ancillas, quas dixisti,* עִמָּם אִכָּבֵדָה *apud eas honorabor.* (Opp. נָקַל). 1 Sam. IX, 6. XXII, 14. — Jes. XLIX, 5: אֶכָּבֵד בְּעֵינֵי יי *magni habitus sum a Jova,* XLIII, 4. — 2 Reg. XIV, 10: הִכָּבֵד וְשֵׁב בְּבֵיתֶךָ *fruere honore parto et domi mane.* Part. נִכְבָּד *honoratus*, *illustris*, *spectatus.* Num. XXII, 15. 2 Sam. XXIII, 19. 23. 1 Par. IV, 9. Jes. III, 5 (opp. נִקְלֶה). Jes. XXIII, 8: כְּנַעֲנֶיהָ נִכְבַּדֵּי־אָרֶץ *cuius institores illustrissimi totius terrae* sunt. Comm. 9: לְהָקֵל כָּל־נִכְבַּדֵּי אָרֶץ LXX. ἔνδοξοι ἄρχοντες τῆς γῆς. Vulg. inclyti terrae. Targ. יַקִּירֵי אַרְעָא. Alii: ditissimi terrae cf. Kal no. 2. Sed illud praeferendum esse arguit opp. הֵקַל, adde exempla similia Nah. III, 10. Ps. CXLIX, 8. — הַשֵּׁם הַנִּכְבָּד וְהַנּוֹרָא nomen illustre et reverendum sc. Dei Deut. XXVIII, 58. — Ps. LXXXVII, 3: נִכְבָּדוֹת מְדֻבָּר בָּךְ *gloriosa tibi promissa sunt* (a Deo). — 2) b) i. q. Hithpa. *illustrem se praestitit* Lev. X, 3. Jes. XXVI, 15. Ezech. XXVIII, 22. XXXIX, 13. Hagg. I, 8. Sq. בְּ in aliquo. Ex. XIV, 4: אִכָּבְדָה בְּפַרְעֹה *illustrem me praestabo in Pharaone* i. e. potentiam meam in eo perdendo manifestabo. Comm. 17. 18.

Hithpa. 1) multiplicavit se, inde *numerosus fuit*, v. Kal no. 3. Nah. III, 15. 2) honoravit se ipsum, *gloriatus est* Prov. XII, 9.

כָּבֵד cstr. כְּבַד Exod. IV, 10 et כֶּבֶד Jes. I, 4 A) adj. 1) *gravis*, multum ponderis habens, de onere Ps. XXXVIII, 5, de iugo 1 Reg. XII, 4. 11, de viro vasti tardique corporis (schwerbeleibt) 1 Sam. IV, 18, de nube gravi (i. e. aquis onusta) Exod. XIX, 16, סֶלַע כָּבֵד petra gravis i. e. magna Jes. XXXII, 2. Saepe in malam partem: *oneris instar deprimens* (drückend), de peccato (Ps. XXXVIII, 5), inde Jes. I, 4: *populus* כֶּבֶד עָוֹן *gravis peccatis* i. e. gravium peccatorum, peccatis onustus; it. de fame gravi Gen. XII, 10. XLI, 31. XLIII, 1. XLVII, 13; it. *molestus* Prov. XXVII, 3: *gravis est lapis, onus est arena, sed ira stulti* כָּבֵד מִשְּׁנֵיהֶם *utroque gravior* i. e. molestior, difficilius ferenda cf. Sir. XXII, 17.

2) *numerosus* (cf. nostr. eine schwere Menge, graves pavonum greges, pro numerosis Varro ap. Nonium 4, no. 218), de populo Num. XX, 20, exercitu 1 Reg. X, 2. Jes. XXXVI, 2, cf. Gen. L, 9, gregibus Ex. IX, 3. XII, 38, locustarum et muscarum agmine ibid. VIII, 20. X, 14, de grandinis copia ibid. IX, 18. 24.

3) *vehemens* (v. rad. no. 4), de planctu Gen. L, 10: וַיִּסְפְּדוּ מִסְפֵּד גָּדוֹל וְכָבֵד. Vulg. celebrantes exequias planctu magno et vehementi.

4) gravitate sua *iners*, *impeditus* (cf. 1 Sam. IV, 18 et arab. اَكْبَدُ v. rad. no. 1) v. c. de ore et lingua Ex. IV, 10: כִּי כְבַד פֶּה וּכְבַד לָשׁוֹן אָנֹכִי *nam os et lingua mihi impedita sunt*, de corde quod non facile movetur, igitur *indurato* Ex. VII, 14. Alia ratio est Ez. III, 5. 6, ubi עִמְקֵי שָׂפָה כִּבְדֵי לָשׁוֹן de populis peregrinis dicitur, qui

lingua utuntur ad intelligendum *difficili*. Nam כָּבֵד est etiam

5) *difficilis*, *arduus*, de negotio Exod. XVIII, 18. Num. XI, 14.

B) subst. *iecur*, a gravitate dictum, quippe quod omnium viscerum et gravissimum et densissimum sit (verba sunt Galeni, de usu partium 6, 17) et maximam fere ventris partem expleat. Frequentatur autem verbum كَبِدَ apud Arabes de gravitate et magnitudine ventris, vide كَبِدَ magnus fuit venter, pr. gravis fuit, كَبِدٌ venter cum eius partibus, *iecur*, hoc posterius etiam كِبْدٌ, كَبْدٌ; كَبْدَاءُ corpulenta medio corpore et tardigrada femina, أَكْبَدُ corpulentus, aethiop. ከብድ: iecur, quod etiam de ventriculo 1 Tim. V, 23 et ventre usurpatur, Ludolf p. 401, syr. et nasor. ܟܒܕܐ iecur. — Prov. VII, 23. Ez. XXI, 26 (ubi agitur de inspectione iecinoris in haruspicina). יֹתֶרֶת הַכָּבֵד lobus iecoris v. sub rad. יָתַר. Thren. II, 11: נִשְׁפַּךְ לָאָרֶץ כְּבֵדִי *in terram effusum est iecur meum*, de gravissimo animi vulnere. Conferunt Iob. XVI, 13, ubi similis formula de felle exstat, sed ea tamen proprie accepta. Male enim ex illo loco colligunt (J. D. Mich. ad Cast.), כָּבֵד ipsum quoque *fel* significare, quum iecur non effundatur: sed vide 2 Sam. XX, 10.

כָּבוֹד, teste Masora bis defective כָּבֹד (Gen. XXXI, 1. Nah. II, 10), etiam c. suff. plerumque plene כְּבוֹדִי, כְּבוֹדָם, rarius defective Ex. XXIX, 43. XXXIII, 22 m. (sed fem. Gen. XLIX, 6 signif. no. 2, cc), ubi Cod. Sam. male genus masc. restituit) pr. gravitas, inde

1) *divitiae*, *opes*. Nah. II, 10: כָּבֹד מִכֹּל כְּלִי חֶמְדָּה (Reichthum an allerhand köstlichen Gefässen). Ps. XLIX, 13: כִּי יִרְבֶּה כְּבוֹד בֵּיתוֹ *ubi magnae sunt opes domus eius*. Jes. X, 3. LXI, 6. LXVI, 12. Gen. XXXI, 1. Onk. נִכְסַיָּא.

2) *honor*, *gloria* (LXX ferme ubique δόξα) v. rad. no. 6, a) hominum. 1 Reg. III, 13: עֹשֶׁר גַּם כָּבוֹד *divitiae et honor*. Eccl. VI, 2: עֹשֶׁר וּנְכָסִים וְכָבוֹד *divitiae et opes et honor*. Prov. VIII, 18. XXII, 4. 2 Par. I, 11. 12. XXXII, 27. — Prov. XX, 3: כָּבוֹד לָאִישׁ שֶׁבֶת מֵרִיב *honos* (honorificum) *est viro*, *cessare a lite*. XI, 16: אֵשֶׁת חֵן תִּתְמֹךְ כָּבוֹד. III, 35. XV, 33. XVIII, 12. De loco Prov. XXV, 27 v. pag. 515. — Ps. VIII, 6: כָּבוֹד וְהָדָר תְּעַטְּרֵהוּ *honore et gloria coronasti eum* (hominem). Iob. XIX, 9: כְּבוֹדִי מֵעָלַי הִפְשִׁיט *honorem meum mihi exuit*. 1 Sam. IV, 21: גָּלָה כָבוֹד מִיִּשְׂרָאֵל *migravit gloria ex Israële*, int. arcam foederis. — b) Dei. Ps. XIX, 2: הַשָּׁמַיִם מְסַפְּרִים כְּבוֹד אֵל. Ps. XXIX, 1: הָבוּ לַיהוָה כָּבוֹד וָעֹז. Jes. XLII, 8: כְּבוֹדִי לְאַחֵר לֹא אֶתֵּן *honorem meum alii* (deo, idolo) *non cedam*. XLVIII, 11 cet. מֶלֶךְ הַכָּבוֹד rex gloriae, de Jova Ps. XXIV, 7. 8. 9. — *Honorem tribuere*, *habere* alicui est: נָתַן כָּבוֹד לְ Prov. XXVI, 8 (hominibus), 1 Sam. VI, 5. Ps. CXV, 1. Jer. XIII, 16. Mal. II, 2 (Deo), שִׂים כָּבוֹד לְ Jes. XLII, 12 (Deo); יָהַב כ׳ לְ Ps. XXIX, 1. 9. XCVI, 7. 1 Par. XVI, 28 (Deo); עָשָׂה כָבוֹד לְ 2 Paral. XXXII, 33 (de honore sepulturae) 2 Par. XXXII, 23 cf. Jes. XIV, 18.

Concr. aa) Deus appellatur כְּבוֹד יִשְׂרָאֵל gloria Israëlis i. e. is de quo gloriari debet populus Jer. II, 11. Ps. CVI, 20, sed in aliam sententiam כְּבוֹד פ׳ honos alic. pro eo, qui honorem eius restituit Ps. III, 4. LVII, 9. Alibi bb) כְּבוֹד יִשְׂרָאֵל (maxime in prima Jesaiae parte) collect. *honorati*, *nobiles* Israëlis Jes. V, 13 (opp. הֲמוֹנוֹ plebs eius). XVII, 3. 4. Mich. I, 15. Et ita de *nobilibus* Assyriae. Jes. VIII, 7: אֶת־מֶלֶךְ אַשּׁוּר וְאֶת־כָּל־כְּבוֹדוֹ. X, 16, Moabi Jes. XVI, 14, cf. etiam Jes. XXII, 24: כֹּל כְּבוֹד בֵּית אָבִיו, cf. Comm. 23. Denique cc) כְּבוֹד פ׳ *honor alic.* poët. dicitur de *animo*, *corde*, utpote nobiliore hominis parte. Gen. XLIX, 6: בִּקְהָלָם לֹא תֵחַד כְּבֹדִי, ubi cum feminino coniungitur pariter atque נַפְשִׁי. Ps. XVI, 3: וַיָּגֶל כְּבוֹדִי. VII, 6 (parall. נַפְשִׁי, חַיִּים). XXX, 13 (ubi כָּבוֹד pro כְּבֹדִי). LVII, 9. CVIII, 2. Apud Arabes الكَرِيمَة nobilis, est corporis membrum nobilius, ut auris, nasus, manus, الكَرِيمَان duae nobiles i. e. duo oculi. Cf. hom. φίλον ἦτορ). Quod nonnulli כָּבוֹד animae significatu idem esse voluerunt atque כָּבֵד *iecur*, minime probabile est, quum *iecur* nunquam, ut *cor*, *renes*, animi sedes appelletur. — Adv. *cum honore*, *honorifice* Ps. LXXIII, 24 (al. ad *honores aeternos* in vita beatorum, contra universam V. T. theologiam). — Opp. קָלוֹן dedecus Hos. IV, 7. Hab. II, 16.

3) *magnificentia*, *splendor* (Glanz, Herrlichkeit). Gen. XLV, 13: *et indicabitis patri meo* אֶת־כָּל־כְּבוֹדִי בְּמִצְרַיִם *omnem splendorem meum in Aegypto*. Jes. IV, 5: כָּל־כָּבוֹד *omne splendidum*. XI, 10: וְהָיְתָה מְנֻחָתוֹ כָּבוֹד. XXII, 18: מַרְכְּבוֹת כְּבוֹדֶךָ. — כִּסֵּא כָבוֹד solium splendoris 1 Sam. II, 8. Jer. XIV, 21. XVII, 12. כְּבוֹד לְבָנוֹן splendor (decus) Libani Jes. XXXV, 2. LX, 13. הָיָה לְכָבוֹד לְ decori esse alicui Jes. IV, 2 cf. Zach. II, 9. — כְּבוֹד יְהוָה maiestas, splendor Dei Jes. LIX, 19. LX, 1 (LXX. δόξα Κυρίου, Luth. die Herrlichkeit des Herrn), proprie *splendor* ille *igneus*, nubibus involutus, quo circumfusus Jova apparet, ipsumque numen hoc splendore (ex quo fulgura prodeunt Lev. IX, 23. Num. XVI, 35. Ps. XVIII, 13) circumfusum, quale in deserto Sinaitico Mosi et populo comparet Exod. XVI, 7. 10. XXIV, 16 cf. Comm. 17. XXXIII, 18. Levit. IX, 6. 23. tentorium sacrum (Exod. XL, 34) et dein templum Salomonis (1 Reg. VIII, 11. 2 Paralip. VII, 1, cf. Ezech. XLIII, 2. 5. XLIV, 4) occupat, in prophetarum visionibus conspicuum est Jes. VI, 3. Ezech. I, 28. III, 12. 23. VIII, 4. X, 4. 18, cf. in N. T. Luc. II, 9: δόξα Κυρίου (ab angelo proficiscens) περιέλαμψεν αὐτούς. IX. 11. Act. XXII, 11. (Apud Judaeos respondet שְׁכִינָה Buxtorf. Lex. h. v., Arabs Erpenii نور الله ponit trigesies in Exodo, ubi in textu hebraeo

est ipsum אֱלֹהִים. In Samaritanorum carminibus igneus ille splendor appellatur *vestis Dei*, v. Gesenii Anecdota Orientalia I, p. 68). — Quum Dei in splendore suo apparentis ira peccatoribus saepe mortifera sit (Lev. X, 2), peccatores dicuntur *offendere* עֵינֵי כְבוֹדוֹ *oculos maiestatis eius* (Jes. III, 8) i. e. oculos Dei, qui quippe iniuriae vindex in splendore suo apparens suppliciis afficit peccatores.

כֹּבֶד m. 1) *gravitas*, *pondus* Prov. XXVII, 3. — 2) *copia* (v. rad. no. 3). Nah. III, 3. — 3) *vehementia*, ut flammae Jes. XXX, 27, belli, pugnae Jes. XXI, 15 (v. rad. no. 4).

כְּבוּדָּה (pro כְּבֵדָה) A) adj. fem. (a masc. כָּבֵד, ad formam אָדֹם, אֲדֻמָּה) *splendida*. Ezech. XXIII, 41: עַל מִטָּה כְבוּדָּה *super lectum splendidum*. Neutr. splendidum, inde *splendor*. Ps. XLV, 14: כָּל־כְּבוּדָּה בַת מֶלֶךְ *lauter Glanz* (ist) *die Königstochter*, *merus splendor* est *filia regis* i. e. tota splendida.

B) subst. *opes*, i. q. כָּבוֹד no. 1 Iud. XVIII, 21 cf. maxime Jes. X, 3. Gen. XXXI, 1. Kimchi: ושאר ממונם. LXX cod. Rom. τὸ βάρος, int. sarcinas et impedimenta, sed al. codd. pro אֶת־הַמִּקְנֶה וְאֶת הַכְּבוּדָּה τὴν κτῆσιν αὐτοῦ τὴν ἔνδοξον.

כְּבֵדֻת f. *difficultas* Ex. XIV, 25.

כָּבָה *exstinxit* ignem. (Arab. كبا cinere texit ignem, non plane exstinxit, sed خبا est exstinxit. Origo nihilominus est in tegendo, obtegendo, cf. חָבָא, חָבָה). Proprie refertur ad ignem Lev. VI, 5. 6. Prov. XXVI, 20. Jes. XXXIV, 10. LXVI, 24. Ez. XXI, 3. 4, de lucerna 1 Sam. III, 3. Prov. XXXI, 18, metaph. de ira Dei 2 Reg. XXII, 17. Jer. VII, 20, de hostibus pereuntibus Jes. XLIII, 17: דָּעֲכוּ כַּפִּשְׁתָּה כָבוּ.

Pi. exstinxit, ut ignem Jes. I, 31, lucernam, ellychnium 2 Par. XXIX, 7. Jes. XLII, 3, iram instar ignis flagrantem Jer. IV, 4. XXI, 12, amorem Cant. VIII, 7. — 2 Sam. XXI, 17: וְלֹא תְכַבֶּה אֶת־נֵר יִשְׂרָאֵל *neque exstinguas lucem Israëlis*, sc. si tu, unica populi lux, interires. 2 Sam. XIV, 7 (cf. s. v. גַּחֶלֶת).

כָּבַל rad. inusit. arab. كَبَلَ, syr. ܟܒܠ, talmud. כבל, כַּבַּל *ligavit; vinxit, constrinxit*, vicina radd. גָּבַל, חָבַל; it. כָּבַר, גָּבַר, חָבַר. Inde quadrilitt. כַּרְבֵּל.

כֶּבֶל pl. cstr. כַּבְלֵי m. *compes*. Ps. CV, 18. CXLIX, 8. Arab. كَبْلٌ, syr. ܟܒܠܐ id.

כָּבוּל n. pr. 1) oppidi Asseritarum. Jos. XIX, 27. Respondere videtur vico Χαβωλώ prope Ptolemaidem, quem memorat Josephus de vita sua §. 43: τὴν πορείαν εἰς Χαβωλὼ κώμην Πτολεμαΐδος μεθόριον οὖσαν ἐποιησάμην. Et paullo post §. 44: παραφυλάσσω γὰρ ἐν Χαβωλὼ Πλάκιδον. Chabulonem regionem idem memorat de bello jud. 3, 3 §. 1: τῆς μὲν κάτω καλουμένης Γαλιλαίας ἀπὸ Τιβεριάδος μέχρι Χαβουλῶνης, ἐν τοῖς παραλίοις Πτολεμαΐς γείτων τὸ μῆκος ἐκτείνεται, ubi Rufinus quidem pro Χαβουλών habet *Sabulon*, sed ex mera, ut videtur, coniectura, licet assensi sint Cappellus et Relandus. Propter contentiones vastatum esse oppidum aliquod כבול, ex Talmude Hieros. refert Relandus, Palaest. p. 668. Arcem munitam كابول in eparchia Safadensi memorat Edrisi in Syriae descriptione (v. Rosenmülleri Analecta arabica III p. 20).

2) regionis viginti urbium in terra Galilaea, quam Salomo Hiramo regi dono dedit 1 Reg. IX, 12: *Chiramo autem Tyro egresso, ut illas urbes videret*, ... *minime placuerunt*. 13: *dixitque: quales sunt hae urbes, quibus donasti me, mi frater?* וַיִּקְרָא לָהֶם אֶרֶץ כָּבוּל עַד הַיּוֹם הַזֶּה. Manifestum videtur (licet hoc neget Bochartus Geogr. s. 715 A), id sibi voluisse sacrum scriptorem, כָּבוּל nominis rationem inde petendam esse, quod Hiramo non placuerint viginti urbes: tale igitur etymon ei ante oculos versatum esse, quanquam concedi potest, hoc non verum et nativum fuisse. Quale autem hoc fuerit, variae sunt sententiae. Audiamus primum veteres interpretes. Ac LXX quidem ὅριον interpretantur i. e. *terminum* qs. כבול idem sit quod גְּבוּל. Vulg. Targ. Syr. retinent vocem Hebraeam, atque hic quidem id scribit ܟܒܘܠ, quod Arabs vertit ارض الشوك terra spinarum (vel legens, vel coniiciens ܟܘܒܐ *sapiens*). Josephus (Archaeol. 8, 5 §. 3): μεθερμηνευόμενον γὰρ τὸ Χαβαλὼν κατὰ Φοινίκων γλῶτταν **οὐκ ἀρέσκον** σημαίνει, coniectura ex contextu utcunque facta. Hieronymus (ad Amos I): „*Hiram, princeps Tyri, cum Davide et Salomone habuit amicitias, in tantum ut ille* ....., *hi* (?) .... *viginti urbes in Basan* (?) *ei dono darent*, *quas ille, quia graminis plenae erant* (כבול ex כ et בול i. q. יבול), *suscipere noluit*.“ Kimchi: *ita appellata est regio*, *quia pes in ea demergitur et quasi vincitur* (נכבלת) *propter lutum eius*, *aut propter arenam*. *Atque ita dicitur in Talmude* (*Schabb. fol.* 54, 1): *terra Cabul est terra in qua non habentur fructus. Rab Nachman ben Isaac dicit*, *esse terram arenosam. Quare appellatur* כבול? *quia demergitur crus usque ad talum* (כבלא). *Est enim terra arenosa*. Ex recentioribus Bochartus (geogr. sacrae p. 714 sqq.) interpretem Alexandrinum secutus, sed neglecta orationis serie, כָּבוּל i. q. גבול ὅριον significare vult: Hillero (Onomast. V. T. p. 435) כבול pro כְּהָבוּל „sicut id quod evanuit, tanquam nihil“ dictum videtur, quam sententiam etiam Relando (Palaest. p. 701) et Maurero (ad Jos. l. c.) placuisse video. Ut dicam, quod sentio, posterius hoc etymon (licet part. pass. הָבוּל a rad. הבל praeterea non reperiatur) vel huic simile sacri scriptoris animo obversatum esse utique putem: illud contra, quod interpres Alexandrinus praeivit, verum atque nativum videtur, sive ista regio ab oppido כָּבוּל (no. 1) nomen accepit, sive aliam ob caussam *terminus* appellata est. Eodem vitio, quo Bocharti opinio, laborat etiam etymon a Simoni

(Onomast. p. 417) propositum, cui כָּבוּל est i. q. חָבוּל *in pignus* (amicitiae) *acceptum:* taceo alias coniecturas minus etiam probabiles, ut Cocceji in Lex. et J. D. Michaëlis in suppl.

כָּבַן rad. inusit. Syr. ܟܒܢ cinxit, induit, ܟܒܢܐ cinctura, indumentum, chald. et talmud. ligavit, circumligavit, induit, כְּבִינָא, מַכְבֵּינָא pallium subtile, sericum. Vicinum est כָּבַל, l et n permutatis. Inde

מַכְבֵּנָא (pallium) n. pr. oppidi in tribu Judae 1 Par. II, 49, ubi אֲבִי מ׳ conditorem eius oppidi significat. Nonnullis idem videtur atque כַּבּוֹן Jos. XV, 40 (v. rad. כָּבַב).

מַכְבַּנַּי (pallio indutus?) n. pr. ducis Gaditarum 1 Par. XII, 13.

כָּבַס pr. *pedibus calcavit* (cogn. כָּבַשׁ; de syllaba בס, quae in hac radice primaria est, vide append. ad rad. בּוּס), hinc *vestes* calcando et subigendo *lavit.* Differt רָחַץ (corpus) lavit, ut gr. λούειν a πλύνειν. In Kal non legitur nisi in Part. כּוֹבֵס 2 Reg. XVIII, 17. Jes. VII, 3. XXXVI, 2 *lotor vestium, fullo*, gr. πλυντήρ, κναφεύς, qui pedibus calcando adhibito sale lixivii (נֶתֶר Jer. II, 22) vestes sordidas mundat, recentes condensat. V. Schöttgen triturae et fulloniae antiquitates. Lips. 1763. 8. J. Gottl. Schneider ind. ad scriptt. rei rusticae p. 385. Beckmann Beyträge zur Gesch. der Erfindungen IV p. 35 sqq. A. Th. Hartmann Hebräerin I, p. 259 sqq. Imaginem fullonis Arabici exhibet Höst, Nachrichten üb. Marokos tab. 16. שְׂדֵה כֹבֵס ager fullonis Jes. l. c. ab occidentali parte Hierosolymorum, eiusmodi ager erat, in quo fullones vestes lotas suspendebant, ut siccarentur. (Etiam apud Poenos habetur כבס i. q. כֹּבֵס *fullo*, inscr. Carthag. 9, Monumm. Phoenicia p. 181).

Pi. כִּבֵּס ab initio enuntiati plerumque כַּבֵּס i. q. Kal Exod. XIX, 10. Levit. XI, 25. 28. 40. XIII, 6. 34. XIV, 8. 9. XV, 5 sqq. Num. XIX, 7 al. Part. מְכַבֵּס i. q. כֹּבֵס Mal. III, 2. Metaph. *purgavit* animum a peccato Ps. LI, 4: כַּבְּסֵנִי מֵעֲוֹנִי, Comm. 9: תְּכַבְּסֵנִי וּמִשֶּׁלֶג אַלְבִּין. Jer. IV, 14, ita tamen ut ad primam lavandi potestatem alludatur Jer. II, 22. Mal. III, 2.

Pu. pass. Lev. XIII, 58. XV, 17.

Hothp. pass. הֻכַּבֵּס Lev. XIII, 55. 56.

כָּבַע rad. inusit. i. q. גָּבַע, קָבַע *elatus fuit*, maxime forma rotunda instar gibbi, calicis, capitis. Inde

כּוֹבַע (Milra) Ezech. XXVII, 10, in pausa כּוֹבָע XXXVIII, 5, cstr. כּוֹבַע (Milêl) 1 Sam. XVII, 5. Jes. LIX, 17 pl. כּוֹבָעִים Jer. XLVI, 4. 2 Par. XXVI, 14 m. *galea*, pro quo etiam per ק קוֹבַע (Milra) Ez. XXIII, 24, cstr. קוֹבַע (Milêl) 1 Sam. XVII, 38. Singularis est in hoc vocabulo confusio formae segolatae et penacutae פֹּעַל, פּוֹעַל cum acuta עוֹלָם, hunc in modum explicanda. Proprie utrumque hoc vocabulum segolatum erat, formae פֹּעַל (ut arab. قُبْعَة calix). Cholem autem, quippe tono corroboratum et citra vulgarem consuetudinem more recentioris Hebraismi et Syrorum plene scriptum (cf. קוֹדֶשׁ Dan. XI, 30, שׁוֹבֵךְ 2 Sam. XVIII, 9, syr. ܩܘܕܫܐ), tanti roboris erat in hoc vc., ut etiam in plur. servaretur, כּוֹבָעִים (pro כְּבָעִים, vel כָּבְעִים kŏbaim), quasi a singulari כּוֹבָע, formae עוֹלָם. Inde factum est, ut revera tali forma (כּוֹבָע) in statu certe absoluto uterentur, quamquam in statu constructo primigeniam formam segolatam servarent (cf. כֶּבֶר cstr. כְּבַר). Productiorem, quae secundaria est, habent etiam Syri ܩܘܒܥܐ. Formae inter utramque intermediae et fluctuantes sunt כּוֹבַע Ezech. XXVII, 10, קוֹבַע XXIII, 24. — Metaph. de clypeo salutis Jes. LIX, 17.

כָּבַר in Kal inusit. 1) pr. *constrinxit, plexit, texuit* i. q. כָּבַל et quae ibi comparavimus (it. כָּמַר no. II). Inde כְּבִיר stragulum textile, כְּבָרָה cribrum, מִכְבָּר reticulum, מַכְבֵּר opus reticulatum et aram. כַּבְרִיתָא, ܟܒܪܝܬܐ favi mellis, q. d. opus reticulatum. Ut multa alia torquendi, plectendi, ligandive vocabula (קָשַׁר, חוּל, גָּדַל, קָוָה), transfertur ad *robur* ac magnitudinem, hinc

2) *magnus, multus fuit*, it. *longus, diuturnus fuit*, v. כְּבָרָה, כֶּבֶר. (Arab. كَبُرَ magnus fuit, كَبِرَ aetate provectus est, II magnifecit. III obduravit se. V. VI. X superbus fuit, كِبْر, كُبْر magnificentia, gloria. Derivata pertinent vel ad magnitudinem corporis, ut كُبَار, كَبِير, كُبَّار, vel ad gloriam, ut كَابِر, كِبْرَة, vel ad grandaevitatem كَبِرَة, كِبَرَة, كَبِير. Aethiop. ክቡር: gloriosus, illustris fuit, ክቡር: honoratus, illustris, ክብር: honor, gloria, in quo Arabum et Aethiopum usu plura sunt, quae prope accedant ad Hebraeorum usum in rad. כָּבַר. Syr. ܟܒܪ est: crevit opibus, non „operibus“, ut apud Castellum et Michaëlem est.

Hiph. multum fecit, multiplicavit. Iob. XXXV, 16: בִּבְלִי דַעַת מִלִּין יַכְבִּר *sine intelligentia cumulat verba.* Part. מַכְבִּיר subst. (formae מַשְׁחִית) *copia*, c. לְ praef. לְמַכְבִּיר i. q. לָרֹב *copiose, multum.* Iob. XXXVI, 31: יִתֶּן אֹכֶל לְמַכְבִּיר *dat cibum copiose.* Fortasse etiam: *ita ut sit multiplicans* (cibum).

כְּבָר pr. subst. *longitudo* spatii, *diuturnitas* temporis (v. rad. no. 2), inde

1) n. pr. fluvii in Mesopotamia, alibi חָבוֹר (q. v.), gr. et lat. *Chaboras* dicti. Ez. I, 3. III, 15. 23. X, 15. 22. Atque haec nominis orthographia ad Syriasmum accedit (syr. ܟܒܪ, ܟܘܒܪ), quum contra חָבוֹר (خابور)

Arabismum imitetur. Quamquam utraque forma etymon praebet, quod ferri possit (חָבוֹר coniungens, et כְּבָר fluvius magnus), in flumine tamen Mesopotamiae scripturam Aramaeorum genuinam et primigeniam putaverim.

2) part. temporis nonnisi in Ecclesiaste obvia et recentiori Hebraismo propria: *dudum, iam pridem.* Eccl. I, 10: כְּבָר הָיָה לְעֹלָמִים וגו׳ *iam dudum ea fuit seculis quae fuerunt ante nos.* III, 15: מַה־שֶּׁהָיָה כְּבָר הוּא וַאֲשֶׁר לִהְיוֹת כְּבָר הָיָה *quod est, dudum fuit, et quod futurum est, dudum fuit.* VI, 10. IV, 2: שֶׁכְּבָר מֵתוּ *qui dudum mortui sunt.* IX, 6. 7. — II, 16: בְּשֶׁכְּבָר הַיָּמִים הַבָּאִים הַכֹּל נִשְׁכָּח *quandoquidem diebus venturis iam dudum omnia obliterata erunt:* ubi כבר arctius cum verbo coniungendum est, quod neglexerunt interpretes Hebraei, quorum sententias vide apud Noldium p. 850 ed. Tympii. — Ex vett. LXX bene ἤδη (septies), Vulg. *iam*, Syr. vel retinet (ut Targ.) vel reddit: ܡܢ ܟܕܘ, ܡܢ ܩܕܝܡ, ܡܢ ܩܕܡ, ܟܒܪ *dudum, iam pridem.* Kimchi: בכל מקום שהיא המלה הזאת היא לזמן שעבר ייא בלע״ז *ubique haec particula ad tempus praeteritum refertur, et respondet hispanico ya* [i. e. *iam*, ital. *gia*, provinc. *jai*, gall. *déjà*]. Paullo post is כבר explicat עַכְשָׁו *iam, pridem.* Idem est huius particulae usus in Targg. v. c. Jerem. XXXVIII, 9, in Talmude et apud Rabbinos, ut apud Kimchium in Lexico, qui sexcenties utitur formula: כבר פרשתיו בשרש פ׳ *iam explicavi illud sub radice n. n.* Congruit etiam syr. ܟܒܪ, quod ponitur pro πάλαι *iam pridem* Matth. XI, 21. Luc. X, 13; dein etiam pro *fortasse*, ἴσως Luc. XX, 13. Marc. XII, 6, quod ex illo significatu fluxit, nam quae *iam* facta sunt, fieri possunt et probabilia sunt, it. nasor. כבר nunc. Knobelii enim opinionem, qui (ad Eccl. I, 10) eam particulae vim, quae ad tempus spectat, ex hac secundaria, quae dubitantis et sperantis est, duci posse putat, hanc autem ad fortitudinis potestatem in verbo כָּבַר refert (coll. *forte, fortasse* a *fortis!* et אוּלַי ab אול fortis fuit) merito iam castigavit censor in Allg. Litt. Zeit. 1836, III p. 21. 22.

כָּבִיר m. *stragulum textile*, a rad. no. 1. 1 Sam. XIX, 13. 16: כְּבִיר הָעִזִּים *stragulum ex pilis caprinis contextum*, cf. מִכְבָּר. Kimchi: כר של צמר עזים *ephippium pilis caprinis confertum.* Num hic forte כבר accipiebat significatione rad. רָבַב? Vide ad כְּבָרָה.

כַּבִּיר m. adj., solis poëtis, maxime Iobo, proprium 1) *magnus* (arab. كَبِير), מַיִם כַּבִּירִים aquae magnae. Jes. XVII, 2. XXVIII, 2. רוּחַ כַּבִּיר ventus magnus s. vehemens Iob. VIII, 2. De hominibus magnis, illustribus. Iob. XXXIV, 24: יָרֹעַ כַּבִּירִים לֹא חֵקֶר, de Deo, ibid. Comm. 17: אִם צַדִּיק כַּבִּיר תַּרְשִׁיעַ. XXXVI, 5: הֶן אֵל כַּבִּיר וְלֹא יִמְאָס כַּבִּיר כֹּחַ לֵב — כַּבִּיר יָמִים grandaevus Iob. XV, 10 (arab. شيخ كبير senex grandaevus Cor. 12, 78. الأخ الكبير frater natu maior, كَبُرَهُ بِسِنّهِ vicit aliquem aetate). Apud Phoenices a כַּבִּיר (non, ut Schellingius volebat, a חָבֵר socius) dicti sunt *Cabiri* dii, θεοὶ μεγάλοι, v. Monumm. Phoenic. p. 404.

2) *multus*, adv. *multum*. Iob. XXXI, 25: כִּי כַבִּיר מָצְאָה יָדִי. Jes. XVI, 14.

כְּבָרָה f. *cribrum*, a texendo dictum, v. rad. no. 1. Ita etiam in Talmude.

כִּבְרָה vel **כְּבָרָה**, nonnisi cstr. כִּבְרַת pr. *longitudo*, unde כִּבְרַת הָאָרֶץ Gen. XXXV, 16. XLVIII, 7. 2 Reg. V, 19 de certa quadam *mensura viae* (ut multa alia vcc. mensuram, pondus, tempus designantia de certis mensuris, ponderibus temporisque spatiis usurpantur, ex. gr. hebr. סְאָה, שֶׁקֶל, מָנֶה, יָמִים q. v., aram. ܫܥܐ breve tempus spec. hora, nostr. *Acker* Land, *Maass* Wein, lat. *pondo*, unde nostr. *Pfund*), qua sepulcrum Rahelae a Bethlehemi oppido distabat (Gen. ll. cc.). Quod quidem intervallum si ex situ monumenti sepulcralis iudicari posset, quod Hieronymi tempore *sexto* a Bethlehemo lapide Hierosolymam versus ostendebatur et medio ut videtur aevo instauratum hodieque ostenditur (v. Bachiene descr. Palaest. T. II. P. II p. 3. Rosenmüller Ansichten von Palaestina, II, 22) quinque fere millia passuum efficeret, sed quum merito dubitetur, num illud tantae antiquitatis sit et in ipso Rahelis mortuae loco exstructum, huius nulla auctoritas est; immo illam, de qua agitur veterum Hebraeorum mensuram illo intervallo minorem fuisse, ex 2 Reg. l. c. apparere videtur. Ex vett. interpretibus LXX retinent Χαβραθὰ (quod pro loci nomine habuerunt Patres Graeci in alia omnia abeuntes, v. Relandi Palaest. p. 704), sed Gen. XLVIII, 7 plenius habetur κατὰ τὸν ἱππόδρομον Χαβραθὰ τῆς γῆς, in qua scriptura fortasse duo vocis hebraeae interpretamenta coaluerunt, unum quo כ׳ ה׳ ἱππόδρομος redditum erat (nescio an כבר pro רכב accepto), alterum, in quo forma hebraea servata erat. Ἱπποδρόμῳ autem vel *stadium* indicare volebat graecus interpres (v. Hody de bibl. textibus originalibus p. 115), vel mensuram quandam in Oriente usitatam, شوط الفرس *cursum equi* dictam, quae tantum itineris comprehendit, quantum equus ad defatigationem usque currere potest, tres fere parasangas, nostr. eine Station (v. Koehler ad Abulfedae Syriam in Addendis ad not. 27, et Michaëlis not. 21 ad Abulfedae Aegyptum). Onk. כְּרוּב אַרְעָא *aratio terrae* i. e. *iugerum* (כבר pro כרב accepto). Syr. ܦܪܣܚܐ parasanga. Saad. ميل milliare. Luth. ein Feld Weges. His omnibus כ in כִּבְרַת radicale videtur, et recte quidem. At sunt etiam, quibus כ est כ similitudinis h. l. *circiter*. Aqu. καθ᾽ ὁδὸν τῆς γῆς. Kimchi: s. rad. כבר: כברת הארץ *exponunt milliare: nam hoc intervallo sepulcrum Rahelis abesse dicunt a Bethlehem: sed iam exposui de hac locutione s. rad.* בָּרָה; ubi legitur: *de mea quidem sententia eo* (ad comedendi, gustandi potestatem in בָּרָה) *referendum est* כ׳ ה׳: כ *est* כ *similitudinis, neque radicale, et* ברת הארץ *est mensura itineris, quam viatores absolvunt a mane usque ad*

ientaculum, nam ita computare solent viatores. Etiam Saadiae כ est particula similitudinis: hic ברת milliaris potestate accipit, quae significatio sine exemplo est. Longe hoc certe ingeniosius, quam quae exputarunt Fullerus (Miscell. 2, 15) et Lud. de Dieu ad Gen. l. c., qui aliorum etiam sententias collegerunt. Male etiam Vulg. in Gen. *verno tempore*, et 2 Reg. *electo terrae tempore*, ex eodem etymo.

מִכְבָּר m. *opus reticulatum* Ex. XXVII, 4, plenius מִכְבַּר מַעֲשֵׂה רֶשֶׁת ibid. XXXVIII, 4. מִכְבַּר הַנְּחֹשֶׁת opus reticulatum aeneum ibid. XXXV, 16. XXXVIII, 5. 30. XXXIX, 39.

מַכְבֵּר m. *stragulum, cilicium crassum*. 2 Reg. VIII, 15. Targ. גּוּנְבָּא id. *Κωνωπεῖον* s. velum culiculare, quod praeeunte J. D. Michaëli intelligunt, huic contextui vix aptum est.

כָּבַשׂ rad. inusit. (vic. radd. כָּבַס et כָּבַשׁ) *subegit*, spec. *coivit*. Arab. كبس subegit semel puellam. Inde

כֶּבֶשׂ m. *agnus masculus* vel *aries* a primo anno ad tertium (inter טָלֶה agniculum et אַיִל arietem strenuae et adultae aetatis), qui ad coitum iam idoneus est, quod in homine est עֶלֶם. Arab. كَبْش aries, ubi duos primores dentes amisit et quattuor dentes prodeunt, quod secundo vel tertio anno contingere solet, it. machina bellica, syr. ܟܒܫܐ aries. Huiusmodi agni, maxime anniculi, sacrificiis adhiberi solent, quamobrem persaepe additur: בֶּן־שְׁנָתוֹ Num. VII, 15. 21. 23. 39. 45. 51. 57. 63. 69. 75. 81 et in plur. בְּנֵי שָׁנָה ibid. 17. 23. 29. 35. 41. 47. 53. 59. 65. 71. 77. 83. 87. 88. XXIX, 13. 17. 20. 23. 26. 29. 32. 36 al., alibi כְּבָשִׂים memorantur, ut pascentes in pratis pascuisque Jes. V, 17. Hos. IV, 16, lanam praebentes Iob. XXXI, 20. Prov. XXVII, 26, propter mansuetudinem et patientiam Jer. XI, 19. LXX plerumque *ἀμνός*. Plura dabit Bochartus Hieroz. I, 427, qui reliqua quoque ovium nomina hebraea (טָלֶה, אַיִל, עַשְׁתְּרוֹת, מִקְנֶה cf. צֹאן, שֶׂה, רָחֵל, כַּר) et chaldaea (דְּכַר, אִמַּר) recenset et explicat pag. 421 sqq. — Per transpositionem litterae sibilantis pro כֶּבֶשׂ dicitur etiam, licet multo rarius, כֶּשֶׂב, et in fem. כִּשְׂבָּה, sed duriorem formam כֶּבֶשׂ, כִּבְשָׂה primitivam esse, arguunt similis transpositionis exempla, ut יִשְׁתַּמֵּר, הִשְׁתַּמֵּר. Non audiendus igitur Biesenthalius, qui כֶּשֶׂב formam primitivam habens, eam ducit a rad. כשׂב, quae fortasse, pariter atque כסף albedinis vim habuerit, ut agnus a colore albo dictus sit. Magis placeret Jo. Simonis, qui כֶּבֶשׂ derivabat a كبس II. propagavit, multiplicavit, modo haec ipsa significatio, quam Castellus exhibet auctore Giggejo (III, 1463), ubi additur „ex gloss.", certioris auctoritatis esset. Sed neque Firuzabadius eam habet, neque cum reliquis eius verbi significationibus ea congruit.

כִּבְשָׂה 2 Sam. XII, 3. 6 et **כַּבְשָׂה** Lev. XIV, 10. Num. VI, 14, cstr. כִּבְשַׂת 2 Sam. XII, 4 pl. כְּבָשׂוֹת Gen. XXI, 29. 30 cstr. כִּבְשׂוֹת Gen. XXI, 28 f. *agna, ovis* unius anni et quod excurrit, usque ad tertium. Ex eo quod Gen. XXI, 28 est: שֶׁבַע כִּבְשׂוֹת הַצֹּאן, hoc nominis passim latius patuisse et ad caprinum etiam genus relatum fuisse colligas, sed reddi potest, *septem oves gregis*.

כָּבַשׁ fut. יִכְבּוֹשׁ vic. rad. כָּבַס 1) *pedibus calcavit, conculcavit, pedibus subiecit*. Zach. IX, 15: כָּבְשׁוּ אַבְנֵי קֶלַע *pedibus subiicient lapides fundae* in se coniectos i. e. facile declinabunt nil sibi nocituros (coll. Iob. XLI, 20. 21). Mich. VII, 19: יִכְבֹּשׁ עֲוֺנֹתֵינוּ *pedibus calcat delicta nostra* i. e. ea negligit, non ulciscitur. — 2) *subegit, subiecit sibi* (cf. רָדָה) v. c. servos, hostes plerumque addito לַעֲבָדִים 2 Par. XXVIII, 10. Jer. XXXIV, 16. Neh. V, 5: הִנֵּה אֲנַחְנוּ כֹבְשִׁים אֶת־בָּנֵינוּ וְאֶת בְּנֹתֵינוּ לַעֲבָדִים *ecce in servitutem damus filios nostros filiasque nostras*. — 3) *subegit feminam* (arab. كَبَسَ fut. يَكْبِسُ semel subegit feminam, Kamus p. 795 lin. 6). Esth. VII, 8: הֲגַם לִכְבּוֹשׁ אֶת־הַמַּלְכָּה עִמִּי בַּבָּיִת Vulg. *num etiam reginam vult opprimere, me praesente, in domo mea?* Nimirum rex iratus quum videret, Hamanem supplicem genua reginae contingere, in malam partem haec interpretabatur. Quod alii putant, regem suspicatum esse, Hamanem vitae reginae vim inferre voluisse, neque contextu neque loquendi usu commendatur. Cf. Neh. V, 5 extr. [Aram. כְּבַשׁ, ܟܒܫ (syr. et nasor.), ࡊࡁࡔ id. pedibus calcavit, et subegit, unde chald. כִּבְשָׁא via strata, semita, כִּבְשׁ, כִּיבְשׁ, ܟܘܒܫܐ scabellum pedum].

Pi. *subiecit* (populum) 2 Sam. VIII, 11.

Hiph. i. q. Kal. no. 2. Jer. XXXIV, 11 Chethibh.

Niph. 1) pass. Kal no. 2. *subacta est terra*, sq. לִפְנֵי coram aliquo (victore). Num. XXXII, 22. 29. Jos. XVIII, 1. 1 Paral. XXII, 18. — 2) pass. no. 3. Neh. V, 5.

כֶּבֶשׁ m. *scabellum* pedum, ante solium regium 2 Par. IX, 18 (cf. chald. syr. ad rad.). Ita etiam Mischna Sebach. c. 5: עלה בכבש *ascendit per scabellum*. Ceterum 2 Par. l. c. scabellum ipsi solio iunctum et supra sex gradus cogitandum erit, cui rex solio insidens pedes imponat; non, ut Kimchius vult, in pavimento infra gradus, ut eius ope ascendatur ad gradus.

כִּבְשָׁן m. *fornax*, eaque recte observante Kimchio *calcaria* vel *metallis liquandis*, ut differat a תַּנּוּר furno. Memoratur *fumus fornacis* Gen. XIX, 28. Ex. XIX, 18, *fuligo fornacis* ibid. IX, 8. 10. De fornace calcaria et vitriaria usurpatur in Mischna Kelim c. 8. Etymon repetendum est a metallis et mineribus *domandis* (Plin. N. H. 36, 27: igne ferrum domatur): non a قبس accendit ignem, ignem petiit ab aliquo.

כְּדַב chald. i. q. hebr. כָּזַב. *Pa. mentitus est.* Ita etiam syr. sam. nasor. Inde

כְּדַב f. כִּדְבָה *mendacium.* Dan. II, 9: מִלָּה כִדְבָה per appos. *verbum* quod est *mendacium* i. e. mendax. Alii כִּדְבָה adiectivum esse volunt, contra formae-rationes et usum v. c. in Targg., ubi כַּדְבִין Jes. LVII, 11. Hos. VII, 13 et כַּדְבִין Ez. XIII, 19 subst. sunt *mendacia.*

כָּדַד rad. inusit. (vic. radici כָּתַת cf. *cudo*) *tutudit*, *contudit*, inde 1) *ignem excussit* (arab. كَيْد excussio ignis ex igniario), unde כִּידוֹד scintilla, et כַּדְכֹּד gemma scintillans, rubinus; 2) *graviter*, *operose laboravit*, instar fabrorum, spec. puteum exhausit, unde כַּד. (Arab. كَدَّ contudit, operose laboravit, puteum exhausit, cf. aethiop. ከደደ: et ኬደ: conculcavit pedibus, trituravit).

כַּד f. (1 Reg. XVII, 14. 16. Eccl. XII, 6) pl. כַּדִּים masc. (Iud. VII, 16. 1 Reg. XVIII, 34) *cadus*, *hydria*, *urna* aquae hauriendae (v. rad. no. 2) et gestandae Gen. XXIV, 14 sqq. Eccl. XII, 6, neque non farinae asservandae 1 Reg. XVII, 12. 14. 16, quam in humero gestare solebant mulieres (Gen. l. c.). Respondet sanscr. *ghada* hydria fictilis Bopp. glossar. p. 60, gr. *κάδος, κάδδος*, lat. *cadus* i. e. vas vinarium, plerumque fictile, figurae turbinatae Plin. 16, 8. 27, 4, slav. *kad.* In Talmude habetur כד, et כַּדָּד qui cados conficit.

כִּידוֹד m. *scintilla.* Iob. XLI, 11: כִּידוֹדֵי אֵשׁ. Targ. נִיצוֹצִין דְּנוּר scintillae ignis. Kimchi: ניצוצי אש id. — Ex vett. LXX (*ὡς ἐσχάραι πυρός*), Aquila (*δαλοὶ πυρός*) et Vulg. *sicut taedae ignis*, כ praefixum habuerunt, et כידודי ita interpretati sunt, quasi haberetur כְּאוּדֵי vel כְּדוּדֵי, quod quam falsum sit, facile apparet.

כַּדְכֹּד m. Ezech. XXVII, 16. Jes. LIV, 12 gemma scintillans (v. rad. no. 1), ex Syria Tyrum allata (Ez. l. c.), prob. *rubinus.* Chald. כַּדְכְּדָנָא, כַּדְכְּדוֹנָא Exod. XXVIII, 18 in Targ. Hieros. est pro gemma נֹפֶךְ dicta, quam carbunculum esse volunt, praeterea ap. Pseudojon. כַּדְכּוּדִין pro יָהֲלֹם Exod. XXXIX, 11, et Esth. I, 2 כַּדְכּוּדְנִין, quod ex gr. *Καρχηδόνιος* ortum existimant Braunius (de vest. sacerd. §. 507) al., quum potius ipsa vox illa hebraea sit, quam *Καρχηδόνιον* reddit Symm. Jes. l. c. Scite Juda ben Karisch: כדכד تفسير كذ كذ, nam كَذْكَذ, quae eadem vox esse videtur atque דכד est gemma rubino s. carbunculo similis. Fortasse etiam conferendum est كَدْكَدَةٌ rubedo maxima.

כַּדַּי v. דַּי rad. דָּיָה.

כְּדֵי v. דַּי.

כָּדַר rad. inusit. et paullulum dubiae potestatis. Arab. كَدَرَ et كَدِرَ est: *turbida fuit* aqua (cf. קָדַר) et translate كَدِرَ: adversae fortunae casibus *turbata fuit* vita (cf. עָכַר). Apud Hebraeos alio flexu translata est ad *turbas bellicas* v. כִּידוֹר (cf. سَاجَسَ turbata est aqua, et med. A. turbas civiles bellicasve excitavit). Rabbini, ut Kimchius (quorum sententiam nuper denuo commendavit Böttcherus, in Wineri Zeitschr. II p. 75 sqq.) huic radici *rotunditatis* notionem tribuunt, unde in ipsorum lingua est כַּדּוּר pila, sphaera, et quo referunt tum כַּדּוּר Jes. XXII, 18. XXIX, 3 (pro כַּכַּדּוּר), tum כִּידוֹר, quod de militum globis vel de acie in orbem instructa interpretantur: sed recte observavit J. D. Michaëlis in suppl., כַּדּוּר vocabulum facticium esse ex falsa interpretatione locorum Jesaiae ortum, et rotunditatis potestatem fundamento idoneo prorsus carere.

כִּידוֹר m. *turba belli, tumultus bellicus* (Kriegs-Getümmel, Schlacht-Getümmel). Iob. XV, 24: כְּמֶלֶךְ עָתִיד לַכִּידוֹר *sicut rex paratus ad proelium.* Vulg. qui praeparatur ad *proelium.* Syr. *bellum.* De Rabbinorum interpretatione vide ad rad. et copiosius ap. Schultens. ad h. l., qui post Grotium et Cappellum hanc quam supra dedimus explicationem recte tuitus est.

כְּדָרְלָעֹמֶר n. pr. regis Elymaidis Gen. XIV, 1. 9. Hac, qua nunc quidem comparet nomen, forma possit Semiticum videri et verti manipulus mergitis, a كَدَرَةٌ manipulus frugis et עֹמֶר merges. Sed, nisi ab Hebraeis fictum putabis hoc nomen, nativum eius etymon in vetere lingua Persica quaerendum erit.

כֹּה *ita*, v. pag. 651 A.

כָּה chald. *ita*, v. pag. 651 B.

כָּהָה (vic. radd. כָּאָה et קָהָה) fut. יִכְהֶה apoc. וַתֵּכַהּ Iob. XVII, 7 *languit, debilis fuit, viribus defecit* (matt seyn, werden). Jes. XLII, 4: לֹא יִכְהֶה וְלֹא יָרוּץ *viribus non deficiet, neque frangetur.* Spec. de lucerna iam caligante (matt brennend), mox exstinguenda (adj. Jes. XLII, 3), de oculis hebetatis vel senio Gen. XXVII, 1. Deut. XXXIV, 7 (ubi LXX bene *οὐκ ἠμαυρώθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ*) Zach. XI, 17, vel moerore Iob. XVII, 8: וַתֵּכַהּ מִכַּעַשׂ עֵינִי. (Chald. id. et iisdem fere locis, praeterea כָּהָה valet: increpavit, ut hebr. Pi. no. 2. 1 Sam. III, 13, et ita zab. כהא Cod. Nasar. 2, p. 230, ubi male vertitur: coëgit. Arab كَهِيَ intrans. pusillanimis fuit.

Pi. כִּהָה et כֵּהָה (Lev. XIII, 56, de qua forma v. infra) 1) intrans. *languit* a) de colore acuto (rubro), qui paullatim debilior, languidior fit, pallescere coepit (matt, blass werden). Lev. XIII, 6: וְהִנֵּה כֵּהָה הַנֶּגַע וְלֹא פָשָׂה הַנֶּגַע בָּעוֹר *et ecce! si palluit macula neque diffudit se in cute.* Comm. 56: וְהִנֵּה כֵּהָה הַנֶּגַע (cf. Comm. 21: וְהִיא כֵהָה, Comm. 26. 28: וְהִיא כֵהָה). De valore grammatico huius formae iam a Kimchio dubitatum est, utrum 3 praet. masc. Pi. sit, an adj. fem. a כֵּהֶה. En verba eius paullo liberius latine translata: *statui potest,* כֵּהָה הַנֶּגַע *Comm. 56 esse praet. Pi., quanquam haec non vulgaris forma est verborum* ע״ה, *qui in Piel Chirck habere solent, non Zere, velut* נִגַּה, נִהַר, טִהַר, לִהַט, כִּהֵן *et in hac ipsa radice* כִּהָה *1 Sam. III, 13. Praestat igitur,* כֵּהָה *l. c. habere pro adj. verbali, unde pl.* כֵּהוֹת *Comm. 39. Licet enim* נֶגַע *alibi masculinum sit, fortasse reperitur cum feminino constructum eiusdem capitis Comm. 9:* נֶגַע צָרַעַת כִּי תִהְיֶה בְּאָדָם, *nisi forte h. l. verbum* תִּהְיֶה *accommodatum est ad nomen* צָרַעַת. Ut nostram sententiam addamus, primum animadvertendum est, istam de Piel verborum ע״ה observationem exceptionibus non carere, ut נִהַלְתָּ Ex. XV, 13 et, quod maximi in hac re momenti est, in syn. קֵהָה Eccl. X, 10 itidem intransitivo *obtusus fuit.* Praeterea כֵּהָה Comm. 6 et 56 praet. Pi. esse, certo efficitur ex usu reliquorum verborum in praeterito masculino positorum, ut Comm. 6: הִנֵּה כֵּהָה הַנֶּגַע וְלֹא פָשָׂה הַנֶּגַע, Comm. 5: וְהִנֵּה הַנֶּגַע עָמַד . . . . לֹא פָשָׂה, Comm. 17: וְהִנֵּה נֶהְפַּךְ הַנֶּגַע, cf. 8. 13 (ubi verbum certe habetur in praet. positum, nusquam adj. verbale). Accedit quod verbum praeteritum propter ipsam praeteriti perfecti significationem necessarium erat. Sed alia ratio est trium locorum Comm. 21. 26. 28, in quibus כֵּהָה adj. fem. esse, eo efficitur, quod refertur ad nomen fem. בַּהֶרֶת et quod praecedit aliud adj. fem. שְׁפָלָה cum אֵין copulatum. Comm. 21: וּשְׁפָלָה אֵינֶנָּה . . . וְהִיא כֵהָה. Comm. 28: וְאִם תַּחְתֶּיהָ תַעֲמֹד הַבַּהֶרֶת לֹא פָשְׂתָה . . . וְהִיא כֵהָה. — b) de animo fracto Ez. XXI, 12: וְכִהֲתָה כָל־רוּחַ (cf. adj. Jes. LXI, 3).

2) *increpavit, prohibuit* aliquem (cf. ad כָּאָה). 1 Sam. III, 13: וְלֹא כִהָה בָּם *et* (quod) *non increpabat eos.* Vulg. *et non corripuerit eos.* Syr. ܘܠܐ ܟܠܝ ܐܢܘܢ. Idem valet גָּעַר בְּ Zach. III, 2. Mal. III, 11.

כֵּהֶה adj. non usitatum nisi in fem. כֵּהָה *languida, debilis*, spec. de ellychnio languidius ardente Jes. XLII, 3, de oculis hebescentibus 1 Sam. III, 2: וְעֵינָיו הֵחֵלּוּ כֵהוֹת *et oculi eius hebescere coeperunt* (ad syntaxin cf. Gen. IX, 20: וַיָּחֶל נֹחַ אִישׁ הָאֲדָמָה. Jes. XXXIII, 1. Gramm. §. 139, 4), de colore pallescente Lev. XIII, 21. 26. 28 (v. ad Pi. no. 1, a). 39: *maculae* כֵּהוֹת לְבָנוֹת *candoris pallidi* (von matt-weisser Farbe): de animo fracto Jes. LXI, 3. (Zab. ܐܟܗܘܬܐ pro ܐܟܗܝܘܬܐ est *hebetudo* Cod. Nas. III, p. 30).

כֵּהָה f. *remissio, mitigatio* (vulneris). Nah. III, 19.

כְּהַל chald. *potuit.* Non reperitur nisi in part. כָּהֵל pl. כָּהֲלִין, et apud solum Danielem, sq. gerundio verbi Dan. II, 26. IV, 15. V, 8. 15. (Vicinae radices sunt כּוּל, יְכֵל cf. de cognatione verborum ע״ה et ע״ו p. 360 A. Nostram praeterea soli habent Aethiopes in ክህለ: conting. ኢክህለ: Hoj eiecto, v. Ludolf. gramm. p. 85).

כָּהַן rad. in Kal inusit., unde כֹּהֵן *sacerdos.* De cuius etymo quum variae sint eruditorum sententiae, in quibus proponendis saepe ad reliquarum linguarum usum provocatum est, ab hoc usu accuratius definiendo proficiscamur. Apud Arabes hoc verbum *ministrandi* significatum habuisse, ex Giggeji Lexico (III, p. 1691: كَهَنَ sacerdos fuit, sacerdotio functus est, ministravit), in Castelli et Meninskii opera migravit, sed immerito, ut apparet ex his Firuzabadii verbis (Kamus pag. 1799): كَهَنَ sq. لَ *fut. A et O, item* كَهُنَ *cum nom. act.* كَهَانَة *Conj. I et V est: praedixit alicui occultum (i. e. futurum). Quod qui facit, est* كَاهِن *pl.* كَهَنَة, كُهَّان, *eiusque ars appellatur* كِهَانَة *prima Kesrata.* كَاهِن *etiam de eo dicitur, qui surgit in alieno negotio et operam dat in causa eius* (من يقوم بامر الرجل ويسعى في حاجته), *et* مُكَاهَنَة *est* i. q. مُحَابَاة *i. e. favere alicui, ei connivere eumque adiuvare*, quibus addendum, كَاهِن maxime de hariolis vatibusque Arabum paganorum usurpari v. Cor. 52, 28. 69, 42, Meidani ap. Reisk. ad Abulf. Ann. III, 18. Schult. Imp. Jootan. 72 lin. 7. 168 lin. 15. de Sacy Mémoire sur la literature des Arabes p. 53, cf. verbum vit. Tim. I p. 116, et كهانة ars hariolandi ibid. I, 28. II, 912 Mang. Apud Aethiopes ክህነ: sacerdos fuit, sacerdotio functus est, denom. est a כֹּהֵן, ካህን:. De syriaco ܟܗܢ disputavit J. D. Michaëlis in suppl. et ad Castell., quem in sequentibus partim sequar, partim ex ineditis supplebo. Ac conj. Pe. quidem in Lexx. veteribus non reperi, sed Ethp. ܐܬܟܗܢ in Lexico Adleriano explicatur اخصب uber fuit (regio), Ethpa. „ܐܬܟܗܢ تكهّن اتخدم ministratus, consecratus est“, sed Bar Ali ܐܬܟܗܢ اخصب واثرى من الخصب والثروة *vitae commodis opibusque abundavit*, adj. ܟܗܝܢܐ in Pesch. respondet hebr. בֶּטַח, שָׁלֵו Iud. XVIII, 10. 27. Ps. LXXIII, 12. XXII, 6. 7, arabice redditur in libro Iudd. مخصب

et de hominibus dicitur qui vitae commodis abundant, unde Lex. Adler. مغلّ مُخصب غنيّ عامر *abundans*, *affluens*, *dives*, *bene cultus* (de terra). Abstr. ܟܗܢܘܬܐ apud Bar Alium explicatur: الخصب العمران السعادة العمارة الجلالة العز الغنا السعد *ubertas terrarum*, *felicitas agri*, *gloria*, *honor*, *divitiae*, *felicitas*, et in Lex. Adler. خصب غلّة *ubertas*, *proventus largus*, in Peschito ponitur pro שַׁלְוָה Ps. CXXII, 7 et de *prosperitate* Ps. LXXIII tit. de *abundantia* Barhebr. p. 355, *frequentia* urbis ib. 600. — His ita expositis ut sententiam meam de harum significationum origine et stemmate dicam, maxime mihi probabile est, ista omnia secundaria et a *sacerdotis* potestate, quam כהן habet apud Hebraeos, Syros, Chaldaeos, Aethiopes derivata esse. Quod apud Arabes كاهن vatem, hariolum significat, cum illo significatu arcte cohaeret, siquidem sacerdotum et vatum munera antiquissimis temporibus coniuncta esse solebant: a vatis autem notione petitum videtur, quod كاهن eum quoque significat, *qui mandata habet ab aliquo*, Bevollmächtigter (cf. vc. נָבִיא similiter translatum Exod. VII, 1): vates enim sunt interpretes Deorum. Apud Syros autem quod ܟܗܝܢܐ, ܟܗܝܢܘܬܐ de vita tranquilla, omnibus vitae copiis affluente, deque agrorum fertilitate usurpatur, id a sacerdotum conditione felice vitae commodis abundante dictum esse persuasum est, ita ut ܟܗܝܢܐ proprie *sacerdotalis* sit, v. c. de vita sacerdotali i. e. commoda, beata, qualem sacerdotes gerunt, de agro sacerdotali i. e. fertili, bene culto, quales sacerdotum agri esse solent. Similes usus in nostris linguis habemus, in quibus non raro optimum et praestantissimum in suo genere vel *sacerdotum* vel *dominorum* (dominis autem saepe sacerdotes et monachi intelliguntur) esse dicitur. Sic *Pfaffenstück*, *Pfaffenschnitt* est praestantissima bovis assati pars; *Pfaffenbirn*, *Herrenbirn* est pyri genus delicatum; *Herrenessen* coena delicata, *Herrenleben* vita tranquilla et commodis abundans, adj. *herrlich* splendidus, a, um, de eo quod dominorum, non vulgi, est: cf. ital. *far il prelato*, *tavola del Papa*, *ai preti il mondo è piccolo*.

Quae si recte disputavimus, ad nativam nominis potestatem indagandam ex omnibus istis nihil proficitur, eaque etymologorum coniecturis permissa est. In his alii quidem, ut Cocceius, Schultens. Origg. hebr. p. 228, Venema ad Ps. XCIX, 6 contulerunt arab. جهن propinquus fuit (rarissimum, ut videtur, vocabulum), ut כֹּהֵן sit: appropinquans ad Deum coll. Ex. XIX, 22: כֹּהֲנִים נִגָּשִׁים אֶל יְיָ; alii (Kimchi, Michaelis in suppl.) כהן a *ministrando* dictum volunt, praesertim quum haec vox etiam de regis ministris dicatur (sed vide infra), vel ad ministrandi significatum provocantes, quam huic radici perperam tributam esse vidimus, vel ad كاهن administrator negotii (Fisch. ad Mal. I, 6), quod et ipsum secundarium est; nuper autem Hitzigius ad Jes. LXI, 10 (vide iam Lexx. nostri editionem primam T. I p. 434) כהן idem esse coniecit atque כון stare, ut כֹּהֵן sit adstans, stator, apparitor, כִּהֵן Jes. l. c. = כּוֹנֵן paravit; et Maurerus (ind. ad cursum ling. hebr.) כהן idem esse voluit atque גהן, גחן incurvavit se, quod saepe fit in cultu divino, inde de cultu et ministerio deorum. Duarum posteriorum sententiarum neutra displicet, quanquam in priore verbi כִּהֵן Jes. l. c. interpretationem non probo (v. infra); ad posteriorem commendandam fortasse ad glossam illam syro-arabicam ܐܬܟܗܢ تكهّن i. e. *incurvavit se* (in cultu divino) provocari possit.

Pi. כִּהֵן 1) *sacerdotem egit*, *sacerdotio functus est* Ex. XXXI, 10. XXXV, 19. XXXIX, 41. Lev. XVI, 32. Num. III, 34, plerumque addito לַיהוָה Exod. XXVIII, 1. 3. 4. 41. XXIX, 1. 44. XL, 15. Lev. VII, 35. 2 Par. XI, 14. Hos. IV, 6 al. In Targg. redditur שַׁמֵּשׁ ministravit. LXX. ἱερατεύω, semel λειτουργέω. 2) *sacerdos factus est* Deut. X, 6. Singulare est Jes. LXI, 10: כֶּחָתָן יְכַהֵן פְּאֵר *sicut sponsus sacerdotem agit tiara* i. e. tiara splendida ad instar tiarae sacerdotalis se ornat, quod magis placet, quam quod plerique habent: *sacerdotalem facit tiaram* i. e. splendidam. Servatur enim vulgaris verbi significatio. Ita Aqu. ὡς νύμφιον ἱερατευόμενον στεφάνῳ. Jarchi, qui quidem ad omnes vestes refert: ילביש לבשי פאר ככהן הגדול: paullo liberius Symm. ὡς νύμφιον κεκοσμημένον στεφάνῳ. Vulg. Syr. Addendum est, quod supra observavimus *sacerdotalia* splendida, praestantia (herrlich) visa esse veteribus Semitis. In Hitzigii interpretatione, quam cummaxime attigimus: *sicut sponsus apparat cidarim* quum sententia friget, tum maxime hoc ferri nequit, quod verbum hoc uno loco significatione accipitur a reliquo linguae usu aliena, idque in recentiore scriptore, cuius aetate primigeniae verborum origines ex memoria populi iam diu effluxerant.

כֹּהֵן pl. כֹּהֲנִים cstr. כֹּהֲנֵי m. *sacerdos*. (Chald. sam. כָּהֵן, ܟܗܢܐ, syr. ܟܗܢܐ, arab. كاهن, aeth. ካህን: id. Adeo in linguam armenicam receptum est քահանայ *khahanai* sacerdos). Sexcenties dicitur de sacerdotibus Jovae (Exod. Levit. Deut.), sed etiam de idolorum sacerdotibus (quod posterius Targg. reddunt כּוּמַר, cf. hebr. כֹּמֶר) v. c. Gen. XLI, 45. 50. XLVI, 20. XLVII, 26 al. Coniungitur a) sq. genit. numinis, ut כֹּהֵן יְהוָה 1 Sam. XIV, 3, כֹּהֵן הַבַּעַל 2 Par. XXIII, 17, כֹּהֲנֵי דָגוֹן 1 Sam. V, 5, כֹּהֲנֶיךָ sacerdotes tui (Jovae) Ps. CXXXII, 9, neque non populi, urbis locive, in quo sacerdos munere suo fungebatur, ut כֹּהֵן אֹן sacerdos Heliopolitanus Gen. XLI, 45. 50, כֹּהֵן מִדְיָן sacerdos Midianiticus Ex. III, 1. XVIII, 1, כֹּהֵן בֵּית אֵל sacerdos Bethelis Am. VII, 10, כֹּהֲנֵי הַבָּמוֹת sacerdotes excelsorum (v. בָּמוֹת) 1 Reg. XIII, 2. 33, c. suff. כֹּהֲנֵינוּ sacerdotes nostri (Israëlis) Esr. IX, 7. Neh. X, 1, כֹּהֲנָיו sacerdo-

tes eius (Israëlis) Ps. LXXVIII, 64, sacerdotes eius (Ahabi) 2 Reg. X, 11, כֹּהֲנֶיהָ sacerdotes eius (Hierosolymorum) Thren. I, 4. IV, 13. Ps. CXXXII, 16, כֹּהֲנֵיהֶם Jer. II, 26. XXXII, 32. b) sq. לְ numinis, cuius sacra facit sacerdos, ut כֹּהֵן לַיהוָה Lev. XXIII, 20. 1 Sam. I, 3. 1 Reg. II, 27. 2 Par. XXVI, 17, כֹּהֵן לְאֵל עֶלְיוֹן Gen. XIV, 18, כֹּהֵן לְלֹא אֱלֹהִים 2 Par. XIII, 9, item addito לְ eius, qui aliquo tanquam sacerdote utitur Iud. XVII, 12. 13. XVIII, 4. 19. 2 Sam. XX, 26. Apud Hebraeos Jovae cultores *summus sacerdos* (ὁ ἀρχιερεύς) appellatur הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל Lev. XXI, 10. Num. XXXV, 25. 28. Jos. XX, 6. 2 Reg. XXII, 4. XXIII, 4. Neh. III, 1. 20. Hagg. I, 1. 12. 14, כֹּהֵן הָרֹאשׁ 2 Reg. XXV, 18. 2 Par. XIX, 11. XXIV, 11. XXVI, 20, הַכֹּהֵן הָרֹאשׁ Esr. VII, 5, הַכֹּהֵן הַמָּשִׁיחַ (sacerdos unctus) Lev. IV, 3. 5. 16; qui hunc dignitate excipiebat כֹּהֵן הַמִּשְׁנֶה sacerdos secundarius Jer. LII, 24. sed in pl. כֹּהֲנֵי הַמִּשְׁנֶה 2 Reg. XXIII, 4 omnes sacerdotes esse videntur opp. sacerdoti summo. Sacerdotibus opponitur הָעָם plebs Jes. XXIV, 2. Hos. IV, 9. עַם הָאָרֶץ Jer. I, 18. — Rex idemque Jovae sacerdos vocatur Melchisedek, antiquissimus Hierosolymorum rex Gen. XIV, 18. Ps. CX, 4 et re ipsa sacerdotes erant antiquiorum regum plures, ut Salomo 1 Reg. VIII, usque ad Usiam 2 Par. XXVI cf. Ps. l. c. Virg. Aen. 3, 80: Rex Anius, rex idem hominum Phoebique sacerdos.

Atqui plures sunt V. T. loci, in quibus כֹּהֲנִים in amicis et aulicis regis memoratur, et vetusta est opinio, ibi non sacerdotes sed *principes* s. *nobiles* intelligi, quam significationem plures primariam fuisse statuunt atque vel ex commenticia illa *ministrandi* potestate, vel ab *honoris* et *divitiarum* notione apud Syros, de qua supra, ductam existimant (v. Simonis in Lex. Keil Vers. üb. die Chronik p. 316. Movers krit. Untersuchungen üb. die Chronik p. 300). Paullo accuratius igitur illos locos pertractare liceat, ut lectoribus nostris persuadeamus, ubique in certa explorataque sacerdotis notione acquiescendum esse. Sunt potissimum tres 2 Sam. VIII, 16—18. XX, 23—26. 1 Reg. IV, 2—6, quibus amici et ministri regii Davidis et Salomonis recensentur. Proficiscamur a secundo, qui maximi hac in quaestione momenti est, quo extremo haec habentur: וְצָדוֹק וְאֶבְיָתָר כֹּהֲנִים׃ וְגַם עִירָא הַיָּאִרִי הָיָה כֹהֵן לְדָוִד *Zadocus et Ebjathar erant sacerdotes: et etiam Ira Jaïrita erat sacerdos Davidis.* De Zadoco et Ebjatharo quum aliunde constet (2 Sam. XV, 24 sqq. 1 Reg. I, 7. 8. 26 sqq. maxime 34. 39. II, 35. 1 Par. XXX, 22), veri nominis eos sacerdotes Leviticos eosdemque tamen magnae in aula regia auctoritatis fuisse, hic autem Irae mentio annectatur his verbis: *et etiam Ira ... erat sacerdos Davidi*, consequitur, hunc simili modo atque illos sacerdotem amicumque regium fuisse, quod quidem posterius significatur dativo, כֹּהֵן לְדָוִד coll. Iud. XVII, 10: וֶהְיֵה לִי לְאָב וּלְכֹהֵן. XVIII, 19. Kimchi: עובדו ובעל עצתו ונשענים אליו בראש כלם. Atque haec ita se habere, luculenter apparet ex illorum locorum tertio 1 Reg. IV, 2—6, quo Salomonis aulici recensentur. In his verbis Comm. 4 iterum comparent צָדוֹק וְאֶבְיָתָר כֹּהֲנִים, quibus Comm. 5 additur: וְזָבוּד בֶּן־נָתָן כֹּהֵן רֵעֶה הַמֶּלֶךְ *et Sabud, filius Nathani,* erat *sacerdos* isque *amicus regis* (non: *Sabud sacerdos* erat *amicus regius*, in quam sententiam scribendum fuisset הַכֹּהֵן). Itaque efficitur ex duobus his locis, in aula Davidis et Salomonis complures fuisse sacerdotes, qui partim sacris administrandis praeessent (Zadocus et Ebjathar), partim interioris admissionis apud regem essent, quorumque utpote virorum piorum et sapientium consilio et auctoritate reges uti solebant (cf. inter se illud Iud. XVII, 10 de Micha sacerdote Danitarum: וֶהְיֵה לִי לְאָב וּלְכֹהֵן, et Gen. XLV, 8 de Josepho: וַיְשִׂימֵנִי לְאָב לְפַרְעֹה), quemadmodum iidem ceteroquin prophetas, ex. c. Davides Nathanum, in amicorum numero habebant et imperatores regesque Christiani inde a Constantio Chloro et Constantino Magno episcopos in aulicorum amicorumque regiorum corona habebant, quod quidem reputare, non omnem rem in scurrile vertere debebat Moversius l. c. qui de loco 2 Sam. VIII disputans p. 303 ita scribit: Andere machen — wirklich auf possierliche Weise — die Söhne Davids zwar nicht zu Priestern ex professo, sondern nur zu seinen geistlichen Räthen, oder „Hofcaplänen", wobei sie nur vergessen, dass das Alterthum keine Consistorialräthe und Hofcapläne, sondern nur Opferpriester gehabt habe", quae non scripsisset vir doctus, nisi ipse eius, quae sacerdotum in aula Persarum et Aegyptiorum erat, conditionis immemor fuisset. His autem praemissis lucebit etiam illorum locorum primus 2 Sam. VIII, 16—18, plurimis ille quidem recentiorum disputationibus vexatus (vide de Wette Beyträge I p. 81. nostr. hist. ling. hebr. p. 41. Wineri Lex. h. v. Gramberg über die Chronik p. 143 sqq. Religionsideen d. A. T. I p. 252. Maurer. ad h. l. et contra Keilium, Moversium ll. cc.), reliquisque sane difficilior. Priorem is continet indicem principum Davidis, in quo postquam Comm. 17 dictum est: et *Zadoc filius Ahitub et Ahimelech filius Ebjathar erant sacerdotes*, additur: וּבְנָיָהוּ בֶּן־יְהוֹיָדָע וְהַכְּרֵתִי וְהַפְּלֵתִי וּבְנֵי דָוִד כֹּהֲנִים הָיוּ. Quod si sanum esset, explicandum foret: *et Benajas filius Jojadae et Crethi Plethique et filii Davidis erant* כֹּהֲנִים. Sed dudum viderunt Critici (Clericus, Hubigantius, nuper Maurerus), ex locis parallelis 2 Sam. XX, 23. 1 Par. XVIII, 17 cum Chald. Vulg. Syr. pro והכרתי reponendum esse על הכרתי, ut sententia sit: *et Benajas ... praefectus erat satellitibus regiis, et filii Davidis erant* כֹּהֲנִים. (Huius indicis scripturam etiam alio in loco laborare, et pro *Ahimelech filius Ebjathar* legendum esse *Ebjathar filius Ahimelech*, ostendit Korbius in Wineri theol. Journal IV, p. 295). Eodem igitur loco comparent filii Davidis, quo in duobus locis praecedentibus *Ira, sacerdos Davidis* et *Sabud, sacerdos amicus regius*, unde non possumus non colligere, et ipsos vere sacerdotes fuisse, fortasse sacra privata administrantes (v. Iudd. l. c.), eosque tamen *patris comites* in aula degentes, ut sacerdotum magorumque filii apud Aegyptios et Persas. Quod quidem posterius eorum munus priore omisso expressit auctor Paralipomenon, cui sacerdotes, qui Levitae

non essent, pro sui temporis rationibus non poterant non offendiculo esse, pro וּבְנֵי דָוִד כֹּהֲנִים הָיוּ ponens: וּבְנֵי דָוִיד הָרִאשֹׁנִים לְיַד הַמֶּלֶךְ *et filii Davidis proximi erant a latere regis.* Similem interpretationem etiam dederunt LXX. καὶ οἱ υἱοὶ Δαβὶδ αὐλάρχαι ἦσαν, quanquam haec fortasse ex Paralipomenis fluxit, Targ. הֲווֹ רַבְרְבִין; ex Rabbinis Kimchius, in recentioribus Clericus al. quibus sacerdotum mentio huic loco inepta videtur. Sed etiam h. l. proprium sacerdotis significatum retinendum esse, ex duobus locis parallelis evidens est; filiosque regis vere sacerdotes fuisse, nemini mirum videbitur, qui intimam inter munus regium et sacerdotale apud veteres Hebraeos necessitudinem perpenderit (cf. Josephus de vitâ sua §. 1: ὥςπερ παρ' ἑκάστοις ἄλλη τίς ἐστιν εὐγενείας ὑπόθεσις, οὕτως παρ' ἡμῖν ἡ τῆς ἱερωσύνης μετουσία τεκμήριόν ἐστι γένους λαμπρότητος). — Reliqui loci, in quibus unus vel alter veterum interpretum, sed sine necessitate et contra linguae usum, כֹּהֵן *principis* vel *ministri* significatu accepit, sunt: 2 Reg. X, 11: מְיֻדָּעָיו וְכֹהֲנָיו (de Ahabi sacerdotibus idololatricis). Kimchi: רֹאשָׁיו. Ibid. XI, 9: יְהוֹיָדָע הַכֹּהֵן LXX Ἰωδαὲ ὁ συνετός, praeterea Gen. XLI, 45. Ex. III, 1. XVIII, 1. Ps. CX, 4, ubi Targumista רַבָּא interpretatus est.

כָּהֵן chald. i. q. כֹּהֵן *sacerdos.* In stat. emphat. כָּהֲנָא (pro כָּהֲנָא, v. ad יְעַט) Esr. VII, 12. 21. Plur. emphat. כָּהֲנַיָּא Esr. VI, 9. 16. 18. VII, 16. 24.

כְּהֻנָּה f. *sacerdotium, munus sacerdotale.* (Chald. id. Syr. ܟܗܢܘܬܐ, ܟܘܡܪܘܬܐ id.) Exod. XXIX, 9. XL, 15. Num. III, 10. XVIII, 1. 7. Esr. II, 62 al. כְּהֻנַּת יְיָ Jos. XVIII, 7. כְּהֻנַּת עוֹלָם Num. XXV, 13. בְּרִית הַכְּהֻנָּה lex sacerdotii Num. XXV, 13. Neh. XIII, 29. — 1 Sam. II, 36: *institue me* אֶל אַחַת הַכְּהֻנּוֹת *in aliquod munus sacerdotale.*

כּוּב ἅπαξ λεγόμ. Ezech. XXX, 5, n. pr. terrae, quae cum Aegypto, Aethiopia, aliisque regionibus Africae copulatur. Sunt qui intelligant *Coben*, Aethiopiae portum, vel *Cobium*, Mareotidis vicum (Vatabl.), vel *Cobam*, Mauritaniae oppidum itin. Antonini pag. 18 (Hamakeri Miscell. phoen. p. 239): sed sermo connexus maiorem quandam regionem flagitat, non oppidum vicumve. Itaque nescio an scribendum sit נוּב *Nubia*, cuius scripturae vestigium servavit Arabs interpres: أهل النوبة *populus Nubiae*, qui procul dubio, ut semper, ex Alexandrino interprete haec hausit, licet verba graeca a nostris codicibus absunt: adde quod in cod. de Rossii no. 409 pro וְכוּב a prima manu est וכנוב. כ et נ litterae autem non solum in scriptura quadrata sed etiam in antiquiore Hebraea sibi similes sunt (v. Monumm. Phoenic. T. III. tab. 3 ibique lit. Nun no. 3): et licet alibi Cuschaea (כּוּשׁ) Nubiam quoque complectatur, satis credibile est, eam h. l. suo et peculiari nomine memorari (cf. פַּתְרוֹס et מִצְרַיִם). Ceterum non magnopere repugnarem, si quis לוּב *Libyam* legere mallet, quod et ipsum litterarum in huius speciei alphabetis similitudine (v. כ et ל Palmyrenorum in Monumm. tab. 4) commendari posset.

כָּוָה in Kal inusit. I) *ussit*, gr. καίω (καύω). Arab. كوى, syr. ܟܘܐ adussit, inussit, cauterio notavit, v. כִּי pro כְּוִי, כְּוִיָּה, מִכְוָה.

II) Ut cognata קָבַב, נָקַב, יָקַב, etiam כָּוָה, כָּוַו, *cavi, excavandi* significatum habuisse videtur, cuius vestigium est in chald. כַּו *fenestra*, arab. كُوّ foramen, كُوَّة fenestra. Simonis hoc ducit a كوى „pupugit, fodit, transfodit", sed hic significatus verbo perperam tributus est. Quod enim lexica arabica habent كوى *punxit* scorpius, hoc ab inurendo petitum est: quandoquidem scorpius pungens et venenum immittens cutem quasi cauterio notat.

Niph. pass. no. I, *ustus, adustus est* (igne) Prov. VI, 28: וְרַגְלָיו לֹא תִכָּוֶינָה *et pedes eius non aduruntur.* Jes. XLIII, 2.

כִּי (pro כְּוִי, ut אִי pro אֱוִי, עִי pro עֱוִי, arab. كَيّ a كوى al. v. Schroeder de vest. mul. p. 406) *stigma inustum*, ut arab. كَيّ ustio cauterio facta Lev. XIII, 24. 25 Saad. (pro מִכְוָה) Exod. XXI, 25 Arab. Erp. (pro כְּוִיָּה), a rad. كوى. Jes. III, 24: כִּי תַחַת יֹפִי *stigmata loco pulchritudinis.* Intelliguntur stigmata ab hostibus crudelibus puellarum delicatarum cuti inusta (cf. vit. Tim. p. 320. II p. 500 Manger.). Veram loci interpretationem, quam veterum translatorum nemo assecutus erat, iam Talmudistae (quos laudant Kimchius et Aben Esra) dederunt (Schabb. 62 verso) comparantes proverbium: חלופי שופרא כיבא *pro pulchritudine stigma*, quod paullulum mutatum etiam ita citatur: חלופי שופרא כְּוָאָה Buxtorf. Lex. chald. p. 1018. Quod Jubbius ap. Lowthum כִּי dictum malebat pro כֵּהִי pallor, debilitas, frigidum est: et minus etiam ferendum, quod Hitzigius כִּי interpretatur *vulnus, incisio* i. q. גְּדֻדָה, nam كوى findendi, incidendi („ritzen") significatum habuisse, commenticium est (v. supra).

כְּוִיָּה f. *adustio* corporis (Brandfleck). Ex. XXI, 25.

מִכְוָה f. id. *locus adustus* corporis Lev. XIII, 24. 25. 28.

A כָּוָה no. II est

כַּו plur. כַּוִּין chald. *fenestra.* Dan. VI, 11. Saepe in Targg. Syr. ܟܘܬܐ id. Act. XX, 9. 2 Cor. XI, 33. Arab. كُوّ, كَوَّة, كُوَّة id.

כּוֹחַ *vis*, v. rad. כָּחַח.

כּוֹכָב *stella*, v. rad. כָּבַב.

כּוּל *metiri*, veluti frumentum. Arab. كَالَ pro كَيَلَ Conj. I et VIII mensuravit, maxime frumentum, كَيْلٌ et مِكْيَلٌ mensura aridorum, rarius liquidorum. Syr. ܟܳܠ mensuravit, ܐܶܬ݂ܟܺܝܠ pass., ܟܰܝܠܳܐ mensura. Chald. in Pe. mensus est frumentum Ex. XVI, 18. Ruth III, 15 pro hebr. מָדַד; מְכִילָא, כִּלְכְּלָא mensura. In Kal semel legitur Jes. XL, 12: וְכָל בַּשָּׁלִשׁ עֲפַר הָאָרֶץ *et mensus est trientali pulverem terrae*, ubi כָּל eundem usum habere, qui apud Arabes et Chaldaeos obtinet prima specie, nemo dubitabit, qui reliqua huius commatis membra comparaverit:

מִי מָדַד בְּשָׁעֳלוֹ מַיִם
וְשָׁמַיִם בַּזֶּרֶת תִּכֵּן
וְשָׁקַל בַּפֶּלֶס הָרִים
וּגְבָעוֹת בְּמֹאזְנָיִם

Ita etiam omnes veteres, praeter Alexandrinum. Kimchi: מדד. Quod ipse in gramm. ampl. p. 675 כָּל ad כֹּל *omnis* retuleram, mero errore factum est, quem mox animadversum in Lexx. tacite certe correxi: mirorque id Hitzigio placere coll. כָּל Merkato Ps. XXXV, 10. Prov. XIX, 6 et וּלְכָל בָּהֶן חַיֵּי רוּחִי Jes. XXXVIII, 16. Sed perspicua ex obscurissimis explicare non expedit: et leve est, quod vir doctissimus כּוּל in Kal alibi non deprehendi observat. Utuntur certe ita *Chaldaei* et Arabes. Ceterum ita, ut Hitzigius, etiam interpretantur LXX. καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακί.

Pilp. 1) *cepit*, *continuit* (de vase), nostr. messen, in sich halten. 1 Reg. VIII, 27: *ecce coeli et coeli coelorum te* (Deum) *non capiunt*. 2 Par. II. 5. VI, 18. — 2) *sustinuit* a) i. q. *tulit*, *pertulit* (aushalten). Malach. III, 2: מִי מְכַלְכֵּל אֶת־יוֹם בּוֹאוֹ *quis sustinebit diem, quo veniet?* Prov. XVIII, 14: רוּחַ אִישׁ יְכַלְכֵּל מַחֲלֵהוּ. Jer. XX, 9: נִלְאֵיתִי כַּלְכֵּל. b) *tuitus est* aliquem, aliquid. Ps. LV, 23: וְהוּא יְכַלְכְּלֶךָ *isque te tuebitur*. CXII, 5: יְכַלְכֵּל דְּבָרָיו בְּמִשְׁפָּט *tuetur causas suas in iudicio*. — 3) *sustentavit* i. e. *aluit*, commeatu instruxit (cf. סָבַר, ܣܰܝܒܰܪ sustentavit, portavit, it. nutrivit, ܣܘܽܒܳܪܳܐ cibus), sq. acc. Gen. XLV, 11. L, 21. 2 Sam. XIX, 33. 34. XX, 3. 1 Reg. IV, 7: וְכִלְכְּלוּ אֶת־הַמֶּלֶךְ וְאֶת בֵּיתוֹ *hi sustentabant regem domumque regiam*. XVII, 4: וְאֶת הָעֹרְבִים צִוִּיתִי לְכַלְכֶּלְךָ שָׁם. Comm. 9. Ruth IV, 15. Neh. IX, 21. Zach. XI, 16. Sq. dupl. acc. pers. et rei: sustentavit aliquem aliqua re. Gen. XLVII, 12. 1 Reg. XVIII, 4: וְכִלְכְּלָם לֶחֶם וָמָיִם. Comm. 13.

Pass. כָּלְכַּל *commeatu instructus est*. 1 Reg. XX, 27.

Hiph. הֵכִיל 1) i. q. Pilp. no. 1. 1 Reg. VII, 26: אַלְפַּיִם בַּת יָכִיל *duo millia bathorum continebat*. Comm. 38. VIII, 64. 2 Par. IV, 5. VII, 7. Ezech. XXIII, 32: מִרְבָּה לְהָכִיל *multa capiens*. — 2) i. q. Pilp. 2, a. *sustinuit*, *tulit*. Joël II, 11: *magnus est dies Jovae*, מִי יְכִילֶנּוּ *quis sustinebit eum?* Am. VII, 10. Jer. VI, 11. X, 10. — Aliud הָכִיל pro הָאֱכִיל vide ad rad. אָכַל.

כּוּם rad. inusit. Arab. كَوَمَ Conj. cumulavit, accumulavit terram, كُومَةٌ cumulus terrae, frumenti (v. Ps. LXIV, 13. LXXI, 3. CXLVIII, 4. Neh. IV, 2. Abdollat. p. 154), كُوم agmen camelorum. Pertinet haec radix ad eam radicum familiam, quarum syllaba primaria est כם, גם, עם, v. ad עָמַם.

כִּימָה f. *cumulus* stellarum, inde *Pleiades*, *Vergiliarum* sidus, septem stellis maioribus aliisque minoribus arcte conglomeratis constans, arab. ثُرَيَّا (pr. copia, multitudo), plenius عقد الثريا (colligatio pleiadum), quod Persarum poëtae flori ex gemmis contexto comparare solent (v. Sadi Gulistan p. 22 Gent. Beigel in Ideler Untersuchungen über den Ursprung der Stern-Namen p. 146) et Gronlandiae incolae *stellas colligatas* (Killukturset) appellant, auctore Egedio, Nachrichten von der Grönländischen Mission p. 57. Similis imago respicitur Iob. XXXVIII, 31: הַתְקַשֵּׁר מַעֲדַנּוֹת כִּימָה *num tu colligasti vincula Pleiadum?* IX, 9. Am. V, 8. E vett. intpp. LXX. Aquila, Vulg. πλειάδα habent Iob. XXXVIII, ibid. et in Amoso Symm., Theod. in Amoso: Aramaei interpretes retinent vocem hebraeam, quam Bar Alius *Pleiades* (الثريا) interpretatur, quanquam hic more suo plures interpretum opiniones cumulans etiam addit: العيوق *sidus capellae*. Cf. Hyde ad Ulugh-Beighi tabb. p. 32. Niebuhrii Arabiam p. 114. Michaëlis suppl. p. 1264 sqq. Ideler l. c.

כּוּן rad. in Kal non usit. (nam וַיְכֻנֶנּוּ Iob. XXXI, 15 est a Pil. q. v.), pr. *erectus stetit*, unde כֵּן rectus, מָכוֹן locus in quo aliquid stat, מְכוֹנָה basis. Frequentatur in omnibus linguis cognatis varia forma et significatione. Syr. in Pe. raro: accidit, esse coepit Ephr. Syr. II, 449. Barhebr. in Mich. chrest. p. 117. ܐܰܟܶܢ stabilivit, plantavit, Pa. ܟܰܘܶܢ reprehendit, pr. correxit, berichtigen, ܟܝܳܢܳܐ natura. Chald. Pa. כַּוֵּן i. q. hebr. כּוֹנֵן statuit, stabilivit, direxit, aptavit, it. intendit pr. direxit oculos, animum ad aliquid. Nasor. Pe. stetit, firmiter constitit. Aph. firmavit. ܟܘܳܢܳܐ basis. Sam. ܐܬܟܢ paravit, sed idem etiam ܟܘܢ pro כּוּן. Arab. كَانَ exstitit, accidit, fuit, II. fecit ut existeret, creavit, مَكَان locus, ubi aliquid existit. Aeth. ኮነ: factus est, accidit, fuit, quod quomodo differat ab ሀለወ: v. Ludolf., accedunt quadrilittera ኰነነ: iudicavit, imperavit, pr. i. q. כּוֹנֵן

statuit, cf. שָׁפַט i. q. שָׁפַת, et ሠርዐ: artificiose elaboravit pr. paravit, ሥራ: opificium, ሠራዒ: artifex. Ceterum quod observat Redslob. de part. כִּי p. 13 sqq. כון radicem emollitam videri e duriore forma קום, a veri specie non alienum est.

Pil. כּוֹנֵן 1) *statuit* (stellen, aufstellen). Ps. IX, 8: כּוֹנֵן לַמִּשְׁפָּט כִּסְאוֹ *statuit ad iudicium solium suum*; max. *stabilivit* (feststellen). 2 Sam. VII, 13: כֹּנַנְתִּי אֶת־כִּסֵּא מַמְלַכְתּוֹ עַד־עוֹלָם *stabiliam solium regni eius in aeternum.* 1 Par. XVII, 12. Ps. XLVIII, 9. Metaph. Ps. XL, 3: *stabilivit gressus meos* i. e. fecit, ut tuto consistere possem. XC, 17: *opus manuum nostrarum stabili* i. e. fac ut bene succedat. LXVIII, 10: *peculium tuum* idque *fessum stabiliebas* i. e. recreabas. XCIX, 4: *stabilis iustitiam.* VII, 10: *stabili* i. e. confirma, adiuva *iustum.*

2) *statuit* i. e. *fundavit*, velut urbem Ps. CVII, 36. Hab. II, 12, terram Ps. XXIV, 2. CXIX, 90. Jes. XLV, 18, coelum Prov. III, 19.

3) *paravit, creavit,* ut Deus hominem Deut. XXXII, 6: הוּא עָשְׂךָ וַיְכֹנְנֶךָ. Ps. CXIX, 73, lunam et stellas Ps. VIII, 4. — 2 Sam. VII, 24: וַתְּכוֹנֵן לְךָ אֶת־עַמְּךָ יִשְׂרָאֵל לְךָ לְעָם *et parasti tibi populum tuum Israël, ut tibi populus sit.* LXX. ἑτοιμάζειν. — Huc pertinet etiam Iob. XXXI, 15: וַיְכֻנֶנּוּ בָּרֶחֶם אֶחָד *et idem paravit nos in utero*, pro וַיְכוֹנְנֵנוּ, in quo duo priora Nun in unum geminatum coaluerunt, ו correptum est ֻ. Veram analysin iam diu est quod vidit R. Jona, quem excitat Norzi in Minchat Schaj ad h. l. שוב מצאתי אחר זמן בספר הרקמה מהחכם ר׳ יונה המדקדק שכתב בלשון הזה וַיְכֻנֶנּוּ עיקרו וַיְכוֹנְנֵנוּ השתי נונין הראשונות מעיקר כמו אֱלֹהִים יְכוֹנְנֶהָ עַד עוֹלָם. Alii, ut Kimchius, quem sequuntur Simonis al., male Kal esse putaverunt. Suffixum quidem ־ֶנּוּ et *nos* esse potest et *eum*, sed prius praestat. In paucis codd. scriptum est וַיְכֻנְנֵנוּ, quam scripturam ii optasse videntur, qui, suff. 1 plur. esse, affirmare solebant: in aliis ויכוננו per Cholem, sunt etiam qui defective scribant וַיְכֻנֵּנוּ, v. de Rossium, Jahnium, J. H. Michaëlem.

4) *aptavit, direxit,* ut sagittam Ps. XI, 2: כּוֹנְנוּ חִצָּם. VII, 13, et omisso חִצִּים id. (zielen) sq. עַל scopi Ps. XXI, 13. Jes. LI, 13: כַּאֲשֶׁר כּוֹנֵן לְהַשְׁחִית *ubi sagittam direxit, ad perdendum.* Metaph. pro כּוֹנֵן לֵב (cf. הֵכִין לֵב, sq. ל *animum advertit ad* aliquid. Iob. VIII, 8: כּוֹנֵן לְחֵקֶר אֲבוֹתָם *adverte animum ad id quod exploraverunt patres.*

Pass. כּוֹנַן 1) *stabiliri* (de gressu) Ps. XXXVII, 23. 2) pass. act. no. 4 *paratum esse* Ez. XXVIII, 13.

Hiph. הֵכִין 1) *statuit* (stellen, setzen), ut sellam Iob. XXIX, 7. Ps. CIII, 19; *fundavit*, velut terram, coelum, montes Ps. LXV, 7. Prov. VIII, 27. Jer. X, 12. LI, 15; inde a) *constituit* aliquem (anstellen, bestellen, ansetzen) Jos. IV, 4. 2 Par. II, 6. Jer. LI, 12 (insidiatores). Iob. XXVIII, 27 (sapientiam hypostaticam cf. Prov. VIII, 30). הֵכִין פ׳ לְמֶלֶךְ constituit aliquem regem 2 Sam. V, 12. 1 Par. XIV, 2. 1 Reg. II, 24. — b) *confirmavit*, v. c. solium regni Jes. IX, 6. 1 Par. XXII, 10, regnum alicuius 1 Sam. XIII, 13. 2 Sam. VII, 12. 1 Par. XVII 11. XXVIII, 7. 2 Par. XVII, 5. Ps. LXXXIX, 5: עַד עוֹלָם אָכִין זַרְעֶךָ *in aeternum confirmabo posteros tuos.* Ps. X, 17: תָּכִין לִבָּם *confirmas cor eorum.* LXXXIX, 5. — c) *restituit, refecit* (templum). 2 Par. XXXV, 20 (cf. XXXIV, 10). — Inf. absol. הָכֵן et הָכִין adv. *firme, pede firmo* Jos. III, 17: *stabant sacerdotes ... in sicco in medio Jordane* הָכֵן *pede firmo.* Et eodem modo explicandum Jos. IV, 3: *sumite vobis e medio Jordanis* מִמַּצַּב רַגְלֵי הַכֹּהֲנִים הָכִין שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה אֲבָנִים *ex eo loco, ubi steterant sacerdotes firmo pede, duodecim lapides.* הָכִין (pro הָכֵן, הָכֵן) h. l. (quidquid praecipiunt accentus) arcte copulandum est cum praecedentibus, non cum sequentibus, quod qui fecerunt, in alia omnia abierunt, ut LXX. ἑτοίμους δώδεκα λίθους, Lud. de Dieu ad h. l. *duodecim lapides exacto firmoque numero,* Rosenm. *parando duodecim lapides.*

2) *paravit, praeparavit, instruxit* (zurichten, zurechtmachen) Gen. XLIII, 25 (zurechtstellen), v. c. lignum et lapides ad aedificandum 1 Reg. V, 33, sacrificium Zeph. I, 7 cf. Jes. XIV, 21 (addito לְ), viam (eam sternendo). Deut. XIX, 3, rete Ps. LVII, 7, cibos Gen. XLIII, 16. Exod. XVI. 5. Jos. I, 11. 1 Par. IX, 32. XII, 39. 2 Par. XXXV, 15, partes aedificii (einrichten, anlegen) 1 Reg. VI, 19. 2 Par. XXXI, 11, locum alicui rei (sq. לְ) Exod. XXIII, 20. 1 Par. XV, 1. 3. 12. 2 Par. I, 4. III, 1. Ps. LXVIII, 11, bellum (zurüsten) Ezech. VII, 14: הָכִין הַכֹּל *instruunt omnia* (ad bellum). XXXVIII, 7, הִכֹּן וְהָכֵן לְךָ *instruere et instrue tibi* bellum. Jer. XLVI, 14: הִתְיַצֵּב וְהָכֵן לָךְ. Metaph. Iob. XV, 35: בִּטְנָם תָּכִין מִרְמָה. — It. *comparavit* (schaffen, anschaffen, herbeyschaffen), passim addito dat. Num. XXIII, 1. 29: הָכֶן לִי בָּזֶה שִׁבְעָה פָרִים (schaffe mir hieher sieben Stiere). 1 Par. XXII. 5. 14. XXIX, 2. 2 Par. II, 6. 8, v. c. cibum Iob. XXXIX, 3: מִי יָכִין לָעֹרֵב צֵידוֹ. Ps. LXXVIII, 20. Prov. VI, 8. XXX, 25, arma 2 Par. XXVI, 14, vestes Iob. XXVII, 16. 17; *curavit, administravit* negotium Prov. XXIV, 27. De Deo: *paravit, creavit* (bereiten, schaffen), ut fruges Ps. LXV, 10, pluviam CXLVII, 8, solem lucemque LXXIV, 16.

3) *direxit*, ut tela in aliquem (sq. לְ) Ps. VII, 14, faciem in aliqu. sq. אֶל Ezech. IV, 3. 7, Deus gressus Prov. XVI, 9. Ps. CXIX, 133, homo gressum suum Jer. X, 23, homo vias suas 2 Par. XXVII, 6. Prov. XXI, 29. Spec. a) הֵכִין לֵב לְ animum applicuit ad aliquid faciendum. 2 Par. XII, 14: לֹא הֵכִין לִבּוֹ לִדְרוֹשׁ אֶת־יְהוָה *non applicuit animum suum ad colendum Jovam.* XIX, 3. XXX, 19. Esr. VII, 10. Omisso לֵב 1 Par. XXVIII, 2: הֲכִינוֹתִי לִבְנוֹת *animum applicueram ad aedificandum* (cf. chald. כַּוֵּן לְ proposuit sibi aliquid facere Esth. VI, 1 Targ. Venet. Num XXX, 6. XXXV, 22. Jon. כַּוָּנָה propositum). — b) הֵכִין לֵב אֶל יְהוָה animum applicuit ad Deum colendum 1 Sam. VII, 3, sq. לְ (ad idola colenda) 2 Par. XX, 33. Omisso אֶל יְהוָה Iob. XI, 13: אִם אַתָּה הֲכִינוֹתָ לִבֶּךָ *si animum tuum converteris* sc. ad Deum. Ps. LXXVIII, 8. — c) הֵכִין ellipt. pro הֵכִין לֵב:

animum advertit (Acht geben). 1 Sam. XXIII, 22: לְכוּ־נָא הָכִינוּ עוֹד ite, et animum advertite porro. Iud. XII, 6: וְלֹא יָכִין לְדַבֵּר כֵּן et animum non advertit, ut diceret recte (Schibboleth). 2 Par. XXIX, 36.

Hoph. הוּכַן 1) pass. Hi. no. 1. *confirmatum est* (solium) Jes. XXX, 33. — 2) pass. Hiph. no. 2. *praeparatus, instructus est* Jes. XXX, 33 (rogus alicui). Prov. XXI, 31 (equus ad bellum). Nah. II, 6, *paratus est* Zach. V, 11.

Niph. נָכוֹן pass. Pil. et Hiph. 1) *erectus est, erexit se* (Ezech. XVI, 7: שָׁדַיִם נָכֹנוּ LXX. οἱ μαστοὶ ἀνωρθώθησαν. Syr. ܩܡܘ. Hier. honeste adolescentularum maturitas indicatur, quando intumescunt ubera sive eriguntur), *statutus est* (Mich. IV, 1 et Jes. II, 2: נָכוֹן יִהְיֶה הַר בֵּית יְהוָה בְּרֹאשׁ הֶהָרִים), *fundatus est* sq. עַל super al. Iud. XVI, 26, *confirmatum est* (regnum) 1 Reg. II, 12. 45. 46: inde *stetit firmus*, de solio, regno 2 Sam. VII, 16. 26. Ps. XCIII, 2. XXV, 5. XXIX, 14 cf. 1 Sam. XX, 31, de orbe terrarum Ps. XCIII, 1, de luna LXXXIX, 38, de hominibus i. q. *viguit, permansit incolumis*. Iob. XXI, 8: זַרְעָם נָכוֹן לִפְנֵיהֶם. Ps. CII, 29. CXL, 12. Prov. XII, 3. 19. Ps. CI, 7: *qui mendacia loquitur* לֹא יִכּוֹן לְנֶגֶד עֵינָי *non consistit coram oculis meis*: de consiliis hominum Prov. XX, 18: מַחֲשָׁבוֹת בְּעֵצָה תִכּוֹן. XVI, 3.

Singulare est נְכוֹן הַיּוֹם *firmum s. stabile diei* Prov. IV, 18 i. e. tempus meridianum, quo sol in coeli cacumine immotus stare videtur, gr. σταθερὸν ἦμαρ, τὸ σταθερὸν τῆς μεσημβρίας, σταθερὰ μεσημβρία Ruhnken. ad Timaeum p. 236, arab. قائمة الظهيرة Schult. ad Prov. l. c., قام قائم الظهيرة stetit stans diei, de summo meridie tempore aestatis Elmacin. hist. Sarac. p. 23 lin. 33. Bohaedd. vit. Salad. 168 lin. 4, قائم الظهر ibid. 127 lin. 30.

Translate (quo significatu plerisque locis Participium habetur) est: a) *firmus, constans fuit*. רוּחַ נָכוֹן animus constans in virtutis proposito Ps. LI, 12. LXXVIII, 37: לִבָּם לֹא נָכוֹן עִמּוֹ *animus eorum non firmus erat erga eum*, non constans erat in amore et cultu Jovae. Al. non sincerus (aufrichtig) erat erga eum. b) *firmus* i. e. *intrepidus, fiducia plenus fuit* (getrost), de animo. Ps. LVII, 8: נָכוֹן לִבִּי. CVIII, 2. CXII, 7, et obiective c) *firmus* i. e. firmiter decretus *fuit*. Gen. XLI, 32: נָכוֹן הַדָּבָר מֵעִם הָאֱלֹהִים *firmiter decreta est res a Jova*; it. *certus* fuit Deut. XIII, 15. XVII, 4. Hos. VI, 3: כְּשַׁחַר נָכוֹן מוֹצָאוֹ *certus, sicut aurora, est ortus eius* (Jovae) i. e. adventus eius. Neutr. *certum*, unde אֶל־נָכוֹן 1 Sam. XXIII, 23: וְשַׁבְתֶּם אֵלַי אֶל נָכוֹן *revertimini ad me ad certum* i. e. certa nunciaturi, et אֶל־נָכוֹן adv. certo, revera XXVI, 4. — d) *rectus, verus fuit*. Iob. XLII, 7. 8: לֹא דִבַּרְתֶּם אֵלַי נְכוֹנָה. Ps. V, 10: כִּי אֵין בְּפִיהוּ נְכוֹנָה, ubi plures נְכוֹנָה *sincerum* interpretantur (coll. Ps. LXXVIII, 37). — e) *aptus, conveniens*. Ex. VIII, 22: לֹא נָכוֹן לַעֲשׂוֹת כֵּן.

2) *paratus est* a) *curatum, administratum est* negotium (bereitet, besorgt seyn). 2 Par. VIII, 16. XXIX, 35. XXXV, 10. 16. b) *paratus est* alicui, sq. לְ Neh. VIII, 10: לְאֵין נָכוֹן לוֹ *quibus nihil paratum est*. Prov. XIX, 29: נָכוֹנוּ לַלֵּצִים שְׁפָטִים *parata sunt irrisoribus iudicia*. Iob. XVIII, 12: אֵיד נָכוֹן לְצַלְעוֹ *calamitas parata est lateri eius*, imminet lateri eius. XII, 5, cf. XV, 23: נָכוֹן בְּיָדוֹ יוֹם חֹשֶׁךְ *ei instat dies tenebricosus*. Contra Ps. XXXVIII, 18: אֲנִי לְצֶלַע נָכוֹן *ego paratus sum ad casum* i. e. prope absum a ruina. c) *paratus fuit*. Ezech. XXXVIII, 7, addito dat. temporis Ex. XIX, 11: וְהָיוּ נְכֹנִים לַיּוֹם הַשְּׁלִישִׁי. Comm. 15. XXXIV, 2. Jos. VIII, 4. — d) *praeparari* s. praeparare se. Am. IV, 12: הִכּוֹן לִקְרַאת אֱלֹהֶיךָ יִשְׂרָאֵל *praepara te in occursum dei tui, Israël* i. e. occurre Jovae emendatione vitae, ut supplicia a te avertas.

Hithpal. הִתְכּוֹנֵן Prov. XXIV, 3, alibi הִכּוֹנֵן 1) *stabilitus, fundatus est* (de domo, urbe) Num. XXI, 27. Jes. LIV, 14. Prov. XXIV, 3. — 2) *praeparari* (ad bellum). Ps. LIX, 5.

כּוּן n. pr. oppidi Syriae, quod Hadadesero paruerat 1 Par. XVIII, 8, pro quo in loco parallelo 2 Sam. VIII, 8 legitur בֵּרֹתַי (v. p. 176). Quum Berytus, Phoeniciae urbs, a Saturno condita dicatur (Steph. Byz. h. v.), J. D. Michaëlis, qui ברותי Berytum interpretatur, pro כון h. l. כִּיּוּן i. e. כִּיּוּן pronunciandum esse suspicatur q. d. Saturni urbem: quae quidem coniectura, per se satis ingeniosa, ad irritum cadit, quum illud ipsum, *Berothai* Berytum esse, a veri specie alienum sit. Melius cum Hasio (Regn. Davidis et Salomonis p. 261) conferas *Connam* urbem, in Itinerario Antonini (p. 199 Wesseling) memoratam, mediam inter Laodiceam et Heliopolin, in iugo ipso Libani montis et prope transitum Eleutheri fluvii sitam.

כֵּן A) adj. participiale: *rectus*, inde *probus, integer* (rechtlich, cf. syr. ܟܐܢܐ, ܟܐܢ probus, integer, ܟܐܢܐܝܬ probe, chald. כֵּיוָן rectus, iustus), de hominibus. Gen. XLII, 11: כֵּנִים אֲנַחְנוּ *viri probi nos*. Comm. 19. 31. 33. 34. Neutr. *rectum* et adv. *recte*. עָשָׂה כֵן recte agere Eccl. VIII, 10, דִּבֶּר כֵּן recte loqui Num. XXVII, 7: כֵּן בְּנוֹת צְלָפְחָד דֹּבְרֹת *recte loquuntur filiae Zelophchadi*. XXXVI, 5. Exod. X, 29. Esr. X, 12 לֹא־כֵן *non rectum* i. e. vanum, inane. Jes. XVI, 6: לֹא־כֵן בַּדָּיו *vanitas mendaciorum eius*. 2 Reg. XVII, 9: דְּבָרִים אֲשֶׁר לֹא־כֵן. Prov. XV, 7: *et cor stultorum* (spargit) לֹא־כֵן *vana*, stulta. Jer. XXIII, 10: גְּבוּרָתָם לֹא־כֵן *robur eorum inane*. 2 Reg. VII, 9: לֹא־כֵן אֲנַחְנוּ עֹשִׂים *non recte nos facimus*.

B) adv. *sic, ita*, gr. οὕτως, pr. *recte* ad aliquam normam, nostr. recht so, gerade so, *also*. Gussetius, Danzius, quibus nuper accessit Ewaldus gramm. min. §. 455 ed. 2 et 3 (aliter idem in gramm. crit. p. 613),

כֵּן *ita* aliud vc. esse volunt contr. ex כָּהֵן sicut illa, ut כֹּה ex כָּהוּ, idque probabilitatis specie non caret, sed obstat tamen adverbium finitimum אָכֵן, cuius origo ex radice כון evidens est. Accedit quod illud ipsum כָּהֵן (immo כָּהֵן) in linguae usu non reperitur. Cf. ad כְּ p. 650. Sq. Makk. scribitur כֶּן־ (in form. כֶּן־הוּא) Gen. XLIV, 10. Jos. II, 21. 1 Sam. XV, 25. Prov. XXIII, 7. Iob. V, 27. — Paene ubique refertur ad antecedentia. Gen. I, 7: וַיְהִי כֵן *et factum est ita*, ut Deus iusserat. Comm. 9. 11. Ex. VI, 9: וַיְדַבֵּר מֹשֶׁה כֵּן אֶל־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל. 1 Reg. XX, 40: כֵּן מִשְׁפָּטְךָ אַתָּה חָרַצְתָּ *ita* sit *iudicium tuum*, *tu ipse tulisti*. 1 Sam. XXIII, 17: *etiam Saulus pater meus* יֹדֵעַ כֵּן *scit ita*, nostr. weiss es so, nicht anders (ubi minime necessarium est, כן pronomine demonstrativo reddere). 1 Reg. I, 36: *dixit Benajas:* אָמֵן כֵּן יֹאמַר יי *fiat! ita dicat Jova*. Jer. V, 31: עַמִּי אָהֲבוּ כֵן *populus meus ita amat*, liebt es so. Paullulum vexatus est locus Prov. XXVIII, 2: בְּאָדָם מֵבִין יֹדֵעַ כֵּן יַאֲרִיךְ *ubi homines sapiunt, sic diuturnus est* sc. princeps (cf. membrum prius: multi sunt principes), i. e. diu regnat princeps. כֵּן h. l. proprie valet: *si sic est*, et ad signi apodoseos potestatem prope accedit, ut alibi אָז Iob. IX, 31, וְ (pag. 396), gr. οὕτω Matthiae Gramm. gr. p. 822. — Ps. LXI, 9: כֵּן אֲזַמְּרָה שִׁמְךָ *itaque* i. e. ubi his precibus meis satisfeceris (Comm. 7. 8) *celebrabo nomen tuum*. LXIII, 2: *anima mea desiderat te* .... 3: כֵּן בַּקֹּדֶשׁ חֲזִיתִךָ *itaque* (propter desiderii mei pietatem, quam respiciet Deus) *spectabo te in sanctuario*. XC, 12: לִמְנוֹת יָמֵינוּ כֵּן הוֹדַע *itaque doce me, diebus meis uti*. — Saepe sibi respondent כְּ — כֵּן *quemadmodum* — *ita* (v. כְּ A, 1), כַּאֲשֶׁר־כֵּן (v. כַּאֲשֶׁר no. 1): rarius vicissim כֵּן — כַּאֲשֶׁר *ita* — *quemadmodum* Gen. XVIII, 5. 2 Sam. V, 25, כְּמוֹ — כֵּן Ex. X, 14. Alibi כְּ in protasi omittitur Jes. LV, 9 (cf. V. 10. 11). Iud. V, 15.

Varie autem redditur hoc qualitatis adverbium, prout sive ad qualitatem pertinet, sive ad copiam, sive ad tempus. a) Si ad qualitatem, est *talis*, *ita comparatus*. Iob. IX, 35: לֹא כֵן אָנֹכִי עִמָּדִי *non ego sic sum* (ut saepe Terent.) *apud me* i. e. non talis, non ita comparatus in pectore s. in conscientia mea. 1 Reg. X, 12: לֹא בָא כֵן עֲצֵי אַלְמֻגִּים *nunquam posthac venerunt talia ligna santalina*; it. *adeo* (so sehr) Nah. I, 12: אִם שְׁלֵמִים וְכֵן רַבִּים *quamquam incolumes sunt et adeo multi* (nostr. so sehr viele, noch so viele). Jer. XIV, 10: כֵּן אָהֲבוּ לָנוּעַ *adeo amant circumvagari*. Latine similiter dicunt negative *non ita multi*, nicht so sehr viele. — Ps. CXXVII, 2: כֵּן יִתֵּן לִידִידוֹ שֵׁנָא *ita* i. e. idem (Deus) *dat amicis suis in somno*. b) Si ad quantitatem et copiam refertur, est *tot* (soviel). Exod. X, 14: כֵּן אַרְבֶּה כָּמֹהוּ *tot locustae, quot illae*. Iud. XXI, 14: וְלֹא מָצְאוּ לָהֶם כֵּן *sed non nacti sunt sibi tot* mulieres, quot iis opus erat, *nicht soviel* als nöthig, nicht genug. — c) si ad tempus, est *tamdiu* (*so lange*). Esth. II, 12: כִּי כֵּן יִמְלְאוּ יְמֵי מְרוּקֵיהֶן *tamdiu durabant dies purificationis eorum*; it. *toties* (*so oft*). Hos. XI, 2: קָרְאוּ לָהֶם כֵּן הָלְכוּ מִפְּנֵיהֶם (quoties) *vocabant eos, toties illi retrocedebant ab iis*, it. *statim* (*sofort, sogleich*), praecedente כְּ temporali (*sobald als*). 1 Sam. IX, 13: כְּבֹאֲכֶם כֵּן תִּמְצְאוּן אֹתוֹ *ut intrabitis* .... *statim invenietis eum*, cf. gr. ὡς — ὡς Eurip. Phoeniss. 1437. Il. 1, 512. 14, 294. Poët. fortius etiam omisso כְּ Ps. XLVIII, 6: רָאוּ כֵּן תָּמָהוּ ut (simulatque) *videbant*, *ita* (statim) *stupebant*.

Reperitur haec particula etiam in linguis cognatis, sed ita, ut vel forma vel significatio magis etiam, quam in lingua Hebraea, ab origine discrepet. Arabes eam non habent nisi in لَكِنْ, لَكِنَّ v. infra no. 3, apud Syros ܟܶܝܢ refertur ad tempus: deinde, postea, et mutatur etiam in ܟܰܢ, ut ܠܗܳܟܰܢ pro ܠܗܳܟܶܝܢ hucusque, ܗܳܟܰܢ i. q. ܗܳܟܶܢ ita, ܡܶܟܰܢ a nunc: apud Chaldaeos est ipsum כֵּן (v. infra), praeterea בְּכָאן hic, לְכָאן huc, מִכָּאן hinc. Zab. كن ita, utique.

Cum praepositt. 1) אַחַר כֵּן, אַחֲרֵי־כֵן *postquam* res *ita* evenerant i. e. *postea*, v. אַחַר.

2) בְּכֵן pr. *in tali* conditione, *sic*, *tunc*. Eccl. VIII, 10. Esth. IV, 16. (In Targg. creberrime: *tunc*, *sic*).

3) לָכֵן *α*) adv. causale: *propterea*, *ideo*, *iccirco*. Exod. VI, 6. Iud. X, 13. 1 Sam. II, 30. III, 14. XXVII, 6. 1 Reg. XIV, 10. Jes. V, 24. VIII, 7. XXX, 7. Iob. XXXII, 10. XXXIV, 10. XXXVII, 24 et saepe. Gen. IV, 15 verte: לָכֵן כָּל־הֹרֵג קַיִן וגו׳ *propterea* (ne fiat, quod metuis) *quicunque interficiet Kainum* cet. Sibi respondent: יַעַן כִּי־וְלָכֵן quia — propterea Jes. VIII, 6. 7, יַעַן — לָכֵן Num. XX, 12. Jes. XXIX, 13. 14. Semel est pro לָכֵן אֲשֶׁר *propterea quod*, *quia* Jes. XXVI, 14, et vim coniunctionis habet (cf. עַל כֵּן אֲשֶׁר pro עַל כֵּן). *β*) Sensim deflexum est in potestatem adversativam, nostr. *darum doch*, *und darum doch*, *aber darum doch*, *hoc non obstante*, *nihilominus*, *attamen* (cf. אָכֵן). Sic praecedente אִם in protasi Jer. V, 2: *etiamsi* (אִם) *dicunt: per Dei vitam*, *nihilominus* (לָכֵן) *periuri sunt*. Adde Jes. VII, 14, ubi sententiae ita connectendae sunt: quamquam signum oblatum impie recusasti, *nihilominus* Dominus tibi etiam nolenti signum dabit. Apud prophetas saepe, ubi a reprehensionibus et minis transitur ad consolationes et promissiones. Jes. X, 24: *nihilominus ita dicit Jehova exercituum: ne timeas* cet. XXVII, 9. XXX, 18. Jer. XVI, 14. XXX, 16. Ez. XXXIX, 25. Hos. II, 11 (14). — Iob. XX, 2 ita infit Zopharus: לָכֵן שְׂעִפַּי יְשִׁיבוּנִי *nihilominus cogitationes meae responsum mihi suggerunt*, non obstantibus verbis tuis magniloquis et minacibus habeo, quod tibi respondeam.

Respondet arab. لَكِنْ, لَكِنَّ *attamen*, *veruntamen*, quod ex hebraeo לָכֵן ortum est, quanquam secus statuit de Sacy gramm. arabe T. I p. 566. Hoc autem לָכֵן adversativum multi (quibus ipse olim adstipulatus sum) plane aliud et diversae originis vc. esse volunt, ortum ex לָא = לֹא et כֵּן; poteratque haec sententia defendi auctoritate LXX intpp., qui bis reddunt οὐχ οὕτως Gen. IV,

15. Jes. XVI, 7. et orthographia Arabum, qui etiam لٰكِنْ, لٰكِنَّ scribunt (v. Ham. Schult. p. 312. 364. 412).

Sed usus adversativus, ut supra vidimus, re vera pendet ex potestate causali, et eadem ratio est particulae chald. לָהֵן q. v.

4) עַל־כֵּן *propterea, ideo* i. q. לָכֵן, sed eo frequentius, in utroque orationis genere Gen. II, 24. X, 9. XI, 9. XIX, 22. XX, 6. XXI, 31. XXV, 30. XXVI, 33. XXIX, 35. Exod. V, 8. 17. XIII, 15. XV, 23. 1 Sam. V, 5. XIX, 24. Jes. V, 25. XIII, 7. XVI, 9. 11. XXX, 16. Iob. VI, 3. Ps. XLV, 8 cet. Apud poëtas passim etiam *coniunctionis causalis* vim induere videtur, per ellipsin coniunctionis relativae, ita ut positum sit pro pleniore עַל־כֵּן אֲשֶׁר (de qua ellipsi v. Lgb. p. 636) cf. לָכֵן Jes. XXVI, 14 et כִּי עַל כֵּן s. v. כִּי. Sunt, ut Winerus ad Simonis Lex. p. 466, qui hoc negent, et exemplis pro illa significatione vulgo laudatis vulgarem potestatem vindicent: sed, etsi nonnulla illorum dubia esse facile concedam, unum tamen est a Winero non memoratum, cuius contextus illam sententiam causalem tantum non flagitat, alia in quibus ea certe probabilior est. Illud est Jer. XLVIII, 36: *cor meum gemit propter cives Kir-heres* עַל־כֵּן יִתְרַת עָשָׂה אָבָדוּ *propterea* quod *opes, quas comparaverant, perierunt.* Syr. ? ܡܛܠ propterea quod, et eodem modo recentiores fere omnes, adeoque Maurerus, qui reliquis exemplis omnibus hanc significationem abiudicat, h. l. effectum pro caussa positum existimat. Praeterea equidem huc retulerim Ps. I, 4: *non ita impii, sed* erunt *instar palcae, quam dispellit ventus.* 5: עַל־כֵּן לֹא יָקֻמוּ רְשָׁעִים בַּמִּשְׁפָּט *propterea* quod *non consistent impii in iudicio* sc. divino, eo tamen in hoc mundo habendo (cf. Jes. I, 24 sqq. II, 12 sqq. III, 14 sqq. IV, 4 sqq.). Qui vulgarem significationem *propterea* retinent, in eo loco explicando sibi non constant. de Wettius: ,,quod alia sorte utuntur atque pii et exitio dediti sunt'', quod cum ipsius de iudicio divino explicatione, quam supra nostram fecimus feceruntque plerique recentiores, non bene convenit; Winerus: ,,propter hanc eorum quasi levitatem'' — sed verbis כַּמֹּץ אֲשֶׁר תִּדְּפֶנּוּ רוּחַ non levitas eorum indicatur, sed exitium (cf. Ps. XXXV, 5. Jes. V, 24. Hos. XIII, 3), quod ipsum aliis obstat caussam similiter explentibus: ,,quod sunt fluxi, non diuturni (Maurer.)'', ,,quoniam inanes et vani sunt (Ewald.)''. — Ps. XLV, 3: *pulcherrimus es mortalium, effusa est* gratia *super labia tua* עַל־כֵּן בֵּרַכְךָ אֱלֹהִים לְעוֹלָם *propterea* quod *Deus tibi benedixit in aeternum.* Dotum illarum caussa est, quod Deus ad totius vitae spatium (לְעוֹלָם) favorem suum tibi spopondit. Winerus: ,,cum hae sint dotes divinitus concessae, sperare licet, Deum tibi affuturum in perpetuum, hae dotes pignus tibi sunto perpetuae Dei gratiae'' simplicius aliquis vulgarem significatum (qui Comm. 8 evidens est) ita tueatur, ut explicet: *propterea Deus tibi benedixit*, ex illis dotibus colligere licet, Deum tibi benedixisse. Dubia exempla sunt Ps. XLII, 7: *anima mea depressa est* עַל־כֵּן אֶזְכָּרְךָ מֵאֶרֶץ יַרְדֵּן, ubi interpretari licet: *propterea* quod *reminiscor tui de terra Jordanis* (cf. Vers. 5), vel *propterea reminiscor tui* sc. ad me consolandum (Vers. 6 extr.). Jes. XV, 4: עַל־כֵּן חֲלֻצֵי מוֹאָב יָרִיעוּ נַפְשׁוֹ יָרְעָה לוֹ *propterea* quod *milites Moabi eiulant, animus eius contremiscit*, vel: *propterea* (cf. Comm. 1) *milites M. eiulant* et cet.

5) עַד־כֵּן *hucusque*, in qua locutione כֵּן ad tempus relatum est, cf. usum Syrorum. Neh. II, 16.

כֵּן chald. i. q. hebr. *sic, ita*, sed ubique ad sequentia refertur, ubi Hebraei ponunt non כֵּן, sed כֹּה, Dan. II, 25. IV, 11. VI, 7. VII, 23. Esr. V, 3. VI, 2.

כֵּן *basis*, it. *culex* v. rad. כָּנַן.

כַּוָּן m. genus *placentae* in honorem idolorum paratum, a chald. כַּוֵּן paravit, ut recte Kimchius, non sec. Simon. aliosque a כָּוָה, quod ustulandi, adurendi, non coquendi significatum habet. Plur. Jer. VII, 18. XLIV, 19. LXX. retinent vocem Hebraeam, quam scribunt χαυών, χαυῶν, et passim in codd. et apud glossatores χαβών, χαμών, v. Bielium et Schleusnerum v. χαυών.

כִּיּוּן ἅπ. λεγόμ. prob. (auctoribus Chr. B. Michaëli, Rosenm. al.) *statua*, a כון Pi. כּוֵּן ad normam formarum קִטּוּר, פִּגּוּל, חִבּוּק. Am. V, 26 ad populum Israëliticum in deserto: וּנְשָׂאתֶם אֵת סִכּוּת מַלְכְּכֶם וְאֵת כִּיּוּן צַלְמֵיכֶם כּוֹכַב אֱלֹהֵיכֶם *et circumgestabatis tabernaculum regis* (idoli) *vestri, statuam* (vel *statuas*, v. Gramm. §. 106, 3) *idolorum vestrorum, stellam dei vestri, quam fecistis vobis.* Ita Vulg. אֵת כִּיּוּן צַלְמֵיכֶם transfert: *imaginem idolorum vestrorum.* De hac igitur interpretatione, quam fere solam admittunt vocales receptae (minus bene Junius, Tremellius al. כִּיּוּן *basin* interpretantur i. q. מְכוֹן, מְכוֹנָה, כֵּן, Kimchius adeo *placentas* i. q. כַּוָּנִים), ipsum idoli ab Israëlitis culti nomen memoratum non esset, e *stellae* tantum mentione colligi posset, *sidus* aliquod intelligendum esse, quod *Luciferum* fuisse Hieronymi est coniectura. Sed aliam explicationem praeivit Syrus, qui כִּיּוּן צַלְמֵיכֶם reddit ܟܐܘܢ ܨܠܡܟܘܢ *Saturnum idolum vestrum*, hebraeum כִּיּוּן probabiliter pronuncians כֵּיוָן atque idem censens quod syr. ܟܐܘܢ arab. كَيْوَان i. e. *Saturnum* planetam, quem veteres Semitae una cum Marte pro cacodaemone habitum sacrificiis piacularibus colebant (v. Pococke spec. hist. Arabum S. 103 White. Comment. nostr. ad Jes. T. II p. 343). Nam et syriacum ܟܐܘܢ et arab. كَيْوَان (prob. i. q. chald. כֵּיוָן *iustus*, quo attributo fortasse cacodaemon ornatus est, ut Erinnyes Graecis appellantur Εὐμενίδες: alia pericula etymologica v. apud Wahlium, Fundgruben des Orients IV p. 371, cui est elementorum custos, a zend. *keiê* vita et *wan* custos, et Redslobium de part. כִּי p. 15, cui כיון videtur i. q. قَيُّوم ἐπιστάσιος, ὀρθώσιος stator) a veteribus Lexicographis (Bar Alio, Bar Bahlulo, Firuzabadio) explicatur زُحَل Saturnus (v. Rossii etym. aegypt. pag. 175), idem

etiam in Nasoracorum libris reperitur (I p. 54 lin. 5, pag. 212 lin. 3), eandemque interpretationem etiam Aben Esra et Kimchius memorant. Ille: ומלה כיון ידועה בלשון ישמעאל גם פרס כי היא כיואן והיא שַׁבְּתַי כִּי עשו לו צלם, hic: ועוד פירש בו עוד שהוא כוכב שבתי וכן נקרא בלשון ישמעאל ופרס כיואן. LXX interpretes כיון nomen proprium numinis esse censuerunt, licet hoc (כ et ר inter se permutatis, cf. v. c. כאש Nah. I, 6 LXX. ἀρχάς = ראש) corrupte scriberent Ῥαιφάν, Ῥηφάν moxque magis etiam corrumperent librarii in Ῥεμφάν, Ῥεμφᾶ (v. scripturae varietatem in Vers. Alex. Am. l. c. et Act. VII, 43). Transposita quidem sunt in graeco textu alterum et tertium hemistichium, sed manifesto tamen verba hunc in modum sibi respondent:

כוכב אלהיכם
τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν
כיון צלמיכם
Ῥαιφὰν τοὺς τύπους αὐτῶν

neque statuere debebat Rosenmüllerus ad h. l., τοὺς τύπους αὐτῶν esse pro verbo כיון, et Ῥαιφὰν ab interprete ex ingenio additum esse, quo declararet illud ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν. Nam probari nequit, Ῥαιφὰν s. Ῥηφὰν unquam vocabulum vere Aegyptiacum fuisse, quod *Saturnum* planetam designaret. Reperitur quidem in duobus Lexicis coptico-arabicis ab Athan. Kirchero (lingua aegyptiaca restit. p. 49. 527) laudatis „ⲢⲎⲪⲀⲚ Saturnus", sed recte iam dudum observavit Jablonskius (Opuscc. II p. 30 sqq.), hoc vc., pariter atque reliqua planetarum nomina in his Lexicis, graecae originis et ex Versione Coptica Amosi atque Actorum petitum esse, nec recentissimi linguae Copticae Lexicographi (v. A. Peyron p. 184) aliud eius vocabuli exemplum excitare potuerunt. *Saturnum* autem Glossographi illi interpretati sunt vocabulum illud obscurum, quoniam iis innotuerat, locum illum Amosi de *Saturni* stella explicari, cuius generis coniecturae et errores in glossis permulti reperiuntur. — His autem ita expositis si quis quaerat, utra et pronunciatio et explicatio praeferenda videatur, utrum כִּיּוּן צַלְמֵיכֶם *statuae imaginum vestrarum* an כִּיּוּן צַלְמֵיכֶם *Saturnus idolum vestrum*, non possumus non in priorem sententiam magnopere inclinare, qua כיון appellativum esse statuitur idque in regimine positum. Id enim paene flagitat parallelismus locutionum סִכּוּת מַלְכְּכֶם, כִּיּוּן צַלְמֵיכֶם, כּוֹכַב אֱלֹהֵיכֶם: quum contra כִּיּוּן צַלְמֵיכֶם per appositionem iungi atque צְלָמִים pluralem excellentiae esse aegre tibi persuadeas. Ceterum de hoc loco conferantur P. E. Jablonski Remphah Aegyptiorum deus ab Israëlitis in deserto cultus nunc ex lingua et antiquitate aegyptiaca erutus et illustratus, Francof. ad Viadr. 1730 et in eius Opuscc. T. II p. 1 sqq. quae quidem commentatio multa continet feliciter disputata, sed hoc tamen infelicius, quod veram scripturam Ῥεμφὰ vel Ῥομφὰ esse et aegyptiacum ⲢⲞⲘⲪⲈⲌ vel ⲢⲎⲘⲪⲈⲌ rex coeli esse existimat. N. Guil. Schroeder de tabernaculo Mosis et stella dei Rempha. Marp. 1745. J. D. Michaelis in suppl. pag. 1225 — 33 (qui כִּיּוּן legendum suadet). Rosenm. ad Amos l. c.

אָכֵן (pro הָכֵן inf. absol. Hi. *firmiter* v. Jos. III, 17. IV, 3) adv. 1) affirmandi: *profecto, sane.* Gen. XXVIII, 16: אָכֵן יֵשׁ יְיָ בַּמָּקוֹם הַזֶּה. Ex. II, 14. 1 Sam. XV, 32. 1 Reg. XI, 2. Jes. XL, 7. XLV, 15. Jer. III, 23. IV, 10. VIII, 8. — 2) advers. *verum, vero*, quae significatio ex illa profecta (cf. lat. *verum*) et inclinantis fere Hebraismi est. Zeph. III, 7. Jer. III, 20. Jes. XLIX, 4. LIII, 4. Ps. XXXI, 23. LXVI, 19. LXXXII, 7. Iob. XXXII, 8.

יָכִין (quem *confirmabit* sc. Deus) n. pr. 1) virorum a) filii Simeonis Gen. XLVI, 10. b) Neh. XI, 10. 1 Par. IX, 10. c) 1 Par. XXIV, 17. — 2) columnae dexterae ante porticum templi Salomonei 1 Reg. VII, 21.

יְכָנְיָה et **יְכָנְיָהוּ**, et abiecto Jod כָּנְיָהוּ (quem *Jova constituit*, in quo transitivae potestatis in Kal coniugatione vestigium est) *Jechonias* n. pr. regis, qui etiam יְהוֹיָכִין appellatur, vide pag. 581 A.

מָכוֹן m. locus, in quo aliquid statuitur, stat, inde 1) *fundamentum, basis* Ps. LXXXIX, 15. XCVII, 2. Plur. CIV, 5. — 2) in universum *locus* v. c. templi Jes. IV, 5. Esr. II, 68, maxime hoc nexu: מָכוֹן לְשִׁבְתְּךָ locus habitationis tuae (Dei) Ex. XV, 17. 1 Reg. VIII, 13, מְכוֹן שִׁבְתְּךָ 1 Reg. VIII, 39. 43. 49. 2 Par. VI, 30. 33. 39, מְכוֹן שִׁבְתּוֹ Ps. XXXIII, 14, et omisso שֶׁבֶת Jes. XVIII, 4: בִּמְכוֹנִי *in habitatione mea.* Dan. VIII, 11: מְכוֹן מִקְדָּשׁוֹ *habitatio sanctitatis eius.* (Arab. مَكَانٌ et مَكَانَةٌ locus, aeth. ምኵናብ: locus, spec. aedes sancta, pl. loca sancta, quae Hierosolymis sunt).

מְכֹנָה, מְכוֹנָה pl. מְכֹנוֹת f. 1) *basis, fundamentum*, de fundamentis pelvium s. lavacrorum (כִּיֹּרוֹת) in atrio templi Salomonei 1 Reg. VII, 27 — 40, quam basium descriptionem nuper copiose illustravit Frid. Jac. Zuellig, die Cherubim-Wagen, Heidelberg 1832 p. 50 sqq. — 2) *locus* Esr. III, 3 cf. II, 68. — 3) n. pr. oppidi in tribu Judae Neh. XI, 28. „Crediderim esse vicum Mechanum inter Eleutheropolin et Aeliam, cuius Hieronymus meminit (Onomast. ad v. Bethmacha)" Relandi Palaest. p. 892.

מְכוּנָה f. *fundamentum* (domus) Zach. V, 11.

תְּכוּנָה f. *habitatio* (Dei) Iob. XXIII, 3. Aliud vide sub rad. תָּכַן.

כּוֹס *poculum*, v. כָּסַס.

I. כּוּר rad. in verbo dubiae auctoritatis, quoad ex derivatis colligi potest i. q. *fodit*, *perfodit*, ut vicinae כָּרָה, אָבַר, קוּר, נָקַר. Arab. كار fodit terram, it. prostravit aliquem, confodiens in terram coniecit aliquem convolutum V. VIII. prostratus fuit, et ex linguis indogerm. sanscr. *khur* findere, secare (Rosen rad. sanscr. p. 276). Inde מְכֵרָה *gladius*, a confodiendo dictus, כַּר carnifex, it. מְכוּרָה, מְכֵרָה locus, ubi effodiuntur metalla, inde locus natalis. A fodiendi potestate est etiam talmud. כִּיֵּר pinxit, figuravit (cf. γράφειν, graben), כִּיּוּר figura, syr. ܟܝܘܪܐ chirographum, sam. ࠊࠉࠅࠓ, ࠊࠉࠅࠓࠄ forma, v. Carm. Sam. II, 5. XII, 17.

Verbum ipsum plurimi interpretes reperisse sibi visi sunt in loco ab interpretibus maxime Messianis vexato Ps. XXII, 17, ubi Davides, cui hostes insistunt: *nam cingunt me canes, maleficorum turba me circumdat* כָּאֲרִי יָדַי וְרַגְלָי. Ut dicam quod sentio, simplicissimum arbitror, servata vulgari vocabulorum significatione interpretari: *sicut leones* inhiant s. imminent *manibus pedibusque meis* i. e. omnia membra mea lacerare minantur. Etenim כָּאֲרִי (quicquid dicit Masora ad h. l.) est ὡς ὁ λέων i. e. sicut leones, ut Jes. XXXVIII, 13, et imminendi, inhiandi vel simile verbum ex notissima figura zeugmatis in hoc membro ex superioribus repeti potest. Veteres interpretes, qui in hoc commatis membro verbum desiderabant, tale esse putabant כארי, quod ita vindicatum iverunt recentiores, ut כָּאֲרִי partic. Kal more Chaldaeorum formatum (קָאם part. קוּם) et plurale esse statuerent pro כָּאֲרִים (ut מִנִּי Ps. XLV, 9 pro מִנִּים): licet duas eximiae raritatis formas grammaticas in hoc vocabulo cumulatas iure mireris (cf. Lgb. 401. 523). Hoc autem verbum tribus potissimum modis acceperunt: a) *confodientes*, a radice, quae prae manibus est, כּוּר, fortasse collatis כָּרוּ = כָּרְתִי. LXX. ὤρυξαν (quo verbo alibi utuntur pro כָּרָה, נָקַר). Vulg. *foderunt*. Syr. ܒܙܥܘ. Sententia esset: *confodientes mihi manus pedesque*, nimirum hostes mei (qui canibus intelliguntur) telis iaculisque in me undique coniectis: nec monitu opus est, etiam haec in Davidem, cui hoc carmen in inscriptione tribuitur, ita quadrare, ut magis non possit, Christum certe cruci affixum intelligere propterea opus non sit. *Fodiendi* verbum vulnerandi sensu (cf. חָלַל et arab. حز perforavit, sauciavit) aptissime telis hostilibus tribuitur: et *manus pedes*que poët. de omnibus membris et universo corpore dicuntur (cf. Hesiod. 114). b) Aqu. Symm. in Hexaplis et Hieron. (sec. scripturam *vinxerunt*) *ligandi*, *vinciendi* significatum vocabulo tribuunt, quod per linguae rationes defendi possit (hoc enim negare non debebat Hengstenbergius, Christologie des A. T. I p. 180) coll. كار I. V. obvolvit cidarim, كور spira, cidaris; sed contextui multo minus accommodatum est. c) ᾔσχυναν, *foedarunt* i. e. sanguine cruentarunt, ut Aquila ed. prima, qui radici כאר significatu radd. aramaearum כְּאַר, כְּעַר accepisse videtur. — Vulgo pro verbo habitum esse illud כארי, probat etiam duorum codd. scriptura כארו pro כָּרוּ, quam eandem nonnulli editores christiani receperunt, dogmaticis magis quam criticis rationibus ducti. Nihilominus in illa et lectione et interpretatione acquiescendum videtur. De scripturae varietate vide de Rossi varias lectiones T. IV p. 17 sqq. Paulus, Memorabilien, IV, p. 65 — 82. Stangii Anticritica in Psalmos I. p. 126. Rosenmülleri Epimetron ad Ps. XXII, 17 in Scholiis ad h. l.

II. כּוּר vel **כִּיר** rad. inusit. prob. i. q. גּוּר *aestuavit* (gähren), dein *coxit*. Syr. ܐܬܟܡܪ aestuavit, incaluit, unde translatum est: ܟܘܪܐ rubor, pudor, ܟܐܪ pudefecit: proprie calor, calefecit. Inde כּוּר fornax, כִּירַיִם fornax coquinaria, כִּיּוֹר pelvis.

כַּר *confodiens*, *confossor*, a rad. no. I, inde *carnifex*, satellitum s. militum praetorianorum genus, quorum erat supplicia sumere, quod in oriente non solum caput praecidendo (כָּרַת), sed etiam corpus perfodiendo fit. Ter legitur in Plur. כָּרִי (sec. Kimchium al. pro כָּרִים, v. Lgb. p. 525 cf. Ewaldi gramm. p. 296; id enim praestat eorum ratione, quibus ־ִי est formativum et singulare, idque collective accipiendum, ut in כְּנַעֲנִי, huiusmodi enim nomini participiali ־ִי addi non potest) 2 Reg. XI, 4. 19 de satellitibus Athaljae reginae: הַכָּרִי וְהָרָצִים *carnifices et cursores*, et 2 Sam. XX, 23 Chethibh de custodibus Davidis: הַכָּרִי וְהַפְּלֵתִי, ubi Keri habet הַכְּרֵתִי וְהַפְּלֵתִי et nil fere dubitari potest, כָּרִי וְרָצִים apud posterioris aetatis reges eosdem fuisse atque כְּרֵתִי וּפְלֵתִי i. e. *carnifices et cursores* Davidis. Vel hanc ob caussam reliquarum interpretationum, quae voci כָּרִי alium significatum tribuunt atque כְּרֵתִי habet, placet nulla. Et harum quidem praecipuae sunt: a) Syri interpretis, qui הַכָּרִי וְהָרָצִים, quasi fere synonyma sint, reddit ܪܗܛܐ ܘܦܓܘܕܐ *cursores et tabellarios*, quod vindicant coll. arab. كرى festinavit iumentum, كرى vehementer cucurrit, v. Ikenii diss. de Crethi et Plethi, in dissert. philol. theol. P. I. p. 127, quod quidem comparare malim, quam cum Michaëli in Suppl. p. 1342 كرّ insilire, impetum facere; b) Kimchii aliorumque, quibus כָּרִי = כָּרִים sunt arietes, inde *principes*, *duces*, *centuriones*; c) Verbruggii (observatt. de numero plur. p. 68), qui כָּרִי *Cares* fuisse existimat, qui utpote fortes et bellicosi in aula regia Hebraeorum stipendia meruerint, ut apud Psammetichum in Aegypto (Herod. 2, 152); denique d) Hilleri in syntagmate hermeneut. p. 192, cui כָּרִי sunt *milites conducti* a verbo כָּרָה no. II, 1 et Ewaldi (gramm. l. c.), qui *servos coëmtos* (aufgekaufte Sklaven) reddit; e quorum numero una Syri interpretis ratio ferri potest, reliquae omnes vel non conveniunt cum sequente רָצִים vel per se

ineptae sunt. Quis enim ferat: *servos et cursores?* quis *servos coëmtos* in satellitibus regiis exspectet?

כַּר *aries*, *pascuum*, v. rad. כָּרַר.

כּוּר m. *fornax*, qua metalla excoquendo a scoriis separantur (v. rad. no. II), de fornace, in qua aurum (Prov. XVII, 3. XXVII, 21) et argentum (Ez. XXII, 18. 20. 22) liquatur. Metaph. Jes. XLVIII, 10: *probavi te in fornace miseriae.* Deut. IV, 20: *et eduxit vos e fornace ferrea Aegypti.* 1 Reg. VIII, 51. (Arab. كور fabri ferrarii foculus vel fornax e luto constructa, aethiop. ከዋር: syr. ܟܘܪܐ id., neque non follis magnus ad excitandum ignem, qui arab. كير, vulgari sermone etiam كور appellatur.

כּוּר עָשָׁן (fornax fumans) n. pr. oppidi Simeonitarum in tribu Judae 1 Sam. XXX, 30, quod alibi concise עָשָׁן appellatur Jos. XV, 42. XIX, 7. 1 Par. IV, 32. VI, 44. „In tribu Juda est usque hodie vicus nobilis Beth-asan ad Aeliam pertinens in decimo quinto ab ea miliario.“ Hieronymus in locis hebr. v. Asan.

כֹּר *corus*, v. כָּרַר.

כִּיר, tantum in dual. כִּירַיִם Lev. XI, 35, prob. *focus* sive *fornax coquinaria* (antecedit תַּנּוּר furnus, Backofen) a coquendo dicta, eaque fictilis (nam frangi potest Lev. l. c.) et duplex, a duplice ordine ollarum vel duplice contabulatione fornacis. Kimchi: הוא מקום שפיתת שתי קדירות לכך נקרא בלשון שנים *est locus quo collocatae sunt duae ollae, propterea ponitur in duali.* Syr. ܒܝܬ ܩܕܪܐ domus ollae. Arabs uterque مستوقد focus. LXX. *χυτρόποδες*, qua voce intelligi videntur tres lapides fere aequales, quibus ollam imponere solent Arabes Scenitae, vulgo اثفية, vide Seb. Ravii dissert. de re cibaria veterum Hebraeorum P. I. §. 16. 17.

כִּיּוֹר et כִּיֹּר pl. כִּיֹּרִים 2 Par. IV, 6, et כִּיֹּרוֹת 1 Reg. VII, 38. 40. 43 m. 1) pr. *pelvis*, in quo coquitur (v. rad. no. II) 1 Sam. II, 14, vel in quo prunae insunt, *foculus* (*Feuerpfanne, Feuerbecken*) כִּיּוֹר אֵשׁ Zach. XII, 6.

2) *pelvis*, *lavacrum*, a similitudine illius, etsi aliis usibus inserviens (cf. אַגָּן), saepe de lavacris aeneis sanctuarii templique Salomonei Ex. XXX, 18. 28. XXXI, 9. XXXV, 16. XXXVIII, 8. XXXIX, 39. XL, 7. 11. 30. Lev. VIII, 11. 1 Reg. VII, 30. 38. 40. 43. 2 Reg. XVI, 17. 2 Par. IV, 6. 14. Adeoque

3) propter similitudinem *suggestus* 2 Par. VI, 13. Utrum quadratus fuerit an rotundus iste suggestus, disertis verbis non dicitur. Quadrato magis favent verba, quibus magnitudo eius describitur: *quinque ulnas longus et quinque ulnas latus erat*, sed rotundum fuisse suadet etsi non etymon (nam rotunditatis vim radici sine caussa tribuunt), sed tamen similitudo lavacrorum.


מְכֵרָה *ἅπαξ λεγόμ.* fortasse: *gladius* a confodiendo dictus (v. rad. no. I), unde gr. *μάχαιρα* ductum esse potest. Gen. XLIX, 5: כְּלֵי חָמָס מְכֵרֹתֵיהֶם *instrumenta violentiae* sunt *gladii eorum.* Hieron. in Quaest. hebr. arma eorum. Ex Judaeis hanc interpretationem secutus est R. Elieser in Pirke Aboth c. 38: יעקב קלל את חרבם בלשון יונית *Jacobus maledixit gladio eorum lingua Graeca*, praeterea Jarchius, ex recentioribus Herderus, Rosenmüllerus, Winerus al. Ceterum maioris fere auctoritatis est interpretatio Lud. de Dieu in Critica sacra ad h. l., quam sequuti sunt Castellus, Ludolf. in Lex. aeth. p. 87 al., qui coll. arab. مكر machinatus fuit, dolum struxit, aeth. መከረ: consultavit, ምክር: consilium, *consilia prava*, *machinationes* reddunt, quo posito כְּלֵי sensu translato accipiendum est, ut Jes. XXXII, 7: neque obstat Zere impurum, quod passim reperitur in forma קְטֵלָה (Lgb. p. 595). Kimchius מְכֵרָה idem esse vult atque מְגוּרָה, ut sententia sit: *instrumenta violentiae* sunt in *habitationibus eorum*, aliis idem valet quod מְכֹרָה, מְכוּרָה, in hanc sententiam: *instrumenta violentiae sunt naturae* ingenia *eorum*, quam expressit Syrus: ܡܫܠܡܘ ܥܠ ܒܝܢܝܗܘܢ.

מְכֵרָתִי n. gentilicium a מְכֵרָה loco aliunde ignoto 1 Par. XI, 36.

מְכֹרָה et מְכוּרָה c. suff. מְכוּרָתָם Ez. XXIX, 14, pl. מְכֹרוֹת ibid XVI, 3, מְכֻרוֹת XXI, 35 f. *origines*, *natales* alicuius, pr. effossiones, fodinae, a rad. כּוּר no. I, translatione a metallis facta (cf. Jes. LI, 1), ut nostr. *Abstammung* simili translatione a plantis ortum est. Ez. XVI, 3: מְכֹרֹתַיִךְ וּמֹלְדֹתַיִךְ מֵאֶרֶץ הַכְּנַעֲנִי. LXX. *ῥίζα σου.* Vulg. *radix tua.* Syr. id. XXI, 35: בְּאֶרֶץ מְכֻרוֹתָיִךְ LXX. *ἐν τῇ γῇ τῇ ἰδίᾳ σου.* Vulg. *in terra nativitatis tuae.* XXIX, 14: עַל אֶרֶץ מְכוּרָתָם LXX. *ἐν τῇ γῇ ὅθεν ἐλήφθησαν.* Vulg. *in terra nativitatis suae.* Interpretes Judaei מְכוּרָה idem esse volunt atque מְגוּרָה *habitatio*, quod ipsum vertendo expressit Chaldaeus.

כּוּשׁ n. pr. 1) *Aethiopia* (fem. Ps. LXVIII, 32), terra ab Hamitis iisque nigris (Jer. XIII, 23) habitata, Gen. X, 7. 8, Gihone i. e. Nilo circumflua Gen. II, 13 cf. Jes. XVIII, 1. Zeph. III, 10, valde opulenta (Jes. XLIII, 3. XLV, 14), ab austro Aegypti sita (Ezech. XXIX, 10), et propterea saepe una cum Aegypto commemorata, cuius pars meridionalis (פַּתְרוֹס) Jesaiae tempore Aethiopicae stirpis regibus parebat (v. Jes. XVIII, 1. XX, 3—5. XXXVII, 9 nostrosque ibi commentarios) Nah. III, 9. Ezech. XXX, 4. 5. 9. Legitur praeterea 2 Par. XII, 3. XIV, 11 sqq. XVI, 8 (ubi cum Libybus coniungitur). Esth. I, 1. VIII, 9 (ubi fines imperii Persici Xerxis tempore patuisse dicuntur: מֵהֹדּוּ וְעַד כּוּשׁ

ab India ad Aethiopiam.). Jes. XI, 11. Jer. XLVI, 9 (una cum Puth et Ludim). Ezech. XXXVIII, 5. Ps. LXVIII, 32. LXXXVII, 4. Iob. XXVIII, 19 (ubi memoratur topazius Aethiopiae, v. פִּטְדָה. LXX. Vulg. ubique *Αἰθιοπία*, *Αἰθίοπες*, *Aethiopia*, *Aethiopes*, Chald. et Syr. retinent כּוּשׁ, ܟܘܫ (etiam Act. VIII, 27 *βασίλισσα Αἰθιόπων* a Syro interprete redditur ܡܠܟܬܐ ܕܟܘܫܝܐ), et Josephus (Archaeol. 1, 6 §. 2) suo adhuc tempore Aethiopiam vetere illo nomine appellatam esse observat: *Χοῦσον μὲν οὐδὲν ἔβλαψεν ὁ χρόνος. Αἰθίοπες γὰρ, ὧν ἦρξεν, ἔτι καὶ νῦν ὑπὸ ἑαυτῶν τε καὶ τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ πάντων Χουσαῖοι καλοῦνται.* Simillimum nomen Aethiopes gerunt in lingua aegyptiaca, in cuius dialecto Thebaica Aethiops appellatur ⲈϬⲰϢ, ⲈϬⲞⲞϢ, Aethiopia ⲠⲔⲀϨ ⲚⲚⲈϬⲰϢ terra Aethiopum, quum contra in Memphitica habeatur ⲈⲐⲰϢ Aethiops, ⲈⲐⲀⲨϢ Aethiopes (v. Amad. Peyron Lex. ling. copticae p. 38. 48): cum priore autem forma congruit et propius etiam ad Hebraeam accedit scriptio huius nominis in litteris hieroglyphicis, quae (auctore Champollione, gramm. égyptienne p. 150. 151) haec est:



(ubique addito signo [signum], quod regionem, vel [signum], quod regionem exteram designat); prima enim illius vocis littera utrumque sonum *κ* et *σ* complectitur (v. Champollion p. 40), unde intelligitur, et *Cusch* Hebraeorum et *esosch* Coptorum ex eodem fonte prodiisse. Semiticam igitur nominis originem vix cogitare licebit, etsi talis fere ultro se offerat, a rad. ܟܘܫ collegit, accumulavit (quod emollita media liquida ortum videtur ex כָּנַשׁ), ut sit: turba hominum collecta, mixta, ut حَبَشٌ Aethiopes, حَبَشَةٌ Aethiopia, quo Saadias aliique Arabum interpretes constanter reddunt et כּוּשׁ et gr. *Αἰθιοπία*, a حبش collegit, unde حُبَاشَةٌ turba hominum mixta.

Quod Bochartus (praeeunte Pseudojon. in Pent.) in Phaleg IV, 2, quem sequuntur Walton in Prolegg. XV, 1 et Vitringa ad Jes. XI, 11, Cuschaeos Veteris Testamenti omnes non in Africa, sed in Arabia felice quaerendos esse putavit, iam dudum refellit J. D. Michaelis in spicil. T. I p. 143 sqq., qui tamen ipse aliquam eorum partem in Arabia habitasse (cf. Vitringae notitiam de Cuschaeis ad Jes. XVIII, 1) omnes autem ex Arabia felice in Africam immigrasse statuit. Atque hodiernos Aethiopes s. Habessinos ግዕዝ፡ *Geez* (emigratio s. libertas) dictos ex Arabia meridionali oriundos esse vel linguae scripturaeque (scriptura enim Aethiopica et Himjaritica sibi simillimae sunt) cognatio arguit (v. Ludolf. comment. ad hist. aethiop. p. 57. Hall. Encyclopaedie, Art. Aethiopische Sprache und Schrift): sed alia ratio est Cuschaeorum Veteris Testamenti, et recte observavit Schulthessius (Paradies pag. 10 sqq.), nullum omnino esse V. T. locum, qui Cuschaeos extra Aethiopiam Africanam fuisse suadeat: nam Num. XII, 1 uxorem Mosis Cuschaeam aliam esse atque Zipporam Midianiticam certum est: Hab. III, 7 Cuschan cum Midianitis quidem copulatur, sed alibi etiam cum Persis Jer. XLVI, 9; 2 Par. XXI, 16 Arabes memorantur ad latus Cuschaeorum habitantes, sed ita dici poterat, etsi fretum eos seiungeret; ibid. XIV, 16 Cuschaeos Africanos fuisse, vel e via, quam redeuntes ingressi sunt, intelligitur. Addere liceat, Cuschi adeo filios i. e. Aethiopiae colonos Gen. X, 7 recensitos praeter Regmam (רַעְמָה) et Nimrodum, in Aethiopia quaerendos esse omnes (v. סְבָא, חֲוִילָה, סַבְתָּה, סַבְתְּכָא), in qua sententia omnes quoque veteres interpretes fuerunt (v. Bochartum l. c. IV, 3). Multo etiam minus audiendi sunt, qui כּוּשׁ Gen. II, 13 extra Aethiopiam quaerunt, et Persiae quandam regionem faciunt, de quorum coniecturis v. Relandi dissert. I, 39. J. D. Michaëlis suppl. 1251. Wahl Vorder- und Mittelasien p. 529.

2) vir Benjaminita in aula Sauli regis Ps. VII, 1.

כּוּשִׁי m. 1) nom. gentil. a כּוּשׁ no. 1 *Aethiops* Jer. XIII, 23. XXXVIII, 7. 10. 12 (cf. de servis Aethiopicis intpp. ad Act. VIII, 27 et Ter. Eunuch. 1, 2, 85). XXXIX, 16. 2 Par. XIV, 8, plur. כּוּשִׁים 2 Par. XIV, 11. XVI, 8. XXI, 16. Zeph. II, 12. Dan. XI, 43, et כּוּשִׁיִּים Am. IX, 7, fem. כּוּשִׁית *Aethiopissa* Num. XII, 1. — 2) n. pr. patris Sophoniae prophetae Zeph. I, 1.

כּוּשָׁן Hab. III, 7 i. q. כּוּשׁ no. 1 *Aethiopia.*

כּוּשַׁן רִשְׁעָתַיִם n. pr. regis Mesopotamiae Iud. III, 8. 10.

כּוּת 2 Reg. XVII, 30 et **כּוּתָה** ibid. Comm. 24 n. pr. *Chutha*, regio *Chuthaeorum* i. e. gentis, quae una cum aliis quibusdam (Avvaeis, Hamathaeis, Sepharvaeis) ab Assyriae rege in desolatum Israëlis regnum deducta cum veteribus incolis in Samaritanorum gentem coalescebat iccirco Chaldaeis et Talmudicis כּוּתִים appellatam. Elias Levita in Thisbi p. 43 de Samaritanis: *dicuntur Cuthaei potius quam a ceteris nominibus gentium commemoratarum in scriptura,*

fortasse quia illorum fuerunt plures, unde universi Cuthaei appellati sunt. Josephus, Archaeol. 9, 14 §. 3: *οἱ κατὰ μὲν τὴν Ἑβραίων γλῶτταν Χουθαῖοι, κατὰ δὲ τὴν Ἑλλήνων Σαμαρεῖται.* Sed de situ illius regionis nihil certi constat. Josephus, quem sequuntur Zonaras T. I p. 77, Chron. Alexandrinum p. 254 ed. Raderi, eam in interiore Persia collocat, ubi etiam fluvium cognominem esse observat (l. c. *αὕτη δ' ἐστὶν ἐν τῇ Περσίδι, καὶ ποταμὸς τοῦτ' ἔχων ὄνομα·* et 10, 9 §. 7: *τὸ Χουθαίων ἔθνος, οἳ πρότερον ἐνδοτέρω τῆς Περσίδος καὶ τῆς Μηδίας ἦσαν*), quod vindicant vel collatis *Cossaeis*, qui Mediae montes ab oriente Susianae incolebant, quanquam ab aliis Susianae vel Elymaidi accensentur (Diod. 17, 111. Ptolem. 6, 3. Plin. IV, 27 s. 31. Curt. 4, 12, 10. Cellarii notit. orb. ant. II, p. 806) vel كوثى oppido in tractu Babylonico, quod nomen quattuor etiam fluvii gerunt (Hyde de rel. vett. Persarum p. 39. 40. Cellarii collectanea hist. Samaritanae p. 12. 13. Michaëlis suppl. p. 1255 sqq.): idque saltem probabilius est, quam ipsorum Samaritanorum sive traditio sive commentum quo Sidone se ortos esse profitentur (Joseph. Ant. 11, 8 §. 6. 12, 5 §. 5). Eodem pertinere videtur, quod צידון Gen. X, 19 a Pseudojonathane redditur כותניים, et 1 Par. I, 13 apud Chaldaeum interpretem כותנאים (v. Michaëlis spicil. I, 105).

כָּזַב in Kal part. כֹּזֵב Ps. CXVI, 11, usitatius in *Pi.* כִּזֵּב *mentitus est.* (Chald. כַּדַּב, syr. ܟܰܕܶܒ mentitus est, abnegavit, ܟܰܕܳܒܳܐ mendax. Sam. ࠊࠃࠁ id. Arab. كَذَبَ mentitus est, II. IV. X mendacii arguit aliquem, كَذَّابٌ mendax. Origo fortasse quaerenda est in *frangendo* et *secando*, ut כָּזַב emollitum sit ex קָצַב, quod ad *fraudes* et *mendacia* refertur, cf. בָּצַע et בָּדַד no. I. II) Mich. II, 11. Iob. VI, 28. XXXIV, 6. Prov. XIV, 5. Sq. לְ *mentitus est alicui, fefellit eum.* Ez. XIII, 19. Ps. LXXVIII, 36: בִּלְשׁוֹנָם יְכַזְּבוּ לוֹ *lingua sua mentiebantur ei* i. e. fidem simulabant. LXXXIX, 36: אִם לְדָוִד אֲכַזֵּב *num Davidi mentiar?* i. e. fidem fallam. cf. Num. XXIII, 19. Jes. LVII, 11; sq בְּ id. 2 Reg. IV, 16. De rebus inanimatis Hab. II, 3: *iudicium festinat ad exitum* וְלֹא יְכַזֵּב. Jes. LVIII, 11: *ut fons aquarum* אֲשֶׁר לֹא יְכַזְּבוּ מֵימָיו *cuius aquae non fallunt*, nunquam deficiunt, spem viatoris non fallunt. LXX. *ὃν μὴ ἐξέλιπεν ὕδωρ.* Cf. lat. spem mentita seges Hor. epist. 1, 7, 87, fundus mendax Carm. 3, 1. 30. *ἀπατάω* Hesiod. op. et dies 462.

Hiph. mendacii arguit aliquem Iob. XXIV, 25.

Niph. mendacii argutus est, mendax repertus est. Prov. XXX, 6. Iob. XLI, 1.

כָּזָב m. *mendacium* Jes. XXVIII, 15. 17. קְסֹם כָּזָב vaticinari mendacia Ez. XIII, 6. 7. XXI, 34. XXII, 28. הֵפִיחַ כְּזָבִים effutire mendacia Prov. VI, 19. XIV, 5. 25. XIX, 5. 9, it. *fallacia, fraus, dolus.* דְּבַר כָּזָב Dan. XI, 27, דֹּבְרֵי כָזָב Ps. V, 7. LVIII, 4, בִּקֵּשׁ כָּזָב IV, 3. אִישׁ כָּזָב vir fraudulentus (ein falscher Mann) Prov. XIX, 22. לֶחֶם כְּזָבִים coena dolosa Prov. XXIII, 3 de convivio principis, quod in pericula adducit convivas. Concr. de *re quae fallit*, falsa spe ludit, ut de idolis Ps. XL, 5. Am. II, 5.

כֹּזֵבָא n. pr. loci, probabiliter eiusdem, qui alibi כְּזִיב (q. v. no. 2) 1 Par. IV, 22.

כָּזְבִּי (mendax) n. pr. filiae principis Midianitarum Num. XXV, 15. 18. Cod. Sam. כזבית.

כְּזִיב v. אַכְזִיב no. 2.

אַכְזָב (pro כָּזָב, cum Aleph prosthetico, quae forma vix comparanda cum forma adiectivorum apud Arabes, ut أَكْذَبُ mendax) *mendacium, fallacia*, inde pro נַחַל אַכְזָב (cf. opp. נַחַל אֵיתָן et אֵיתָן pag. 644) rivus mendax, fallax i. e. qui aestate exarescit et viatoris spem fallit Jer. XV, 18. Mich. I, 14 (cf. Jes. LVIII, 11. Iob. VI, 15). Arabice غَدِيرٌ est stagnum, aqua restagnans, ita dicta a fallendo (غدر), quoniam mox exhalatur et deficit.

אַכְזִיב (i. q. אַכְזָב torrens) n. pr. duorum oppidorum probabiliter ad torrentes sitorum 1) oppidi maritimi Aseritarum, Acconem inter et Tyrum siti Jos. XIX, 29. Iud. I, 31, quod secundum Eusebium et Hieronymum novem, secundum itin. Hierosolymitanum duodecim mill. ab Accone distabat. Apud Josephum (bell. jud. 1, 13 §. 4) appellatur *Ἐκδίππων* (incertum quo casu, primo an secundo, quod probabilius), Ptolem. 5, 15 *Ἔκδιππα*, in Talmude כזיב (Mischna Schebiith 6, 8), *Ecdippa* Plin. 5, 15 sect. 17, Hieronymo in locis *Dippa* (quod non corrigendum est, cf. formam arabicam), apud Arabes الزيب et زيب vit. Salad. p. 98 ibique ind. geogr. s. v. Azzybum, hodie *Dsib*, *Zib* Maundrell in Pauli Collect. I p. 70. Richter Wallfahrten p. 10. Buckingham Travels p. 60. Legh in Macmichaël Journey p. 250. Cf. Relandi Palaest. p. 543. Lightfooti Opp. T. II, p. 219. Fulleri Miscell. 4, 15. Cellarii not. orb. ant. II, p. 481. — 2) oppidi in tribu Judae Jos. XV, 44. Mich. I, 14 (ubi etymo alluditur), quod כְּזִיב scribitur Gen. XXXVIII, 5. Probabiliter idem est כֹּזֵבָא 1 Par. IV, 22, quod Cod. Sam. habet Gen. XXXVIII, 5 pro כְּזִיב. Videtur haec forma recentiori tempore usitatior fuisse.

כָּזַר rad. inusit. vicina arabicae كسر (كزر, quod habent Eichhornius et Winerus, prorsus fictum est) *fregit cum violentia* (v. exempla apud Castell.), *cecidit, in fugam coniecit hostem.* Quod Castellus addit: „med. Kesr. c. c. على pers. iratus fuit illo [illi] Gigg." ex Giggeio (III, 1551) negligenter excerptum est, qui haec

habet: „هُوَ يَكْسِرُ عليكَ الْفُوقَ illc tibi iratus est.“ Sed vel hoc minus emendatum, quum in Kamuso legatur (p. 618): يكسر عليك الفوق او الارعاظ اى غضبان عليك *fregit contra te crenam sagittae vel foramina sagittae i. e. iratus est tibi.* Apud Hebraeos *violenter* frangendi significatus ad *violentiam* in universum translatus est (cf. פָּרִיץ). Inde

אַכְזָר (pro כָּזָר, cf. אַכְזָב a כָּזָב) pr. violentia, sed ubique concr. *violentus*, inde *saevus* Thren. IV, 3. Deut. XXXII, 33 (de veneno, ubi cod. Sam. divisim אך זרי) Iob. XXX, 21, in bonam partem *fortis* Iob. XLI, 2. (Fortasse huc pertinet syr. ܟܘܙܪܐ, quod Lexicographi Syrorum explicant: miles, vir strenuus, quos significatus habent etiam ܟܘܙܪܐ et ܙܘܙܪܐ). — Inde cum ־ִי adiectivorum

אַכְזָרִי adj. m. *saevus, crudelis*, qui misereri nescit. Jer. VI, 23: אַכְזָרִי הוּא וְלֹא יְרַחֵמוּ. L, 42. Prov. XII, 10. XI, 17. V, 9 (ubi verbo אַכְזָרִי alii qs. ἐπιχοίτως meretricem intelligunt, alii adulterae maritum). מַלְאָךְ אַכְזָרִי nuncius dirus Prov. XVII, 11 i. e. qui nuncium dirum affert. Dicitur etiam de poena Jer. XXX, 14, de die iudicii Jes. XIII, 9.

אַכְזְרִיּוּת f. *saevitia, crudelitas.* Prov. XXVII, 4.

כָּחַד rad. in Kal inusit., quae pariter atque כָּחַשׁ et כָּחַל *tegendi, obtegendi* significatum habuisse videtur, quae partim (in כָּחַד, כָּחַשׁ) ad *abnegandi, mentiendi, fallendi*, partim (in כָּחַל) ad *fucandi* potestatem relata est. Ad prius cf. בָּגַד et quae ibi laudantur. A כָּחַשׁ ortum est כָּחַד, hoc transiit in כָּחַל (cf. medius, milieu al.). Ipsum כחד habent Aethiopes in ክሕደ: negavit, abnegavit fidem, apostata factus est, ክሑድ: apostata, arab. جحد negavit, denegavit Cor. VI, 33. VII, 49. XXXI, 31.

Pi. כִּחֵד (1 Sam. III, 18) 1) *occultavit, celavit.* Sq. acc. rei et מִן pers. Jer. XXXVIII, 14: אַל תְּכַחֵד מִמֶּנִּי דָּבָר *ne celes mihi quidquam.* 2 Sam. XIV, 18, et omisso דָּבָר Jos. VII, 19: אַל־תְּכַחֵד מִמֶּנִּי *ne celes mihi quidquam.* 1 Sam. III, 17. 18. Jer. L, 2. (Alia ratio est loci Iob. XV, 18, in quo ante מִן ellipsis est: לֹא כִחֲדוּ מֵאֲבוֹתָם *non celarunt* acceptum *a patribus eorum*). Sq. כִּי Gen. XLVII, 18: לֹא נְכַחֵד מֵאֲדֹנִי כִּי. — *Non celare* per λιτότητα dicitur pro palam eloqui, praedicare Iob. XXVII, 11. Ps. XL, 11. LXXVIII, 4.

Hiph. הִכְחִיד 1) *occultavit.* Iob. XX, 12: יַכְחִידֶנָּה תַּחַת לְשׁוֹנוֹ. — 2) *excidit, delevit*, gr. ἀφανίζειν (pr. fecit ut non amplius videatur) v. c. homines Ex. XXIII, 23. 2 Par. XXXII, 21. Zach. XI, 8, מֵעַל פְּנֵי הָאֲדָמָה 1 Reg. XIII, 34, מִגּוֹי Ps. LXXXIII, 5.

Niph. 1) pass. Pi. *occultata, celata est* alicui res, sq. מִן pers. 2 Sam. XVIII, 13: וְכָל־דָּבָר לֹא יִכָּחֵד מִן־הַמֶּלֶךְ. Ps. LXIX, 6. CXXXIX, 15. Hos. V, 3. — 2) pass. Hiph. no. 2. *excisus, deletus est.* Iob. IV, 7: אֵיפֹה יְשָׁרִים נִכְחָדוּ *ubi excisi sunt probi?* XV, 28. XXII, 20. Zach. XI, 9. 16, addito מִן הָאָרֶץ Ex. IX, 15.

כָּחַח rad. inusit. quam idem notasse suspicor quod syr. ܟܚܚ anhelavit, unde ܟܚܚܐ anhelatio (Bar Bahlul نسيم هوا) nostr. *keuchen* (cf. similis soni radd. itidem onomatopoëticas אָנַח, נָפַח), dein *vires intendit* (cf. arab. كخّ ronchissavit). Secundarium et ab hebr. כֹּחַ repetitum censeo arab. كاحَ praevaluit in pugna.

כֹּחַ, semel plene **כּוֹחַ** (Dan. XI, 6, ubi vide Masoram), c. suff. כֹּחִי, כֹּחוֹ m. 1) *vis, vires, robur*, tum in agendo, tum in perferendo (Iob. VI, 11. 12), vel hominum, v. c. de robore militis heroisque Iud. XVI, 5. 9. 19. Hab. I, 11. Jes. LXIII, 1, de vi vitali Ps. XXII, 16. XXXI, 11. XXXVIII, 11, de vi quae negotio impenditur Gen. XXXI, 6. Jes. XLIX, 4 (כִּלָּה כֹּחַ), de robore virili (et poët. de fructu eius, filio primogenito Gen. XLIX, 3); vel animalium Iob. XL, 16. Dan. VIII, 7; vel de vi et potentia Dei Jerem. X, 12: עֹשֵׂה אֶרֶץ בְּכֹחוֹ. Iob. XXVI, 12: בְּכֹחוֹ רָגַע הַיָּם. Num. XIV, 17. Iob. XXIII, 6. XXIV, 22. XXX, 18. XXXVII, 23. Ps. LXV, 7 (eidem tribuitur כֹּחַ לֵב robur intellectus, summa sapientia Iob. XXXVI, 5). — יֵשׁ, הָיָה כֹּחַ בְּ est robur penes aliquem 2 Par. XXV, 8. 1 Sam. XXVIII, 20: גַּם כֹּחַ לֹא הָיָה בוֹ (cf. 1 Reg. XIX, 8), sq. gerundio vis est ad aliquid faciendum i. e. potest (max. in recentiore Hebraismo). 1 Sam. XXX, 4: אֵין בָּהֶם כֹּחַ לִבְכּוֹת. 2 Par. XX, 12. XXV, 8. Dan. VIII, 7. XI, 15: וְאֵין כֹּחַ לַעֲמֹד. Jes. L, 2: אֵין בִּי כֹחַ לְהַצִּיל. Esr. X, 13: אֵין כֹּחַ (לֹא) לַעֲמוֹד בַּחוּץ *et non potest* (populus) *amplius stare foras.* Dan. I, 4: אֲשֶׁר כֹּחַ בָּהֶם לַעֲמֹד בְּהֵיכַל הַמֶּלֶךְ *qui possent* (i. e. idonei essent) *ministerium agere in palatio regio.* Recentioris Hebraismi est etiam locutio: עָצַר כֹּחַ vim retinuit (adhuc habuit) ad aliquid, v. עָצַר. — Passim substantivis et adiectivis additur in genit. אַמִּיץ כֹּחַ *robore valens* Iob. IX, 4. Jes. XL, 26, שַׂגִּיא כֹחַ Iob. XXXVII, 23, גִּבֹּרֵי כֹחַ Ps. CIII, 20, לְלֹא כֹחַ pro לַאֲשֶׁר לֹא כֹחַ Iob. XXVI, 2. — Est etiam a) in malam partem *violentia* Eccl. IV, 1: וּמִיַּד עֹשְׁקֵיהֶם כֹּחַ. b) translate: *facultates, opes*, quibus aliquis *pollet* (cf. חַיִל) Iob. VI, 22. XXXVI, 19. Prov. V, 10. Hos. VII, 9. c) *robur terrae* sunt *fructus terrae*, quos terra *vi* sua progenuit Gen. IV, 12. Iob. XXXI, 39.

2) lacertae maioris genus, probabiliter a robore dictum Lev. XI, 30. LXX. et Hieron. chamaeleontem reddunt. Uterque Arabs حرذون i. e. crocodilum terrestrem vel eius speciem, Bochartus (Hieroz. I, 1069)

lacertam maximam esse censet, quae الورل guaril dicitur, magnis serpentibus adeoque crocodilo terrestri robore superior est eosque occidere et vorare fertur.

כָּחַל ἅπ. λεγόμ., *fucavit oculos* stibio. Ez. XXIII, 40: כָּחַלְתְּ עֵינַיִךְ (LXX. ἐστιβίζου τοὺς ὀφθαλμούς σου), ad rem cf. 2 Reg. IX, 30: וַתָּשֶׂם בַּפּוּךְ עֵינֶיהָ, quod Targg. reddit: וּכְחַלַת בִּצְדִידָא עֵינָהָא, adde Jer. IV, 30. — Originem radicis esse in *tegendo*, *oblinendo* iam diximus ad rad. כָּחַד, *oculos fucandi* significatu perfrequens est in omnibus linguis cognatis. De Chaldaeis iam dictum est, adde כְּחַל, כּוּחְלָא fucus, stibium; syr. ܟܚܠ fucavit, illevit oculos collyrio Apoc. III, 18, it. occaecavit (quod Lexicis addendum) Barhebr. p. 206. 266, ܟܚܠܐ et ܟܚܘܠܐ oblinens collyrio, pingens oculos, ܟܚܝܠܐ pass., ܟܚܘܠܘܬܐ appositio collyrii (v. Lex. Adler.), ܟܘܚܠܐ, ܟܘܚܠܐ collyrium, stibium; arab. كَحَلَ illevit oculos collyrio, stibio, كَحِلَ occaecatus est, كَحَلَ nigris palpebris earumque oris fuit pec. natura sine collyrio illito, q. d. fucatus est, qualis mulier appellatur كَحْلاءُ, كُحْلٌ collyrium, pec. stibium; aeth. ኰሐለ: et ኳሐለ: stibio tinxit oculos Hen. 8, ኰሓል: fucus. Transiit adeo ex lingua Arabica in Hispanicam, cf. 2 Reg. IX, 30 ubi in Bibliorum Vers. hisp. est: *alcoholaste tus ojos.* Generaliorem *oblinendi* significatum servarunt Melitenses, apud quos *kahhal* est *illevit* v. c. parietem caemento Vassalli pag. 367. Erat autem iste oculorum fucus (פּוּךְ q. v., pers. et turc. سرمه *surma* et *isfahani*, aegypt. ⲤⲐⲎⲘ et theb. ⲤⲦⲎⲘ, unde gr. στίμμι, στίβιον, stibium) pulvis nigricans ex antimonio vel plumbi metallis et zinco vulgo paratus, quem admixta aqua ope acus specillive ex argento vel ebore facti (arab. مِيل, مِكْحَل, مُلْمُول, talmud. מִכְחוֹל) palpebris ita illinebant, ut album oculi nigro margine cinctum magis candere videretur. In Oriente natus ad Graecos etiam et Romanos transiit hic mos, et inde ab Euripide usque ad Cypriani tempora memoratur. Vide prae ceteris Grotium ad 2 Reg. IX, 30, adde Iuven. 2, 93 et quae laudat N. G. Schroederus de vestitu mulierum p. 592. Car. Boettigerus in Sabina pag. 22. 48, item Iob. Ludolf. in Lex. ad rad. ኰሐለ: et in Comment. ad hist. aethiop. lib. 2 c. 7 no. 51. Jac. Grandii Medici Veneti epist. ad Iob. Ludolfum de כחל sive stibio eiusque usu apud veteres in re cosmetica, in Museo Hagano T. III p. 173–210. De hodiernis Orientalibus vide Russel natural history of Aleppo p. 157 sqq. et quae collegit A. Th. Hartmannus, Aufklärungen über Asien II, p. 446 sqq. Hebräerin am Putztische II p. 149 sqq. III p. 198 sqq. Erant autem qui huic mori praeter cosmeticum etiam medicum quendam usum tribuerent.

כָּחַשׁ 1) *negavit*, *mentitus est*, v. Pi. no. 1. 2. De origine v. ad כָּחַד. — 2) translate *defecit* corpus, v. Pi. no. 3, et subst. כַּחַשׁ. Ps. CIX, 24: בְּשָׂרִי כָּחַשׁ מִשָּׁמֶן *caro mea deficit a pinguedine* i. e. contabescit, emaciatur. (Chald. כְּחוּשׁ macilentus, כְּחִישׁוּת macies).

Pi. כִּחֵשׁ et כַּחֵשׁ 1) *negavit* id quod verum est (leugnen). Gen. XVIII, 15. Jos. VII, 11. Sq. בְּ pers. *abnegavit* aliquem (jemanden verleugnen) i. e. negavit se aliquem novisse. Iob. VIII, 18: וְכִחֶשׁ בּוֹ לֹא רְאִיתִיךָ *negat* (locus), *se unquam vidisse eum*, inde כִּחֵשׁ בַּיהוָה Jes. LIX, 13. Jer. V, 12: כִּחֲשׁוּ בַּיהוָה וַיֹּאמְרוּ לֹא הוּא. Jos. XXIV, 27. Sq. לְ id. Iob. XXXI, 28: כִּי כִחַשְׁתִּי לָאֵל. Sq. בְּ pers. et בְּ rei: *denegavit*, *infitiatus est* alicui aliquid. Lev. V, 21: וְכִחֵשׁ בַּעֲמִיתוֹ בְּפִקָּדוֹן *et negat, se accepisse depositum a proximo suo.* Omisso בְּ rei Comm. 22. Absol. *abnegavit* Deum. Prov. XXX, 9: פֶּן אֶשְׂבַּע וְכִחַשְׁתִּי וְאָמַרְתִּי מִי יְהוָה. (Chald. מְכַחֲשִׁין fidem abnegantes, apostatae). — 2) *mentitus est* Lev. XIX, 11 (iuxta שִׁקֵּר). Hos. IV, 2: אָלֹה וְכַחֵשׁ *iurare et mentiri.* Sq. לְ mentitus est alicui. 1 Reg. XIII, 18. — 3) *fefellit* expectationem, hinc i. q. *defecit*, de terrae proventibus cf. Kal, it. כָּזַב Kal extr. Hos. IX, 2: וְתִירוֹשׁ יְכַחֶשׁ בָּהּ *mustum deficiet in ea* (cupa). Hab. III, 17: כִּחֵשׁ מַעֲשֵׂה זַיִת *deficit opus* fructus *oleae.* — 4) *simulavit* (heucheln), saepius de victis observantiam et amorem erga victorem simulantibus, sq. לְ Ps. XVIII, 45. LXVI, 3. LXXXI, 16.

Niph. Deut. XXXIII, 29 et *Hithpa.* 2 Sam. XXII, 45 sq. לְ i. q. Pi. no. 4 pr. *simulatorem egit.*

כַּחַשׁ m. 1) *mendacium* Hos. X, 13. XII, 1. Nah. III, 1. Ps. LIX, 13. — 2) *macies* Iob. XVI, 8. v. Kal.

כֶּחָשׁ m. Jes. XXX, 9: בָּנִים כֶּחָשִׁים *liberi qui patrem* (Deum) *abnegant.* Quod eod. Sam. Gen. III, 2 pauci codd. pro הַנָּחָשׁ habent הכחש mendax, abnegans (i. e. diabolus), id nescio an mero scribarum sphalmati, non consilio tribuendum sit, quum neque in reliquis eius capitis commatibus ulla scripturae diversitas sit, neque interpretatio Chaldaeo-Sam. eius scripturae vestigium habeat.

כִּי A) fortasse pr. pronomen relativum i. q. אֲשֶׁר, quanquam hic eius usus in Hebraeorum monumentis rarus adeoque incertus est. Non exiguam speciem habent duo Geneseos loci, licet כִּי ibi non ipsius pronominis relativi vim habeat, sed relationis nota videatur (ut אֲשֶׁר litt. A no. 2). Unus est Gen. III, 19: *donec redibis in terram* כִּי מִמֶּנָּה לֻקָּחְתָּ *de qua sumtus es* (LXX. ἐξ ἧς ἐλήφθης, et sic Onk. Syr. Saad.) כִּי עָפָר אַתָּה וְאֶל עָפָר תָּשׁוּב *nam pulvis es et in pulverem redibis.* Possit quidem duplex כִּי se excipiens eo modo accipi, quem infra illustrabimus litt. B, no. 2, a, sed partim mira ita oritur tautologia

turbaturque membrorum concinnitas, partim ea ratio, quam secuti sunt vett. intpp., commendatur verbis parallelis Comm. 23: הָאֲדָמָה אֲשֶׁר לֻקַּח מִשָּׁם. — Alter est IV, 25: *nam dedit mihi Deus aliam prolem loco Abelis* כִּי הֲרָגוֹ קָיִן *quem occidit Cainus* LXX. ὃν ἀπέκτεινε Κάϊν, et ita Vulg. Onk. Syr. Fritzschio quidem ad Matth p. 249 (quem sequitur Maurerus) haec ipsius scriptoris verba videntur ad superius dicta (Comm. 8) respicientis: *nam interfecerat eum Kaïnus*, sed huiusmodi observationem in tam brevi eiusdem scriptoris narratione vix et ne vix quidem exspectaveris, rectiusque, qui illum כִּי vocis significatum pernegant, verba illa Evae tribuent, hac sententia: *quum interfecerit eum Kaïnus*, Saad. اذ قتله قاين. Alia exempla, quibus כִּי a veteribus interpretibus pronomine relativo, neque inepte, expressum est, sunt: Jes. LIV, 6: *nam ut mulierem derelictam vocat te Jova* וְאֵשֶׁת נְעוּרִים כִּי תִמָּאֵס *ut uxorem iuventutis, quae repudiata est* (LXX. μεμισημένην. Vulg. abiectam. Chald. דְּאִתְרַחֲקַת. Syr. ܕܡܣܬܠܝܐ), quod fere aptius est quam: *quum* vel *si repudiata est* v. infra B, no. 4 (nam כִּי תִמָּאֵס respondet in priori hemistichio participio עֲזוּבָה), quanquam etiam hoc ferri potest. LVII, 20: *impii sunt instar maris commoti* כִּי הַשְׁקֵט לֹא יוּכָל. Vulg. *quod quiescere non potest*, et ita Targ., licet etiam verti possit: *quum* (quo tempore) *quiescere non potest*. Prov. XXX, 23: *ancilla* כִּי תִירַשׁ גְּבִרְתָּהּ. Syr. Chald. *quae expulit dominam suam*, plerique: *quum expulit* cet. Ps. XC, 4: *sicut dies hesterna* כִּי יַעֲבֹר. LXX. ἥτις διῆλθε. Vulg. *quae praeteriit*. Syr. ܕܥܒܪ, sed Targ. *ubi praeteriit*. Deut. XIV, 29 וּבָא הַלֵּוִי כִּי אֵין לוֹ חֵלֶק וְנַחֲלָה עִמָּךְ וְהַיָּתוֹם וְהָאַלְמָנָה אֲשֶׁר בִּשְׁעָרֶיךָ, ubi Vulg. Syr. כִּי reddunt *qui*, sed LXX. Targ. Saad. *quia*. Adde quod infra notabitur, כִּי in כִּי עַל כֵּן a LXX. interpretibus ubique relative accipi, עַל־כֵּן ἕνεκα τούτου, כִּי עַל כֵּן οὗ ἕνεκεν, quanquam contra fatendum est etiam in N. T. ὅτι passim (v. c. Matth. V, 45) a vett. intpp. *qui* reddi, quum satis certum sit, linguae usum hanc particulae vim non admittere.

Faciamus autem, nativam vocabuli potestatem in monumentis hodie superstitibus prorsus periisse (exempla a Noldio pag. 372 laudata refellit Fritzschius l. c.), nihilominus credibile est, pronominis relativi potestatem in hac voce primariam et nativam esse. Id enim suadet 1) analogia particulae ferme synonymae אֲשֶׁר; 2) aliarum linguarum analogia, in quibus coniunctio relativa *quod* vel ipsum pronomen relativum vel certe ab eo ducta est, velut gr. ὅτι, unde lat. *uti*, *ut*, a masc. ὅςτις; lat. *quod*, *quia* (Plur. neutr. a *quis*); germ. *dass* = *das*, olim *daz* (quae formae seculo demum decimo sexto in scribendo distinctae, prius promiscue usurpatae sunt); angl. *that*; gall. *que*; arab. الّذي, arab. vulg. *elly*, melit. *li*, *qui*, *quae*, *quod*, et *quod*, *quia*; aram. דִּי, דְּ, ܕ al. 3) reperitur hoc vocabulum, quod pariter atque reliqua pronomina et numeralia antiquissimis vocibus annumerandum propterea multis linguis commune esse videtur, etiam in aliis linguis non Semiticis potestate pronominis personalis maxime relativi, cf. sansc. *jas*, *jâ*, *jat*, quae emollita sunt ex *qas*, *qâ*, *qat*, pers. كه et كي, poet. كى *qui*, *quae*, *quod*, lat. *qui* [adeo sin. *khê* is et *tschè* qui], unde abiecta palatina (cf. *guerre*, angl. *war*) zab. [non rabbin., ut nescio quo errore inde effecit Redslobius de part. כִּי p. 10] יי *quod*: qui linguarum consensus eo maioris momenti esse videtur, quum etiam correlata huius formae exstare videantur, nimirum demonstrativa: הִיא, ܗ pers. ى, gr. ἵ, ἵς, lat. is, v. Buttmanni gramm. ampl. I, 290, et דִּי = זֶה, pr. demonstr. dein relat.; interrogativa: מִי, מָה, gr. τί-ς, τί. Utrum proprie relativum, an prius demonstrativum fuerit hoc pronomen, non definio: licet enim pronomina relativa maximam partem prius demonstrativa fuerint et nonnullae particulae כִּי significationes ita commode explicari possint (v. B no. 1, a. b et no. 5), certiora tamen eius vestigia desunt. Eorum, qui vim eius pronominalem (a Io. Simoni aliisque adoptatam) negaverunt, plurimi vulgarem eius potestatem, qua coniunctio relativa est (ὅτι, quod) nativam esse putant, ac Faesio quidem credibile est, כִּי (fere i. q. כַּאֲשֶׁר) ex כְּ productum esse, quod haud scio an perpetuae harum linguarum analogiae contrarium sit: Ewaldo haec vox modo interiectio visa est: *ja!* (gramm. crit. p. 170), modo pronomen proprie interrogativum (gramm. §. 454), quod utrumque sine argumento dixit, quanquam in altera opinione fortasse respexit ܟܡܐ interrogativum apud Syros; nuper autem Cel. Redslob (de particulae hebraicae כִּי origine et indole. Lipsiae 1835) novam de eius origine coniecturam proposuit, quam maximam partem suam fecit Maurerus (in indic. ad cursum linguae hebr. h. v.). Is igitur, spreta aliarum linguarum non semiticarum analogia, כִּי ex ipsius linguae hebraeae opibus ita declaravit, ut dictum esset pro כֵּין a rad. כּוּן (abiecto Nun, ut אָכֵן, chald. הָכֵי, hebr. אַךְ; يكن pro يَكُنْ; אִי *non* i. q. אַיִן) et pr. significaret *firmum*, inde *ita*, *sic*, *est*, *sane*, *profecto*. Itaque primo loco ponit significationem asseverativam ut Jes. XV, 1, eamque qua vox orationi directae praemittatur (v. litt. B, 1, a. b): et inde tum hypotheticam ducit potestatem (gesetzt dass, im Falle dass), tum syntheticam (so, dann), tum paratheticam, modo localem, modo temporalem (quum), modo causalem (quia): quae quomodo Vir doctus lectoribus suaserit, apud ipsum relegant qui velint. Nobis observasse sufficiat, hanc similemve originem commendari potuisse analogia particularum chaldaicae אֲרֵי *ecce!* dein *quod* (i. q. כִּי) et sam. ࠄࠋࠀ = הָלָא *ecce!* dein *quod*, i. q. כִּי, omnem autem hanc de origine disputationem nonnisi ad paucos vocis significatus explicandos vel V. T. locos illustrandos aliquam vim habere, ipsumque particulae longe creberrimae usum maximam partem certum esse et exploratum. [De Rabbinorum sententiis, in

quibus Kimchius s. v. כִּי solam *causalem* potestatem admittit, plerique auctoribus Talmudistis quattuor significationes (אי דלמא אלא דהא *si, numquid, sed, quia*) statuebant, v. Danzii literat. hebr. pag. 339. 340]. Quidquid igitur de origine statuitur, longe creberrime, nisi ubique, est

B) coniunctio relativa:

1) *quod*, ὅτι (nostr. *dass*, ortum ex demonstr. *das* in relativum verso), sententiis praemissum, quae ex verbo activo pendent et in accusativo cogitandae sunt, ut alibi אֲשֶׁר et plenius אֵת אֲשֶׁר (v. אֲשֶׁר B, no. 1). Gen. I, 10: וַיַּרְא אֱלֹהִים כִּי טוֹב pr. *vidit Deus* hoc *quod bonum erat*. Iob. II, 13: רָאוּ כִּי גָדַל הַכְּאֵב מְאֹד. 1 Sam. XIV, 3: הָעָם לֹא יָדַע כִּי הָלַךְ יוֹנָתָן. Ita sexcenties post verbum videndi Gen. I, 4. 10. 12. 18. 21. 25. III, 6. VI, 2. 5. XII, 14. XIII, 10. XVI, 4. 5. XX, 10. XXVI, 28. XXVIII, 6. 8. XXIX, 31. XXX, 1. 9. XXXII, 26. XXXVII, 4. XXXVIII, 14. XXXIX, 3. 13. XL, 16. XLIV, 31. XLVI, 30. XLVIII, 17. XLIX, 15. L, 15, audiendi Gen. XIV, 14. XXIX, 33. XXXIV, 5. XXXIX, 15. XLII, 2. XLIII, 25, sciendi (יָדַע v. pag. 572 A), indicandi Gen. III, 11. XII, 18. XXXI, 20. Ps. L, 6. XCII, 16 (הִגִּיד). Gen. XXI, 7. Iob. XXXVI, 10 (אָמַר), credendi (הֶאֱמִין) Exod. IV, 5, reminiscendi Ps. LXXVIII, 35. 39. CIII, 14. Iob. VII, 7. X, 9, obliviscendi Iob. XXXIX, 15. Bis repetitum est Gen. XXIX, 12 כִּי — וְכִי (*quod — et quod*). Post verbum (vel verbale) intransitivum sententia ex כִּי particula pendens in nominativo cogitanda est Thren. III, 27: טוֹב לַגֶּבֶר כִּי יִשָּׂא עֹל בִּנְעוּרָיו, cf. Gen. II, 18: לֹא טוֹב הֱיוֹת הָאָדָם לְבַדּוֹ. XXIX, 19. (Respondet ὅτι in N. T. vide exempla apud Wahlium h. v. no. 1, A).

Ad hanc primam significationem praeterea hi particulae usus revocandi sunt:

a) ubi ponitur post iurandi formulas, velut: חַי יְהוָֹה וְחֵי נַפְשְׁךָ כִּי *per vitam Dei tuamque* (sc. affirmo, iuro) *quod* 1 Sam. XX, 3. XXV, 34. XXVI, 16. XXIX, 6, חַי הָאֱלֹהִים 2 Sam. II, 27, חַי אֵל Iob. XXVII, 2, חַי אָנִי Jes. XLIX, 18, כֹּה יַעֲשֶׂה לִּי אֱלֹהִים וְכֹה יוֹסִיף (v. p. 651), in quibus omnibus evidens est ellipsis verbi: *affirmo, iuro.* Atque inde ortus videtur is particulae usus, quo ab initio orationis fortiter affirmantis est Jes. XV, 1 (cf. similem ellipsin ante אִם et אִם לֹא), cf. etiam usum in apodosi, infra no. 5.

b) ubi *orationi directae* praemittitur, ut gr. ὅτι, syr. ؟ (v. Agrelli otiola syr. p. 19). Gen. XXIX, 32: אָמְרָה כִּי רָאָה יי בְּעָנְיִי *dixit: aspexit Jova miseriam meam.* Ex. III, 12: וַיֹּאמֶר כִּי אֶהְיֶה עִמָּךְ *dixit: ero tecum.* 1 Reg. XI, 22: וַיֹּאמֶר לוֹ פַרְעֹה כִּי מָה־אַתָּה חָסֵר עִמִּי *dixitque ei Pharao: qua tandem re cares mecum?* Gen. XXIX, 33. Ex. I, 19. IV, 23. Ruth. I, 10. Jos. II, 24. 1 Sam. X, 19. 2 Sam. XIX, 43. — Sunt qui hunc particulae usum explicent ex usu aliquo demonstrativo (v. litt. A extr.), quasi כִּי in hac locutione sit fere i. q. כֹּה *ita, sic:* sed ex eodem usu in particulis ὅτι et ؟ manifestum est, כִּי in huius generis exemplis nihil aliud esse quam ὅτι *quod,* atque hunc usum ortum esse ex eo, quo ponitur post verba indicandi, dicendi (v. supra), iurandi (Gen. XXII, 16), ita quidem ut Hebraei ab oratione obliqua alienissimi pro ea directam ponerent. Etiam apud Graecos usus particulae ὅτι ante orationem directam (Passow 2, d) profectus esse videtur ab eiusdem usu ante orationem obliquam (ibid. no. 2 init.). — Ceterum alia ratio est eorum locorum, in quibus כִּי post אָמַר est rationem reddentis et respondentis ad quaestionem de caussa alicuius rei. Gen. XXVII, 20: *quomodo tam cito invenisti* (feram), *mi fili? Respondit:* כִּי הִקְרָה יְהוָֹה אֱלֹהֶיךָ לְפָנָי *quia Jova deus tuus eam mihi obviam misit.* XX, 11. XXI, 30. XXVI, 9.

c) ubi additur adverbiis et interiectionibus, quae integrae sententiae vim habent, v. c. Iob. XII, 2: אָמְנָם כִּי אַתֶּם עָם *profecto ita est, vos esse populum.* Sic הִנֵּה כִּי *vide quod,* quod non differt a simplici הִנֵּה Ps. CXXVIII, 4, הֲלֹא כִּי id. 1 Sam. X, 1, אַף כִּי accedit quod (v. אַף), אֶפֶס כִּי tantum quod (v. אֶפֶס).

d) הֲכִי pro duplici הֲ interrogativi potestate est α) *num* est *quod?* gall. *est-ce-que?* pro *numquid, num?* Iob. VI, 22: הֲכִי אָמַרְתִּי *num dixi?* 2 Sam. IX, 1. β) *nonne* est *quod?* gall. *n'est-ce-pas que?* i. q. *nonne?* Gen. XXVII, 36. XXIX, 15. 2 Sam. XXIII, 19 (cf. 1 Par. XI, 21).

e) Praepositionibus additum pariter atque אֲשֶׁר litt. B no. 1, has in coniunctiones convertit, ut יַעַן כִּי et עַל כִּי propterea quod, quia; עַד כִּי usque dum, bis dass, תַּחַת כִּי pro eo quod, v. Lgb. pag. 637. — Est עֵקֶב כִּי et

2) *quod*, ὅτι causale, idque

a) *causam* et *rationem* rei indicans i. q. *quia, quum* causale (sq. conj.). Sententia autem causalis modo antecedit ut Gen. III, 14: *quia hoc fecisti, maledictus esto* cet. Comm. 17: *quia autem praebuisti uxori tuae ..... maledicta sit terra,* modo, quod longe frequentius est, sequitur Gen. II, 3: *et benedixit Deus diei septimo* ..... כִּי בוֹ שָׁבַת מִכָּל מְלַאכְתּוֹ *quia hoc die quieverat ab omni opere:* latine plerumque utimur causali demonstrativo *nam*, γάρ, maxime, ubi paulo longior est sententia (Gen. VII, 4) vel minus arcte cum praecedente coniuncta (Gen. XIII, 15. XVIII, 19. XIX, 13. XX, 18). Ita sexcenties in omnibus V. T. libris Gen. II, 5. 23. III, 19. 20. IV, 23. V, 24. VI, 7. 12. 13. VII, 4. VIII, 9. 21. IX, 6. XI, 9. XII, 10. XIII, 6. 8. 17. XVI, 13. XVII, 5. XVIII, 15. XIX, 14. 22. 30. XXI, 10. 12. 13. 17. 18. 31. XXII, 12. XXV, 28. 30. XXVI, 16. 20. XXVII, 23. XXVIII, 11. 15. XXIX, 2. 9. 21. Ps. II, 12. III, 6. 8. IV, 9. V, 5. 10. 11. 13. VI, 3. 6. 9. X, 14. XXV, 16. XXVII, 10. Jes. II, 3. 6. 22. III, 1. 10. 11. VI, 5. VII, 22. 24. VIII, 10. IX, 3. X, 23 cet. cet.

Ferme ubique sententiae praemittitur, raro inseritur, ut lat. *enim.* Ps. CXXVIII, 2: יְגִיעַ כַּפֶּיךָ כִּי תֹאכֵל *labore enim manuum tuarum frueris.* CXVIII, 10. Eodem

revocandus est locus variis interpretationibus vexatus Gen. XVIII, 20: זַעֲקַת סְדֹם וַעֲמֹרָה כִּי רָבָּה וְחַטָּאתָם כִּי כָבְדָה מְאֹד: אֵרְדָה־נָּא *clamor ob Sodomitas et Gom. quum tantus sit et peccatum eorum quum admodum grave, age descendam* cet. (cf. כִּי temporale ita insertum, infra ad no. 3 extr.).

Ubi duae pluresve sententiae causales se excipiunt, quibus latine praemitteres: *nam — et*; rarius: *quia — et quia*, Hebraei repetunt כִּי — כִּי; כִּי — וְכִי. Quorum quidem exemplorum plures sunt classes: *α*) ubi plures unius rei caussae ad aliquid efficiendum concurrunt, velut Jes. VI, 5: *vae mihi, nam* (כִּי) *pereo*, כִּי אִישׁ טְמֵא שְׂפָתַיִם אָנֹכִי ..... כִּי אֶת הַמֶּלֶךְ יְיָ צְבָאוֹת רָאוּ עֵינָי *quia impuris labiis sum* ..... et *quia regem Jovam exercituum viderunt oculi mei* i. e. quia ego, quippe qui labiis impuris sim, numen divinum conspexi. Ps. XXII, 12. *β*) ubi sententiae vel minus arcte inter se connexae sunt Jes. IX, 3. 4. 5. XV. 6. 8. 9. XXVIII, 19. 20. 21. Iob. III, 24. 25. VIII, 9. (cf. γὰρ — γὰρ Matth. VI, 32. XVIII, 10. 11. XXIV, 27. 28 et Bornemann ad Xenoph. Conviv. p. 147), vel una alteram quasi continuat Gen. XXXIII, 11: *nam* (כִּי) *Deus mihi benedixit et* (וְכִי) *sunt mihi omnia.* Iob. XXXVIII, 20. Jes. LXV, 16. Alia ratio est eorum *γ*), ubi altera sententia ex priore pendet. Gen. XXVI, 7: *nam timebat dicere, eam esse uxorem suam, ne interficerent eum, quia pulchra erat.* XLIII, 32. XLVII, 20. Primae classis sunt haec per ironiam dicta. 1 Reg. XVIII, 27: *clamate alta voce* כִּי אֱלֹהִים הוּא כִּי שִׂיחַ וְכִי שִׂיג לוֹ וְכִי דֶרֶךְ לוֹ *nam is deus est isque nunc meditatur, vel secessit vel negotio vacat* (ו in וְכִי, וְכִי omnino disiunctivum videtur).

Nonnunquam vis causalis particulae non statim in oculos incurrit, sententiarum tamen nexu accuratius perpenso revera in ea inest. Iob. V, 22: *vastationem et famem ridere potes et a bestiis agri tibi nihil timendum.* 23: *nam* (כִּי) *cum lapidibus agri tibi foedus erit, et amicitia cum bestiis agri.* Nihil tibi timendum, *quia* ager tuus fertilis erit, nec lapidibus obrutus, nec bestiis infestatus. Jes. V, 10: *nam* (כִּי) *decem iugera vineae unam vini amphoram praebebunt, decem seminis modii unum modium.* Praecesserat: *domus vastatae erunt, nec habitatae:* ingente nempe agrorum sterilitate terra desolabitur. Jes. VII, 21: *illo tempore quisque vitulum alet duasque oves.* 22: .... כִּי חֶמְאָה וּדְבַשׁ יֹאכֵל כָּל־הַנּוֹתָר וגו׳ *nam lacte et butyro vescentur omnes* cet. Homines in terra desolata frugibus et vino carentes in usu lactis et mellis acquiescent, et *propterea* pecuariae operam dabunt omnes. Cf. XVII, 3 sq. XXX, 9. Alibi refertur ad sequentia (Ps. XXII, 10: *quum extraxeris me ex utero matris* .... *ne procul absis a me* Comm. 12), vel ad praecedentia quidem, sed paulo remotiora. Jes. VII, 14: *propterea ipse Dominus tibi signum dabit: ecce virgo gravida erit* ..... 16: *nam* (כִּי) *antequam puer discet* cet. Namque hac demum in re, quae Comm. 16. continetur, cernebatur signum et vaticinium (cf. VIII, 4). X, 25: *noli timere* ..... 26: *nam post breve tempus poena cessabit.* Jos. V, 5. XIV, 12. XVII, 18. Ps. XLV, 11. 12: *obliviscere populum tuum* ..... *ille enim est dominus tuus.* Cf. de simili usu γὰρ particulae Herm. ad Viger. p. 846 ed. 3, deque *enim* Ramshornii gramm. lat. §. 119, 1. Atque cum his particulis כִּי in eo etiam consentit, quod poni solet, ubi ad rem tanquam omnibus notam provocamus, nostr. *denn ja, ja* (sententiae insertum). Iob. V, 6: כִּי לֹא יֵצֵא מֵעָפָר אָוֶן *nicht aus dem Boden keimt ja das Unheil.* Jes. XXXII, 6. Proprie causale est etiam Jes. XXXII, 13 (ubi כִּי reddunt immo): *in agro populi mei sentes et cardui crescunt* כִּי עַל כָּל בָּתֵּי מָשׂוֹשׂ קִרְיָה עַלִּיזָה *nam in omnibus palatiis urbis exultabundae* crescunt, nedum in agris. Ceterum maxime in Psalmis reperiuntur exempla, in quibus ita extenuata est causalis huius particulae potestas, ut nonnisi connectendae sententiae inserviat vel leviter affirmantis videatur (*ja!* transferre solent interpretes recentiores, vel prorsus omittere), velut Ps. LV, 13. LXXIV, 20. CXLIII, 2 (cf. syr. ܡܛܠ Mayer ad Barhebr. p. 12, it. כִּי עַל כֵּן). — Ironice dicta sunt haec Prov. XXX, 4: *quale nomen eius filiique nomen?* כִּי תֵדָע *tu enim scis*, du weisst es *ja.* Iob. XXXVIII, 5. 1 Reg. XVIII, 27 (v. supra).

Denique ad hunc significatum causalem referendus est *αα*) usus particulae post verba affectuum, ut gaudendi Jes. XIV, 29. Ps. LVIII, 11. CV, 38. CVII, 30. CXVI, 1. 2, irascendi Gen. XXXI, 35. XLV, 5, timendi Gen. XLIII, 18. Ps. XLIX, 17, poenitendi Gen. VI, 6. 7: caussam enim gaudii, irae, timoris cet. indicat. *ββ*) ubi ingreditur explicationem (atqui). Jes. V, 7. Iob. VI, 21. Plenior sententia esset: accipite iam, quo consilio haec dicta erant, *nam.* — Est

b) *quod* consecutivum, id indicans, quod ex caussa consequitur, ut in illo: *quae caussa est quod —, non est quod timeas: nihil est quod mihi gratuleris*, cf. gr. τί γέγονεν ὅτι; Gen. XX, 9: מֶה־חָטָאתִי לָךְ כִּי הֵבֵאתָ עָלַי .... חֲטָאָה גְדֹלָה *quid peccavi in te, quod induxisti super me* .... *peccatum grande?* XL, 15: *nihil feci* כִּי שָׂמוּ אֹתִי בַּבּוֹר *quod* (in quo caussa idonea sit quod) *in custodiam me dederunt.* Jes. XXXVI, 5: *cuinam confisus es, quod defecisti?* cuinam ita confisus es, ut in hac fiducia tibi defectionis caussa esset? Ps. VIII, 5: מָה אֱנוֹשׁ כִּי תִזְכְּרֶנּוּ *quid* est *homo, quod eius memor es?* quae caussa est quod hominem, exiguum eum et imbecillum, respicis? cf. Exod. III, 11. Jes. XXIX, 16: *num figulus est instar luti, quod opus dicat de opifice: non fecit me.* Latine in huiusmodi exemplis כִּי etiam *ut, ita ut* reddi potest, velut: *num figulus est instar luti, ut opus dicat; cuinam confisus es, ita ut deficeres* al., sed apud Hebraeos tamen non est particula finalis, ut كَيْ Arabum, sed ubique consecutiva. Hos. I, 6: *non amplius miserebor domus Israël* כִּי נָשֹׂא אֶשָּׂא לָהֶם *ita ut iis ignoscam* (ex miseratione enim Dei consequitur venia peccatorum). Adde Gen. XX, 10. XXXVII, 26. Ps. XLIV, 19. 20. 2 Reg. VIII, 13. XVIII, 34. Iob. VI, 11. VII, 12. 17. X, 5. 6. XV, 14. XXI, 15.

A causali potestate proficiscitur

3) varius eius usus in sententiis *adversativis.* Saepe enim

a) praemissa negatione est i. q. *sed* (sondern). 1 Reg. XXI, 15: אֵין נָבוֹת חַי כִּי מֵת *non in vivis est Naboth, sed mortuus est*, pr. *nam* mortuus est. Gen. XXIV, 3: *ne uxorem des filio meo ex mulieribus Cananaeis ..... 4: sed in patriam meam eas* cet. כִּי אֶל אַרְצִי .... תֵּלֵךְ (Comm. 38 eodem contextu positum est אִם לֹא). XLV, 8: *non vos me huc misistis, sed* (כִּי) *Deus*, pr. *nam* Deus me misit. Gen. XIX, 2: לֹא כִּי בָרְחוֹב נָלִין *minime* intrabimus! *sed in platea pernoctabimus.* Gen. III, 4. 5. XVII, 15. XVIII, 15. XLII, 12. 34. XLVII, 22. XLVIII, 18. Ex. I, 19. XVI, 8. Jos. XVII, 18. 2 Par. XX, 15. Ps. XLIV, 8. Jes. VII, 8. X, 7. XXVIII, 27. XXX, 16. LXV, 6. Dan. IX, 18. Cf. כִּי אִם B, 1. Semel pro כִּי אִם B, 2 1 Sam. XXVII, 1: *nihil mihi confert* כִּי אִמָּלֵט *nisi ut fugiam* LXX. ἐὰν μή. — b) Similis ratio est locorum, ubi haud diserta quidem antecedit negatio, sed vis negandi tamen in sententia inest. Latine plenius reddi potest: (minime vero) *sed*, et simpl. *enim*, ut in his Ciceronis (Tusc. 2, 24): num tum ingemuisse Epaminondam putas, quum una cum sanguine vitam effluere sentiret? Imperantem *enim* patriam Lacedaemoniis relinquebat, quam acceperat servientem, pro: Minime vero, nam —, germ. *nein sondern*, *nein denn; aber nein, denn ja.* Iob. XXXI, 17: *num solus comedi buccellam meam, num eam denegavi orphano?* 18: *minime sed* (כִּי) *inde a teneris ille me patrem habebat.* Mich. VI, 3: *quid iniuriae tibi intuli?* 4: (nihil) *nam duxi te*, ich führte dich ja cet. Ps. XLIV, 21—22: *si obliti essemus Deum ...... Deus sane puniret.* 23: *sed contra* (כִּי) *tua caussa mactamur.* Jer. XLIX, 10. Iob. XIV, 16: (utinam in orco me aliquamdiu absconderes, postea tamen in vitam revocares, quanquam hoc fieri non posse video): כִּי עַתָּה צְעָדַי תִּסְפּוֹר minime vero! *sed* contra *gressus meos numeras.* Tantum abest ut benevole mecum agas, ut mihi paene insidieris. Ps. XLIX, 11. CXXX, 4. 2 Sam. XIX, 23. Jes. XLIX, 24. 25. Raro c) sine praevia negatione, ut ἀλλὰ γὰρ, *aber ja, aber freilich.* Jes. XXVIII, 28: *triticum trituratur, sed* (כִּי) *non continuo triturat illud* (agricola), v. pag. 348, germ. *aber* man drischt es *ja* nicht immerfort. VIII, 23: כִּי לֹא מוּעָף לַאֲשֶׁר מוּצָק לָהּ *sed* vel *enimvero* (ἀλλὰ γὰρ) *non* semper *tenebrae erunt, ubi* nunc *sunt angustiae*, nostr. *aber* es bleibt *ja* nicht Finsterniss cet. Iob. XXIII, 10 (*aber* er kennt *ja* meinen Wandel). Commendatur haec significatio cum sententiae concinnitate tum analogia particulae compositae כִּי אִם B no. 3, et germ. *sondern*, quod olim etiam sine praevia negatione usurpatum est. Qui eam negant Jes. VIII, 23 כִּי reddunt: *nam*, idque referunt ad consolationes Comm. 9. 10. 17. 18 (Maurer), quae quidem nimis remotae sunt, c. XXVIII, 28 ita interpretantur ex usu litt. b illustrato: *num triticum comminuitur? minime, nam non continuo triturat illud* (Hitzig). Est

4) particula temporis, ut אֲשֶׁר no. 5: *quo tempore, quum* (cum indicativo), *quando, ubi* temporale. Sq. praet. Ps. XXXII, 3: כִּי הֶחֱרַשְׁתִּי בָּלוּ עֲצָמָי *quo tempore* (dum) *silebam, tabescebant ossa mea.* Iud. II, 18. Ez. III, 19. Iob. VII, 13, frequentius sq. futuro Gen. IV, 12: כִּי תַעֲבֹד אֶת הָאֲדָמָה לֹא תֹסֵף תֵּת כֹּחָהּ לָךְ *quando agrum coles, non amplius dabit tibi vim suam.* XXIV, 41. XXX, 33. XXXII, 18. Jes. XLIII, 2. LX, 5. Jer. II, 26. XII, 1. 6 extr. XIV, 12. XXXVIII, 25. 1 Reg. VIII, 44. 46. 2 Reg. VII, 12. Iob. XXVII, 8. 9. XXXI, 25, eoque cum vi praesentis Iob. XXII, 2: *num homo prodest Deo, ubi prudenter sibi consulit?* Ps. VIII, 4: *ubi aspicio coelum tuum* cet. Jes. VIII, 19: *quando vobis dicunt: consulite* cet. (respondete). Iob. IV, 5. V, 21. Ps. XI, 3. XIII, 5. XXXVII, 24. Jes. I, 12. Lev. XXI, 9 al., sq. part. Jer. XLIV, 19, etiam sine verbo Hos. XI, 1: כִּי נַעַר יִשְׂרָאֵל *quum* adhuc *puer esset Israël.* Iob. XXXIX, 24. Sexcenties autem in huius generis formulis Gen. VI, 1: וַיְהִי כִּי הֵחֵל הָאָדָם לָרֹב ..... וַיִּקְחוּ LXX. καὶ ἐγένετο ἡνίκα ἤρξαντο οἱ ἄνθρωποι πολλοὶ γένεσθαι .... ἔλαβον ἑαυτοῖς κ. τ. λ. v. exempla pag. 372 B, adde 2 Sam. VII, 1. XIX, 26 al., et Ex. I, 10: וְהָיָה כִּי תִקְרֶאנָה מִלְחָמָה וְנוֹסַף גַּם הוּא *et ubi bellum eveniet, etiam ille adiunget se* cet. vide exempla pag. 373 A., adde Iud. XXI, 22. 1 Sam. X, 7. Jes. XVI, 12. Jer. V, 19. XV, 2 (הָיָה כִּי sq. praet. 1 Sam. I, 12). — Passim prope accedit ad vim conditionalem (cf. אֲשֶׁר B no. 4, gr. ὅτε Passov. no. 4, nostr. *wann* et *wenn*), sq. praet. Exod. XX, 25, et fut. 2 Reg. IV, 29: *si inveneris aliquem, ne benedicas ei.* Gen. XLVI, 33: וְהָיָה כִּי יִקְרָא לָכֶם פַּרְעֹה וְאָמַר ... וַאֲמַרְתֶּם LXX. ἐὰν οὖν καλέσῃ ὑμᾶς Φαραὼ καὶ εἴπῃ .... ἐρεῖτε. Ex. VII, 9. Deut. XIV, 24. Jos. XX, 5, quanquam alibi inter כִּי et אִם conditionale (ut apud Arabes inter إِذَا כִּי et إِنْ אִם) diligenter distinguitur. Ex. XXI, 2: *Quando* (כִּי) *emeris servum Hebraeum, sex annos serviet tibi, septimo egredietur liber.* 3: *Si* (אִם) *solus intrabat, solus egrediatur, si* (אִם) *cum uxore, uxor egrediatur simul.* 4: *Si* (אִם) *dominus ei dedit uxorem .... 5: et si* (וְאִם) *dicet servus* cet. Et sic ubique singulis legis conditionibus praemissum est אִם, ab initio totius legis autem כִּי (setze den Fall, *dass*). Cf. eiusdem capitis comm. 7 (כִּי) et comm. 8. 9. 10. 11 (אִם). — Comm. 14. 18 (כִּי) et comm. 19 (אִם). — Comm. 20 (כִּי) et comm. 21 (אִם). — Comm. 22 (כִּי) et 23 (אִם), et sic 26. 27. — 28 coll. 29. 30. 32. Adde Lev. I, 2 (כִּי) coll. Comm. 3 (אִם). — כִּי temporale praemisso nominativo insertum, habes Lev. I, 2. II, 1. IV, 2. V, 1. VII, 21 al. Jes. XXVIII, 18. 1 Reg. VIII, 37. 2 Par. VI, 28. Ez. XIV, 13. XVIII, 5. 21.

Ad usum conditionalem denique pertinent exempla, in quibus idem valet quod plenius גַּם כִּי *etiamsi, etsi, licet.* Exod. XIII, 17: Deus *eos non ducebat in via, quae Philistaeam tendebat*, כִּי קָרוֹב הוּא *etsi haec proxima esset: nam* dixit cet. Ps. XLIX, 19. CXVI, 10.

In explicanda significatione temporali dissentiunt Grammatici. Quibus כִּי est particula primitiva, temporalem significatum a causali repetunt, coll. germ. *weil* (Winer), in quo contra temporalis significatio (est enim a *Weile*) primaria et ad causalem translata est, quod ad rem ipsam quoque accommodatius est. Multo autem facilius temporalem significatum a pronomine relativo ducas (coll. אֲשֶׁר no. 5).

Ceterum caveant tirones, ne in errorem inducantur a Winero (Lex. p. 473), ex cuius verbis colligas, hanc temporalem particulae potestatem (in monumentis Hebraeorum non minus frequentem, quam ὅτε et *quum* temporale in libris graecis et latinis) raram, adeoque dubiam et incertam a se habitam esse. Postquam enim pro temporali potestate unum exemplum laudavit (2 Paral. VI, 28), duo pro conditionali (Jos. XX, 5. 2 Reg. IV, 29), addit: „ceterum alii loci, quos multos afferre solent [vide Noldium p. 370. 373], huc non pertinent", et quattuor exempla ita expedit, ut tribus (Prov. XXX, 4. Iob. XXXIX, 24. Deut. VI, 25) causalem potestatem vindicet (recte quidem Prov. XXX, 4, male duobus reliquis locis), in uno (Ex. III, 21) וְהָיָה כִּי falso explicet: *accidet ut* (p. 373 A) quasi vero his exemplis universa quaestio expedita esset. Nos in usum tironum aliorumque, qui sine propria et assidua V. T. lectione de his rebus iudicare volent (quorum hodie non paucos esse nemo ignorat), largiore manu dedimus exempla.

5) Singularis satisque certus eius usus est *in apodosi*, nostr. *dann*, *so*, quomodocunque eum explicabis. In protasi habetur אִם Iob. VIII, 6: אִם זַךְ וְיָשָׁר אָתָּה כִּי עַתָּה יָעִיר עָלֶיךָ *si purus et probus es, mox custodiet te.* XXXVII, 20; אִם לֹא Jes. VII, 9: אִם לֹא תַאֲמִינוּ כִּי לֹא תֵאָמֵנוּ *si non confiditis, non perdurabitis;* לוּ Iob. VI, 2. 3, לוּלֵי Gen. XXXI, 42. XLIII, 10, אִלּוּ (nisi) Num. XXII, 33, אֲשֶׁר (si) Eccl. VIII, 12, יַעַן אֲשֶׁר Gen. XXII, 16. 17. Winerus (p. 472), Maurerus (ad Gen. XXXI, 42) al. ellipsin in his statuunt, videl. (affirmo, puto, censeo) *quod*, id quod commendatur simili usu no. 1, a et non improbabile est, quum usus demonstrativi vel affirmativi, quem alii in hac particula primitivum sumunt, certa vestigia desint.

Variarum significationum in uno loco cumulatarum memorabile exemplum est Jos. XVII, 18: *non erit tibi una tantum sors, sed* (כִּי) *montanum tibi datum sit: quum* (כִּי) *silva sit, hanc succides tuaque sint spatia eius: nam* (כִּי) *expellendi Cananitae, quia* (כִּי) *currus ferreos habent* et *quia* (כִּי) *fortes sunt* i. e. adeo graves sunt et perniciosi, cf. XIV, 12.

Reliquae linguae cognatae hac particula Hebraismo fere peculiari parce utuntur. Arabes habent كَيْ *ut* finale, لِكَيْ id. (v. no. 2, b), Syri ܟܝ interrogandi particulam, ut *nam* in quis*nam*, fere i. q. gr. ἄρα, v. Schaaf. h. v. Sed apud Poenos *chi, chy* habetur pro *quod, ut*, v. Plaut. Poen. 5, 1, 2. 9 cf. Monumm. Phoenicia p. 368.

כִּי אִם ponitur A) ita, ut אִם ad sententiam interiectam referatur, et utraque particula vim suam nativam servet. Est igitur 1) *quod, si* (dass, wenn). Jer. XXVI, 15: *scitote* כִּי אִם מְמִתִים אַתֶּם אֹתִי כִּי דָם נָקִי אַתֶּם נֹתְנִים עֲלֵיכֶם *vos, si me occiditis, culpam sanguinis innocentis contracturos esse.* 1 Reg. XX, 6 (ubi *scito* cogitando addendum est); ita post iurandi formulam 1 Sam. XIV, 39: חַי יְהוָה ... כִּי אִם יֶשְׁנוֹ בְּיוֹנָתָן בְּנִי כִּי מוֹת יָמוּת. Jer. XXII, 24. In his exemplis post sententiam interiectam כִּי repetitum erat. Alibi pro eo est Vav copulativum 1 Sam. XX, 9: *absit* כִּי אִם יָדֹעַ אֵדַע כִּי כָלְתָה הָרָעָה מֵעִם אָבִי ... וְלֹא אֹתָהּ אַגִּיד לָךְ *ut, si certior factus sim patrem meum tibi perniciem moliri, tibi non indicem;* alibi nulla prorsus particula Exod. XXII, 22: *si affligis eum* (orphanum), scito כִּי אִם צָעֹק יִצְעַק אֵלַי שָׁמֹעַ אֶשְׁמַע צַעֲקָתוֹ *quod, si ad me clamabit, ego exaudiam clamorem eius; quod, quum* (v. אִם no. 4) Gen. XLVII, 18.

2) *nam, si* Exod. VIII, 17. IX, 2. X, 4. Deut. XI, 22. Jos. XXIII, 12. Esth. IV, 14. Jes. X, 22. Jer. XXII, 4. XXXVII, 10. Am. V, 22. Prov. XXIII, 18. Eccl. XI, 8 al.; it. *nam num? num enim?* (cf. אִם B, 1). Thren. V, 22: כִּי אִם מָאֹס מְאַסְתָּנוּ *num enim prorsus sprevisti nos?* i. e. spero te nos non omnino sprevisse cf. Jer. XIV, 19, ubi pro כִּי אִם est הֲ.

3) *sed, si* (sondern, wenn; aber, wenn), praemissa negatione. Thren. III, 32: (non in perpetuum reprobat Jova) *sed, si moerore affecit,* וְרִחַם כְּרֹב חֲסָדָיו *etiam miseretur pro benignitate sua:* it. sine praevia negatione (v. כִּי 3, c). Exod. XXIII, 22: *sed, si morem geris voci eius* cet.

4) 1 Sam. XXV, 34 כִּי ingreditur apodosin (v. כִּי no. 5), אִם est negantis in iureiurando, vide אִם no. 5. Sed 2 Sam. III, 35 כִּי orditur orationem post formulam iurandi (no. 1, b) et אִם est negantis in iureiurando. Verba sunt: *iuravit Davides: ita mihi faciat Deus* כִּי אִם אֶטְעַם *si gustabo* i. e. non gustabo.

B) ita ut utraque particula arctius iuncta ad eandem sententiam referatur: 1) *sed si* (sondern wenn), praevia negatione. Ps. I, 1: *beatus vir, qui non ambulat* (quod idem est atque: si non ambulat). 2: *sed si* (כִּי אִם) *in deliciis habet legem*, inde simpl. *sed* (sondern) praevia negatione, i. q. כִּי no. 3, a, attenuata et neglecta alterius particulae potestate. Gen. XV, 4: לֹא יִירָשְׁךָ זֶה כִּי אִם אֲשֶׁר יֵצֵא מִמֵּעֶיךָ *non hic erit heres tuus, sed qui egredietur ex visceribus tuis.* XXXII, 29: *non vocaberis in posterum Jacobus, sed* (כִּי אִם) *Israël.* Jos. XVII, 3: לֹא הָיוּ לוֹ בָּנִים כִּי אִם בָּנוֹת *non habebat filios, sed filias.* 1 Sam. VIII, 19: *minime vero, sed* (כִּי אִם) *rex nobis imperabit.* Exod. XII, 9. Levit. XXI, 14. Num. X, 30. Deut. VII, 5. XII, 5. XVI, 6. Jos. XXIII, 8. 1 Sam. II, 15. XXI, 5. 2 Sam. V, 6. 1 Reg. XVIII, 18. 2 Reg. XXIII, 23. Jes. XXXVII, 19. LV, 10. LIX, 2. LXV, 18. Jerem. III, 10. VII, 5. 32. IX, 23. XVI, 15. XX, 3. XXXIX, 12 (ubi in Keri אִם omissum). Prov. XXIII, 17 al. Nonnunquam negatio ante כִּי אִם cogitando addenda est, ut sit: minime *sed* (cf. כִּי no. 3, b). 1 Sam. XXVI, 10: *per Deum!* כִּי אִם

יְהוָה יִגְּפֶנּוּ minime ego Saulum caedam *sed Deus caedat eum.* 2 Sam. XIII, 33: *ne commoveri se patiatur rex, quia dicunt, omnes filios regis mortuos esse:* minime *sed* (כִּי אִם) *solus Amnon mortuus est.*

2) *nisi*, nostr. *es sey denn wenn, es sey denn dass*, itidem praevia negatione (cf. germ. *sondern*, quod olim etiam erat i. q. nisi), a) sq. verbo: *nisi quod, praeterquam quod* Gen. XXXII, 27: *non dimittam te, nisi* (כִּי אִם) *benedixeris mihi.* Amos III, 7: *non egit Deus quidquam* כִּי אִם גָּלָה סוֹדוֹ אֶל עֲבָדָיו הַנְּבִיאִים *nisi revelaverit arcanum suum prophetis, servis suis.* Gen. XLII, 15. Lev. XXII, 6. Ruth II, 16. III, 18. 2 Sam. V, 6. — b) sq. nomine: (non, nihil, nemo) *nisi, praeter* (ausser, ausgenommen, es sey denn). Gen. XXXIX, 9: *nihil mihi denegat, nisi* (כִּי אִם) *te, quia uxor eius es.* Comm. 6. Lev. XXI, 2: *cadaveribus ne polluat se, nisi in consanguineo.* Num. XXVI, 65: וְלֹא נוֹתַר מֵהֶם אִישׁ כִּי אִם כָּלֵב. XIV, 30. Gen. XXVIII, 17. Jos. XIV, 4. 1 Sam. XXX, 17. 22. 2 Sam. XII, 3. 1 Reg. XVII, 1. XXII, 31. 2 Reg. IV, 2. V, 15. IX, 35. XIII, 7. 2 Par. XVIII, 30. Esth. II, 15. V, 12. Jer. VII, 23. XXII, 17. Dan. X, 21 al. Loco negationis praecedit etiam interrogatio vim negandi habens. Mich. VI, 8: *quid Deus a te postulat* i. e. nihil a te postulat כִּי אִם עֲשׂוֹת מִשְׁפָּט. Jes. XLII, 19: *quis caecus est* i. e. nemo caecus vocandus est כִּי אִם עַבְדִּי *nisi servus meus?*

3) sine praevia negatione: *sed*, nostr. *aber*, cf. כִּי no. 3, c. Gen. XL, 14: כִּי אִם זְכַרְתַּנִי אִתְּךָ כַּאֲשֶׁר יִיטַב לָךְ וגו׳ *sed* (LXX. ἀλλά. Syr. ܐܠܐ) *memor sis mei tecum, si bene tibi est, et .... in memoriam revoca me Pharaoni.* Qui vim adversativam sine praevia negatione negant, nexum ita illustrant: haec (Comm. 13) tibi praedixi iccirco *ut, si memor esses mei ..... in memoriam me revocares Pharaoni,* quod quaesitum est et longe petitum. Num. XXIV, 21. 22: *perennis est habitatio tua* כִּי אִם יִהְיֶה לְבָעֵר קָיִן *sed tamen exterminabitur Caïn.*

C) Iam in superioribus altera particula saepe redundabat et omitti poterat (et quattuor quidem locis אִם in Keri omissum est Ruth III, 12. 2 Sam. XIII, 33. XV, 21. Jer. XXXIX, 12): magis etiam ubi est

1) i. q. כִּי B, 1, a: *quod*, post iurandi formulas. 2 Sam. XV, 21 (Keri omittit אִם). 2 Reg. V, 20. post verbum iurandi Jer. LI, 14, post אָמְנָם Ruth III, 12, atque adeo omissa iurisiurandi formula, ita ut fortiter affirmantis sit Iud. XV, 7: אִם תַּעֲשׂוּן כָּזֹאת כִּי אִם נִקַּמְתִּי *si ita agitis, hercle ulciscar me.* 1 Sam. XXI, 6: כִּי אִם אִשָּׁה עֲצֻרָה לָנוּ *hercle a mulieribus seclusi fuimus.* 1 Reg. XX, 6. (De loco 2 Sam. III, 35 vide supra A, 4).

2) i. q. כִּי causale (no. 2): *nam.* Iob. XLII, 8. — Ceterum de כִּי אִם cf. etiam Köster, Erläuterungen der heil. Schrift p. 109.

כִּי עַל כֵּן, formula difficilis compluribus nuper philologorum disputationibus vexata (vid. Winerus p. 475. Lex. nostr. manuale hebr. germ. ed. 4. I, 871—873. Hitzig in Ephemerid. Jen. 1830 no. 229. Studer ad Iud. VI, 22), quae ad verbum significaret: *nam iccirco*, sed nunquam *consilium finem*ve imo potius *rationem et caussam* rei indicat. Locorum tamen, quibus ea legitur, duplex ratio est. In aliis 1) est: *nam quia*, vel potius: *nam, quia*, ita ut עַל־כֵּן ponatur pro עַל־כֵּן־אֲשֶׁר (v. pag. 669, A) *propterea quod, quia*, et ingrediatur protasin, quam deinceps excipit apodosis. Ita tribus locis (quorum duos iam laudavit Studerus): Gen. XXXIII, 10: *accipe donum meum*, כִּי עַל כֵּן רָאִיתִי פָנֶיךָ כִּרְאֹת פְּנֵי אֱלֹהִים וַתִּרְצֵנִי *nam, quia vidi faciem tuam ut faciem Dei* (tam benignam), *tu me benigne excipies.* Omnes quos vidi interpretes et veteres et recentiores כִּי עַל כֵּן male ad antecedentia referunt: *accipe donum meum* (idque te facturum spero) *quia vidi .... et excipies me;* sed nulla est ellipsis. Num. X, 31: *ne deseras nos* כִּי עַל כֵּן יָדַעְתָּ חֲנֹתֵנוּ בַּמִּדְבָּר וְהָיִיתָ לָּנוּ לְעֵינָיִם *nam, quia novisti castrametationem nostram in deserto, eris nobis pro oculis.* XIV, 43: *peribitis gladio* כִּי עַל כֵּן שַׁבְתֶּם מֵאַחֲרֵי יְהוָה וְלֹא יִהְיֶה יְיָ עִמָּכֶם *nam, quia defecistis a Jova, Jova non erit vobiscum.* — 2) Altera classis ea complectitur exempla, in quibus כִּי עַל כֵּן est i. q. עַל כֵּן pro עַל כֵּן אֲשֶׁר *propterea quod, quia.* Gen. XXXVIII, 26: *ea* (Thamar) *iustior est quam ego*, כִּי־עַל־כֵּן לֹא נְתַתִּיהָ לְשֵׁלָה בְנִי Vulg. *quia non tradidi eam Sela filio meo.* XVIII, 5: *reficite vos ....* כִּי־עַל־כֵּן עֲבַרְתֶּם עַל עַבְדְּכֶם *quia divertistis apud servum vestrum.* Iud. VI, 22: אֲהָהּ אֲדֹנָי יְיָ כִּי עַל כֵּן רָאִיתִי מַלְאַךְ יְיָ *vae mihi, Domine Jova* (pereundum mihi est), *quoniam vidi angelum Jovae de facie* (cf. XIII, 22: מוֹת נָמוּת כִּי אֱלֹהִים רָאִינוּ. Jes. VI, 5: אוֹי לִי כִּי נִדְמֵיתִי כִּי אֶת־הַמֶּלֶךְ יְיָ רָאוּ עֵינָי, ubi pro כִּי עַל כֵּן est simplex כִּי). LXX. ὅτι. Vulg. *quia.* Syr. ܡܛܠ. 2 Sam. XVIII, 20 Keri: *hodie tu non nuncium perferes* כִּי עַל כֵּן בֶּן־הַמֶּלֶךְ מֵת *quia regis filius mortuus est* (ingratus igitur nuncius est, quem alii potius committam). In Chethibh omissum est כֵּן, quod ita explicandum esset, ut עַל accipiatur pro עַל אֲשֶׁר, sed vix sana erit ista scriptura et כֵּן excidisse videtur propter sequens בֶּן. Jer. XXIX, 27. 28: *quidni cohibes Jeremiam:* כִּי עַל כֵּן שָׁלַח אֵלֵינוּ בָּבֶל לֵאמֹר *quia is* vel *is enim misit nobis litteras Babylonem* cet. Vulg. *quia.* Jer. XXXVIII, 4: *occidatur iste vir* כִּי עַל כֵּן הוּא מְרַפֵּא אֶת־יְדֵי וגו׳ *quia iste frangit animum virorum* cet. (Vulg. *enim*). Denique Gen. XIX, 8: *modo istis viris nihil mali faciatis* כִּי עַל כֵּן בָּאוּ בְּצֵל קֹרָתִי Vulg. *quia intrarunt in umbram trabis meae* et sic Syr. Saad. Eadem significatione reperitur עַל כֵּן אֲשֶׁר Iob. XXXIV, 27 LXX. ὅτι. Syr. ܡܛܠ ܕ. — De significatione formulae consentiunt interpretes tantum non omnes, praeeuntibus, ut vidimus, iam veteribus interpretibus (Vulg. *quia*, Syr. paene constanter: ܡܛܠ ܕ, de LXX v. infra) et Rabbinis (Salomo ben Melech ad Gen. XVIII, 5: כִּי עַל כֵּן כמו על אשר יען כל כי על כן במקרא) et haud scio an paucissimis sententiam suam persuaserit Winerus, qui (ad Simon. Lex. p. 474) significationem illam causalem agnovit quidem, sed uni tantum loco (2 Sam. XVIII, 20) adhibuit, reliquisomnibus *nam propterea* (quod indicet „finem quem aliquod

factum habere possit [Zweck]") interpretandum suasit (quam significationem equidem in uno loco Gen. XIX, 8 ferri posse affirmaverim), de singulorum sententia artificiosius quam felicius disputans (v. contra Hitzig l. c. et Begriff der Kritik p. 147. Studer l. c.). De ea explicanda autem ambigitur, variaeque sententiae in medium prolatae sunt. Aliis enim, ut Hitzigio, Maurero (quibus praeiverat de Wettius ad Ps. I, 5 ed. 1), in hac formula causa cum effectu permutata esse videtur, cuiusmodi errores logici si forte huic illive scriptori obrepuerunt, in ipsum linguae usum tamen vix et ne vix quidem transierunt: aliis (v. Studer l. c.) placuit ellipsis integrae apodoseos v. c. Gen. XVIII, 5: *nam, quia transiistis ad me* sc. aequum est ut coenam mecum sumatis: aliis (v. Cler. ad Iud. l. c.), quos ipse secutus sum in Lexx. manualibus, כִּי עַל כֵּן traiectio visa est pro עַל כֵּן כִּי, cuius traiectionis satis certa exempla in Hebraismo et Syriasmo habentur (v. c. ܡܛܠ ܕ et דְּבִיטוֹל propterea quod, כִּי גַּם pro גַּם כִּי Eccl. IV, 14). Ut meam, quae nunc est, sententiam paucis exponam, in hac disputatione a tribus illis locis, in quibus כִּי עַל כֵּן est: *nam propterea* (quod) proficiscendum est, unde apparet, כִּי ab initio huius formulae primitus vim suam nativam eamque causalem servasse, ideoque minus probabilem esse traiectionem, quae et ipsa haud necessaria est, quum nudum עַל־כֵּן *propterea* (quod) significet. Reliquis locis כִּי עַל כֵּן in unam formulam coaluisse videtur, in qua proprie duae particulae causales cumulatae sunt (nam quia, denn weil), prioris autem vis sensim paullatimque ita extenuata est, ut fere redundet, pariter atque אֲרֵי in chald. אֲרֵי עַל־כֵּן, quod in Targg. pro eo ponitur. — LXX. ferme ubique habent *οὗ ἕνεκεν, οὗ εἵνεκεν* i. q. *οὕνεκα quapropter.* Videntur hi כִּי pro nota relationis accepisse, ut saepe (v. litt. A), עַל כֵּן = *ἕνεκεν τούτου, διὰ τοῦτον*, unde כִּי עַל כֵּן *οὗ ἕνεκεν*, hoc posterius autem eo significatu, quem non raro apud Graecos habet: *τούτου ἕνεκα ὅτι* (Doederlein ad Oedip. Colon. p. 462) *propterea quod, quia*, quod ipsum contextus locorum postulabat.

כִּי *stigma*, v. rad. כָּוָה.

כִּיד rad. inusit. Arab. كَادَ med. Je. *dolo usus est*, unde كَيْدٌ *fraus, dolus* Cor. 12, 5. 28. 34. 52. 20, 62. 72. 62, 41. 68, 42, praeterea: *bellum, exitium.* In Camuso (p. 414) explicatur المكر والخبث والحيلة والحرب *fraus et improbitas et astutia et bellum*, et كَيْدٌ Harir. Consess. 21 (p. 210) a Scholiasta, quem laudat Schultens. ad Iob. p. 564, explicatur هلاك exitium. Ita hebr.

כִּיד quod semel legitur Iob. XXI, 20: יִרְאוּ עֵינָו כִּידוֹ *ipsius oculi videant exitium suum.* Targ. תְּבִירֵיהּ. Syr. ܐܒܕܢܗ Kimchi: אידו.

כִּידוֹן m. *iaculum*, hastae minoris genus, diversum a חֲנִית (1 Sam. XVII, 6. 7. 45. Iob. XXXIX, 23), quod a militibus humeris suspensum gestabatur (1 Sam. l. c.), vibrando iaculabatur (Iob. XLI, 21), apud Babylonios et Persas usitatum Jer. VI, 23. L, 42, ita comparatum, ut sublatum procul videri posset (Jos. VIII, 18 coll. 26), probabiliter vexillo ornatum, ut apud nos equitum Polonorum (Uhlanen) hastae. Bene ita Kimchius: היא הרומח שבו נס *haec est hasta, in qua vexillum est.* Similiter Maurerus (ad Jos. l. c.) hastam intelligit, ex qua superne clypeolus suspensus fuerit, sed illud magis placet, quum eiusmodi ornamentum usum hastae impedivisset. Veteres interpretes, quos collegit et diiudicavit Bochartus Hieroz. I, 135—140, cf. Maurer l. c., fluctuant inter *clypeum* et *hastam*, sed illi contextus complurium locorum repugnat (v. Fischer in proluss. de Verss. gr. literarum hebr. magistris p. 135 sqq.). In etymo Bochartum sequor, qui כִּידוֹן repetit a כִּיד كَيْدٌ *bellum* (v. supra), inde *telum bellicum* (cf. חֶרֶב ensis et حَرْبٌ bellum). Maurerus confert גָּדַד, גּוּד *incidit*, sed tale etymon optare malo, quod etiam ad כִּיד Iob. l. c. accommodatum sit. — גֹּרֶן כִּידוֹן (area iaculi) 1 Par. XIII, 9 est n. pr. loci inter Kirjath-jearim et Hierosolymam, quod 2 Sam. VI, 6 גֹּרֶן נָכוֹן (area probi, vel area firma) appellatur. Quod plerique censent, כִּידוֹן et נָכוֹן quodammodo synonyma fuisse et interpretatione inter se concilianda (vide varias huius generis coniecturas apud Michaëlem in Suppl. Simon. in Lex. et onomast.), mihi parum credibile videtur; magisque in eam sententiam inclino, unum ex altero (נכן ex כדן vel contra) corruptum esse.

כִּידוֹר v. כָּדַר.
כִּיּוֹן v. rad. כּוּן.
כִּיּוֹר v. rad. כּוּר.
כִּילַי v. rad. נָכַל.
כֵּילַפּוֹת v. rad. כָּלַף.
כִּימָה v. rad. כּוּם.
כִּיס marsupium, v. rad. כָּנַס.
כִּיר v. rad. כּוּר no. II.

כָּכָה *ita*, v. pag. 631 B.
כִּכָּר *circulus*, v. rad. כָּרַר.
כֹּל omnes, v. rad. כָּלַל.

כָּלָא fut. יִכְלָא (Ps. XL, 10. 12. Jes. XLIII, 6), sed in praet. et fut. saepius ita inflexum, ut verba לה imitetur, velut כָּלָאתִי Ps. CXIX, 101, כְּלִתִנִי 1 Sam. XXV, 33, כָּלוּ 1 Sam. VI, 10, יִכְלֶה Gen. XXIII, 6 (ut contra כַּלֵּא Dan. IX, 24 est pro כַּלֵּה inf. Pi. a כָּלָה).

1) *clausit*, *inclusit* aliquem Jer. XXXII, 3. Part. pass. כָּלֻא inclusus ibid. Comm. 2. Ps. LXXXVIII, 9. Intrans. clausus est. Hagg. I, 10: כָּלְאוּ שָׁמַיִם מִטָּל *clausi sunt coeli*, *ut rorem non demittant.*

2) *cohibuit*, *retinuit*, aliquem Num. XI, 28. Jes. XLIII, 6, aliquid, v. c. ventum Eccl. VIII, 8, labia Ps. XL, 10. 1 Sam. VI, 10: *vitulos eorum retinebant domi.* Sq. acc. pers. et מִן rei a) retinuit aliquem ab aliqua re. 1 Sam. XXV, 33: אֲשֶׁר כְּלִתַנִי הַיּוֹם הַזֶּה מִבּוֹא בְדָמִים *quae retinuisti me hodie*, *ne in culpam caedis incurrerem.* Ps. CXIX, 101. b) *denegavit* alicui aliquid (jemandem etwas *versagen*), sq. מִן pers. et acc. rei Gen. XXIII, 6: אִישׁ מִמֶּנּוּ אֶת־קִבְרוֹ לֹא יִכְלֶה מִמְּךָ *nemo nostrum tibi denegabit sepulcrum suum.* Ps. XL, 12 cf. Hagg. I, 10: הָאָרֶץ כָּלְאָה יְבוּלָהּ *terra retinet* (denegat hominibus) *proventum suum.*

3) A separando no. 1. praeterea proficisci videtur notio *diversitatis* in כִּלְאַיִם q. v.

Chald. syr. כְּלָא, ܟܠܳܐ id., ܟܠܳܝܳܐ sera, aeth. ከልአ: prohibuit, arab. كَلَأَ custodivit, servavit (aliquem Deus) Cor. Sur. 21, 43. Schult. Hamas. 400. II. retinuit aliquem. In Phoeniciis saltem nomen derivatum exstat: כלאת, כלת = כלת locus clausus, de sepulcro, inscr. Melit. 2, lin. 2, v. Monumm. Phoenic. p. 106. Late autem haec radix patet in linguis occidentalibus, et claudendi quidem significatu in *κλείω*, unde *κλείς*, *κλῄς*, *κλαΐς*, *clavis*, *claudo*, prohibendi potestate in *κωλύω*, *κολούω*, cf. etiam *celo*, *occulo.*

Niph. cohibitus est, de aquis Ez. XXXI, 15, de pluvia Gen. VIII, 2. Sq. מִן c. inf. *cohibuit se* i. e. *cessavit* aliquid facere Ex. XXXVI, 6.

כֶּלֶא m. c. suff. כִּלְאוֹ Jer. LII, 33 1) *inclusio*, inde *carcer*, v. rad. no. 1. Jer. l. c. 2 Reg. XXV, 29, praeter hos locos ubique plenius בֵּית כֶּלֶא 2 Reg. XVII, 4, XXV, 27. Jes. XLII, 7, c. art. בֵּית הַכֶּלֶא 1 Reg. XXII, 27. 2 Par. XVIII, 26. Jer. XXXVII, 15. 18, pl. בָּתֵּי כְלָאִים Jes. XLII, 22.

2) *separatio*, inde *res separata*, diversa (v. rad. no. 3). Legitur in solo duali כִּלְאַיִם *duae res diversi generis*, *heterogeneae* Lev. XIX, 19. Deut. XXII, 9, cf. tractatum Talmudicum כלאים inscriptum. (Respondet aeth. ክልኤ: duo, diversi generis; cf. ካልእ: alter, alius pr. diversus, ከለአ: mutavit. Apud Arabes كِلَا f. كِلْتَا est: ambo, ambae, de quo vocabulo ambigunt domestici Arabum grammatici, utrum singularis an dualis numeri sit, quod quidem posterius vix dubium est, v. de Sacy gramm. arab. II, p. 155. 156 ed. alt. et quae ibi laudantur, atque Dschauharium ap. de Sacyum ad Har. Cons. p. 87. Ex hoc quidem scholio praeterea intelligitur, plures Arabes كِلَا ad rad. كَلَّ retulisse, sed miror eandem rationem manifesto falsam secutum esse Freytagium, in Lex. IV p. 50).

כְּלוּא i. q. כֶּלֶא no. 1 *carcer.* Jer. XXXVII, 4. LII, 31 Keri. Utroque loco in Chethibh est

כְּלִיא, quod sola forma differt.

מִכְלָה Hab. III, 17 pro מִכְלָא (cf. מוֹרָה Ps. IX, 21 pro מוֹרָא) m. *caula*, *ovile*, plur. cstr. מִכְלְאוֹת Ps. L, 9. LXXVIII, 70.

כִּלְאָב n. pr. filii Davidis et Abigaïlis 2 Sam. III, 3, qui idem in loco parallelo 1 Par. III, 1 appellatur דָּנִיֵּאל, qua de re quid sentiant Hebraei, vide ap. Bochartum, Hieroz. I p. 663. Atque hi nomen interpretantur: *sicut patri* i. e. patri similem, melius Bochartus l. c. confert arab. كِلَابٌ (denom. a كَلْبٌ, ut Canidius, Caninius) n. pr. tribus arabicae.

כָּלַב rad. in verbo inusit., onomatopoëtica, *pulsandi*, *crepandi* sonum (klapp!) imitans (ut vic. כָּלַף), *klappen.* Dicitur a) bene observante Maurero (Cursus p. 124) de valvis cum crepitu decidentibus (*zuklappen*, unde eiusmodi valva ipsa germ. dicitur *Klappe*) v. כְּלוּב; transfertur b) ad *latratum* canum (quemadmodum nos dicimus: der Hund schlägt an); nostr. *kläffen*, gall. *clapir*, *clabauder*, suec. *glaffa* i. e. latrare. Inde כֶּלֶב, كَلْبٌ, ܟܰܠܒܳܐ, ከልብ: canis, a latratu dictus, nam secundaria et a natura canina petita sunt كَلِبَ rabiosus fuit, sitivit, iratus fuit, avidus fuit, كُلِبَ deliravit, ܟܠܶܒ rabidus fuit. Etiam كَلَّبَ I. X latravit, ut eum audirent canes et latrarent, quemadmodum noctu facere solent viatores errantes, proprie est: canem egit, canem imitatus est, sed illud ipsum onomatopoët. esse potest: كَلِبَ *latravit* Kam., nisi fortasse etiam hoc illum specialem usum habet.

כָּלֵב (fort. canis i. e. כֶּלֶב, arab. كَلِبٌ est: rabiosus) *Caleb*, n. pr. quod gesserunt 1) Josuae comes, filius Jephunnes, Num. XIII, 6. XIV, 6. Jos. XV, 14. Inde est Patron. כָּלִבִּי 1 Sam. XXV, 3 Keri, ut bene Chald. מִדְּבֵית כָּלֵב. Hieron. de genere Caleb, quum contra appellative accipiant LXX. *ἄνθρωπος κυνικός*, et Arabs, qui Syr. ܟܠܒܝܐ interpretatur: *cani similis in actionibus suis*; it. alii viri 2) 1 Par. II, 18. 19, pro quo כְּלוּבַי Comm. 9. — 3) ibid. II, 50.

כָּלֵב אֶפְרָתָה n. pr. loci aliunde non cogniti 1 Par. II, 24.

כֶּלֶב m. *canis.* De origine et linguarum cognatarum consensu v. ad rad., parum enim probabile, quod

tentavit Bochartus l. c. p. 662, qui canem a dentium firmitate morsusque tenacitate dictum existimat coll. كَلْبَتَانِ dual. forceps, quod ipsum a maxillis caninis nomen habet. Inserviebant canes veteribus Hebraeis tum domibus (Jes. LVI, 10) tum gregibus custodiendis (Iob. XXX, 1), ad hoc, ut hodie in Oriente (v. Oedmann verm. Sammll. V, p. 25 sqq.), canum dominis carentium famelicorum et mordacium greges et oppida et campos pervagari, cadaveribus avide inhiare (1 Reg. XIV, 11. XVI, 4. XXI, 19. 23. XXII, 38. 2 Reg. IX, 10. 36. Jer. XV, 3. Ps. LIX, 7. 15), adeoque hominibus infesti esse solebant, quo factum est, ut hostes saevi et crudeles poët. *canes* appellati sint Ps. XXII, 17. 21. Quum praeterea *canis* sit animal immundum (Jes. LXVI, 3, canis immundus et amica luto sus Hor. Epp. 1, 2, 26) et vile (cf. prov. arab. الكلب اعلى منه canis nobilior est ipso, de vilissimo mortalium poët. ap. Abulf. Annal. III, 600, جعله بمنزلة الكلب posuit eum in sede canis i. e. vilissimo loco habuit, Schult. ad Iob. 458), per convicium aliquis dicitur *canis*, *canis mortuus*, *caput caninum*, vel, quae est Orientalium humilitas, cum nobilioribus colloquens se ipsum canem appellat. 1 Sam. XXIV, 15 Davides ad Saulum: *quemnam persequeris? canem mortuum, pulicem unicum?* 2 Sam. III, 8: *num caput canis sum, qui benigne ago ...... et tu animadvertis in peccatum istud cum muliere?* *Caput canis* h. l. nonnulli Hebraei interpretantur *praefectum canum*, κυναγωγόν, lat. med. *cinnitum*, cui respondet germ. *Hundsfott* i. e. *Hundsvogt* (v. Adelung Lex. II, 1323), sed quanquam ex Iob. XXX, 1 apparet, hoc munus etiam apud Hebraeos vilissimum habitum esse, id tamen huius loci non est. Nec placet Rosenm. qui *caput canis* canem unum interpretatur (v. ad רֹאשׁ): imo eodem modo accipiendum videtur atque nostrum *Eselskopf* (caput asininum). IX, 8: *quis est servus tuus, quod respicis canem mortuum, qualis ego sum?* XVI, 9: *quare maledicit iste canis mortuus domino meo regi?* 2 Reg. VIII, 13: *quis enim sum servus tuus canis, ut tantam rem perficiam?* Ad postremum hunc locum cf. quae Knoxius itinerator de Taprobanes (Ceylan) insulae magnatibus refert, quorum alter a rege, quot liberos haberet, interrogatus respondit: *Serenissimi regis canis habet tres catulos* (Your Majesty's dog has three young ones), alter de eo loquens quod fecerit, *membrum canis* (*baula gaut*) i. e. ego, inquit, *hoc illudve fecit* (v. Oedmann l. c. p. 77. 223). In universo autem oriente *canis* per convicium maxime de hominibus impuris et profanis, et hoc quidem sensu a Judaeis de gentilibus (Apoc. XXII, 15 cf. Schöttgen hor. hebr. 1, 1145), a Muhammedanis de Christianis dicitur (v. c. كلب الروم canis iste Graecus, de imperatore Graeco Abulf. Ann. III, 474, cf. Zend-Avesta Kleukeri III p. 24), quum contra apud Graecos κύων, κύνωψ maxime ad impudentiam caninam referatur (v. Bochart. l. c. 668 sqq. Wetsten. N. T. I, 424. II, 274). Quae quidem canum impudentia quum maxime in re Venerea cernatur, *canis* nomen apud Hebraeos denique *scortis virilibus* datum, in lege mosaica Deut. XXIII, 19: *ne offeras in templo Dei mercedem scorti* וּמְחִיר כֶּלֶב *et mercedem canis* i. e. scorti virilis i. q. קָדֵשׁ Comm. 18, ut recte interpretantur Clericus, Oedmannus l. c, Rosenm. ad Bochart. Hieroz. T. I. p. 796 Lips., cf. Cod. Nasar. II, p. 2 lin. 1, ubi in inferno memorantur: ܟܠܒܐ ܡܫܐܢܐ ܘܡܫܬܓܪܢܐ *canes libidinosi et furentes* (nisi h. l. in universum scortatores et adulteri intelligendi sunt); alii, ut Bochartus, Spencerus (de legg. ritualibus Hebraeorum lib. II c. 35) מְחִיר כֶּלֶב sensu proprio accipiunt de *pretio canis*, invito parallelismo. — De cane in universum vide Bochartum, Hieroz. I, p. 662—695.

כְּלוּב m. 1) *cavea* aucupis, in qua aves iam captae ad alias alliciendas inclusae tenebantur, valvulis (Klappen, Fallthüren) instructa, quae, simulatque intraverat avis capienda, cum crepitu decidebant (zuklappen), nostr. *Schlagbauer*, v. rad. Eiusmodi cavea significatur Jer. V, 27: כִּכְלוּב מָלֵא עוֹף כֵּן בָּתֵּיהֶם מְלֵאִים מִרְמָה *ut cavea plena avibus, ita domus eorum plenae sunt fraude.* De cavea aucupis agi, apparet ex versu praecedente. Ad rem cf. Sir. XI, 31 (37): πέρδιξ θηρευτὴς ἐν καρτάλλῳ et Aristot. hist. anim. 9, 8. Et huiusmodi cavea dolosa (Oppian. Ixeut. 3, 14) et quaevis alia etiam Graece appellatur κλωβὸς, κλουβὸς, κλοβὸς, vocabulo ex Oriente petito, v. Bocharti Hieroz. P. I. p. 662. P. II. p. 90, du Fresne glossar. med. et infimae Graecitatis p. 668. 669, it. κάρταλλος (pr. corbis viminea) Sir. l. c., syr. ܩܠܘܒܐ Jer. et Syr. ll. cc. Eodem pertinere videtur ܟܠܒܘܢܐ (corbis uvarum passarum) Barhebr. 424 lin. 13, ubi Ee in utroque ms. est, fortasse tamen iam Kirschio auctore ܩܠܒܘܢܐ legendum est: ܟܠܒܘܢܐ certe in Lexx. syr. arabicis non reperi: denique ܩܘܠܒܬܐ et ܩܘܠܒܬܐ, quod in Lex. Adleriano explicatur: سلة قرطلة *corbis, canistrum*, apud Bar Alium spec. de corbi uvarum. — 2) *corbis*, a similitudine caveae, quae viminea esse solebat, fortasse pr. corbis operculo tecta (mit einer Decke zum Zuklappen). Am. VIII, 1. 2: כְּלוּב קָיִץ. Symm. κάλαθος ὀπώρας. Hebraei: סַל. Mire Vulg. habet *uncinum ramorum* (cf. كُلَّاب harpago, fuscina).

כָּלָה fut. יִכְלֶה, semel תִּכְלָה (more verborum לא) 1 Reg. XVII, 14 1) *absolutus, perfectus est*, LXX. persaepe συντελεῖσθαι. (Origo est in claudendo, nostr. abschliessen, abgeschlossen seyn, vic. radd. כָּלָא et כָּלַל, cf. תָּמַם. Ceterum haec radix linguae Hebraeae fere peculiaris est, et pauca tantum eius derivata in linguis cognatis exstant, v. ad כִּלָּיוֹן). Dicitur de quovis opere, v. c. de aedificio Exod. XXXIX, 32. 1 Reg. VI, 38. 2 Par. XXIX, 34. Inde a) *paratum est* alicui aliquid i. e. ei instat, maxime de poena, calamitate. Ez. V, 13: כָּלָה

אַפִּי *parata est ira mea* i. e. in eo est ut se effundat. Prov. XXII, 8: שֵׁבֶט עֶבְרָתוֹ יִכְלֶה *virga irae eius parata est*, sq. מֵעִם, מֵאֵת (*ab* aliquo) et אֶל (alicui). Esth. VII, 7: כִּי כָלְתָה אֵלָיו הָרָעָה מֵאֵת הַמֶּלֶךְ cf. 1 Sam. XX, 7. 9. XXV, 17. b) *impletum est* vaticinium, quippe quod sine eventu imperfectum sit et fine suo careat (cf. chald. סוּף, gr. τελεῖν ὑπόσχεσιν, μῦθον). 2 Par. XXXVI, 22. Esr. I, 1. Dan. XII, 7: תִּכְלֶינָה כָל־אֵלֶּה.

2) *peractus*, *finitus est*, pr. de tempore alicuius rei Gen. XLI, 53: וַתִּכְלֶינָה שֶׁבַע שְׁנֵי הַשָּׂבָע *et peracti erant septem anni abundantiae.* Ruth II, 23. Jes. XXIV, 13: אִם כָּלָה בָצִיר *ubi peracta est vindemia.* X, 25: כָּלָה זַעַם *peracta est poena*, peractum est tempus poenae. XVI, 4. XXXII, 10. Jer. VIII, 20.

3) *consumtus est* (alle, zu Ende seyn), v. c. de cibo 1 Reg. XVII, 16, sq. מִן Gen. XXI, 15: וַיִּכְלוּ הַמַּיִם מִן הַחֵמֶת *et consumta erat aqua ex utero*, hinc a) *absumtus*, *confectus est*, *periit*, sive ferro, sive fame, sive poenis divinis. Jer. XVI, 4: בַּחֶרֶב וּבָרָעָב יִכְלוּ *gladio et fame absumentur.* Ps. XXXIX, 11: מִתִּגְרַת יָדְךָ אֲנִי כָלִיתִי. XC, 7: כָּלִינוּ בְאַפֶּךָ. LXXI, 13. Jes. I, 28. XXIX, 20. Mal. III, 6. — b) *contabuit*, de carne, oculis, robore. Iob. XXXIII, 21: יִכֶל בְּשָׂרוֹ. Prov. V, 11: בִּכְלוֹת בְּשָׂרְךָ וּשְׁאֵרֶךָ, Ps. LXXIII, 26. Thren. II, 11: כָּלוּ בַדְּמָעוֹת עֵינַי *tabescunt lacrimis oculi mei.* Ps. LXXI, 9: כִּכְלוֹת כֹּחִי. — Prae ceteris notanda locutio: כָּלוּ עֵינַי Ps. LXIX, 4. CXIX, 82. 123, כָּלוּ כִלְיֹתַי Iob. XIX, 27, כָּלְתָה נַפְשִׁי Ps. LXXXIV, 3. CXIX, 81, כָּלְתָה רוּחִי CXLIII, 7 i. e. desiderio conficiuntur oculi mei, renes mei, anima mea, animus meus i. e. ipse desiderio salutis conficior, enecor vel absol. LXIX, 4. CXLIII, 7, vel sq. לְ alicuius rei v. c. LXXXIV, 3: כָּלְתָה נַפְשִׁי לְחַצְרוֹת יְהוָה. — *Contabescunt oculi* alic. dicitur etiam de iis qui ipsi spe irrita confecti tabescunt, siquidem in oculis languentibus depingitur desiderii affectus Iob. XI, 20: עֵינֵי רְשָׁעִים תִּכְלֶינָה *oculi improborum tabescunt* i. e. ipsi tabescunt. XVII, 5: עֵינֵי בָנָיו תִּכְלֶנָה Thren. IV, 17. Adeoque de bestiis Jer. XIV, 6: כָּלוּ עֵינֵיהֶם כִּי אֵין עֵשֶׂב *tabescunt oculi eorum* (onagrorum), *quia herba non adest.* Cf. Pi. no. 3, b. — c) *evanuit*, ut nubes Iob. VII, 9, fumus Ps. XXXVII, 20. CII, 4, tempus Iob. VII, 6. Ps. XXXI, 11. Jer. XX, 18 (quae quidem exempla alius generis sunt atque ea quae laudavimus no. 2).

Pi. כִּלָּה, 1 pers. כִּלִּיתִי Ezech. VI, 12. VII, 8, et כִּלֵּיתִי Num. XXV, 11. Jes. XLIX, 4, כִּלִּית Ez. IV, 6, inf. כַּלּוֹת, absol. כַּלֵּה (max. in formula עַד כַּלֵּה v. no. 3, a), semel כַּלֵּא Dan. IX, 24 1) causat. Kal no. 1. *absolvit*, *perfecit* (vollenden, vollkommen zu Stande bringen). Gen. II, 2: וַיְכַל אֱלֹהִים בַּיּוֹם הַשְּׁבִיעִי מְלַאכְתּוֹ *et absolverat Deus die septimo opus suum.* Exod. V, 14: מַדּוּעַ לֹא כִלִּיתֶם חָקְכֶם *quare non perfecistis pensum vestrum?* Ruth III, 18: כִּי אִם כִּלָּה הַדָּבָר *nisi perfecit caussam.* Lev. XIX, 9: לֹא תְכַלֶּה פְּאַת שָׂדְךָ לִקְצֹר *ne absolvas angulum agri tui demetendo* i. e. ne prorsus demetas angulos agri tui, sed spicilegium ibi relinquas. 1 Reg. VI, 14. Ez. XLII, 15. Ruth II. 21. Eodem referendum Dan. IX, 24: לְכַלֵּא הַפֶּשַׁע *ad consummandum delictum* (cf. de integro hoc loco pag. 538). Bene LXX. συντελεσθῆναι τὴν ἁμαρτίαν. 39 codd. exhibent vulgarem formam כַּלֵּה. — Gen. VI, 16 non multum differt ab עָשָׂה *fecit.* Cf. כְּלִי. Inde *paravit*, *molitus est* aliquid, velut malum (cf. Kal no. 1, a). Prov. XVI, 30: *qui labia mordet* כִּלָּה רָעָה *molitur malum*, pr. in animo perficit, decernit. Sed כִּלָּה חֲמָתוֹ בְּ, כִּלָּה אַפּוֹ בְּ est: effudit iram suam in aliquem (de Deo) Ezech. VI, 12. VII, 8. XIII, 15. XX, 8. 21. Thren. IV, 11.

2) causat. Kal no. 2, *peregit*, *finivit*, inde *desiit.* Gen. XLIV, 12: בַּגָּדוֹל הֵחֵל וּבַקָּטֹן כִּלָּה *in natu maximo coepit*, *et in minimo desiit.* 1 Sam. III, 12: *omnia* הָחֵל וְכַלֵּה *incipiendo et finiendo* i. e. ab initio usque ad finem. Sq. gerundio Gen. XVIII, 33: כַּאֲשֶׁר כִּלָּה לְדַבֵּר אֶל־אַבְרָהָם *postquam desierat colloqui cum Abrahamo.* XXIV, 19: עַד אִם כִּלּוּ לִשְׁתֹּת *donec desierant bibere*, ebiberant. XLIII, 2: כַּאֲשֶׁר כִּלּוּ לֶאֱכֹל. 1 Par. XXVII, 24: הֵחֵל לִמְנוֹת וְלֹא כִלָּה *coepit numerare sed non desiit*, propter multitudinem. Gen. XXIV, 15. 45. XXVII, 30. Num. VII, 1. Deut. XXXI, 24. Jos. VIII, 24. X, 20. Iud. III, 18. 1 Sam. XXIV, 17. 1 Reg. IX, 1. 2 Par. VII, 1 al. Rarius sq. מִן Exod. XXXIV, 33: וַיְכַל מֹשֶׁה מִדַּבֵּר אִתָּם. Lev. XVI, 20. 1 Sam. X, 13. Ez. XLIII, 23. — *Perficere* est etiam i. q. facere ut desinat, *finem imponere.* Num. XVII, 25: וּתְכַל תְּלוּנֹּתָם *et finem impone quiritationibus eorum.*

3) *consumsit*, ut cibum Jes. XXVII, 10, vires Jes. XLIX, 4 cf. Deut. XXXII, 23: חִצַּי אֲכַלֶּה בָּם *sagittas meas consumam in eos*, spec. a) *absumsit*, *perdidit* homines, populos. Gen. XLI, 30: וְכִלָּה הָרָעָב אֶת־הָאָרֶץ *et fames absumsit terram*, saepe de Deo, qui homines fame, peste absumit Num. XXV, 11. Jos. XXIV, 20. Jer. V, 3. XIV, 12. Iob. IX, 22. Ez. XXII, 31, de homine 2 Sam. XXI, 5: הָאִישׁ אֲשֶׁר כִּלָּנוּ. עַד כַּלֵּה 2 Reg. XIII, 17. 19. Esr. IX, 14, עַד לְכַלֵּה 2 Par. XXIV, 10. XXXI, 1 usque ad internecionem. עַד כַּלּוֹתָם אוֹתָם usque ad internecionem eorum 1 Sam. XV, 18. b) *fecit ut contabesceret*, כִּלָּה עֵינֵי פ׳ fecit ut contabescerent oculi alicuius i. e. ut ipse contabesceret (v. Kal no. 3, b). Lev. XXVI, 16: *phthisis et febris* מְכַלּוֹת עֵינַיִם. Iob. XXXI, 16: וְעֵינֵי אַלְמָנָה אֲכַלֶּה. 1 Sam. II, 33. c) *fecit ut evanesceret* (cf. Kal no. 3, c), v. c. tempus Ps. LXXVIII, 33. XC, 9. Iob. XXXVI, 11 (dies eorum).

Pu. כֻּלָּה Ps. LXXII, 20, כֻּלָּה Gen. II, 1 *absolutus est.*

כָּלֶה adj. f. כָּלָה *tabescens* prae desiderio alic. rei (sq. אֶל) Deut. XXVIII, 32, v. rad. Kal no. 3, b. Pi. no. 3, b.

כָּלָה subst. 1) *perfectio*, *consummatio*, inde in acc. כָּלָה Gen. XVIII, 21. Ex. XI, 1 et לְכָלָה 2 Par. XII, 12.

Ez. XIII, 13 *prorsus, plane.* — 2) *internecio* (v. rad. Pi. no. 3, a). Dan. XI, 16: וְכָלָה בְיָדוֹ *et internecio in manu eius.* Maxime in locutione: עָשָׂה כָלָה internecionem fecit, ad internecionem delevit (Luth. das Garaus machen). Jer. IV, 27: *desertum erit terra* וְכָלָה לֹא אֶעֱשֶׂה *sed non prorsus delebo* eam. V, 10. Nah. I, 8. 9. Zeph. I, 18. Neh. IX, 31, sq. ב Jer. XXX, 11 et את (אֵת, אות) pers. Jer. V, 18. XLVI, 28. Ez. XI, 13. XX, 17. De formula כָּלָה וְנֶחֱרָצָה v. pag. 525.

כְּלִי m. in pausa כֶּלִי pl. כֵּלִים (a sing. deperdito כֶּלֶה) cstr. כְּלֵי pr. quicquid factum, confectum, paratum est, a rad. כָּלָה (v. כִּלָּה Gen. VI, 16), vc. late patens, ut nostr. Zeug a zeugen i. e. conficere = τεύχειν, spec. 1) *supellex* quaevis Gen. XXXI, 37. XLV, 20. Lev. XV, 4: כָּל־הַכְּלִי אֲשֶׁר יֵשֵׁב עָלָיו. כְּלִי עֵץ supellex lignea Lev. XV, 12. כְּלֵי גוֹלָה supellex migratoria Jer. XLVI, 19. כְּלֵי כֶסֶף, כְּלֵי זָהָב vasa aliaque utensilia et ornamenta aurea, argentea Gen. XXIV, 53. Exod. III, 22. XI, 2. XII, 35. Spec. *vas.* כְּלִי חֶרֶשׂ Lev. XI, 33, כְּלִי הַיּוֹצֵר Jer. XIX, 11 vas fictile. כְּלִי חֶמְדָּה vas pretiosum. כְּלֵי בֵית יְהוָה Esr. I, 7, כְּלֵי יְהוָה Jes. LII, 11, כְּלֵי הַקֹּדֶשׁ Num. IV, 15. XVIII, 3 vasa sacra templi, cf. כְּלֵי מִשְׁכָּן Exod. XXVII, 19, כְּלֵי הָאֹהֶל XXXI, 7, כְּלֵי מִזְבֵּחַ XXXVIII, 3. 30.

2) *vestes* (*Zeug*), *ornatus.* כְּלִי גֶבֶר vestes viriles Deut. XXII, 5; de cultu sponsae Jes. LXI, 10, adeoque de iugis taurinis 2 Sam. XXIV, 22.

3) *navigium* (Fahr*zeug*). Jes. XVIII, 2. Cf. σκεῦος et nostr. *Gefäss* de navi.

4) *instrumentum* (Werk*zeug*). כְּלֵי שִׁיר instrumenta musica 1 Par. XV, 16. 2 Par. V, 13. VII, 6. XXIII, 13. XXXIV, 12. Am. VI, 5. כְּלִי־נֶבֶל pleon. nablii instrumentum Ps. LXXI, 22. Metaph. כְּלֵי זַעַם יְהוָה instrumenta irae divinae. Jes. XIII, 5. Jer. L, 25. Jes. XXXII, 7: כֵּלַי כֵּלָיו רָעִים *fraudulenti instrumenta mala sunt*, int. artes, quibus utitur ad consilia sua exsequenda. Gen. XLIX, 5 (cf. מְכֵרָה sub rad. כּוּר).

5) *arma* (Rüst*zeug*) Gen. XXVII, 3, plenius כְּלֵי מִלְחָמָה Iud. XVIII, 11. 16. Deut. I, 41. כְּלֵי־מָוֶת arma mortifera Ps. VII, 14. נֹשֵׂא כֵלִים armiger 1 Sam. XIV, 1. 6. 7 sq. XXXI, 4. 5. 6. 2 Sam. XXIII, 37, qui duci comes adesse solebat, ut nostr. *Adjutant* cf. Curt. 6, 8. 4, 15. Virg. Aen. 9, 647. 11, 30, Paulsen Regierung der Morgenländer pag. 351. בֵּית כֵּלִים armamentarium (*Zeug*haus). Jes. XXXIX, 2.

כִּלְיָה tantum in plur. כְּלָיוֹת cstr. כִּלְיוֹת f. *renes.* (Chald. sing. כֻּלְיָא, syr. ܟܘܠܝܬܐ plur. ܟܘܠܝܬܐ, sam. ࠊࠋࠉࠅ, arab. كُلْيَة et كُلْوَة, minus bene observante Dschauhario كُلْيَة dual. كُلْيَتَانِ plur. كُلْيَات et كُلًى Kam. p. 1940, ex quo emendandus est Castellus, apud quem كُلْيَة plane delendum est, et كُلًى male tanquam plurale notatur. Aethiop. ኵሊት: plur. ኵሊያት: et ኵሊያት. De etymo dissentiunt. Ac Schultensio quidem Opp. min. p. 32 atque Michaëli in suppl. no. 1140 renes ita dicti videntur utpote bipartiti coll. כִּלְאַיִם arab. كِلَا, quod minus placet, quum כלאים potius duas diversi generis res significet et Arabes hoc vocabulo in sing. duali et plurali utantur: Aben Esrae et Bocharto in Hieroz. I, p. 503 a desiderio et libidine, cuius sedes sint renes coll. Iob. XIX, 27: equidem nescio an כִּלְיָה simpliciter sit fem. a כְּלִי et pr. *instrumentum*, *vas* significet, quemadmodum medici nostri venas et arterias vasa appellant). Ex. XXIX, 13. 22. Lev. III, 4. 10. 15. IV, 9. VII, 4. VIII, 16. 25. Iob. XVI, 13. Thren. III, 13. חֵלֶב כִּלְיוֹת אֵילִים adeps renum arietum Jes. XXXIV, 6, translate חֵלֶב כִּלְיוֹת חִטָּה adeps renum tritici i. e. triticum pinguissimum, optimum Deut. XXXII, 14 (cf. חֵלֶב). In lexici Simonisiani edit. 3 et 4 *renes tritici* explicantur grana tritici optimi, quae ob magnitudinem cum renibus comparentur: inepte, quum כִּלְיוֹת arcte iungendum sit cum חֵלֶב, non cum חִטִּים (v. Jes. l. c.): Nierenfett des Weizens, non: Fett der Weizennieren. Adeps autem renum est adeps delicatissimus (das feinste, zarteste Fett).

Saepe metaph. de intimis praecordiis et *intimo animo*, pariter atque לֵב, quocum saepe copulatur. Jer. XI, 20: בֹּחֵן כְּלָיוֹת וָלֵב (Jova) *explorat renes et cor.* XVII, 10. XX, 12. Ps. VII, 10. — Ibid. XVI, 7: *hortantur me renes mei* (instigat me animus meus). Alibi sunt sedes gaudii Prov. XXIII, 16, doloris acerbi Ps. LXXIII, 21.

כִּלָּיוֹן cstr. כִּלְיוֹן m. 1) *excidium* (v. rad. Kal et Pi. no. 3, a). Jes. X, 22. — 2) *tabes*, *contabescentia* (v. rad. Kal et Pi. no. 3, b). Deut. XXVIII, 65, ubi *tabes oculorum* referenda est ad desiderium (patriae) nunquam expletum.

כִּלְיוֹן (i. q. praecedens) n. pr. viri Ruth I, 2. IV, 9.

כְּלוּהַי, Keri כְּלוּהוּ n. pr. viri Esr. X, 35.

מִכְלָה f. *perfectio*, semel legitur in plur. מִכְלוֹת זָהָב *perfectiones auri* 2 Par. IV, 21 i. e. ut bene Lutherus: *völlig Gold* (massives Gold), ex auro puro factae, cf. subst. כָּלָה no. 1. Male nonnulli מִכְלוֹת referunt ad rad. كلت.

תִּכְלָה f. *perfectio*; et concr. *perfectum*, *consummatum.* Ps. CXIX, 96: לְכָל תִּכְלָה רָאִיתִי קֵץ. LXX. συντέλεια et ita omnes vett. interpretes. Non bene J. D. Michaëlis exponit: *spem, fiduciam* a rad. תָּכַל, ܬܟܠ speravit, confisus est.

תַּכְלִית f. 1) *perfectio*, v. c. Dei Iob. XI, 7. Ps. CXXXIX, 22: תַּכְלִית שִׂנְאָה *odium perfectum, consummatum.* — 2) *extremitas*, *finis.* Neh. III, 21. Iob. XXVI, 10: עַד־תַּכְלִית אוֹר עִם־חֹשֶׁךְ *eo usque, ubi lux in tenebras*

exit. XXVIII, 3: לְכָל־תַּכְלִית הוּא חוֹקֵר *usque ad omnes extremitates* (in terrae adyta profundissima) *scrutatur.*

כָּלַח radix in verbo non usitata, unde

כֶּלַח 1) vulgo *senectus*, fortasse *matura* vel *vegeta senectus* m. Iob. V, 26: תָּבוֹא בְכֶלַח אֱלֵי קָבֶר כַּעֲלוֹת גָּדִישׁ בְּעִתּוֹ *intrabis senex maturus in sepulcrum, ut acervi mergitum invehuntur tempore suo.* XXX, 2 de vilissimis hominibus: *et vis manuum eorum, ad quid mihi* illa? עָלֵימוֹ אָבַד כָּלַח (eorum) *quibus perit senectus* i. e. qui ita debiles sunt et viribus destituti, ut iis nulla spes senectutis sit. Ita ex Rabbinis Saad. ms. utroque loco: هَرِم. Kimchi: עת זקנה. Targ. cap. 5: בְּשַׁלְמוּת שְׁנָךְ in completione annorum tuorum, ad quae bene Schultens ad 5, 26: ,, Quam vellem *aliquid fundi* subesset huic notioni, cui prae reliquis omnibus lauream deferrem, si aeque quadraret Cap. 30, 2, quam heic loci, " nam cap. 30 potius *vigoris* significationem vel simile quid (quibus periit *vigor*) exspectes. Sed potest fortasse senectutis notio vindicari vel cum Hottingero, Hinkelmanno al. coll. كَلَحَ austero et tetrico vultu fuit, كَلَّحَ labiis ingestis et contractis fuit, vel, quod praestat, cum Ewaldo coll. قَلْحَمَ et قَحْمَ decrepitus fuit senex, قحل et قهل aridam cutem habuit senex, كهل provectiore aetate fuit, et cap. 30, 2 explicatio supra proposita ferri potest, certe contextui accommodatior est, quam alia quaedam, quam praeivisse video Saadiam: وقد ضاع معهم الهرم *quandoquidem perit apud eos senectus*, pr. quibus pereunt senes, qui ita sunt impii, ut senes suos fame et inopia perire sinant. — Utrique loco non minus accommodatum fuerit, quod habet Syr. Cap. 30: ܥܘܫܢܐ *robur* (unde Arabs عظمة). Id Rosenm. ed. pr. vindicat coll. syr. ܟܠܚ, quod in Castelli Lex. syr. ,, integritas, sanitas " exponitur: quam quidem Castelli glossam errore niti uberius monstratum est in praef. ad Lex. min. p. 20. (XVIII ed. 4). Sed similis potestas etiam ita adstrui possit, ut statuatur, כֶּלַח idem valuisse atque כֹּחַ (cf. קָשַׁח et קָשָׁה; פָּחַח et פָּתָה; מָצַץ et מָצָה). Ita LXX cap. 30. συντέλεια, quanquam hi probabiliter legerunt כָּלָה, quod alibi ita transfertur Jer. IV, 27. V, 10. XXX, 11. XLVI, 28. Ez. XI, 23. XIII, 13 al.

2) n. pr. urbis veteris Assyriae Gen. X, 11. 12. Mihi verosimillimum est, כֶּלַח idem esse quod חֲלַח (כ et ח permutatis, v. pag. 647) i. e. *Calachenen* Strabonis, nomen provinciae Assyriacae borealis, in quam decem tribuum pars a Salmanassare deportata est (2 Reg. XVII, 6. XVIII, 11, v. p. 479), et urbem eius regionis primariam fuisse. Negavit quidem nuper Herm. Hesse (de Assyriis dissert. Vratislaviae 1836 p. 11), חלח in ipsa Assyria quaeri posse, sed argumento usus ad persuadendum non idoneo. ,, Assyrii enim, inquit, quum populos victos in alias regiones deportabant, rem haud dubie ita instituebant, ut nationum de fide suspectarum sedes inter se commutarent, atque eo quidem modo, ut qui ex hac provincia ad defectionem prona deducti essent, iis alii ex illa turbulenta substituerentur. Assyrios vero ipsos regibus in rebellionis suspicionem unquam venisse tam parum verisimile est, ut ex iis aliquot deductos deductisque alienigenas substitutos esse prorsus negare audeamus, praesertim cum historia eiusmodi commutationem locorum in Mesopotamia aliisque terris factam esse saepius, in Assyria non item docent. " Nam unde nobis constat in tanta historiae Assyriacae exilitate, ipsius Assyriae incolas a novarum rerum studio prorsus alienos fuisse? et quidni statui possit, Assyriae reges cives recens subiectos spectatae fidei civibus immiscuisse, quemadmodum hodie legiones, quae in rebellionis suspicionem incurrerunt, dissolvere et milites eorum probatae fidei cohortibus inserere solent? — Syrus interpres scribit ܟܠܚ idque Ephraemus (Opp. I p. 58) explicat ܚܛܪܐ, Bar Bahlul (v. eius glossam in praef. ad Lex. min. l. c.) plenius ܚܛܪܐ ܕܡܫܘܢܐ, quae erat urbs antiqua Mesopotamiae e regione Tekritae ad Tigridem sita, arab. حضر (v. Abulf. in Pauli Repert. III, p. 30): sed non magni est Ephraemi in rebus geographicis auctoritas. Plura dabunt Bochartus et Michaëlis, quos laudavimus v. חֲלַח.

כָּלַל 1) *absolvit, perfecit* vic. כָּלָא et כָּלָה, quarum origo est in claudendo. In verbo bis legitur Ezech. XXVII, 4. 11 de perfecta pulchritudine: בֹּנַיִךְ כָּלְלוּ יָפְיֵךְ *qui te aedificarunt, perfectam fecerunt pulchritudinem tuam.* Cf. כָּלִיל, מִכְלָל, dein מִכְלָל, מִכְלָלִים. Inde

2) *pulchrum fecit, ornavit,* spec. *coronavit.* (Arab. كَلَّلَ Conj. II. syr. ܟܠܠ, aeth. ከለለ: id., unde ܟܠܝܠܐ, إِكْلِيل, አክሊል: corona. Inde כָּלָה, כְּלוּלוֹת.

Hiph. reperitur tantum in cod. Sam. Gen. XLIX, 12, ubi pro חַכְלִילִי legitur הכלילו *consummarunt* (pulchros fecerunt).

כְּלַל chald. id. Inde Schaph. שַׁכְלֵל *absolvit, perfecit* Esr. V, 11. VI, 14 et IV, 12 Keri, ubi Chethibh habet אשכללו, sed huiusmodi forma sine exemplo fuerit. Inf. שַׁכְלָלָה Esr. V, 3. 9. Pass. Istaph. אִשְׁתַּכְלַל Esr. IV, 13. In Targg. saepe, v. Buxtorf. Syr. ܫܟܠܠ id. v. c. de moenibus reficiendis Barhebr. 417, nec non *ornavit*, ܡܫܟܠܠܐ elegans, ornatus, de aedificio.

כְּלָל (perfectio) n. pr. viri Esr. X, 30.

כֹּל, semel **כּוֹל** (Jer. XXXIII, 8 Chethibh) sq. Makkeph (etiam cum Merka Ps. XXXV, 10. Prov. XIX, 7, de Jes. XL, 12 v. ad rad. כּוּל) כָּל־ m. pr. subst. *universitas, totum,* das Ganze, die Gesammtheit. Repe-

ritur etiam in lingua Phoenicia, v. Monumm. Phoenic. p. 350. Syr. ܟܠ, sam. ࠊࠋ rarius ࠊࠅࠋ, arab. كُلّ, aeth. ኵሉ. Respondet graec. ὅλος. In linguis occidentalibus adiectivis redditur,

1) si refertur ad rem unam, continuam, *totus, a, um* (ὅλος, ganz). Sequitur Substantivum (in genitivo cogitandum) vel articulo definitum (ut gr. πᾶσα ἡ γῆ, toute *la* terre, *die* ganze Erde) vel genitivo nominis pronominisve, nisi nomen proprium est, quod determinatione non eget. כָּל־הָאָרֶץ tota terra Gen. IX, 19. XI, 1, כָּל־הָעָם totus populus Gen. XIX, 4, כָּל־הַצֹּאן totus grex XXXI, 8, כָּל־הָאַיִל totus aries Exod. XXIX, 18, כָּל־הַיּוֹם toto die (v. יוֹם, litt. g, β), כָּל־כִּכַּר הַיַּרְדֵּן totus tractus Jordanis Gen. XIII, 10, כָּל־עַם־הָאָרֶץ totus populus terrae Gen. XLII, 6, כָּל־אֶרֶץ כּוּשׁ tota terra Aethiopiae II, 13, cf. XIV, 7. XVII, 8. XLI, 8. 29. 41. 43. 44. XLV, 20; כָּל־עַמִּי totus populus meus Gen. XLI, 40, בְּכָל־לְבָבְךָ וּבְכָל־נַפְשְׁךָ Deut. IV, 29. 2 Sam. IX, 9. Gen. II, 2; כָּל־יִשְׂרָאֵל totus populus Israeliticus 1 Par. XI, 1. Ceterum non desunt certa quaedam exempla, quibus substantivum etiam *hac* significatione (cf. 2, litt. c) sine art. ponitur, ut בְּכָל־לֵב וּבְכָל־נֶפֶשׁ *toto corde et toto animo* 2 Reg. XXIII, 3, בְּכָל־לֵבָב Ps. CXI, 1, בְּכָל־לֵב CXIX, 2. 34. 69. 145, et ita etiam defendi potest כָּל־רֹאשׁ, כָּל־לֵבָב Jes. I, 5: *totum caput, totum cor*, etsi propter verba pluralia: תּוֹסִיפוּ, תֻכּוּ etiam h. l. ut alibi (v. infra no. 2, d praeferendum videtur: *quodvis caput, quodvis cor*. (Apud Golium et Freytagium sine art. reperio كُلّ كَأْسٍ totus calix). Adde כָּל־הַבָּשָׂר universa caro, omnes mortales Gen. VII, 15, et כָּל־בָּשָׂר VI, 12. 13. Jes. XL, 5. XLIX, 26. Cum Suff. כֻּלֵּךְ, כֻּלָּךְ tota tu Jes. XIV, 29. 31. XXII, 1, כֻּלּוֹ totus ille Gen. XXV, 25. Raro ponitur absol. לַכֹּל in universum (im Ganzen). 1 Par. VII, 5.

Raro כֹּל in genitivo postponitur (in modum formulae הַר הַקֹּדֶשׁ et similium) ut חָזוּת הַכֹּל revelatio tota, universa Jes. XXIX, 11; saepius adiecto Suffixo, ut יִשְׂרָאֵל כֻּלֹּה pr. *Israël, is totus* 2 Sam. II, 9, מִצְרַיִם כֻּלָּהּ pro כָּל־מִצְרַיִם Ez. XXIX, 2, הַכֹּל כֻּלֹּה Iob. XXXIV, 13. (De eodem usu vcc. arabicorum كُلّ et جَمِيع v. de Sacy gramm. arabe II, §. 68, de syr. ܟܠ Agrelli suppl. p. 159. Atque hi quidem promiscue dicunt ܟܠܗ ܥܡܐ et ܥܡܐ ܟܠܗ totus populus).

2) ubi refertur ad res multas, individua multa: *omnes, omnia*.

a) Absol. ponitur α) sine articulo: כֹּל *omnes* (cum verbo sing.) Jes. XXX, 5, *omnia* Ps. VIII, 7. Iob. XIII, 1. XLII, 2. Jes. XLIV, 24. β) c. art. *omnes* (homines) i. q. כָּל־אָדָם. Gen. XVI, 12: יָדוֹ בַכֹּל *manus eius contra omnes*. Iob. XXIV, 24: הֻמְּכוּ כַּכֹּל יִקָּפְצוּן *corruunt, sicut omnes reliqui auferuntur*. Eccl. IX, 1—3. Coniungitur cum verbo singulari (arab. c. sing. et plur. حَضَرَ ٱلْكُلُّ et حَضَرُوا ٱلْكُلُّ omnes adsunt). Ps. XIV, 3: הַכֹּל סָר *omnes defecerunt*. Eccl. VI, 6. Neutr. *omnia* Eccles. I, 2. 14. VII, 15. X, 19. XI, 5. XII, 8. Ps. XLIX, 18 (ubi *omnia* sunt omnes opes divitis). Dan. XI, 2: יָעִיר הַכֹּל *excitat omnia*. (Ita syr. ܟܠ est: omnes homines, it. omnes res, universum, mundus, Agrell. l. c. p. 158).

b) sq. plurali, eoque determinato (cf. tous *les* hommes). כָּל־הַגּוֹיִם omnes populi Jes. II, 2. XXV, 7, כָּל־הַלֵּילוֹת omnes noctes XXI, 8. כָּל־הָרְשָׁעִים omnes scelesti Ps. CXLV, 20, כָּל־הַנֹּפְלִים omnes cadentes CXLV, 14, כָּל־הַיָּמִים omnes dies (i. e. omni tempore v. ad יוֹם); כָּל־יְמֵי אָדָם omnes dies (vitae) Adami Gen. V, 5, כָּל־בְּנֵי לֵוִי omnes Levitae Ex. XXXII, 26, כָּל־יֹשְׁבֵי תֵבֵל Jes. XVIII, 3, כָּל־מַלְכֵי גוֹיִם XIV, 9. כָּל־נִפְלְאוֹתֶיךָ omnia miracula tua Ps. IX, 2. Sed apud poëtas et scriptores recentiores etiam sine art. כָּל־יָדַיִם Jes. XIII, 7, כָּל־שֻׁלְחָנוֹת XXVIII, 8, cf. LI, 18. 20, כָּל־נָשִׁים omnes mulieres Esr. X, 3. (Etiam apud Arabes articulus omitti solet, v. c. كُلّ انّاس omnes homines. Syri hac significatione amant suff. pleonast. nomini ܟܠ additum sq. statu emphatico ܟܠܗܘܢ ܫܪ̈ܒܬܐ omnes generationes Matth. I, 17, sed potest etiam substantivum statu absoluto poni ܟܠ ܐܬܪ̈ܘܢ omnes regiones Assem. 1, 531). C. Suff. plur. כֻּלָּנוּ omnes nos Gen. XLII, 11, כֻּלְּכֶם omnes vos Deut. I, 22, כֻּלָּם ii omnes Jes. XIV, 10. 18. XXXI, 3 (idque etiam c. pers. secunda, Mich. I, 2: שִׁמְעוּ עַמִּים כֻּלָּם), כֻּלָּהֶם 2 Sam. XXIII, 6, f. כֻּלָּנָה Gen. XLII, 36, כֻּלָּהְנָה 1 Reg. VII, 37. — It. sq. relativo Gen. VI, 2: כָּל־אֲשֶׁר בָּחָרוּ *omnes* (virgines), *quas concupiscebant*. VII, 22: כֹּל אֲשֶׁר נִשְׁמַת רוּחַ חַיִּים בְּאַפָּיו *omnes, in quorum naso spiritus vitae erat*. XXXIX, 5: כָּל־אֲשֶׁר יֶשׁ־לוֹ *quaecunque habebat*, et ellipt. כָּל־הֲכִינוֹתִי *omnia* (quae) *paravi* 1 Par. XXIX, 3. Etiam sq. plurali periphr. בְּכָל־דֹּר וָדֹר in omnibus seculis Ps. XLV, 18, בְּכָל־יוֹם וָיוֹם Esth. II, 11.

c) sq. sing. collectivo, eoque articulo munito, ut כָּל־הָאָדָם omnes homines Gen. VII, 21. Iud. XVI, 17, כָּל־הַחַיָּה omnia animalia Gen. VIII, 1, כָּל־הַבֵּן omnes filii Exod. I, 22. Raro sine art. כָּל־נֶפֶשׁ omnes animae Gen. XLVI, 15. 22. 25. 26. Exod. I, 5 (alibi: omnis anima Levit. VII, 27. XVII, 15. Jos. X, 39), כָּל־זֹאת omne hoc Jes. V, 25 (ubi pronomen demonstrativum articulo non egebat). כֻּלּוֹ ii omnes Jes. I, 23.

d) Sq. singulari, qui articulo destituitur, plerumque (sed cf. no. 1 et no. 2, b) est: *omnis, omne; quivis, quodvis*; nostr. *jeder* (gall. tout homme, arab. كُلّ شَيْء toute chose), v. c. כָּל־עָם omnis populus Esth. III, 8 (כָּל־הָעָם totus populus, v. no. 1), כָּל־גּוֹי id. 2 Par. XXXII, 15. Ps. CXLVII, 20 (כָּל־הַגּוֹי totus populus Jos. V, 8), כָּל־אָדָם omnis homo Iob. XXI, 33. XXXVII,

7. Ps. XXXIX, 6 (quod vix differt ab כָּל־הָאָדָם omnes homines), כָּל־בַּיִת Jes. XXIV, 10, כָּל־רֹאשׁ quodvis caput Jer. XLVIII, 37. Ez. XXIX, 18. Am. VIII, 10, כָּל־זָקָן quaevis barba Jes. XV, 2, כָּל־זָכָר omne masculum Gen. XVII, 12, בְּכָל־שָׁנָה quovis anno Esth. IX, 21, cf. Jes. XXIV, 11. XXX, 25. XL, 4. כָּל־פֶּה quodvis os Jes. IX, 17, sed eodem sensu etiam c. art. כָּל־הַפֶּה quodvis os, non *totum os*, vel *omnia ora*, sq. sing. 1 Reg. XIX, 18. (Syri articulum hoc significatu plerumque omittunt, ut ܟܠ ܐܢܫ omnis homo, ܟܠ ܝܘܡ quotidie, ܟܠ ܫܢܐ quotannis, sed eodem sensu dicunt ܟܠ ܝܘܡ, ܟܠ ܫܢܐ). — Quod Noldius (p. 384) et Winerus p. 480) כֹּל usurpari observant, ubi de *duobus* agitur, itaque pro *ambo* (גַּם שְׁנֵיהֶם), ex locis citatis Prov. XXII, 2. Eccl. II, 14 male colligitur, ubi כֹּל ad duo genera, itaque ad veram multitudinem, refertur.

Sq. nomine non determinato est etiam:

3) *ullus, quicunque* (quod proxime accedit ad no. 2, d), ut כָּל־דָּבָר res quaecunque (irgend eine Sache) Ruth IV, 7. Num. XXXV, 22: אוֹ הִשְׁלִיךְ עָלָיו כָּל־כְּלִי. Ez. XV, 3. Sq. plur. כָּל מִצְוֹת quodcunque mandatum, pr. quodcunque mandatorum. Levit. IV, 2. Inde cum negandi particula: *non ullus, nullus*, neutr. *nihil*. Ita a) ubi כֹּל absolute ponitur. Deut. VIII, 9: לֹא תֶחְסַר כֹּל בָּהּ *nulla re egebis in ea*. Prov. XXX, 30: לֹא יָשׁוּב מִפְּנֵי כֹל *non retrocedit ab ullo*. b) sq. genit. singulari. Ex. XX, 4: לֹא תַעֲשֶׂה לְךָ פֶסֶל וְכָל־תְּמוּנָה. 2 Par. XXXII, 15: כִּי לֹא יוּכַל כָּל־אֱלוֹהַּ כָּל־גּוֹי .... לְהַצִּיל עַמּוֹ *nam non potest ullus deus ullius populi servare populum suum*. Exod. XII, 16: כָּל־מְלָאכָה לֹא יֵעָשֶׂה *ne fiat ullum opus*. Gen. III, 1. Ex. X, 15. Lev. III, 17. Prov. XII, 21. Dan. XI, 37. (Ubique לֹא copulatur cum verbo, quod modo praecedit modo excipit nomen). Cum part. אֵין Iud. XIX, 19: אֵין מַחְסוֹר כָּל־דָּבָר. Eccl. I, 9: אֵין כָּל־חָדָשׁ *non est quidquam novi*; et אַל Iud. XIII, 4: אַל תֹּאכְלִי כָּל־טָמֵא. (Ita etiam apud Arabes v. c. Cor. 2, 277: ٱللّٰهُ لَا يُحِبُّ كُلَّ كَفَّارٍ Deus non amat ullum infidelem. 6, 164. 22, 39. 31, 17, et Syros, v. Agrell. l. c. p. 92. Adde Barhebr. 152 lin. 11. Assem. p. 303 A, lin. 15. 372 A, lin. 9). c) Ubi כֹּל ponitur cum plurali, ut Dan. VIII, 4: וְכָל־חַיּוֹת לֹא יַעַמְדוּ, XII, 10: לֹא יָבִינוּ כָּל־רְשָׁעִים, sine difficultate vertitur: *omnes bestiae non perstabant* i. e. nulla bestia perstabat, observandum autem, etiam in huius generis exemplis articulum non poni. — Alia ratio est loci Ps. XLIX, 18: לֹא בְמוֹתוֹ יִקַּח הַכֹּל (ubi כֹּל articulo munitum) *moriens non auferet haec omnia*, im Tode nimmt er *das Alles* nicht mit sich; et eorum, ubi כֹּל sq. substantivo definito *totum* significat. 1 Sam. XIV, 24: לֹא טָעַם כָּל־הָעָם לָחֶם *cibum non gustavit totus populus*. Num. XXIII, 23: כֻּלּוֹ לֹא תִרְאֶה *totum eum non videbis* (sed partem tantum). Et

4) *omnis generis, varius* (ut gr. πᾶς pro παντοῖος, παντοδαπός Il. 1, 5, et quemadmodum etiam plurali periphrastico utuntur de pluris generis rebus, *Viel* pro *Vielerley*, Gramm. §. 106, 4). כָּל־עֵץ omnis generis arbores Lev. XIX, 23, כָּל־מֶכֶר omnis generis res venales Neh. XIII, 16. 1 Par. XXIX, 2.

5) Adv. ponitur pro: *πάντως, omnino, prorsus*, praemissum a) substantivis Ps. XXXIX, 6: כָּל־הֶבֶל כָּל־אָדָם *omnino vanitas* est *omnis homo*, ganz eitel, lauter Eitelkeit i. q. אַךְ הֶבֶל. XLV, 14: כָּל־כְּבוּדָּה lauter Pracht. b) aliis adverbiis, in sequiore maxime Hebraismo. כָּל־עֻמַּת שֶׁ *eadem prorsus ratione qua* (gerade so wie, eben so wie) Eccl. V, 15, כָּל־עוֹד eodem prorsus temporis spatio, eben so lange, ganz so lange. Iob. XXVII, 3. Cf. Lgb. p. 626. (Ita syr. ܟܠ ܐܡܬܝ ܕ quotiescunque, ܟܠ ܐܝܟܐ ܕ ubicunque, Agrell l. c. p. 160. Vide chald.).

Not. Si כֹּל cum subst. fem. vel plurali compositum est, praedicatum genere et numero congruere solet cum nomine recto, utpote potiore, v. c. כָּל־הַנְּשָׁמָה תְּהַלֵּל Ps. CL, 6, raro cum כֹּל utpote regente Gen. IX, 29. Ex. XII, 16. Nah. III, 7. (Ita etiam apud Syros, v. Hoffmanni gr. syr. p. 359. Agrell comment. p. 141). — כֹּל a genitivo seiunctum habes Hos. XIV, 3: כָּל־תִּשָּׂא עָוֺן, secundum nonnullos etiam Jes. XL, 12 (cf. p. 665).

כֹּל sq. Makk. ־כָּל chald. i. q. hebr. 1) sq. sing. *totus*. כָּל־מַלְכוּתָא totum regnum. Esr. VI, 11. 12. VII, 16. — 2) *omnes*, sq. plur. Dan. III, 2. 5. 7. Cum Suff. כָּלְהוֹן omnia illa Dan. II, 38. VII, 19. Absol. in st. emphat. כֹּלָּא (Milêl, more Syrorum) i. q. hebr. הַכֹּל *omnia* (minime adverbialiter: *prorsus, omnino*, ut nescio quo errore est apud Winerum p. 481). Dan. II, 40: חָשֵׁל כֹּלָּא *contundens omnia*, IV, 9: מָזוֹן לְכֹלָּא בֵהּ *cibus* (erat) *cunctis in ea* (arbore). 25. Esr. V, 7. Sq. relat. ellipt. Dan. II, 38: בְּכָל־דִּי דָאְרִין בְּנֵי אֲנָשָׁא *in omni loco quo habitant homines*. — 3) *ullus, quicunque*. Dan. VI, 8. Sq. לָא nullus. Dan. II, 10. 35. VI, 24. — 4) adv. ut hebr. no. 5, *prorsus*, ita quidem ut aliis adverbiis praemissum redundet ex more Aramaeorum, qui particulis languide cumulatis delectantur, in formulis כָּל־קֳבֵל־דְּנָה prorsus eam ob caussam, כָּל־קֳבֵל־דִּי ea ipsa de caussa quod, pro simpl. *quod* (v. קְבֵל).

כָּלִיל m. 1) adj. *perfectus, consummatus*, maxime de pulchritudine perfecta. Ez. XXVIII, 12: כְּלִיל יֹפִי perfectae pulchritudinis. XXVII, 3. Thren. II, 15. Ez. XVI, 14. — 2) subst. *totum, universitas*. Iud. XX, 40: כְּלִיל־הָעִיר tota urbs. Ex. XXVIII, 31: כְּלִיל תְּכֵלֶת totum caeruleum. XXXIX, 22. Num. IV, 6. — 3) i. q. עוֹלָה *holocaustum*, sacrificium quod *totum* comburitur Lev. VI, 15. 16. Deut. XIII, 16. Propria potestas maxime conspicua est in his 1 Sam. VII, 9: וַיַּעֲלֵהוּ עוֹלָה כָּלִיל לַיהוָה *et obtulit illud totum holocaustum Jovae*. Ps. LI, 21 iunguntur עוֹלָה וְכָלִיל. — 4) adv. *prorsus*. Jes. II, 18. Lev. VI, 15 (22).

כְּלוּלוֹת f. pl. *conditio sponsae* ante nuptias, Brautstand, denom. a כַּלָּה. Jer. II, 2.

כַּלָּה f. 1) *sponsa* (syr. ܟܠܬܐ, pl. ܟܠܘܬܐ id.), pr. ornata, coronata, v. rad. no. 2. Jes. XLIX, 18. LXI, 10. LXII, 5. Jer. II, 32. VII, 34. XVI, 9. XXV, 10. XXXIII, 11. Cant. IV, 8 sqq. V, 1 (ubi sponsus sponsam compellat: אֲחֹתִי כַלָּה). — 2) *nurus* Gen. XXXVIII, 11. 24. Lev. XVIII, 15. Ruth I, 6—8. IV, 15.

מִכְלוֹל m. *perfectio*, maxime de *perfecta pulchritudine*. לְבֻשֵׁי מִכְלוֹל perfecte (i. e. pulcherrime) vestiti. Ez. XXIII, 12. XXXVIII, 4. Targ. לְבֻשֵׁי גְמַר.

מִכְלָל m. *perfectio*, מִכְלַל יֹפִי perfectio pulchritudinis, epith. Hierosolymorum Ps. L, 2.

מַכְלֻלִים f. pl. *pulchritudines*, concr. *merces pulchrae*, *ornatae*, max. *vestes splendidae* Ez. XXVII, 24 (cf. XXIII, 12. XXXVIII, 4).

כָּלַם in Kal inusit. Arab. كَلَمَ Conj. I. II. vulneravit, كَلْمٌ vulnus, كَلِيمٌ vulneratus. Apud Hebraeos hoc refertur ad convicia et iniurias, ut multa alia verba pungendi, perforandi, secandi (נָקַב, גָּדַף, نقر, سبّ, كوى, لقع, لسع, لدغ, طعن, ابر)

Hiph. הִכְלִים et הֶכְלִים (1 Sam. XXV, 7) 1) *conviciatus est* 1 Sam. XX, 34. Iob. XIX, 3, 2) *ignominia, iniuria affecit*, sive verbis sive re ipsa 1 Sam. XXV, 7. Ruth II, 15. Iud. XVIII, 7: אֵין מַכְלִים דָּבָר בָּאָרֶץ *non erat in terra qui laederet quidquam* i. e. quenquam. 3) *pudore affecit.* Prov. XXV, 8: בְּהַכְלִים אֹתְךָ רֵעֶךָ *si socius tuus te pudore afficit.* XXVIII, 7. Ps. XLIV, 10: אַף זָנַחְתָּ וַתַּכְלִימֵנוּ. Iob. XI, 3.

Hoph. pass. Hiph. no. 2. 1 Sam. XXV, 15, pass. Hiph. no. 3. Jer. XIV, 3.

Niph. 1) *ignominia affectus est* 2 Sam. X, 5. 1 Par. XIX, 5. — 2) a) *pudore affectus est*, *puduit eum* (sich schämen) i. q. בּוֹשׁ sed paullo fortius. Num. XII, 14: הֲלֹא תִכָּלֵם שִׁבְעַת יָמִים. Jer. VIII, 12: הִכָּלֵם לֹא יָדָעוּ. III, 3. Jes. LIV, 4. 2 Paral. XXX, 15. Sq. מִן rei, cuius aliquem pudet. Ezech. XVI, 27: הַנִּכְלָמוֹת מִדַּרְכֵּךְ זִמָּה, Comm. 54. XXXVI, 32. XLIII, 10. 11. b) *pudore suffusus est* (beschämt da stehn, zu Schanden werden). 2 Sam. XIX, 4. Jes. XLI, 11. XLV, 16. L, 7. Jer. XXXI, 19, saepe de eo qui excidit ausis, cuiusve spes irrita facta est Ps. XXXV, 4: יֵבֹשׁוּ וְיִכָּלְמוּ מְבַקְשֵׁי נַפְשִׁי. XL, 15. LXX, 3. LXXIV, 21: אַל יָשֹׁב דַּךְ נִכְלָם *ne redeat pauper pudore suffusus.* Sq. מִן causae Jer. XXII, 22, sq. בְּ Ps. LXIX, 7: אַל־יִכָּלְמוּ בִי מְבַקְשֶׁיךָ *ne pudore afficiantur per me* (i. e. interitu meo) *cultores tui.* — Fortius est hoc verbum, quam בּוֹשׁ, quocum passim copulatur Jes. XLV, 16. 17. Jer. XXXI, 19 cf. Reimarus de differentiis vcc. hebr. diss. I p. 67 sqq.

כְּלִמָּה f. *ignominia, contumelia.* Jes. XXX, 3. XLV, 16. Iob. XX, 3. Ps. IV, 3. XLIV, 16. LXIX, 20 et saepe. Ps. LXIX, 8: כִּסְּתָה כְלִמָּה פָנָי. Jer. LI, 51. לָבַשׁ כְּלִמָּה induit ignominiam i. e. totus quasi ea tectus est Ps. XXXV, 26. CIX, 29 cf. LXXI, 13. נָשָׂא כְלִמָּתוֹ ferre ignominiam suam Ez. XVI, 52. 54. XXXII, 24. Plur. כְּלִמּוֹת ignominiae Jes. L, 6. Mich. II, 6.

כְּלִמוּת i. q. כְּלִמָּה Jer. XXIII, 39, ubi plures codd. כְּלִמּוֹת, sed illud probat Masora.

כִּלְמַד n. pr. oppidi regionisque, quae una cum Assyria memoratur Ezech. XXVII, 23, aliunde prorsus incognita est. LXX Χαρμάν. Bochartus (Geogr. sacrae p. 442) obiter „כִּלְמַד Syr. כלמדא *Chalmadda* pro כלמנדא *Chalmanda*, Xenophonti *Charmande.*" Alia pericula nihil effectura dabit Michaëlis suppl.

כַּלְנֵה Gen. X, 10, **כַּלְנֵה** Am. VI, 2, **כַּלְנוֹ** Jes. X, 9 et probabiliter etiam **כַּנֵּה** Ez. XXVII, 23 (ubi unus de Rossii codex habet כלנה) n. pr. urbis nobilis, quae Gen. l. c. Sinearitidi accensetur, Jesaiae tempore Assyriis parebat, auctoribus Jonath. (קטספון), Targ. Hieros. Euseb. Hieron. (ad Amos l. c.), Ephraemo Syro al. eadem quae postea (nomine a Pacoro ei imposito Ammian. Marcell. 23) *Ctesiphon* appellata est, ad ripam orientalem Tigridis, e regione Seleuciae sita, in qua Parthiae reges hiemem transigere solebant (Strabo XVI p. 312. Plin. 6, 30. Cellar. Notit. II, p. 774). Veteris nominis vestigium fortasse superest in *Chalonitide*, Assyriae provinciae, cui Plinius l. c. illam urbem accenset, quanquam alii eam in regionibus magis septentrionalibus ponunt. Florente Arabum imperio duae illae urbes, Ctesiphon et Seleucia, مدائن (urbes) appellatae sunt, et ita Abulpharagius interpretatur *Calne*. Vide BOCHARTI Phaleg. IV, 18. MICHAËLIS Spicileg. I, p. 228. Apud Ezech. l. c. Michaëlis in suppl. p. 1198 mavult *Canen* (Κάνη) Ptolemaei intelligere i. e. promontorium et portum Arabiae felicis, sed de Arabia comm. 21 et 22 actum erat et כַּנֵּה copulatur cum Haran et Eden, Mesopotamiae oppidis.

כָּלַף rad. in verbo inusitata, onomatopoët. sonum *pulsandi*, *percutiendi* imitans, cf. gr. κολάπτω (unde κόλαφος, colaphus, ital. *colpo*, gall. *coup*), nostr. *klopfen*, *klappen*, angl. *to clap.* Formae cognatae modo ad pulsationem pedum i. e. saltum translatae sunt (gr. κάλπη, nostr. *Galopp*), modo ad scalpturam (גָּלַף, γλύφω, sculpo, scalpo), modo ad latratum, pulsandi sono similem (כָּלַב latravit, der Hund *schlägt an*).

כֵּילַפּוֹת pl. f. Ps. LXXIV, 6 *mallei* vel *secures*, a percutiendo. Syrus interpres ܟܘܠܒܐ, Targ. כּוּלְבַיָּא, quod idem vc. esse videtur (v. ad כָּלַב) et alibi *secures*

significat. Cognatum est קוּלְפָּא clava, fustis. Kimchius singularem ponit כֵּלַף idque interpretatur: כלי שמשברין ומכתתין בו אבנים *instrumentum, quo frangunt et caedunt lapides.* LXX. λαξευτήρια. Vulg. *ascia.* Hieron. dolatasia, parum apte.

כָּמַהּ *desiderio* (rei) *confectus est*, semel legitur Ps. LXIII, 2. Arab. كمه caligine obductus est, de *oculo*, colore, mente. Teste Firuzabadio (v. Kamûs p. 1832 Calcutt.) spec. de homine dicitur, cuius color mutatur, deficit, pr. igitur *palluit*, quod ad desiderium refertur, cf. כָּסַף. Syr. ܟܡܗ caligine offusus, excoecatus est. Sam. ⵖⵣⵣ hebes, debilis factus est, de oculis. Congruit sanscr. *kam* desiderare, pers. كام cupido, cf. etiam gr. κάμω, κάμνω.

כִּמְהָם (languens, desiderans) n. pr. filii Barsillai 2 Sam. XIX, 38. 39. Jer. XLI, 17 (Chethibh כְּמוֹהָם), qui etiam כִּמְהָן 2 Sam. XIX, 41.

כְּמוֹ *sicut*, v. כְּ.

כָּמַז rad. in verbo inusit. Arab. كمز conglobavit, كُمْزَةٌ manibus conglobata dactylorum massa. Inde

כּוּמָז (formae עוּגָב) m. *globus*, *globulus aureus*, fortasse collect. *globuli aurei* conserti, quales in collo et circa carpum gestabant Israëlitae in deserto et Midianitae Exod. XXXV, 22. Num. XXXI, 50. Diod. Sic. 3, 44 in descriptione Arabiae: τὸν δὲ χρυσὸν εὑρίσκοντες ἐν τοῖς φυσικοῖς ὑπονόμοις τῆς γῆς συνάγουσι πολύν· .... κατὰ δὲ τὸ μέγεθος ἐλάχιστος μὲν εὑρίσκεται παραπλήσιος πυρῆνι, μέγιστος δὲ οὐ πολὺ λειπόμενος βασιλικοῦ καρύου. φοροῦσι δ' αὐτὸν περί τε τοὺς καρποὺς τῶν χειρῶν καὶ περὶ τοὺς τραχήλους, τετρημένον ἐναλλὰξ λίθοις διαφανέσι. Strabo XVI p. 777 Casaub. LXX in Exod. περιδέξια, in Num. ἐμπλόκιον, nisi forte vcc. ibi transposita sunt. Vulg. *dextralia*. Syr. ܡܣܟܠܐ monile, in quibus Versionibus est quod defendi possit. Sed ineptae sive coniecturae sive traditiones sunt, quas habent Gr. Venet. νυμφόδεσμον (cingulum Veneris?) et Talmudici (Schabb. fol. 64 rect.) זה דפוס של בית הרחם.

כָּמַן syr. et chald. recondidit, et latuit, inde insidias tendit. Arab. كمن et كمن id. Apud Syros ܟܡܢ praeterea est: *condivit*, maxime sale cf. lat. *condio*, quod origine sua non differt a *condo*. Inde

כַּמֹּן, *cuminum*, quo una cum sale pro condimento utebantur (Plin. N. H. 19, 8), arab. كَمُّون, chald. כַּמּוֹנָא, syr. ܟܡܘܢܐ (non ܟܡܘܢܐ, ut apud Castellum est), aeth. ከሙን: gr. κύμινον. Jes. XXVIII, 25. 27. Vide Celsii Hierobot. T. I p. 516.

מִכְמַנִּים m. pl. *thesauri* Dan. XI, 43.

כָּמַס *abscondit*, nescio an idem quod כָּנַס, גָּנַז. Semel legitur part. pass. Deut. XXXII, 34: הֲלֹא הוּא כָּמֻס עִמָּדִי *nonne illud reconditum est apud me?* i. e. peccata vestra apud me reservata sunt, memor sum eorum, ut ea puniam, cf. Hos. XIII, 12. Iob. XIV, 17. Cod. Sam. כנוס, quod idem significat et usitatius est. LXX. συνῆκται παρ' ἐμοί. Symm. ἀπόκειται παρ' ἐμοί. Vulg. condita sunt. Syr. ܓܢܝܙ. Arab. مكنوز.

מִכְמָס (absconditum) Esr. II, 27. Neh. VII, 31, **מִכְמָשׂ** 1 Sam. XIII, 2. 5. XIV, 31. Jes. X, 28 et **מִכְמָשׂ** Neh. XI, 31. n. pr. oppidi Benjaminitarum, ad portam montium (an einem Gebirgspasse) siti ab oriente oppidi Beth-aven, quod teste Eusebio (v. Μαχμά) novem milliaribus a Rama distabat. Μαχμάς nuncupatur 1 Macc. IX, 73, Μαχμὰ Josepho Archaeol. 6, 6. 13, 2. „Celebratur apud Talmudicos ager huius loci a fertilitate. Menachot VIII, 1: איזהו מובחר · מכמס ומזוניחה אלפא לסולת *unde petebatur optima farina? Michmas et Mezonecha sunt praecipua loca*" Reland p. 897.

I. **כָּמַר** in Kal inusit. vic. rad. חָמַר 1) *aestuavit, ferbuit*, incaluit, v. Niph. no. 1. Talmud. כומר, כמרא calefactio.

2) *adustus est*, v. Niph. no. 2 (Talmud. חָמַר id. v. Buxtorf. h. rad. no. II), inde *niger*, *obscurus fuit* (cf. חָמַם et חום), et apud Syros translate ܟܡܪ tristis fuit, luxit, Aph. atratus incessit, pro הִקְדִּיר Ezech. XXXI, 15 Pesch., ܟܡܝܪܐ tristis, moestus.

Niph. 1) *incaluit*, in formula נִכְמְרוּ רַחֲמָיו עַל 1 Reg. III, 26, sq. אֶל Gen. XLIII, 30 incaluit amor eius erga aliq., et נִכְמְרוּ נִחוּמִים incaluit (commota est) misericordia Hos. XI, 8. Eundem usum habent Chaldaei, vide Deut. XIII, 18 Jon. יִכְמוֹר עֲלֵיכוֹן רַחֲמִין, et Ps. LXXVII, 10, et Samaritani, ubi ⵖⵣⵣⵎ Gen. l. c. est pro אִתְכַּמַּר. Cf. Od. α', 48: μοὶ ἀμφ' Ὀδυσῆι δαΐφρονι δαίεται ἦτορ, et fortasse Luc. XXIV, 32: οὐχὶ ἡ καρδία ἡμῶν καιομένη ἦν ἐν ἡμῖν; — Kimchi: ... פירוש נתגלגלו או נתחממו, et posterius quidem rectum est.

2) *adustus est.* Thren. V, 10: עוֹרֵנוּ כְּתַנּוּר נִכְמָרוּ מִפְּנֵי זַלְעֲפוֹת רָעָב *cutis nostra tanquam fornace adusta est flammis inediae.* Vulg. exusta est. Targ. אִתְקַדְּרוּ. Kimchi: נשחרו.

II. כָּמַר i. q. כָּבַר *plexit, texuit,* inde מִכְמָר, מִכְמֶרֶת, מִכְמוֹר rete.

כֹּמֶר in pl. tantum כְּמָרִים *sacerdotes idolorum* 2 Reg. XXIII, 5. Hos. X, 5. Zeph. I, 4. Syr. ܟܘܡܪܐ de sacerdote quocunque dicitur, in N. T. de sacerdotibus Judaeorum, adeoque de Christo in ep. ad Hebraeos, vocabula autem syriaca ad deorum cultum spectantia ab Hebraeis ad idolorum cultum restringuntur, de cuius rei causa v. Hist. linguae Hebr. p. 58. De etymo si quaeris, ܟܘܡܪܐ ,כֹּמֶר est pr. nigredo, tristitia, et concr. qui atra veste incedit, lugens, hinc asceta, sacerdos. Cf. ܐܒܝܠܐ ,أبيل tristis, lugens, dein asceta, monachus, sacrorum antistes. Vide comment. nostr. ad Jes. XXII, 12. XXXVIII, 13. Iam Kimchius כמרים ita dictos existimabat, quod vestibus atris incederent. Alias derivationes longe petitas recenset Ikenius, in dissertat. de Cemarim (dissertatt. phil. theol. no. 12), neque melior est, quam ipse profert a كمر sacro magorum cingulo.

כִּמְרִירִים pl. m. *obscurationes*, a rad. כָּמַר I, 2, formae שַׁפְרִיר: excepto Chirek in priore syllaba, ut in פְּרַחְחַ. Semel legitur Iob. III, 5: יְבַעֲתֻהוּ כִּמְרִירֵי יוֹם *terreant eum* (diem natalem) *obscurationes diei* s. luminis diurni, solis defectiones, eclipses, quas mala et calamitates portendere credebant prisci homines. Languidius alii: tenebrae diei, vel aestus diei (v. rad. I, 1), in quibus, ut alia taceam, hoc displicet, quod tenebrae aestusve *diei* diem terrere dicuntur. Vitatur autem ista difficultas, si *dies* h. l. de *luce* diurna explicatur. Plerique vett. intpp. (Aqu. Vulg. Syr. Targ.) et Hebraei (in his Saadias ms. مثل سموم النهار) כ praefixum esse statuunt substantivo מְרִירִים, qua sententia adoptata interpretandum esset: *amaritudines* i. e. calamitates, qualescunque *diei* accidere possunt (v. de כ pleonastico p. 649); sed illud parallelismo membrorum multo accommodatius est.

מִכְמָר Jes. LI, 20, et מַכְמֹר, hoc in solo plur. מַכְמֹרִים Ps. CXLI, 10 m. *rete* venatoris, a rad. no. II. מַכְמוֹרִין et מִכְמֹרוֹת eodem significatu reperitur in Talmude, v. Buxt. h. v.

מִכְמֹרֶת Jes. XIX, 8 c. Suff. מִכְמַרְתּוֹ (qs. a מִכְמֶרֶת) Hab. I, 15. 16 *rete piscatorium*, a rad. no. II. J. E. Faber (ad Harmar. Observv. II, 363) minus quoddam retium genus s. hamum intelligit, sine caussa idonea.

כָּמַשׁ rad. inusit. prob. i. q. כָּבַשׁ *subegit* (ב et מ permutatis), unde ܟܡܘܫܐ incubus, ephialtes, arab. كابوس, ܟܡܘܫܬܐ vinaceae, a calcando dictae. Inde

כְּמוֹשׁ m. n. pr. numinis domestici Moabitarum (1 Reg. XI, 7. 2 Reg. XXIII, 13. Jer. XLVIII, 7), qui propterea עַם כְּמוֹשׁ appellantur Num. XXI, 29, et Ammonitarum (Iud. XI, 24 cf. Studerum ad h. l., quod enim Winerus in Lex. bibl. ed. pag. 260: „Amoritarum, inquit, non Ammonitarum", id mero errore nititur, qui inde ortus videtur, quod V. D. de verbis כְּמוֹשׁ אֱלֹהֶיךָ Comm. 24 iudicaturus, Comm. 23 obiter inspexit, non Comm. 12. 28 et integram narrationem, ex qua sole clarius est, de Ammonitis agi cf. Comm. 4 sqq. 32. 33. 36), quod a Salomone usque ad Ezechiam etiam Hierosolymis cultum est 1 et 2 Reg. ll. cc. LXX. *Χαμώς*. Vulg. *Chamos.* Appellative fortasse est: *subactor, domitor, victor.* Simile quid, *bellorum praesidem* s. Martem, effecit D. Hackmannus in disput. de Cemoscho Bremae 1730, quae repetita est in Oelrichs collect. opuscc. hist. theol. 1, 1 p. 19 sqq., coll. كمش *accinxit se*, sed num proprie *ad bellum?* De aliis coniecturis referre piget, ut Hieronymi (ad Jes. XV, 2), qui Camosum eundem facit atque Baal-Peor; Hydii (de rel. vett. Pers. c. 5), cui כמוש idem videtur qui בעל זבוב coll. خموش culex (immo: culices, idque solo Hudeilitarum idiomate), Beyeri ad Seldenum de Dis Syris p. 323 sqq.

כָּמַת rad. in verbo inusit. fortasse i. q. כָּתַם abscondit. Inde

מִכְמְתָת (fort. latibulum) n. pr. oppidi in confiniis Ephraimitarum et Manassitarum Jos. XVI, 6. XVII, 7.

כֵּן adj. *rectus*, adv. *recte, ita*, v. rad. כּוּן p. 667.

כֵּן *basis*, v. rad. כָּנַן.

כֵּן *culex* ibid.

כַּנֵּה i. q. כַּלְנֵה *Ctesiphon* v. כַּלְנֵה.

כָּנָה in Kal inusit. Arab. كنى I. II. IV appellavit aliquem vel aliquid nomine vel cognomine translato, maxime honorifico, titulo suo ornavit aliquem (v. Tauriz. ad Ham. Schult. p. 320. Teblebi ad Har. Schult. II, 57. Schnurrer dissert. p. 272), كُنْيَة metonymia, cognomen. Chald. appellavit, max. honorifice Jes. I, 4 Targ. Gen. IV, 26 Jonath. Syr. ܟܢܝ cognominavit. Ethpa. pass. ܟܘܢܝܐ cognomen, agnomen. Origo mihi videtur in *tegendo* (כָּנָה vic. radici כָּנַן, גָּנַן), ut pr. sit: tecte locutus est: Hitzigio (ad Jes. XLIV, 5) eadem in *deflectendo* esse videtur, pr. deflexit a vera rei appellatione, coll. كنف deflexit: sed deflectendi significatus in hac rad. secundarius est, primarius itidem ad tegendi (protegendi) vim redit. Apud Hebraeos est in

Pi. 1) *blande allocutus est*, *blande vocavit* aliquem. Jes. XLIV, 5: וּבְשֵׁם יִשְׂרָאֵל יְכַנֶּה *et blande alloquetur Israëlem*, parall. יִקְרָא בְשֵׁם יַעֲקֹב (cf. Hor. Sat. 2, 5, 32: gaudent praenomine molles auriculae). XLV, 4: אֲכַנְּךָ וְלֹא יְדַעְתָּנִי *vocari te* blande, *neque noveras me*. — 2) *blanditus est*. Iob. XXXII, 21: אֶל אָדָם לֹא אֲכַנֶּה *et nemini blandiar*. 22: לֹא יָדַעְתִּי אֲכַנֶּה *nescio blandiri*.

כְּנָת (pro כְּנָאת) in sing. inusit. plur. כְּנָוֹת pr. *cognomen*, *titulus*, meton. *qui eodem*, *atque alius*, *cognomine s. titulo utitur* (syr. ܟܢ ܟܢܘܬܐ eodem cognomine praeditus Barhebr.) i. e. *qui eodem munere fungitur*, eidem regi paret, *σύνδουλος*, *collega*, *socius* in munere. Esr. IV, 7: וּשְׁאָר כְּנָוֹתָיו *et reliqui collegae eius*. LXX *οἱ λοιποὶ σύνδουλοι*. Respondet syr. ܟܢܬܐ plur. ܟܢܘܬܐ, quod in Peschito N. T. saepe ponitur pro *σύνδουλος*, v. Schaafium p. 270. Singularem in Hebraismo non usitatum posuimus כְּנָת ad analogiam syr. ܟܢܬܐ, eandem enim normam sequitur hoc nomen atque מְנָת pl. מְנָיוֹת syr. ܡܢܬܐ pl. ܡܢܘܬܐ pars, ܩܨܬܐ pl. ܩܨܘܬܐ holocaustum, v. Chr. B. Michaëlis lum. syr. §. 31. Simonis et hebraeum et chaldaeum singularem ponebat „כְּנָה collegium“, quod in plures recentiorum libros transiit (Bertholdt ad Dan. pag. 825), sed invitis tamen et sententia et grammaticae legibus: huius enim formae nomina ignorat Chaldaismus, nec possunt כְּנָוָתֵהּ, כְּנָוָתְהוֹן (vide mox) singularia esse. Verum dudum viderant antiquiores, ut J. H. Mich. in annot. uberioribus ad Hagiogr.

כְּנָת chald. id. *collega*, *σύνδουλος*, nonnisi pl. c. suff. כְּנָוָתֵהּ collegae eius Esr. V, 6 et כְּנָוָתְהוֹן collegae eorum ib. IV, 9. 17. 23. V, 3. VI, 6. 13. Cf. ad hebr.

כְּנַנְיָהוּ n. pr. regis, v. ad rad. כון.

כְּנֵמָא chald. *ita*, v. pag. 652.

כִּנִּם culices, v. rad. כָּנַן.

כָּנַן I) i. q. כּוּן, sed, ut videtur, transitive *statuit* (v. nomina כְּנַנְיָהוּ, כָּנְיָהוּ), inde כֵּן basis, locus, כַּנָּה planta.

II) fortasse est: *vellicavit*, gr. *κνάω*, *κνήθω*, *κνίζω*, nostr. *kneipen*, cf. *κνιπός* (Knicker, knickerig), *κνιφός*, *κνίψ* insectum vellicans, et praemisso sibilo *σκνίψ*, *σκνίφες* culex vellicans. Primitus fortasse haec radix erat כנף knp, inde כנם (cuius vestigium fortasse est in כִּנָּם q. v.), כָּנַן. Inde כִּנִּים *σκνίφες* culices.

כֵּן c. suff. כַּנִּי, כַּנּוֹ m. locus, in quo quid statuitur i. q. מְכוֹנָה (a rad. no. I), inde 1) *basis*, *fundamentum*, *Gestelle* (syr. ܟܢܐ, ܟܢܬܐ), de basi lavacri in atrio sanctuarii Exod. XXX, 18. 28. XXXI, 9. XXXV, 16. XXXVIII, 8. Lev. VIII, 11, inde 1 Reg. VII, 31: *et orificium erat rotundum* מַעֲשֵׂה־כֵן *more baseos*, stylobatae. It. de basi s. receptaculo mali nautici Jes. XXXIII, 23: כֵּן תָּרְנָם, quod gr. *μεσόδμη* Od. 15, 290, *ἱστοπέδη* Od. 12, 51, *ἱστοδόκη* Il. 1, 494, *τὰ μεσόκοιλα* Lucian. T. V p. 269 Bip.

2) *locus* (Stelle). Gen. XL, 13: וֶהֱשִׁיבְךָ עַל כַּנֶּךָ *et restituet te in locum* (munus) *tuum*. XLI, 13. — Dan. XI, 20. 21: וְעָמַד עַל כַּנּוֹ *et surget in loco eius*. 38: וְלֶאֱלֹהַּ מָעֻזִּים עַל כַּנּוֹ יְכַבֵּד *et deum munimentorum loco eius* (sc. alius dei cuiuscunque, כָּל־אֱלוֹהַּ) *colet*, ubi עַל כַּנּוֹ idem valere videtur quod תַּחְתָּיו. Alii sec. LXX. Vulg. in loco suo, vel in basi sua, frigidius. Prioribus locis simile videtur quod legitur Comm. 7: וְעָמַד מִנֵּצֶר שָׁרָשֶׁיהָ כַּנּוֹ *et surgit* (unus) *ex surculo radicum eius loco eius*. עָמַד כַּנּוֹ pr. er betritt seine Stelle h. l. idem valet quod Comm. 20. 21 עָמַד עַל כַּנּוֹ, quod ipsum expressit Syrus. LXX et Vulg. כַּנּוֹ explicant: *φυτὸν αὐτοῦ*, *plantatio eius* (vide ad כַּנָּה), quod primo casu cogitant.

כֵּן m *culex* vel *scinips*, culicum genus (v. plur.), a vellicando dictum (v. כָּנַן no. II), in sing. semel Jes. LI, 6: וְיֹשְׁבֶיהָ כְּמוֹ כֵן יְמוּתוּן *incolae eius instar culicum moriuntur*, parall. כַּבֶּגֶד, כֶּעָשָׁן. Frigide vett. interpretes et Hebraei כֵּן vulgari significatione adverbii accipiunt: LXX. *ὥσπερ ταῦτα*. Vulg. *sicut haec* (sc. sicut vestis). Chald. הָכֵן: veram sententiam secuti sunt Lud. de Dieu, Vitringa, Lowth.

Plur. כִּנִּים Exod. VIII, 13. 14. Ps. CV, 31. Alex. *σκνίφες*, Vulg. sciniphes, culicum species, pungendo et vellicando molesta, quae in palustribus Aegypti regionibus frequens et domestica est (Culex reptans Linn., culex molestus Forskalii). Philo de vita Mosis lib. I. T. II p. 97 ed. Mang. de sciniphe agens: *τὸ δὲ ζῶον, εἰ καὶ βραχύτατον, ὅμως ἀργαλεώτατον· οὐ γὰρ μόνον τὴν ἐπιφάνειαν λυμαίνεται, κνησμοὺς ἐμποιοῦν ἀηδεῖς καὶ βλαβερωτάτους, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ ἐντὸς βιάζεται διὰ μυκτήρων καὶ ὤτων· σίνεται δὲ καὶ κόρας ὀφθαλμῶν εἰσπετόμενον, εἰ μὴ φυλάξαιτό τις*. Herod. 1, 95. Adde alia veterum, ut Originis, Orosii, Augustini, nec non recentiorum testimonia apud Bochartum Hieroz. I, p. 572 sqq. et Oedmannum, verm. Sammlungen aus der Naturkunde, fasc. 1 c. 6. Josephus (Archaeol. II, 14 §. 13) et Hebraei recentiores *pediculos* interpretantur, quod vindicatum ivit Bochartus l. c., sed argumentis usus parum validis, quae enervarunt Michaëlis in suppl. et Rosenm. in not. ad Hieroz. l. c. Targg. et Syrus interpretantur קַלְמָא, קַלְמְתָא, ܩܠܡܐ, quod idem videtur atque arab. قمل, quo utuntur Saadias et Arabs Erp., sed nihil certi inde efficitur: nam vox arabica pediculos quidem significat, sed de aliis etiam insectis similibus usurpatur. Certius est, apud Talmudicos כִּנָּה pediculum esse (Schabbath fol. 52, 1), sed vel inde nihil aliud colligas, quam usum vocis ad plura insecta pungentia et vellicantia patuisse (dicebant adeo כִּנָּה קָפֶצֶת pediculus saliens, de pulice), nisi forte usus iste Talmudicus ex vocis biblicae interpretatione apud magistros recepta profectus est. De origine iam

supra diximus, eaque etiam pediculis non inepta: eiusdem stirpis igitur est כִּנִּים atque gr. σκνίφες, κνίφες a κνίπ-ω, cui simile etiam Eichhornio (introd. in V. T. T. III. pag. 254) placuisse video. Bocharti etymon a כּוּן = כָּנַן, quod pediculus sit animal stabile et δυσαφαίρετον, paucis placebit.

כַּנָּה f. *planta*, a ponendo, statuendo dicta (cf. נָצַב, שָׁתַל). Ps. LXXX, 16: וְכַנָּה אֲשֶׁר נָטְעָה יְמִינֶךָ *et protege plantam, quam plantavit dextra tua.* Chald. עוּבְרָא surculus. Masculam quoque formam כֵּן a veteribus ita acceptam esse Dan. XI, 7, supra vidimus. Aliis כַּנָּה h. l. est imp. Kal cum He parag. (cf. אָרָה Num. XXII, 6 ab אָרַר) a rad. כָּנַן i. q. arab. كَنَّ texit, protexit, unde interpretantur: *protege eum quem plantavit dextra tua* (Israëlem), quam interpretationem ipse secutus sum in Lex. minori. Ei tamen obstat, quod unicum hoc esset talis significatus vestigium, quum contra כָּנַן = כּוּן certum sit et indubitatum.

כִּנָּם Ex. VIII, 12. 13. 14 i. q. כִּנִּים *culices, sciniphes.* Copulatur cum verbo feminino (cf. צְפַרְדֵּעַ Comm. 2) et videtur forma collectiva esse a sing. כֵּן. Cod. Sam. reponit כנים, cui scripturae obstat verbum in sing. fem. Facilius crederem, in כנם esse vestigium radicis כָּנַם i. q. כנף κνίπ-ω vellico, quibuscunque vocalibus hoc vc. muniveris.

כְּנָנִי (prob. pro כְּנַנְיָה) n. pr. viri Neh. IX, 4.

כָּנַנְיָהוּ (quem *Jova stabilivit*) n. pr. viri Levitae 2 Par. XXXI, 12. 13. XXXV, 9 Keri.

כְּנַנְיָהוּ (id.) n. pr. viri 1 Par. XV, 22. XXVI, 29 pro quo XV, 27 est כְּנַנְיָה.

כָּנַס 1) *collegit, coacervavit*, ut lapides Eccl. III, 5, opes II, 8. 26, aquam maris Ps. XXXIII, 7. — 2) *congregavit* homines 1 Par. XXII, 2. Esth. IV, 16. — 3) *abscondit*, v. Hithpa. et ex derivatis מִכְנָס. (Chald. כְּנַס id., sed frequentius כְּנַשׁ, ܟܢܫ, unde כְּנִישְׁתָּא congregatio, synagoga. Arab. كَنَسَ habet cognatam notionem se abscondendi, sed etiam congregandi significatum in derivatis, ut كَنِيسَةٌ, كُنَيْسَةٌ synagoga, ecclesia, templum, coacervandi vim habet كَنَزَ. Aeth. ጉባኤ: congregavit, ጉባኤ: ecclesia. Plura vide ad rad. גָּנַז).

Pi. i. q. Kal no. 2. *congregavit* homines. Ez. XXII, 21. XXXIX, 28. Ps. CXLVII, 2.

Hithpa. abscondit se (v. usum Arabum). Jes. XXVIII, 20: וְהַמַּסֵּכָה צָרָה כְּהִתְכַּנֵּס *et tegumentum est angustius, quam in quo se abscondat* (involvat) *aliquis.*

כּוֹס (prob. pro כֹּנֶס pr. receptaculum, vas, ut כִּיס pro כֶּנֶס, ad analogiam nominum אִישׁ pro אִנְשׁ, בַּיִת pro בַּנְת cf. p. 393 A; quam quidem utriusque illius nominis derivationem satis probabilem suasit Leberechtius, nuperus Kimchii editor) 1) *poculum.* Syr. ܟܣܐ, chald. כּוֹסָא, כַּסָּא, כּוּזָא, sam. ࠊࠅࠎ et ࠊࠀࠎ, arab. كَأْسٌ, كَاسٌ, كُوزٌ poculum idque vino plenum, Teblebi ad Har. Cons. 10; quorum orthographia non impedit, quo minus illud etymon amplectamur, siquidem cuncta ista ab hebraea forma profecta sunt). Gen. XL, 11. 13. 21. 2 Sam. XII, 3 al. Ps. XXIII, 5: כּוֹסִי רְוָיָה *poculum meum est abundantia*, abundat. CXVI, 13: כּוֹס יְשׁוּעוֹת אֶשָּׂא *poculum salutis tollam* i. e. libabo Jovae poculum gratiarum actionis ob auxilium praestitum. — Apud prophetas Jova passim sistitur gentibus propinans poculum vini inebriantis (כּוֹס הַתַּרְעֵלָה), ut titubantes in perniciem ruant. Jer. XXV, 15: *accipe e manu mea hoc poculum irae, et propina illud populis cunctis, ad quos te mittam.* 16: *ut bibant et titubent et contremiscant metu gladii, quem iis immittam.* XLIX, 12. LI, 7. Thren. IV, 21. Jes. LI, 17. 22. Hab. II, 16. Ez. XXIII, 31. 32. 33 cf. Apoc. XVII, 2. 4. Ita Arabes dicunt: *bibere, propinare alicui poculum mortis* (Ham. Schult. p. 440. 441), *poculum exitii* (Abulf. Ann. I, p. 352) cf. quae observavimus ad Mt. XXVI, 39. XX, 22 in Diario Classico Londinensi no. 53 p. 159, et in Rosenmülleri Repertorio I, p. 130. Alibi *poculum* metaph. dicitur de *sorte*, et copulatur cum חֵלֶק cibi portione. Ps. XVI, 5: יְהוָה מְנָת־חֶלְקִי וְכוֹסִי *Jova est portio mea et poculum meum*, eum ad colendum sortitus sum, vide ad חֵלֶק no. 2, c.

2) avis quaedam immunda (Lev. XI, 17. Deut. XIV, 16), in ruinis degens (Ps. CII, 7). *Noctuam* reddunt plerique veteres interpretes, adversante etymo. Rectius Bochartus (Hieroz. II, p. 267) *onocrotalum* s. *truonem* interpretatur a receptaculo s. sacculo (כּוֹס) ita dictum, qui de ingluvie eius dependet, ut lat. *truo* a *trua.*

כִּיס (contr. ex כֶּנֶס, v. ad כּוֹס, secundum alios pro כִּבְס a rad. כָּבַס, sed eandem rad., quam habet כּוֹס, suadet Prov. XXIII, 31 v. no. 2) 1) *marsupium, crumena* (arab. كِيسٌ Har. IV p. 50. Schult. Elnawab. p. 77. syr. ܟܝܣܐ Ephr. Syr. II, 450), in qua tum pecuniam recondebant Prov. I, 14. Jes. XLVI, 6, tum pondera pendendis mercibus gestare solebant mercatores (cf. Chardin Voyage T. III p. 420). Deut. XXV, 13. Mich. VI, 11. Inde אַבְנֵי כִיס Prov. XVI, 11. — 2) i. q. כּוֹס *poculum* Prov. XXIII, 31 Chethibh (ubi Keri habet ipsum כּוֹס). Probabile fit ex h. l., כּוֹס et כִּיס formas cognatas ab eodem verbo derivatas esse.

מִכְנָס tantum in pl. vel duali cstr. מִכְנְסֵי *feminalia* sacerdotum Hebraeorum, a pudendis abscondendis et velandis dicta. Ex. XXVIII, 42. XXXIX, 28. Lev. VI, 3. XVI, 4. Ez. XLIV, 18. Josephus (Arch. 3, 7 §. 1) his verbis ea describit: διάζωμα περὶ τὰ αἰδοῖα ῥαπτὸν ἐκ

βύσσου κλωστῆς εἰργνύμενον, ἐμβαινόντων εἰς αὐτὸ τῶν ποδῶν ὡςπερεὶ ἀναξυρίδας· ἀποτέμνεται δὲ ὑπὲρ ἥμισυ καὶ τελευτῆσαν ἄχρι τῆς λαγόνος περὶ αὐτὴν ἀποσφίγγεται. LXX. *περισκελῆ.* Vulg. *feminalia.* Saad. سراويلات (cf. סַרְבָּל). Cf. Braunium de vestitu sacerdotum hebr. lib. II, c. 1. p. 345 sqq.

כָּנַע in Kal inusit. pr. *genu flexit*, in genua procidit (vic. כָּרַע q. v.) rad. late patens, v. *γόνυ*, *γνυ* (in *γνυπετεῖν*), *genu*, sanscr. *ǵanu Knie*; *γωνία*, *ἰγνύα* poples; et tertia radicali durius prolata *knicken*, einknicken; aram. גְּנָא, ܓܢܐ incubuit, et tertia rad. duriore ܐܬܟܢܫ humilis factus est, ܟܢܝܟܐ humilis, mansuetus.

Apud Hebraeos est 1) *complicuit*, zusammenbiegen, zusammenlegen, hinc *collegit*, *colligavit* sarcinas (v. כִּנְעָה), cf. arab. كنع contraxit, contractus fuit Conj. I. V. VII; 2) *humilis*, *depressa fuit* terra (v. כְּנַעַן), *depressus est animus* (כְּנַע chald. et sam., it. pudore suffusus est كنع Conj. I. IV. id.).

Hiph. הִכְנִיעַ *depressit*, *oppressit* aliq. (beugen, demüthigen), *repressit* spiritus superbos alic. Iob. XL, 7 (12): רְאֵה כָל־גֵּאֶה הַכְנִיעֵהוּ *aspice omne superbum idque deprime.* Ps. CVII, 12. Jes. XXV, 5 (superbiam). Maxime victoria de aliquo reportata. 2 Sam. VIII, 1: וַיַּךְ דָּוִד אֶת־פְּלִשְׁתִּים וַיַּכְנִיעֵם *et percussit Davides Philistaeos et depressit eos.* 1 Par. XVII, 10. XVIII, 1. Ps. LXXXI, 15. Passim Jova dicitur *deprimere* aliq. populum *coram* alio eius victore. Iud. IV, 23: וַיַּכְנַע אֱלֹהִים ... אֵת יָבִין מֶלֶךְ כְּנַעַן לִפְנֵי בְּנֵי יִשְׂרָאֵל. Deut. IX, 3. 2 Par. XXVIII, 19. Neh. IX, 24.

Niph. 1) *depressus*, *fractus est* (gebeugt werden, seyn), de populo victo, sq. תַּחַת יַד פ׳ Iud. III, 30: וַתִּכָּנַע מוֹאָב ... תַּחַת יַד יִשְׂרָאֵל. Ps. CVI, 42, sq. מִפְּנֵי coram aliquo Iud. XI, 33, absol. 1 Sam. VII, 13. 1 Par. XX, 4. — 2) *animum demisit*, *submisit se*, *submisse se gessit*, max. coram Deo vel legato divino, sq. לִפְנֵי 2 Par. XXXIV, 27, מִפְּנֵי 1 Reg. XXI, 29. 2 Reg. XXII, 19, מִלִּפְנֵי 2 Par. XXXIII, 12. 23. XXXVI, 12, absol. Lev. XXVI, 41 (h. l. de corde non circumciso). 2 Paral. XII, 7. 12. XXX, 11. XXXIII, 19. LXX. *ταπεινοῦσθαι*, *ἐντρέπεσθαι.*

כִּנְעָה, semel c. suff. כִּנְעָתֵךְ Jer. X. 17 f. *sarcinae* (Packen, Bündel), a *complicando* (v. rad. no. 1) et *colligando* dictae. LXX coniectura ex contextu facta: *ὑπόστασίν σου.* Chald. סחורתיך mercem tuam (prob. coll. כנעני mercator), male Vulg. *confusionem tuam* Syr. ܨܥܪܟܝ ignominiam tuam, a vulgari significatu radicis.

כְּנַעַן n. pr. 1) *Canaan* (LXX *Χαναάν*), Hami filius, auctor gentis Cananitarum Gen. IX, 18. 22. 25—27. X, 6. 15, cuius posteri i. e. populi Cananitici eorumque fines memorantur Comm. 15—19, isque tamen, ut videtur, persona mythica a nomine regionis (no. 2) ita appellata. — 2) terra *Canaan* (Ex. XV, 15 et exempla infra laudanda), plenius vulgo אֶרֶץ כְּנַעַן Gen. XI, 31. XII, 5. XIII, 12. XVI, 3. XXIII, 2. 19. XXXIII, 18. XXXV, 6. XXXVI, 5. 6. XXXVII, 1. XLII, 5 sqq. XLIV, 8. XLVII, 13. 14. Num. XIII, 2. 17. XXVI, 19. XXXII, 30. 32. XXXIII, 40 al., quomodo appellatur Palaestinae pars cisjordanensis (opp. גִּלְעָד Num. XXXIII, 51. Jos. XXI, 2. XXII, 9. 11. 32), cum Phoenice (Jes. XXIII, 11, ubi voce כְּנַעַן sola Phoenice intelligitur, cf. Gen. X, 15 sqq.) et Philistaea (Zeph. II, 5: כְּנַעַן אֶרֶץ פְּלִשְׁתִּים). — בְּנוֹת כְּנַעַן mulieres Cananiticae Gen. XXVIII, 1. 6. XXXVI, 2, עֲצַבֵּי כְנַעַן idola in Canaan culta Ps. CVI, 38, שְׂפַת כְּנַעַן lingua Cananaea i. e. hebraea, qua Cananaei et Hebraei utebantur Jes. XIX, 18, *regna Canaan* Ps. CXXXV, 11, *bella Canaan*, in terra Cananaea gesta Iud. III, 1. (Apud Phoenices כנען Phoenicen proprie dictam i. e. Cananaeae partem septentrionalem ad radices Libani sitam designat. In numis Laodiceae ad Libanum exstat inscriptio: ללאדכא אם בכנען *Laodiceae*, *matris* i. e. metropolis *in Canaan*, v. Monumm. Phoenic. T. II p. 267. Adeo Poenos hoc antiquum nomen retinuisse testis est Augustinus, exposit. epist. ad Rom. §. 13: „interrogati rustici nostri, quid sint, Punice respondentes *Canani*, corrupta scilicet, sicut in talibus solet, una littera, quid aliud respondent, quam *Chananaei?*" Apud Graecos auctores vestigium nominis superest in *Χνά*, de quo Steph. Byz. *οὕτως ἡ Φοινίκη ἐκαλεῖτο*, et Philo Byblius apud Euseb. 1, 10: *Χνᾶ, τοῦ πρώτου μετονομασθέντος Φοίνικος*, Choeroboscus ms. Cod. Coisl. 176 fol. 36: *ὁ Χνᾶς, τοῦ Χνᾶ. οὕτω ἐλέγετο ὁ Ἀγήνωρ· ὅθεν καὶ ἡ Φοινίκη Ὀχνᾶ λέγεται.* Propria nominis significatio a regione eiusque natura, non a populo, repetita esse videtur: et כְּנַעַן prob. est *regio depressa*, *humilis*, a rad. כָּנַע, addito ן servili, opp. ארם utpote terrae elatae et montanae). — 3) pro כְּנַעֲנִי אִישׁ *Cananaeus* (cf. דַּמֶּשֶׂק pro דַּמְּשְׂקִי Gen. XV, 2) Hos. XII, 8, dein *mercator* (v. כְּנַעֲנִי no. 2) Jes. XXIII, 8: כִּנְעָנֶיהָ *mercatores eius.* LXX. *οἱ ἔμποροι αὐτῶν.* Cf. עַם כְּנַעַן Zeph. I, 11 de mercatoribus, in altero membro נְטִילֵי כָסֶף.

כְּנַעֲנָה (fem. antecedentis) n. pr. virorum 1) 1 Par. VII, 10. 2) 1 Reg. XXII, 11. 2 Par. XVIII, 10.

כְּנַעֲנִי Gen. XXXVIII, 2 f. כְּנַעֲנִית Gen. XLVI, 10. Exod. VI, 15. 1 Par. II, 3, pl. כְּנַעֲנִים Neh. IX, 24. Obad. 20, sed longe frequentius in sing. articulo munito הַכְּנַעֲנִי collect. (quanquam cum verbo sing. Gen. L, 11) n. gent. 1) *Cananaeus*, *Cananaei*, quod designat a) singularem quandam gentem, quae ante Hebraeos depressiores terrae partes ad mare et Jordanem habitabat Num. XIII, 29 (הַכְּנַעֲנִי יוֹשֵׁב עַל הַיָּם וְעַל יַד הַיַּרְדֵּן). Jos. V, 1 (הַכְּנַעֲנִי אֲשֶׁר עַל הַיָּם). XI, 3 (הַכְּנַעֲנִי מִמִּזְרָח וּמִיָּם). Deut. XI, 30, v. supra de etymo v. כְּנַעַן. Saepe copulatur cum aliarum gentium nominibus, solentque V. T. scriptores cunctas illas gentes expressuri modo duas

memorare, Cananaeos et Pheresitas Gen. XIII, 7, modo tres, Cananaeos, Chivvaeos, Chetitas Ex. XXIII, 28, modo quinque, Cananaeos, Chetitas, Amoritas, Chivvaeos et Jebusitas Ex. XIII, 5, modo sex, Cananaeos, Chetitas, Amoraeos, Pheresitas, Chivvaeos, Jebusitas Exod. III, 8. 17. XXXIII, 2. XXXIV, 11. Jos. XII, 18. modo septem, ita ut illis addantur Gergesitae Deut. VII, 1. Jos. VIII, 10, adeoque decem, ut Kenitae, Kenisitae, Kadmonitae, Chetitae, Pheresitae, Rephaei, Amoraei, Cananaei, Gergesaei, Jebusitae Gen. XV, 19—21, in quorum quidem numero plures sunt, qui non Cananiticis gentibus, sed Aboriginibus annumerandi sint, velut Rephaei, Kenitae. b) ampliore significatu omnes illas gentes, quae ante Hebraeos partim Palaestinam cisjordanensem partim Phoenicen habitabant et a Canaane originem repetebant (Gen. X, 15—18). Gen. X, 18. 19. XII, 6. XXIV, 3. L, 11. Jos. XVI, 10. XVII, 12 sqq. Iud. I, 10. 28. 29. V, 19. אֶרֶץ הַכְּנַעֲנִי i. q. אֶרֶץ כְּנַעַן Ex. III, 17. Deut. XI, 30. Ez. XVI, 3. מְקוֹם הַכְּנַעֲנִי id. Ex. III, 8. Tanquam gentiles et impuri memorantur Zach. XIV, 21. — LXX pro כְּנַעַן et כְּנַעֲנִי vulgo quidem retinent *Χαναάν*, *Χαναναῖος*, sed passim tamen habent *Φοινίκη*, *Φοίνιξ*, ut כְּנַעֲנִית Exod. VI, 15: *Φοινίσση*, sed Gen. XLVI, 10 *Κανανῖτις*; אֶרֶץ כְּנַעַן Exod. XVI, 35 *μέρος τῆς Φοινίκης*, et Jos. V, 12 *χώρα τῶν Φοινίκων*, Jos. V, 1: מַלְכֵי הַכְּנַעֲנִי *βασιλεῖς τῆς Φοινίκης*, כְּנַעֲנִים Iob. XL, 25 *Φοίνικες* (cf. *Χαναναία* Mt. XV, 22, et *Συροφοίνισσα*, al. *Συροφοινίκισσα* Mc. VII, 25): atque hoc posterius minus accuratum, siquidem Phoenices nomen apud Graecos nihil nisi septentrionalem Cananaeae partem complectitur ad radices Libani sitam, hebr. etiam צִידוֹן (q. v.) appellatam. — Quia Cananaei, maxime Phoenices, a mercatura celebrabantur, כְּנַעֲנִי

2) *mercatorem* significat (cf. כְּנַעַן no. 3), ut כַּשְׂדִּי Chaldaeus astrologum. Iob. XL, 30 (25). Prov. XXXI, 24. (Targ. כְּנַעֲנִי, כְּנַעַן passim reddit תַּגָּר Gen. XXXVIII, 2. Iob. l. c. Jes. XXIII, 8).

כָּנַף rad. in Kal inusit. Arab. كَنَفَ *protexit*, *tuitus est*, sed pr. (ut recte Schultens Opp. min. p. 276) *texit*, *operuit*, unde كَنِيفٌ tegens, tegumentum. Cognatum est עוּף.

Niph. *operuit* i. e. *occultavit se*. Jes. XXX, 20: לֹא־יִכָּנֵף עוֹד מוֹרֶיךָ *non amplius se occultabunt doctores tui*, i. e. in publicum prodire poterunt non amplius a persecutoribus vexati. Ita Abulvalides ولا يستتر عنك معلمك ولا ينحجب *non occultat et obvelat se doctor tuus*. Jarchi: לא יתכסה בכנף בגדיו. In linguis aramaeis כְּנַף est i. q. אָסַף abstulit, quod sequuntur Targ. Saad. Kimchi: *non aufertur tibi amplius doctor tuus*, sed illud praeferendum est, quippe quod prope accedat ad derivatum כָּנָף.

כָּנָף f. (1 Reg. VI, 24. 2 Paral. III, 11. 12) cstr. כְּנַף, dual. כְּנָפַיִם cstr. כַּנְפֵי, isque tamen saepe pro plur. שֵׁשׁ כְּנָפַיִם Jes. VI, 2, אַרְבַּע כְּנָפַיִם Ez. I, 6. X, 21, plur. cstr. כַּנְפוֹת fem. (Deut. XXII, 12. Jes. XI, 12) et masc. (Ez. VII, 2) nonnisi significatione no. 2, a. b.

1) *ala*, a tegendo dicta. (Arab. كَنَفٌ ala, latus rei, regio, protectio. Aethiop. ክንፍ: ala. Chald. כְּנַף, sam. ࠊࠍࠐ, syr. ܟܢܦܐ, ܟܢܦܐ id. Cf. etiam גַּף, ܓܦܐ a verbo cognato גָּנַף, et rad. גָּנַב, in qua *lateris* notio ab ala dicta videtur; it. אֲגַפִּים p. 299). Jes. X, 14. Iob. XXXIX, 13. 1 Reg. VI, 27. Ezech. I, 8 sqq. al. כָּל־עוֹף־כָּנָף omnis generis aves alatae Gen. I, 21, צִפּוֹר כָּנָף aves alatae Ps. CXLVIII, 10, כָּל־צִפּוֹר כָּנָף omnis avis alata Deut. IV, 17, צִפּוֹר כָּל־כָּנָף avis cuiuscumque alae Ez. XXXIX, 17 (cf. Comm. 4), כָּל־צִפּוֹר כָּל־כָּנָף omnis generis aves omnis generis alarum Gen. VII, 14. Ez. XVII, 23. בַּעַל כָּנָף Prov. I, 17 et בַּעַל הַכְּנָפַיִם Eccl. X, 20 alam habens, poët. de ave. Poët. dicunt כַּנְפֵי רוּחַ alae venti Ps. XVIII, 11. CIV, 3, כַּנְפֵי שַׁחַר alae aurorae CXXXIX, 9, propter summam celeritatem, qua ventus et aurora feruntur. Saepe etiam metaph. dr. de tutela et praesidio. Ps. XVII, 8: בְּצֵל כְּנָפֶיךָ תַּסְתִּירֵנִי *sub umbra alarum tuarum absconde me.* XXXVI, 8. LVII, 2. LXI, 5. LXIII, 8. XCI, 4. Ruth II, 12. Malach. III, 20 (IV, 2). (Ita arab. جناح, جنح et كنف v. c. descendite sub alas meas et alas gentis meae i. e. sub praesidium meum cet. Ham. ap. Schult. ad Iob. 472, sub ala noctis vit. Tim. T. II p. 48, sub alis regis vel inimici patrocinium quaerere Abulphar. pag. 155. Dicunt etiam sub axilla i. e. clientela alic. vit. Tim. I, 338 Mang. Similia ex Graecis dat Grot. ad Mt. XXIII, 37).

2) *ora*, a) vestis, *lacinia*, *πτέρυξ*, *πτερύγιον*, plene כְּנַף הַמְּעִיל ora pallii 1 Sam. XXIV, 5. 12. Num. XV, 38. Deut. XXII, 12. Hagg. II, 12, etiam omisso vestis nomine Zach. VIII, 23: כְּנַף אִישׁ יְהוּדִי *ora* pallii *viri Judaei*. Ez. V, 3. Quoniam palliis etiam noctu se involvere solebant Orientales, ponitur pro *ora lodicis*. Deut. XXIII, 1: וְלֹא יְגַלֶּה כְּנַף אָבִיו *neque patris sui lodicem retegat*, i. e. ne patris sui stratum conscendat et violet. XXVII, 20, cf. Ez. XVI, 8: *expandi lodicem meam super te et operui pudenda tua* i. e. in torum meum te recepi. Ruth III, 9: *expande lodicem tuam super ancillam tuam* i. e. in tori societatem me recipias. Targ. vocetur nomen tuum super ancillam tuam, ad accipiendum me in uxorem (cf. Theocr. Idyll. 18, 19 et *ἐπισκιάζειν* Luc. I, 35). — b) *ora terrae* (terram enim habitatam cum pallio expanso comparare solebant veteres, in his adeo Eratosthenes, nobilissimus Graecorum geographus). Jes. XXIV, 16: כְּנַף הָאָרֶץ ora terrae. Maxime in pl. cstr. כַּנְפוֹת Iob. XXXVII, 3. XXXVIII, 13: כַּנְפוֹת הָאָרֶץ *orae terrae*, *extrema terrarum*, et Jes. XI, 12. Ezech. VII, 2:

אַרְבַּע כַּנְפוֹת הָאָרֶץ *quattuor orae* s. *margines terrae.* — c) *alae* exercitus Jes. VIII, 8. XVIII, 1 (cf. ad צִלְצַל), unde poët. de *ipso exercitu.* Vide plura ad אֲגַף p. 299 B. — d) *ala* aedificii s. templi esse videtur *fastigium* templi triangulare (der dreyeckige Giebel) gr. *πτέρον*, *ἀετός*, *ἀέτωμα*, fortasse ab ornamentis tympani (Giebelfeld) ita dictum, quae in Aegyptiorum maxime architectura globo alato s. duabus alis contineri solebant. Schol. ad Arist. Av. 1110: *τὰς τῶν ἱερῶν στέγας πτερὰ καὶ ἀετοὺς καλοῦσιν*, cf. plura apud Laurence ad Ascens. Jesaiae p. 88 et apud intpp. ad Mt. IV, 5, ubi *πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ* eodem modo accipiendum videtur, quanquam *πτέρον ala* etiam de lateralibus aedificiorum partibus dicitur (Schneider ad Vitruv. 3, 3 §. 9). — Semel ita Dan. IX, 27: וְעַל כְּנַף שִׁקּוּצִים מְשֹׁמֵם, quae ducibus punctis masoreticis et legitima syntaxi vertenda essent: *super fastigio abominationum* erit *vastator* i. e. cum templo a se vastato pro arbitrio aget vastator, sed flagitantibus locis parallelis XI, 31. XII, 11 (ubi pro שִׁקּוּצִים מְשֹׁמֵם est הַשִּׁקּוּץ מְשֹׁמֵם, שִׁקּוּץ שֹׁמֵם) ita potius accipienda sunt, quasi legeretur וְעַל כְּנַף שִׁקּוּצֵי מְשֹׁמֵם *et super fastigio* templi collocatae erunt *abominationes vastatoris* i. e. idola Antiochi regis (2 Macc. VI, 2). Theod. *καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῶν ἐρημώσεων.* Vulg. et erit in templo abominatio desolationis. Ad שִׁקּוּצִים מְשֹׁמֵם pro שִׁקּוּצֵי מ׳ cf. מַיִם בִּרְכַּיִם Ez. XLVII, 4, מַיִם לַחַץ Jes. XXX, 20, adeoque אֱלֹהִים צְבָאוֹת, pro כְּנַף autem reponendus videtur st. absol. כָּנָף. Alii ex eo usu vocabuli, quem litt. c. illustravimus, interpretantur: *et super alam detestationum vastator* erit i. e. exercitui detestando vastator dux praeerit, sed et huic et multis aliis interpretationibus (vid. v. Lengerke, Maurer al. ad h. l.) obstant loci, quos laudavimus, paralleli.

כָּנַר rad. inusitata, eaque onomatopoët. *sonum tremulum stridulumque* notans, *quem fides pulsatae edunt*, nostr. *schnarren* (knarren), inde כִּנּוֹר cithara, a sono stridulo dicta. Vicina sunt gr. *κίνυρος*, nostr. wimmernd, de sono querulo, lugubri, unde gr. *κινύρα*; it. *γίγγρος*, *γίγγρα*, *γίγγρας*, lat. *gingrina* i. e. tibia stridulum et querulum sonum edens, et *gingritus* (Geschnatter) anserum.

כִּנּוֹר m. pl. כִּנֹּרוֹת, c. suff. כִּנּוֹרוֹתֵינוּ Ps. CXXXVII, 2, semel כִּנּוֹרַיִךְ Ezech. XXVI, 13 gr. *κινύρα*, *κιννύρα*, *cithara*, instrumentum musicum pulsatile, idem illud, in quo tractando Davides excellebat (1 Sam. XVI, 23. XVIII, 10), tum in sacris (1 Reg. X, 12. 1 Paralip. XIII, 8. XV, 28. XVI, 7), tum in profanis (Jes. XXIII, 16. XXIV, 8), tum in laetitia (Gen. XXXI, 27. Jes. V, 12. Iob. XXI, 12. Ez. XXVI, 13), tum in luctu (Iob. XXX, 31. Jes. XVI, 11, ubi sonus lugubris ei tribuitur: כַּכִּנּוֹר יֶהֱמוּ) adhibitum, ita maxime ut carmina ad sonum eius decantarentur Ps. XXXIII, 2: הוֹדוּ לַיהוָה בְּכִנּוֹר. XLIII, 4. XLIX, 5. LVII, 9. LXXI, 22. CXXXVII, 2. CXLIX, 3. CL, 3. Quomodo hoc instrumentum a nablio differat, his verbis aperit Josephus, Archaeol. 7, 12 §. 3: *ἡ μὲν κινύρα, δέκα χορδαῖς ἐξημμένη, τύπτεται πλήκτρῳ· ἡ δὲ νάβλα, δώδεκα φθόγγους ἔχουσα, τοῖς δακτύλοις κρούεται*, cf. Theodoret. quaest. 34 ad 3 Reg., sed quod cinyram plectro pulsatam esse tradit, huic repugnant verba 1 Sam. XVI, 23. XVIII, 10. XIX, 9, ex quibus hoc instrumentam *manu* tractatum esse intelligitur. LXX in libb. Regum et ap. Neh. *κινύρα* (de qua vide Spanhem. ad Callim. p. 466 sqq.), alibi *κιθάρα*. (Arab. كِنَّارَةٌ instrumentum musicum, quod manu pulsatur, cithara, chelys, transpositis litteris كِرَانٌ chelys, testudo, كَرِينَةٌ cantrix, fidicina. Syr. ܟܢܳܪܳܐ et ܟܢܳܪܳܐ i. q. כִּנּוֹר. Quum ܟܢܳܪܳܐ a Lexicographis Syris etiam „scapus cannabis," explicetur, fuerunt, qui citharam a fidibus e lino vel *cannabi* factis dictam putarent, sed vocabulum syriacum latius patere et plurium plantarum caulem significare videtur. Lex. Adlerianum explicat: تريك القنّاب والكرمب *caulis cannabis et brassicae*, كرمب enim idem esse videtur quod كرنب brassica. Etymon supra et iam in Lex. man. a nobis propositum, calculo suo approbarunt Maurerus al.).

כִּנֶּרֶת (i. q. כִּנּוֹר) Deut. III, 17. Jos. XIX, 35, כִּנֲּרוֹת (plur. citharae) 1 Reg. XV, 20, כִּנְּרוֹת Jos. XI, 2 n. pr. oppidi Naphtalitarum, probabiliter ad mare Galilaeum siti, quod quidem mare ab eo nomen accepit יָם כִּנֶּרֶת Num. XXXIV, 11. Jos. XIII, 27, יָם כִּנֲּרוֹת Jos. XII, 3. Alii hunc lacum a similitudine citharae dictum esse voluerunt. In Targg. ll. cc., ubi de oppido et lacu agitur, ponitur nomen recentius גְּנֵיסַר, גִּינֵסַר, גְּנֹסַר, unde gr. *ὕδωρ Γεννησάρ* 1 Macc. XI, 67, *Γεννησαρῖτις λίμνη* Jos. Antiqu. 18, 3, *Γεννησὰρ λίμνη* ibid. 2, 25. 3, 17, in N. T. *Γεννησαρέτ* (al. codd. *Γεννήσαρ*, *Γεννησαρέθ*) Matth. XIV, 34. Marc. VI, 53. Luc. V, 1. Erat hic lacus centum stadiorum longitudine et quadraginta stadiorum latitudine, atque tum ab aquarum dulcedine et salubritate tum a piscium abundantia celebrabatur (Jos. bell. iud. 3, 10 §. 7). Vid. Relandi Palaestina p. 258 sqq. Buxtorf. Lex. chald. p. 460. Lightfoot Opp. II, p. 222.

כְּנַשׁ chald. i. q. hebr. כָּנַס *congregavit.* Inf. Dan. III, 2.

Ithpe. congregavit se Dan. III, 3. 27. In Targg. creberrimum, v. Buxt.

כָּסָא rad. inusit. i. q. כָּסָה *texit.*

כֶּסֶא Prov. VII, 20 (ubi 2 codd. כסה) et **כֶּסֶה** Ps. LXXXI, 4 (ubi 18 codd. כסא) *plenilunium.* (Syr. ܟܶܣܳܐ, ܟܶܣܳܐ id. Isa bar Ali: كسا امتلا القمر ليلة اربعة عشر وهو اوقات مطالع البدر *est plenilunium, nox quarta*

decima, qua oritur luna plena, كسا الاعياد التي في نصف الشهر *in pl. festa quae celebrantur medio mense.* In Peschito V. T. ܟܣܐ bis ponitur, altero loco de die XV mensis (1 Reg. XII, 32), altero de die XXIII (2 Par. VII, 10), unde apparet, non solum primum diem, sed integram hebdomadem plenilunii intelligi. Quod vero utroque hoc loco de plenilunio Tisri mensis agitur, id casui debetur, neque unquam linguae usus ad hunc mensem coercitus est, ut haec exempla monstrabunt, Assem. bibl. II, 304: ܘܡܨܘܡܐ ܕܝܠܕܐ ܐܝܬ ܕܨܝܡܝܢ ܡܢ ܟܣܐ ܕܬܫܪܝ ܐܚܪܝ ܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡܝܢ *iciunium nativitatis quidam celebrant a plenilunio Novembris quadraginta dies.* p. 277: ܡܢ ܟܣܐ ܕܟܢܘܢ ܩܕܡ *plenilunio Decembris.* Adde Barhebr. 224. 496. 523. 584. Ephraem. Syr. III, 144. 594. 604. Act. Mart. 1, 175 ubi ܟܣܐ opponuntur noviluniis (ܪܝܫ ܝܪܚܐ). Prov. l. c. לְיוֹם הַכֶּסֶא יָבֹא בֵיתוֹ *ad diem plenilunii domum venit* (maritus meus) Aqu. εἰς ἡμέραν πανσελήνου. Hieron. in die plenae lunae. Ps. LXXXI, 4: בַּכֶּסֶה לְיוֹם חַגֵּנוּ *plenilunio, die festi nostri*, vel paschatis, vel tabernaculorum festi, quod quidem utrumque plenilunio celebrabatur. — Etymon incertum, nisi plenilunium inde dictum est, quod totum *luce tectum* sit, coll. Ps. CIV, 2: עֹטֶה אוֹר כַּשַּׂלְמָה.

כִּסֵּא (bis כִּסֵּה Iob. XXVI, 9. 1 Reg. X, 19) c. suff. כִּסְאִי, כִּסְאֲךָ pl. כִּסְאוֹת m. 1) *solium* i. e. sella alta tum stragulis tum *velo pensili* (nostr. Himmel, Thron-Himmel) *cooperta* v. rad. (Arab. كُرْسِيّ, aram. כֻּרְסְיָא, ܟܘܪܣܝܐ, littera ר ante geminatam inserta, *rs* pro *ss*, v. ad litt. ר. Etiam in rad. Samaritani habent ࠊࠓࠎࠉ pro כִּסֵּה). כִּסֵּא שֵׁן solium eburneum 1 Reg. X, 18. כִּסֵּא הַמַּמְלָכָה Deut. XVII, 18. 2 Sam. VII, 13. כִּסֵּא הַמַּלְכוּת 1 Par. XXII, 10. 2 Par. VII, 18. Esth. I, 2. V, 1. כ' הַמְּלוּכָה 1 Reg. I. 46 solium regium. Inde de *regio imperio.* Gen. XLI, 40: רַק הַכִּסֵּא אֶגְדַּל מִמֶּךָּ *tantum* quod *solium* attinet *maior ero te* i. e. tantum regiam dignitatem mihi servo. Ps. XLV, 7: כִּסְאֲךָ אֱלֹהִים עוֹלָם וָעֶד *solium tuum* est *solium Dei in aeternum*, imperium tuum a Deo fundatum est et stabit in aeternum (p. 98). Inde *firmare solium* i. e. imperium Jes. XVI, 5. De solio Dei Ps. IX, 5. XLVII, 9. Jes. VI, 1. Iob. XXVI, 9. Dicitur etiam 2) de *cathedra* summi pontificis 1 Sam. I, 9. IV, 13; de *tribunali* iudicum Ps. CXXII, 5 (cf. Dan. VII, 9). XCIV, 20: כִּסֵּא הַוּוֹת tribunal scelestum, inde de imperio s. iurisdictione Neh. III, 7: כִּסֵּא פַּחַת עֵבֶר הַנָּהָר *tribunal* (iurisdictio) *praefecti transeuphratensis*; de solio castrensi Jer. I, 15, de *quavis sella* 2 Reg. IV, 10. Prov. IX, 14, sed maxime de *sede honorifica*. כִּסֵּא כָבוֹד 1 Sam. II, 8, inde metaph. Jes. XXII, 23: וְהָיָה לְכִסֵּא כָבוֹד לְבֵית אָבִיו *eritque* (Eljakimus) *sedes gloriae familiae eius* i. e. ab eo redundabunt honores in omnes gentiles eius.

כֵּס ἅπ. λεγόμ. Exod. XVII, 16, quod plerique veteres interpretes acceperunt pro כִּסֵּא, quod ipsum Cod. Sam. in textum recepit. Sed flagitante contextu reponendum est נֵס *vexillum.* En verba Comm. 15: *et exstruxit Moses altare, et appellavit nomen eius: Jova vexillum meum* (יְהוָה נִסִּי). 16 *et dixit*: כִּי יָד עַל כֵּס יָהּ, lege: עַל נֵס יָהּ. Vide Comment. nostr. de Pent. Sam. p. 34.

כַּסְדִּי chald. *Chaldaeus*, alibi כַּשְׂדִּי Esr. V, 12.

כָּסָה *texit, operuit* (vic. כָּסָא et כָּשָׂה). Syr. ܟܣܐ id. et induit, ܬܟܣܝܬܐ vestimentum, ࠊࠎࠉ texit, operuit, ࠊࠎࠅࠉ tegumentum, vestis, chald. כְּסָה operuit, abscondit. Arab. كسا induit. In Kal nihil exstat nisi part. act. כֹּסֶה Prov. XII, 16. 23 et pass. כְּסוּי Ps. XXXII, 1. Longe usitatius est

Pi. כִּסָּה 1) *texit.* Coniungitur a) sq. acc. rei Ex. X, 5: וְכִסָּה אֶת־עֵין הָאָרֶץ *et* (cicadarum examen) *operiet faciem terrae.* Num. IX, 15. XXII, 5. Iob. XXXVI, 30 (metaph. Ez. VII, 18. Ps. LV, 6). b) sq. עַל rei, ut alia verba tegendi, v. c. סָכַךְ, כִּפֵּר, q. d. tegumentum fecit *super* aliquam rem. Num. XVI, 33: וַתְּכַס עֲלֵיהֶם הָאָרֶץ *et terra operuit eos.* Lev. IV, 8: הַחֵלֶב הַמְכַסֶּה עַל הַקֶּרֶב *adeps ilia tegens.* Iob. XXI, 26: רִמָּה תְּכַסֶּה עֲלֵיהֶם *vermes tegunt eos.* Ps. CVI, 17. 2 Par. V, 8. Hab. II, 14. Sed in loco simili c) sequitur לְ Jes. XI, 9. — *Texit aliquem* (aliquid) *aliqua re* ponitur aa) sq. acc. pers. et בְּ tegumenti. Lev. XVII, 13: וְכִסָּהוּ בֶּעָפָר. Iob. XV, 27: כִּסָּה פָנָיו בְּחֶלְבּוֹ *operit faciem suam adipe suo*, de homine, qui ventri deditus est. Num. IV, 5. 8. 11. Jes. LI, 16 al. bb) sq. dupl. acc. Ez. XVI, 10: וָאֲכַסֵּךְ מֶשִׁי *et texi te serico.* XVIII, 7. 16: וְעֵרֹם כִּסָּה בָגֶד *et nudum tegit veste.* Ps. CIV, 6. cc) sq. עַל pers. et בְּ tegumenti. Ps. XLIV, 20: וַתְּכַס עָלֵינוּ בְצַלְמָוֶת *tegebas nos caligine.* dd) c. acc. tegumenti et עַל rei tegendae (etwas decken über etwas) Ez. XXIV, 7: לְכַסּוֹת עָלָיו עָפָר *ad operiendum eum* (sanguinem) *pulvere.* Iob. XXXVI, 32: עַל כַּפַּיִם כִּסָּה אוֹר *luce tegit manus suas.* Denique intrans. ponitur pro: *operuit, texit se*, sq. בְּ Gen. XXXVIII, 14: וַתְּכַס בַּצָּעִיף *et operuit se velamine.* Deut. XXII, 12, sq. acc. Jon. III, 6: וַיְכַס שַׂק *et operuit se sacco.* — Ceterum nota has locutiones: *tegit aliquem* pudor Mich. VII, 10, ignominia Ps. XLIV, 16. Jer. LI, 51, terror Ez. VII, 8. Ps. LV, 6; *operit Deus faciem iudicum* i. e. occaecat eos ut se iniquos praebeant Iob. IX, 24; *operit iniuria aliquem* (uxorem) i. e. iniuriis cumulat, obruit Mal. II, 16. Translate

2) *occultavit, celavit* (cf. chald.), c. acc. rei Prov. X, 18: מְכַסֶּה שִׂנְאָה *occultat odium.* XXVIII, 13: מְכַסֶּה פְשָׁעָיו *qui occultat peccata sua.* XII, 16. 23. XVII, 9.

Iob. XXXI, 33. Ps. XXXII, 5. XL, 11, sq. עַל pers. Deut. XIII, 9: לֹא תְכַסֶּה עָלָיו *non occultabis eum* i. e. in tutelam tuam recipies. Sq. acc. rei et מִן pers. Gen. XVIII, 17: הַמְכַסֶּה אֲנִי מֵאַבְרָהָם אֲשֶׁר אֲנִי עֹשֶׂה. — *Occultare alicui* calamitatem, malum est i. q. eum reddere immunem a calamitate. Iob. XXIII, 17: וּמִפָּנַי כִּסָּה אֹפֶל *et* (quia non) *occultavit a facie mea tenebras*, eas a me non propulsavit, arcuit. XXXIII, 17.

3) *operuit* peccatum i. e. *condonavit;* sq. acc. Ps. LXXXV, 3, sq. עַל Prov. X, 12. Neh. III, 37 (IV, 5): אַל־תְּכַס עַל עֲוֹנָם *ne condones peccatum eorum.* Ps. XXXII, 1: כְּסוּי חֲטָאָה *cuius peccatum opertum* i. e. remissum *est.* Cf. כִּפֶּר.

4) sq. אֶל pers. praegn. *clam credidit* alicui aliquid. Ps. CXLIII, 9: אֵלֶיךָ כִסִּתִי.

Pu. כֻּסָּה (unde bis כֻּסּוּ Ps. LXXX, 11. Prov. XXIV, 31) et כֻּסָּה, unde fut. et part. יְכֻסֶּה, מְכֻסֶּה pass. Pi. *tectus, opertus est* Gen. VII, 19. 20, sq. בְּ tegumenti 1 Par. XXI, 16: הַזְּקֵנִים מְכֻסִּים בַּשַּׂקִּים. Eccl. VI, 4, sq. acc. Ps. LXXX, 11: כָּסּוּ הָרִים צִלָּהּ *obtecti erant montes umbra eius.* Prov. XXIV, 31.

Niph. i. q. Pu. Ez. XXIV, 8, sq. בְּ rei Jer. LI, 42.

Hithpa. operuit, velavit se, sq. בְּ rei 1 Reg. XI, 29. 2 Reg. XIX, 2. Jes. LIX, 6, sq. acc. Jon. III, 8: וַיִּתְכַּסּוּ שַׂקִּים.

כֶּסֶה i. q. כִּסֵּא solium, q. v.

כְּסוּי, nonnisi constr. כְּסוּי עוֹר tegumentum e pellibus factum. Num. IV, 6. 14.

כְּסוּת f. 1) *tegumentum, operimentum.* Ex. XXI, 10. XXII, 26. Iob. XXIV, 7. XXVI, 6. XXXI, 19. Metaph. כְּסוּת עֵינַיִם *operimentum oculorum* est i. q. munus piaculare alicui datum, ut in aliqua re (reprehensione digna) *oculos claudat* i. e. conniveat (das Auge zudrücken), s. *munus veniae impetrandae caussa datum, placamentum, mulcta.* Sic enim expediendus est locus ab interpretibus parum feliciter tractatus Gen. XX, 16: הִנֵּה הוּא לָךְ כְּסוּת עֵינַיִם לְכֹל אֲשֶׁר אִתָּךְ וְאֵת כֹּל *en hoc* (mille siclorum donum) *sit tibi mulcta pro omnibus, quae tecum* facta sunt, *et coram omnibus.* Cf. XXXII, 21: אֲכַפְּרָה פָנָיו בַּמִּנְחָה *obtegam faciem eius* i. e. placabo eum *munere.* Verum iam viderat Alexandr., ab interpretibus vel neglectus vel non intellectus, reddens: *ταῦτα ἔσται σοι εἰς τιμὴν τοῦ προσώπου σου*, nam *τιμὴ* est mulcta, pretium (Il. 1, 159) i. q. alibi *τίμημα.* *Donum* intelligit etiam Targ. Hierosol. *ecce hoc argentum tibi datum* sit *donum pro eo quod occultata fueris a marito tuo nocte una*, similia habet Pseudojon., quanquam hic pro *dono* (מַתְּנָא) habet *velamen oculorum.* En verba: *et hi* (sicli) *tibi sunt velamen oculorum* (תַּחְמִירָא דְעֵינִין) *pro eo quod occultata es a marito tuo nocte una et viderim te.* — Plerique interpretes *tegumentum oculorum* volebant *velum, velamen* esse, integrumque locum sic vertebant satis arbitrarie: *ecce hoc tibi sit velamen oculorum* i. e. his mille siclis (haud parvo scilicet pretio!) eme tibi velamen, *omnibus qui tecum* sunt *et* omnino *omnibus* i. e. ut his omnibus pateat, te esse marito nuptam. Addunt solas mulieres nuptas vela gestasse, virgines iis abstinuisse: quod moribus Orientis plane contrarium est et probari nequit.

2) *vestis.* Deut. XXII, 12.

סוּת f. i. q. כְּסוּת abiecto כ vocali carente. Gen. XLIX, 11: *lavabit in vino vestem suam* (לְבֻשׁוֹ) *et in sanguine uvarum* סוּתֹה *vestimentum suum.* Aben Esra: סותה כמו כותו וחסר כף, et recte quidem, quanquam enim aphaeresis Caph litterae in Hebraismo sine exemplo est, eadem tamen in mediis vocibus sequenti litterae assimilatur (v. מֶס, מִסָּה ex מֶכֶס, מִכְסָה), et *ks* (x) ab initio vocum etiam in aliis linguis emolliri solet in *s*, ut *ξύν, σύν; ξίμβη* aeol. pro *σίμβη:* vet. pers. *kschesch*, شش, *Kschwersche*, شیرشاه (v. אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ). Ita etiam Saad. et Arabs Erp. كسوته, Syr. ܟܣܘܬܗ. LXX. *περιβολή* (cf. *περιβόλαιον* pro כְּסוּת Exod. XXII, 26. Deut. XXII, 12. Iob. XXVI, 6. Jes. L, 3). Vulg. pallium, et eandem interpretationem secutus est diasceuasta Samaritanus, qui כסותו more suo in textum recepit (v. Comment. de Pent. Sam. p. 33). Ceterum nemo peius de h. l. disseruit quam J. D. Michaëlis (p. 1733), qui pro interpretatione illa antiquitus recepta, quam „turpem errorem" appellare non veretur, novam substituit omni probabilitate carentem a وَشَى coloravit, وَشْى vestes acupictae, ita ut סוּת sit pro סֵוֶת, יְסֵוֶת a יָסָה وشى, cuius radicis nullum aliud apud Hebraeos vestigium exstat.

כֶּסֶת pl. f. כְּסָתוֹת *pulvini* Ez. XIII, 18. 20. LXX. *προσκεφάλαια.* Symm. *ὑπαγκώνια.* Vulg. *pulvilli*, et ita Syr. et Chald. Singularis כסת saepius reperitur in Talmude, ut Taanith 11, 1, ubi copulatur cum כַּר, quod in Aruch explicatur de pulvillo maiore, super quo cubatur, כסת de cervicali, sed contra ab Elia in Tisbi; Celim 28, ubi est כסת הסבלים pulvillus baiulorum, quem oneri supponunt, Mikv. 10. — Ceterum ת in כֶּסֶת, licet non radicale et nota fem. gen. sit, in plurali servatum est, ut in דֶּלֶת, דְּלָתוֹת; קֶשֶׁת, קְשָׁתוֹת aliisque eius generis vocibus (Lgb. 474); etiam Arabes a כָּסָה كسا habent كساء culcitra.

מִכְסֶה cstr. מִכְסֵה m. *tegumentum*, tentorii Exod. XXVI, 14. XXXV, 11. XXXVI, 19. XXXIX, 34. XL, 19. Num. III, 25. IV, 10. 12. 25 al., arcae Noachicae Gen. VIII, 13.

מְכַסֶּה pr. Pi. tegens, inde 1) *tegumentum* Jes. XIV, 11, de operimento navis, quod tentorio simile est, Ezech. XXVII, 7 (Kimchi: מכסה אהל הספינה לכסות על פני הספינה מזרם וממטר ומחורב, cf. Gen. VIII, 13); inde *vestimentum* Jes. XXIII, 18. — 2) *omentum* intestina tegens Lev. IX, 19, plene הַחֵלֶב הַמְכַסֶּה אֶת־הַקֶּרֶב Exod. XXIX, 13. 22.

כסח *amputavit* vic. radd. קצח, קָצָה, קָצַע, קָצַץ, it. גָּזַע, גָּזָה, גָּזַז. Jes. XXXIII, 12: קוֹצִים כְּסוּחִים. (Kimchi: כרותים. Jarchi: קצוצים). Ps. LXXX, 16 de vite: שְׂרֻפָה בָאֵשׁ כְּסוּחָה. Syr. et chald. כְּסַח, ܟܣܚ putavit, amputavit, ut vitem. Arabico كسح a Castello inter alia etiam tribuitur *amputandi* significatus, sed sine auctoritate. Vulgo est: verrit, everrit, unde

כְּסוּחָה Jes. V, 25 nonnulli interpretantur: purgamentum i. q. كُساحة. Sed non dubitandum, quin כְּ ibi sit servile, v. סוּחָה.

כסל rad. in verbo minus usitata, quam in nomm. derivatis diversae significationis. Primaria potestas videtur 1) *carnosus, pinguis fuit*, unde כֶּסֶל *lumbus*. Ab hoc nomine est 2) verbum denom. duplici significatu a) *fortis, firmus fuit* (quoniam roboris sedes in lumbis est), *fiducia plenus fuit* (unde כֶּסֶל, כִּסְלָה fiducia), et b) *elumbis, debilis, languidus fuit* (arab. كَسِلَ, v. ad rad. כָּשַׁל); it. quod inde prope abest, *stultus fuit* (cf. נָבֵל, נָבָל, נְבָלָה, et vicissim vcc. fortitudinem significantia ad *virtutem* relata, ut חַיִל), nisi statuere mavis, *stultitiae* potestatem transpositis litteris petitam esse a סָכַל stultus fuit. Ita semel in verbo fut. A. Jer. X, 8: יִבְעֲרוּ וְיִכְסָלוּ, praeterea in derivv. כְּסִיל, כְּסִילוּת, כֶּסֶל no. 3, כִּסְלָה no. 2.

כֶּסֶל m. 1) *lumbus* (Iob. XV, 27). Pl. כְּסָלִים lumborum musculi interni prope renes, quibus adeps adhaeret, ψόαι, ψοῖαι, ut recte Symmachus. Lev. III, 4. 10. 15. IV, 9. VII, 4. Iob. XV, 27: וַיַּעַשׂ פִּימָה עֲלֵי כָסֶל *et (quia) fecit* i. e. produxit *adipem super lumbis suis*, saginabat sese γαστρίδουλος. Dein *viscera, ilia* Ps. XXXVIII, 8. Cf. Bocharti Hieroz. T. I, p. 506 sq.

2) *fiducia, spes*. Ps. LXXVIII, 7. Iob. VIII, 14. XXXI, 24. Prov. III, 26: כִּי יְהוָה יִהְיֶה בְכִסְלֶךָ *nam Jova erit tanquam spes tua* (בְּ est pleon. s. essentiae p. 174). Chald. בְּסִבְרָךְ. Sed Vulg. in latere tuo, fortasse a signif. no. 1.

3) *stultitia*. Eccl. VII, 25.

כִּסְלָה f. 1) *fiducia, spes*. Iob. IV, 6. — 2) *stultitia*. Ps. LXXXV, 9.

כְּסִיל m. pl. כְּסִילִים 1) *stultus* (LXX plus quam quinquagies ἄφρων), persaepe in Proverbiis (I, 22. 32. III, 35. VIII, 5. X, 1. 18. 23. XIII, 19. 20. XIV, 7. 8. 24. 33. XV, 2. 7. 14. XVII, 10. 12. 16. 21. 24. 25. XVIII, 2. 6. 7. XIX, 1. 10. 13. 29. XXIII, 9. XXVI, 1. 4. 5. 6. 8. 11 al.) et in Ecclesiaste (II, 14. 15. IV, 5. 13. 17. V, 2. VII, 4. 5. 6. 9. X, 2. 12), alibi raro (Ps. XCII, 7. XCIV, 8). Passim adiuncta est impietatis notio Prov. XV, 20. XIX, 1. Opp. חָכָם Eccl. II, 16. VI, 8. — Prov. XIX, 1 sunt, qui כְּסִיל coll. XXVIII, 6 *divitem* interpretentur, quod vix licebit, neque opus est. Sententia XIX, 1 est: טוֹב רָשׁ הוֹלֵךְ בְּתֻמּוֹ מֵעִקֵּשׁ שְׂפָתָיו וְהוּא כְסִיל *praestat* (i. e. felicior est) *pauper ambulans in integritate sua, quam perversus labiis* (fallax, fraudulentus) *isque stultus* (impius), sed XXVIII, 6: טוֹב רָשׁ הוֹלֵךְ בְּתֻמּוֹ מֵעִקֵּשׁ דְּרָכַיִם וְהוּא עָשִׁיר *praestat pauper ambulans in integritate sua, quam perversus, etsi dives*. Syr. quidem כסיל reddit *dives* ex loco parallelo, et Vulg. inseruit: *dives*, sed aegre tibi persuadeas, tantae frequentiae vc. semel alia significatione acceptum esse, etsi concedam, a *pinguedinis* notione (v. rad. et כֶּסֶל) *divitias* derivari potuisse.

2) *sidus coeleste* Am. V, 8. Iob. IX, 9, de quo Iob. XXXVIII, 31: אוֹ מֹשְׁכוֹת כְּסִיל תְּפַתֵּחַ *an vincula Chesili solvere potes?* Plerique vett. interpretes *Orionis* sidus intelligunt, quod Orientales جبّار, الجبّار, נִפְלָא i. e. *gigantem* appellant (v. Michaëlis suppl. p. 1319 sqq.), videnturque Orientales sidus illud sub figura gigantis *impii* (כְּסִיל stultus, impius) coelo alligati sibi informasse. Quum in Chronico Paschali (p. 36) et apud Cedrenum (p. 14) narretur, Nimrodum gigantem, Babyloniae conditorem, a Persis in coelum relatum esse, sidusque a Graecis Orion dictum apud eos Nimrodi nomen gerere, Michaëlis l. c., quem sequitur Hitzig ad Jes. XIII, 10, hunc mythum astrologicum iam in V. T. locis respici suspicatur, ita ut כְּסִיל non alius sit quam Nimrodes propter *impietatem* in coelum translatus: cui quidem coniecturae hoc maxime obstat, quod de Nimrodis impietate et perduellione fabulae recentioris originis sunt et ultra Flavii Josephi aetatem ascendere non videntur, quum in ipso V. T. contra eximia eius in venando virtus laudetur (Gen. X, 9).

Plur. כְּסִילִים Jes. XIII, 10 q. d. *Oriones* s. *gigantes* coeli, i. e. maiora coeli sidera, Orioni similia, ut lat. *Cicerones*, *Scipiones* appellantur viri Ciceroni, Scipioni similes. — Abulwalides ap. Kimchium *Sirium* s. *Canopum* intelligit: כתב רבי יונה כי הוא כוכב גדול נקרא בערבי סהיל והכוכבים המתחברים אליו נקראים על שמו כְּסִילִים, سهيل enim est *canopus*, stella lucida in australi navis gubernaculo, quanquam etiam latius patet et ad omnes stellas maiores in australi coeli parte refertur (v. Freytag. l. c. Niebuhr. descr. Arabiae p. 112). Plura v. apud Hydium, ad Ulughbeighi tabb. stell. p. 74. Michaëlem in suppl. l. c. Idelerum, über Ursprung und Bedeutung der Sternnamen p. 240. 263 et in Comment. nostro ad Jes. XIII, 10.

כְּסִילוּת f. *stultitia* Prov. IX, 13.

כִּסְלוֹן (fiducia, spes) n. pr. oppidi in finibus tribus Judae, alibi הַר־יְעָרִים Jos. XV, 10. Teste Hieronymo erat vicus praegrandis in finibus Aeliae.

כִּסְלוֹן (id.) n. pr. viri. Num. XXXIV, 21.

כְּסֻלּוֹת (fiduciae) c. art. הַכְּסֻלּוֹת n. pr. oppidi in tribu Issachar Jos. XIX, 18.

כִּסְלוֹת־תָּבוֹר (lumbi Taboris, vel fiducia Taboris, de urbe munita) n. pr. oppidi in radicibus montis Tabor, ad orientales terminos Sebulonitarum Jos. XIX, 12, alibi brevius תָּבוֹר dicti Vers. 22. 1 Par. VI, 62.

* * *

כִּסְלֵו Zach. VII, 1. Neh. I, 1 (כִּסְלֵיו Eccl. XI, 2 Targ.), Χασελεῦ 1 Macc. I, 54, Χασλεῦ al. Χασλέβ Jos. Antiqq. 12, 5 §. 4. 7 §. 6 mensis nonus Hebraeorum, a novilunio Decembris incipiens, qui apud Josephum Ἀπελλαίῳ Macedonum respondet (v. Spanhem. ap. Havercamp. T. II p. 407). De etymo e linguis Semiticis repetendo (fuerunt enim, qui ducerent a كَسِلَ ignavus fuit, q. d. mensis ignavus) iam diu est quod desperarunt Philologi; verum tum aliorum vocabulorum menses Hebraeos designantium tum huius nostri originem e lingua Persica repetendam esse, nuper demum ostendit Th. Benfey, die Monatsnamen einiger alten Völker, Berlin 1836. Ac primum quidem vir doctus observat, in inscr. Palmyrena a Swintone edita (Philos. Transactions Vol. 48 tab. 25, no. X coll. graeca no. 19) eum mensem, qui Graece Ἀπελλαῖος appellatur (i. e. כִּסְלֵו), scribi כסלול, non פללול, ut legerat Swinton (et post eum Eichhornius, Koppius) nomen Palmyrenum Graeco nomini simile fuisse ratus: quam eius lectionem non possumus non per omnia probare *). Plenior igitur forma vocis כסלו erat כסלול. Dein, postquam nomina illa Persicae originis esse et maximam partem geniorum coelestium nomina fuisse effecit, huius mensis, qui apud Persas sextus est, nomen شهريبر, شهريور pazend. *sahrèvar*, zend. *khsatravairja* (i. e. rex ad quem se convertere debent petentes, nomen Amschaspandi tertii, Burnouf Commentaire sur lé Yasna p. 146. 151. 174) idem esse observat, quod כסלול et כסלו, ita quidem ut vox zendica, quae apud Persas recentiores contracta et emollita est in شهريور, *ja* syllaba abiecta apud Semitas (r pro more in l mutato) transiret in כסתלול, et eiecto t (ut apud Persas) in כסלול: quae quidem coniectura audacula videri possit, ab auctore tamen argumentis non contemnendis commendata est (v. pag. 17 sqq. 52 sqq. 124—126).

כַּסְלֻחִים Gen. X, 14. 1 Par. I, 12 n. pr. populi ab Aegyptiis originem ducentis, ex probabili sententia Bocharti (Phaleg. IV, 31), *Colchii*, quos Aegyptiorum colonos esse veteres scriptores memoriae prodiderunt (Herod. 2, 104. Diod. 1, 28. 55. Strabo I, 3 extr. Dionys. Perieget. 689. Schol. ad Apoll. Rhod. 4, 277. Ammian. 22, 8. Val. Flacc. Argon. 5, 421); certe aliae coniecturae vix memoratu dignae sunt, ut Forsteri (Ep. ad Michaël. p. 16 sqq.), qui Casiotin provinciam inter Gazam et Pelusium intelligit, a monte Casio dictam. LXX cod. Vatic. Χασμωνιείμ, al. Χασλωνιείμ, Χασδοδιείμ, ex quibus omnibus, quippe plus minusve corruptis, nihil proficitur. Colchiorum autem nomen ex pleniore forma כסלח, emisso s, ortum esse, non incredibile videtur.

כָּסַם *totondit, detondit* (caput), semel legitur Ez. XLIV, 20. Vicina sunt קָצַף, גָּזַם aliaque a קץ et גז ordientia. Inde

כֻּסֶּמֶת f. Ex. IX, 32. Jes. XXVIII, 25 pl. כֻּסְּמִים Ez. IV, 9 frumenti species aristam tritici instar *detonsam* habens, *far*, *adoreum* (triticum spelta Linn.) gr. ζέα, ὀλυρά, nostr. *Spelt*, *Dinkel*, arab. كِرْسِنَّة, quod idem vc. est atque hebr. (m et n permutatis et r inserto), Saad. apud Jes. l. c. Ad ea, quae de hoc frumento disputarunt Celsius (Hierob. II, p. 98) et J. E. Faber (Analekten herausgegeben von Keil und Tzschirner I, 1 p. 14 sqq.), addere placet verba Abulwalidis, quibus plura dubia ab illis auctoribus relicta solvuntur: ق الكرسنة ويسميه اهل الشام الكنيت واهل العراق يسمونها الجلبان وانما عرفتك باختلاف التسمية لكي ما ان رايت غيري قد سماها بغير سميتها انا به لئلا تستوحش وترتاب *haec spelta est, quam Syri quidem appellant* كنيت (syr. ܟܘܢܬܐ, כּוּנְתָא), *Iracenses* جلبان: *ego autem te certiorem facio de nominum varietate, ne in dubitationes et errores incurras, si forte hoc frumentum ab aliis aliter, atque a me, appellari audiveris.* جلبان (quod male *pisa* reddunt) Saadias Exod. l. c. posuit pro כֻּסֶּמֶת, idemque memorant Talmudis interpretes. Nam כוסמין Mischna Cilaim 1, 1 in Talmude Babylonico exponitur גּוּלְבָא, quod idem est et Cohen de Lara arabice גולב appellari asserit. R. Tanchum ibi כוסמין explicat علس, quo vocabulo Ibn Beithar reddit ζέαν Dioscoridis et Galeni. Cf. de ζέα Salmas. homonym. hyles iatricae c. 68.

כָּסַס 1) pr. *partitus est, dividit, distribuit* (vic. verbo קָצַץ, aliisque a קץ, כס et גז ordientibus), unde מֶכֶס. — 2) *numeravit, supputavit* (cf. מָנָה). Semel legitur Exod. XII, 4: אִישׁ לְפִי אָכְלוֹ תָּכֹסּוּ עַל הַשֶּׂה *quemque secundum comestionem suam numerabitis ad agnum* i. e. vel plures vel pauciores ad agnum comedendum admittatis, prout hi vel multum vel parum comedunt, ut infantes, senes, aegroti. LXX. συναριθμηθήσεται. Onk. תִּתְמְנוּן. Syr. ܬܬܡܢܘܢ.

מֶכֶס m. (ut נִיר a נִירָר, מֶסֶס a חֶמֶס, חֵבֶל a בָּלַל) *portio*, *tributum*, quod Jovae datur Num. XXXI, 28. 37—41. LXX. τέλος. Vulg. pars. Onk. נְסִיבָא. Syrus

---

*) En ipsas litteras: [Palmyrene letters], de quibus observandum est, primam necessario esse כ, non פ; alteram Samech litterae multo similiorem, quam Lamed, duoque Lamed se excipientia etiam in voce Ἀπελλαῖος ferri non potuisse.

et Saad. retinent ܡܟܣܐ, مكس, quod est: census, vectigal, unde novum verbum مكس tributum collegit, it. nomen denom. rabbin. מוֹכֵס, syr. et arab. ܡܟܣܐ, ماكس, مكّاس publicanus. Adoptarunt hoc nomen adeo Armeni, qui scribunt մաքս. Vide contr. מַס.

מִכְסָה f. praecedentis. 1) *numerus*. Exod. XII, 4. LXX. ἀριθμός. Vulg. numerus. — 2) *pretium* emtionis. Levit. XXVII, 23.

מַס m. *tributum*. (Vulgo male ducunt a מָסַס, quia tributum sit „virium dissolutio et confectio", vel auctore Michaële, a مشّ mulsit, cepit opes paullatim, partem post partem. Mihi persuasum est, מַס contractum esse ex מֶכֶס, ut fem. מִסָּה mensura, numerus, ex מִכְסָה. Litterarum *ks* s. ξ in extremis vocibus abiecto *k* emollitarum exempla multa offert Graecia et Latium, ut *Aiax*, *Αἴας*; *pistrix*, *pistris πίστρις*; ὄρνις dor. ὄρνιξ; mixtus, mistus; sestertius pro sextertius; it. *x* et *ss* inter duas vocales instar hebr. *micsa*, *missa*: Ulixes, Ulysses; μαλάσσω, malaxo, adde *maximus* et ital. *massimo*; *Alexander* et *Alessandro*). Paene ubique de *tributo manibus praestando s. operâ servâ, angariâ* (plene מַס עֹבֵד tributum serviens 1 Reg. IX, 21, et concr. de *ipsis operariis*. 1 Reg. V, 27: וַיַּעַל הַמֶּלֶךְ שְׁלֹמֹה מַס מִכָּל־יִשְׂרָאֵל *et ascendere fecit rex Salomo operarios* (Fröhner) *ex omni Israël* וַיְהִי הַמַּס שְׁלֹשִׁים אֶלֶף אִישׁ *eratque numerus operarum triginta millia*, cf. IX, 15. 2 Par. VIII, 8. Crebrae sunt formulae: הָיָה לָמַס Deut. XX, 11. Iud. I, 30. 33. 35. Jes. XXXI, 8. Thren. I, 1. Prov. XII, 24 et הָיָה לְמַס עֹבֵד Gen. XLIX, 15. Jos. XVI, 10 operae servae praestandae obnoxius fuit. נָתַן לָמַס Jos. XVII, 13, שׂוּם לָמַס Iud. I, 28 et שׂוּם מַס עַל Esth. X, 1 servam operam imposuit alicui. אֲשֶׁר עַל הַמַּס praefectus operarum s. angariae 2 Sam. XX, 24. 1 Reg. IV, 6. V, 14. XII, 18. 2 Par. X, 18. Plur. מִסִּים, unde שָׂרֵי מִסִּים praefecti operarum Ex. I, 11.

מִסָּה fem. praecedentis i. q. מִכְסָה no. 1. *numerus* (v. ad praecedens מַס). Inde cstr. מִסַּת secundum numerum, *pro numero*, *pro ratione*, *prout*. Semel legitur Deut. XVI, 10: *et celebrabis festum hebdomadum Jovae* מִסַּת נִדְבַת יָדְךָ אֲשֶׁר תִּתֵּן *pro ratione doni spontanei*, *quod manus tua offeret*. LXX. καθὼς ἡ χείρ σου ἰσχύει. Saad. عَلَى مقْدَارِ نَيْلِ يَدِكَ. Multo frequentior est haec locutio apud Aramaeos. In Targg. כְּמִסַּת saepe est pro hebr. דַּי, כְּמִסַּת, דֵּי שֶׂה v. c. כְּמִסַּת אִמְּרָא Lev. V, 7 pro כְּדֵי, כְּמִסַּת יְדָא דְמַלְכָּא, דֵּי מַחְסֹרוֹ Deut. XV, 8 pro חֶסְרוֹנֵיהּ Esth. I, 7 pro כְּיַד הַמֶּלֶךְ, et apud Syros ܡܟܣܬܐ, cstr. ܡܟܣܬ, ܡܟܣܬ pr. *numerum* significat, et ponitur pro hebr. מִכְסַת, ex quo ipso contractum est Exod. XII, 4, dein pro לְפִי, כְּפִי, כְּדֵי Exod. XVI, 16. Lev. XXV, 26. Prov. XXV, 16. Num. VI, 21. Thom. de Novaria explicat: مقدار, ut supra Saadias interpretatus est hebr. מִסַּת. Apud Ephraem. Opp. II, 507 est: ܡܟܣܬ ܥܝܢܝܢ (lege ܡܟܣܬ) pro ratione oculorum nostrorum, cf. III, 172.

כָּסַף 1) *palluit*. (Chald. palluit, ob pudorem, ignominiam, horrorem, v. Buxtorf. p. 1066. Eiusdem originis est arab. كسف et خسف defecit sol, luna, caligavit oculus). Vide Niph. no. 1 et כֶּסֶף. Inde 2) *desideravit*, sq. לְ pers. Iob. XIV, 15: לְמַעֲשֵׂה יָדֶיךָ תִכְסֹף *opus manuum tuarum desideras*, sq. gerundio Ps. VII, 20: כְּאַרְיֵה יִכְסוֹף לִטְרֹף.

Niph. 1) *palluit* prae pudore (nam non *rubore* tantum, sed etiam *pallore* pudor indicatur, v. חָוַר et talmud. הלבין pudore affecit, cf. comment. ad Jes. XXIX, 22), *pudore affectus est*. Zeph. II, 1: הַגּוֹי לֹא נִכְסָף *gens sine pudore*, impudens, inverecundus.

2) i. q. Kal no. 2. Gen. XXXI, 30. Ps. LXXXIV, 3: נִכְסְפָה וְגַם כָּלְתָה נַפְשִׁי לְחַצְרוֹת יְהוָה.

כֶּסֶף c. suff. כַּסְפִּי m. 1) *argentum*, a pallore dictum, ut gr. ἄργυρος ab ἀργός albus, et contra זָהָב aurum a colore flavo, cf. צָהֹב. (Syr. ܟܣܦܐ, sam. ࠊࠎࠐ id.). Gen. XXIII, 15: אַרְבַּע מֵאֹת שֶׁקֶל־כֶּסֶף *quadringenti sicli argenti* Comm. 16. Lev. XXVII, 3. 6. Jos. VII, 22, saepius tamen omisso vc. שֶׁקֶל v. c. אֶלֶף כֶּסֶף mille (sicli) argenti. Gen. XX, 16. עֶשְׂרִים כֶּסֶף viginti sicli argenti. XXXVII, 28. XLV, 22. Deut. XXII, 19. 1 Reg. X, 29. Jes. VII, 23. Hos. III, 2. — *Argentum purgare* et *eliquare* metaph. dr. pro purgare populum a sordibus peccatorum Jes. I, 25. Malach. III, 2. 3.

2) *pecunia*, quia argenti frustis pensis, non signatis, antiquitus pro pecunia utebantur et maxima pecuniae pars argentea erat. (Cf. ἀργύριον, argent). Gen. XXIII, 13. XLIII, 15. 21. XLVII, 15. 16. Exod. XXII, 6. Num. III, 49. 51. Deut. XXIII, 20. Jes. LV, 1 al. מִקְנַת כֶּסֶף quod pecunia emtum est, max. de mancipio emto Gen. XVII, 12. Ex. XII, 44, de quo Ex. XXI, 21: כִּי כַסְפּוֹ הוּא *is enim est pecunia eius*. Plur. *argenti frusta*, *pecuniae* Gen. XLII, 25. 35.

כְּסַף chald. id. *argentum*, st. emphat. כַּסְפָּא Dan. II, 35. V, 2. 4. 23. Esr. V, 14. VI, 5. VII, 17. 18.

כָּסִפְיָא semel legitur Esr. VIII, 17, n. pr. oppidi (מָקוֹם) aliunde ignoti in itinere inter Babylonem et Hierosolyma; nam neque *pylae Caspiae* (Cleric. al.), neque *Kaswîn* urbs (Schirmeri observatt. in lib. Esr. II, 29), quae insuper recentioris originis est, in hoc itinere sitae sunt.

כֶּסֶת pulvinar, v. rad. כָּסָה.

כְּעַן chald. *nunc*, et

כְּעֶנֶת chald. *ita*, v. pag. 652 B.

כָּעַס fut. יִכְעַס 1) *stomachatus est*, *indignatus est*, *aegre tulit*. Eccl. V, 16. VII, 9. Ps. CXII, 10. Neh. III, 33 (IV, 1). — 2) *succensuit*, *iratus est* Ez. XVI, 42, sq. אֶל pers. 2 Par. XVI, 10. (Sam. ... iratus fuit, ... ira. Praeterea in Phoeniciis reperitur כעש moeror inscr. Tugg. lin. 5, monumm. Phoenic. p. 190. Quod Schult. ad Prov. XVII, 25 originem ponit in fronte *corrugato*, mere coniecturale est, nam كعس nihil tale significat. Sed in Arabicis conferri potest قعط iratus fuit).

Pi. כִּעֵס i. q. Hiph. *aegre fecit* alicui (kränken) 1 Sam. I, 6, *irritavit* (Deum) Deut. XXXII, 21.

Hiph. 1) *aegre fecit* alicui, *stomachum s. indignationem movit* alicui (jem. kränken, ärgern). 1 Sam. I, 7: *quoticscunque ascendebat in domum Jovae*, כֵּן תַּכְעִסֶנָּה *aegre fecit ei.* Neh. IV, 5 (III, 37): *moerore affecit* (betrüben) Ez. XXXII, 9: וְהִכְעַסְתִּי לֵב עַמִּים רַבִּים. Deut. XXXII, 21. — 2) *irritavit*, saepe de hominibus, qui peccatis, maxime idolorum cultu, Jovam irritant, sq. בְּ. Deut. XXXI, 29: לְהַכְעִיסוֹ בְּמַעֲשֵׂה יְדֵיכֶם *irritando eum per opus manuum vestrarum* i. e. adorando opus m. v. XXXII, 16: בְּתוֹעֵבֹת יַכְעִיסֻהוּ. 1 Reg. XIV, 9. 15. XVI, 2. 7. 13 sqq. Ps. LXXVIII, 58. Jes. LXV, 3. Jer. VII, 18. VIII, 19. XI, 17. XXV, 7. XXXII, 29. 30. 32. XLIV, 3. 8. Ez. VIII, 17. Passim plenius dicitur: הִכְעִיס כַּעַס, ut 1 Reg. XV, 30: בְּכַעְסוֹ אֲשֶׁר הִכְעִיס אֶת יְהוָה. 2 Reg. XXIII, 26. Nonnunquam accusativus *Jovam* omissus est. 1 Reg. XXI, 22: אֶל הַכַּעַס אֲשֶׁר הִכְעַסְתָּ *propter iram*, ad *quam irritasti* (me). 2 Reg. XXI, 6 (cf. 2 Par. XXXIII, 6, ubi suffixum additur). XXIII, 19. Hos. XII, 15. LXX. παροργίζω, παροξύνω.

כַּעַס m. 1) *aegritudo, moeror* (Kummer, Gram). Eccl. I, 18. II, 23. VII, 3: טוֹב כַּעַס מִשְּׂחֹק *melior est moeror* (tristitia), *quam risus.* XI, 10. Ps. VI, 8: עָשְׁשָׁה מִכַּעַס עֵינִי *marcescit prae moerore oculus* (vel *vultus*) *meus.* X, 14. XXXI, 10. Prov. XVII, 25: כַּעַס לְאָבִיו בֵּן כְּסִיל *moeror patri est filius stultus.* XXI, 19: אֵשֶׁת מִדְוָנִים וָכָעַס *mulier litigiosa et morosa* (grämlich, verdriesslich). — Deut. XXXII, 27: כַּעַס אוֹיֵב *aegritudo*, qua *hostis* me afficiet. — 2) *ira*. Deut. XXXII, 19. 1 Reg. XV, 30. Ez. XX, 28: כַּעַס קָרְבָּנָם *ira sacrificii eorum*, pro, sacrificium eorum iram meam excitaturum. Plur. כְּעָסִים irae 2 Reg. XXIII, 26. LXX plerumque ὀργή, θυμός.

כַּעַשׂ m. i. q. כַּעַס no. 1, in solo Iobi libro V, 2. VI, 2. X, 17. XVII, 7.

כָּפָה *incurvavit*, *inflexit*, *depressit* (vic. כָּפַף), hinc *domuit.* (Chald. et Talmud. כפא depressit, subegit, coëgit, avertit, v. Buxtorf. p. 1070, arab. كفأ avertit, divertit). Prov. XXI, 14: מַתָּן בַּסֵּתֶר יִכְפֶּה אָף *munus clam datum deprimit iram.* LXX. ἀνατρέπει ὀργάς. Syr. ... frangit iram. Contra Chald. מְדַעְכָא רוּגְזָא, Symm. σβέσει ὀργήν, Vulg. *extinguit iras*, coll. כָּבָה extinxit, quod de ira dicitur Jer. VII, 20. Non bene Schultens in Animadverss. philol. ad h. l. *sufficit irae* sc. sedandae, coll. arab. كفى suffecit.

כָּפַל 1) i. q. ... *aequaliter distribuit*, *divisit*, *partitus est*, unde ... pars, portio, arab. كفل i. e. ضعف portio, simile, par, tantundem, et dual. كفلان כִּפְלַיִם duae portiones, duplum Cor. 57, 28. 4, 87. Inde 2) *duplicavit*, *bis complicavit* Exod. XXVI, 9. Part. כָּפוּל duplicatus Exod. XXVIII, 16. XXXIX, 9. (Chald. קְפַל duplicavit, circumvolvit, syr. ... duplicatus, implexus fuit, v. c. de coma. A duplicando praeterea est significatio *usurae* et foeneris in ..., a complicando significatio *claudendi* in ..., it. ..., قفل sera, pessulus, atque res inextricabilis, v. sub כִּפְלַיִם).

Niph. duplicatus s. iteratus *est.* Ez. XXI, 19 (14).

כֶּפֶל *duplicatio.* (Arab. ذو الكفل qui duplum accepit, poët. de Jobo Cor. 21, 85). Iob. XLI, 5: כֶּפֶל רִסְנוֹ *duplicatio rictus eius*, i. e. rictus duplice dentium serie munitus.

Dual. כִּפְלַיִם 1) pr. *duae plicae, complicationes.* Sic in verbis Iob. XI, 6, quae parenthesin efficiunt: כִּי כִפְלַיִם לְתוּשִׁיָּה *nam complicationes* sunt *sapientiae* eius i. e. Dei sapientia est complicata, occlusa, inextricabilis, simulque varia et infinita. Cf. supra *claudendi* significationem in radice, nec non chald. כִּפְלָא locus impeditus, tortuosus pr. complicatus Jes. XL, 4 Targ. Non male Syrus: *propterea quod obices* (...) *sunt sapientiae.* Al. *Etenim duplum sapientiae* sc. לוֹ ei est i. e. abundat sapientia. — 2) *duplum*, arab. كفلان (v. supra) Jes. XL, 2.

מַכְפֵּלָה (portio, pars, sors, ut aethiop. ...) n. pr. regionis in vicinia Hebronis, ubi sepulcrum Sarae erat. Gen. XXIII, 17. 19. XLIX, 30. L, 13. מְעָרַת הַמַּכְפֵּלָה spelunca in Machpela XXIII, 9. XXV, 9. Veteres intpp. reddunt, quasi appellativum sit, LXX τὸ σπήλαιον τὸ διπλοῦν. Vulg. spelunca duplex.

כָּפַן arab. كفن *convolvit* (cf. כָּפַל), *nevit*, unde aram. כְּפַן, ..., ... esurivit, כַּפְנָא, ..., zab.

ܟܦܢܐ fames (a visceribus complicatis et convolutis, cf. ad כָּנָה p. 546). Apud Syros sq. ܠ est etiam: sitivit aliquid, inhiavit rei (nach etwas lechzen), ut ܟܦܢ ܠܕܡܐ sitivit sanguinem Act. Martyr. ed. Assem. I, p. 150, ܐܬܟܦܢ ܠܥܘܬܪܐ inhiavit divitiis, ibid. I, p. 124, ܟܦܝܢܐ ܠܡܫܬܘܬܐ desiderans nuptias Ephraem. Syr. I, pag. 90. Similiter hebr. כָּפַן sq. עַל Ez. XVII, 7 praegn. וְהִנֵּה הַגֶּפֶן הַזֹּאת כָּפְנָה שָׁרָשֶׁיהָ עָלָיו *et ecce vitis ista sitiens extendit radices suas ad illam* (aquilam) וְדָלִיּוֹתָיו שִׁלְחָה־לּוֹ לְהַשְׁקוֹת אוֹתָהּ *et palmites suas extendit ad illam, ut irrigaret eam.* Vulg. mittens radices suas ad eam. Sed LXX *περιπεπλεγμένη*, et ita Syrus, ex usu verbi arabico, ex quo J. D. Michaelis (suppl. p. 1331) integrum locum ita interpretatur: *et ecce vitis ista implicabat radices, folia sua et palmites suos extendebat ad illam*, interpungendo nimirum ante עָלָיו idque ab עָלֶה (folium) derivans. Sed huic obstat 1) parallelismus verborum כָּפְנָה עָלָיו et שִׁלְחָה לוֹ; 2) contextus, qui verbo כָּפְנָה talem vim tribuere iubet, quae congruat cum verbis לְהַשְׁקוֹת אוֹתָהּ; 3) usus nominis כָּפָן, qui *esuriendi*, *sitiendi* significatum etiam in verbo commendat.

כָּפָן m. *fames* Iob. V, 22. XXX, 3.

כָּפַס rad. dubiae potestatis. Syr. ܟܦܣ Castellus interpretatur: connexuit; contraxit, abbreviavit sermonem B. B., certius est: ܟܦܣܐ menstruum mulierum. In Lex. Adleriano verbum explicatur اقترص اجترص, quae neque huius Lexici compilator intellexit neque ego intelligo (an: comprehendit?). Ceterum *contrahendi* (et inde connectendi) significatio probabilitate non caret, quum vicinae sunt radd. קָפַץ, קָפַז, קָמַץ contraxit, compressit, contraxit se ad saliendum, vide etiam כָּפַץ.

כָּפִיס m. prob. *tignum transversum*, *canterius* (Sparren), a connectendo. Semel legitur Hab. II, 11: *lapis e pariete clamat* וְכָפִיס מֵעֵץ יַעֲנֶנָּה. LXX *κάνθαρος*, quod non cum Bocharto (Hieroz. II, 612) scarabaeum explicaverim, sed cum Cyrillo et Theophylacto *ἀναπλοκὴν* vel *σύνδεσμον τῶν ξύλων*, lat. *cantherius*, *canterius*, quomodo appellantur tigna convergentia in culmine concurrentia, quae tectum sustinent (Vitruv. 4, 2). Ita Symm. *σύνδεσμος οἰκοδομῆς ξύλινος*. Theodot. et ed. quinta: *σύνδεσμος ξύλου*. Hieron. in comment. *lignum, quod ad continendos parietes in medio structurae ponitur et vulgo apud Graecos ἱμάντωσις* (cf. Sir. XXII, 17) *appellatur.* Syr. et Arabs *clavum s. paxillum* intelligunt, qui idem a connectendo dictus esse possit, Aben Esra *nodum in ligno.* — Apud Talmudicos כפיס *laterem* significat *sesquipalmo longum*, ut לבינה laterem trium palmorum (Baba Mezia cap. 10 fol. 117 a. Baba Bathra cap. 1 fol. 3, a) quem ipsum Bochartus (l. c. p. 614) h. l. intelligit. „Agitur, inquit, de pariete, in quo lapides et lateres inter ligneas trabes inserti sunt, quales hodie multos videmus. In tali pariete lateres ex ligno respondent, id est, ex medio tabulato, in quo inter trabes sunt dispositi. Nihil opus est divinare, neque novam voci כפיס significationem affingere, cum haec conveniat satis.“ Nihilo secius כפיס ad lignum pertinere videtur, ut lapis ad murum.

כָּפַף *curvavit*, *incurvavit*. Chald. id. Syr. ܟܦ incurvatus est. Ethpa. id., ܟܦܝܦܐ curvus prae senio, gibbosus, ܟܦܦܐ curvatura, ܟܐܦܐ, zab. ܟܐܦܐ fornix. Praeterea late patet haec stirps una cum cognatis tum *curvandi*, tum vicino *cavi* et *concamerati* significatu. Vide radd. כָּפָה; גָּבַב no. 1, כָּוָה no. II, קָבַב, قَبَّ cavavit, concameravit, יָקַב excavavit, נָקַב effodit, cf. in linguis indogermanicis gr. *κάμπω*, *κάμπτω*, *γνάμπτω*, it. *κύπτω*; *κύβη*, *κύμβη*, lacon. *κύββα* cupa; pers. کفیدن inclinare, کو cavum, caverna; lat. *cubo*, *cumbo* it. *cavus*; germ. ant. *Gaff* = כַּף, *kippen*, *umkippen*, sensu plicandi). Jes. LVIII, 5. Intrans. *incurvavit se* Ps. LVII, 7: כָּפַף נַפְשִׁי *incurvavit se anima mea*, i. e. succubuit insidiis et machinationibus inimicorum. Part. כְּפוּפִים incurvati, depressi. Ps. CXLV, 14. CXLVI, 8.

Niph. submisit se alicui. Mich. VI, 6 sq. לְ.

כַּף cum Suff. כַּפִּי pr. *incurvatum*, *cavum*, spec. 1) *vola manus*, *palma*. (Arab. كَفّ, syr. ܟܦܐ). Lev. XIV, 15: וְיָצַק עַל כַּף הַכֹּהֵן הַשְּׂמָאלִית *et fundit* (oleum) *in volam sacerdotis sinistram.* Comm. 18. 26. מְלֹא כַף קֶמַח pugillus farinae 1 Reg. XVII, 12, cf. מְלֹא כַף Lev. IX, 17. Ps. CXXIX, 7. Jes. XXVIII, 4: בְּעוֹדָהּ בְּכַפּוֹ יִבְלָעֶנָּה. 2 Reg. XVIII, 21: וּבָא בְכַפּוֹ וּנְקָבָהּ. Alibi non differt a יָד Deut. XXV, 12: וְקַצֹּתָה אֶת כַּפָּהּ *et abscindes manum eius.* Saepe de manu, qua aliquid prehendunt Ez. XXI, 16. 29. XXIX, 7, qua laborant, unde כַּף רְמִיָּה manus pigra Prov. X, 4. Spec. notandae sunt formulae: a) מִכַּף פ׳ *e manu* alic. i. q. מִיַּד e potestate alic., saepe post verba eripiendi, servandi Iud. VI, 14. 1 Sam. IV, 3. 2 Sam. XIV, 16. XIX, 10. XXII, 1. 2 Reg. XVI, 7. XX, 6. 2 Par. XXX, 6. XXXII, 11. Esr. VIII, 31. Ps. XVIII, 1. Jer. V, 21. Opp. נָתַן בְּכַף dare in manum i. e. potestatem alic. Iud. VI, 13. Jer. XII, 7, בּוֹא בְכַף venire in manum Prov. VI, 3. b) שִׂים כַּף עַל manum admovere alicui i. e. eum adoriri Iob. XL, 32, sed שִׁית כַּף עַל manum imponere alicui, ad eum tuendum Ps. CXXXIX, 5 (cf. Ex. XXXIII, 32), et שִׂים כַּף לְפִיו manum imponere ori, ad illud claudendum Iob. XXIX, 9. c) Iud. XII, 3: וָאָשִׂימָה נַפְשִׁי בְכַפִּי *vitam meam posui in manu mea*, i. e. praesentissimo periculo me exposui; quae enim in manibus gestamus, non satis tuta sunt, facile excidere et elabi possunt, vel in eo sunt, ut abiiciantur. 1 Sam. XIX, 5. XXVIII, 21, cf. Iob. XIII, 14. Ps. CXIX, 109. Eodem proverbio Xenarchus ap. Athenaeum (Deipnosoph. XIII, p. 569 C):

ἐν τῇ χειρὶ τὴν ψυχὴν ἔχων, et Dani de homine in vitae discrimine versante: *at gaae med Livet i Haenderne* i. e. it vitam manibus gestans. — d) מָחָא, תָּקַע כַּף, הִכָּה כַף כַּף manus complodere, v. sub his verbis.

Dual. כַּפַּיִם, c. suff. כַּפַּי, כַּפֶּיךָ *utraque manus* Jes. XXXVI, 32. Jes. XLIX, 16, sed saepissime etiam pro plurali. פֵּרַשׂ כַּפַּיִם expandit manus, sive ad precandum, sive ad distribuendum (v. פָּרַשׂ; נָשָׂא כַפַּיִם sustulit manus Thren. II, 19. Ps. LXIII, 5, נָשָׂא עַל כַּפַּיִם super manibus gestavit aliquem, i. e. blande et amanter egit cum eo, fovit eum Ps. XCI, 12; חָמָס בְּכַפֵּי פ׳ *iniuria est in manibus alic.*, i. e. iniuriae commissae culpam contraxit Iob. XVI, 17. Jes. LIX, 6. Ps. VII, 4. 1 Par. XII, 17. Jon. III, 8, contra נְקִי כַפַּיִם qui puris manibus est i. e. insons Ps. XXIV, 4. יְגִיעַ כַּפַּיִם labor, quaestus manuum Gen. XXXI, 42. Ps. CXXVIII, 2, פֹּעַל כַּפָּיו opus manuum eius Ps. IX, 17.

Plur. כַּפּוֹת hoc proprio significatu rarus est Dan. X, 10, bis legitur כַּפּוֹת יָדַיִם de manibus amputatis et emortuis (v. Lgb. 539. 540) 1 Sam. V, 4. 2 Reg. IX, 35. Sed vide no. 3. 4.

2) *pes* quadrupedis *digitos habens*, ut ursi (arab. كَفّ). Lev. XI, 27: כֹּל־הוֹלֵךְ עַל כַּפָּיו.

3) כַּף רֶגֶל *planta pedis*. Deut. II, 5. XI, 24. מִכַּף רֶגֶל וְעַד רֹאשׁ Jes. I, 6, מִכַּף רַגְלְךָ וְעַד קָדְקֳדֶךָ a planta pedis usque ad caput, usque ad verticem Deut. XXVIII, 35. 2 Sam. XIV, 25. Iob. II, 7 (de integro corpore). — Deut. XXVIII, 65: לֹא יִהְיֶה מָנוֹחַ לְכַף רַגְלֶךָ *non erit quies plantae pedis tui* i. e. non habebis domicilium quietum cf. Gen. VIII, 9. — In plur. semper כַּפּוֹת Jos. III, 13. IV, 18. Jes. LX, 14: הִשְׁתַּחֲווּ עַל כַּפּוֹת רַגְלַיִךְ כָּל־ מְנַאֲצָיִךְ *procumbent ad plantas pedum tuarum quicunque te spreverunt*. Ez. XLIII, 7: מְקוֹם כַּפּוֹת רַגְלַי de arca foederis, cf. הֲדֹם. Addito פְּעָמִים 2 Reg. XIX, 24.

4) *vas concavum*, *acerra*, *phiala*. (Syr. ܟܦܬܐ calix, lanx librae, lanx fundae, arab. كَفَّة id.). Num. VII, 14. 20. 26. 32. 38. 44. 50. 56. 62. 68. 74. 80. Plur. כַּפּוֹת Ex. XXV, 29. Num. VII, 84. 86. כַּף הַקֶּלַע lanx s. patella fundae 1 Sam. XXV, 29. כַּף הַיָּרֵךְ acetabulum femoris Gen. XXXII, 26. 33.

5) Plur. כַּפּוֹת *manubria* pessuli Cant. V, 5. Cf. יָדוֹת.

6) כַּפּוֹת תְּמָרִים Lev. XXIII, 40 *palmae*, a forma curvata dictae (v. כִּפָּה). Arabs Erp. كفاف. Etiam lat. *palma* de manu et de fronde palmae arboris dicitur.

כֵּף m. *rupes*, pr. cava s. camerata, bis in Plur. כֵּפִים Jer. IV, 29. Iob. XXX, 6. Chald. כֵּיפָא rupes, lapis, littus (nasor. ܟܐܦܐ id.), syr. ܟܐܦܐ, ܟܺܐܦܳܐ rupes, lapis cf. in N. T. Κηφᾶς i. q. Πέτρος. Simonis ducit a rad. כִּיף, arab. كاف secuit, amputavit, „sicut gr. ἀπότομος de praecipite dicitur, ἀκρότομος de rupe praerupta, ῥάκτος de praecipitio a ῥάσσω, alias ἀράσσω amputo, abscindo, κοπή locus praeruptus a κόπτω cet.“ Addi poterat *rupes* a rumpendo.

כִּפָּה f. 1) *palma, frons palmae*, v. כַּף no. 6. (Syr. ܟܶܦܬܳܐ id. Chald. כִּיפָא Esth. 1, 5 Targ. sec.). Forma autem feminea de inanimatis frequentatur (gramm. hebr. §. 105, 2). כִּפָּה וְאַגְמוֹן *palma et iuncus* Jes. IX, 13. XIX, 15 proverbio dicitur de magnis et parvis, nobilibus et ignobilibus. LXX c. 9: μέγαν καὶ μικρόν, c. 19: ἀρχὴν καὶ τέλος. — 2) *ramus* quicunque. Iob. XV, 32. LXX. ῥάδαμνος.

כָּפַץ, semel legitur in cod. Hebraeo-Sam. Deut. XV, 7 תכפץ (claudis) pro תִקְפֹּץ.

כָּפַר 1) pr. *texit*, *operuit*, unde כְּפוֹר et כַּפֹּרֶת operculum. (Arab. كَفَرَ fut. I texit, abscondit, unde translate apud Arabes, Syros et Chaldaeos negavit, abnegavit, spec. beneficia divina. Conj. II. texit, operuit. Vicinum est غَفَرَ texit, obtexit). Spec. 2) *obduxit*, *oblevit* aliqua re, ut pice, *picavit*. Gen. VI, 14: וְכָפַרְתָּ אֹתָהּ מִבַּיִת וּמִחוּץ בַּכֹּפֶר *et obline eam* (arcam) *intus et extra pice*. Inde כֹּפֶר no. 2. 3, et significatio translata in Pual. — 3) *villis tectus*, *villosus fuit* (arab. غَفِرَ I. XI villosus fuit pannus). Inde כְּפִיר. — 4) *texit* i. e. *condonavit* peccata, cf. כָּסָה no. 3. Vide Pi. et כֹּפֶר no. 4. (Arab. غَفَرَ I. VIII condonavit, كَفَّرَ II. expiavit crimen Sur. 2, 273. 3, 191. 194. 5, 15. 8, 2. Chald. כַּפַּר id. Etiam Persae tegendi significatum ita transferunt, Bohlen symb. p. 38).

Pi. כִּפֶּר (ubique praevio ו — וְכִפֶּר) fut. יְכַפֵּר 1) *condonavit* peccatum, de Deo, sq. acc. Ps. LXV, 4: פְּשָׁעֵינוּ אַתָּה תְכַפְּרֵם *peccata nostra tu condona*. LXXVIII, 38; sq. עַל (ut alia verba tegendi, arab. كفر على texit rem) Jer. XVIII, 23: אַל תְּכַפֵּר עַל עֲוֹנָם *ne condones delictum eorum*. Ps. LXXIX, 9, sq. לְ Deut. XXI, 8, et addito etiam לְ personae Ez. XVI, 63: בְּכַפְּרִי לָךְ לְכָל־ אֲשֶׁר עָשִׂית. Semel sq. בְּעַד pers. (ut no. 2, b). 2 Par. XXX, 18: יְהוָה הַטּוֹב יְכַפֵּר בְּעַד *Jova benignus condonabit* sc. iis, pr. *veniam concedet pro* iis. Omissum est pronomen, ut in illo Jes. LIX, 18: כְּעַל גְּמֻלוֹת כְּעַל יְשַׁלֵּם pro כְּעַל־יְהֶם יְשַׁלֵּם. Germanice dixeris: nach seinen Handlungen, *darnach* vergilt er, et h. l. der gütige Gott schenkt Vergebung *dafür*, nec multo magis mireris hanc pronominis ellipsin, quam tritam illam post verba dicendi apud Hebraeos et Romanos: *dixit*, *er sagte* (es).

2) causat. *veniam conciliavit*, a) *expiavit* culpam, sq. acc. Dan. IX, 24: לְכַפֵּר עָוֹן, sq. עַל Lev. V, 26 sqq., בְּעַד (pro) Ex. XXXII, 30: אוּלַי אֲכַפְּרָה בְּעַד חַטַּאתְכֶם,

sq. מִן Lev. IV, 26. Num. VI, 11. b) *expiavit*, *culpa liberavit* reum, sq. עַל pers. Ex. XXX, 15: לְכַפֵּר עַל נַפְשֹׁתֵיכֶם. Lev. I, 4: לְכַפֵּר עָלָיו. IV, 20: וְכִפֶּר עֲלֵהֶם הַכֹּהֵן. Comm. 26. 31. 35. V, 6. 10. 13. 18. 26 al., sq. בְּעַד (pro). Lev. IX, 7: וְכַפֵּר בַּעַדְךָ וּבְעַד הָעָם. XVI, 6. 11. 24. Ez. XLV, 17; sq. בְּ Lev. XVII, 11: כִּי הַדָּם הוּא בַּנֶּפֶשׁ יְכַפֵּר *nam sanguis expiat vitam* i. e. veniam conciliat pro vita, vitae poenam avertit. Refertur etiam ad res inanimatas, quae profanae aut scelere contaminatae credebantur, sq. acc. Lev. XVI, 33: וְכִפֶּר אֶת־מִקְדַּשׁ הַקֹּדֶשׁ. Ez. XLIII, 20. 26. XLV, 20. Deut. XXXII, 43 (ubi terra sancta, quippe sanguine contaminata, expiari dicitur), sq. עַל Ex. XXIX, 36. 37: שִׁבְעַת יָמִים תְּכַפֵּר עַל הַמִּזְבֵּחַ. XXX, 10. Lev. XVI, 18. — Plenae locutionis exempla sunt, sq. עַל pers. et מִן peccati Lev. IV, 26: וְכִפֶּר עָלָיו הַכֹּהֵן מֵחַטָּאתוֹ. XIV, 19. Num. VI, 11; sq. עַל pers. et עַל peccati Lev. V, 18: וְכִפֶּר עָלָיו הַכֹּהֵן עַל שִׁגְגָתוֹ. Comm. 26. — c) *placavit* eum, qui iniuria affectus irascebatur, c. acc. Gen. XXXII, 21: אֲכַפְּרָה פָנָיו *placabo* (pr. tegam, v. ad כְּסוּת עֵינַיִם pag. 700) *faciem eius*. Prov. XVI, 14: *ira regis est nuncius mortis* וְאִישׁ חָכָם יְכַפְּרֶנָּה *sed vir sapiens eam placat*; it. calamitatem ingruentem placavit i. e. piaculis amolitus est Jes. XLVII, 11. — Donum (Gen. XXXII, 21) vel sacrificium, quo aliquis placatur (Gen. l. c.) vel aliquid expiatur, ponitur praevio בְּ 2 Sam. XXI, 3: בַּמָּה אֲכַפֵּר. Lev. VII, 7. Num. V, 8. — LXX plerumque ἐξιλάσκομαι, ἱλάσκομαι.

Pu. 1) *tectus* i. e. *oblitteratus est* pr. de litteris, quae stylo obducto tegebantur et delebantur. Jes. XXVIII, 18: וְכֻפַּר בְּרִיתְכֶם *et oblitterabitur* i. e. abolebitur *foedus vestrum*, quae locutio a scripta foederis lege petita est. (Aram. ܟܦܰܪ, כְּפַר abstersit, diluit, abolevit). — 2) pass. Pi. 2, a *expiata est* culpa. Jes. VI, 7. XXII, 14. XXVII, 9. Prov. XVI, 6: בְּחֶסֶד וֶאֱמֶת יְכֻפַּר עָוֹן. — 3) pass. Pi. 2, b *culpa liberatus est* reus, *veniam impetravit* Exod. XXIX, 33, sq. לְ Num. XXXV, 33: וְלָאָרֶץ לֹא יְכֻפַּר *et terra non expiatur*, pr. terrae venia non conceditur.

Hithpa. הִתְכַּפֵּר *expiata est* culpa. 1 Sam. III, 14.

Nithpa. נִכַּפֵּר pass. Pi. no. 1 *condonari*. Deut. XXI, 8: וְנִכַּפֵּר לָהֶם הַדָּם *ut condonetur iis caedes*. Cf. Lgb. p. 249 not.

כָּפָר m. *pagus*, *vicus*, ita dictus, quia tectum praebet incolis. Cant. VII, 12. 1 Par. XXVII, 25. Cf. כְּפִיר no. 1 et כֹּפֶר no. 1. (Arab. كَفْر id., unde in verbo كفر IV. VIII vico affixus fuit. Frequens est in nomm. pr. vicorum, ut كفر طاب, كفر زمر, v. Schult. ind. ad vit. Salad. v. Capher-Zimarum, Reiske ind. ad Abulf. Ann., adde ex Barhebraeo ܟܦܪ ܛܒ p. 304, ܟܦܪ ܥܙܐ p. 398, ܟܦܪ ܬܘܬܐ p. 187. 200, in N. T. Καπερναούμ vel Καφαρναούμ i. e. כְּפַר נַחוּם vicus Nahumi. De nominibus locorum Punicorum a כפר ordientibus v. Monumm. Phoenic. p. 417. 421. Sam. ࠊࠐࠓ id. Syri et Chaldaei etiam diminutivo utuntur, כַּפְרָן, ܟܦܪܘܢܐ).

כְּפַר הָעַמּוֹנִי (pagus Ammonitarum) n. pr. oppidi Benjaminitarum. Jos. XVIII, 24. In Keri הָעַמֹּנָה.

כְּפוֹר m. 1) *crater*, *pelvis*, pr. fortasse talis, qui *operculo* instructus sit. Memoratur inter vasa sacra 1 Par. XXVIII, 17. Esr. I, 10. VIII, 27. Hebraei interpretantur מִזְרָק, et ab abstergendo (v. Pu. no. 1) ductum esse volunt, quod in illis culter abstersus sit a sanguine, quod longius petitum est. Adstipulantur tamen Hieronymus, Buxtorfius al.

2) *pruina*, quippe quae terram tegat. Ex. XVI, 14. Ps. CXLVII, 16. Iob. XXXVIII, 29. Retinuit vocem etiam Targ. Hierosol. Ex. l. c., alibi in Targg. transfertur גְּלִידָא, גְּלִיד.

כְּפִיר m. 1) i. q. כָּפָר *vicus* Neh. VI, 2.

2) *leo iuvenis*, isque iam rugiens (Iud. XIV, 5. Ps. CIV, 21. Prov. XIX, 12. XX, 2. Jer. II, 15. Am. III, 4. Zach. XI, 3) et praedatum egrediens (Jes. V, 29. Mich. V, 7. Jer. XXV, 38. Iob. IV, 10. XXXVIII, 39), propter robur iuvenile ferocissimus et maxime sanguinolentus (Ps. XVII, 12. XCI, 13. Jes. XI, 6). Quomodo differat a גּוּר, apparet ex verbis Ez. XIX, 2. 3: *mater tua leaena educavit unum ex catulis suis* (מִגֻּרֶיהָ), *et factus est leo iuvenis* (כְּפִיר) *et didicit praedari et comedit homines*. Comm. 5. 6. Eandem igitur in leone aetatem significat, quam עַיִר in asino, פַּר in bove, בֵּכֶר in camelo, כֶּבֶשׂ in ove. Transfertur a) ad hostes feroces et sanguinolentos, Ps. XXXV, 17: *serva* מִכְּפִירִים יְחִידָתִי *a leonibus unicum meum* i. e. vitam. XXXIV, 11. LVIII, 7. Jer. II, 15. Ez. XXXII, 2 de Pharaone: כְּפִיר גּוֹיִם נִדְמֵיתָ i. e. talem te praebes populis, qualem leo iuvenis se praebet feris. b) ad heroes iuvenes. Ezech. XXXVIII, 13. Nah. II, 14. LXX septies σκύμνος, alibi λέων. — De etymo Bochartus (Hieroz I, p. 704) ita statuit, ut rad. כפר in hac voce idem valeat quod כבר magnus fuit, et כפיר pr. leonem adolescenten s. adultum significet, ut شِبْل leo adolescens a شبل adolevit; quod non probo, quum radix כבר apud Hebraeos et Arabes de aetate provecta et senili, nunquam de iuvenili usurpetur. Mihi quidem כְּפִיר *villosum* significare videtur, spec. leonem iam *iubatum*. Vide rad. in Kal no. 3, cf. غَفْر, غَفَر, غُفْر pili in collo, occipite et maxillis, أَغْفَر pilosus in collo, facie, occipite, غُفْرَة crines in fronte leonis.

כְּפִירָה (i. q. כְּפִיר no. 1 pagus) n. pr. oppidi Hevitarum, quod postea Benjaminitis cessit Jos. IX, 17. XVIII, 26. Esr. II, 25. Neh. VII, 29. LXX. Χεφιρά, Vulg. *Caphira*.

כֹּפֶר m. 1) i. q. כָּפָר *pagus*, *vicus* 1 Sam. VI, 18.

2 *pix*, ab obducendo, oblinendo dicta, cf. rad. no. 2. Gen. VI, 14. LXX. *ἄσφαλτον*. Vulg. *bitumen*. (Chald. et talmud. כּוּפְרָא ,כופרי, syr. ܟܘܦܪܐ id., unde etiam armen. կուպր pix, arab. كُفْر pix, max. qua picantur naves, it. قِفْر, ܩܘܦܪܐ bitumen iudaicum.

3) *cyprus*, gr. *κύπρος* (Dioscorid. 1, 125) frutex vel arbuscula. floribus odoratis, subalbis, in racemorum modum crescentibus, arab. حِنَّا, حِنَّاءَة, Lawsonia inermis Linn., bene observante Io. Simoni, ita dicta, quia mulieres pulvere ex eius foliis confecto et in aqua subacto ungues *oblinunt* (v. rad. Pu. no. 1), ut colorem rufum iis inducant. Cant. I, 14: אֶשְׁכֹּל הַכֹּפֶר LXX *βότρυς τῆς κύπρου*. Vulg. botrus cypri (vox enim Semitica, ut multa plantarum nomina, ad Graecos Romanosque transiit). Syr. ܟܘܦܪܐ, quod in Lex. Adleriano explicatur: حنا ورق الحنا *henna*, *folia hennae*. Kimchi: הוא הנקרא בערבי אלחנא. Plur. כְּפָרִים Cant. IV, 13, ubi copulatur cum nardis. Targ. כְּפוּרִין. In Talmude Nidda fol. 8, 1 copulantur הורד והכופר rosa et cyprus. Plura de hoc flore dabunt O. Celsius, Hierobot. T. I, p. 222 sqq. Salmas. homon. hyles iatricae c. 69. Oedmann verm. Sammlungen I c. 7. Rosenmüller bibl. Alterthumskunde IV, I, p. 132. Prosp. Alpin. de plantis Aegypti cap. 13, qui iconem plantae dedit. Sonnini itin. Aegypti I, p. 169 interpr. germ. al. — Aliam vocabuli hebraei interpretationem suasit Aben Esra, quem memorat Kimchius: והחכם רבי אברהם אבן עזרא כתב כי אשכל הכפר הוא אשכל הדקל כי יש לדקל שמות משתנים כפי שנוי זמנו ויש לו זמן הנקרא בערבי כפר ולו ריח טוב Significat is vocem arabicam كَفَر it. كَافُور, كُفُرَّى, involucrum floris palmae (ad rem v. Kämpferi amoenit. exot. p. 697), cf. chald. כּוּפְרֵי dactyli immaturi, quam eandem rationem commendat etiam J. D. Michaëlis (suppl. p. 1334), sed recte refellit Oedmannus l. c.

4) *λύτρον*, *pretium expiationis vel redemtionis*. Ex. XXI, 30. Num. XXXV, 31. 32. 1 Sam. XII, 3. Iob. XXXIII, 24. XXXVI, 18. Prov. VI, 35. Is (id) pro quo pretium solvitur, ponitur praevio לְ Prov. XXI, 18: כֹּפֶר לַצַּדִּיק רָשָׁע *pretium redemtionis pro iusto* est *impius* i. e. iusto Deus parcit et improbum punit pro eo (cf. XI, 8), saepius in genit. Exod. XXX, 12: כֹּפֶר נַפְשׁוֹ *pretium quo redimitur vita eius*. Prov. XIII, 8, c. suff. כָּפְרְךָ Jes. XLIII, 3, כָּפְרוֹ Ps. XLIX, 8.

כִּפֻּרִים m. pl. *expiationes* Ex. XXIX, 36. חַטַּאת הַכִּפֻּרִים hostia, qua expiatio fit ibid. XXX, 10. Num. XXIX, 11. אֵיל הַכִּפֻּרִים Num. V, 8. יוֹם הַכִּפֻּרִים dies expiationis Lev. XXIII, 27. 28. XXV, 9.

כַּפֹּרֶת f. *operculum* (a rad. no. 1), ubique de operculo arcae foederis, cui insistebant Cherubim, super quorum alis ἡ *δόξα τοῦ Κυρίου* (שְׁכִינָה, כְּבוֹד יְהוָה) comparere credebatur. Ex. XXV, 17 sqq. XXVI, 34. XXX, 6. XXXI, 7. XXXV, 12. XXXVII, 6. 8. 9. XXXIX, 35. XL, 20. Lev. XVI, 2. 13. 14. 15. Num. VII, 89. בֵּית הַכַּפֹּרֶת 1 Par. XXVIII, 11 appellatur adytum templi, cf. בֵּית כַּפּוּרַיָּא 1 Reg. VI, 5 Targ. pro hebr. דְּבִיר, licet hoc Lev. XVI, 2 in Targ. Jonath. est pro ipso כַּפֹּרֶת (Onk. בֵּית כַּפֻּרְתָּא). — Ex vett. intpp. Saad. reddit غشاء operculum, Kimchi: מכסה לארון, sed LXX ubique *ἱλαστήριον* (cf. Hebr. IX, 5), bis plenius *ἱλαστήριον ἐπίθεμα* Ex. XXV, 17. XXXVII, 6, unde Vulg. *propitiatorium*, syr. ܚܘܣܝܐ. Luth. Gnadenstuhl, a signif. verbi in Pi., quod excusationem habet in verbis Lev. XVI, 13—15, ubi Aharon die expiationis operculum sanguine tauri conspergere iubetur. Sed non debebant propterea recentiores nonnulli hanc interpretationem suam facere, quia כַּפֹּרֶת a Pi. ductum necessario *expiandi* significatum habeat, *operculum* contra כְּפֹרֶת scribendum sit (Michaëlis suppl. h. v. Wineri Lex. p. 495. Tholuck Beiträge zur Spracherklärung des N. T. p. 91); nam forma dagessata in כַּפֹּרֶת nequaquam impedit, quominus ab operiendi potestate ducatur. Etenim a) non raro nomina derivata coniugationis Kal significatus habent nonnisi in coniugationibus derivatis usitatas et contra (v. Simonis arc. form. p. 254. Lgb. p. 425. de Sacy gramm. arabe II, §. 218); b) significatio verborum propria persaepe in formis dagessatis servata est, ubi Kal translatam habet (Lgb. p. 242), primamque *tegendi* significationem etiam in hoc verbo a formis dagessatis non alienam fuisse, c) apparet ex Pu. no. 1 et arab. كَفَّرَ texit, operuit, contra ex uno loco Gen. VI, 14 vix probaveris, tegendi significatum Kal coniugationi proprium fuisse. Facessat igitur ficticium illud כְּפֹרֶת, quod olim operculi significatu usitatum fuisse volunt.

כָּפַשׁ rad. *ἅπαξ λεγομένη*, fort. i. q. كَبَسَ opplevit terrâ (puteum, fluvium). V. oppletus fuit, كِبْس terra, qua oppletur puteus fluviusve. Ita in Hiph. Thren. III, 16: הִכְפִּישַׁנִי בָּאֵפֶר *obruit me cinere*, vel *depressit me in cinerem*, coll. usu Talmudistarum, qui prope accedere videtur ad hebr. כָּבַס et כָּבַשׁ, pr. pedibus calcando compressit, zusammentreten, eintreten, inde compressit, depressit. Jebamoth fol. 107, 2: הוא נודד במדה כפישה *metitur mensura impressa* (mit eingedrücktem Maasse), unde Kimchius interpretatur: טמני כלו באפר עד שכבשני בו. Sed usui biblico similius est Beresch. rabba sect. 75: כל זמן שהיא מוכפשת באפר *quovis tempore*, *quo* (ecclesia Israëlis) *depressa est in cinerem*. Congruit Targ. כְּבַשׁ יָתִי בִקְטְמָא depressit me in cinerem. Mere coniecturalia videntur, quae habent Alex. Vulg. Syrus: *ἐψώμισέ με σποδόν*, *cibavit me cinere*, ܦܠܫܢܝ ܒܩܛܡܐ conspersit

me cinere. Similem significatum, sed felicius, iam Kimchius adhibuerat, qui hanc quoque laudat interpretationem: הִתְגוֹלְלַנִי בָּאֵפֶר *volvit s. volutavit me in cinere.* Longe petitum et contortum est quod Muntinghe in diss. Lugdd. p. 1184, coll. arab. كفس VII. contortus fuit, interpretatur: fecit me torqueri cinere i. e. cibavit me cinere, qui tormina induxit, quanquam trita est observatio, torquendi verba ad dolores referri: nam radix arabica de pedibus tantum curvis et contortis frequentata esse videtur.

כְּפַת chald. *ligavit, vinxit.* Praet. pass. כְּפִתוּ ligati sunt Dan. III, 21.

Pa. i. q. Pe. Inf. כַּפָּתָה ib. Comm. 20, Part. pass. מְכַפְּתִין Comm. 23. 24. In Targg. et apud Talmudicos id., it. apud Nasoraeos, v. lib. Adami III, p. 300. Sam. constrinxit, cohibuit, v. ind. ad Carm. Samarit. a nobis edita. Sed male addunt arab. كفت, quod hanc vim non habet.

כַּפְתֹּר et **כַּפְתּוֹר** (Am. IX, 1), plur. c. suff. כַּפְתֹּרֶיהָ, כַּפְתֹּרֵיהֶם quadrilitt. quod compositum videtur ex trilitteris כפר texit et כתר coronavit vel כַּף et כֶּתֶר, inde 1) *corolla, capitulum* a) columnarum, *Säulenknauf, Säulencapitäl* Am. l. c. Zeph. II, 14. b) ornamentum candelabri aurei Ex. XXV, 31. 33 sqq. XXXVII, 17 sqq. LXX σφαιρωτῆρες. Vulg. *sphaerulae*, et sic Targ. Syrus, Samar., sed Josephus (Ant. 3, 6 §. 7) ῥοΐσκοι mala Punica, Saadias et Kimchius: *mala.* Ac Josephi quidem interpretatio fortasse illustrari potest ex syr. ܟܘܦܬܐ, quod in Lex. Adleriano explicatur: قمع الورد والرمان *calyx rosae et mali Punici*, cf. ܟܦܬ Ex. VIII, 9 Pesch. quod ibidem explicatur ورق اثمر *frondes, dactylos protulit*, neque non chald. כַּפֵּת flores et amygdala protulit Num. XVII, 8 Targ., de quibus vocabulis ita statuo, ܟܘܦܬܐ esse a rad. ܟܦ et pr. *rem conglobatam* significare, ܟܦܬ autem verbum secundarium esse (ut زفت a زِفت זֶפֶת), cuius ת in litteram radicalem abierit. Neque incredibile est, quadrilitterum, quod prae manibus est, ex כופתא (כפת) et כתר ortum esse.

2) n. pr. regionis exterae, eiusque ad mare sitae (Deut. II, 23. Jer. XLVII, 4. Am. IX, 7) et incolarum eius (כַּפְתֹּרִים a sing. כַּפְתֹּרִי Gen. X, 14. Deut. l. c.), qui ll. cc. Aegyptiorum coloni et Philistaeorum patres fuisse traduntur. Jer. l. c. *nam vastat Jova Philistaeos* שְׁאֵרִית אִי כַפְתּוֹר *residuum terrae maritimae Caphtor.* Am. l. c.: *nonne Israëlem ascendere iussi ex Aegypto, et Philistaeos ex Caphtor, et Syros ex Kir?* Deut. l. c. *Avvaeos habitantes in villis usque ad Gazam Caphtoraei egressi ex Caphtor exstirparunt et consederunt in locis eorum.* His quidem repugnare videntur, quae leguntur Gen. l. c. וְאֶת כַּסְלֻחִים אֲשֶׁר יָצְאוּ מִשָּׁם פְּלִשְׁתִּים וְאֶת כַּפְתֹּרִים *et Casluchaeos* (Colchios), *unde egressi sunt Philistaei, et Caphtoraeos*, sed probabilis est Vateri aliorumque coniectura, haec verba cum tribus reliquis locis ita conciliandа esse, ut verba אֲשֶׁר יָצְאוּ מִשָּׁם פְּלִשְׁתִּים ponantur post כַּפְתֹּרִים, et ad hos, non ad Casluchaeos, referantur (quanquam etiam vulgaris verborum ordo retineri et statui potest, de hac traditione Philistaeos a Casluchis, populo Caphtoraeis vicino, prodiisse). — Quae regio intelligenda sit, non omnino exploratum est. Sed a veri specie non aliena, quam veteres interpretes unanimi fere consensu exprimunt, *Cappadocia* (LXX Deut. II, 23. Vulg. ubique, tres Targg. קַפּוֹטְקָאֵי, קַפּוֹטְקִיָּא, Syr. ܟܦܘܕܩܝܐ, ܩܦܘܕܩܝܐ): huic enim non obstat quod Caphtor Jer. l. c. אִי (terra maritima) appellatur, siquidem Cappadociae fines olim usque ad Pontum Euxinum patebant (v. Mannerti Geogr. IV, 2 p. 211 sqq.), favetque quod Gen. l. c. Caphtoraei cum כַּסְלֻחִים i. e. Colchiis copulantur, qui et ipsi Aegyptiorum coloni erant. Suffragatur igitur Bochartus in Phaleg IV, 32, alia etiam argumenta, sed magnam partem futilia, addens. Saadias in Pentat. Caphtoraeos Aegypto oriundos in ipsa Aegypto ponit, *Damiataeos* (دمياطيون) intelligens, quod vix probabile, si כסלחים Gen. l. c. cum iis coniuncti Colchii sunt; nec Saadiae magna est in his rebus auctoritas. E recentioribus nonnulli (Swinton inscriptt. Cit. p. 78 sqq. J. D. Michaëlis in spicileg. I, 292 sqq. Suppl. 1338. Schulthessii Parad. p. 158, cf. e vett. Theodoret. ad Jer. l. c. et Jes. IX, 12). *Cyprum* intelligebant, cui et situs locorum favet et aliqua nominis similitudo, et Swinton quidem l. c. in numo quodam Phoenicio verba לבדץ כבדר sibi legere visus est, quae *Lapethos Cypri* interpretatur: sed huic sententiae obstat, quod Cyprios in V. T. כִּתִּים appellatos esse certissimum est, in epigraphes autem istius (לבקי מלקר legendae) lectione Swintoniana paucarum litterarum potestas recte accepta est. Vide quae de his numis Vagae s. Vaccae Numidicae tribuendis disputavimus in Monumm. Phoeniciis T. II. p. 320. Magis placent, quibus כַּפְתֹּר *Creta* insula est (v. Calmet disquisitt. bibl. III, 25, Lex. nostri editt. priores, Rosenm. bibl. Alterthumskunde II, 2, 363. III, 385), tum quia vix credibile est, huius insulae nullam in geographia Hebraeorum mentionem iniici, tum quia Philistaei etiam כְּרֵתִי appellantur, quod nomen ad originem Cretensem pertinere videtur. Possint etiam huc referri, quae de Cretensi Judaeorum origine habentur apud Tacitum (hist. 5, 2), qua in narratione Judaei cum Philistaeis confusos non incredibile est, nisi forte hoc commentum ex solo etymo (Judaeorum qs. Idaeorum) fluxit. Inter Cretam igitur et Cappadociam ambigi potest, quanquam Cappadocia propter insignem veterum consensum praeferenda videtur.

כְּרָא chald. *doluit*, maxime animo, *contristatus est*, *aegre tulit*, ut syr. ܟܪܐ Pe. Aph. et Ethpa., it. ܟܪܗ Ethpe. aegrotavit, ܟܪܝܗܐ aegrotus. Zab. id. ܟܪܝܘܬܐ moestitia. Vicinum est arab. كَرَبَ afflicta est anima Gen. XLI, 8. Ruth I, 13. Iob. XVII, 1 Vers. arab.

Ithpe. Dan. VII, 15: אֶתְכְּרִיַּת רוּחִי *doluit animus meus.*

כָּרַב rad. inusit. Syr. et chald. ܟܪܒ כְּרַב aravit. Arab. كَرَبَ, كَرُبَ constrinxit, intr. angore, tristitia affectus est, it. i. q. قَرُبَ appropinquavit. Aethiop. idem valuisse videtur quod חרם, nam ምኵራብ፡ est fanum, delubrum, et ኵርባት፡ species artis magicae (ni fallor fascinus, das Bannen). Ludolf. p. 395. Vide infra ad כְּרוּב.

כְּרוּב pl. כְּרוּבִים (quod Gen. III, 24 singulare esse ponunt LXX. Vulg. Luth., ut אֱלֹהִים) m. 1) *Cherub*, animal quoddam (חַיָּה Ez. I, 5. 14. 15. 19. 20. 22. X, 17. 20, ζῶον πετεινόν, μορφὴν δ' οὐδενὶ τῶν ὑπ' ἀνθρώπων ἑωραμένων παραπλήσιον Jos. Ant. 3, 6 §. 5) sacrum et coeleste, quod specie maximam partem humana eaque erecta (1 Reg. VI, 24—27), facie una (Exod. XXV, 20), duabus alis (ibid. 1 Reg. VI, 24), praeterea manibus quoque (Gen. III, 24) instructum fingebant antiquiores; Ezechiel contra (cap. I. X) pro ingenii luxuria et nimia fere ubertate, humana quidem specie i. e. erecta (Ez. I, 5: דְּמוּת אָדָם לָהֵנָּה), sed ita depingit, ut praeter quattuor alas (I, 11. 23), quarum binae corpori tegendo binae volando inserviant, manusque humanas sub iis latitantes (I, 8. X, 7. 8. 21) quattuor facies (I, 10. X, 14), unam humanam, alteram leoninam, tertiam bovinam (פְּנֵי שׁוֹר I, 10, sed פְּנֵי כְרוּב X, 14), quartam aquilinam (sed nonnisi duas, unam leoninam, alteram humanam cap. XLI, 19), denique plantas pedum instar boum rotundas (I, 7), universum autem corpus ocellis obsitum (I, 18. X, 12, cf. Apoc. IV, 6 ibique intpp. Aboda sara fol. 20, 2) ei tribuat, quae quidem pleraque eo spectant, ut sine tergum vertendi necessitate quaquaversus prospicere, ire, volare possit.

Ac duplex quidem Cherubis munus tribuitur. Unum, idque antiquissimum, versatur in paradiso custodiendo Gen. III, 24, cf. Ezech. XXVIII, 14—16 ubi rex Tyri opes suas custodiens comparatur cum Cherubo, qui in monte sacro Edenitico gemmas fulgentes (אַבְנֵי אֵשׁ, quod male nonnulli *lapides igneos* interpretantur) alis suis obumbrat et tuetur: alterum in solio Jovae super alis per nubes gestando, unde 2 Sam. XXII, 11: וַיִּרְכַּב עַל כְּרוּב וַיָּעֹף *Cherubis vectus volavit.* Ps. XVIII, 11. LXXX, 2: יֹשֵׁב הַכְּרֻבִים *qui Cherubis insidet* i. e. solio insidet a Cherubis gestato. XCIX, 1. 1 Sam. IV, 4. 2 Sam. VI, 2. 2 Reg. XIX, 15. Jes. XXXVII, 16. Atque haec tanquam iumenta coelestia repraesentabant duae Cheruborum statuae ligneae auro obductae, alis expansis, quae in adyto tabernaculi sacri (Exod. XXV, 18 sqq. XXXVII, 8. 9) et templi Salomonei (1 Reg. VI, 23 sqq. 2 Par. III, 10 sqq.) operculo arcae sacrae insistebant, super quorum alis Jova comparere et cum Mose colloqui credebatur (Ex. XXV, 22. Num. VII, 89): praeterea Cheruborum figurae et tabernaculi sacri aulaeis intextae (Ex. XXVI, 1. 31, ubi verba: מַעֲשֵׂה חֹשֵׁב יַעֲשֶׂה אֹתָהּ כְּרֻבִים explicanda sunt: *opere textorio faciat eum Cherubos* i. e. Cherubis artificiose ei intextis. XXXVI, 8. 35) et una cum palmis floribusque templi parietibus, nec non leonum taurorumque figuris mixtae basibus lavacrorum sacrorum (1 Reg. VII, 29. 36) insculptae erant (1 Reg. VI, 29. 32. 35. 2 Par. III, 7, cf. Ez. XLI, 18. 20. 25).

Quid spectaverint Hebraei in Cheruborum forma illum in modum componenda, non exploratum est. Plerique hominis, leonis, tauri aquilaeque imaginibus fortitudinem et sapientiam designari, eaque animalia harum virtutum divinarum symbola esse statuunt (cf. Apoc. IV, 6 sqq.): mihi potius leonis, tauri, aquilae attributa figurae humanae addita videntur, ut partim robur partim celeritas horum divini numinis ministrorum significetur. Ceterum de animalibus fabulosis Orientalium, velut de gryphe veterum Persarum, ave quadrupede aurum custodiente (Herod. 3, 116. 4, 13. Ctes. ap. Aelian. 4, 26. id. in Ind. 12. Plin. 7, 2), Anka s. Simurg ave (عنقا, سيمرغ) Muhammedanorum in monte Kaf habitante, de Sphinge Aegyptiorum (Clem. Alex. Strom. V, 561 Colon.) cet. v. Bocharti Hieroz. I, 2, c. 13. 14. 15, Spencer de legg. ritual. lib. III diss. 5. Rhode heil. Sage der alten Baktrer, Meder und Perser p. 217. Aem. Roediger art. Cherub, in Erschii et Gruberi Encyclopaedia T. XVI. d' Herbelot bibl. orient. art. Simorg-Anka.

Etymon admodum ambiguum est. Qui in lingua Hebraea dialectisque Semiticis illud quaerebant, varias rationes ingressi sunt. Namque aliis est a כָּרַב aravit, ut כְּרוּב pr. sit (bos) *arator*, in quam sententiam urgent, quod pro כְּרוּב Ez. X, 14 in loco parallelo sit שׁוֹר I, 10; aliis (Gussetio, Lud. de Dieu ad Gen. l. c., Roedigero) כְּרוּב litteris transpositis est pro רְכוּב q. d. *iumentum* divinum (Ps. XVIII, 11), coll. كَرِيبٌ navis vectoria; aliis (v. Hydeum de rel. vett. Pers. p. 263) i. q. קָרוּב qui Deo *propinquus* est, ei adstat, interioris apud eum admissionis est (cf. arab. كَرُبَ i. q. قَرُبَ); aliis (v. Maureri Comment. in V. T. ad Jes. VI, 2) כרב est i. q. כָּרַם كَرُمَ nobilis fuit, unde כְּרוּב nobilis, princeps (cf. שְׂרָפִים); ne alias coniecturas memorem parum probabiles, ut Rosenmülleri (Alterthumsk. 1, 1 p. 181) et Pauli (apud Züllig ium p. 31) a كَرَبَ anxit, nedum Talmudicorum commenta quibus כרוב est i. q. chald. כרוביא *ut puer* (v. Buxtorf. fil. Exercitatt. p. 100. Othonis Lex. rabbin. h. v.). Quod ipse in prioribus editt. proposueram etymon a syr. „ ܟܪܘܒܐ *fortis, potens*“, postea abiiciendum

erat, simulatque ex ipsis Bar Bahluli verbis intellexeram, illam significationem Castelli errore niti (v. Anecdd. mea Orient. fasc. I, p. 66): etiam Aben Esrae sententiae, cui כרוב proprie est i. q. צורה imago, apto fundamento caret. Sed alii non pauci (Eichhorn. Einleit. in das A. T. T. III p. 80 ed. 4, nuper Vatke, bibl. Theologie I p. 325) persicam huic voci originem tribuerunt, ut eadem esset atque gr. γρύψ, gen. γρύπος, quod a pers. گرفتن (greifen) prehendere, tenere, derivabat Chr. Th. Tychsen (Heerens Ideen I p. 386), vel idem esse volunt atque γρυπός naso adunco rostrove praeditus. Ut novam in re incerta coniecturam in medium proferam, equidem in copiis Semiticis acquiescendum ratus, haud scio an radix כָּרַב idem significaverit atque חָרַם, حرم prohibuit a communi usu, Conj. II consecravit, aethiop. ሐከረመ: vetuit, prohibuit, certe aeth. መኀረብ: idem valere quod حرم sacrum, adytum, supra (ad rad.) vidimus: qua sententia admissa כְּרוּב esse possit; *custos, satelles* Dei, qui profanos arcet, quod quam accommodatum sit ad utrumque eius munus, sponte apparet. „Die Cherubim waren ursprünglich symbolische Bezeichnung der *unnahbaren* göttlichen Gegenwart oder der Heiligkeit im älteren Sinne des Wortes, gleichwie in der griechischen Mythologie die Greifen. .... Sie wehren den Zugang zum Göttlichen, verhüllen dasselbe mit ausgebreiteten Flügeln, sind auf den Umgebungen und auf den ... *Vorhängen* abgebildet, welche denselben Zweck haben." Vatke, bibl. Theologie I, p. 327. De Forsteri etymo ex lingua aegyptiaca repetito (de bysso antiquorum p. 116), referre piget. — Ceterum de Cherubis praeter scriptores iam laudatos, Spencerum, Roedigerum, Vatkium, cf. Carpzovii Apparat. p. 268 sqq. Gableri notas ad Eichhorn Urgesch. II, p. 248. Minus feliciter de Cherubis disputarunt Meyer Bibeldeutungen p. 171 sqq. W. F. Hufnagel der Cherubim Anfang und Ende im Paradies Francof. a. M. 1821. 8. Kayser de Cherubis humani generis mundique aetatum symbolis ac geniis, Erlangae 1827. 2 progr. 4.

2) n. pr. viri Esr. II, 59. Neh. VII, 61.

כִּרְבֵּל quadrilitt. i. q. כָּבַל, כַּבֵּל (pag. 656) *accinxit, induit*, inserta littera ר (q. v.).

Pass. part. 1 Par. XV, 27: מְכֻרְבָּל בִּמְעִיל בּוּץ *indutus pallio byssino*, quod ponitur pro eo quod 2 Sam. VI, 14 est: חָגוּר אֵפוֹד בָּד. LXX. περιεζωσμένος. Inde

כַּרְבְּלָא chald. f. *pallium*. Plur. c. suff. כַּרְבְּלָתְהוֹן pallia eorum Dan. III, 21, ut bene Syrus interpres. — Intp. Hebraeus reddit מִצְנֶפֶת, et Gr. Venet. κυρβασίας, uterque *tiaras* intelligens, quod nonnulli vindicant coll. ܟܘܪܒܠܬܐ, כַּרְבַּלְתָּא crista galli (aliter Midrasch Tanchuma ap. Sal. b. Melech ad h. l. הסרקים של ראשיהם ודומה לו כרבלתא דתרנגולא pectines capitum, quibus similis est crista galli), et optarunt Bynaeus de calceis II, 10, §. 6 et Michaëlis in suppl., sed minus accommodate ad etymon, cui non magis congruunt *calceamenta*, quae habet Vulg., περικνημίδες Theodot.

I. **כָּרָה** *fodit.* (Chald. כְּרָא id., כְּרְיָא fovea. Arab. كرا fodit terram, n. a. كَرْو, effodit fluvium, n. a. كَرْى, transfertur ad equum iumentumve, quod celeri cursu terram fodit, cf. ad גָּמָא, חָפַר. Sic enim intelligenda glossa: festinavit iumentum. Aeth. ከረየ: fodit, መክረዪ: instrumentum fodiendi. Vicinae radd. sunt כּוּר no. II et quae ibi laudantur). V. c. puteum Gen. XXVI, 25, sepulcrum L, 5, foveam Prov. XXVI, 27: כֹּרֶה שַּׁחַת בָּהּ יִפֹּל, inde *fodit foveam* Ps. VII, 16, sq. לְ Jer. XVIII, 20. 22. Ps. CXIX, 85, et לִפְנֵי LVII, 7 metaph. dicitur pro: insidias struxit alicui. Etiam omisso foveae vocabulo, sq. עַל pers. Iob. VI, 27: תִּכְרוּ עַל רֵיעֲכֶם *foditis* (foveas) *amico vestro*, neque aliter in loco vexato de crocodilo XL, 30: יִכְרוּ עָלָיו חַבָּרִים יֶחֱצוּהוּ בֵּין כְּנַעֲנִים num *insidias ei struunt socii* et *distribuunt eum inter mercatores?* i. e. num, si insidias ei struunt piscatores consociati, eum distribuent mercatoribus? num in eo piscium instar capiendo fausto successu utentur piscatores? Al. (ut A. Schult.) in similem sententiam (coll. כָּרָה no. II, 2) *num epulabuntur super eo socii?* num eo capto laeti epulabuntur (LXX. ἐνσιτοῦνται. Chald.), sed certus usus formulae כָּרָה עַל in ipso Iobi libro nequaquam deserendus aliusque arcessendus est, in quo plane diversa est structura (כָּרָה כֵּרָה לְ epulas instituit alicui). Minus etiam placet aliorum: *kaufen um ihn Handelsfreunde?* nam vix dicas, quomodo כָּרָה *emit* sq. עַל significare possit *empturivit* aliquid, *emptum petiit*, um etwas handeln. — Imagine a fovea petita paulo audacius dictum est Prov. XVI, 27: אִישׁ בְּלִיַּעַל כֹּרֶה רָעָה *homo nequam perniciem fodit* i. e. struit. — Audacius etiam est hoc Ps. XL, 7: אָזְנַיִם כָּרִיתָ לִּי *aures mihi fodisti*, quod fortius dictum pro vulgari אֹזֶן גָּלִיתָ לִי *aurem mihi aperuisti* i. e. hoc mihi patefecisti. Respondent locutiones nostrae: *jemandem den Staar stechen* i. e. visum acuere alicui, monstrare alicui, quae vidisse debebat sed quasi coecus non viderat, it. *jemandem die Zunge lösen.* Chald. אוּדְנִין לְמִצְתָּא פִּקּוּדָךְ כְּרִיתָ לִי *aures ad audienda praecepta tua fodisti mihi.* Sed iam Kimchius haec verba ad singulare huius commatis praeceptum retulit: פירוש כרית לי אזנים לשמע עולה וחטאה לא חפצת. Mire LXX maxime ex vulgari scriptura (Hebr. X, 5): σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι. Sed pro σῶμα (ΣΩΜΑ) interpretem scripsisse ὠτία (ΩΤΙΑ) vel ex vetere Vulgata („aures autem perforasti mihi") probabile fit: pro כרית interpres Graecus nescio an legerit בָּרָאתָ = ברית.

Niph. pass. Kal. Ps. XCIV, 13.

II. **כָּרָה** 1) *emit.* (Sam. id., unde imp. ࠊࠓࠅ emite Gen. XLIII, 2, sed fut. ࠍࠊࠓࠄ ib. Comm. 4 a

כרר vel כור. Apud Arabes كرا III. IV est locavit. VI. VIII conduxit rem. A. Schult. in ep. ad Menk. I p. 82 hanc potestatem cum priore illa no. I ita conciliat, ut *fodere, pungendo forare* ad locationem conductionemque „per *κέντημα*" [num forte nostr. durch Punktation i. e. per contractum, qui accurate singula momenta persequatur et definiat] translatum esse suspicetur, quod artificiosius videtur. Ceterum emendi et vendendi potestatem habet etiam lingua sanscr. in *kri*, cf. pers. خريدن emere). Deut. II, 6: וְגַם מַיִם תִּכְרוּ מֵאִתָּם *etiam aquam emetis ab iis.* De emtione uxoris Hos. III, 2, ubi Dagesch in אֶכְּרֶהָ est Dag. euphonicum.

2) *epulas apparavit.* 2 Reg. VI, 23: וַיִּכְרֶה לָהֶם כֵּרָה גְדוֹלָה *et apparavit iis epulas magnas.* De loco Iob. XL, 30, quem multi huc referunt, v. כָּרָה no. I. De origine et usu Arabum audiamus Alb. Schultens. ad Iob. l. c. „Apud Arabes وكير et وكيرة est convivium, quod apparatur ob aedificium absolutum: et verbum وكر absoluto aedificio epulum edit. Tu intelligas, omni maiore opere absoluto. Suspicor ortam notionem a كرا כרה conduxit mercede." Kosegarten in censura Lex. mei conferre malebat قرى hospitio excepit amicum, قِرًا id quo quis excipitur, sed vereor ut hoc sit ab obviam eundi potestate (קָרָא).

Hiph. inf. לְהַכְרוֹת legitur 2 Sam. III, 35 in codd. non paucis in Chethibh, pro לְהַבְרוֹת a rad. בָּרָה, quae vera et emendata optimorum librorum scriptura est, v. de Rossi ad illum locum, qui etiam Kimchii, Norzii aliorumque observationes excerpsit. Addatur R. Menahemi nota in nupera Kimchii editione p. 170. Ceterum לְהַכְרוֹת ita explicant magistri (ad rad. no. 2), ut non multum differat a לְהַבְרוֹת.

I. כֵּרָה vel כָּרָה f. pl. cstr. כְּרֹת *foveae, cisternae,* a rad. no. I. Zeph. II, 6: נְוֹת כְּרֹת רֹעִים וְגִדְרוֹת צֹאן *pascua plena cisternis pastoriciis et pecorum septis.* Ita J. D. Michaëlis et D. v. Cölln, in spicileg. observatt. ad Zeph. (Vratislav. 1818) ad h. l., qui praeterea recte observat, rariore hoc vocabulo alludi ad כרתים Comm. 5. Non male tamen Kimchius septa ovium intelligit fossis cincta: פירוש מקום שיכרו הרועים להיות שם מקניהם נכלאים.

II. כֵּרָה f. *convivium, epulae* 2 Reg. VI, 23, v. rad. no. II.

מִכְרֶה f. *fodina.* Zeph. II, 9: מִכְרֵה מֶלַח *fodina salis.*

מֶכֶר v. rad. מָכַר. Kimchius de hoc substantivo agit sub hac radice, idque ex מִכְרָה (emtio, a rad. II, 1) decurtatum existimat.

כְּרַז chald. *clamavit, proclamavit* more praeconis, tantum in Aph. Dan. V, 29, et ita in Targg. Jon. III, 7. Prov. I, 21, et in Talmude. (Syr. ܟܪܙ Pe. et Aph. id. Sam. ࠊࠓࠆ, unde ࠌࠊࠓࠆࠄ clamor, zab. ܟܪܙ, sed ܟܪܘܙܐ praeco. Apud Arabes christianos usurpatur pro *κηρύσσειν* praedicare v. Castell., كارز praedicator. Praeterea late patet haec radix in linguis indogermanicis. Sanscr. *krus* clamare, zend. *khresiô* clamans, praeco Anquetil Zendavesta II, p. 442, pers. غرشيدن, كريستن clamare, gr. *κηρύσσω*, it. *κρίζω*, *κράζω*, lat. med. *crisari*, nostr. *kreischen*, *kreissen*, *to cry*. Cf. קָרָא.

כָּרוֹז m. chald. emphat. כָּרוֹזָא *praeco.* Dan. III, 4. (Syr. ܟܳܪܽܘܙܳܐ, unde etiam armen. քարոզ praeco).

כָּרַךְ rad. Hebraeis inusit. syr. ܟܪܟ circumdedit, it. syr. chald. zab. circumvolvit, involvit, operuit, ut velamento, pallio, zab. ܟܪܟܒܐ orbis, aeth. ክርቢ: circulus, consessus. Videtur haec radix secundaria esse orta ex כָּרַר, כִּכָּר circumdedit (unde כִּכָּר circus, circulus), abiecta una radicali, ut שַׁרְשְׁרָה catena, pro שַׁרְשֶׁרֶת ex שָׁרַר, שִׁרְשֵׁר; חַגָּל ex חרגל, quod ortum ex חָרַג.

תַּכְרִיךְ m. *pallium, stola ampla.* Esth. VIII, 15, et ita chald. Ez. XXVII, 16 (de vestimentis purpureis). Deut. XXVI, 14 Targ. Jon. et Hieros. (de vestibus quibus mortuus involutus est). Non aliter vett. intpp.

כַּרְכְּמִישׁ (ni fallor: *arx Camosi*, conflatum ex כְּרַךְ, כַּרְכָּא, syr. ܟܪܟܐ arx, oppidum munitum, et כְּמִישׁ i. q. כְּמוֹשׁ n. pr. idoli cf. syr. ܟܪܟܡܝܫ) Jes. l. c. Jes. X, 9. Jer. XLVI, 2. 2 Par. XXXV, 20 n. pr. urbis ad Euphratem, haud dubie eiusdem, quae Graecis *Κιρκήσιον*, lat. *Cercusium*, arab. قرقيسيا, قرقيسية appellatur, eiecta Mem littera v. Bocharti Phaleg 4, 21. Cellar. notit. orb. ant. II, p. 715 sqq. Mich. suppl. p. 1352. Abulf. Mesopot., Neues Repert. III p. 23. 245 apogr. Dresd. Schult. ind. geogr. ad vit. Salad. h. v. Urbs est satis magna et munita, sita in insula, quam Chaboras facit ab oriente in Euphraten influens.

כִּרְכֵּב quadril. inusit. zab. *circumdedit*, comp. ex כָּרַךְ circumdedit et כבב (q. v.) convolvit, sec. alios ex כָּרַךְ et كرب constrinxit, quod minus placet. Inde

כַּרְכֹּב m. c. suff. כַּרְכֻּבּוֹ Ex. XXVII, 5. XXXVIII, 4 *ambitus*, *margo*, qui in medio altari supra cancellos aeneos circumductus erat, fort. ut susciperet, quae de altari deciderent. Onk. כּוֹבְבָא.

כַּרְכֹּם m. *crocus*, tum indicus, tum vulgaris, vide Dioscorid. 1, 25. Celsii Hierobot. II p. 11 sqq. LXX. κρόκος. Cant. IV, 14. (Arab. كُرْكُم, chald. כּוּרְכְּם, כּוּרְכְּמָא, syr. ܟܘܪܟܡܐ id., unde chald. כַּרְכּוּמִי crocei coloris, כַּרְכֵּם croco tinxit. Etiam Armeni habent քրքում khekhrym crocus. Ortum videtur ex indico *kankom* et *kunkuma*).

כַּרְכַּס n. pr. eunuchi Xerxis Esth. I, 10, cf. Sanscr. *karkaça* severus (Benfey über die Monatsnamen p. 199).

כָּרַם rad. inusit. Arab. كَرُمَ *nobilis, generosae indolis fuit*, كَرِيم nobilis, neque solum de hominibus, sed etiam de rebus, أَرْضٌ كَرِيمٌ terra bona et fecunda, كَرْم fecundus, أَرْضٌ مَكْرَمَةٌ terra bona, fertilis.

כֶּרֶם m. (f. Jes. XXVII, 2. 3) c. suff. כַּרְמִי, pl. כְּרָמִים cstr. כַּרְמֵי 1) *ager plantis nobilioribus consitus*, in horti et arboreti modum cultus (cf. כַּרְמֶל). כֶּרֶם זַיִת olivetum Iud. XV, 5. דֶּרֶךְ כְּרָמִים via quae ducit ad hortos et arboreta i. e. ad terram cultam, sedem hominum, opp. deserto. Iob. XXIV, 18.

2) Spec. *vinea*. Gen. IX, 20. Ex. XXII, 4. Lev. XIX, 10. XXV, 4. Num. XVI, 14. XXII, 24. Deut. XX, 6. XXII, 9. XXIII, 25. XXIV, 21. XXVIII, 30. 1 Reg. XXI, 1 sqq. Jes. I, 8. V, 1 sqq. Jer. XXXV, 7. 9. Iob. XXIV, 6. Prov. XXXI, 13. Cant. VIII, 11 al., plene כֶּרֶם חֶמֶר hortus vini. Am. V, 11 cf. Jes. XXVII, 2. Apud prophetas vinea passim imaginem praebet populi israëlitici. Jes. III, 14. V, 1 sq. XXVII, 2 sq., cf. Matth. XX, 1 sq. XXI, 28. Luc. XX, 9. — Cant. I, 6 sponsa verbis: vineam *meam* non custodivi, venustatem suam significat, cf. VIII, 12. (Chald. כַּרְמָא, syr. ܟܪܡܐ id., sed arab. كَرْم teste Dschauhario est: uva, شَجَرُ الْكَرْمِ vitis, et ex Syriasmo petitum videtur, quod in Bibliorum translatione aliquoties etiam de *vinea* dicitur Jes. XXVII, 2. Luc. XX, 9. 10). Inde est denom.

כֹּרֵם m. (ut בֹּקֵר a בָּקָר) *vinitor*. Joël. I, 11. Jes. LXI, 5. Syr. ܟܪܘܡܐ id., arab. كَرَّام, sed nonnisi in Versionibus Bibliorum.

כַּרְמִי (vinitor) n. pr. 1) filii Ruben Gen. XLVI, 9. Ex. VI, 14. — 2) alius viri Jos. VII, 1. A no. 1 ductum est patron. ei consonum (pro כַּרְמִיִּי) Num. XXVI, 6.

כַּרְמֶל (a כֶּרֶם, adiecta terminatione *el*, quam vim diminutivam habuisse suspicor, v. sub litt. ל) m. c. suff. כַּרְמִלּוֹ 2 Reg. XIX, 23 1) *hortulus, locus in horti modum cultus, arboribus frugiferis, oleribus et frugibus consitus* (Kimchi: מקום אילנות פירות ושדות תבואה), modo deserto, modo silvae oppositus. Jes. XXIX, 17: *Libanus in hortulum mutabitur, et hortulus silva erit.* XXXII, 15. 16. Jer. II, 7: *deduxi vos* אֶל־אֶרֶץ הַכַּרְמֶל *in regionem hortulo similem, ut comedatis fructum eius.* Jes. X, 18. XVI, 10. Jer. XLVIII, 33. 2 Par. XXVI, 10. 2 Reg. XIX, 23 de Libano: יַעַר כַּרְמִלּוֹ *silva eius horto similis*, intellige cedrorum seminarium in recessibus Libani.

2) meton. notare videtur *fruges hortenses*, easque *praecociores* et nobiliores, ut etiam nos generosiores et praecociores frugum et leguminum species in hortis colere, talesque campestribus praeferre solemus. Sic intelligo גֶּרֶשׂ כַּרְמֶל Lev. II, 14 i. e. *contusum* s. polenta, ptisana *frumenti praecocis* et horni et per ellipsin in vc. trito perfacilem simpl. כַּרְמֶל Lev. XXIII, 14. 2 Reg. IV, 42. Utroque Levitici loco כַּרְמֶל in altari offertur cum panibus primitiarum, cum quibus etiam 2 Reg. l. c. copulatur, et nescio an *polenta* (ἄλφιτα) intelligenda sit *ex granis recentibus et praecocibus frumenti horni contusis et decorticatis facta* (frische Weizen- und Gerstengrütze), cui utpote numini offerendae aristas adhibebant nobilissimas et praecoces in hortis cultas. — Haud igitur absurda est, adeoque viam ad veritatem parat Hebraeorum interpretatio: שבלת רכה ולחה *arista tenera et recens* (non: viridis). — Bene Theodot. cap. 2: πίονα ἄλφιτα. LXX. χίδρα ἐρικτά, quae Etymol. ineditum apud Bielium explicat: στάχυες ἁπαλοῦ σίτου· ὁ νέος καρπός, ἢ ἄλευρον τὸ ἐξ ἁπαλῶν φρυκτῶν γενόμενον, cf. Casaubon. ad Athen. 9, 16. Bielium et Schleussnerum h. v. Aqu. et Symm. ἁπαλὰ λάχανα ὀσπριώδη. Abulw. فَرِيك arista fricabilis.

3) n. pr. a) promontorii amoeni et fertilissimi (Hieron. ad Am. I, 2. Jer. IV, 26) ad mare mediterraneum in finibus australibus Aseritarum siti, plerumque c. art. הַכַּרְמֶל Jos. XII, 22. 1 Sam. XXV, 2. 7. Jes. XXXV, 2. Jer. IV, 26. L, 19 (unde רֹאשׁ הַכַּרְמֶל summus Carmel 1 Reg. XVIII, 42) Cant. VII, 6, plene הַר הַכַּרְמֶל 1 Reg. XVIII, 19. 20. 2 Reg. II, 25. IV, 25, sine art. Jes. XXXIII, 9. Jer. XLVI, 18. Nah. I, 4. Jos. XIX, 26. Cant. l. c.: רֹאשֵׁךְ עָלַיִךְ כַּכַּרְמֶל *caput tuum Carmelo simile* est, h. e. comis ornatum, ut ille arboribus (male enim Abulwalides aliique Hebraei interpretes כַּרְמֶל h. l. i. q. כַּרְמִיל *coccinum* esse volunt, quia in membro gemino sit אַרְגָּמָן). Graece mons appellatur Κάρμηλος τὸ ὄρος Strab. 16, 2 §. 27, Καρμήλιον ὄρος Jos. Ant. 13, 15 §. 4, lat. Carmelus Tac. hist. 2, 78, promontorium Carmelum Plin. 5, 19 s. 17. Cf. Relandi Palaestina p. 327 sq. — b) oppidi in montanis ad occidentem maris mortui Jos. XV, 55. Cum He locali כַּרְמֶלָה 1 Sam. XV, 12. XXV, 5. 40. Eusebius vicum suo adhuc tempore exstitisse tradit, v. Relandi Palaestina p. 695. Seetzenius autem (v. Zach. monatl. Correspondenz XVII p. 134) ibi locorum memorat montem calce constantem *el Kirmel*. — Nom. gent. a כַּרְמֶל litt. b. est

כַּרְמְלִי 1 Sam. XXX, 5. 2 Sam. XXIII, 35, fem. כַּרְמְלִית 1 Sam. XXVII, 3.

* * *

כַּרְמִיל m. *coccinum, color coccineus* e vermiculis ingenti numero ilicis quasdam species, in Armenia et Polonia etiam graminum palustrium radices (v. Mosis Chorenensis geogr. p. 361 ed. Whiston. Kamus v. قرمز, maxime commentationem eruditam: über Cochenille am Ararat, von *Hamel.* Petropoli 1833. 4) inhabitantibus (coccus ilicis Linn.) paratus, it. *panni coccinei*, in sequiori Hebraismo i. q. in antiquiore שָׁנִי, תּוֹלַעַת q. v. 2 Par. II, 6. 13. III, 14. Persis Armenisve, apud quos coccum reperiri cummaxime vidimus, hoc vc. acceptum referebant Hebraei. Apud hos appellatur կարմիր *karmir* (v. Vers. armen. Apoc. XVII, 4 pro κόκκινον, 2 Par. ll. cc. pro כַּרְמִיל, et praeterea saepe pro תּוֹלַעַת et שָׁנִי) a pers. کرم, sanscr. *krimi* vermis, et pers. کرمال *kermiel* est: rubrum vermium, a كرم et آل rubrum splendens (Lorsbach Archiv f. morgenländische Litteratur II, p. 305). Sic in vetere lingua slavon. coccineus color appellatur *tscherwen* a *tscherw* vermis, et *tscherwleniza* (wurmroth), et arabicum قرمز (vox haud dubie peregrina) nihil aliud esse videtur quam diminut. a قرم = كرم, ut russ. *tscherw* vermis, *tscherwez* vermiculus, polon. *czerw*, dimin. *czerwiec* vermiculus et coccus, unde czerwony ruber, cf. syr. ܩܘܡܣܢܐ coccineum (unde gr. ὑσγῖνον) a pers. سوس vermis et ܓܘܢܐ, گون color, it. gall. *vermeil* a lat. *vermiculus.* ,,In allen slavischen Mundarten kommt, wie bei den schon angeführten Polnischen, die Benennung für Roth direct von dem Worte, womit der Wurm bezeichnet wird. Im Slowakischen heisst der Wurm *cerw* und roth *cerljen*, im Kroatischen kommt von *cherv* Wurm *chêrlyen* (chèrleno) roth; im Dalmatischen von *czarv*, *zarv* — *czarlyen* oder *zarljen*; im Bosnischen von *çarv*, *çrriv* oder *çerv* — *çargljen* (*çarven*), *çrrigljen* (*çrriven*) *çergljen*; in einer der sorabischen Mundarten von *tzerw* — *tzerwene*, in der andern von *zerw* — *zerwôni*; im Böhmischen von *cerw* — *cerweny*" etc. Hamel l. c. p. 27. Non minus certum est, pers. كرم, sanscr. *krimi*, lat. et germ. *vermis, Wurm*, slav. *tscherw* nil nisi varias eiusdem vocabuli formas esse, et (ut hoc quasi praeteriens observem) nostr. *Scharlach*, gall. *ecarlate* a vcc. slavicis modo laudatis, maxime *czarljen* et similibus derivandum esse: a populis enim slavicis profectus hic color in Europam occidentalem dimanavit. Ab arab. قرمزي cocco tinctus, est gall. *cramoisi*, nostr. *carmesin*, a simpl. *kerm* — *Karmin.* — Quae omnia qui perpenderit, haud facile cum Bocharto (III, p. 661) כַּרְמִיל *purpurae genus* interpretabitur ad *Carmelum* capi solitae.

כְּרָן n. pr. viri Horitae Gen. XXXVI, 26. Arab. كران i. q. כִּנּוֹר cithara.

כָּרְסֵא chald. *solium*, *tribunal* i. q. hebr. כִּסֵּא q. v. (*s* geminato in *rs* mutato, v. ר litteram). Dan. V, 20, c. suff. כָּרְסְיֵהּ VII, 9, pl. כָּרְסָוָן ibid.

כִּרְסֵם quadrilitt. ortum ex Pi. verbi כָּסַם (q. v.) pro כִּסֵּם (v. כָּרְסֵא et sub litt. ר) *abscidit*, inde *depavit*, *vastavit* (aper vineam). Ps. LXXX, 14. LXX ἐλυμήνατο. Symm. κατενεμήσατο. Hieron. *vastavit.* Syr. ܐܟܠܗ comedit eam. In alia omnia abeunt magistri, de quibus vide Bochartum Hieroz. 1, 980. 981. (Arab. كَرْسَمَ Golius in append., haud dubie ex Camuso, explicat أَزَمَ وأَطْرَقَ i. e. momordit et oculos humi defixit, quae ita conciliari possint, ut posterius sit: compressit labia, obmutuit. Sed apud Firuzabad. pag. 1688 Calc. legitur أَرَمَ وأَطْرَقَ conticuit et oculos humi defixit, quae scriptura si vera est, et vera esse videtur, verbum arabicum Hebraeo illustrando adhiberi non potest. Conferatur vero Chald. et talmud. קרסם folia abscidit; absumsit locusta, formica. Abulwalides: יכרסמנה חזיר يقرضها من قول المشبه שדה שקרסמוה נמלים والقاف والكف تبدلان في اللسان العبراني. Praeterea كُرْزُم multum comedens, vorax, a trilittero كزم IV. multum comedit, كَزَم voracitas, it. גָּזָם. Ceterum quum etiam גָּזַר et גָּרַז vorandi potestate veniant, quadrilitterum possit etiam ex כָּסַם et גרז = כרס compositum existimari, vel ex כָּסַם et ܒܙܰܩ amputavit).

כָּרַע pr. *flexit se* genu. Iob. IV, 4. Jes. XLV, 23: תִּכְרַע כָּל בֶּרֶךְ *flectunt se genua cuncta*, dein de homine: כָּרַע עַל בִּרְכָּיִם procubuit in genua Iud. VII, 5. 6. 1 Reg. VIII, 54. 2 Reg. I, 13. Esr. IX, 5, et simpl. כָּרַע genua flexit, in genua procubuit, v. infra. (Chald. id. Sam. ࠊࠓࠏ cubuit, iacuit. Apud Arabes nonnisi significationes quaedam translatae servatae sunt, quarum originem lexx. arabica pro more ne verbo quidem significant, velut: prono ore bibit, os admovit fonti, pr. in genua procidit ad bibendum cf. Iud. VII, 5. 6. Schult. ad Iob. p. 860; sq. الى appetivit viri congressum mulier, pr. incurvavit, inclinavit se ad eum, v. infra. Transpositis litteris est ركع incurvavit se prae senio, vel inter precandum. Vicinum est כָּנַע).

Genua flectere vel *in genua procumbere* autem dicuntur a) qui regem vel summum numen adorant 2 Par. XXIX, 29, unde copulatur cum הִשְׁתַּחֲוָה Ps. XCV, 6. Sq. לְ pers. 1 Reg. XIX, 18. Esth. III, 2. 5, cf. Jes. XLV, 23, לְפָנָיו Ps. XXII, 30. LXXII, 9; b) qui viribus

destituti (Jes. XLVI, 1. 2) vel vulnerati et moribundi corruunt, ubi sequi solet נָפַל. Ps. XX, 9: כָּרְעוּ וְנָפָלוּ *corruunt et cadunt.* 2 Reg. IX, 24 de rege in pugna vulnerato: וַיִּכְרַע בְּרִכְבּוֹ *et corruit in curru suo.* Iud. V, 27 de Sisera, qui vulnus lethale a Jaële acceperat: בֵּין רַגְלֶיהָ כָּרַע נָפַל שָׁכָב בֵּין רַגְלֶיהָ כָּרַע נָפַל בַּאֲשֶׁר כָּרַע שָׁם נָפַל שָׁדוּד *inter pedes eius corruit, cecidit, iacuit: inter pedes eius corruit, iacuit: ubi corruit, ibi iacuit trucidatus*, ubi non licet, כָּרַע cum Clerico et Schnurrero de torminibus s. convulsivis agitationibus moribundi (sich krümmen im Todesschmerz) intelligere. Jes. LXV, 12: כֻּלְּכֶם לַטֶּבַח תִּכְרָעוּ *vos omnes ad lanienam corruetis.* Eodem pertinet Jes. X, 4, qui locus supra (s. v. בִּלְתִּי p. 210 B) minus bene tractatus ita explicandus est: בִּלְתִּי כָּרַע תַּחַת אַסִּיר תַּחַת הֲרוּגִים יִפֹּלוּ *sine* me i. e. auxilio meo destituti *corruent sub vinctos* i. e. sub pedes eorum (cf. בֵּין רַגְלֶיהָ Iud. l. c. et 2 Sam. XXII, 40: תַּכְרִיעַ קָמַי תַּחְתֵּנִי), *sub occisos cadent* i. e. occisis in campo proelii operientur. — De ipsis genubus Iob. IV, 4: בִּרְכַּיִם כֹּרְעוֹת *genua labantia.* c) qui humum decubituri sunt, ad quietem captandam Gen. XLIX, 9: כָּרַע רָבַץ כְּאַרְיֵה. Num. XXIV, 9: כָּרַע שָׁכַב כַּאֲרִי, vel qui in genua procumbunt ad bibendum Iud. VII, 5. 6 (cf. supra usum Arabum). d) mulieres parturientes (ut hodieque in Aethiopia mulieres in genua prolapsae parere solent, v. Ludolfi hist. aeth. 1, 15) 1 Sam. IV, 19, it. capreae Iob. XXXIX, 3.

Raro de iis dicitur, qui toto corpore incurvati procumbunt proni, 2 Par. VII, 8: וַיִּכְרְעוּ אַפַּיִם אַרְצָה. Inde est כָּרַע עַל אִשָּׁה compressit mulierem Iob. XXXI, 10 cf. gr. *κατακλίνειν* Aeschin. fals. legat. p. 419, lat. incurvavit Hylam posito Tyrinthius arcu Martial. 11, 44, ipsos etiam inclinare maritos Iuven. 9, 26, cf. 10, 224. Pers. 4, 8.

Hiph. 1) *procumbere fecit, prostravit* hostes. Ps. XVII, 13. LXXVIII, 31. 2 Sam. XXII, 40: תַּכְרִיעַ קָמַי תַּחְתֵּנִי *prosternis hostes meos sub me*, ubi כרע constructum est instar verborum motus (cf. Jes. X, 4), pro quo Ps. XVIII, 40: תַּכְרִיעַ קָמַי תַּחְתָּי, instar verborum quietis. Sic enim differunt תַּחְתֵּנִי et תַּחְתַּי, ut illud (cum pron. in accus.) sit: *sub me, unter mich*, hoc (cum pron. in genit.): *unter mir*, vide gramm. hebr. §. 36 not. — 2) *depressit* i. e. *afflixit* aliquem Iud. XI, 35: אֲהָהּ בִּתִּי הַכְרֵעַ הִכְרַעְתִּנִי.

כֶּרַע, nonnisi dual. כְּרָעַיִם f. (Lev. XI, 21, sed Cod. Sam. masc.) *utrumque crus, utraque tibia*, qua flexa decumbitur (cf. rad.), *Unterschenkel, Wadenbein*, ubique de bestiis Ex. XII, 9. XXIX, 17. Lev. I, 9. 13. IV, 11. VIII, 21. IX, 14. Am. III, 12; de pedibus saltatoriis locustae Lev. XI, 21. (Chald. כְּרָעַיָּא ,כַּרְעִין id., syr. et zab. ܟܪܥܐ, arab. كُرَاعٌ pars cruris tenuior, pes maxime in ovibus et bobus Abdoll. p. 128, it. pes locustae).

כַּרְפַּס m. *carbasus*, pannus linteus vel bombycinus subtilior isque albi coloris Esth. I, 6, arab. كِرْبَاسٌ, pers. كرباس, كرپاس, كرباس, كرباسه (unde gr. *κυρβασία, κύρβασις* tiara Persarum e carbaso facta), armen. կերպաս *kierbas*, sanscr. *karpâsa* bombycinum (Asiatic Researches IV p. 231 Calcutt.), gr. *κάρπασος*, species lini tenuis, quod in Hispania (Plin. N. H. 19, 1) maxime autem in India et Oriente gigni veteres scriptores tradunt, v. Strabo 14 p. 719. Arriani Peripl. p. 165. Curt. 8, 9. Abulpharag. hist. dynast. p. 433, cf. Celsii Hierobot. II, 157. Salmas. homonym. c. 81. Schroeder de vestitu p. 108 sqq.

כָּרַר rad. in Kal inusit. 1) pr. *in orbem ivit*, cf. גָּרַר no. 5 i. q. mollius גָּלַל, it. חוּל ,גִּיל. Inde כַּר vas rotundum, ut גַּל, גֻּלָּה a גָּלַל et כִּכָּר pro כִּרְכָּר. — 2) *saltavit* (cf. חוּל no. 1, gr. praemisso sibilo *σκαίρω*), *exultavit*, it. *cucurrit* celeriter, de rota, curru. Inde כַּר no. 1 pilentum, כִּרְכָּרוֹת. (E linguis semiticis cf. aeth. ከረረ: volvit, devolvit, provolvit, መንከራከር: rota, et syr. ܟܘܪܐ gaudium, exultatio sec. Ferr. Adl. a saltando, ut recte L. de Dieu 2 Sam. VI, 14. Cognatas Arabum formas v. ad כִּרְכָּרוֹת. In linguis indogermanicis congruunt *curro, currus; carrus, carrum*; angl. *to carry*).

Pilp. כִּרְכֵּר *saltavit.* Part. מְכַרְכֵּר 2 Sam. VI, 14. 16, pro quo in loco parallelo 1 Par. XV, 29 est מְרַקֵּד.

כַּר m. 1) *pilentum, lectica*, a *currendo* dicta (vide rad. no. 1. 2) cf. כִּרָה ,כִּרָא a אַפִּרְיוֹן. Inde כַּר הַגָּמָל *lectica camelina* Gen. XXXI, 34 i. e. sellae s. pilenti genus, quod camelorum clitellis superne alligatum et velo cortinave obumbratum mulieribus et infantibus transportandis inservit. Plurima harum sellarum nomina apud Arabes celebrantur: كُورٌ Taraph. 36. Motan. ap. Reisk. ad Tar. p. 43. 81. Dissert. Lugd. p. 990, et مِكْوَرٌ, utrumque a كَارَ festinavit iumentum, it. قَرٌّ, مِحَفَّةٌ, وَلِيَّةٌ, رَحْلٌ, هَوْدَجٌ, ظَعِينَةٌ, quae quomodo inter se differant, ex parte Lexica docent; de re vide prae ceteris Damirium ap. Bochart. Hieroz. I, p. 13 Lips. ubi de camelo: *animal est mirabile ..... dorso suo gestat domum, in qua degit homo cum cibo et potu et vestibus et vasis et pulvinaribus suis, et supra domum tectum, et his omnibus onustus iter facit*, adde Kämpfer amoenit. exot. p. 747. Pococke itin. T. I, tab. 56. Jahn Archaeol. 1, 1 p. 286. LXX. *τὰ σάγματα τοῦ καμήλου.* Gr. Venet. *τὸ σάγμα τῆς καμήλου.* Vulg. *stramenta cameli* i. e. non stramen camelis substratum (Luth. die Streu der Camele), sed *strata* iis imposita (Caes. b. gall. 7, 45. Caj. in Pandect. 16, 234), quod a vero prope abest. Magno consensu ita iam veteres. Saad. قَتَبُ الْجَمَلِ. Arabs

Erp. نَرِكْدَة id. Syr. et Targ. ܥܒܝܬܐ, עֲבִיתָא i. e. عَبِيطٌ clitellae, quibus pilentum alligatum est. Raschi et Kimchi: מרדעת הגמל *clitellae cameli:* atque hic quidem addit locos Talmudicos (Cilaim 9, 2. Pesach. fol. 55, 2. Moed katon fol. 13, 2), quibus כַּר *pulvinaris* significatu exstat, it. nomen כרר de pulvinarum opifice: clitellae autem nihil aliud sunt quam pulvinar. Non igitur erat, quod Michaëlis (suppl. p. 1340). Schultensio (Opp. min. p. 122) sibique huius interpretationis laudem tribueret. Aben Esram, qui tribus V. T. locis כַּר cameli pullum vel camelum esse volebat (Gen. l. c. Jes. XVI, 1. LX, 6) dudum refellit Bochartus I p. 25 Lips.

2) *agnus ariesque*, isque pinguis et saginatus (ut מְרִיא vitulus saginatus), in laetis pascuis pascens, fort. a saltando dictus (v. rad. cf. Ps. CXIV, 4. 6. Sap. XIX, 9, et contra nostr. kälbern, kalvern a *Kalb* vitulus) Deut. XXXII, 14: חֵלֶב כָּרִים וְאֵילִים וגו׳. Jes. XXXIV, 6: מִדַּם כָּרִים וְעַתּוּדִים מֵחֵלֶב כִּלְיוֹת אֵילִים 2 Reg. III, 4. Ez. XXXIX, 18, quibus locis copulatur cum אֵילִים, a quo ita differre videtur ut אֵילִים sint arietes generandae soboli destinati, כָּרִים arietes saginati, qui apud nos castrari solent (Fetthammel) v. max. 2 Reg. l. c. Etiam reliqui loci paene omnes agni pinguis et saginati significationem postulant Am. VI, 4. 1 Sam. XV, 9. Jer. LI, 40. LXX. ter ἀρήν, semel ἀμνός, semel κριός. Vulg. ubique *agnus*, Syr. ܡܦܛܡܐ saginatus, et Targ. plerumque פַּטִּים id., Ps. XXXVII, 20: פַּלְגִּיסִין דְּבֵין אִילָא מִתְפַּטְּמִין *agni, qui a prima aetate saginati sunt*, cf. φάγιλος i. e. agnus tener esu idoneus. — Semel in sing. Jes. XVI, 1: שִׁלְחוּ כַר מֹשֵׁל אֶרֶץ *mittite agnum domini terrae* i. e. agnos, quos regi nostro, ut tributum annuum debetis (2 Reg. III, 4). Targ. מִסִּין. Veram huius loci explicationem iam diu est quod vidit Joseph Kimchi, de cuius sententia ita Davides filius: „*pater meus b. m. Jes. XVI, 1* כַּר *interpretabatur* כֶּבֶשׂ *et in st. cstr. positum censebat propter Patach. Integrum locum sic explicabat: agnos dominatoris terrae i. e. Hiskiae mittite vos Moabitae a Sela per desertum, quod interiacet inter urbes Moabiticas et montem filiae Zionis. Ita autem dicit propheta, quoniam consueverant mittere tributum regi Israëlis ut scriptum est 2 Reg. III, 4, sed Ahabo mortuo defecerant Moabitae et non amplius mittebant, ut legitur ibidem comm. 5. Iam Israëlis rege corroborato iis suadet, ut tributum mittant, ut antea.*" Davides ipse כַּר principem interpretabatur, ut alibi עַתּוּד. R. Jona בן הגמל (v. no. 1 extr.). — Translate a) *aries ferreus*, κριός, machina bellica, qua moenia urbium expugnandarum perforabant, etiam arab. كَبْشٌ aries dicta (2 Macc. XX, 8). Plur. כָּרִים Ez. IV, 2. XXI, 27. Vulg. *arietes*. Targ. אַפְרוּרְן a פרר comminuit. LXX c. 4 βελοστάσεις, c. 21 χάραξ. Et fortasse etiam b) *pascuum pingue*, fort. proprie *agnorum pascuum* (Lämmerweide, Lämmermast). Jes. XXX, 23: *depascet grex tuus illo die* כַּר נִרְחָב *pratum pingue late patens.* LXX. τόπον πίονα καὶ εὐρύχωρον. Syr. ܡܪܥܝܬܐ ܐܪܘܚܬܐ. Plur. כָּרִים Ps. XXXVII, 20: יְקַר כָּרִים *decus pratorum* i. e. gramen. (Chald. Kimchius al. ex vulgari significatione: pretiosum agnorum i. e. adeps vel pinguedo ovium, quae altari imposita cito cremetur). LXV, 14: לָבְשׁוּ כָרִים הַצֹּאן *prata induunt greges* i. e. gregibus vestiti sunt. (Chald., quem sequuntur Alb. Schult. in animadvv. al. *arietes induunt oves* i. e. eas ineunt, cum iis coeunt coll. לָבוּשׁ no. 2, renitente et parallelismo et significatu vcc. צֹאן et כָּרִים).

Et *ovis* et *pascui* significatu hoc vc. etiam Iones adoptarunt. Hesych. *Κάρ* ..... *πρόβατον*. *Κάρα* ..... *Ἴωνες τὰ πρόβατα*. *Κάρνος* .... *βόσκημα*, *πρόβατον*. *Κάρος* .... *βόσκημα*. Atque utraque haec significatio (no. 1 et no. 1, a) apud Hebraeos certis quidem exemplis firmata est: sed minus certo constat de etymo et qua ratione illae significationes inter se coniungendae sint. Illam enim, quam supra aliis praeeuntibus ingressi sumus, rationem, ut *agnus* a saltando dictus sit, *pascuum* ab agno, duriusculam esse non nego. Contrariam rationem secutus est Bochartus (I, 466 Lips.), כַּר *agnum pascualem* ducens a כַּר *pascuum*, hoc a כִּכָּר „ut בַּת pupilla a בָּבַת (?)"; mallem dixisset a כרר, ut idem valeat quod כִּכָּר = כִּרְכָּר pr. *orbis*, dein *terrae tractus*, max. *flumini adiacens* (cf. כִּכַּר הַיַּרְדֵּן), ideoque opimus, fertilis, pascuis aptus; quod si cui placuerit, equidem non repugnabo. Coniici etiam possit, כַּר proprie *vervecem* significare, a כָּרַר = כּוּר fodere, secare, siquidem verveces saginando aptiores sunt (v. supra) et כָּרִים nunquam in sacrificiis memorantur, in quibus vervecum sane nullus usus erat: licet hac ratione adoptata illarum difficultatum altera (pascuum a vervece) non tolleretur.

כֹּר m. pr. vas rotundum (cf. כִּיּוֹר), inde *mensura* rerum aridarum et fluidarum decem Ephas Bathosve continens i. q. חֹמֶר. 1 Reg. IV, 22 (V, 2). V, 11. 2 Par. II, 9. XXVII, 5. Ez. XLV, 14. (Aramaei כּוֹר, ܟܘܪܐ ponere solent pro hebr. חֹמֶר. Arab. كُرٌّ mensura apud Iracenses usitata, sex onera asinorum vel quadraginta artabas continens. Adoptarunt etiam Hellenistae κόρος).

כִּרְכָּרוֹת f. pl. Jes. LXVI, 20 *camelae veloces*, *dromades* (Herod. 3, 103: αἱ γάρ σφι κάμηλοι ἵππων οὐκ ἥσσονες ἐς ταχύτητά εἰσι), a cursu *saltabundo*, nostr. *Gallopp* (v. rad. Pilp.) dictae, interdum instrumentis musicis accelerato (Sadi Gulist. p. 190). De formis cognatis v. Bocharti Hieroz. I p. 25 Lips.: „كَرَى id est vehementer cucurrit, vehementer saltavit ad camelos saepe transfertur, ut quum dicunt de cameli femina كَرِيَتْ بِرِجْلِهَا i. e. قَلَبَتْهَا فِي الْعَدْوِ invertit pedes in cursu suo. Item كَرَّاتُ النَّاقَةِ id est سَرِعَتْ properavit. Et vicinum huic verbum وَكَرَتِ النَّاقَةُ idem sonat: et نَاقَةٌ وَكْرَى سَرِيعَةٌ est camela velox. Et وَكَرَ de caprea est insilire, وِكَارٌ cursus et saltus." Etiam alia saltandi vcc. ut رَقَصَ, رَقَدَ ita ad cursum camelarum transferri, docet Alb. Schult. Opp. min. p. 290. Iam Kimchius observat, שבוב כרכרות appellari camelos aliave iumenta celeria,

קלותם ומהירתם דומין שמרקדין *quia celeritate et velocitate sua saltare videntur.* De dromadum (هجين) celeritate vide Burckhardt über die Beduinen p. 364 sqq. ed. germ.

כִּכָּר f. (Gen. XIII, 10. Ex. XXIX, 23. 2 Reg. V, 5) cstr. כִּכַּר dual. כִּכָּרַיִם (no. 3) plur. כִּכָּרִים cstr. כִּכְּרֵי (no. 3) et כִּכְּרוֹת (no. 2) contr. pro כִּרְכַּר pr. *orbis.* (Syr. ܟܟܪܐ talentum, v. no. 3, sed etiam placentae significatio iis non ignota fuisse videtur, nam non aliunde, quam a Syris, petitum est arm. քաքար placenta, et քանքար talentum, inserta *n* littera. Eiusdem originis est ܟܘܟܒܬܐ placenta, ܟܘܟܒܬܐ placentae, dulciaria. E quadrilitt. כִּרְכַּר orta est nova radix כָּרַךְ q. v. In linguis occidentalibus congruit *circus, circulus*, et r littera emollita κύκλος). Spec. 1) *terrae tractus circumiacens.* Neh. XII, 28: הַכִּכָּר סְבִיבוֹת יְרוּשָׁלַם cf. III, 22. Et sic כִּכַּר הַיַּרְדֵּן tractus Jordanis i. e. regio, per quam Jordanes in mare mortuum defluit Gen. XIII, 10. 11. 1 Reg. VII, 46. 2 Par. IV, 17 (LXX ἡ περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου, et ita Matth. III, 5), saepius κατ' ἐξοχὴν הַכִּכָּר Gen. XIII, 12. XIX, 17. 25. 28. 29. Deut. XXXIV, 3. 2 Sam. XVIII, 23. Neh. III, 22. XII, 28, hodie الغور *el Ghor* i. e. terra plana et depressior. — 2) כִּכַּר לֶחֶם *placenta, paniculus rotundus* Ex. XXIX, 23. 1 Sam. II, 36. Prov. VI, 26. Jer. XXXVII, 21. Plur. כִּכְּרוֹת לֶחֶם Iud. VIII, 5. 1 Sam. X, 3. — 3) *talentum* (v. supra syr.), maximum Hebraeorum pondus, idque, quemadmodum ex Ex. XXXVIII, 25. 27 computari potest, 3000 siclos sacros continens, quod qui ad nostri ponderis rationes exigere volent, non negligant 2 Sam. XII, 30, ubi corona regis Ammonitarum integrum auri talentum pondo valuisse traditur. כִּכַּר זָהָב talentum auri 1 Reg. IX, 14. X, 10. 14, כִּכַּר כֶּסֶף 2 Reg. V, 22. XXIII, 33, כִּכַּר עֹפֶרֶת Zach. V, 7. Cum numeralibus in antiquioribus libris copulatur hunc in modum: מְאַת כִּכַּר כֶּסֶף Ex. XXXVIII, 27, מֵאָה וְעֶשְׂרִים כִּכַּר זָהָב 1 Reg. IX, 14, sed in recentioribus: זָהָב כִּכָּרִים מֵאָה אֶלֶף 1 Par. XXII, 14. XXIX, 7. 2 Par. III, 8. Esr. VIII, 26. Dual. כִּכָּרַיִם duo talenta 2 Reg. V, 23, sq. genit. כִּכָּרַיִם (non כִּכְּרֵי, in quo dualis numerus discerni non poterat), ut כִּכָּרַיִם כֶּסֶף 1 Reg. XVI, 24. 2 Reg. V, 23.

כָּרַשׁ rad. inusit. *incurvatus est, inclinavit* i. q. vicina קָרַס. Inde

כָּרֵשׂ *venter*, ab incurvando dictus, ut germ. *Bauch* a verbo *beugen*, et hebr. גָּחוֹן a rad. גָּחַן. Jer. LI, 34. (Aram. ܟܪܣܐ, כְּרֵס, כְּרֵיסָא i. q. בֶּטֶן, arab. كَرِشٌ ventriculus ruminantium, كَرْشَاء mulier ventricosa. aeth. ከርሥ: venter).

כֹּרֶשׁ et **כּוֹרֶשׁ** (Esr. I, 1. 7. 8) n. pr. *Cyrus*, nobilissimus rex Persarum, qui Judaeis in Babylonia exulantibus in patriam redeundi veniam dedit 2 Paral. XXXVI, 22. 23. Esr. III, 7. IV, 3. 5. V, 13. 14. 17. VI, 3. 14. Jes. XLIV, 28. XLV, 1. Dan. I, 21. VI, 29. X, 1. Graeci scriptores, certe plerique, hoc nomen *solem* significasse observant (v. Ctes. ap. Plut. Artax. Opp. I p. 1012. Hesych. *Κῦρος* .... ὁ ἀπὸ τοῦ ἡλίου. τὸν γὰρ ἥλιον οἱ Πέρσαι Κῦρον λέγουσιν. Etym. M. *Κύρος*, ὁ βασιλεὺς τῶν Περσῶν ὁ παλαιός. Ἥλιον γὰρ ἔχει τὸ ὄνομα. *Κοῦρον γὰρ καλεῖν εἰώθασιν οἱ Πέρσαι τὸν ἥλιον*), et recte quidem: sol enim pers. est خور (خور شيد, sec. Lassenium de inscriptt. cuneat. p. 132. 133 zend. *hvarĕ ksaēta* sol rex), zend. *hwarĕ*, gen. *hûrô* (Burnouf Yasna, not. LXVI. Vend. Sade p. 135. Rask de ling. zend. p. 31. Bopp. gramm. comp. p. 30), sanscr. *sûra, sûri, sûrja*; neque audienda parum docta aliorum (Iustin. I, 5) opinio, qui *Κῦρον* (coll. κύριος) *dominum* interpretabantur. De terminatione ־ֶשׁ vide supra s. v. דָּרְיָוֶשׁ p. 350 B. Cf. Reland de vet. ling. pers. §. 57. Hyde de rel. vett. Pers. p. 104. 260. Pott etym. Forschungen I p. XLIV. — Quod U. Möllerus (de authentia oraculorum Esaiae. Hauniae 1825, p. 209 sqq.) de nomine כֹּרֶשׁ apud Jesaiam non Cyrum regem, sed populum Israëliticum eumque rectum et iustum (כֹּרֶשׁ = כֹּשֵׁר) significante commentus est, id retulisse sufficit.

כַּרְשְׁנָא n. pr. principis in aula Xerxis Esth. I, 14. Bohlenius (symbol. p. 22) conferebat neo-pers. كارشن belli spoliatio s. spoliator: Th. Benfey (über die Monatsnamen p. 199. 200) ex antiquioribus Persiae dialectis duas interpretationes proponit: unam, de qua sit i. q. zend. *keresna* (sanscr. *krischna*) *niger*, alteram de qua כרש (cf. מַרְסְנָא) sit *nâ* nomin. vc. *nar* vir, כרש i. q. *kereç*, sanscr. *kriç* tenuis, gracilis, inde כַּרְשְׁנָא vir gracilis.

כָּרַת fut. יִכְרֹת 1) *secuit, cecîdit, abscîdit.* (In reliquis linguis cognatis non reperitur. Sed in linguis indogerm. habetur sanscr. *krit* scindere, findere, litth. *kertu, kirsti* caedere al. vide Pott etym. Forschungen I, p. 240). V. c. oram vestis 1 Sam. XXIV, 5. 12. 2 Sam. X, 4, ramum arboris, palmites vitis Num. XIII, 23. 24. Jes. XVIII, 5, praeputium Exod. IV, 25; *abscîdit* caput 1 Sam. V, 4. XVII, 51. XXXI, 9, *cecîdit* arbores Deut. XIX, 5. XX, 20. Jes. XLIV, 14. Jer. X, 3. XXII, 7. XLVI, 23 (unde כֹּרְתֵי עֵצִים lignicidae 2 Par. II, 9), *succîdit* simulacra idolorum Exod. XXXIV, 13. Iud. VI, 25. 26. 30. 1 Reg. XV, 13. 2 Reg. XVIII, 4. XXIII, 14. כָּרַת לִשְׁנַיִם in duas partes dissecuit Jer. XXXIV, 18. Part. pass. כָּרוּת *abscisus* Lev. XXII, 24 et כְּרוּת שָׁפְכָה Deut. XXIII, 2 *absciso veretro* castratus, cuiusmodi vervex graece appellatur τομίας, ἐκτομίας, v. Bocharti Hieroz. I, 595 Lips.

2) *occîdit, excîdit* homines Jer. XI, 19, cf. Niph. et Hiph.

3) כָּרַת בְּרִית *pepigit foedus* respondet locutionibus at. *icere*, *ferire*, *percutere foedus*, gr. ὅρκια τέμνειν, τέμνειν σπονδάς, chald. גְּזַר קְיָם, syr. ܦܣܩ ܩܝܡܐ Hos. XII, 2, quae quidem omnes a mactatione et dissectione hostiarum atque de ritu inter hostias dissectas transeundi in foederibus pangendis usitato (v. Gen. XV, 10. Jer. XXXIV, 18. 19 et quae laudant Boch. Hieroz. I, p. 332 Lips. Danzii interp. p. 255. Grot. ad Gen. l. c.; cf. σπονδή libatio in foedere usitata, dein foedus ipsum, unde *spondeo*) repetitae sunt. Coniungitur plerumque sq. עִם foedus pepigit *cum* aliq. Ex. XXIV, 8: *sanguis foederis* אֲשֶׁר כָּרַת יְיָ עִמָּכֶם. Deut. IV, 23. V, 3. 25. IX, 9. XXIX, 11. 1 Reg. VIII, 9. 21. 2 Par. V, 10. VI, 11, vel אֵת (אִתּ) Gen. XV, 18. Ex. XXXIV, 27. Deut. XXVIII, 69. XXXI, 16. 2 Reg. XVII, 15. 38. Jer. XI, 10. XXXI, 31. Hagg. II, 5. Zach. XI, 10. Ps. CV, 9 al. Plerisque illis locis agitur de foedere Jovae cum populo, sed transfertur etiam ad alias res, ut Jes. XXVIII, 15: *foedus pepigimus cum morte*. Iob. XL, 28 (23): *num foedus tecum panget* (bubalus), *ut tibi serviat in aeternum?* Additur praeterea dat. commodi Hos. II, 20: וְכָרַתִּי לָהֶם בְּרִית .... עִם חַיַּת הַשָּׂדֶה. — Contra dicunt: כָּרַת בְּרִית לְ a) ubi alter potentior alteri foederis leges scribit et quasi imponit 2 Reg. XI, 4: וַיִּכְרֹת לָהֶם בְּרִית *et* (Jojada) *dedit iis* (satellitibus) *statutum*, poet. Iob. XXXI, 1: בְּרִית כָּרַתִּי לְעֵינַי *foedus pepigeram oculis meis* i. e. hanc legem iis imposueram (cf. 2 Sam. V, 3. 1 Par. XI, 3): max. ubi victor victo pacis foederisque beneficium concedit. Jos. IX, 6: עַתָּה כִּרְתוּ לָנוּ בְרִית *agite, concedite nobis foedus*, pacis foederisque conditiones imponite nobis. Comm. 7 sqq. 1 Sam. XI, 1: כְּרָת־לָנוּ בְרִית וְנַעַבְדֶךָּ *concede nobis foedus et serviemus tibi*. 2: *dixit Nachas Ammonita*: בְּזֹאת אֶכְרֹת לָכֶם בִּנְקוֹר לָכֶם כָּל־עֵין יָמִין *ea lege concedam vobis* foedus, *ut omnes oculos dextros vobis effodiam*. Ex. XXIII, 32. XXXIV, 12. 15. Deut. VII, 2. Inde de Jova, qui foedus cum populo pangit. 2 Par. XXI, 7. Jes. LV, 3. LXI, 8. Jer. XXXII, 40. Ez. XXXIV, 25. XXXVII, 26. Ps. LXXXIX, 4, quanquam in Pentateucho hoc nexu ubique ponitur עִם, אֵת. b) ubi Deo aliquid *spondetur*. Esr. X, 3: וְעַתָּה נִכְרָת־בְּרִית לֵאלֹהֵינוּ לְהוֹצִיא כָל־נָשִׁים *agite, deo nostro spondeamus, nos omnes mulieres esse dimissuros* (cf. 2 Par. VII, 18). — כָּרַת בְּרִית עַל est *foedus iunxit contra* aliq. Ps. LXXXIII, 6. — Ceterum pro בְּרִית semel ponitur אֲמָנָה foedus Neh. X, 1, semel דָּבָר Hagg. II, 5: אֶת־הַדָּבָר אֲשֶׁר כָּרַתִּי אִתְּכֶם *verbum quod vobis spopondi* (das Wort, die Zusage, die ich euch gegeben), alibi בְּרִית omittitur, 1 Sam. XX, 16: וַיִּכְרֹת יְהוֹנָתָן עִם בֵּית דָּוִד XXII, 8. 2 Par. VII, 18. Singulare est Jes. LVII, 8, ubi propheta ad populum Israeliticum, qui meretricis instar cum moechis rem habet: וַתִּכְרָת־לָךְ מֵהֶם (pro וַתִּכְרְתִי) prob. *pascisceris tibi* aliquid (sc. pretium scortationis) *ab iis*, quae quidem interpretatio (Hensleri, Hitzigii, Maureri) etsi et ipsa locis similibus firmari non potest, tamen praeferenda est ei, quam Vulg. expressit: *foedus pepigisti cum iis*, pr. *pepigisti* foedus cum quibusdam *ex iis*: ita enim iusto plus prophetae verbis inseritur.

Niph. 1) pass. Kal no. 1 *caesa est* arbor. Iob. XIV, 7. — 2) pass. Kal no. 2 *excisus est*, *exstirpatus* s. *deletus est*, *periit*, de hominibus Gen. IX, 11: לֹא יִכָּרֵת כָּל־בָּשָׂר עוֹד מִמֵּי הַמַּבּוּל *non peribit iterum omnis caro aquis diluvii*. Ps. XXXVII, 9: כִּי מְרֵעִים יִכָּרֵתוּן. 28: זֶרַע רְשָׁעִים נִכְרָת. 22. 34. 38. Prov. II, 22. X, 31. Jes. XXIX, 20. Obad. 10. Zeph. I, 11. Zach. XIII, 8. Dan. IX, 26: *et post duas et sexaginta hebdomades* יִכָּרֵת מָשִׁיחַ *peribit Unctus*, it. de rebus, ut de terra, quae fame perit Gen. XLI, 36, de nomine alic. Ruth. IV, 10, de habitatione Zeph. III, 7, de spe Prov. XXIII, 18. XXIV, 14 (cf. אָבַד Iob. VIII, 13), sq. מִן Joël I, 5: *eiulate propter mustum* כִּי נִכְרַת מִפִּיכֶם *nam excisum* et ablatum *est ex ore vestro*. Jer. VII, 28: אָבְדָה הָאֱמוּנָה וְנִכְרְתָה מִפִּיהֶם. — *Non exscindi* dicuntur, quorum continua series manet Jos. IX, 23: לֹא יִכָּרֵת מִכֶּם עֶבֶד *non exscindetur e vobis servus* i. e. nullo non tempore servi inter vos erunt. 2 Sam. III, 29: אַל יִכָּרֵת מִבֵּית יוֹאָב זָב וּמְצֹרָע *non exscindetur e domo Joabi laborans fluxu et leprosus* i. e. nunquam deerunt in gente Joabi, qui fluxu aut lepra laborent. 1 Reg. II, 4. VIII, 25. IX, 5. Jer. XXXIII, 17. 18. XXXV, 19. — Praeterea huc pertinet legis Mosaicae formula solennis: נִכְרְתָה הַנֶּפֶשׁ הַהִיא מֵעַמֶּיהָ *exscindetur haec anima ex populo suo* Gen. XVII, 14. Lev. VII, 20. 21. Num. IX, 13, vel נִכְרַת הָאִישׁ הַהוּא מֵעַמָּיו, מִקֶּרֶב עַמּוֹ Lev. XVII, 4. 9. XVIII, 29. XX, 18. Num. XV, 30, מִיִּשְׂרָאֵל Ex. XII, 15. Num. XIX, 13, מִתּוֹךְ הַקָּהָל ibid. Comm. 20, מֵעֲדַת יִשְׂרָאֵל Ex. XII, 19, et simpl. נִכְרַת Lev. XVII, 14. XX, 17, qua supplicii poena in universum (v. Ex. XXXI, 14. XXXV, 2 cf. Tob. VI, 12. Hebr. X, 28) denotatur, quanquam genus eius non definitur (Num. XV, 32—36): neque audiendi sunt Clericus et J. D. Michaelis ad Gen. XVII, 14, qui legis illius severitatem mitigaturi eadem illa formula nonnunquam etiam *exilii* poenam (cf. infra no. 3) significari volebant, quam quidem sententiam ipse Michaëlis postea retractavit (mos. Recht T. V §. 237) cf. Vateri Comment. ad Gen. l. c. — 3) *excisus est* ex urbe h. e. expulsus, in exilium actus est Zach. XIV, 2. — 4) *absumtus, consumtus est* cibus Num. XI, 33. — 5) *discissus* h. e. *divisus est*. De aquis Jos. III, 13: מֵי הַיַּרְדֵּן יִכָּרֵתוּן *aquae Jordanis discissae sunt*. IV, 7.

Pu. כֹּרַת Iud. VI, 28 et כָּרַּת Ez. XVI, 4 *abscissus est*, de umbilico Ez. l. c. *caesa est* statua Iud. l. c.

Hiph. 1) i. q. Kal no. 2 *excidit* (ausrotten), velut singulos homines ex populo Lev. XVII, 10. XX, 3. 6, addito מִקֶּרֶב עַמּוֹ (cf. ad Niph. no. 2), מִיִּשְׂרָאֵל Jes. IX, 13; universas gentes populosque Jos. XXIII, 4. 1 Reg. XI, 16. XIV, 14. Jes. X, 7. Jer. XLIV, 11. Zeph. III, 6. Ezech. XXV, 16 al. (qua in re celebrantur formulae: הִכְרַתִּי לְיָרָבְעָם מַשְׁתִּין בְּקִיר 1 Reg. XIV, 10. XXI, 21; et הִכְרַתִּי לְבָבֶל שֵׁם וּשְׁאָר וְנִין וָנֶכֶד Jes. XIV, 22 cf. Jer. XLIV, 7. XLVII, 4; הַכְרִית זֵכֶר Ps. XXXIV, 17. CIX, 15); bestias Ex. VIII, 5. Lev. XXVI, 22. Mich.

V, 9, etiam inanimata Zach. IX, 10, ut idola Levit. XXVI, 30. Mich. V, 12, urbes Mich. V, 10 cf. Zach. IX, 10 al. Passim additur ex terra Lev. XVII, 10. XX, 3. 6, ex urbe Am. I, 5. 8. — 2) *subtraxit* (gratiam ab aliquo) sq. מֵעִם 1 Sam. XX, 15, ubi est lusus verborum cum sequente הַכְרִית.

Hoph. הָכְרַת *excisum est* i. e. emigravit sq. מִן ex aliquo loco. Joël I, 9.

כְּרֻתוֹת f. pl. *trabes* sectae et *dolatae* 1 Reg. VI, 36. VII, 12.

כְּרִית n. pr. vallis et torrentis (נַחַל), ab oriente Jordanis (nam in Jordanem eum influere, nusquam dicitur) e regione fere Samariae. 1 Reg. XVII, 3: *abhinc* (e Samaria) *profectus ad orientem* (male Joseph. Ant. 8, 13 §. 7: εἰς τὰ πρὸς νότον μέρη) *te converte et absconde te in valle Crith* אֲשֶׁר עַל־פְּנֵי הַיַּרְדֵּן, *qui est ante* vel *ab oriente Jordanis.* Posterius sequitur Eusebius cum Hieronymo in Onomast. v. *Chorath*, e recentioribus Klödenius cui כְּרִית est *Mejet el Uchrid*, qui in Hieromyacem influit; sed Orientalium traditio hunc rivum ab occidente Jordanis ponit. Mar. Sanuti secr. fidelium crucis p. 247: „Fasaëlis vel Fasaël tribus leucis distat a Jordane, in campestribus, ubi torrens Carith descendit de monte, in quo loco mansit Helias", qui rivum *el Förha* (v. Berghusii mappam Syriae) intelligit: nec linguae usus huic sententiae repugnat, nam עַל פְּנֵי in re geographica plerumque quidem est: *ab oriente* (etiam Gen. XXV, 18. 1 Sam. XV, 7, quos locos significat Relandus l. c.), sed aliquoties tamen *ante*, *e regione* v. Jos. XV, 8. XVIII, 14 (ubi additur נֶגְבָּה, יָמָּה). LXX. Χοῤῥάθ. Vulg. *Carith.* Vide Relandi Palaest. p. 293. Bachiene descr. Palaest. I, p. 173.

כְּרִיתוּת f. *discissio* matrimonii, *divortium*, *repudium.* סֵפֶר כְּרִיתוּת libellus divortii Deut. XXIV, 1. 3. Jes. L, 1. Pl. c. suff. סֵפֶר כְּרִיתֻתֶיהָ Jer. III, 8.

כְּרֵתִי m. 1) *carnifex* (v. rad. 1 Sam. XVII, 51), non legitur nisi coniunctim: הַכְּרֵתִי וְהַפְּלֵתִי 2 Sam. VIII, 18. XV, 18. XX, 7. 23. 1 Reg. I, 38. 44. 1 Par. XVIII, 16 collect. *carnifices et cursores*, quod nomen gerunt satellites s. praetoriani Davidis (σωματοφύλακες Jos. Ant. 7, 5 §. 4), quorum erat tum supplicia sumere (v. 1 Reg. II, 25. 34. 36, ubi Benajas Crethaeorum et Plethaeorum praefectus 1 Reg. I, 38. 44 hoc officio fungitur, it. Dan. II, 14 sqq. et synonyma כָּרִי, טַבָּחִים), tum mandata regia quam citissime ad eos deferre, qui muneribus regiis praefecti erant (v. ad אִגֶּרֶת p. 23). LXX. Vulg. voces hebraeas retinent. Targ. Jonath. קַשְׁתַּיָּא וְקַלָּעַיָּא *sagittarii et fundatores*, et ita Syrus praeter 2 Sam. VIII, 18, ubi habet: *nobiles et milites.*

Ex recentioribus nonnulli (Lakemacheri Observatt. philol. II p. 11 sqq. Ewald. krit. Gramm. p. 297) כְּרֵתִי etiam his locis (ut no. 2) *Philistaeos* esse voluerunt: sed parum profecto credibile est, Davidem corporis custodes ex illa gente Hebraeis tantopere et invisa et infesta elegisse: cui accedit analogia vocum פְּלֵתִי, כָּרִי וְרָצִים, quae utpote appellativa, etiam כְּרֵתִי hoc modo accipere iubent (quanquam Kimchius etiam פְּלֵתִי n. pr. gentis fuisse putat: שתי משפחות היו בישראל ששמם כך). Non magis probandum est etymon ab Ikenio (dissert. philol. theol. no. 9) propositum a كرّ velox, quippe linguae rationibus repugnans.

2) n. pr. gentil. i. q. *Philistaeus* 1 Sam. XXX, 14, pl. כְּרֵתִים Ezech. XXV, 16 (in altero membro פְּלִשְׁתִּים). Zeph. II, 5. E veteribus iam LXX (Ez. l. c. Κρῆτες, Zeph. l. c. πάροικοι Κρητῶν et ibid. etiam Syrus) *Cretenses* reddiderunt, quos secuti recentiores non pauci (Lakemacherus l. c., alii) coniecerunt Philistaeos ita appellari, quod ortu *Cretenses* sint, cuius originis tum alia vestigia (Steph. Byz. v. Gaza, fortasse Tac. hist. 5, 2) deprehendisse sibi visi sunt, tum maxime in locis Deut. II, 23. Am. IX, 7. Jer. XLVII, 4 insigne argumentum inesset, si modo certum esset, כַּפְתֹּר ibi *Cretam* esse. At vel sic non improbabilis est ista sententia, et leviculum est, quod ei opponit J. D. Michaëlis (Spicileg. I p. 281 — 92. 307. 308. suppl. p. 1365), Cretensium nomen per ט scribendum fuisse. Ipse Michaëlis Philistaeos כְּרֵתִי dictos esse censet, utpote *exsules* (v. rad. Niph. no. 3), ut idem valeat quod Ἀλλόφυλοι.

כֶּשֶׂב i. q. כֶּבֶשׂ (q. v.) *agnus*, isque a primo anno ad tertium Lev. III, 7. IV, 35. VII, 23. XVII, 3. XXII, 27. Num. XVIII, 17, pl. כְּשָׂבִים Gen. XXX, 32. 33. 35. 40. Lev. I, 10. XXII, 19. Deut. XIV, 4.

כִּשְׂבָּה f. *agna* Lev. V, 6.

כָּשַׂד rad. inusit., de cuius significatu non constat. Arab. كشد incidit, كُشُد lucrum.

כֶּשֶׂד n. pr., filius Nahoris, fratris Abrahami Gen. XXII, 22, qui eo consilio commemoratus videtur a scriptore sacro, ut Chaldaeorum (כַּשְׂדִּים) origo ab eo repetatur. Cf. אַרְפַּכְשַׁד.

כַּשְׂדִּי, ubique plur. כַּשְׂדִּים (כַּשְׂדִּיִּם Ez. XXIII, 14 Chethibh), n. pr. gentil. 1) *Chaldaei*, Babyloniae s. Chaldaeae incolae (cf. Ezech. XXIII, 23: בְּנֵי בָבֶל וְכָל כַּשְׂדִּים, ubi בָבֶל ad solam urbem refertur) 2 Reg. XXV, 4 sqq. 2 Par. XXXVI, 17. Jes. XLIII, 14. XLVIII, 14. Jer. XXI, 4. 9. XXXII, 4. 24. 25. 28. 29. 43. XXXIII, 5. XXXVII, 5. sqq. XXXVIII, 8 sqq. XXXIX, 5. 8. XL, 9. 10. XLI, 3. 18. XLIII, 3. LII, 7. 8. 14. 17. Ez. XXIII, 14. Hab. I, 6 sqq. Iob. I, 17 (ubi Chaldaei in vicinam Ausitidem irruunt), per prosopoeiam poëticam בַּת כַּשְׂדִּים Jes. XLVII, 1. Regio eorum appellatur אֶרֶץ כַּשְׂדִּים *Chaldaea* (in parallelismo saepe בָּבֶל) Jes. XXIII, 13. Jer. XXIV, 5. XXV, 12. L, 1. 8. 10. 25. 45. LI, 4. Ez. XII, 13, et ellipt. כַּשְׂדִּים fem. (ut lat. Bruttii, Samnites de regione eorum) Jes. XLVIII, 20. Jer. L, 10: הָיְתָה כַּשְׂדִּים לְשָׁלָל *Chaldaea erit in praedam.* LI, 24. 35: יֹשְׁבֵי כַשְׂדִּים *incolae Chaldaeae*, c. He locali כַּשְׂדִּימָה in Chaldaeam

Ez. XI, 24. XVI, 29. XXIII, 16. — מַלְכוּת כַּשְׂדִּים regnum Chaldaeorum Dan. IX, 1, סֵפֶר וּלְשׁוֹן כַּשְׂדִּים scriptura et lingua Chaldaeorum ib. I, 4, תִּפְאֶרֶת גְּאוֹן כַּשְׂדִּים decus superbum Chaldaeorum i. e. Babylon, regia sedes eorum Jes. XIII, 19. — Ex eadem Chaldaea proprie dicta (v. Ptolem. 5, 20. Strab. 16 p. 739) Chaldaei etiam tunc venisse censendi sunt, ubi a septentrione per Chamatham et Riblam, Syriae urbes, in Palaestinam irruebant (Jer. I, 14. IV, 6. VI, 1. — XXXIX, 5. LII, 9. Ezech. XXVI, 7): desertum enim Arabiae (بادية الشام) circumeundum erat, neque alia via patebat: sed ampliore significatu Chaldaeae nomen Mesopotamiam etiam comprehendebat (Ez. I, 3. XI, 24, ubi אֶרֶץ כַּשְׂדִּים et כַּשְׂדִּים de regione ad Chaboram, et Gen. XI, 28, ubi אוּר כַּשְׂדִּים de oppido septentrionalis Mesopotamiae), sive quod Mesopotamia a Chaldaeis passim habitata erat, sive quod Chaldaeis ea parebat (ita Plin. 6, 30 Babyloniae nomen ad reliquam Mesopotamiae et Assyriae partem patuisse refert). — Praeter Chaldaeos, Babyloniae incolas, scriptores graeci huius nominis populum memorant in montibus Karduchicis prope Armeniam habitantem, fortem illum et bellicosum (Xenoph. Cyropaed. 3, c. 1. §. 24 et c. 2. Anab. 4, 3 §. 4. 5, 5 §. 9. 7, 8 §. 14), praeterea Chaldaeos Colchide et Ponto vicinos (Strab. geogr. 12, 3 §. 19): neque improbabilis est multorum opinio, in illis regionibus montanis (quas hodie Curdi habitant) primarias populi sedes fuisse, ex quibus pars eorum imperantibus Assyriis in Mesopotamiam et Babyloniam immigraverit huiusque imperium impetraverit (v. Jes. XXIII, 13 ibique intpp. Vitringa ad Jes. I, p. 412 sqq. Schlözer in Eichh. Repert. VIII p. 133 sqq. et quae nos commentati sumus ad Jes. l. c. et in Encyclop ab Erschio et Grubero edita v. *Chaldaeer* XVI p. 105 sqq.): quum alii contra, quod ipsum significare videtur locus Gen. XXII, 22, Semiticam Chaldaeorum originem defendant (v. Adelung Mithridates 1, 314 sqq. Iust. Olshausen Emendationen zum A. T. p. 41 sqq. et contra Comment. ad Jes. II p. 748). Illa sententia adoptata etiam formae כַּשְׂדִּי et *Χαλδαῖος* haud difficulter conciliari possunt. Statui enim potest, nativam formam fuisse כַּרְדִּי, quae in *Curdorum* nomine الاكراد servata, ab Hebraeis et Chaldaeis in כַּשְׂדִּי (r et s permutatis), a Graecis contra in *Χαλδαῖος* mutata sit (Gol. ad Alfrag. p. 17). — Syri et Arabes, maxime in V. T. Versionibus, populi nomen scribunt ܟܠܕܝܐ, خلدانيون, كلدانيون.

2) Quoniam astrologiae studiosissimi erant Chaldaei, hoc nomine significantur *astrologi*, *magi* (non ex artis, sed gentis vocabulo nominati, ut Cic. divin. 1, 1) Dan. II, 2. 4 v. Chald. כַּשְׂדִּי no. 2.

כַּשְׂדַּי chald. emphat. כַּשְׂדָּאָה Dan. V, 30 Keri (Chethibh כַּשְׂדָּיָא), pl. כַּשְׂדָּאִין III, 8. V, 11, emphat. כַּשְׂדָּיֵא II, 5. 10. V, 7 Chethibh more Syrorum, sed Keri כַּשְׂדָּאֵי (cf. כַּסְדַּי) m. 1) *Chaldaeus* i. e. Babylonius Dan. III, 8. — 2) *astrologus* Dan. II, 5. 10. IV, 4. V, 7. 11, ubi copulatur cum aliis similibus vocabulis גָּזְרִין, חַרְטֻמִּין, אָשְׁפִין, quod alii ita explicant, Chaldaeos in Babylonia fuisse peculiare quoddam magorum genus ex antiqua forte Chaldaeorum gente oriundum (Hesych. *Χαλδαῖοι, γένος Μάγων*. Diod. 2, 24: *Βέλεσυς, τῶν δ' ἱερέων ἐπισημότατος, οὓς Βαβυλώνιοι καλοῦσι Χαλδαίους*), alii ita, ut libri Danielis scriptor, recentior ille et in Palaestina degens, varia magorum et astrologorum nomina h. l. more suo cumulaverit (Bleek in Schleiermacher theol. Zeitschrift III, 226 sqq.). Apud exteros sane Chaldaeorum nomen de universo astrologorum magorumque apud Babylonios ordine usurpatur (Strabo 16, 1 §. 6. Arrian. exped. Alex. 7, 16. Ammian. 23, 6. Iuv. sat. 6, 553). Cf. Comment. nostr. ad Jes. II p. 349 sqq.

—•—

כָּשָׂה fort. i. q. כָּסָה sed spec. *tectus est* adipe, *pinguis factus est* (cf. Iob. XV, 27: כִּסָּה פָנָיו בְּחֶלְבּוֹ). Semel legitur Deut. XXXII, 15 de Israële, qui cum tauro comparatur: שָׁמַנְתָּ עָבִיתָ כָּשִׂיתָ *pinguis*, *crassus factus*, pinguedine *tectus es*. 3 codd. Kennicotti כסית. Saad. جسأت pinguis factus es. Kimchi, qui verbum ad cordis pinguedinem refert: כלומר כסית לבבך מרוב השומן עד אשר לא תבין. In Vers. arab. تكسّى شحما adipe tectus s. indutus est Ps. LXV, 14 pro gr. *ἐνεδύσαντο*. — In Lex. min. contuli كَشِيَ et تكشّا cibo impletus est (Kamus p. 31), quod et ipsum non ineptum est, sed *ὕστερον πρότερον* contineret. — LXX. Vulg. *ἐπλατύνθη*, dilatatus est. Syr. Chald. possedit opes.

—•—

כָּשַׁל fut. יִכְשׁוֹל Prov. IV, 16 Chethibh (alibi utuntur fut. Niph.) 1) pr. *debilis, infirmus fuit* et *factus est*, v. Niph. LXX. quinquies et trigesies *ἀσθενέω*, it. *ἐξασθενέω* Ps. LXIII, 8, *ἀδυνατέω* Jes. VIII, 15, *ἄνισχύς εἰμι* Jes. XL, 30, quater *κοπιάω*. Congruit hebr. חָשַׁל, arab. كسل debilis, infirmus, segnis fuit, proprie, ut recte observat Schultensius, *elumbis* (lendenlahm) a כֶּסֶל lumbus. Est enim ex eo verborum genere, quae a membrorum nominibus ducta laesionem vel infirmitatem eorum designant v. c. قزل talipedavit a קַרְסֹל talus, كَبِدَ et كَبِدَ laboravit in hepate, a كَبِد hepar, al. Cognatum igitur est hebr. כֶּסֶל. Aliam de nativa significatione coniecturam dederam in Lex. man. p. 507, sed hoc etymon, quod iam Simonis ed. 1 proposuit, multo certius est.

2) *labavit, corruit, collapsus est*, de genubus Ps. CIX, 24: בִּרְכַּי כָּשְׁלוּ מִצּוֹם *genua mea labant prae inedia*. Jes. XXXV, 3, sed plerumque de ipsis hominibus, qui collabuntur prae virium debilitate sive ex defatigatione Jes. V, 27. XL, 30. Ps. CV, 37. Thren. V, 13: נְעָרִים

בָּעֵץ כָּשָׁלוּ *iuvenes corruunt ligno* i. e. sub pondere lignorum portandorum (inde translate כּוֹשֵׁל de eo, cuius animus fractus est Iob. IV, 4); sive vulneribus confecti et occubituri Jer. XLVI, 16: הִרְבָּה כּוֹשֵׁל גַּם נָפַל אִישׁ אֶל רֵעֵהוּ. Comm. 6. L, 32. Jes. XXXI, 3. Ps. XXVII, 2, quibus locis cunctis sequitur נָפַל. כָּשַׁל אָחוֹר retro lapsus est Jes. XXVIII, 13. Translate de civitate labante et corruente Jes. III, 8. XIV, 2.

Quoniam, quos vires deficiunt, inter eundum facile pedibus offendere solent, est 3) *pedibus offendit*, *impegit* (stolpern, straucheln). Jes. LIX, 10: כָּשַׁלְנוּ בַצָּהֳרַיִם כַּנֶּשֶׁף *offendimus meridie sicut in tenebris.* Comm. 14: כָּשְׁלָה בָרְחוֹב אֱמֶת, parall. וּנְכֹחָה לֹא תוּכַל לָבוֹא. Sq. בְּ impegit in aliqua re Jes. VIII, 15. Jer. VI, 21. Lev. XXVI, 37: כָּשְׁלוּ אִישׁ בְּאָחִיו *impingunt* et corruunt *unus super altero.* Jer. XLVI, 12. (Syr. ܟܫܠ Aph. i. q. no. 2. offendit, saepe translate de σκανδάλῳ. Ethpe. offensus, scandalizatus est, saepe in N. T. vide Schaafium p. 282. Propriam significationem servarunt Nasoraei, apud quos Pa. Aph. est labefecit, praecipitavit. Ethpe. praecipitavit se).

Niph. 1) i. q. Kal no. 1 *debilis fuit.* Part. נִכְשָׁל *debilis* 1 Sam. II, 4. Zach. XII, 8. — 2) i. q. Kal no. 2 *corruit, collapsus est.* Dan. XI, 19 (sequitur נָפַל), it. *lapsus est* ibid. Comm. 14. Prov. XXIV, 16. 17. Ps. IX, 4 (sequitur אָבַד). Ez. XXXIII, 12 (ubi fere idem est quod אָבַד). De civitate Hos. V, 5. — 3) i. q. Kal no. 3 offendit pedibus (straucheln) Prov. IV, 12. Jes. LXIII, 13. Jer. XX, 11. XXXI, 9. Hos. XIV, 10. Nah. II, 6, sq. בְּ in aliqua re Nah. III, 3. Prov. IV, 19.

Pi. labefecit Ez. XXXVI, 14 Chethibh, ubi praeferendum esse Keri תְּשַׁכְּלִי (orbabis) res ipsa docet. Et ita etiam Comm. 15 (vide de Rossi schol. crit. ad h. l.).

Hiph. 1) *debilitavit* (robur) Thren. I, 14. 2) *fecit ut* aliquis *laberetur* et caderet, *cecidit* (cf. כַּשִּׁיל), *perdidit* eum 2 Par. XXV, 8. XXVIII, 23. Ps. LXIV, 9, *impingere fecit* Jer. XVIII, 19. Metaph. Malach. II, 8: הִכְשַׁלְתֶּם רַבִּים בַּתּוֹרָה *fecistis ut multi laberentur in lege* i. e. seduxistis eos, ut peccarent contra legem.

Hoph. labi factus est Jer. XVIII, 23.

כַּשִּׁיל m. *securis*, a caedendo dicta (v. rad. Hiph.) Ps. LXXIV, 6, et ita chald. Jer. XLVI, 22 Targ. Ex vett. ita LXX. Vulg. Syr. Chald. Kimchi.

כִּשָּׁלוֹן m. *lapsus*, *ruina* Prov. XVI, 18.

מִכְשׁוֹל m. *offensio*, res in quo quis pedem offendit, ita ut labatur et cadat. Lev. XIX, 14: לִפְנֵי עִוֵּר לֹא תִתֵּן מִכְשֹׁל *cocco nil offensionis obiicias.* Jes. VIII, 14: צוּר מִכְשׁוֹל *lapis offensionis.* LVII, 14: הָרִימוּ מִכְשׁוֹל מִדֶּרֶךְ עַמִּי *auferte offensionem e via populi mei.* Translate a) *causa labendi, causa ruinae* alic. (Jes. l. c.). Jer. VI, 21. Ez. III, 20. XVIII, 30. XLIV, 12. Ps. CXIX, 165. Inde b) *incitamentum ad peccatum* (cf. rad. Mal. II, 8) Ez. VII, 19 de auro et argento: כִּי מִכְשׁוֹל עֲוֹנָם הָיָה. XIV, 3: וּמִכְשׁוֹל עֲוֹנָם נָתְנוּ נֹכַח פְּנֵיהֶם *et incitamentum peccati* i. e. imagines idolorum *ponunt coram facie sua* i. e. intuentur quotidie. c) מִכְשׁוֹל לֵב *offensio animi*, scrupulus conscientiae 1 Sam. XXV, 31.

מַכְשֵׁלָה f. 1) *ruina*, de civitate ad ruinas redacta. Jes. III, 6. 2) i. q. מִכְשׁוֹל litt. b. Plur. de idolis Zeph. I, 3.

כָּשַׁף in Kal inusit. Syr. ܐܬܟܫܦ supplicavit, sacra peregit Act. IV, 31. XIII, 2 (pro λειτουργεῖν). Phil. 1, 4 (pro δέησιν ποιεῖν). In lex. Adleriano explicatur ابتهل وضرع supplicavit et precatus est. Ut complura Syrorum vocabula ad res sacras pertinentia (v. בָּעַל, קֶסֶם, סָגַד, כְּמָרִים, hist. ling. hebr. p. 58) etiam nostrum in lingua hebraea ad idolorum cultum restringitur, et est

Pi. כִּשֵּׁף *incantavit* (pr. carminibus magicis usus est, mussitavit) 2 Par. XXXIII, 6. Part. מְכַשֵּׁף *incantator, magus* Ex. VII, 11. Deut. XVIII, 10. Dan. II, 2 (ubi copulatur cum aliis synonymis). Mal. III, 5 (ubi copulatur cum periuris et adulteris). Fem. מְכַשֵּׁפָה Ex. XXII, 17. LXX φαρμακός, φαρμακεύεσθαι, Vulg. maleficus, maleficis artibus inservire. Targ. חַרָשָׁא. Syr. ܚܪܫܐ. Aben Esra *horoscopos* interpretatur, sine causa idonea. — Ex syr. ܟܫܦ radicem nostram (praeeunte Schindlero et Schaafio) iam ed. 1 illustravi, idque deinceps secuti sunt Rosenm. ad Exod. l. c. ed. 2, Winerus et Danielis interpretes. In Arabicis conferri possit مكاشف theosophus, Ibn Batuta ed. Koseg. p. 14, مكاشفات ecstases, commercia cum Deo vit. Tim. 1, 102 Mang. a كشف retexit, revelavit (cf. Hartmann linguist. Einleit. p. 292): non كسف (i. e. כָּסַף) pallidus fuit, eclipsin passus est sol, unde J. D. Michaëlis מְכַשֵּׁף interpretatur hominem, *qui soli aut lunae eclipsin inducit* i. e. magum, qui eclipsin carminibus magicis se efficere posse mentiebatur.

כֶּשֶׁף tantummodo in pl. כְּשָׁפִים *incantationes, praestigiae.* 2 Reg. IX, 22. Mich. V, 11. Nah. III, 4. Jes. XLVII, 12, et

כַּשָּׁף *incantator* Jer. XXVII, 9.

אַכְשָׁף (incantatio) n. pr. urbis regiae Cananitarum (Jos. XI, 1. XII, 20), quae postea tribui Ascritarum cessit ibid. XIX, 25.

כָּשֵׁר fut. יִכְשַׁר 1) *rectus fuit*, ut cognatae radices יָשַׁר, אָשַׁר. Sq. לִפְנֵי Esth. VIII, 5: וְכָשֵׁר הַדָּבָר לִפְנֵי הַמֶּלֶךְ *et* (si) *rectum hoc est coram rege* i. e. regi probatur, placet. (Chald. zab. id. saepe. Vide Buxtorf. p. 1103 et Norbergii Lexid. h. v.) — 2) *bene cessit*, inde *bene provenit*, *crevit* semen. (Syr. id. Cf. hebr. יָשַׁר rectus fuit, arab. يسر prosper fuit). Eccl. XI, 6.

Hiph. prosperavit. Eccl. X, 10, ubi inf. absol. הַכְשֵׁיר vim substantivi habet: וְיִתְרוֹן הַכְשֵׁיר חָכְמָה *sed emolu-*

mentum prosperandi praebet *sapientia*, (den Vorzug des Gelingenmachens gewährt die Weisheit) i. e. ea est sapientia praestantia, ut prosperum eventum consiliis suorum spondeat.

כּוֹשָׁרָה f. pl. כּוֹשָׁרוֹת *prosperitates*, conditio ex omni parte prospera Ps. LXVIII, 7. Syr. ܟܘܫܪܐ et ܟܘܫܪܐ (priorem etiam formam, quae Hebraeae respondet, a Castello omissam habet Lex. Adlerianum) id. Bar Bahlul نجاح.

כִּישׁוֹר m. Prov. XXXI, 19 *verticillus* fusi muliebris, pr. dirigens q. d. director fusi (כִּישׁוֹר est formae קִיטוֹל فيعول, quae habet vim infinitivorum Po. v. Lgb. p. 499, secundum alios infinitivorum Pi. pro כַּשּׁוֹר, cf. קִמּוֹשׁ et קִימוֹשׁ). Veram sententiam iam Kimchius dixit: הוא שקורין ורטי״ל בלעז שמשימין אותו בראש הפלך כדי לישר המטוה. והוא נגזר מהענין ראשון i. e. *hoc est quod appellant* (Provinciales) *verteil, ita dictum, quod adiungitur fuso extremo, ut dirigatur* (certa et aequabilis fiat) *netio. Est igitur a priore illo significatu radicis.* De *verticillo* (Plin. H. N. 37, 2 extr. s. 11), germ. *Wertel*, provenc. *vertel. verteil* haec habet Roquefort (glossaire de la langue romane) h. v. „Espèce de bouton, qu'on met au bas du fuseau, pour le faire tourner plus facilement, et v. *vertillon:* Dans la Champagne le vertillon est un morceau de gris (in Syria teste Plin. l. c. verticillus e succino fieri solebat) de forme ronde et percé dans le milieu, que les fileuses attachent à leurs fuseaux, pour en augmenter le poids et le mieux faire tourner.“ Targ. retinet כּוּשְׁרָא, al. כּוּנְבְּרָא, quod non potest non idem significasse. Vett. interpretes in alia omnia abeunt.

כִּשְׁרוֹן m. syr. ܟܘܫܪܐ 1) *successus prosper, incrementum.* Eccl. II, 21. IV, 4. V. כּוֹשָׁרָה. — 2) *emolumentum, commodum.* Eccl. V, 10: מַה־כִּשְׁרוֹן לִבְעָלֶיהָ *quid commodi inde redundat in possessorem eius?*

כָּתַב fut. יִכְתֹּב *scripsit.* (Arab. chald. syr. sam. id. Apud Aethiopes certe est nomen **መጽሐፍ:** liber, epistola. Origo est in incidendo, cf. חָטַב, חָצַב, nam primitus litterae lapidibus insculptae sunt). Esr. IV, 7: כָּתוּב אֲרָמִית *scriptum litteris Aramaeis*, opp. linguae. Coniungitur a) sq. acc. eius, quod scribitur, ut verba, sermones Num. V, 23. Deut. X, 2. XVII, 18. XXXI, 24. Jer. XLV, 1, saepe כָּתַב סֵפֶר scribere librum s. indicem Ex. XXXII, 32, scribere epistolam 2 Sam. XI, 14, libellum accusatorium Iob. XXXI, 35, quod Esr. IV, 6 est כָּתַב שִׂטְנָה עַל; it. כָּתַב מְגִלָּה scribere volumen Jerem. XXXVI, 27, quod etiam referri potest ad litt. b. — b) Materia s. liber cui inscribitur vel in quo scribitur, ponitur plerumque praevio עַל Ex. XXXIV, 1: כָּתַבְתִּי עַל הַלֻּחֹת אֶת־הַדְּבָרִים. Jos. X, 13: הֲלֹא הִיא כְתוּבָה עַל סֵפֶר הַיָּשָׁר *ecce hoc scriptum est in libro iusti.* 1 Par. XXIX, 29: *et res gestae regis* ...... הִנָּם כְּתוּבִים עַל דִּבְרֵי שְׁמוּאֵל *ecce eae scriptae in libro* cui titulus: *res Samuelis.* 2 Par. IX, 29. Deut. VI, 9. XI, 20. XXVII, 3. 8. Jos. VIII, 32. Jes. VIII, 1. Jer. XXXVI, 29, כָּתַב עַל לֵב inscribere cordi Jer. XXXI, 33; it. praevio אֶל Jer. XXXVI, 2. Ez. II, 10, בְּ v. c. Deut. XXVIII, 61: אֲשֶׁר לֹא כָתוּב בְּסֵפֶר הַתּוֹרָה. Jos. VIII, 34. XXIII, 6. Neh. VII, 5. VIII, 14. XIII, 1. Sed etiam in accus. ut nostr. (etwas) *be*schreiben, litteris implere aliquid. Ez. II, 10: וְהִיא כְתוּבָה פָּנִים וְאָחוֹר *eaque litteris impleta erat ante et pone.* Ex. XXXII, 15: לֻחֹת כְּתֻבִים מִשְּׁנֵי עֶבְרֵיהֶם. XXXI, 18. Deut. IX, 10. Ita plerique explicant Jes. XLIV, 5: יִכְתֹּב יָדוֹ לַיהוָה *inscribit manui suae: Jovae sum.* LXX ἐπιγράψει χειρὶ αὐτοῦ· τοῦ θεοῦ εἰμί, collato more quodam apud veteres recepto, ex quo servi dominorum, milites ducum, idololatrae idolorum nomina fronti, *manui*, carpo incisum vel inustum gestabant (cf. Apoc. XIII, 16. Spencer. de legg. Hebr. ritual. II, 20 p. 408—410). Nec male. Quod in Comment. praetuli: *scribit manu sua: Jovae* sum, per linguae quidem rationes liceret (cf. de isto acc. instrumenti Gramm. hebr. §. 135, 1, not. 3), sed ita langueret: *manu sua.* — c) instrumentum (stilus), quo scribitur, ponitur praevio בְּ Jes. VIII, 1. Exod. XXXI, 18. De loco Jes. XLIV, 5, in quo accusativum instrumenti nonnulli statuunt, dictum est litt. b. — d) Is, *cui* vel *ad quem* scribimus, ponitur sq. לְ, אֶל, עַל; ut כָּתַב סֵפֶר אֶל scripsit epistolam alicui 2 Sam. XI, 14. 2 Reg. X, 6, כָּתַב סְפָרִים עַל 2 Par. XXX, 1. Esr. IV, 7, sed כָּתַב סֵפֶר כְּרִיתוּת לְ scripsit libellum divortii uxori Deut. XXIV, 1. 3. *Sibi* aliquid scribere (sich etwas aufschreiben) dr. sq. לְ pers. Jer. XXX, 2. Deut. XXXI, 19, sed sq. אֶל Iud. VIII, 14: *scripsit ei principes Succoth.* — e) Scribere *de* aliquo est כָּתַב אֶל Jer. LI, 60, *pro* aliquo, in commodum et salutem eius כָּתַב עַל Esth. VIII, 8.

Spec. est 1) *perscripsit, litteris consignavit* aliquid (aufschreiben, aufzeichnen). Num. XXXIII, 2. Iud. VIII, 14, v. c. res gestas. 1 Reg. XI, 41: *et reliquae res gestae Salomonis* ..... *ecce eae consignatae sunt in libro rerum Salomonis.* — 2) *conscripsit*, in indicem retulit homines, cives, milites Ps. LXXXVII, 6: יְהוָה יִסְפֹּר בִּכְתוֹב עַמִּים *Jova lustrat conscribendo populos.* Jes. IV, 3: כָּל־הַכָּתוּב לַחַיִּים *quicunque conscriptus est ad vitam* i. e. in *librum vitae* s. in indicem horum, qui vitae destinati sunt, qualis penes Deum est, inscriptus. Jer. XXII, 30. Ps. LXIX, 29 cf. Jes. X, 19. Part. pass. כְּתֻבִים conscripti Num. XI, 26. (Arab. كتب inscripsit nomen in codicem militum, Reisk. ad Gol.). — 3) *descripsit* terram. Jos. XVIII, 4. 6. 8. — 4) *scripsit* sententiam i. e. decrevit. Jes. LXV, 6, sq. עַל Iob. XIII, 26: תִכְתֹּב עָלַי מְרֹרוֹת *scribis* decernis *contra me amara.* (Arab. كِتَابٌ i. q. حكم sententia iudicis Cor. 4, 104). — 5) *praescripsit*, sq. עַל pers. pr. scripsit et tanquam legem imposuit alicui. (Arab. كتب على id. Cor. 4, 79. vit. Tim. I, 108 Mang., it. cum لِ pers. et بِ rei). 2 Reg. XXII, 13:

כְּכָל הַכָּתוּב עָלֵינוּ *secundum omnia quae nobis praescripta erant.* Ps. XL, 8: *ecce venio cum volumine libri* כָּתוּב עָלַי *qui mihi praescriptus est*, ubi non dubitaverim cum de Wettio num dici potuerit: praescribere alicui librum (cf. Jer. XXXVI, 27). Ipse עָלַי ita interpretatur, ut dictum sit pro עַל לִבִּי (Jer. XXXI, 33): qui cordi meo inscriptus est. (Verba הִנֵּה בָאתִי וגו׳ supra p. 186 alio modo interpretatus eram, sed hunc et faciliorem et certiorem praeferre nil dubito). Alex. habet; ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ (cf. supra litt. c) It. sq. אֶל Esth. IX, 23, לְ 2 Reg. XVII, 37. Prov. XXII, 20. Hos. VIII, 2. — 6) *subscripsit.* Jer. XXXII, 12: *testes* הַכֹּתְבִים בְּסֵפֶר הַמִּקְנָה *qui subscripserunt libello emtionis.*

Niph. scriptus (scriptum) *est.* Esth. III, 12. VIII, 5. 8. 9 al. sq. בְּ ibid. I, 19. II, 23. IX, 32, et עַל Ps. CXXXIX, 16 libri, in quo scriptum est. בָּאָרֶץ יִכָּתֵב inscriptus est pulveri, idem est atque oblivioni traditus est. Jer. XVII, 13. Sq. לְ eius, in cuius usum aliquid scriptum est Ps. CII, 19. *Scribi* pro litteris consignari Iob. XIX, 23, in indicem referri Ps. LXIX, 29.

Pi. scripsit, spec. decreta, de iudice Jes. X, 1.

כְּתַב fut. יִכְתֻּב chald. *scripsit.* Dan. V, 5. Sq. acc. scripsit v. c. epistolam Esr. IV, 8, addito לְ pers. ad aliquem Dan. VI, 26, sq. בְּ libri, in quo scribitur Esr. V, 7. VI, 2; *perscripsit*, *litteris consignavit* Dan. VII, 1.

כְּתָב (Kamez impuro), recentioris Hebraismi vc. pro antiquiore סֵפֶר m. 1) *scriptum.* 1 Par. XXVIII, 19. 2 Par. II, 10: וַיֹּאמֶר חוּרָם בִּכְתָב *et dixit Huramus scripto* i. e. per litteras. De *scripturae* genere i. e. de figuris litterarum Esr. IV, 7. Esth. I, 22. III, 12. VIII, 9. — 2) *praescriptum.* 2 Paral. XXXV, 4: בִּכְתָב דָּוִיד Vulg. *sicut praescripsit Davides.* — 3) *libellus*, de edicto Esth. III, 14. VIII, 8. 13, plene כְּתָב הַדָּת IV, 8, de indice populi Ez. XIII, 9. Esr. II, 62. Neh. VII, 64. כְּתָב אֱמֶת liber veritatis i. e. decretorum divinorum Dan. X, 21. (Syr. ܟܬܳܒܳܐ, arab. كِتَاب liber, aethiop. et sam. v. supra in rad.).

כְּתָב m. chald. id. 1) *scriptum quid, scriptura* Dan. V, 8. 15. 16. 24. 25. — 2) *praescriptum*, *praeceptum.* Esr. VI, 18: כִּכְתָב סְפַר מֹשֶׁה *ex praescripto libri Mosis.* VII, 22: דִּי לָא כְתָב *sine praescripto* i. e. pro lubitu. — 3) *libellus*, de edicto Dan. VI, 9—11.

כְּתֹבֶת f. *scriptura* Lev. XIX, 28.

מִכְתָּב m. 1) *scriptura.* Ex. XXXII, 16: וְהַמִּכְתָּב מִכְתַּב אֱלֹהִים *et scriptura* erat *scriptura Dei*, a Deo scripta. Deut. X, 4. Ex. XXXIX, 30: וַיִּכְתְּבוּ עָלָיו מִכְתַּב פִּתּוּחֵי חוֹתָם. — 2) *scriptum*, de edicto scripto 2 Par. XXXVI, 22. Esr. I, 1, *praescriptum* 2 Par. XXXV, 4. — 3) *libellus*, spec. a) *epistola* 2 Par XXI, 12. b) *carmen* Jes. XXXVIII, 9.

כִּתִּי v. rad. כִּתִּים.

כָּתַל rad. inusit. Arab. كَتَلَ coegit in unum. it. cohibuit, incarceravit (inclusit). Inde

כֹּתֶל m. *paries.* C. suff. כָּתְלֵנוּ Cant. II, 9.

כְּתַל chald. id. Dan. V, 5, pl. כֻּתְלַיָּא (ut גְּבַר pl. גֻּבְרַיָּא) Esr. V, 8. In Targg. כּוֹתֶל, כָּתְלָא, emphat. כֻּתְלָא, כָּתְלָא id. Sam. [illegible].

כִּתְלִישׁ (prob. ex כֹּתֶל אִישׁ paries viri) n. pr. oppidi in tribu Judae Jos. XV, 40.

כָּתַם in Kal inusit. Variae huius radicis significationes mihi ita conciliari posse videntur, ut sit 1) i. q. כָּתַב, חָטַב, חָצַב pr. *cecidit* lapides, fort. effodit aes, inde כֶּתֶם. — 2) *incidit* litteras, *scripsit* v. Niph. et מִכְתָּם. Cognatum est syr: ܟܬܰܡ cicatrices impressit, signavit Jer. II, 22 Hexapl. ܟܽܘܬܳܡܳܐ stigma Gal. VI, 17, dein maculavit (int. maculas corporis v. c. ex morbo, lepra residuas), de qua significatione dubitare non debebat J. D. Michaëlis ad Cast. p. 442. Lex. Adler. ܟܬܰܡ دنّس ,ورجس maculavit et foedavit. Arab. كَتَمَ celavit (quod adhibent ad hebr. כתם) vicinum est hebraeo חָתַם obsignavit, quod itidem a *signando* et *notando* ducit Simonis. Equidem supra (p. 537. 538) hanc eius sententiam reprobavi, sed haud scio an nostrae praeferenda sit: certe hac ratione adoptata etiam arab. كتم cum rad. hebr. et syr. apte conciliatur.

Niph. scriptus est. Jer. II, 22: *nam quamvis laveris natro multumque saponis tibi adhibeas* נִכְתָּם עֲוֹנֵךְ לְפָנַי *tamen scriptum est peccatum tuum coram me.* Kimchi: נרשם. — Sed LXX et Vulg. κεκηλίδωσαι (Syr. Hexapl. ܡܟܰܬܡܳܐ), *maculata eris*, ex usu Syrorum, cui favet Jes. I, 18 Targ. אִם יְהוֹן חוֹבֵיכוֹן כְּתִימִין כִּצְבַעְוָנִין *si essent peccata vestra maculata instar vestium tinctarum.* Minus bene Bochartus (Phaleg III, 5 p. 181): *recondita est iniquitas tua*, ex usu Arabum (coll. Deut. XXXII, 34. Iob. XIV, 17. Hos. XIII, 12), sed contra ea, quae antecesserunt.

כֶּתֶם m. vc. poët. *aurum.* Prov. XXV, 12, Iob. XXXI, 24. כֶּתֶם אוֹפִיר aurum Ophiriticum (v. אוֹפִיר) Jes. XIII, 12. Iob. XXVIII, 16. Ps. XLV, 10, כֶּתֶם אוּפָז id. Dan. X, 5. כֶּתֶם טוֹב aurum bonum (purum) Thren. IV, 1, כֶּתֶם טָהוֹר aurum purum Iob. XXVIII, 19, כֶּתֶם פָּז id. Cant. V, 11. — Michaëlis (suppl. p. 1381) hoc ducit a colore flavo, coll. arab. اكتتام (inf. conj. VIII), quod Firuzabadius (p. 1686) explicat اصفرار flavedo, cui quidem obstat, istum significatum apud Arabes ipsos rarissimum cum reliquis radicis notionibus vix coniungi posse: non enim credibile est כתם proprie de maculis *fulvis*, deinde de aliis dictum esse. Aliis multis *aurum* ita dictum videtur, utpote *reconditum*

(v. arab.) i. e. pretiosum: non male, quanquam verbum arab. magis *celandi*, quam recondendi potestatem habet. Equidem nunc coniecerim, כֶּתֶם pr. esse *excisionem*, *effossionem*, concr. metallum ex terra et lapidibus aerosis excisum cf. חָרוּץ. LXX ter χρυσίον, bis λίθος πολυτελής Jes. l. c. et Iob. XXXI, atque similiter Abulwalides, qui *margaritas* interpretatur.

מִכְתָּם m. in inscriptione Ps. XVI. LX: מִכְתָּם לְדָוִד, et LVI — LIX: לְדָוִד מִכְתָּם. Idem est quod מִכְתָּב *scriptum*, spec. *carmen* (Jes. XXXVIII, 9) cf. rad. Niph. et tritam permutationem litterarum מ et ב non solum ab initio et in mediis vocibus, sed etiam (quod a non nemine nuper negari video) extremis radicibus, veluti חָלַם et חָלַב pinguis fuit, רָגַב et רָגַם lapidavit, cf. רָחַם et רָחַף fovit, arab. vulg. لقم pro لقب cognomen. Et hoc quidem etymon (pr. ab *incidendo* in lapides) haud dubie ante oculos habuerunt LXX. στηλογραφία. Vulg. inscriptio tituli. Targ. גְּלִיפָא תְּרִיצָא sculptura recta. — Aben Esra, Kimchi (מזמר ככתם) et recentiores non pauci (Lud. de Dieu, in Crit. s. p. 130. Geierus al.). מִכְתָּם ducunt a כֶּתֶם, et explicant: *cimelium aureum, carmen aureum* (Luth. güldenes Kleinod), sive ita praestantiam horum carminum laudare voluerint (cf. χρύσεα ἔπη Pythagorae, شذرة الأدب granum auri humanitatis, quomodo appellantur Ali proverbia, شذور الذهب de divano Abulcasemi Jones de poësi Asiat. p. 357), sive quod aureis litteris scripta et instar carminum arabicorum معلقات dictorum in templo suspensa fuerint (Harmari observatt. II, p. 175), sed non facile dicas, quibus virtutibus ista carmina prae reliquis emineant, neque eius, quem Harmarus respicit, moris ullum apud Hebraeos vestigium est, ipsaque illa derivatio a nomine mere poëtico displicet. Nuper Hitzigius (ad Jes. l. c.) מִכְתָּם vi etymi ἀπόκρυφον esse voluit, nihilominus in Psalmis vertit: *Kleinod* (cimelium), a recondendo igitur ducit (similiter Hezel ad Ps. XVI, 1 carmen occultationis). Quod Kramerus (ad Ps. XVI, 1) מִכְתָּם revocat ad rad. „كتم sordidus, niger fuit, luxit", ut *carminis lugubris* vim inde exsculpat, id sponte corruit, quum haec verbi arabici vis errore nitatur.

כָּתַן rad. inusit. aethiop. ከደነ: operuit, texit, protexit, ተከደነ: vestivit se, መከደኒ: operimentum, tegumentum, ከደን: tunica. Inde

כֻּתֹּנֶת ubique in st. absol. Gen. XXXVII, 31. Ex. XXIX. 5. Lev. VIII, 7, et **כְּתֹנֶת** (raro absol. Exod. XXVIII, 39, plerumque in st. cstr.), c. suff. כֻּתָּנְתִּי Gen. XXXVII, 23. Iob. XXX, 18 f. *tunica*, vestis interior cuti proxima (Lev. XVI, 4), a viris et mulieribus (2 Sam. XIII, 18. Cant. V, 3) gestata, maxime a sacerdotibus et Levitis (Exod. XXVIII, 4. XXIX, 5. Neh. VII, 70. 72. Esr. II, 68 al.), ut plurimum manicata, ad genua, raro ad talos (כְּתֹנֶת פַּסִּים, v. פסס) dependens, v. Braun de vestitu sacerd. p. 457 sqq. 470 sqq. Schroeder de vestitu mul. p. 236 sqq. Hartmanni Hebraerin III, 193. (Syr. ܟܘܬܝܢܐ, chald. כִּתּוּנָא, zab. ܟܘܬܝܢ, sam. ࠊࠕࠅࠍࠄ, unde etiam כיתן in cod. Hebraeo-Samaritano pro כְּתֹנֶת. Gr. χιτών). De etymo ambigitur. Ac Josephus quidem Ant. 3, 7 §. 2: χεθομένη (Conj. χεθονέθη, χεθόνη) μὲν καλεῖται. *Λίνον* τοῦτο σημαίνει. Χέθον γὰρ τὸ λίνον ἡμεῖς καλοῦμεν. Significat is chald. כִּיתָּן, כִּתָּן, כְּתָן linum, cui adde syr. ܟܬܢܐ, arab. كَتَّان, كَتَن, كِتَّان linum (cf. etiam قُطْن, قُطُن bombyx, bombycinum, nostr. *Cattun* gall. *cotton*), neque incredibile est, illam vestem a materia nomen accepisse, plerumque enim lintea vel bombycina esse solebat tunica. De vocum linum significantium origine si quaeris, sunt qui ea peregrina censeant: certe arab. كتان iam Grammaticorum nonnulli (v. Freytag h. v.) persicam esse existimarunt, et Bohlenius (Abhandlungen der deutschen Gesellschaft zu Königsberg I p. 74) confert sanscr. *katam* textum, textile, linteum. Alii, ut Schroederus l. c. p. 237 vc. hebraeum illustrant ex arab. كتن Conj. VIII i. q. التصق proxime adhaesit cuti. Nobis etymon supra propositum, iam Ludovico de Dieu et Hottingero probatum, a *tegendo* et *vestiendo*, a quo etiam *linum* repeti potest, simplicissimum videtur.

Plur. כֻּתֳּנוֹת Ex. XXVIII, 40. XXIX, 8. XL, 14 et כֻּתֳּנֹת XXXIX, 27, cstr. כָּתְנוֹת Gen. III, 21, c. suff. כֻּתֳּנֹתָם Lev. X, 5.

כָּתַף rad. inusit. et dubiae significationis, unde כָּתֵף humerus. Fortasse est i. q. transp. חכף, תקף fortis, robustus fuit, cf. መትከፍት: humerus; sec. Simonem i. q. كتف, ከተፈ: constrinxit, ligavit cf. transp. כְּפַת chald. id., quod brachiis, thoraci et costis firmiter alligatus sit.

כָּתֵף cstr. כֶּתֶף (de כָּתֵף Jes. XI, 14 v. infra) dual. c. suff. כְּתֵפָיו (atque ita propria significatione, vide max. Exod. XXVIII, 12: עַל שְׁתֵּי כְתֵפָיו et eodem comm. עַל כִּתְפוֹת הָאֵפוֹד: semel de cardinibus 1 Reg. VII, 34), plur. כְּתֵפוֹת cstr. כִּתְפוֹת, signif. translata, v. infra, f. 1) *scapula*, *humerus*, qui quomodo differat a שְׁכֶם v. h. v. (Chald. כַּתְפָּא, syr. ܟܬܦܐ, sam. ࠊࠕࠐ, arab. كَتْف, كَتِفَة id. unde denom. كتف laesit in humero. De aeth. v. ad rad. Apud. nasor. respondet ܟܢܦܐ ala, manus). In humero (עַל כָּתֵף Ez. XII, 6. 7. 12. Jes. XLVI, 7, עַל כְּתֵפָיו Iud. XVI, 3, בַּכָּתֵף Num. VII, 9. 2 Par. XXXV, 3) onera (etiam infantes Jes. XLIX, 22) gestari dicuntur, a iumentis quoque (Jes. XXX, 6),

unde metaph. Neh. IX, 29: וַיִּתְּנוּ כָתֵף סוֹרֶרֶת *humerum rebellem dabant* i. e. ferre recusabant, iugum decutiebant, morem gerere nolebant, Zach. VII, 11. בֵּין כְּתֵפָיו inter humeros s. scapulas eius i. e. in tergo. 1 Sam. XVII, 6. — 2) Transfertur ad res inaminatas, ut *latus* aedificii (sive dextrum sive sinistrum) Ex. XXVII, 15. 1 Reg. VI, 8. VII, 39. 2 Reg. XI, 11. Ez. XL, 40. XLVII, 2, oppidi et regionis Jos. XV, 8. 10. 11. XVIII, 12 sqq. Ez. XXV, 9, maris Num. XXXIV, 11. Poët. dicitur Deut. XXXIII, 12 de Benjamino: בֵּין כְּתֵפָיו שָׁכֵן *inter humeros eius* (Jovae) *habitat* i. e. in montibus ei sacris, Zione et Moria. Jes. XI, 14: וְעָפוּ בְכָתֵף פְּלִשְׁתִּים *involant in humerum Philistaeorum*, ubi forma כָּתֵף pro cstr. כֶּתֶף posita videtur, nisi ita legendum est. Qui illud fieri posse negant (sed videant hi, quomodo explicent מַיִם בִּרְכַּיִם Ezech. XLVII, 4 et similia), appositionem statuunt: *in humerum* qui est terra *Philistaeorum* cl. אֶרֶץ כַּשְׂדִּים pro כַּשְׂדִּים (Hitzig ad h. l.), vel, quod praestat, ita iungunt: *involant in Philistaeos* i. e. adoriuntur Philistaeos *in humero*, ita ut עָפוּ copuletur cum פְּלִשְׁתִּים (Maurer), cf. Jes. XXIII, 12: כִּתִּיִּים קוּמִי עֲבֹרִי. Quicquid est, imago repetita est ab avibus rapacibus (cf. Hab. I, 8), et locutio: irruere in humeros alic. etiam apud Arabes dicitur de militibus hostes a tergo adorientibus (vit. Tim. I, p. 56). Eo aptior imago, quod כָּתֵף etiam de ora maritima dicitur Num. XXXIV, 11 (cf. arab. مَنْكِب humerus, tractus regionis).

Plur. כְּתֵפוֹת cstr. כִּתְפוֹת 1) *humeralia* Ephodi pontificalis i. e. partes eius superiores ab axillis sursum protractae usque ad humeros (Braun. de vest. sacerd. p. 467 sqq.) Exod. XXVIII, 7. 12. XXXIX, 4. 7. 18. 20. — 2) *latera portae* i. e. spatia ab utraque parte portae Ez. XLI, 2. 26, *latera vestibuli* i. e. parietes a latere eius ib. XLI, 26. — 3) *cardines* axis 1 Reg. VII, 30. 34, ubi semel כְּתֵפָיו (qs. a duali).

כָּתַר in Kal inusit. pr. *circumdedit*. Radices cognatae, quae omnes primariam colligandi, cingendi, circumdandi significatum habent, sunt: עָזַר, עָצַר, קָטַר; גָּדַר, חָדַר, חָצֵר.

Pi. 1) *circumdedit*, *cinxit*, sensu hostili sq. acc. Iud. XX, 43. Ps. XXII, 13. — 2) *exspectavit* (cf. חוּל no. 6). Iob. XXXVI, 2: כַּתַּר לִי זְעֵיר *exspecta me paullisper*. (Ita Chald. Pa. et Aph. Syr. ܟܰܬܰܪ, sam. et zab. id.).

Hiph. 1) i. q. Pi. no. 1, sensu hostili sq. acc. Hab. I, 4, sed in bonam partem Ps. CXLII, 8: בִּי יַכְתִּרוּ צַדִּיקִים *ad me confluunt iusti*, qua in locutione duae structurae: *circumdant me* et *conveniunt ad me* in unam coiisse videntur. Ewaldus ex signif. Pi. no. 2: expectant me, „sie lauern auf mich". — 2) *tanquam coronam induit*, *coronavit se* aliqua re (v. כֶּתֶר) Prov. XIV, 18: עֲרוּמִים יַכְתִּרוּ דָעַת *prudentes coronantur intelligentia*.

כֶּתֶר m. *diadema* regis Persarum Esth. VI, 8, et reginae Esth. I, 11. II, 17, gr. *κίταρις, κίδαρις*. Curt. 3, 3: Cidarim Persae regium capitis vocabant insigne; hoc caerulea fascia albo distincta circuibat. Cf. Brisson. de regio Persarum principatu p. 38 Ald.

כֹּתֶרֶת pl. כֹּתָרוֹת f. *capitulum* columnarum in templo, quod aeneum, in lilii formam effictum (1 Reg. VII, 19), malis Punicis et coronis pensilibus ornatum erat et sextam columnae partem occupabat (2 Reg. XXV, 17). 1 Reg. VII, 16—20. 2 Par. IV, 12.

כָּתַשׁ fut. יִכְתּשׁ *contudit* (in mortario), *trivit*, cogn. כָּתַת. Ut hoc latino *quatio*, ita כתשׁ respondet nostro *quetschen*. Prov. XXVII, 22. (Chald. כְּתַשׁ contudit, it. percussit. Ithpe. pugnavit. Syr. Ethpe. et Ethpa. pugnavit, ܩܘܬܫܐ bellum. Sam. ࠊࠕࠔ plaga. Cf. كتش ense percussit. Aethiop. ቀጥቀጠ: contrivit, comminuit).

מַכְתֵּשׁ m. 1) *mortarium* Prov. XXVII, 22. Aqu. Theod. *ὅλμος*. Vulg. *pila*. — 2) *mortariolum* (Ruf. Ephes. I, 8) i. e. fossula maxillae, in qua dens infixus est, gr. *ὁλμίσκος* (Iul. Poll. 2, 4 s. 21). Iud. XV, 19: וַיִּבְקַע אֱלֹהִים אֶת־הַמַּכְתֵּשׁ אֲשֶׁר בַּלְּחִי וגו׳ *et fidit Deus mortariolum in maxilla et exierunt aquae* cet. Kimchi: fossa in qua dens situs est, facta instar mortarii; et eodem modo Jarchi, D. de Pomis, Aquinas. LXX *τὸν λάκκον τὸν ἐν τῇ σιαγόνι. Οἱ λοιποὶ, τὸν ὅλμον τῆς σιαγόνος*. Targ. בבא דבלועא *porta in maxilla* i. e. fossula (sic enim, בבא, legendum cum Kimchio in Lex., neque כֵּיפָא petra, neque כַּכָּא dens molaris). Alii veteres ipsum *dentem molarem* intelligunt, ut Vulg. Symm. Syr. non bene. Sed multorum suffragia tulerunt Josephus (Archaeol. 5, 8 §. 9) et Rabbi Levi, qui מַכְתֵּשׁ h. l. nomen proprium esse volunt, quod *excavationem* (pr. mortariolum) in regione לֶחִי (maxilla) dicta significet, cf. no. 3: cui interpretationi favet articulus in הַמַּכְתֵּשׁ (v. Studer. ad h. l. sed cf. Gen. VIII, 6, ubi חַלּוֹן הַתֵּבָה ponitur, quanquam una fenestra est). — 3) n. pr. vallis prope Hierosolymam, prob. a similitudine mortarii (no. 1. 2) dictae. Zeph. I, 11: *ululate habitatores Machtesch*. Targ. habitantes ad torrentem Kedron. In Midrasch Aggada ap. Kimchium explicatur de Tiberiade: male. Simonis מַכְתֵּשׁ percussionem s. plagam interpretatur, ex usu linguae chaldaeae, et integram Hierosolymam ita appellari censet, ut alludatur ad מִקְדָּשׁ sacrarium (conf. eundem lusum in epistola Samaritanorum, v. Cellarii epist. Sichemitarum p. 25): sed superiore certe versu nonnisi partes urbis et circumiacentis regionis memorantur.

כָּתַת fut. יַכֹּת Deut. IX, 21 1) *cudit*. Joël. IV, 10: כֹּתּוּ אִתֵּיכֶם לַחֲרָבוֹת. (Congruunt *quatio*, *percutio*, vic. כָּדַד q. v., *cudo*, arab. كَتَّ tutudit in mortario). —

2) *contudit, fregit*, v. c. vas Jes. XXX, 14, vitulum aureum Deut. IX, 21. Part. pass. כָּתוּת *contusus* i. e. contusis testiculis castratus Lev. XXII, 24. — 3) *percussit* i. e. profligavit hostem Ps. LXXXIX, 24, sq. מִפְּנֵי.

Pi. כִּתֵּת i. q. Kal no. 1. Mich. IV, 3. Jes. II, 4, no. 2. 2 Reg. XVIII, 4. 2 Par. XXXIV, 7, *contudit* terram i. e. perdidit Zach. XI, 6.

Pu. pass. *contudit, illisit se.* 2 Par. XV, 6: וְכֻתְּתוּ גוֹי בְּגוֹי וְעִיר בְּעִיר, de bello omnium contra omnes.

Hiph. fut. יַכְּתוּ *percussit* hostem i. q. Kal no. 3, sq. acc. Num. XIV, 45. Deut. I, 44.

Hoph. fut. יֻכַּת, pl. יֻכַּתּוּ *contundi*, de porta Jes. XXIV, 12, de idolorum simulacris Mich. I, 7, transl. de hominibus Iob. IV, 20. Jer. XLVI, 5.

כָּתִית m. *tusus, contusus*, inde שֶׁמֶן כָּתִית *oleum tusum* Ex. XXVII, 20. XXIX, 40. Lev. XXIV, 2. Num. XXVIII, 5. 1 Reg. V, 25 i. e. auctoribus Hebraeorum interpretibus, tale, quod ex olivis in mortario tusis, neque vero prelo subiectis, destillat, ideoque purissimum et generosissimum, cf. Celsii Hierob. II p. 349. 50.

כִּתִּי (de sing. nonnisi in titulis Phoen. obvio v. infra) pl. כִּתִּים et כִּתִּיִּים Jes. XXIII, 12. Jer. II, 10 et Ez. XXVII, 6 Keri, n. gentil. 1) *Citiensis*, incola *Citii* (*Κίτιον, Κίττιον, Κήτιον*) hodie *Chieti s. Tschitti*, urbis Cypriae nobilissimae, a Phoenicibus et conditae et habitatae (v. Meursii Cyprum p. 30. Swinton inscr. Citieae p. 9 sqq. Comment. nostr. ad Jes. XXIII, 1 et copiosius in Monumm. Phoeniciis I p. 122 sqq.), cuius rei insigne documentum superest in triginta et tribus marmoribus, quae Phoeniciis litteris inscripta ex antiquae urbis fundamentis eruta et a Rich. Pocockio primum edita, nuper a nobis et edita et explicata sunt in Monumm. Phoeniciis p. 124 — 153. Singularis in V. T. non obvius exstat in inscriptione Phoenicia bilingui Athenis reperta, in qua nomen proprium viri Citiensis Athenis mortui et sepulti graece scribitur *Νουμήνιος Κιτιεύς*, Phoeniciis litteris בן חדש .... אש כתי i. e. בֶּן־חֹדֶשׁ .... אִישׁ כִּתִּי *Ben Chodesch* (Numenius) .... *vir Citiensis.* Praeterea in titulorum Citii repertorum primo lin. 1 inter alia regum populorumque nomina invenitur: מלך לכתן i. e. מֶלֶךְ לַכִּתִּין *rex Citiensium.* Apud Hebraeos כִּתִּים, כִּתִּיִּים ad omnes *Cyprios* patuisse videtur (v. infra verba Epiphanii) Gen. X, 4. Jes. XXIII, 12, אֶרֶץ כִּתִּים de Cypro Jes. XXIII, 1, אִיֵּי כִתִּים orae Cypriorum Ez. XXVII, 6, et ita gr. *Κιτταῖοι* Menand. ap. Jos. Ant. 9, 14 §. 12, quod nomen probabiliter reponendum est apud eund. c. Apion. 1, 18 (pro *Τίτυοι* lege *Κίτυοι*, *K* pro *T*, et fortasse *Κύτεοι* pro *'Ηύκεοι* Arch. 8, 5 §. 3). (Apud illum dubiae fidei Philonem Byblium et *Κίττιον* urbs memoratur a Bimalo condita 4, 7. 5, 3, et *ἡ τῶν Κιττιέων χώρα* de universa Cypro 8, 10, cf. *ἡ τῶν Κιττιέων ὀρεινὴ* 6, 3). De origine huius nominis gentilicii nuper Studerus (ad lib. Ind. pag. 44) coniecit, כתי probabiliter idem esse quod חִתִּי, et Citienses Cypri Chittaeorum, gentis Cananaeae, colonos esse: quae nondum legeram, quum inscriptio quaedam Phoenicia eandem sententiam mihi suaderet eiusque certius quoddam fundamentum praeberet. Nimirum in titulo *Citiensi* no. 33 lin. 2. 3 post nomen proprium viri sepulti perspicua sunt verba: אש יעץ מלך רב חתי *vir consiliarius regis magni Chittaeorum*, et facile concedent lectores, in titulo Citii reperto credibilius esse, ipsum *Citii regem* dici, quam Chittaeorum Palaestinensium, qui inscriptionum illarum aetate iam diu evanuerunt, principem. Atqui sic habetur exemplum *Cittiensium* Cypri per ח scriptum, quo illa de utrinsque populi cognatione coniectura magnopere confirmatur. (Philo Byblius l. c. 4, 7 Bybli regem facit Cittii conditorem).

2) Ampliore significatu nomen כִּתִּים dein ad omnes *insulas orasque maris interni, maxime septentrionales, Graeciae* igitur *adeoque Italiae insulas orasque* translatum est (simili modo atque אִיִּים, quod latius etiam patet). Num. XXIV, 24, אִיֵּי כִתִּים Jer. II, 10 (cf. Jes. XXIII, 12). Dan. XI, 30: צִיִּים כִּתִּים *naves Citienses*, ubi significantur naves Romanae (cf. Polyb. 29, 11. Appian. Syr. 66). LXX *'Ρωμαῖοι*. Vulg. trieres et Romani. Contra Graeci intelliguntur 1 Macc. VIII, 5, ubi Perseus *Κιττιέων βασιλεὺς* appellatur, et ibid. I, 1, ubi Alexander Magnus *ἐκ τῆς γῆς Χεττιεὶμ* venisse dicitur. De utroque significatu (no. 1 et 2) verum iam diu est quod viderat Josephus, Ant. 1, 6 §. 1: *Χέθιμος δὲ Χεθιμὰ τὴν νῆσον ἔσχεν· Κύπρος αὕτη νῦν καλεῖται. καὶ ἀπ' αὐτῆς νῆσοί τε πᾶσαι καὶ τὰ πλείω τῶν παρὰ θάλασσαν Χεθὶμ ὑπὸ 'Εβραίων ὀνομάζεται. μάρτυς δέ μου τοῦ λόγου μία τῶν ἐν Κύπρῳ πολέων ἰσχύσασα τὴν προσηγορίαν φυλάξαι. Κίτιος* (*Κίτιον?*) *γὰρ ὑπὸ τῶν ἐξελληνισάντων αὐτὴν καλεῖται:* neque non Epiphanius, Cypri episcopus Palaestina oriundus et litterarum Hebraearum non imperitus, adv. haeres. 30 §. 25: *παντὶ δὲ δῆλόν ἐστι, ὅτι Κίτιον ἡ Κυπρίων νῆσος καλεῖται· Κίτιοι γὰρ Κύπριοι καὶ 'Ρόδιοι:* fuerunt igitur, qui praeter Cyprum ad Rhodum vicinam hoc nomen patere existimarent. Ad *Graeciam* maxime hoc nomen referunt Lexicographi Syro-Arabici, ut Bar Bahlûl: ܟܬܝܡ ܒܐܘܪܝܬܐ ܟܬܝܡ ܘܪܘܕܢܝܡ ܀ كاتيم ورديم ارض هولاء الروم والصقالبة وابرق وتلك النواحي ܀ ܟܬܝܡ ܐܟܐܝܐ ܐܘܟܝܬ ܡܩܕܘܢܝܐ *Chethim in Pentateucho copulatur cum Rodanim, estque Graecia et Sicilia et Africa (?) et istiusmodi regiones. Aliis Chethim est Achaja s. Macedonia.* Lex. Adlerianum: ܟܬܝܝܐ يوناني رومي مقدوني i. e. *Citojo Graecus sive priscus sive recentior, Macedo*, cf. Ephr. Syr. Opp. T. I p. 261 et T. II p. 229. Contra *Italiam* intelligebant Hieron. plerisque locis, Targ. Num., et complures Hebraei, quibus adstipulantur e recentioribus Bochartus (Phaleg p. 157), Vitringa ad Jes. XXIII, 1 al. Sed ut verissimum est, hoc nomen ampliore significatu et Graeciam et Italiam complecti, ita prorsus abiiciendae sunt eorum opiniones, qui כִּתִּים propriam et nativam unius alteriusve illarum terrarum fuisse existimarunt.

מְכִתָּה f. *fractio, contritio* Jes. XXX, 14.

ל

Lamed duodecima littera, numerum *tricenarium* indicans. Nomen eius (לָמֶד) idem valet quod מַלְמָד vel מַלְמֵד *stimulus boum*, cuius figuram haec littera refert in alphabeto Phoenicio (v. Monumm. Phoenicia tab. I et pag. 33 sqq.).

Permutatur ea 1) cum reliquis litteris liquidis s. semivocalibus, quarum haec mollissima est, ut a) cum *Nun*, quod, ubi nativum est, non raro mitigatur in *Lamed*, ut נָחַץ לָחַץ لحص et لحص (cf. نهز et لهز) ursit, נָקַב نقب nominavit, נְדַנָה chald. לְדַן, לְדַנָא vagina, נִשְׁכָּה et לִשְׁכָּה cella, נְתַן syr. ܢܬܠ dedit, נָהָה, aethiop. ለሐወ planxit, הָכֵן syr. ܗܟܢܐ ita, رأوبين, pro ראובן Ruben, نارنج, vulg. لارنج malum aurantium al., cf. *νίτρον*, att. *λίτρον*, *πνεύμων*, ion. *πλεύμων pulmo*, *νύμφη* lympha; *Nabonedus* Berosi est *Labynetus* Herodoti. Contra etiam Lamed non raro induratur in Nun, v. c. צֶלֶם صنم imago, زلزلة vulg. pro زلزلة terrae motus, سلسلة vulg. سنسلة catena, saepius in vocabulis peregrinis v. c. פְּסַנְתֵּרִין ex *ψαλτήριον*, ܡܪܓܢܝܬܐ, מַרְגָלִיתָא ex *μαργαρίτης*, اسرايين et اسرائيل Israël, ميكائين et ميكائيل Michaël, zab. ܐܠܝܫܒܐ Elisabeth; *Daleth* (littera) aeth. *Dent*, cf. dor. *ἦνθον*, *βέντιστος* pro *ἦλθον*, *βέλτιστος*. Plura exempla dabunt Bochartus in Phaleg p. 520 et ex sinu linguae arabicae Ev. Scheidius in diss. Lugdd. p. 953. — b) raro cum *Mem*, utpote littera fortiore et duriore, minus mutabili, v. c. גֻּלְגֹּלֶת, arab. جمجمة cranium, اجمة et ماجل, موجل stagnum, palus. — c) Saepe cum *Resch*, atque ita quidem, ut r nativum emolliatur in l, maxime in libris et dialectis recentioribus v. c. שַׁרְשְׁרָה chald. et arab. שַׁלְשְׁלָה, سلسلة catena; אַרְמְנוֹת, semel אַלְמְנוֹת Jes. XIII, 22 palatia, chald. אֲרוּ et אֲלוּ ecce! קֶרֶב قلب medium, סַפִּיר ܣܦܝܠܐ Sapphirus, רִיר تل sputum et تل salivavit, אֶשְׁתַּדַּר Dan. VI, 15 in Targg. אֶשְׁתַּדַּל contendit al. (cf. *λείριον* lilium); alibi tamen contra, ita ut ex l induratum sit r (quod addubitare non debebat Ewaldus, gramm. crit. p. 36) v. c. אַלְמָנָה, ܐܪܡܠܬܐ, ارملة vidua; חֲלָצַיִם chald. חַרְצָא lumbi; מַזָּרוֹת Iob. XXXVIII, 32 pro מַזָּלוֹת 2 Reg. XXIII, 5, quae forma nativa est; סַלְכָה n. pr. oppidi arab. صرخد; אֱלָהוּת, sam. ⴰⵔⵀⵓⵜ divinitas Carm. sam. III, 6. 10. VI, 20. Cognatae radd. sunt גָּלַל et גָּרַר no. 5, צָהַר et צָהַל q. v. et lusus verborum in רֶכֶשׁ et לָכִישׁ Mich. I, 13, cf. Jes. XVI, 12 in נִרְאָה et נִלְאָה. Apud Samaritanos tanta utriusque litterae similitudo fuisse videtur, ut in carminibus alphabeticis pro ר ponatur ל et contra (v. Carm. Samarit. ed. Gesen. Carm. 7, 20): apud Arabes illud blaesae linguae vitium, quo nonnulli pro ر vel ل vel غ vel ي pronunciant, لثغة appellatur. — In aliis linguarum familiis saepe una dialectus vocabula constanter effert per r, altera per l; velut lingua Sinica, quae littera r prorsus caret et l effert, ubi lingua Iaponica vicissim l litterâ carens r habet: apud Aegyptios dialectus basmurica, quae constanter l ponit pro r *); apud veteres Persas, ubi dialectus Zend omnes voces per r pronunciat, quas Pehlvica dialectus per l: qua in re hoc notandum est vocabula, quae e veteribus dialectis Persicis in linguam Hebraeam reliquasque linguas recepta sunt, saepe l litteram adoptasse, ubi lingua Zendica et Sanscritica r habent, ut *Tedjer* (Tigris) semit. ܕܩܠܬ, דִּגְלַת, دجلة, חִדֶּקֶל; אֲהָלִים lignum aloës, sanscr. aguru; כַּרְמִיל armen. *karmir*; *Tibareni* Herodoti, hebr. תּוּבַל (cf. Benfey, über die Monatsnamen p. 125).

2) aliquoties cum dentali ד, velut אזד i. q. אָזַל, אזל abiit, discessit (q. v.), cf. verba cognata דּוּשׁ trituravit pedibus et לוּשׁ manibus subegit; רָעַד פָּחַד et פָּחַל; et רָעַל. Ita in Graecis et Latinis *Ὀδυσσεύς*, Ulysses, *odor* et *oleo*, *δαήρ levir* (v. pag. 58), *μελετάω* meditor, adde *lingua* angl. tongue, *medius* gall. *milieu*, sed *Δαλιδά*, quod LXX ponant pro n. pr. *Δαλιλά* דְּלִילָה, librariis potius tribuendum videtur *Δ* pro *Λ* scribentibus.

3) emollitur passim in Waw idque quiescens, v. pag. 393 A. Apud Phoenices et Poenos *al* syllaba saepe mitigatur in (au) *ô* (cf. *cheval*, *chevaux*; ital. *al*, gall. *au*), quod litteris Phoeniciis scribentes non Vav quiescente, sed vel ע (= o) littera exprimunt vel plane omittunt v. c. מעקר et מקר *Mokar* pro מלקר, מלקרת Melicerta, Hercules; מך pro מלך rex; מעכת et מכת *môcût* regnum; cf. nom. propria *Mochus* (Bochus) pro *Malchus*, *Chanebo* pro *Chanebal* al. et in Hebraismo מַצֵּבָה (q. v.) pro מַלְכָּה LXX *Βὴθ Μωχά*. Vide monumm. Phoenicia pag. 431. Idem cadit in *ar* syllabam, v. ר. Rarius *al* apud Hebraeos et Phoenices abit in *ā*, אָ, ut in angl. *walk*, *talk*, v. c. עֲזָאזֵל pro עֲזַלְזֵל, phoen. *Macar* pro *Malcar*. Ibid. p. 432.

Passim quadrilittera ex trilitteris ita oriuntur a) ut ל post primam radicalem inseratur, ut זָעַף, זַלְעָפָה ferbuit, b) ut ל in fine addatur, qua forma nescio an Semitae, aeque ac Graeci, Romani et Germani (v. Matthiae gramm.

*) In scriptura hieroglyphica phonetica r et l iisdem figuris exprimuntur. v. Champollion gramm. égyptienne p. 41.

gr. §. 102. Ramshornii gramm. lat. p. 236. 257. Jac. Grimm deutsche Grammatik, III p. 665) diminutiva designaverint, v. הִרְגַּל (huppeln), כַּרְמֶל (Gärtchen), קַרְסֹל (Knöchel), גִּבְעֹל (Kelchlein), עַרְפֶּל ,נִרְגָּל.

לְ ante monosyllaba et bisyllaba barytona לָ (v. Lgb. 628. Ewaldi gr. §. 462 cf. *lasibit* לָשֶׁבֶת Plaut. Poen. 5, 1, 9), poët. etiam לְמוֹ (v. מוֹ) cum suff. לִי ; לְךָ, לָכֶה Gen. XXVII, 37, in Pausa et fem. לָךְ ; לוֹ, לָהּ ; לָנוּ ; לָכֶם f. לָכֵנָה ; לָהֶם, לָהֵנָּה Jer. XIV, 16, poët. לָמוֹ (quod male nonnunquam ad singularia referri docent pro לוֹ, ista enim singularia nunquam non collectiva sunt, v. Gen. IX, 26. Ps. XXVIII, 3. LXXIII, 10. Jes. XLIV, 13. LIII, 8, cf. gramm. §. 100 not.) f. לָהֶן (non לָהֵן, quod est: propterea, p. 387), fort. לָם (sicut בָּם, v. not. ad Jes. IX, 6. XXXIII, 7), praepositio praefixa, decurtata ex אֶל (q. v. p. 103), cui nostra magnam partem synonyma est, ita quidem ut לְ in significationibus translatis usitatius sit. (Respondet arab. لِ, rarius لَ de Sacy gr. I, 475. 477. II, 92. 93; aeth. ለ, syr. ܠ. De ל Phoenicum cf. Monumm. Phoen. p. 351).

A) pr. *motionem* vel certe *directionem* et *conversionem* ad aliquem l. aliquid significat. Est igitur

1) *ad*, *versus*, *in*, gr. εἰς, nostr. *nach* (etwas) *hin*, *zu* (etwas) *hin*. Iungitur verbis eundi, et ita differt ab אֶל, ut אֶל plerumque praemittatur homini, לְ rei locoque, quem petimus, v. c. הָלַךְ אֶל petiit hominem, הָלַךְ לְ petiit locum (v. pag. 377 B); בּוֹא sq. אֶל pers. Gen. XXXVII, 23. Iud. III, 20, לְ loci 1 Sam. IX, 12. 2 Par. XXVIII, 9; שׁוּב sq. אֶל pers. (raro loci Gen. XXXVII, 29) et לְ loci (Ruth I, 8); יָרַד sq. אֶל pers. et loci, et לְ loci; קָרַב sq. אֶל pers. Gen. XXXVII, 18, לְ loci Iob. XXXIII, 22; נוּס sq. לְ loci 1 Sam. IV, 10; sic *duci ad* lanienam (לַטֶּבַח) Jes. LIII, 7, *ad* sepulcrum (לַקֶּבֶר) Iob. X, 19; dispergere *in* omnes ventos (לְכָל־רוּחַ) Ez. V, 10; protrahere in lucem (לָאוֹר) Iob. XII, 22. Mich. VII, 9; קָרָא sq. לְ vocavit (pr. clamavit ad) aliq. Praemittitur particulis loci, ut לְאָחוֹר retrorsum, לְמַעְלָה sursum, לְמַטָּה deorsum, לִקְרַאת in occursum. Adde huius generis sententias Ps. XCIX, 5: הִשְׁתַּחֲווּ לַהֲדֹם רַגְלָיו *adorate* conversi *ad scabellum pedum eius*. Jes. LI, 6: שְׂאוּ לַשָּׁמַיִם עֵינֵיכֶם *tollite ad coelum oculos vestros*.

Translate de animi mentisque ad aliquem (aliquid) conversione, v. c. חִכָּה לְ et קִוָּה exspectavit aliquem (ausschauen *nach* jem.), שָׁמַע לְ, הֶאֱזִין לְ attendit ad, כָּלְתָה נַפְשִׁי לְ Ps. LXXXIV, 3, אָרַב לְ insidiatus est alicui (*auf*lauern). — Opp. est מִן, v. c. Gen. IX, 10: מִכֹּל יֹצְאֵי הַתֵּבָה לְכֹל חַיַּת הָאָרֶץ, in cuius generis formulis magis frequentatur עַד (v. מִן, עַד). De duplici termino habetur: לְ — וְעַד Neh. III, 15: *murum* לְגַן הַמֶּלֶךְ וְעַד הַמַּעֲלוֹת. Alibi non multum differt ab עַד *usque ad*, v. c. לְשָׂבְעָה ad satietatem usque Ez. XXXIX, 19, לְמוֹתָם usque ad mortem eorum Ps. LXXIII, 4: בֵּין — לְ pr. intervallum — usque ad i. e. inter et inter, v. בֵּין p. 203 B.

2) εἰς, *in*, de transitu rei in aliam conditionem (nostr. *zu*, in: *zu* etwas werden). Gen. II, 22: וַיִּבֶן יְיָ אֱלֹהִים אֶת הַצֵּלָע לְאִשָּׁה *et aedificavit* (finxit) *Jova Deus costam in mulierem*, ex costa mulierem. 2 Sam. V, 3: *et ungebant Davidem* לְמֶלֶךְ *in regem*. Iob. XVII, 12: לַיְלָה לְיוֹם יָשִׂימוּ. Inde הָפַךְ לְ transformare, mutare *in* aliquid; שׂוּם לְ, עָשָׂה לְ, נָתַן לְ facere (aliquem) aliquid, *zu* etwas machen; הָיָה לְ fieri aliquid, *zu* etwas werden (vide pag. 373 A, no. 2, b), quod etiam per hyperbolam dicitur pro: fieri instar alicuius rei. 1 Sam. XXV, 37: וְהוּא הָיָה לְאָבֶן *et factus est lapis*, obriguit instar lapidis. Omisso verbo substantivo Iob. XIII, 12: לְגַבֵּי חֹמֶר גַּבֵּיכֶם *munimenta lutea* facta sunt *munimenta vestra*. Thren. IV, 3: בַּת עַמִּי לְאַכְזָר *filia populi mei* facta est s. est *crudelis*. Jes. I, 15: כָּל־רֹאשׁ לָחֳלִי *omne caput* abiit *in morbum*, totum aegritudine correptum est, cf. 2 Par. XXI, 18: *post haec Jova eum percussit in visceribus* לָחֳלִי לְאֵין מַרְפֵּא ita ut *in morbum* abirent *non sanabilem*, et Iob. XXX, 31: וַיְהִי לְאֵבֶל כִּנֹּרִי. — כָּרַת לִשְׁנַיִם dissecuit in duas partes Jer. XXXIV, 18, נִתַּח לִנְתָחִים dissecuit in frusta Lev. VIII, 20.

3) Est *nota dativi*, ut angl. *to*, gall. *à*, certe nomini praeponitur, ubi Graeci, Romani et nostrates casu tertio utuntur.

Ponitur enim

a) post verba dandi (נָתַן לְ, שׂוּם לְ Exod. IV, 11), tribuendi et retribuendi (הֵשִׁיב, גָּמַל), afferendi (הֵבִיא לְ Gen. XXVII, 31), condonandi (נָשָׂא), relinquendi (עָזַב לְ reliquit alicui aliquid Ps. XVI, 10, הִנִּיחַ Eccl. II, 18), consulendi (יָעַץ) cet. quo etiam referendum est: יָלְדָה לוֹ בֵּן peperit (et donavit) ei filium Gen. XXIV, 36, כָּרַת בְּרִית לְ concessit ei foedus. It. de eo, *cui* aliquid dicitur (אָמַר לְ Gen. XXVII, 31. 34. Deut. XXXIII, 9), indicatur (הִגִּיד), narratur (סִפֵּר), promittitur iureiurando (zugeschworen wird) Deut. VI, 23. XXVI, 3. 15. De locutione: אָמַר לְ dicere *de* aliq. v. infra no. 11. Persaepe verba Hiphil coniunguntur sq. לְ, si aliqua dandi s. concedendi potestas in iis inest, v. c. הֶחֱיָה לְ vitam servavit alicui Gen. XLV, 7, הֵנִיחַ לְ quietem dedit, concessit alicui Ex. XXXIII, 14. Jes. XIV, 3, הִשְׁקָה לְ potandum dedit alicui 1 Reg. XIX, 20, הִצְדִּיק לְ Jes. LIII, 11, הוֹשִׁיעַ לְ Iud. VII, 2.

b) de persona (re), *cui* aliquid inservit (*der* eine Sache dient), in cuius usum vel *commodum* et honorem aliquid est vel fit (dat. commodi). Gen. II, 20: לְאָדָם לֹא מָצָא עֵזֶר כְּנֶגְדּוֹ. XXIV, 4: לָקַחְתָּ אִשָּׁה לִבְנִי לְיִצְחָק. XLV, 23: מָזוֹן לְאָבִיו לַדָּרֶךְ. L, 10: וַיַּעַשׂ לְאָבִיו אֵבֶל. Ex. XXVI, 7: יְרִיעֹת לְאֹהֶל Neh. VIII, 4. Gen. XII, 7: *exstruxit altare* לַיהוָה *Jovae*. — Eccl. I, 3: מַה־יִּתְרוֹן לָאָדָם *quid lucri est homini?* VI, 11. טוֹב לִי bonum s. salubre est mihi Eccl. VI, 12. VIII, 15, contra Prov. XVII, 25: כַּעַס לְאָבִיו בֵּן כְּסִיל *moeror patri suo est filius stultus*.

XIX, 13: הַוֹּת לְאָבִיו בֵּן כְּסִיל. Atque huiusmodi dativus saepe addi solet tum aliis verbis tum maxime verbis motus, ut eundi (הָלַךְ, אָזַל, שׁוּב), fugiendi (בָּרַח, נוּס), quo proprie significatur, aliquem sui commodi suaeve oblectationis causa (sibi) aliquid facere, quanquam postea in pleonasmum fere abiit, v. c. Cant. II, 17: דְּמֵה לְךָ דוֹדִי לִצְבִי *similis sis tibi, amice, dorcadi.* Iob. XV, 28: בָּתִּים לֹא יֵשְׁבוּ לָמוֹ. Ez. XXXVII, 11: נִגְזַרְנוּ לָנוּ; Prov. XIII, 13: יֵחָבֶל לוֹ, v. Lgb. p. 736. 737. (In cippis Phoeniciis ל persaepe praeponitur nomini vel numinis vel sepulti, cui cippus consecratus est, v. monumm. Phoenic. p. 351).

c) de vi et effectu, quam aliquid habet *in* s. *ad* pers. vel rem (von der Einwirkung, dem Eindruck auf jem.) Prov. XXIV, 9: תּוֹעֲבַת לְאָדָם לֵץ *abominatio hominibus est irrisor.* Cant. I, 13: לְרֵיחַ שְׁמָנֶיךָ טוֹבִים *unguenta tua grata* sunt *odori.* Iob. X, 3: הֲטוֹב לְךָ *num tibi placet?* cf. וַיִּיטַב לִי Ps. LXIX, 32 (syr. ܫܦܪ ܠ placuit alicui). חָלִילָה לִּי ad profana mihi i. e. absit a me, quod ita enarrandum est: de mea sententia ad profana abiiciendum est. Ex hoc usu expedias etiam verba Gen. XLV, 1: לֹא יָכֹל יוֹסֵף לְהִתְאַפֵּק לְכֹל הַנִּצָּבִים עָלָיו *non potuit Josephus se fortem praestare omnibus adstantibus*, efficere ut fortis et immotus videretur omnibus adstantibus.

d) de eo, quod *alicui est* i. e. quod *habet* (למד הקנין Lamed possessionis appellant Hebraei). Ita יֵשׁ לִי et הָיָה לִי mihi est, habeo (v. sub his vcc.), אֵין לִי mihi non est, non habeo (v. אַיִן), אֲשֶׁר לְ *quod alicui* est, quod quis habet. Gen. XXXI, 1: כָּל־אֲשֶׁר לְאָבִינוּ *omnia quae habebat pater noster.* XXIX, 9: הַצֹּאן אֲשֶׁר לְאָבִיהָ *grex patris eius.* XLVII, 4, cf. Lgb. 672. — מַה־לִּי וָלָךְ quid mihi et tibi? i. e. quid mihi tecum est negotii, v. מָה. — שָׁלוֹם לָכֶם, שָׁלוֹם לְךָ salus est tibi i. e. salvus es, nihil metuendum est tibi, v. שָׁלוֹם. It. α) de eo, quod alicui *contingit*, obtingit (was er bekommt, was ihm zu Theil wird), v. c. הָיָה לִי contingit mihi (zu Theil werden) v. הָיָה no. 2, cc. β) de eo quod alicuius (res, officium) est, *was seine Sache ist*, was ihm zu thun zukommt, *was er* zu thun *hat.* 2 Par. XXVI, 18: לֹא לְךָ עֻזִּיָּהוּ לְהַקְטִיר *non tuum est, Usia, suffitum offerre,* ubi in לֹא לְךָ etiam haec vis inest: tibi non licet (cf. אֵין לִי p. 82 B). XX, 17. XXXV, 3. Ps. L, 16. Mich. III, 1: הֲלוֹא לָכֶם לָדַעַת *nonne vestrum est, scire?* — Similis ratio est formulae יֵשׁ לְאֵל יָדִי et אֵין לְאֵל יָדִי (de qua vide p. 48) licet (non licet) robori manus meae, es steht in der Macht meiner Hand, es ist verstattet der Macht meiner Hand. γ) de eo, quorsum quis pertinet. 1 Reg. XV, 27: *Baësa, filius Ahiae,* לְבֵית יִשָּׂשכָר *ad domum Issachari* pertinens.

e) de *causa* et *auctore* rei, ut apud Graecos, cuius locutionis originem ex huiusmodi formulis intelliges. Iob. XXXVII, 1: לְזֹאת יֶחֱרַד לִבִּי *talibus* (dat.) *contremiscit cor meum*, solchem zittert mein Herz, pro *durch* solches. Ps. XVIII, 45: לְשֵׁמַע אֹזֶן יִשָּׁמְעוּ לִי *mihi obediunt famae* i. e. ad famam nominis mei (auf das Gerücht von mir). Num. XVI, 34: כָּל־יִשְׂרָאֵל נָסוּ לְקֹלָם. Jes. XIX, 22: נֶעְתַּר לָהֶם *movetur iis* i. e. cedit precibus eorum. Germanice dicere possis: dem Befehle, Winke geschieht es, pro: *auf* den Befehl, Wink, in Folge und Kraft des Winkes, *der Macht des Winkes weichend und gehorchend.* Ita ponitur α) post passiva. Exod. XII, 16: יֵעָשֶׂה לָכֶם *fiet a vobis.* Prov. XIV, 20: גַּם לְרֵעֵהוּ יִשָּׂנֵא *etiam ab amico odio habetur.* Neh. VI, 1: נִשְׁמַע לְסַנְבַלַּט *auditur a Sanballato.* Gen. XIV, 19: בָּרוּךְ אַבְרָם לְאֵל עֶלְיוֹן. Lev. XXI, 11. 1 Sam. XV, 13. Esth. V, 12. Jes. LXV, 1. (Ita etiam syr. ܠ, Hoffm. gramm. syr. §. 143). — Ex. XIII, 7: לֹא יֵרָאֶה לְךָ חָמֵץ *non conspiciatur tibi fermentum* i. e. a te, in domo tua (ubi non dixerim ל *penes, apud* significare). β) post alia verba, in quibus vis passiva inest, ut הָיָה לְ fieri ab aliquo Jes. XIX, 15, הָרָה לְ gravidari ab aliquo. — γ) in inscriptionibus carminum (cf. ل auctoris Arabum in titulis librorum, v. praef. ad Golii Lex. it. syr. ܐܝܬ ܠܗ ܟܬܒܐ *exstat liber ab eo scriptus* Barhebr. p. 19, 18. 59, 9. 15). V. c. מִזְמוֹר לְדָוִד, מַשְׂכִּיל לִבְנֵי קֹרַח מִזְמוֹר, לְדָוִד מִזְמוֹר (v. p. 421), לְדָוִד Ps. LII—LV, תְּפִלָּה לְדָוִד Ps. LXXXVI, תְּפִלָּה לַחֲבַקּוּק Hab. III, 1, מִכְתָּב לְחִזְקִיָּהוּ scriptum s. carmen Hiskiae Jes. XXXVIII, 9, et simpl. לְדָוִד *a Davide* s. *Davidis* Ps. XXV, 1. XXVI, 1. XXVII, 1, לִשְׁלֹמֹה *a Salomone* Ps. LXXII, 1, cuiusmodi dativum auctoris seorsum positum frequentant Phoenices in numis, לצדנם (לְצִידֹנִים) *a Sidoniis* cusus, לצר *a Tyro*, ללאדכא *a Laodicea*, ubi in epigraphis bilinguibus et Graecis genitivus est: ΣΙΔΟΝΙΩΝ, ΤΥΡΟΥ, v. Monumm. Phoenic. pag. 350. Iidem in cippis ל praeponunt etiam nomini eius, *a* quo cippus positus est, v. c. inscr. Num. 5, 1: לבעל ארן לעדריחן *Baali domino ab Adricheno* (vide ibid.). Falluntur autem, qui ל in inscriptionibus Psalmorum nonnunquam de alia re, ut de argumento (Bengel suppl. ad introd. in Psalmos p. 19), accipi posse putant, v. de Wette comment. p. 11. — δ) in aliis multis exemplis, in quibus plerumque supplendum est verbum aliquod passivum vel passivam vim habens. Jes. II, 12: כִּי יוֹם לַיהוָה עַל־כָּל־גֵּאֶה *nam dies iudicii* habetur *a Jova* cet. Chald. מִן קֳדָם יְיָ. XXII, 5: כִּי יוֹם מְהוּמָה ... לַאדֹנָי יְהוִה *nam dies confusionis ...* immittitur *a Domino.* LXX. παρὰ Κυρίου. Chald. מִן קֳדָם יְיָ. XXVIII, 2: הִנֵּה חָזָק וְאַמִּץ לַאדֹנָי *ecce fortis et robustus* mittitur *a Domino.* Targ. ut supra. Zach. XIV, 1. Ps. III, 9: לַיהוָה הַיְשׁוּעָה *a Jova* proficiscitur *salus.* Targ. מִן קֳדָם יְיָ. Iob. XXXIII, 6: הֵן אֲנִי כְפִיךָ לָאֵל *ecce ego, sicut tu, a Deo* creatus sum, non: Deo s. apud Deum sum, cf. in altero membro: מֵחֹמֶר קֹרַצְתִּי גַם אָנִי. Bene praeeunte Alexandrino Vulg. et me sicut et te fecit Deus. Jon. II, 10: יְשׁוּעָתָה לַיהוָה *salus a Deo* est. Jes. LXI, 2: לִקְרֹא שְׁנַת רָצוֹן לַיהוָה *ut annunciem annum gratiae a Deo concessum,* cf. Ps. XXIV, 1. LXXIV, 16. Jer. V, 10. 1 Reg. X, 1: שֵׁמַע שְׁלֹמֹה לְשֵׁם יְהוָה *gloria Salomonis a Jehova* ei parata. Jon. III, 3: עִיר גְּדוֹלָה לֵאלֹהִים *urbs divinitus magna* (cf. de arab. لله *divinitus* quae disputata sunt pag. 98 A. B). Jer. X, 23: יָדַעְתִּי כִּי לֹא לָאָדָם דַּרְכּוֹ *scio, quod non ab homine* proficiscitur *sors*

eius (cf. XVI, 1, ubi sibi respondent לְאָדָם et מֵיהוָה). Ez. I, 18: יִרְאָה לָהֶם *timor ab iis* (Cherubis) proficiscebatur. — 2 Sam. III, 2: בְּכוֹרוֹ אַמְנוֹן לַאֲחִינֹעַם *primogenitus eius* erat *Amnon ab Ahinoam* i. e. hac matre prognatus. Comm. 3—5 (ubi male supplent בֵּן, cf. potius Ps. CXXVIII, 6). Hos. VI, 10: שָׁם זְנוּת לְאֶפְרַיִם *ibi stupra ab Ephraimitis* commissa, facta. — Etiam de instrumento, quo aliquid fit, ut in formula: הִכָּה לְפִי חֶרֶב percussit ore gladii, in qua explicanda mire se torquent, qui nostrum לְ particulae usum vel neglexerunt vel in dubium vocarunt, Studerus ad Iud. I, 8 et Maurerus ad Jos. VIII, 24, qui idem meliora docet ad Ps. III, 9. Jes. XXII, 5, רָאָה לָעַיִן vidit oculis Ez. XII, 12. Ps. XII, 5: לִלְשֹׁנֵנוּ נַגְבִּיר *linguâ nostrâ* (durch unsere Zunge) *valemus*, licet h. l. etiam reddi potest: an unserer Zunge sind wir stark (cf. גָּבַר לֶאֱמוּנָה Jer. IX, 2). Ponitur לְ dativi

f, non raro post nomina, quae *dominum*, *regem*, *deum* et contra *servum*, *ministrum*, item quae *amicum* et *hostem*, *inimicum* significant (cf. gr. ἄναξ ἀνδρεσσιν Il. 5, 546, ἑταῖρος, φίλος, ἐχθρός τινί et τινός), praecipue ubi nomen rectum indefinitum est (ut בֵּן לְיִשַׁי *ein* Sohn des Isaï 1 Sam. XVI, 18, contra בֶּן יִשַׁי der Sohn Isaï's, ut apud Arabes صديق له ein Freund von ihm, صديقه sein Freund, Ewaldi gr. crit. pag. 583. Contra vide 1 Sam. XIV, 16: הַצֹּפִים לְשָׁאוּל). Ita אָדוֹן לְ Gen. XLV, 8. 18. Ps. XII, 5, מֶלֶךְ לְ Jes. XXXVII, 13. Jos. XII, 18 (chald. Esr. V, 11), הָאֱלֹהִים לְ Jes. XXXVII, 16 et contra עֶבֶד לְ Gen. IX, 25—27. XL, 12, quo etiam haec referenda sunt: כֹּהֵן לְאֵל עֶלְיוֹן Gen. XIV, 18 (sed כֹּהֵן לְדָוִד 2 Sam. XX, 26 est sacerdos Dei idemque Davidis minister, v. pag. 663): נָבִיא לַיהוָה 1 Reg. XVIII, 22. 2 Par. XXVIII, 9, יוֹעֵץ לַמֶּלֶךְ consiliarius regis 1 Par. XXVII, 33. 2 Par. XXII, 4, רֵעֶה לְאָבִי 1 Sam. XIV, 34. Dein אֹהֵב לְ 1 Reg. V, 15, רֵעַ לְ Iob. XXX, 29, חָתָן לַמֶּלֶךְ 1 Sam. XVIII, 18. Neh. VI, 18. XIII, 28, אוֹיֵב לְ שֹׂנֵא לְ Deut. IV, 42. XIX, 4. 6. 11. Jos. XX, 5, מלך Num. XXXV, 23. Ita etiam Phoenices frequentant מלך לכתן rex Citiensium Cit. I, 1. 2, אדן ל (אָדוֹן לְ) Numid. I, 2. IV, 2, vide Monumm. Phoenicia p. 199. 351.

g) Recentioris maxime Hebraismi ad Chaldaismum inclinantis est, si לְ dativi praeponitur obiecto verbi activi (ut apud Chaldaeos, Syros et Aethiopes), v. c. לָקַח לְ Jer. XL, 2, אָכַל לְ Thren. IV, 5, הָרַג לְ Iob. V, 2, עָזַב לְ 1 Par. XVI, 37, שָׁלַח לְ 2 Par. XVII, 7. Esr. VIII, 16, הִצִּיל לְ Ion. IV, 6 cf. 1 Paralip. XXV, 1. Ps. CXXXV, 11 (contra antiquioris Hebraismi est חָבַק לְ Gen. XXIX, 13. XLVIII, 10, recentioris חָבַק sq. acc. 2 Reg. IV, 16. Chr. Bened. Michaëlis confert Brandenburgensium soloecismum *mir* pro *mich* dicentium. Semel לְ adeo integrae sententiae in accusativo cogitandae praemissum esse statuunt plerique interpretes. Jes. VIII, 1: *inscribe in eam* (tabulam): לְמַהֵר שָׁלָל חָשׁ בַּז hoc (τὸ): *festinant ad praedam*, *properant ad spolia*, cf. Comm. 3, ubi לְ omissum est. Sed recte Hitzigius et Maurerus לְמַהֵר Comm. 1 et מַהֵר Comm. 3 infinitivos esse statuunt pro verbo fin. dictos, ut vertendum sit: *festinat praeda*, *properat spolium*, לְמַהֵר pro יְמַהֵר.

4) Latine in pluribus, quae sub dativo (no. 3) laudavimus, exemplis (vide litt. d et e, γ), *Genitivo* utuntur v. c. צֹאן אֲשֶׁר לְאָבִיהָ *grex patris eius*, מִזְמוֹר לְדָוִד *psalmus Davidis*, et ita etiam in aliis exemplorum generibus לְ *Genitivum* designat (cf. dativum Graecorum per σχῆμα Κολοφώνιον pro genitivo positum v. c. ἡ κεφαλὴ τῷ ἀνθρώπῳ, Bernhardyi synt. gr. p. 88, et Vasconum idioma: *le fils à Mr. A. s'est marié avec la fille à Mr. B.* pro *de*). Hac autem genitivi nota utuntur spec. a) ubi plures genitivi ex uno nominativo pendent, ut חֶלְקַת הַשָּׂדֶה לְבֹעַז Ruth II, 3, פֶּתַח הַבַּיִת לֶאֱלִישָׁע 2 Reg. V, 9, מַעְבְּרוֹת הַיַּרְדֵּן לְמוֹאָב Iud. III, 28, דִּבְרֵי הַיָּמִים לְמַלְכֵי יִשְׂרָאֵל 1 Reg. XV, 31, רָאשֵׁי אֲבוֹת הַמַּטּוֹת לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל Jos. XIV, 1 (sed רָאשֵׁי הָאָבוֹת לְמַטּוֹת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל XIX, 51), in quibus exemplis id agendum erat, ut statu constructo copularentur, quae *arctius* iungenda essent et unam notionem efficerent, ut רָאשֵׁי אָבוֹת, מַלְכֵי יִשְׂ׳, דִּבְרֵי הַיָּמִים al. Ea enim genitivum annectendi ratio, quae ope particulae fit, laxior et solutior est, quam vulgaris, quae statu constructo efficitur. b) ubi nomen rectum epitheto praeditum est בֵּן אֶחָד לַאֲחִימֶלֶךְ 1 Sam. XXII, 20. c) post numeralia, non solum eius generis, in quae cadit litt. a, velut Gen. VII, 11: בִּשְׁנַת שֵׁשׁ מֵאוֹת שָׁנָה לְחַיֵּי נֹחַ, sed etiam alia, ut בְּשִׁבְעָה עָשָׂר יוֹם לַחֹדֶשׁ *die septimo et decimo mensis* Gen. VIII, 5. 14, בְּאֶחָד לַחֹדֶשׁ *primo* die *mensis* ibid. Comm. 13. Ez. I, 2. XL, 1. Dan. II, 1. Num. XXXIII, 38. 1 Reg. III, 18, et sic אַחַת לָהֶם una earum Ez. I, 6, רִאשׁוֹן לְכֹל primus omnium 2 Sam. XIX, 21. d) De genitivo *possessorem* indicante (cf. no. 3, litt. d), velut Eccl. V, 11: הַשָּׂבָע לֶעָשִׁיר *abundantia divitis*. Ps. XXXVII, 16: מְעַט לַצַּדִּיק *paullum iusti*, pr. quod *iusto* est. Jes. XXXIV, 6. Jer. XII, 12, passim etiam de alio Jes. XVI, 2. XXVI, 7 al. e) ubi adverbia addito לְ cum substantivis copulantur et vim praepositionis induunt, ut סָבִיב circum (adv.), סָבִיב לְ (praep.); מִתַּחַת sub (adv.), מִתַּחַת לְ = תַּחַת (praep.), et sic מִקֶּדֶם לְ, מִחוּץ לְ, מִמַּעַל לְ al. Lgb. p. 631 no. 3.

Usitatius fere hac significatione est אֲשֶׁר לְ, v. אֲשֶׁר A, no. 3 et Lgb. 672.

Ex significatione primaria directionis et conversionis porro proficiscuntur hi particulae usus:

5) de *tempore* designat a) temporis momentum, *ad* quod *usque* aliquid fit, i. q. עַד. Am. IV, 7: *cohibui pluviam* עוֹד שְׁלֹשָׁה חֳדָשִׁים לַקָּצִיר *tres menses usque ad messem*. Deut. XVI, 4: *nihil pernoctet* ..... לַבֹּקֶר *usque ad mane*. Cf. לְעוֹלָם εἰς αἰῶνα in aeternum i. q. עַד עוֹלָם, לָנֶצַח in perpetuum i. q. עַד נֶצַח, εἰς ἀεί. b) de temporis momento, *ad* quod s. *in* quod (wofür, wozu) aliquid fit. Exod. XXXIV, 2: הֱיֵה נָכוֹן לַבֹּקֶר *paratus esto in diem crastinum*. Num. XI, 18: *purgate vos* לְמָחָר *in crastinum diem*. Esth. V, 12;

לְאָחוֹר in tempus posterum (für die Folgezeit) Jes. XLI, 23; Prov. VII, 20: *domum redibit* לְיוֹם הַכֵּסֶא *ad diem plenilunii* celebrandum, nostr. zum Feste. It. de temporis spatio 1 Reg. V, 2: *victus aulae Salomonis* לְיוֹם אֶחָד *in unum diem* (in singulos dies) erat cet. c) de temporis momento, *sub* quo (quod) aliquid fit. לָאוֹר sub lucem Iob. XXIV, 14, לְקֵץ שָׁנִים sub finem annorum 2 Par. XVIII, 2. Dan. XI, 6. Alios particulae significatus ad *tempus* spectantes vide infra litt. B, 2.

6) *usque ad* (v. signif. propriam no. 1 extr.). לִבְלִי חֹק usque ad defectum mensurae, usque dum non esset mensura, sine mensura Jes. V, 14, לְאֵין שְׁאֵרִית usque dum nihil reliquum sit Esr. IX, 14, לְאֵין מִשָּׂא usque dum ferre non possent 2 Par. XX, 25, לְאֵין מִסְפָּר 1 Par. XXII, 4, cf. עַד לְאֵין מַרְפֵּא 2 Par. XXXVI, 16. — Iud. XVI, 16: *impatiens factus est* לָמוּת *usque ad mortem* i. e. ut mori mallet quam huiusmodi vexationes diutius ferre (cf. ad rem Gen. XXVII, 46). — Inde a) de numero, *usque ad* quem multitudo aliqua prope accedit, gr. *εἰς μυρίους*, *πρὸς μυρίους*, nostr. *an* hundert. 2 Par. V, 12: כֹּהֲנִים לְמֵאָה וְעֶשְׂרִים *sacerdotes ad centum et viginti.* III, 8. (De eodem usu lat. *ad* v. Ruddim. II, 334. Freund lat. Wörterb. h. v. C, 1). Sed 1 Sam. XXIX, 2 in hunc censum non venit, vide no. 13. — b) de gradu: *adeo.* Deut. XXIV, 5: לֹא יַעֲבֹר עָלָיו לְכָל דָּבָר *ne imponatur ei adeo ulla res* i. e. vel minima res. Cf. part. עַד in formula: עַד אֶחָד — לֹא. Non aliter expediendi sunt hi loci 2 Par. VII, 21: הַבַּיִת הַזֶּה ... לְכָל עֹבֵר עָלָיו יִשֹּׁם *haec domus ..... adeo transeuntium quisque eam stupebit,* homines adeo ex trivio. Eccl. IX, 4: כִּי לְכֶלֶב חַי הוּא טוֹב מִן הָאַרְיֵה הַמֵּת *nam adeo canis vivus praestat leone mortuo*, vilissimum adeo animal, modo vivum, praestat nobilissimo, si mortuum est. (Anacoluthon in hoc loco statuit Böttcherus, specc. p. 47, sed praeter necessitatem, et ita ut sententiae vis extenuetur).

7) Pariter atque אֶל no. 9 et lat. *ad* (cf. *ad* hoc) est particula *addentis* (dantis *ad*). Jes. XXVIII, 10: צַו לָצָו קַו לָקָו *praeceptum ad praeceptum*, *regula ad regulam* datur, i. e. quotidie et maiorem in modum cumulantur praecepta, quae nobis imponuntur. Eccl. VII, 27: אַחַת לְאַחַת *unum ad alterum*, eins zum andern, eins über das andere. Ps. CXXXV, 7: בְּרָקִים לַמָּטָר עָשָׂה *fulgura creat ad pluviam*, quae pluviam quasi comitentur. Jer. X, 13. Gen. XLVI, 26: כָּל־הַנֶּפֶשׁ הַבָּאָה לְיַעֲקֹב מִצְרַיְמָה *omnes qui ad Jacobum* i. e. praeter Jacobum eumque secuti *in Aegyptum venerant.* Frequentius hoc sensu utuntur עַל particula.

8) de animi directione *in* aliquem: *in* i. e. *erga* et *contra*, v. c. חָסִיד לְ pius in (erga) aliquem Ps. IV, 4, עָשָׂה חֶסֶד לְ exercuit pietatem in (erga) aliquem, v. חֶסֶד 1, c. טוֹב לְ benignus erga aliquem Thren. III, 25. Contra: חָטָא לְ peccare *in* aliq., וַיִּחַר לוֹ iratus fuit in eum, זָמַם לְ mala molitus est contra aliq. Ps. XXXVII, 12.

9) *in commodum* et *usum* alic., *pro* aliquo, cuius generis exempla prope accedunt ad ea, quae supra dedimus no. 3, b, nisi quod in his maior quaedam particulae vis est. Gen. XXXI, 42: לוּלֵי אֱלֹהִים הָיָה לִי *nisi Deus fuisset pro me,* stetisset a parte mea. LVI, 10. CXVIII, 6. Jes. VI, 8: מִי יֵלֶךְ לָנוּ *quis ibit pro nobis?* quod idem valet atque in altero membro: אֶת־מִי אֶשְׁלַח, cf. Iud. I, 1: מִי יַעֲלֶה לָּנוּ. Deut. XXX, 12. 13. — Iud. VII, 20. חֶרֶב לַיהוָה וּלְגִדְעוֹן *gladius pro Jova et pro Gideone,* cf. Comm. 18, ubi חֶרֶב omisso: *pro Jova et pro Gideone.* Iob. XIII, 7: הַלָאֵל תְּדַבְּרוּ עַוְלָה *num pro Deo* ad Deum defendendum *loqui vultis iniquitatem?* Ps. LXIX, 22: וְלִצְמָאִי יַשְׁקוּנִי חֹמֶץ nostr. *für meinen Durst* (i. e. gegen denselben, ad eum sedandum) *tränken sie mich mit Essig.* לְנֶפֶשׁ פ׳ in commodum vitae alic., ad vitam alic. tuendam, v. נֶפֶשׁ no. 2, c. Cum verbis רִיב לְ, נִלְחַם לְ pugnare pro aliquo, הֶעְתִּיר לְ precatus est, intercessit pro aliquo.

10) De causa et ratione: *propter* (cf. لام العلّة Lam causale Arabum, de Sacy I, p. 1049). Sic in לָמָּה, לָמָה quare? gr. *εἰς τί; πρὸς τί;* nostr. wozu? לָכֵן, לָהֵן propterea. Explicatius pro eo dicitur לְמַעַן propter causam cf. Jes. LV, 5 et LX, 9. — Gen. IV, 23: *virum interfeci* לְפִצְעִי *propter vulnus mihi inflictum* וְיֶלֶד לְחַבֻּרָתִי *et iuvenem propter vibicem meum.* Lev. XIX, 28: *ne incisiones facite in carnem vestram* לָנֶפֶשׁ *propter mortuum.* Jes. XV, 5: לִבִּי לְמוֹאָב יִזְעָק. XIV, 9. XXXVI, 9. Jos. IX, 9. Hos. X, 10. Esr. III, 13. Inde שָׂמַח לְ gavisus est aliquo (i. e. interitu eius).

11) de persona vel re, ad quam spectat oratio: *de.* Lev. XIV, 54: זֹאת הַתּוֹרָה לְכָל נֶגַע *haec est lex de omnis generis macula.* Ps. XXII, 31: יְסֻפַּר לַאדֹנָי לַדּוֹר *narrabitur de Domino generationi futurae.* Ita post verba dicendi (אָמַר לְ dixit *de*) Gen. XX, 13. Ps. III, 3, iubendi (צִוָּה לְ mandatum dedit *de*) Ps. XCI, 11. Esth. III, 2, cantandi (Jes. V, 1: *agite, cantabo* לִידִידִי *de amico meo, carmen amici mei* לְכַרְמוֹ *de vinea eius.* XXVII, 2), interrogandi, ut שָׁאַל לְשָׁלוֹם לְ interrogare de salute alic. Cf. חָלַם לְ somniare de Gen. XLII, 9. Inde de argumento oraculi: לְמִצְרַיִם de Aegypto (in Bezug auf Aegypten) Jer. XLVI, 2. XLVIII, 1. XLIX, 1. 7. 23. 28. XXIII, 9. (Ita arab. ل Cor. 3, 162. 4, 64. Schult. Opp. min. p. 195, de Sacy l. c. no. 4).

12) de fine rei: *ad* aliquid v. c. לְעֶזְרָה ad auxilium sive petendum sive ferendum Jes. X, 3. XX, 6. XXXI, 1. לָרִיק, לַשָּׁוְא ad vanum, frustra. Adde לְבַעֲבוּר pro בַּעֲבוּר.

13) de norma, ad quam aliquid exigitur: *ad* (cf. ad normam, ad arbitrium, ad verbum), *secundum*, quod explicatius dicitur לְפִי. — Gen. I, 11: לְמִינוֹ *secundum species eius.* X, 5: אִישׁ לִלְשֹׁנוֹ *quisque pro lingua sua.* Num. IV, 29: לְמִשְׁפְּחֹתָם לְבֵית אֲבֹתָם *secundum gentes et familias eorum.* Gen. VIII, 19. 1 Sam. X, 19. 2 Par. XXV, 5. — לְרַגְלִי ad pedes alic., i. e. ita ut pedes, vestigia eius sequaris. — Jes. XI, 3: *non iudicat* לְמַרְאֵה

עֵינָיו *secundum id quod oculi vident.* 2 Sam. XVIII, 4: *egressus est populus* לְמֵאוֹת וְלַאֲלָפִים *secundum centurias et chiliadas.* 1 Sam. XXIX, 2. לְאַחַד אֶחָד singulatim Jes. XXVII, 12. 1 Par. XXIII, 3: *erat numerus eorum* לְגֻלְגְּלֹתָם לִגְבָרִים *secundum capita eorum viritim triginta octo millia.* לִקְמָצִים secundum manipulos, nostr. haufenweise Gen. XLI, 46.

Inde similitudinem indicat: *ad modum, in modum, quasi, tanquam, instar.* Iob. XXXIX, 16 (19): הִקְשִׁיחַ בָּנֶיהָ לְּלֹא לָהּ *duriter tractat pullos suos, quasi non suos,* Vulg. quasi non sint sui. Mich. II, 8: *iam diu populus meus surrexit* לְאוֹיֵב *tanquam hostis.* Hos. IX, 13: *Ephraim .... plantatus est in prato amoeno* לְצֹר *quasi Tyrus,* instar Tyri. Iob. XVIII, 14: תַצְעִדֵהוּ לְמֶלֶךְ בַּלָּהוֹת *fugant eum instar regis terrores* (cf. XV, 22. XXVII, 20). — יָצָא לַחָפְשִׁי exiit ut liber, alibi יָצָא חָפְשִׁי omisso לְ; Iob. XXI, 12: *laetantur* לְקוֹל עוּגָב *ad vocem organi.* חָשַׁב לְ als etwas rechnen, für etwas rechnen.

14) quod attinet *ad,* nostr. in Beziehung, Hinsicht auf, in Ansehung, *an.* Additur a) adiectivis, ut significetur, quo pertineat attributum aliquod, v. c. גָּדוֹל לְעֹשֶׁר וּלְחָכְמָה *magnus divitiis et sapientia* cf. 1 Reg. X, 23, זְקֵנִים לְיָמִים *seniores* natu Iob. XXXII, 4, גָּדוֹל לְמַרְאֶה Jos. XXII, 10 (cf. lat. praestantior ad rationem sollertiamque Cic. nat. deor. 2, 62, avidior ad rem Terent.). b) verbis, Gen. XVII, 20: *exaudiam te* לְיִשְׁמָעֵאל quod attinet *ad Ismaëlem.* XIX, 21. Num. XVIII, 7. Ps. XII, 7 (cf. lat. ad omnia alia aetate sapimus rectius Ter. Ad. 5, 3, 45). c) substantivis. 2 Par. XXI, 3: *dedit eis pater eorum dona larga* לְכֶסֶף וּלְזָהָב (*an* Silber und *an* Gold), XVI, 8. Ita praeponitur substantivo ab initio sententiae absolute posito. Jes. XXXII, 1: וּלְשָׂרִים לְמִשְׁפָּט יָשֹׂרוּ *et* quod *ad principes, secundum iustitiam dominantur.* Ps. XVI, 3: לִקְדוֹשִׁים .... כָּל־חֶפְצִי בָם quod *ad sanctos, qui in terra sunt, his unice delector.* Eodem referunt Ps. XVII, 4: לִפְעֻלּוֹת אָדָם וגו׳ quod *ad opera hominum, in verbo labiorum tuorum* occupatus, *observavi vias* hominum *ferocium* (vulgo: *inter* opera s. studia hominum, *beim* Thun der Menschen, coll. B, 3?) et XXXII, 6: לְשֵׁטֶף מַיִם רַבִּים אֵלָיו לֹא יַגִּיעוּ *inundatio aquarum multarum, eum non assequetur* (ubi alii, quoniam רַק huic sententiae praemissum est: *in inundatione aquarum multarum, hae eum non assequentur,* לְ de tempore accipientes, cf. litt. B, 2). — Quod nonnulli addunt (Ewald. gramm. crit. p. 603. gramm. min. §. 526: „so dass das Lamed gar anfängt das Subject zu bezeichnen Ps. LXXXIX, 19 (?!). Koh. IX, 4“. Hitzig ad Jes. XXXII, 1), alii praefracte negant (Sim. Lex. ed. Winer p. 509. 510. Maurer comment. ad Jos. pag. 114, cf. Böttcher spec. pag. 47. 48, qui parum scite adeo duorum locorum Jes. XXXII, 1. Ps. XVI, 3 vel lectionem vel interpretationem sollicitat), לְ adeo nominativo praeponi posse laudatis his fere exemplis 1 Par. III, 2. VII, 1. XXIV, 20—22. 2 Par. VII, 21. Eccl. IX, 4. Ps. LXXXIX, 19, de eo ita statuo, pleraque ista exempla explorationi particulae usui vindicari posse (quanquam de singulis paullo aliter iudico, atque fecit Winerus l. c.), לְ tamen casui recto praemissum, cuius originem cummaxime vidimus, minime absurdum esse. Ut a Ps. LXXXIX, 19 ordiamur, ibi verba certo certius ita struenda sunt: *nam a Jehova est clypeus noster, et a sancto Israëlis rex noster.* (Luth., olim de Wettius, nunc Ewaldus: Jova est clypeus meus, quod Winerus interpretationis monstrum appellat). De duobus locis 2 Par. VII, 21. Eccl. IX, 4 iam supra dictum est, ad no. 6. 1 Par. VII, 1 et XXIV, 20. 22 reddendum videtur: *filiis Issachar, Levitis* cet. sc. accensendi sunt hi, qui sequuntur: *zu den Söhnen Issachar* (gehörten). In verbis 1 Par. III, 2: הַשְּׁלִשִׁי לְאַבְשָׁלוֹם *tertius* (erat) *Absalom,* coll. 2 Sam. III, 3: הַשְּׁלִשִׁי אַבְשָׁלוֹם Lamed possit suspectum videri, quandoquidem deest in reliquis quinque filiis recensendis (Comm. 1—4) et in 20 libris Kennicottianis: sed eodem modo לְ praedicato praemittitur addito verbo הָיָה 2 Par. XVI, 8: הָיוּ לְחַיִל גָּדוֹל לָרֹב לְרֶכֶב וּלְפָרָשִׁים *erant exercitus ingentis multitudinis quantum ad currus et equites.* Reliquis exemplis certior est locus 2 Paralip. XV, 3 (de quo infra B, 3): neque negligendum est, etiam Syros ܠ non solum ab initio sententiarum, sed etiam alibi subiecto praeponere. Ioh. XII, 8: ܠܝ ܕܝܢ ܠܐ ܒܟܠܙܒܢ ܐܝܬ ܠܟܘܢ quod *ad me autem, non omni tempore me habetis,* ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε. Apoc. IX, 11: *et erit iis super eos* ܠܡܠܐܟܐ ܕܬܗܘܡܐ *angelus abyssi.*

B) Dicitur etiam

1) *de commoratione* et *quiete ad* locum i. e. *apud locum,* et designat viciniam loci, *ad* quem quis prope accessit (es bezeichnet die durch das Herankommen an einen Gegenstand bewirkte Nähe) cf. lat. *ad* ostium, *ad* dextram, *ad* Trebiam, gr. ἐς θρόνους ἕζοντο Od. 4, 581, nostr. *zu* Hause, *zu* Leipzig, et s. v. אֶל litt. B. Ita לְיַד פ׳ ad manum s. latus alic., לִימִין פ׳ ad dextram alic., לְפֶתַח בֵּיתָהּ ad portam domus eius Prov. IX, 14. Num. XI, 10, לְפִי קָרֶת ad introitum urbis Prov. VIII, 3, לְחוֹף יַמִּים ad littus maris Gen. XLIX, 13, לְעֵינֵי פ׳ ad oculos i. e. ante oculos, in conspectu alic., לִפְנֵי id. לְנֹכַח et לְנֶגֶד ante. Latius etiam patet hic usus apud poëtas et scriptores recentiores, qui passim לְ ponunt pro vulg. בְּ, v. c. לַחוּץ Ps. XLI, 7, et לַחוּצָה 2 Par. XXXII, 5 i. q. בַּחוּץ foris; לְמִצְפָּה Mizpae Hos. V, 1, לְשַׁחַת in fovea i. e. carcere Jes. LI, 14, לְמַטָּה deorsum et: *infra;* לְאָחוֹר retrorsum et: a tergo. Transfertur

2) ad *tempus,* ibique dicitur non solum de propinquitate et vicinia temporis (v. supra no. 5, c), sed de ipso temporis momento, quo aliquid fit (es bezeichnet das durch gesteigerte Nähe bewirkte Zusammenfallen mit einem Zeitpuncte, das Geschehen *in* demselben), ut lat. ad diem dictam, ad horam destinatam, nostr. *zu* der bestimmten Zeit, *am* Morgen, *am* Abend. Spec. igitur a) de *temporis momento, quo* aliquid fit, maxime apud poëtas, et, qui hos imitantur, recentiores scriptores, ut לַבֹּקֶר

mane Ps. XXX, 6. LIX, 17. Am. IV, 4 pro vulgari בַּבֹּקֶר, לָאוֹר sub lucem Iob. XXIV, 14 (ad lucem Cic. Divin. I, 28), לָעֶרֶב vespere Gen. XLIX, 27. Ps. XC, 6. Eccl. XI, 6 pro vulgari בָּעֶרֶב; לְעֵת עֶרֶב Gen. VIII, 11, לְרוּחַ הַיּוֹם Gen. III, 8, לְעֵת בּוֹא הַשֶּׁמֶשׁ sub occasum solis Jos. X, 27, et iunctim לַבֹּקֶר וְלָעֶרֶב 1 Par. XVI, 40. 2 Par. II, 3; b) de *temporis spatio*, *intra* quod aliquid fit. לִשְׁלֹשֶׁת הַיָּמִים intra triduum Esr. X, 8. אַחַת לְשָׁלֹשׁ שָׁנִים semel intra triennium 1 Reg. X, 22, adeoque c) de *exacto temporis spatio* (ut gr. εἰς ἐνιαυτόν est *per* anni spatium). Gen. VII, 4: לְיָמִים עוֹד שִׁבְעָה post septiduum, germ. *in* (nach) noch sieben Tagen cf. Comm. 10. Am. IV, 4: לִשְׁלֹשֶׁת יָמִים (quovis) triduo exacto. 2 Sam. XIII, 23: לִשְׁנָתַיִם יָמִים *post biennium*. XI, 1.

3) Quod de loco et tempore valet, etiam ad *conditionem*, in qua quis versatur, transferri poterat. Haud absonum igitur est, לְ particulae, maxime apud recentioris aetatis scriptores eandem fere vim tribuere, quam habet בְּ. Exempla tamen, nisi dubia, certe rara sunt, et multa, quae huc retulerunt, aliter expedienda sunt (cf. Hitzig Begriff der Kritik p. 31), v. c. לָחֳלִי v. supra no. 2; לְצָמָאִי Ps. LXIX, 22 v. no. 9; לְבִטְחוֹ Ps. XII, 5 cf. no. 3, litt. e extr.; יֶשׁ לְאֵל יָדִי no. 3, litt. d extr.; Iob. XX, 26, v. rad. טָמַן p. 552 al. לְבָד seorsim, pr. ad partem, *à part* (apart), referendum est ad B, no. 1. לָבֶטַח i. q. בֶּטַח secure (sorglos) eiusdem fere naturae est atque לְצֶדֶק secundum iustitiam, iuste, לְאַט leniter. — לִבְלִי quod supra (p. 209) idem esse docuimus atque בִּבְלִי, ubique ad propriam suam vim revocari potest. De loco Jes. V, 14 v. no. 6, Iob. XLI, 25: הֶעָשׂוּ לִבְלִי חָת est *factus est* animal *sine timore* (עָשָׂה לְ facere aliquid), XXXVIII, 41: לִבְלִי אֹכֶל propter defectum cibi. — Sed 2 Par. XV, 3: וְיָמִים רַבִּים לְיִשְׂרָאֵל לְלֹא אֱלֹהֵי אֱמֶת וּלְלֹא כֹּהֵן מוֹרֶה וּלְלֹא תוֹרָה *et tempus longum* erat *Israëli*, quo *sine vero deo*, *sine sacerdote doctore*, *sine lege esset* (nisi mavis: et diu erat Israël sine vero deo, cf. A, 13 extr.), vix dicas, quomodo לְלֹא differat a בְּלֹא. Praeterea habetur 2 Par. XX, 21: לְהַדְרַת קֹדֶשׁ *in ornatu sacro*, pro בְּהַדְרַת קֹדֶשׁ Ps. XXIX, 2. XCVI, 9. 1 Par. XVI, 29: qua analogia firmari potest vulgaris interpretatio verborum Ps. XLV, 15: לִרְקָמוֹת תּוּבַל לַמֶּלֶךְ *in vestibus polymitis* (i. e. his ornata) *ducitur ad regem*. Ewald §. 520: *zu bunt*, quod non multi intelligent. Hitzigius: *in tapetes*, *stragula* (auf die bunten Polster): idque magnopere placeret, nisi terminus eundi iam contineretur verbo לַמֶּלֶךְ. Nisi illud servare voles, non displicebit Maurerus explicans: *in stragulis variegatis* (auf bunten Decken), ad quod equidem contulerim הֹלֵךְ לְדַרְכּוֹ.

C) Infinitivus cum לְ praefixo (לַעֲשׂוֹת) eosdem fere significatus et usus habet, quos nomen. Est igitur

1) *ad faciendum* (zu thun), maxime Cant. V, 5: *surrexi* לִפְתֹּחַ *ad aperiendum*. Eccl. III, 2: עֵת לָלֶדֶת *tempus ad pariendum*, pariendi. Gen. XIX, 20: קְרֹבָה לָנוּס *propinqua ad* (eo) *confugiendum*. — הָיָה לַעֲשׂוֹת erat (ad) faciendum, es war zu thun, musste gethan werden (p. 374 B), dein omisso הָיָה v. c. Jes. X, 32: עוֹד הַיּוֹם לַעֲמֹד. 2 Par. XIX, 2. מַה לַעֲשׂוֹת quid faciendum erat? quid fieri poterat? Jes. V, 4, מֶה לַעֲשׂוֹת לָךְ quid fieri potest tibi? 2 Reg. IV, 13.

2) *faciendo*, dat. infinitivi. Ita הָיָה לַעֲשׂוֹת intentus erat faciendo, applicuit se ad faciendum (p. 374 B), inde: *fecit*, *facit*, et omisso הָיָה Jes. XXXVIII, 20: יְהוָה לְהוֹשִׁיעֵנִי *Jova servavit me*. XXI, 1. XLIV, 14. Iob. V, 11. Eccl. III, 15. Sed elliptica locutio: לֹא לַעֲשׂוֹת est etiam a) *non licet facere* (cf. אֵין לַעֲשׂוֹת p. 82 B). Am. VI, 10. b) *non* idoneus est *rei faciendae* (cf. lat. non est solvendo; divites, qui oneri ferendo essent Liv.; medicamenta, quae puri medendo sunt Cels.). Iud. I, 19: לֹא לְהוֹרִישׁ LXX οὐκ ἐδυνάσθησαν ἐξολοθρεῦσαι, ut in loco parallelo Jos. XVII, 12: לֹא יָכְלוּ לְהוֹרִישׁ (quomodo etiam Iud. l. c. 2 codd. Kennicott.). Negavit nuper hanc locutionis vim Studerus ad Iud. l. c., qui recte quidem observat, exempla ab Ewaldo et Böttchero (specc. p. 118) laudata 2 Par. XXV, 9 (ubi vertendum est: est Jovae ad dandum i. e. habet quod det). Jer. XVII, 10 ad eam probandam nihil efficere, sed in re ipsa tamen non probandus est. Nam iste loquendi usus firmatur partim similibus formulis: מַה לַעֲשׂוֹת (v. no. 1) et אֵין לַעֲשׂוֹת non licet facere (pag. 84 B), partim analogia linguae syriacae, in qua ܠܐ ܠܡܥܒܕ, ܐܝܬ non solum est: *licet*, *non licet facere*, sed etiam *potest*, *non potest fieri* v. c. ܠܐ ܠܡܙܕܕܩܘ non potest iustificari, Assem. III, 1, 568, v. Agrell. suppl. p. 9. 10. De usu huius gerundii, ubi complementum est alius verbi, v. gramm. §. 139, 2. — 3) *faciendi*, genit. infinitivi. Num. I, 1: *anno secundo* לְצֵאתָם *egressionis eorum* i. e. postquam egressi erant. — 4) *usque dum* (faceret), cf. supra A, 5, a. Jes. VII, 15. — 5) *propterea quod*, *quod* (facit) cf. supra A, 10. Jes. X, 2 init. XXX, 2. Num. XI, 11 [ita ut Jes. X, 2 extr.]. — 6) *quasi*, *tanquam*, cf. litt. A, 13. 1 Sam. XX, 20. — 7) *quo tempore*, *quum* (faceret), nostr. *indem*. לִפְנוֹת עֶרֶב quum inclinaret vespera Gen. XXIV, 63.

Et Substantiva et infinitivi verborum praemisso לְ passim in adverbia abeunt, quod facile explicatur ex iis, quae supra dicta sunt v. c. לְאַט leniter, לְצֶדֶק iuste Jes. XXXII, 1, לָבֶטַח secure, pr. secundum lenitatem, iustitiam, securitatem; לָרֹב et לְהַרְבֵּה multum, pr. usque ad copiam (bis es viel wurde); לְבָד seorsim (pr. *ad* partem, à part), לְעֻמַּת zur Verbindung f. *in* Verbindung.

Semel לְ *coniunctionis* vices explere et verbo finito praemitti visum est (ut arab. لِ pro لِكَيْ pro: *ut* 1 Reg. VI, 19, ubi לְתִתֵּן verti possit: *ut immittas*. Quod tamen quum hoc contextu iusto durius esset, Ewaldus (gr. hebr. pag. 213) תִּתֵּן h. l. et 1 Reg. XVII, 14 Chethibh habet pro infinitivo, formae geminatae pro תֵּת, et לְ coniunctio eo est incertior, quum etiam a Chaldaismo eam abesse admodum probabile sit.

לְ chald. Praep. i. q. hebr. 1) *ad*, *in*, *versus* (de loco) Dan. II, 17. IV, 19. VI, 11. VII, 2. 2) nota

dativi Dan. II, 5. 7. 9, et saepe etiam *accusativi* post verba activa Dan. II, 10. 23. 24. 25. V, 4, it. *genitivi* Esr. V, 11. VI, 3. 15. 3) Infinitivo praemittitur, post verba dicendi, iubendi cet. Dan. II, 9. 10. 12.

Vulgo additum est, לְ in Chaldaismo biblico coniunctionis instar futuro verbi הֲוָא praemissum haberi, ita quidem ut praefixum י post ל abiiciatur et futuro vis optativi et coniunctivi tribuatur cf. gall. *que* je sois (v. Wineri gramm. chald. p. 96, et nos supra s. הֲוָא p. 370 B), sed huius generis formas futuri a ל ordientes nonnisi in 3 persona reperiri et etiam vulgaris futuri vim habere, nuper docuit E. F. F. Beerius (inscr. et papyri vett. semit. I, p. 19. 20), ex quo profecit Fürstius (aram. Lehrgebäude p. 114). En exempla: לֶהֱוֵא *erit* Dan. II, 28. 29. 45. IV, 22. Esr. VII, 26: *sit* Dan. III, 18. V, 29. Esr. VII, 23. IV, 12. 13. V, 8, plur. לֶהֱוֺן *sint* Dan. VI, 2. 3. 27. Esr. VII, 25, fem. לֶהֶוְיָן Dan. V, 17, quae omnia ita comparata sunt, ut pro iis exspectes יֶהֱוֵא, יֶהֱוֺן, יֶהֶוְיָן, et similia ex Talmudismo apud Beerium l. c., ex quibus omnibus hoc probabiliter effici videtur, Lamed in לֶהֱוֵא et talmud. למרו (pro ימרו dicent) non comparandum esse cum ﻟ Arabum, sed peculiarem hanc esse tertiae personae futuri formam, quomodocunque eam explicaveris; sive ita ut ל positum sit pro *Jod* Hebraeorum et *Nun* Syrorum (ܢܗܘܐ), sive ut ex Gerundio לְמִקְטַל, quod passim pro verbo finito reperitur (v. supra no. 2), nova futuri forma orta sit. [Atque in illa sententia fuit iam Lud. de Dieu, v. pag. 608 A].

לֹא et לוֹא (secundum Mas. fin. quinquies et tricies v. c. Gen. XXXVII, 13) adv. negandi: *non*. (Aliae eius formae antiquitus usitatae fuerunt: לָא, לֵי, unde לוּלֵא, לוּלֵי, אוּלַי nisi. Syr. ܠܐ et ܠܡܐ, posterius saepe interrogative: *nonne?* Chald. לָא, arab. ﻻ. Radix est לוֹא, לָאָה q. v., unde etiam לוּא, לוּ). Ut gr. *οὐ*, *οὐκ*, sententiam absolute negat, et ponitur (secus atque אַל q. v.) cum praeteritis Gen. II, 5. IV, 5. XLV, 1. 8 al., et futuris Gen. III, 4: לֹא מוֹת תְּמֻתוּן *non moriemini*. Ps. XVI, 10: לֹא תַעֲזֹב *non relinques*, atque cum his quidem saepe *interdicentis* est, et cum altera persona ponitur pro imperativo negativo v. c. Exod. XX, 15: לֹא תִגְנֹב *ne furator*. Comm. 5. Gen. III, 1. 3. XXIV, 37. Lev. XIX, 4. XXV, 17. Deut. XXV, 4 (ubi differt ab אַל, quod dehortantis est, sed cf. Prov. XXII, 24): cum tertia persona Gen. XXXI, 32: לֹא יִחְיֶה *ne vivat* (er soll nicht leben) i. e. moriatur. (Ita arab. ﻻ cum fut. conditionato, de Sacy gramm. 1, §. 419). Num etiam in sententiis finalibus (pro אַל), non immerito dubitatur. Ex. XXVIII, 32: לֹא יִקָּרֵעַ commode explicatur: (ita) *non lacerabit*. XXXIX, 23, et eodem modo Jes. XLI, 7: idque *firmat clavis* לֹא יִמּוֹט, (ita) *non vacillat*, ubi non opus est cum Winero supplere: dicit faber. Iob. XXII, 11: *aut tenebrae* (terrent te), לֹא תִרְאֶה et *non vides*. Praeterea deprehenditur omisso verbo substantivo Ps. V, 5: לֹא אֵל חָפֵץ רֶשַׁע אָתָּה. Ex. XVI, 8. 2 Sam. XVIII, 12. Jes. LXIII, 9, vix unquam cum participio (ubi ponitur אֵין) vel cum infinitivo (ubi ponitur בִּלְתִּי). — De *loco* quidem, quem in sententia occupat, ante omnia tenendum, לֹא arcte connecti cum verbo, eique praecedere: sed passim tamen alii voci praemittitur, in quo vis quaedam inest, velut Gen. XXXII, 29: לֹא יַעֲקֹב. 1 Sam. VIII, 7: לֹא אֹתְךָ מָאָסוּ כִּי אֹתִי. וַיֹּאמֶר עוֹד שִׁמְךָ. מָאֲסוּ. Ezech. XVI, 47, cf. Iob. XXII, 7. XXXIV, 23, et 2 Reg. V, 26 (ubi לֹא interrogandi vim habet).

Praeterea de usu eius haec fere notanda sunt: 1) absolute ponitur, ubi respondetur ad quaestionem: *non*, *minime*. Iob. XXIII, 6: *num mecum contendet omni robore suo? minime!* (לֹא), *duntaxat* cet. vel est recusantis Gen. XIX, 2: *minime ita, sed in platea pernoctabimus*. XXIII, 11. Jes. XXX, 16, cf. Gen. XVIII, 15. — Jos. V, 14 ad quaestionem disiunctivam: num a nostris an ab hostium partibus stas? respondetur: לֹא כִּי וגו׳ i. e. *non* (a neutris), *sed princeps exercitus Jovae sum*. — 2) in interrogationibus ponitur, ubi responsionem affirmativam exspectas (secus atque אַל no. 4, pro הֲלֹא *nonne?* ut gr. *οὐκ* Il. 10, 165. 4, 242, syr. ܠܡܐ, it. ܠܐ ܗܘܐ Hebr. I, 14, ܠܐ ܗܘܐ 1 Cor. X, 16, et simp. ܠܐ Mt. XVIII, 33, maxime in sententiis, quae cum antecedentibus copulatae sunt. Iob. XIV, 16: לֹא תִשְׁמֹר עַל חַטָּאתִי *nonne invigilas peccato meo?* II, 10. 2 Reg. V, 26. Jer. XLIX, 9. Thren. III, 36. Jon. IV, 11. — Eodem retulerim Jer. XLIX, 25: אֵיךְ לֹא עֻזְּבָה nostr. ach wie ist sie nicht verlassen, in cuiusmodi sententiis alibi sane negandi particula omittitur IX, 18. L, 23. LI, 1 (sed cf. Maurerum). — 3) Ponitur pro בְּלֹא *sine*. 1 Par. II, 30: *et mortuus est Seled* לֹא בָנִים *sine liberis*. Ps. LIX, 4. 2 Sam. XXIII, 4. Iob. XXXIV, 24. לֹא דֶרֶךְ sine via Iob. XII, 24, לֹא אִישׁ sine hominibus, vacuus ab hominibus Iob. XXXVIII, 26. — 4) est i. q. טֶרֶם *nondum*. 2 Reg. XX, 4. Ps. CXXXIX, 16. — 5) Praemittitur nominibus a) adiectivis, ut negativa fiant, לֹא חָסִיד impius Ps. XLIII, 1, לֹא עַז infirmus Prov. XXX, 25, לֹא חָכָם insipiens Deut. XXXII, 6 (cf. de adiectivis Syriacis, quibus ܠܐ praemissum est, Agrell. suppl. pag. 84). b) substantivis, ut לֹא אֵל q. d. *nondeus* i. e. idolum, quod nihil minus est quam veri nominis deus, Deut. XXXII, 21. Jer. V, 7, cf. שֵׁדִים לֹא אֱלֹהַּ Comm. 17; לֹא עָם parall. גּוֹי נָבָל Deut. XXXII, 21, לֹא עֵץ *non-lignum*, de homine, ita quidem ut baculo instrumentoque ligneo opponatur Jes. X, 15, לֹא אִישׁ, לֹא אָדָם de Deo cum mortalibus non comparando Jes. XXXI, 8 (cf. usum Syrorum ap. Agrell. suppl. p. 88). Alia ratio est horum exemplorum: לְלֹא כֹחַ Iob. XXVI, 2, לְלֹא חָכְמָה ibid. 3, in quibus est ellipsis pro: ei cui non est robur, sapientia, cf. infra C, 2. c) de formula לֹא כֹּל vide s. v. כֹּל no. 3. Simile est לֹא sq. אִישׁ Num. XXXI, 49: לֹא נִפְקַד מִמֶּנּוּ אִישׁ *non desideratur quisquam nostrum*, et לֹא sq. דָּבָר 1 Reg. XVIII, 21. Esth. VI, 3,

sq. מאומה Deut. XIII, 18. d) cum adverbio: לא מעט non parum i. e. per λιτότητα: *multum.* Jes. X, 7. — 6) לא־גם est: ne quidem, v. גם no. 2, neque multum differt עד — לא Iud. IV, 16), ל לא Deut. XXIV, 5 (v. ל no. 6, b). — 7) Pleonastice לא coniungitur cum אין 1 Reg. X, 21, cum טרם Zeph. II, 2. (Similiter apud Syros, v. Agrell l. c. p. 287). — Sunt qui לא etiam substantive *nihil*, *nihilum* notare velint, sed certa exempla desidero. Iob. VI, 21 scriptura valde incerta est, et Iob. XXXI, 23: לא איכל vertendum: *non potuissem* (tale quid facere). Cf. tamen chald. לָא, לָה Dan. IV, 32.

Cum Praefixis:

A) בלא 1) Praep. varie significans pro variis significationibus ב particulae. a) *non in* (aliquo tempore) cf. ב temporale litt. A, no. 1, i. e. *praeter*, *extra* tempus. Lev. XV, 25: בְּלֹא עֶת־נִדָּתָהּ *extra tempus impuritatis eius;* it. *ante* (i. q. בטרם) Iob. XV, 32: בְּלֹא יוֹמוֹ *ante diem ei destinatum*, cf. supra לא pro טרם no. 4. — b) *non pro* (aliquo pretio) cf. ב pretii no. 15. Jes. LV, 1. Ps. XLIV, 13, et ita לא ב Jes. XLV, 13. — c) *non cum* (aliqua re) i. e. *sine.* 1 Par. XII, 33: בְּלֹא לֵב וָלֵב *non cum duplici corde* i. e. unanimi corde, animo integro cf. Ps. XVII, 1. Iob. VIII, 11. Ez. XXII, 29. 2 Par. XXX, 18: *comederunt Pascha* בְּלֹא כַכָּתוּב *sine* eo quod *secundum scriptum est*, q. d. ohne nach dem Gesetz. In eandem sententiam dicitur לא ב, ut לא ביד sine manu (humana) Iob. XXXIV, 20; לא בכסף non cum argento i. e. ita ut argentum reportarem. Jes. XLVIII, 10 (syr. ܠܐ, ܕܠܐ, ܕܠܐ ܒ sine, Agrell. synt. 87. 90, arab. بلا sine. — d) *non per*, cf. ב instrumenti et causae litt. C, no. 19. Iob. XXX, 28: *atratus incedo* בְּלֹא חַמָּה *non sole* atratus. — In nonnullis exemplis בלא etiam concise dictum est pro באשר לא. Jes. LV, 2: בְּלוֹא לְשָׂבְעָה *pro eo, quod non satiat.* Jer. II, 11.

2) Conj. sq. fut., nostr. *ohne dass, ita ut non.* Thren. IV, 14: בְּלֹא יוּכְלוּ יִגְּעוּ בִּלְבֻשֵׁיהֶם *ita ut non possent tangere vestes eorum.*

B) הֲלֹא *nonne?* Gen. IV, 7. XX, 5. Iob. I, 10. Num. XXIII, 26, *annon?* 1 Reg. I, 11. In quaestione iterata sibi respondent: הלא — אם לא Jes. X, 9. Talis quaestio quum poscat responsionem affirmativam, הלא saepe est simpliciter affirmantis, fere i. q. הִנֵּה, הֵן *ecce!* 1 Sam. XX, 37: הֲלֹא הַחֵצִי מִמְּךָ וָהָלְאָה *ecce! sagitta* est *ultra te.* 2 Sam. XV, 35. Ruth II, 8. Prov. VIII, 1. XIV, 22. XXII, 20. Iob. XXII, 12 (in altero hemistichio ראה). Saepissime ita in libris Regum, ubi laudantur alii libri historici, hac formula et similibus: 1 Reg. XI, 41: וְיֶתֶר דִּבְרֵי שְׁלֹמֹה . . . הֲלֹא הֵם כְּתֻבִים עַל סֵפֶר ד׳ ש׳ *et reliquae res gestae Salomonis . . . ecce hae consignatae sunt in libro rerum Salomonis.* XIV, 29. XV, 7. 23. 31. XVI, 5. 20. 27. XXII, 39. 46. 2 Reg. I, 18. VIII, 23. X, 34. XII, 20. XIII, 8. 12. XIV, 15. 18—28. XV, 6. 21. 36. XVI, 19. XX, 20. Esth. X, 2, ubi הלא הם in locis parallelis Paralipomenon plerumque mutatur in vulgare הִנָּם (1 Reg. XV, 23 cf. 2 Par. XVI, 11. — 1 Reg. XXII, 46 cf. 2 Par. XX, 34. — 2 Reg. XV, 36 cf. 2 Par. XXVII, 7. — 2 Reg. XVI, 19 cf. 2 Par. XXVIII, 26. — 2 Reg. XX, 20 cf. 2 Par. XXXII, 32. — 2 Reg. XXI, 17 cf. 2 Par. XXXIII, 18), alibi omittitur (2 Reg. XV, 7 cf. 2 Par. XIII, 22. — 2 Reg. XV, 6 cf. 2 Par. XXVI, 22), raro servatur (1 Reg. XI, 41 cf. 2 Par. IX, 29. — 1 Reg. XIV, 29 cf. 2 Par. XII, 15). Semel utramque particulam habes cumulatam: הֲלֹא הִנָּם 2 Par. XXV, 26 (2 Reg. XIV, 18: הֲלֹא הֵם), ut Hab. II, 13: הֲלוֹא הִנֵּה. Cf. hist. ling. hebr. p. 39. LXX etiam interpretes הלא saepe reddunt ἰδού Deut. III, 11. Jos. I, 9. Iud. VI, 14. 1 Sam. XXVI, 1. 2 Reg. XV, 21. Esth. X, 2, οὐκ ἰδού (i. e. nonne ecce!) Deut. XI, 30, et Vulg. *ecce* Gen. XIII, 9. Jos. I, 9. 1 Sam. X, 1. XXVI, 1. 1 Reg. XI, 41. (Respondent particulae arabicae أَلَا Abulf. Ann. I p. 210. 216. III, 232. IV, 142, أَمَا, أَلَمْ pr. nonne? dein vox excitantis: age, et affirmantis: certe, profecto, v. de Sacy gramm. I, p. 527. 528 ed. 2. It. هَلَّا ex هل an? et لا non, v. Schol. ad Har. ap. Schult. p. 19. Denique apud Sam. et Rabbinos הלא tritum est pro הנה).

C) כְּלֹא 1) *sine*, *absque*, semel 2 Par. XV, 3, pr. *ita ut non* haberet.

2) *quasi non*, v. כ A, 13. Alibi est pro כַּאֲשֶׁר לא Jes. LXV, 1. Iob. XXVI, 2.

Not. 1. Neglecta orthographia לא nonnunquam reperitur scriptum pro לו *ei*, secundum Masoretas quindecies Ex. XXI, 8. Lev. XI, 21. XXV, 30. 1 Sam. II, 3. 2 Sam. XVI, 18. Ps. C, 3. CXXXIX, 16. Iob. XIII, 15. XLI, 4. Esr. IV, 2. Prov. XIX, 7. XXVI, 2. Jes. IX, 2. LXIII, 9, contra ter pro לא legitur לו 1 Sam. II, 16. XX, 2. Iob. VI, 21 (et לה Deut. III, 11 Chethibh) sed plura ex his incerta sunt. V. Aurivillii diss. de varietate lectionis vocc. לא et לו, in eiusd. dissertatt. ed. Michaëlis no. 21.

2. Sunt qui particulas לָכֵן et לָהֵן ex לא et הֵן, כֵּן compositas putent; sed ל in his est praepositio praefixa, v. pag. 387 et 668.

לָא, semel **לָה** Dan. IV, 32 Chethibh) i. q. hebr. לא 1) *non* Dan. II, 5. 9. 10. 11. III, 12. 14. הֲלָא *annon?* ibid. III, 24. IV, 27. 2) *nihil.* IV, 32.

לֹא דְבָר (sine pascuo) n. pr. oppidi Gileaditidis 2 Sam. XVII, 27, quod IX, 4. 5 לוֹ דְבָר scribitur.

לֹא עַמִּי (non populus meus) nomen symbolicum filii Hoseae. Hos. I, 9.

לֹא רֻחָמָה (non in gratiam recepta) nomen symb. filiae Hoseae. Hos. I, 6. 8. II, 25.

לָאֵב (cogn. לוּב et לָהַב) *arsit*, inde *sitivit*. Arab. لَابَ med. Vav. sitivit. Inde

תַּלְאוּבָה f. *sitis*, semel Hos. XIII, 5: אֶרֶץ תַּלְאוּבוֹת *terra siticulosa*, arida.

לָאָה 1) *languit*, *defatigatus est*, *viribus defecit* i. q. לָהָה, ubi de origine dictum est: nec probandi sunt, qui ad defectus et negandi vim (לא, לוא) hoc verbum referunt. (Chald. לְאָה et לְעָה id. Syr. لاا id. Aph. اَلْاِي, adj. لاِيا fessus, لاَوْيا defatigatio. Sam. plerumque ࠋࠀࠄ, sed ࠋࠀࠉࠄ, ࠋࠀࠉࠀ, ࠋࠀࠉࠄ, ࠋࠀࠉࠄ defatigatio, v. Carm. Sam. I, 4. Arab. لَأَى lentus tardusque fuit, لَأْيٌ adversa fortuna, aerumna, لَأْيًا difficulter). Iob. IV, 5: *quum nunc te tangat* (calamitas) וַתֵּלֶא *viribus deficis*. Sq. לְ cum inf. *frustra laboravit*, non potuit. Gen. XIX, 11. — 2) *taeduit*, *piguit* aliquem, *aegre tulit* Iob. IV, 2.

Niph. i. q. Kal, sed usitatius illo 1) *defatigatus est*, *viribus defecit*. Part. fem. נִלְאָה defatigata Ps. LXVIII, 10. Inde *frustra laboravit* (sich vergeblich abmühen) Jes. XVI, 12, sq. inf. Jer. XX, 9: נִלְאֵיתִי כַּלְכֵל; *laboravit ad defatigationem* usque, Jer. IX, 4: הַעֲוֵה נִלְאוּ *malefaciendo laborant* (sie mühen sich ab im Uebelthun). — 2) i. q. Kal no. 2 *piguit*, *taeduit* aliquem alicuius rei sq. inf. Jes. I, 14: נִלְאֵיתִי נְשֹׂא. Jer. XV, 6: נִלְאֵיתִי הִנָּחֵם. VI, 11, sq. gerundio Prov. XXVI, 15 de pigro: *piget eum*, *manum retroferre ad os*. Fortius adeo de fastidio Exod. VII, 18.

Hiph. הֶלְאָה 1) *defatigavit* Jer. XII, 5. Ez. XXIV, 12. — 2) patientiam alic. vicit, ea abusus est, *taedio affecit* eum Jes. VII, 13. Mich. VI, 3 cf. Iob. XVI, 7.

לֵאָה (defatigata) n. pr. *Lea*, Labani filia natu maior, uxor Jacobi, cui sex filios cum Dina filia peperit (Gen. XXIX, 16 sqq. XXX, 17 sqq. XXXIV, 1).

תְּלָאָה f. (ad formam תְּעָלָה a rad. עָלָה, pro תְּלָאוּת, תְּלָאָאָה, v. Lgb. p. 509) *labor*, *molestia* Ex. XVIII, 8. Num. XX, 14. Neh. IX, 32. Thren. III, 5.

לָאַט i. q. לוּט et לָהַט *obvolvit*, *velavit* 2 Sam. XIX, 5. (Congruunt sanscr. *lud*, gr. λάθω, λανθάνω, lat. *lateo*). Sed לְאַט Iob. XV, 11 v. sub אַט.

לְאַט adv. *placide*, v. אַט p. 76.

לָאט i. q. לָט part. Kal rad. לוּט q. v.

לָאַךְ rad. inusit. Arab. لَأَكَ Conj. IV misit, unde مَأْلَكٌ et مَأْلُكَةٌ legatio, nuncius, aethiop. ለአከ፡ legavit, misit nuncium, ተለአከ፡ (missus est), famulatus est, ministravit, διακονεῖν, ላእክ፡ minister spec. regius, famulus. In Kal *eundi* significatum habuisse videtur, pariter atque הָלַךְ, יָלַךְ, cf. أَلَكَ IV. legavit, misit, unde أَلُوكٌ, مَأْلُوكٌ legatus, nuncius.

מַלְאָךְ m. 1) *legatus*, *nuncius*, tum civium et privatorum hominum Iob. I, 14. 1 Sam. XI, 3. 2 Sam. XI, 19 sqq. 2 Reg. V, 10, tum regis 1 Sam. XVI, 19. XIX, 11. 14. 20. 1 Reg. XIX, 2. Prov. XVII, 11 cet.

Spec. 2) *nuncius Dei*, isque

a) *angelus* (syr. ܡܠܐܟܐ, arab. مَلَاكٌ, aethiop. መልአክ፡ id. apud Aethiopes etiam: princeps, praeses) plene מַלְאַךְ יְהוָה, rarius מַלְאַךְ הָאֱלֹהִים (v. pag. 579 A), omisso genitivo κατ᾽ ἐξοχὴν מַלְאָךְ (ein Engel), הַמַּלְאָךְ (der Engel) Gen. XLVIII, 16. Ex. XXIII, 20. XXXIII, 2. 1 Reg. XIX, 5. 1 Par. XXI, 9. 2 Par. XXXII, 21. Hos. XII, 5. Zach. I, 9. 13. 14. II, 2. III, 3. IV, 1 al. מַלְאָךְ מֵלִיץ angelus interpres Iob. XXXIII, 23 v. rad. לוּץ. הַמַּלְאָךְ הַמַּשְׁחִית angelus perditor (der Würgengel), ad caedem efficiendam a Deo missus 2 Sam. XXIV, 16. Et tribuitur quidem angelis, ubi in terra comparent, forma humana (Gen. XVIII, 2. Iud. XIII, 15. 20), licet augustior et sublimior (2 Sam. XXIV, 16. Dan. VIII, 15. 16. X, 5. 6), sine alis (Gen. XXVIII, 12; ad Dan. IX, 21 v. sub rad. יָעַף), contra cultus sacerdotali similis (Dan. X, 5. XII, 5. 6): praeterea ex virtutibus ethicis eximia sapientia (2 Sam. XIV, 20. XIX, 28), iustitia (2 Sam. XIV, 17), clementia (1 Sam. XXIX, 9), integritas, quanquam non ab omni culpa libera (Iob. IV, 18. XV, 15). Munus autem eorum in eo cernitur, ut tum Dei in mundo gubernando socii (Iob. II, 1 sqq.), tum maxime legati sint, qui voluntatem et decreta eius exsequantur. Eorum igitur ministerio efficiuntur, quae in natura fiunt (Ps. CIV, 4), eorum est, pios tueri, a periculis et ab interitu vindicare (Gen. XXIV, 7. 40. Ex. XXIII, 20. XXXIII, 2. 1 Reg. XIX, 5. Ps. XXXIV, 8. XCI, 12), eorum causam agere apud Deum (Iob. V, 1. XXXIII, 23. Dan. X, 13. 21. XII, 1), divina mandata et revelationes ad homines perferre (Iud. XIII, 3 sqq. Dan. IX, 21), contra supplicia divina exsequi et calamitates immittere sontibus (Jes. XXXVII, 36. 2 Sam. XIV, 6. Ps. XXXV, 5. 6. LXXVIII, 49). Cf. de angelologia V. T. Gramberg in Wineri Zeitschrift f. wissenschaftl. Theologie II, p. 157 sqq. Dan. von Coelln bibl. Theologie T. I, p. 187 sqq. — Nonnunquam eadem species divina, quae prius מַלְאַךְ יְהוָה appellata est, postea יְהוָה appellatur (Gen. XVI, 7 sqq. cf. 13; XXII, 11 cf. 12; XXXI, 11 cf. 16; Ex. III, 2 cf. 4; Iud. VI, 14. 22. XIII, 18. 22), quod ita intelligendum videtur, ut *angelus Dei* nihil aliud sit quam ipsum numen homini occultum et invisibile, quod nunc in conspectum mortalium veniat (v. J. H. Michaëlis de angelo Dei, Halae 1702. Tholuck ad Ev. Joh. p. 36). Solent propterea

interpretes orientales, ut Saadias, Abusaides et Chaldaeo-Samaritanus, ubicunque Jova ipse in terris comparuisse dicitur, pro Dei nomine *angelum Dei* ponere.

b) *propheta*. Hagg. I, 13. Mal. III, 1, et fortasse etiam Iud. II, 1, ubi vide Studerum.

c) *sacerdos* Eccl. V, 5. Mal. II, 7.

d) Semel ita appellatur populus Israëliticus, utpote Dei legatus populorumque doctor Jes. XLII, 19.

מַלְאַךְ chald. *angelus*, c. suff. מַלְאֲכֵהּ Dan. III, 28. VI, 23.

מַלְאָכִי (decurtatum ex מַלְאָכִיָּה, מַלְאֲכִי־יָהּ legatus Jovae, ut אוּרִי ex אוּרִיָּה al. unde LXX *Μαλαχίας*, Vulg. *Malachias*) n. pr. prophetae V. T. novissimi, qui Nehemiae aequalis erat. Mal. I, 1. Quod LXX (qui in inscriptione libri recte reddiderant *Μαλαχίας*) I, 1 מלאכי appellative reddunt *ἄγγελος αὐτοῦ* (quasi legerint מַלְאָכוֹ) et Targ. Jonath. מַלְאָכִי דְּיִתְקְרֵי שְׁמֵיהּ עֶזְרָא סָפְרָא *nuncius meus, cuius nomen appellatur Esra scriba*, huic rei non plus tribuendum auctoritatis, quam in sexcentis exemplis, quibus LXX et Targumistae nomina propria in vim appellativam detorserunt (v. comment. ad Jes. I, pag. 73), et mira est recentiorum quorundam (Cappelli, Vitringae in Observatt. VI p. 338 sqq. Simonis in Onom. p. 298. Hengstenbergii, Christol. III, 372 sqq.) opinio, qui illa maxime auctoritate nisi, vocabulo מַלְאָכִי I, 1 nomen proprium contineri negarunt.

מְלָאכָה (per Syriasmum pro מַלְאָכָה) cstr. מְלֶאכֶת c. suff. מְלַאכְתְּךָ, pl. cstr. מַלְאֲכוֹת 1 Par. XXVIII, 19 f. 1) *ministerium*, *opus*. LXX. *ἔργον*, *ἐργασία*. (Ministrandi usum etiam in verbo habent Aethiopes, et germ. *schicken* mittere, etiam significat: perficere opus, disponere, Geschäfte verrichten, ordnen). Ex. XX, 10: לֹא תַעֲשֶׂה כָל מְלָאכָה *ne facito ullum opus*. XII, 16. XXXI, 14. 15. XXXV, 2. Lev. XVI, 29. XXIII, 3. 30. 31. Num. IV, 3. XXIX, 7. Deut. V, 14. XVI, 8, paullo plenius Lev. XXIII, 7: כָּל־מְלֶאכֶת עֲבֹדָה לֹא תַעֲשׂוּ *ne facitote ullum opus laboris*. Comm. 8. 21. 25. 35. 36. Num. XXVIII, 18. 25. 26. XXIX, 1. 12 (LXX *πᾶν ἔργον λατρευτὸν οὐ ποιήσετε*). — מְלֶאכֶת הַשָּׂדֶה agrorum colendorum opus 1 Par. XXVII, 26. Ps. CVII, 23: עֹשֵׂי מְלָאכָה בְּמַיִם רַבִּים die ihr Geschäft treiben auf dem weiten Meere, nautae, institores.

Spec. dicitur a) de *opere fabrorum*, maxime architectorum, aliorumque qui in aedibus exstruendis versantur. Ex. XXXI, 3. 5. 14. Jer. XVIII, 3. מְלֶאכֶת חָרָשׁ opus fabri Ex. XXXV, 35. עֹשֵׂי מְלָאכָה opifices, operae Ex. XXXVI, 8. 2 Reg. XII, 12. 15. 16. XXII, 59. Esr. III, 9. Neh. XI, 12, cf. Hagg. I, 14. אֲשֶׁר עַל־הַמְּלָאכָה praefecti operarum 1 Reg. V, 30 (16). מְלֶאכֶת בֵּית יְהוָה opus in templo exstruendo 1 Par. XXIII, 4. Esr. III, 8. Neh. X, 34.

b) de *negotiis publicis* regiisve. עָשָׂה מְלָאכָה negotio publico operam dare Dan. VIII, 27, עֹשֵׂה הַמְּלָאכָה magistratus, quaestor, spec. procurator fisci regii Neh. II, 16. Esth. III, 9. IX, 3 (Vulg. arcarius). Simile est: שָׂרֵי מְלֶאכֶת הַמֶּלֶךְ 1 Par. XXIX, 6, cf. *πρᾶγμα τοῦ βασιλέως* 2 Macc. III, 8 et Fesselii adv. sacra lib. 1 c. 1.

c) de *ministerio sacro* Levitarum. 1 Par. IX, 13. XXVIII, 13. 20. 2 Par. XXIV, 12.

d) de *opere Dei*, velut in mundo creando Gen. II, 2. Plur. de Dei operibus Ps. LXXIII, 28. Pariter atque מַעֲשֵׂה יְיָ dicitur etiam de iudiciis et poenis Dei Jer. L, 25.

2) obiective: *res artefacta*, *opus*. Ex. XIII, 3. 5. מְלֶאכֶת עוֹר opus e corio factum Lev. XIII, 48.

3) *res* alicuius (labore *acquisita*), i. e. *opes*. 2 Par. XVII, 13, spec. *supellex* Ex. XXII, 7. 10, *pecus* (cf. מִקְנֶה) Gen. XXXIII, 14. 1 Sam. XV, 9.

מַלְכֹּת v. sub rad. מָלַךְ.

מַלְאֲכוּת f. *legatio* Hagg. I, 13.

לָאַם rad. inusit. et incertae potestatis. Arab. لَأَمَ est Conj. I. III conciliatus est cum aliquo, concordavit. VIII convenerunt inter se duae res, لِيَمٌ concordia, unde vix efficias, congregandi similemve significatum, quem poscere videtur nomen לְאֹם, primarium fuisse. Ad hunc vindicandum arcessenda esset vicina rad. لَمَّ collegit, congregavit, لِمَّةٌ turba hominum, cf. מָאַס et מָסַס, מָאַךְ et מָכַךְ. Quid vero, si radicem לאם emollitis litteris ortam statuamus e rad. רָהַם, رَهَمَ, quae (coll. רָהַב, רָגַשׁ) *fremendi* vim habet, cuiusque derivatum רֹהַם, رُهْمٌ de multitudine populi dicitur?

לְאֹם m. 1) *populus*, *natio*, voc. mere poët. Gen. XXV, 23 (ubi sublimior est vaticinii oratio). Prov. XI, 26. XIV, 28. C. suff. לְאֻמִּי Jes. LI, 4. Plur. לְאֻמִּים Gen. l. c. et XXVII, 29. Ps. VII, 8. IX, 9. XLIV, 3. 15. LVII, 10. LXV, 8. CV, 44. CVIII, 4. Jes. XVII, 12. 13. XXXIV, 1. XLI, 1. XLIII, 4. 9. XLIX, 1. LV, 1. Hab. II, 13. Jer. LI, 58.

2) לְאֻמִּים n. pr. gentis Arabicae a Dedanitis oriundae Gen. XXV, 3, quam eandem putant atque *Ἀλλουμαιώτας* Ptolemaei (5, 7), Gerrhaeis vicinos.

לָבָא et **לָבָה** rad. inusit., unde לָבִיא, לָבִי leo, de cuius significatu inter duas sententias ambigi potest. Vel est i. q. arab. لَبَى vorax fuit (fortasse pr. lambit), cf. لَبْوَةٌ leaena, a لَحَسَ lambit, avidus fuit; vel est onomatopoët. *rugiendi* sonum imitans, ut germ. ant. *liuwôn*, *leuen*, angl. *to low*, rugire, unde *hliuwa*, *lewo*, *leo* (*λέων*), *Leu*.

לָבִי *leo*, nonnisi plur. לְבָאִם (pro לְבָיִים) *leones* Ps. LVII, 5, fem. לְבָאוֹת c. suff. לִבְאוֹתָיו Nah. II, 13 *leaenae*. — De לְבָאוֹת n. pr. v. pag. 191, B, lin. 12.

לָבִיא vc. mere poët. *leo*, de cuius etymo vide rad. Gen. XLIX, 9. Num. XXIV, 9. Deut. XXXIII, 20. Iob. IV, 11. XXXVIII, 39. Jes. V, 29. XXX, 6. Hos. XIII, 8. Joël I, 6. Nah. II, 12. LXX partim λέων, partim σκυμνός. Kimchi: ארי. Arabes nonnisi femininum habent *leaenae* significatione, eiusque multas formas frequentant, ut لَبَاءَة, لَبِيئَة, لَبْوَة, sine Hamza لَبْوَة, لَبُوَة, لَبَاة, لَبَة, v. Freytag IV p. 84, et aegypt. ⲗⲁⲃⲟⲓ secundum glossaria (v. Am. Peyron p. 78) tum *ursum* tum *leaenam* significat, sed *leonem* quoque significasse testis est scriptura hieroglyphica phonetica, in qua l littera leonis figura exprimitur. — Atqui Bochartus (Hieroz. I p. 719) non leonem masculum, sed leaenam vocabulo hebraeo denotari voluit, probantibus Rosenmüllero (ad Ez. XIX, 2. bibl. Alterthumsk. IV, 2 p. 112), Winero al., quae quidem sententia haud quidem etymo a Bocharto proposito (a لَبَأ mulsit colostrum s. primum lac, IV lactavit colostro), sed aliis tamen rationibus non contemnendis commendari potest. Nam a) ita copulatur cum nominibus leonem designantibus, ut vix merum eius synonymum esse possit, Gen. l. c. כְּאַרְיֵה וּכְלָבִיא. Num. l. c. Nah. II, 12: מְעוֹן אֲרָיוֹת ..... אֲשֶׁר הָלַךְ אַרְיֵה לָבִיא שָׁם גּוּר אַרְיֵה *lustrum leonum .... ubi incedit leo, ibi leaena, et catulus leonis*. Jes. XXX, 6: לָבִיא וָלַיִשׁ. — b) Leaenae magis quam leoni conveniunt loci Iob. IV, 11: בְּנֵי לָבִיא, et XXXVIII, 39: הֲתָצוּד לְלָבִיא טָרֶף. — c) Ez. XIX, 2 certum est, litteris לביא leaenam indicari, et vocales appositae לְבִיָּא sapiunt artificium Grammaticorum, qui *labi* leonem esse sibi persuaserant. (Idem fortasse sentiebant Samaritani, qui ࠋࠁࠉࠄ per He scribebant Gen. Num. ll. cc.). Neque etiam d) obstat terminatio, quae proprie masculinorum est, quum plura reperiantur animalium nomina, quae sexu feminina sint, terminatione masculina, ut אָתוֹן asina, רָחֵל ovis, עֵז capra. Quod autem Arabes ة fem. gen. adiecerunt, in eo aliquem recentiorum dialectorum morem secuti esse possunt, de quo dictum est s. נַעַר.

לְבִיָּא f. *leaena* Ez. XIX, 2, v. quae modo diximus s. v. לָבִיא litt. c.

לָבַב rad. in Kal inusit. probab. *pinguis fuit*. Origo est in lubricitate rerum pinguium, quae notio inest in syllaba לב, לף, v. חָלַב pinguis fuit, חֵלֶף, סָלַף, שָׁלַף lubricus, laevis fuit, cf. sanscr. *lip* illinere. Inde לֵב, לֵבָב *cor* idque physicum, a pinguedine dictum, propterea etiam חֵלֶב dictum, v. h. v. no. 2.

Niph. denom. a לֵבָב pass. Pi. no. 1 *corde* i. e. mente, intellectu *privatus est*, *caruit*. Iob. XI, 12: וְאִישׁ נָבוּב יִלָּבֵב וְעַיִר פֶּרֶא אָדָם יִוָּלֵד *sed homo cavus* est et *mente caret, et instar pulli onagri homo nascitur*. Significatur imbecillitas et stupor ingenii humani cum divina sapientia comparati. De *Vav* sententiis inter se comparandis interposito v. pag. 396 B. In similis soni verbis נָבוּב et יִלָּבֵב inest lusus verborum. Quod olim (edit. 1) huic interpretationi, quae una sententiae connexae accommodata est, opposuimus, privativae potestatis ex coniugatione Piël in Niphal translatae exempla deesse, huic occurritur exemplis arabicis, ut كُبِدَ in hepate laesus est, hepate laboravit, مَكْبُود in hepate laesus. Alii coll. syr. ܐܬܠܒܒ cordatum fecit, animum addidit. Ethpa. cordatus, confortatus est; reddunt: *sed homo stupidus cordatus fit*, quando *onagri pullus homo nascetur* i. e. nunquam; contra sermonis hebraei dignitatem. Praeterea obstat, quod vox syriaca ad animi fortitudinem refertur, non ad intellectum.

Pi. לִבֵּב 1) denom. a לֵבָב, *vulneravit* vel *abstulit* alicui *cor* (puellae) Cant. IV, 9. Cf. de huius generis denominativis gramm. hebr. §. 51, 2. LXX. ἐκαρδίωσας ἡμᾶς. Vulg. vulnerasti cor meum. Kimchi: הסירות את לבבי או מחצת את לבבי בחץ עיניך. — 2) denom. a לְבִיבָה *tales placentas fecit* 2 Sam. XIII, 6. 8 (v. לְבִיבָה).

לֶב, sq. Makk., quod non ponitur nisi ante monosyllaba et barytona, לֶב־ v. c. לֶב־יָם Prov. XXX, 19, לֶב־נַעַר XXII, 15 cf. Ex. XV, 8. 2 Reg. XII, 5. Prov. XII, 20. 22. XVIII, 12. XIX, 21. XX, 5. XXI, 1. XXII, 15 al., c. suff. לִבִּי, לִבְּךָ, sed pl. לִבּוֹת a לִבָּה q. v., et (quod idem est)

לֵבָב cstr. לְבַב, c. suff. לְבָבִי, לְבַבְכֶם, pl. לְבָבוֹת (1 Par. XXVIII, 9), c. suff. semel לִבְבֵהֶן Nah. II, 8 m.

1) *cor*, a pinguedine dictum, v. rad. (Phoenic. לבב inscr. Eryc. lin. 5. Arab. لُبّ, syr. ܠܒܐ, aethiop. ልብ፡ id.) 2 Sam. XVIII, 14. Ps. XLV, 6 cet. Quod quum sanguinis officina sit vitaeque sedes, saepe est

a) i. q. נֶפֶשׁ (Hom. φρένες) *anima, vita* (das Lebensprinzip des Körpers). Ps. LXXXIV, 3. CII, 5. Jer. IV, 18: נָגַע עַד לִבֵּךְ *pertingit usque ad vitam tuam* (cf. Comm. 10, ubi pro eo est נֶפֶשׁ). Inde *cor* dicitur *vivere* (se recreare) Ps. XXII, 27, aegrotum esse Jes. I, 5, adeoque dormire et vigilare (Eccl. II, 23, cf. VIII, 16. Cant. V, 2); et *cor fulcire* dicuntur, qui cibo potuque se reficiunt (v. סָעַד). — Ex. IX, 14: *hac quidem vice immitto omnes plagas meas* אֶל לִבְּךָ וּבַעֲבָדֶיךָ *in te ipsum et servos tuos* cet.

Cor Hebraeis praeterea est b) sedes *sensuum*, *affectuum*, *animique commotionum* varii generis, ut amoris (Iud. V, 9: לִבִּי לְחוֹקְקֵי יִשְׂרָאֵל *mein Herz gehört den Führern Israëls*. XVI, 15: *cor tuum non est mecum*, i. e. me non amat, et contra, *toto corde* s. pectore *amavit* Deut. IV, 29. VI, 5, cf. sam. ࠋࠁࠉࠁ dilectus), *fiduciae* (Prov. XXXI, 11), contemtus (Prov. V, 12), gaudii (Ps. CIV, 15 cf. לֵב טוֹב Eccl. IX, 7), tristitiae (Neh. II, 2. Eccl. VII, 3), contritionis (Ps. CIX, 16), exacerbationis (Ps. LXXIII, 21), desperationis (Eccl. II, 20),

securitatis (נָכוֹן לֵב Ps. LVII, 8. CVIII, 2). Poët. moestis tribuitur cor aegrum, vulneratum, dolens (Prov. XIII, 12. XIV, 13. Jes. LXI, 1); timidis cor liquefactum Jes. XIII, 7. Deut. XX, 8; cor durum (v. קָשֶׁה, שְׁרִירוּת) instar lapidis (Ez. XI, 19. XXXVI, 26), non circumcisum (Lev. XXVI, 41) homini flecti nescio. Voces adeo, quibus illos sensus profitemur, a poetis cordi tribuuntur, itaque *cor* dicitur clamare (Hos. VII, 14), eiulare (Jes. XV, 5), suspiria ducere (Ps. XXXVIII, 9); et *cor effundere* dicuntur, qui in lacrimas se effundunt Thren. II, 19.

Ac praecipue quidem *cor* de *animi fortitudine* dicitur, ut nostr. *Herz* = *Muth*. (Syr. ܠܒܝܒܐ animosus, fortis, beherzt, ܠܒܝܒܘܬܐ animi fortitudo, Beherztheit, ܠܒܒ animum alicui addidit; pers. دلور, دلاور animosus, a دل cor). 1 Sam. XVII, 32: אַל־יִפֹּל לֵב אָדָם עָלָיו *nemo propter eum animum despondeat.* Gen. XLII, 28: וַיֵּצֵא לִבָּם. 2 Sam. VII, 27: עַל־כֵּן מָצָא עַבְדְּךָ אֶת־לִבּוֹ *propterea animum sumsi ad hoc.* XVII, 10: אֲשֶׁר לִבּוֹ כְּלֵב הָאַרְיֵה. Jer. XLIX, 22. Neh. III, 38. (IV, 6). Cordis durities (de qua supra) etiam ad fortitudinem eius refertur Iob. XLI, 15 (cf. Elmacin. hist. Sarac. 1, 12). — Ad *animum commotum* generatim referendum est hoc Iobi XV, 12: מַה־יִּקָּחֲךָ לִבֶּךָ *quo te rapit cor tuum?*

c) refertur ad *agendi sentiendique rationem*, quo sensu alicui tribuitur cor purum (Ps. LI, 12), sincerum (1 Reg. III, 6), fidele (Neh. IX, 8), integrum (1 Reg. IX, 4), et contra perversum (Ps. CI, 4), contumax (Prov. VII, 10), profundum i. e. non explorandum (Ps. LXIV, 7), impium (Iob. XXXVI, 13), et homines ancipites loqui dicuntur *duplici corde* s. *animo*, Ps. XII, 3: בְּלֵב וָלֵב יְדַבֵּרוּ, vide contra 1 Par. XII, 33: בְּלֹא לֵב וָלֵב animo sincero (cf. arab. ذو الوجهين duplici facie praeditus, de hypocrita Har. 3 p. 164 Schult.); contra Ps. XV, 2: *qui verum dicit* בִּלְבָבוֹ *corde suo* i. e. sincero. — Corde s. animo amplo (רְחַב לֵב Prov. XXI, 4), magno (גֹּדֶל Jes. IX, 9), alto (גָּבַהּ Ez. XXVIII, 5) superbia, sed priore illo etiam laetitia significatur (Jes. LX, 5).

Est d) *voluntatis* et *consilii* sedes. 1 Sam. XIV, 7: עֲשֵׂה כָּל־אֲשֶׁר בִּלְבָבֶךָ *fac quodcunque in animo habes,* quod vis, constituisti. 2 Sam. VII, 3. 2 Reg. X, 30. Jes. X, 7: לְהַשְׁמִיד בִּלְבָבוֹ *ad vastandum animus eius inclinat.* Jes. LXIII, 4: *dies ultionis* בְּלִבִּי *in animo meo est*, i. e. hunc decrevi, hunc mittam. Similiter dicitur: עִם לְבָבִי apud animum est aliquid, i. e. propositum mihi est. 1 Reg. VIII, 17. 18. 1 Par. XXII, 7. XXVIII, 2. 2 Par. I, 11. XXIX, 10. (Aliud vide sub litt. e). כִּלְבָבִי i. e. ex sententia, ad voluntatem meam 1 Sam. XIII, 14. Ps. XX, 5, sic כְּלִבִּי Jer. III, 15, בִּלְבָבִי 1 Sam. II, 35. — Neh. VII, 5: וַיִּתֵּן אֱלֹהַי אֶל לִבִּי וָאֶקְבְּצָה *divino impulsu consilium cepi congregandi.* — Eccl. XI, 9: הַלֵּךְ בְּדַרְכֵי לִבְּךָ *ambula in viis cordis tui* i. e. sequere animi tui studia, indulge genio tuo.

Denique e) *cordi* etiam *intellectus*, et *sapientia* tribuitur (cf. لُبّ pl. أَلْبَاب cor, intellectus, ذو لُبّ pl. أولو الباب cordatus, cordati Cor. 3, 5 cf. vit. Tim. I, 242, لَبِيب cordatus, prudens, لَبُبَ, لَبِبَ intellectu polluit, aeth. ልቡብ፡ prudens, cordatus, ለበወ፡ intellexit, sin. *ssin* cor, de intellectu, Remus. gr. pag. 3; lat. *cor* Cic. Tusc. 1, 9. Plaut. Pers. IV, 4, 71 et *cordatus* i. e. prudens), adeoque *cogitandi facultas* (Jes. X, 7. 1 Par. XXIX, 18). 1 Reg. X, 2: (regina Sabaeorum) *locuta est quaecunque apud cor habebat* i. e. sciebat. Jos. XIV, 7. Iud. XVI, 17: *aperiebat ei cor integrum*, quaecunque sciebat. Eccl. VII, 21. Hinc aliquis dicitur חֲכַם לֵבָב Iob. IX, 4 (cf. 1 Reg. X, 24), et contra חֲסַר לֵב insipidus, stultus Prov. VII, 7. IX, 4. אַנְשֵׁי לֵבָב viri cordati i. e. intelligentes Iob. XXXIV, 10. XII, 3: גַּם־לִי לֵבָב כְּמוֹכֶם *mihi quoque intellectus est sicuti vobis.* Prov. XVII, 16. כַּח לֵב Iob. XXXVI, 5 dicitur de summa Dei sapientia. *Cor pingue* est torpens, sensu carens (v. שָׁמֵן) Jes. VI, 10. — De bene vel male factorum *conscientia* Hebraei dicunt: *cor* alic. *scit* (i. e. sibi conscium est) *quod* etc. Eccl. VII, 22.

De formula דִּבֶּר עַל לֵב, v. דָּבַר no. 1, litt. 2, de גָּנַב לֵב v. גָּנַב, de שׂוּם עַל לֵב, שׁוּב, הֵשִׁיב עַל לֵב radd. שׂוּם, שׁוּב.

2) metaph. *media pars*, *interiora*, *penetralia* v. c. maris Ex. XV, 8, coeli Deut. IV, 11. 2 Sam. XVIII, 14: בְּלֵב הָאֵלָה *in media terebintho.* (Sic καρδία τῆς γῆς Mt. XII, 40, pers. دل شب media nox, دل روز medius dies, pr. cor noctis, diei, syr. ܠܒܐ ܕܝܡܐ medium mare Barhebr. 406 lin. 4, ܠܒܐ ܕܫܡܝܐ medium coelum, ibid. p. 520, ܠܒܐ ܕܡܫܪܝܬܐ media acies, p. 412, ܠܒܒ ܫܡܝܐ medium coelum Cod. Nasor. I, 184. Sin. *ssin* cor, de medio, de Guignes dict. Sin. 2727. Similiter Arabes كَبِد iecur de media re adhibent, ut de coelo medio).

לֵב et **לְבַב** chald. id. *cor* i. e. animus Dan. IV, 13. VII, 4, c. suff. לִבִּי VII, 28, לִבְבָךְ II, 30. V, 22, לִבְבֵהּ IV, 13. V, 20. 21.

לַבָּה flamma, v. rad. לָהַב.

לִבָּה f. *cor*, in sing. semel Ez. XVI, 30, pl. לִבּוֹת Ps. VII, 10. Prov. XV, 11.

לְבִיבוֹת f. pl. *placentae* in sartagine coctae genus, prob. bene *adipatae*, *Schmalzkuchen*, *Fettkuchen* (v. rad.) 2 Sam. XIII, 6. 8. 10. LXX. κολλυρίδες. Vulg. sorbitiunculae. Alii ad etymon illustrandum conferunt لُبَاب simila, لُبّ medulla panis; coniicere etiam possis, eiusmodi placentas

a figura cordi simili *corcula* (Herzchen) appellata esse (Syr. ܠܒܒܬܐ corda, quod Arabs interpretatur خشكنانج i. e. pers. خشك نانه panis siccus, v. Roediger de interpretat. arab. p. 94): sed id, quod supra proposuimus, his praestat.

לְבַד *solus*, v. בַּד rad. בָּדַד.

לָבַט in Kal inusit. Arab. لَبَطَ in terram coniecit, prostravit V. prostratus iacuit, v. Schult. ad Prov. X, 8. Syr. ܠܒܛ incitavit, afflixit. Sam. ࠋࠁࠈ afflixit, ࠋࠉࠁࠈ miseria. (Aethiopico ለበጠ: impingendi significatum tribuerat Wanslebius, ex quo profecit Castellus, sed unam obducendi, obvolvendi potestatem recte admisit Ludolfus ed. 2).

Niph. pass. prostratus est, *praeceps ruit, periit.* Prov. X, 8. 10. Hos. IV, 14. Targ. ap. Hos. אִתְרְטֵשׁ prosternitur. LXX. Prov. X, 8: ὑποσκελισθήσεται. Joseph Kimchi (ap. Davidem fil.) recte quidem confert arab. لبط, sed in festinandi et claudicandi potestatem detorquet.

לָבַן 1) *albus fuit*, in Kal inusit., v. לָבָן, לְבָנָה. (Inde arab. لَبَن lac. Nasor. ܠܒܘܢܐ, ܠܒܘܢܐ candor). — 2) denom. a לְבֵנָה *lateres formavit.* Gen. XI, 3. Ex. V, 7. 14. (Arab. لَبَّنَ id.).

Hiph. 1) trans. album fecit, metaph. *purgavit, mundavit* a sordibus peccatorum Dan. XI, 35. — 2) intrans. *albuit* (cf. de verbis colorum in Hiph. gr. hebr. §. 52, 2). Ps. LI, 9. Jes. I, 18. Joël. I, 7.

Hithp. purgavit se. Dan. XII, 10.

לָבָן 1) adj. f. לְבָנָה *albus.* Gen. XXX, 37. Exod. XVI, 31. Lev. XIII, 3 sqq. Zach. I, 8. VI, 3. 6. Vestes *albae* s. *candidae* Eccl. IX, 8 sunt festivae atque solennes cf. Hor. Sat. 2, 2. 60. Epp. 2, 2, 3. 4. Opp. קָדַר. — Gen. XXX, 35: כֹּל אֲשֶׁר לָבָן בּוֹ *omne* pecus, *in quo albi quid* est.

2) n. pr. a) *Laban*, Bethuelis filius, Aramaeus, Jacobi socer. Gen. XXIV, 29. 50; capp. XXIX—XXXI, b) locus Arabiae Deut. I, 1.

לְבָן i. q. לָבָן no. 1 st. cstr. לְבֶן־ Gen. XLIX, 12 (quod alii pro לִבֶּן־ dictum putant, a לָבַן).

לְבָנָה f. 1) *alba* poët. pro *luna*, ut חַמָּה de sole, et arab. قمر luna, a قمر albus fuit. Cant. VI, 10. Jes. XXIV, 23. XXX, 26. — 2) n. pr. viri Es. II, 45. Neh. VII, 48.

לְבֵנָה f. *later, later coctus* (dictus ab argilla *alba* et *cretacea*, quam lateribus adhibendam esse docet Vitruv. 2, 3: faciendi sunt ex terra albida cretosa) Gen. XI, 3. Ezech. IV, 1. Plur. לְבֵנִים Gen. l. c. Ex. I, 14. V, 7. 8. 16. 18. Jes. IX, 9. LXV, 3 (ubi intelliguntur tegulae), c. suff. לִבְנֵיכֶם Exod. V, 19. Secundum Talmudistas (Baba Mezia c. 10. fol. 117 b. Baba Bathra c. 1 fol. 3 a) לבינה est later maior trium palmorum, contra אריח et כביס later minor sesquipalmi, ut Romani laterem didoron, tridoron a palmis vocant, v. Plin. N. H. 35, 14. (Arab. لَبِن, لِبْن, لِبْن, لَبِنَة, لِبْنَة. Syr. et zab. ܠܒܢܬܐ id.). Cf. מַלְבֵּן.

לִבְנֶה m. arboris genus, cuius rami virgaeque memorantur Gen. XXX, 37, umbra laudatur Hos. IV, 13. *Styracem* reddunt LXX in Genesi et Saadias, atque hic quidem voce simillima لُبْنَى. Kimchi: *scribit R. Jona, hanc arborem arabice vocari* לובני i. e. لُبْنَى. Congruit praeterea aethiop. ልብን:, quod in Vers. aeth. comparet Gen. l. c. pro gr. ῥάβδος στυρακίνη et XXXVII, 25. Exod. XXX, 34. Cant. I, 12, ubi ማይ: ልብን: aqua styracis ponitur pro gr. στάκτη. (Arabs Erp. لبنى et Targg. לִבְנֵי, quod vix ab illo differt). Est autem styrax (ὁ, ἡ στύραξ) arbuscula malo cydonio similis, in Syria, Arabia et Asia minore crescens, duodecim fere pedes alta, ex cuius cortice inciso *lac* (لَبَن) quoddam odoratum effluit, quod dein in gummi s. resinam τὸ στύραξ dictam spissatur (v. Diosc. 1, 80) et arbori nomen arabicum, aethiopicum, ac probabiliter etiam hebraeum dedisse videtur. — Alex. ap. Hos. et Vulg. in Genesi λεύκην, *populum* (*albam*) a foliis infra albidis dictam interpretatur, quod et ipsum etymo, sed non analogia linguae arabicae commendatur. Vide Celsii Hierobot. I, p. 292. Michaëlis suppl. p. 1404. Rosenm. Alterthumskunde IV, 263.

לִבְנָה f. 1) *candor* i. e. pelluciditas. Ex. XXIV, 10: לִבְנַת הַסַּפִּיר *sapphirus pellucidus.* Michaëlis (suppl. 1403) confert rabb. זכוכית לבנה, sed hoc vitrum album esse videtur, opp. viridi. — 2) n. pr. a) oppidi in planitie tribus Judae, sedis regiae Cananitarum, dein oppidi sacerdotum cum iure asyli. Jos. X, 29. XII, 15. XV, 42. XXI, 13. 2 Reg. VIII, 22, XIX, 8. XXIII, 31. 1 Par. VI, 42. 2 Par. XXI, 10. LXX. Λεβνά, Λοβνά. Vulg. *Lebna, Lobna.* Eusebius (v. λέβνα, ita enim legendum pro λέενα) suo adhuc tempore regionis Eleutheropolitanae vicum, Λοβανά dictum, superesse tradit. b) stationis Israëlitarum in deserto. Num. XXXIII, 20. Cod. Sam. לבינה.

לִבְנַת v. שִׁיחוֹר לִבְנָת.

לְבֹנָה, לְבוֹנָה f. 1) *thus* (gr. λίβανος, λιβανωτός, arab. لُبَان, syr. ܠܒܘܢܬܐ), resina odorata, *candida* (Plin. 12, 14 s. 32: auctumno legitur ab aestivo partu.

Hoc *purissimum*, *candidum*: cf. לְבֹנָה זַכָּה Ex. XXX, 34. Lev. XXIV, 7) vel subflava, ex Arabia maxime advecta (Jes. LX, 6. Jer. VI, 20 cf. Strab. 16, p. 778. 782. Virg. Georg. 2, 117 ibique intpp.), quanquam in Palaestina etiam proveniens (עֲצֵי לְבוֹנָה Cant. IV, 14, גִּבְעַת הַלְּבוֹנָה, nisi forte his locis alia herbae odoratae species intelligenda est), suffitui Cant. III, 6, et praecipue quidem sacro adhibita Lev. II, 1. 15. V, 11. VI, 8. XXIV, 7. Num. V, 15. 1 Par. IX, 29. Neh. XIII, 5. 9. Jes. XLIII, 23. LXVI, 3. Jer. XVII, 26. Arbusculam (Cant. IV, 14), unde proveniat thus, varie describunt veteres (Diod. 5, 41. Theophr. hist. 9, 4. Peripl. maris erythraei p. 16. Plin. l. c.), quorum nemo oculis eam usurpavit; Abulfadli (ap. Celsium T. I p. 244) fruticem duarum ulnarum in Arabiae felicis montibus provenientem, spinis obsitum, foliis et fructu myrto similem esse tradit, qua descriptione Sprengelius (hist. rei herb. I, 12. 257. Gesch. d. Botanik 1, 16) *Amyrin kataf* Forskalii (Flor. 80) vel *Amyrin kafal* (p. 19) significari coniicit. Ceterum in ipsa Arabia nonnisi deterior quaedam thuris species provenire, praestantior ex Persia et India advehi fertur (v. Niebuhrii descr. Arab. p. 143, cf. 282 sqq. 296. Colebrooke in Asiatic Researches T. IX. p. 377 sqq.), ubi eximia eius species كندر *kundur* dicta ex arbore *Sallaci* s. *Salaï* (Boswellia serrata Roxb.) destillet. Vide Celsii Hierobot. I, p. 231 sqq. Bodaeus a Stapel ad Theophr. 976 sqq. Rosenm. Alterthumskunde IV p. 153 sqq.

2) n. pr. oppidi ad Siluntem Iud. XXI, 19. Vicum et diversorium *Leban* quattuor leucis ab austro Nablusae memorat Maundrellus (Paulus Samml. von Reisen I, p. 83).

לַבֵּן Paucis h. l. attingere placet vexatum illud: עַל־מוּת לַבֵּן Ps. IX, 1, in quo alii a Kimchio memorati לַבֵּן n. pr. hominis ex inimicis Davidis esse putabant, alii, in his Jos. Kimchi, לְ servile et בֵּן n. pr. Levitae 1 Par. XV, 18 commemorati esse censebant, h. l. articulo munitum. E recentioribus non pauci מוּת־לַבֵּן instrumenti musici nomen esse putarunt, sed quomodo tandem hoc ex etymo vocabulorum elicias? Magis placet coniectura nuper ab auditore mecum communicata: עַלְמוּת לַבֵּן (sic enim coniunctim legunt multi codd.) esse: „*voce virginea* (עַל עֲלָמוֹת Ps. XLVI, 1) *a pueris* decantandum", בֵּן enim articulo munitum posse collective accipi (ut הַבְּנִים), *filios* autem h. l. de pueris dici (v. בֵּן no. 3).

לְבָנוֹן, in pedestri sermone semper praemisso articulo הַלְּבָנוֹן, in poëtico et cum eo et sine eo: אַרְזֵי לְבָנוֹן Jes. XIV, 8 et אַרְזֵי הַלְּבָנוֹן Ps. XXIX, 5 cf. Jes. II, 13. XXXV, 2. LX, 13. Cant. III, 9. VII, 5 et contra Jes. XXIX, 17. XXXIII, 9. XXXVII, 24. Cant. IV, 11. 15, cum He locali לְבָנוֹנָה 1 Reg. V, 14 n. pr. mons *Libanus* (gr. *Λίβανος*, syr. ܠܒܢܢ, arab. لُبْنَان), a *nivibus* (Jer. XVIII, 14) dictus, quibus orientale certe eius iugum semper tectum est (unde chald. et arab. טוּר תַּלְגָּא, جبال الثلج, fidus nivibus Tac. hist. 5, 6), secundum alios, quod minus probabile, a saxorum colore subalbo (Steph. Schulzii Leitungen des Höchsten V p. 471). Constat hoc montanum, cedris (v. אֶרֶז), cyparissis (2 Par. II, 7), vitibus (Hos. XIV, 8) et varii generis herbis odoratis (Cant. IV, 11. Hos. XIV, 7) ferax, quod Palaestinam a Syria dirimit, duobus altissimis montium iugis, quae ab ora maritima assurgunt et septentrionem atque orientem versus excurrunt, quorum alterum occidentale cedrorum silva conspicuum *Libanus* κατ᾽ ἐξοχὴν (arab. جبل الغربي), alterum orientale illo altius et nivibus tectum (v. supra) *Antilibanus* (جبل الشرقي Burckhardti itin. I, 40) appellatur (v. Deut. I, 7. III, 25. XI, 24 Alex.), a quo orientem et austrum versus procurrit *Hermon* (p. 521), etiam שְׂנִיר et שִׂרְיוֹן nuncupatus. Vallis inter Libanum et Antilibanum interiectae hodiernum nomen est بقعة *Bekaa*, a quo tamen plane diversum est בִּקְעַת הַלְּבָנוֹן vallis Libani Jos. XI, 17. XII, 7, de qua v. p. 232 A. B. אֶרֶץ לְבָנוֹן est terra Libano subiacens, de regno decem tribuum Zach. X, 10. בֵּית יַעַר הַלְּבָנוֹן domus Libani, erat Salomonis armamentarium, v. יַעַר. — Translate *Libanus* dicitur a) de magno exercitu, qui cum silva comparatur Jes. X, 33. 34, b) de domo regia Judae Jer. XXII, 6. 23, cf. Hab. II, 17. Zach. XI, 1. Ez. XVII, 3. — Vide Abulfedae Syria p. 165. Relandi Palaestina T. I, 311. Michaëlis suppl. p. 1405. Oedmanni verm. Sammlungen fasc. 2, no. 9. Burckhardti itiner. Syr. p. 1 sq. p. 214 sq. Rosenm. bibl. Alterthumsk. I, 2, p. 236 sq.

לִבְנִי (albus) n. pr. filii Gersonis Exod. VI, 17. Num. III, 18. Patron. id. Num. III, 21. XXVI, 58.

מַלְבֵּן m. *fornax latcraria* (denom. a לְבֵנָה) Jer. XLIII, 9. Nah. III, 14.

לָבַשׁ et **לָבֵשׁ** (Levit. XVI, 4. Ps. XCIII, 1) imp. לְבַשׁ fut. יִלְבַּשׁ 1) *induit* vestem. (Arab. لَبِسَ, aeth. ለበሰ: syr. ܠܒܫ id.). Coniungitur sq. acc. vestimenti. Lev. VI, 4: לָבַשׁ בְּגָדִים אֲחֵרִים. Jon. III, 5: וַיִּלְבְּשׁוּ שַׂקִּים. Gen. XXXVIII, 19. Lev. XVI, 23. 24. 32. 2 Sam. XIV, 2. 1 Reg. XXII, 30. Jer. XLVI, 4. Ez. XLII, 14. 19. XLIV, 17. Esth. IV, 1. V, 1 (ubi לָבַשׁ מַלְכוּת est i. q. לָבַשׁ בִּגְדֵי מַלְכוּת) al. Addito עַל membri Lev. VI, 3: וּמִכְנְסֵי בַד יִלְבַּשׁ עַל־בְּשָׂרוֹ. Semel sq. בְּ, ut lat. induit se veste Esth. VI, 8, arab. لَبِسَ et تكسى sq. acc. et ب vestimenti. Absol. induit se Hagg. I, 6. Part. pass. לָבוּשׁ indutus, sq. vel acc. Ez. IX, 2: לָבֻשׁ בְּגָדִים צֹאִים, לָבוּשׁ בַּדִּים. Comm, 3. Dan. X, 5. Zach. III, 3 cf. 1 Sam. XVII, 5. Prov. XXXI, 21, vel genit. (c. art.) לְבוּשׁ הַבַּדִּים Ez. IX, 11. X, 2. 6. 7. Dan. XII, 6. 7.

2) Varie transfertur. a) Ps. CIV, 1: הוֹד וְהָדָר לָבָשְׁתָּ *splendore et maiestate indutus es.* Iob. VII, 5: לָבַשׁ בְּשָׂרִי רִמָּה *corpus meum vermes induit*, vermibus obtectum est. Ps. LXV, 14: לָבְשׁוּ כָרִים הַצֹּאן *arva gregibus vestita sunt.* לְבוּשׁ הֲרֻגִים *occisis vestitus* i. e. in mediis occisis iacens, aliis incumbens, aliis obtectus Jes. XIV, 19. — b) Saepe dicunt: *induit ignominiam* (ignominia opertus est) Iob. VIII, 22. Ps. XXXV, 26. CIX, 29, *exsecrationem* Ps. CIX, 18, *iustitiam* Iob. XXIX, 14. Jes. LIX, 17, *terrorem* Ez. XXVI, 16, *stuporem* Ez. VII, 27, *salutem* Ps. CXXXII, 9. 2 Par. VI, 41, *robur* Jes. LI, 9. LII, 1 (cf. formulas Homericas δύειν ἀλκήν Il. 19, 36, ἕννυσθαι ἀλκήν 20, 381, ἐπιέννυσθαι ἀλκήν Od. 9, 214 et arab. induere superbiam, gloriam, impudentiam, humilitatem Schult. ad Har. 2, 50. Abulf. Ann. II p. 308, aegritudinem et maciem ibid. III p. 240, discordiam Cor. 6, 65 al., v. Schult. ad Iob. p. 842. Willmet v. لباس, syr. ܠܒܫ ܫܡܐ assumsit nomen Ephr. Opp. III p. 9, ܠܒܫ ܡܟܝܒܘܬܐ valetudinem contraxit ib. p. 159, nasor. dolorem et labem non indui Cod. Nasor. I, 16 lin. 8, sam. induit sabbatum i. e. consuevit cum eo, diligenter id. observavit, Carm. Sam. p. 46). In duplici vocabuli usu luditur Iob. XXIX, 14: צֶדֶק לָבַשְׁתִּי וַיִּלְבָּשֵׁנִי *iustitiam indui, eaque me induit*, h. e. extrinsecus iustitia tanquam veste ornatus eram, eaque intra me totum implebat. Ad posterius prope accedit si *spiritus dei aliquem induere* i. e. complere dicitur Iud. VI, 34. 1 Par. XII, 18. 2 Par. XXIV, 20, cf. formulas Syras ܫܐܕܐ ܠܒܫܟ daemon induit i. e. intravit, invasit te, Ephr. Opp. Syr. II, p. 504 B. ܣܛܢܐ ܠܒܫ ܐܢܘܢ Satanas invasit eos, ibid. 505. ܢܘܗܪܐ ܠܒܫ ܥܝܢܐ solis lux oculos implet ibid. III, 137, et samarit. *prophetia induit* aliquem i. e. eum totum replet, in intima eius penetrat, v. Gesen. carm. sam. carm. I, 14.

Pu. part. מְלֻבָּשִׁים Esr. III, 10 et מְלֻבָּשִׁים בְּגָדִים 1 Reg. XXII, 10. 2 Par. XVIII, 9 *vestibus* (solemnibus) *induti.*

Hiph. *vestivit* aliquem aliqua re, c. accus. pers. et vestimenti Gen. XLI, 42: וַיַּלְבֵּשׁ אֹתוֹ בִּגְדֵי שֵׁשׁ *et vestivit cum vestibus byssinis.* Exod. XXVIII, 41. וְהִלְבַּשְׁתָּ אֹתָם אֶת־אַהֲרֹן *et vesties iis Aharonem.* XXIX, 5. XL, 13. 14. 1 Sam. XVII, 38. 2 Sam. I, 24. Prov. XXIII, 21. Ez. XVI, 10. Sq. acc. vestis et עַל membri (cf. Kal Lev. VI, 3) Gen. XXVII, 16: *et pelles hoedi* הִלְבִּישָׁה עַל יָדָיו *induxit manibus eius.* Sq. solo accus. pers. Gen. III, 21. 2 Par. XXVIII, 15. Esth. IV, 4. — Translate Iob. XXXIX, 19: הֲתַלְבִּישׁ צַוָּארוֹ רַעְמָה. X, 11. Jes. L, 3. *Vestire* i. e. tegere aliquem *salute* Ps. CXXXII, 16. Jes. LXI, 10, ignominia Ps. CXXXII, 18. (Carm. sam. 2, 4: *vestivisti creaturas tuas donis sapientiae tuae*).

לְבַשׁ fut. יִלְבַּשׁ chald. id. sq. accus. vestimenti Dan. V, 7. 16.

Aph. הַלְבִּישׁ (forma hebraizante) *vestivit*, sq. accus. vestimenti et לְ pers. Dan. V, 29.

לְבוּשׁ m. (semel fem. signif. 2) 1) *vestis, vestimentum* i. q. בֶּגֶד, sed paucis exceptis (2 Sam. XX, 8. 2 Reg. X, 22. Esth. IV, 2. VI, 9—11. VIII, 15) nonnisi poët. Gen. XLIX, 11. 2 Sam. I, 24. Iob. XXIV, 7. 10. XXXI, 19. XXXVIII, 9. Ps. XXII, 19. XLV, 14. CII, 27. Prov. XXVII, 26. XXXI, 22. 25. Jer. X, 9. Thren. IV, 14. Ez. XXIII, 6. 12 al. לְבוּשׁ שָׂק Esth. IV, 2, vestis e cilicio facta, i. e. lugubris. Spec. *vestis magnifica, splendida* 2 Reg. l. c. Esth. ll. cc. Jes. LXIII, 1. Iob. XXXVIII, 14: *et* (si omnia) *adstant* כְּמוֹ לְבוּשׁ *ut veste splendida* vestita, de terra sole matutino collustrata. Translate *vestis* dicitur de *cute* hominis Iob. XXX, 18, de *lorica* crocodili XLI, 5 (cf. arab. لَبُوس vestimentum, it. i. q. الدرع lorica ex annulis conserta). Audacior translatio, ubi לְבוּשׁ

2) de *coniuge* usurpatur, ut arab. لِبَاس est vestis, dein coniux et viri et mulieris, a لبس I. III induit aliquem, quod refertur ad interiorem consuetudinem, velut cum amico, socio (vit. Tim. II, 210 Mang.), it. cum puella, coniuge. Malach. II, 16: וְכִסָּה חָמָס עַל לְבוּשׁוֹ *et iniuria operit vestem* i. e. uxorem *suam.* (Sic Cor. 2, 183: *nocte ieiunii vobis permissus est congressus cum uxoribus vestris*, هُنَّ لِبَاسٌ لَكُمْ وَأَنْتُمْ لِبَاسٌ لَهُنَّ *eae sunt vestis vestra et vos estis vestis earum.* Eodem modo nomina لِحَاف et إِزَار vestimentum et coniugem significare, et vestiendi verba غشي et ثاب med. Vav [v. Cor. 66, 5] ad consuetudinem sexuum transferri observat Alb. Schult. ad Ps. LXV, 14, quibus exemplis addatur قعيدة saccus, dein coniux viri, نَعْل calceus, et coniux Har. cons. 32 p. 348 ed. de Sacy). Eandem metaphoram iam ex interpretibus antiquis Chaldaeus adhibuit verbis Ps. LXV, 14: לָבְשׁוּ כָרִים הַצֹּאן, quae interpretatur: יִעְלוּן דִּיכְרַיָּא עַלּוֹר עָנָא *saliunt arietes super oves*, probante Schultensio Opp. min. p. 190. 191, sed invito contextu, qui eam interpretationem suadet, quam supra in verbo dedimus no. 2.

לְבוּשׁ hebr. i. q. chald. *vestis.* Dan. III, 21. Saepe in Targg. (Syr. ܠܒܘܫܐ, arab. لَبُوس ,لِبَاس ,لبس).

מַלְבּוּשׁ i. q. לְבוּשׁ m. 2 Reg. X, 22. Ez. XVI, 13. Zeph. I, 8 collect. vestes Iob. XXVII, 16. Plur. מַלְבּוּשִׁים 1 Reg. X, 5. 2 Par. IX, 4. Jes. LXIII, 3.

תִּלְבֹּשֶׁת f. id. Jes. LIX, 17.

לָגַג rad. inusit. Arab. لجّ praeter alia est: profundus fuit (de aqua, mari), لُجّ profundum maris, abyssus.

לֹג, **לוֹג** m. pr., ut videtur, lacus profundior, pelvis (cf. syr. ܠܓܢܐ et ܠܩܢܐ pelvis, paropsis, gr. λάκκος, λάκος, lat. *lacus*, *lacuna*), inde *mensura* liquidorum minima, ex Rabbinorum sententia duodecimam Hinis partem sive sex ova continens. Lev. XIV, 10. 12. 15. 21. 24. Vid. Carpzov. apparat. ant. s. cod. p. 685.

לָדַד rad. inusit. Arab. litigatus est, unde בִּלְדַּד pro בֶּן־לְדַד filius litis (v. append.) et

לֹד (fort. lis, certamen) n. pr. *Lydda*, vicus magnus Benjaminitarum, gr. *Λύδδα*, *Λύδδη* Act. IX, 32. 35. 38. 1 Macc. XI, 34. Ptolem. 5, 16. Plin. 5, 15, et Diospolis (Reland. l. c.), arab. لُدّ, لُدَّ. Neh. VII, 37. XI, 35. 1 Par. VIII, 12. Esr. II, 33. Joseph. Ant. 20, 6 §. 2: *Λύδδα κώμη, πόλεως τὸ μέγεθος οὐκ ἀποδέουσα* 13, 4 §. 9. Ad historiam urbis cf. Relandi Palaest. pag. 877. Lightfooti Opp. II pag. 182. Bellejus in Mémoires de l'acad. XXVI p. 429. le Quien Oriens christ. III, 382. 1271. Abulfedae Syria ed. Köhler. addit. p. 7. Miscell. Lips. V, p. 427.

לָה chald. *nihil* i. q. לָא. Dan. IV, 32 Chethibh.

לֹה Deut. III, 11 Chethibh pro לֹא *non*.

לָהַב rad. inusit. Arab. لَهِبَ, aeth. ለሀበ: arsit, flammavit. Zab. ܐܠܗܒ inflammatus est, sam. ࠋࠄࠁ flamma. (Origo est in *lingendo*, *lambendo*, quae notio inest in radd. ordientibus a syllabis לַח, לַה, לַע et varie transfertur, v. ad rad. לוּג, inter alia ad flammam, quae instar linguae qs. lambere videtur, v. לָהַט et cf. *γλῶσσα πυρός* Act. II, 3), unde

לַהַב pl. לְהָבִים Jes. XIII, 8 cstr. לַהֲבֵי Jes. LXVI, 15 m. 1) *flamma*. Iud. XIII, 20. Iob. XLI, 13. לַהַב אֵשׁ Joël II, 5, לַהַב אֵשׁ אוֹכֵלָה Jes. XXIX, 6. XXX, 30, לַהֲבֵי אֵשׁ Jes. LXVI, 15. — Jes. XIII, 8 de Chaldaeis ob adventum hostium aestuantibus: פְּנֵי לְהָבִים פְּנֵיהֶם *vultus flammei sunt vultus eorum* i. e. rubent et tanquam igne inflammati sunt ob internum animi aestum (cf. Ps. X, 2. XXXIX, 4). Flammae enim colorem intense *rubentem* cogitari, non pallidum, ut nuper volebat Hitzigius (,, Gesichter .... welche dieselbe Farbe haben, wie Flammen, *also* [?!] *blasse*" vgl. XXIX, 22), id probatione vix eget. Sed vide: flamma purpurae Plin. H. N. 35, 6, 27, viola flammae ib. 21, 11 s. 38, nunc croceo flore lutea, nunc roseo rubore flammida Appulej. XI p. 258, toga flammata Martial. 5, 20, flammata facies Senec. Med. 387, et, quod prae ceteris huc facit, roseo flammatur purpura vultu Stat. Achill. 1, 297; *φλὸξ* (flamma) est flos ignei coloris i. e. intense rubri, qui color carbunculo tribuitur Plin. 8, 38 s. 57, cf. 37, 10, 54 cet. — 2) flamma hastae Iob. XXXIX, 23 (26), gladii Nah. III, 3 est *lamina* eius *micans*, inde de *gladio nudato* Iud. III, 22.

לֶהָבָה, cstr. לַהֶבֶת Ez. XXI, 3, pl. לֶהָבוֹת Ps. CV, 32, cstr. לַהֲבוֹת XXIX, 7 f. 1) *flamma* i. q. לַהַב, sed frequentius. Num. XXI, 28. Jes. V, 24. X, 17. XLIII, 2. XLVII, 14. Joël I, 19. II, 3. Dan. XI, 33 al. אֵשׁ לֶהָבָה ignis flammans Jes. IV, 5. Thren. II, 3, אֵשׁ לֶהָבוֹת Ps. CV, 32. לַהֲבוֹת אֵשׁ flammae igneae Ps. XXIX, 7. — 2) i. q. לַהַב no. 2 *lamina* hastae 1 Sam. XVII, 7.

לַבָּה f. Exod. III, 2 contr. ex לַהֶבֶת *flamma*, ut בָּהֶם pro בָּהֶם, יִקְטֹל pro יְהַקְטִיל. Cod. igitur Sam. more suo nativam formam reponens in omnibus libris mss. להבת pro לַבַּת. Duas alias et derivationes et interpretationes proponunt Abulwalides et Kimchius: unam a לֵב no. 2, de qua sit: *cor ignis* i. e. *medius ignis*, ذات النار, نفس النار; alteram, de qua radix sit לָבַב, Pi. לִבֵּב sufflavit ignem, coll. verbis Talmudicis (Mischna Baba kama 6, 4 fol. 59 b): אחד מבעיר ואחד המלבה, et לַבַּת אֵשׁ Exod. l. c. explicatur: *incendium ignis* ضريم النار, atque haec quidem contra grammaticam. — Magis placeret derivatio a rad. לָבַב, sam. ࠋࠁࠁ splenduit, aeth. ለበለበ: flagravit, quae radici לָהַב finitima est, sed ab usu tamen Hebraeorum aliena.

לְהָבִים m. pl. *ἅπαξ λεγόμ.* Gen. X, 13 n. pr. populi ab Aegyptiis oriundi, haud dubie i. q. לוּבִים *Libyes* (cf. de verbis עו׳ et עה׳ inter se permutatis p. 360 A, max. לוּדִים in cod. Sam. להדים). Videtur autem haec nostra forma antiquior et nativa esse, certe radd. לָאַב, לוּב emollitae sunt ex לָהַב. Vide J. D. Michaëlis spicil. I, p. 262 sqq.

שַׁלְהֶבֶת f. *flamma*, a quadril. aram. s. conj. Schaphel שַׁלְהֵב, ܫܠܗܒ (cf. לְהַט chald. שַׁלְהֵט; שֵׁיצִיא, יָצָא). Ez. XX, 47 (XXI, 3): לַהֶבֶת שַׁלְהֶבֶת *flamma flammans*. De vento urente Iob. XV, 30, parall. רוּחַ פִּיו (LXX. *ἄνεμος*). Cant. VIII, 6: שַׁלְהֶבֶת־יָהּ *flamma Jovae* i. e. fulgur. Ita divisim legunt codd. 214 et Chethibh. Keri et ben Ascher coniunctim: שַׁלְהֶבֶתְיָה, in nonnullis codd. et editt. etiam omisso Mappik, ut מֶאְפֵּלְיָה Jer. II, 31, et וזמרתיה uno verbo Ex. XV, 2 cod. Sam. (Arab. شهاب flamma, ex hoc quadril. ortum est, ut جحل ex חַרְגֹּל al.)

לָהַג rad. inusit. Arab. لهج pr. inhiavit alicui rei, avide appetiit eam, plerumque transl. studiosissimus fuit alicuius rei, studiose audivit, didicit, v. Abulf.

Ann. II, p. 284 lin. 7 تلهجوا به avide eam (fabulam) appetebant, cf. p. 292. 294. Teblebi ad Har. Cons. II, p. 45. (Origo est in *languescendo* et *fatiscendo*, imagine petita a bestiis, quae lingua exserta potum appetunt, cf. لَهْجَة lingua, v. לָהָה, לָהַהּ, לָהַם).

לַהַג m. *studium litterarum*, idque *nimium*, q. d. sitis doctrinae, ut bene Aben Esra Eccl. XII, 12, in altero membro עֲשׂוֹת סְפָרִים de librorum scribendorum studio. (LXX μελέτη. Vulg. meditatio. Non bene Luth. Predigen).

לָהַד rad. inusit. Arab. لهد pressit, oppressit, unde

לַהַד n. pr. viri 1 Par. IV, 2.

להדים, lege לְהָדִים Gen. X, 22 in cod. Sam. pro לוּדִים Lydii. Cf. לוּבִים et לְהָבִים Libyes.

לָהָה *languit*, *viribus defecit* i. q. לָאָה, sed nostra forma antiquior et nativa est, cf. כָּאָה et כָּהָה. (Origo mihi esse videtur in *siti fatiscente*, qua *exserta lingua* ardent et potum appetunt, cf. verba ordientia a לה, ut לָהַג, לָהָה et quae observavimus ad rad. לוּעַ. Cf. lat. *langueo*, et nostr. *lechen*, unde frequ. *lechzen*). Semel legitur Gen. XLVII, 13: וַתֵּלַהּ אֶרֶץ מִצְרַיִם מִפְּנֵי הָרָעָב *Aegyptus terra fame elanguescebat.* (Chald. לְהָה saepe pro hebr. לָאָה. Deut. XXV, 18. Jes. XLII, 4 Targ. adde Schaph. שַׁלְהִי, pass. אִשְׁתַּלְהִי). Codex Samaritanus more suo pro rariore ותלה posuit vulgare ותלא (וַתֵּלֶא) a לָאָה, felicior ille quidem in interpretando quam recentiores non pauci (Alb. Schult. ad Iob IV, 18. V, 8. Mich.), qui formam hebraeam perperam referebant ad rad. fictam וָלַהּ ,וָלָה tristis, mente turbatus, impotens fuit, prae tristitia, metu, amore. Veram sententiam diu a se intellectam interpretando expresserunt LXX. Onk. Jon. Arabs Erp. Ad formam cf. וַתֵּכַהּ Iob. XVII, 7 a rad. כָּהָה. Abulwalides: ותלה ארץ מצרים قد ذكر في كتاب حروف اللين وقال ابو زكريا ان اصله ותלהה وقوله فيه حسن *iam observatum est in libro de litteris debilibus et dixit etiam Abu Sacharja, id provenire a forma* וַתֵּלְהֶה, *et egregia est haec eius observatio.* Ipse Abu Sacharja, quem Oxonii inspexi, praeterea confert וַתֵּלֶא et תְּלָאָה Iob. IV, 2.

לָהָה in Kal inusit., ut equidem suspicor, i. q. לָהַג, לָהָה pr. *gravissima siti arsit*, idque quum canum rabidorum sit, *rabiosus fuit* canum instar, *insaniit*. Sic intelligo

Hithpalp. הִתְלַהְלַהּ pr. *siti fatiscens* (pingit autem forma geminata crebros anhelitus canis hominisve celeri cursu et solis ardore confecti), inde (v. ad rad.) *rabidus*, *insanus*. Prov. XXVI, 18: *sicut insanus* (כְּמִתְלַהְלֵהַּ), *qui iaculatur sagittas et tela mortifera*. 19: *ita is qui alterum decipit, et dein dicit: nonne iocatus sum?* hic enim haud minus fugiendus est, atque ille. LXX ex edit. Ald. et Symm. πειρώμενοι (daemone) tentati, agitati, ut recte Arabs: الذين القوا *qui insaniunt* (cf. أولق insania).

Alex. et Complut. et al. ἰώμενοι (ab ἰὸς telum?). Aqu. κακονηθιζόμενοι. Venet. ἐξεστώς. Etiam Saad. et Kimchius *insanum* reddunt, licet etymon male exponant. Secundarium et ab insania ductum est, quod Syri habent, ܐܬܠܗܠܗ obstupuit, horruit. — Alii, ut Alb. Schult., Simonis, J. D. Michaëlis (non Pocockius ad Port. Mosis p. 49, quem ut huius sententiae auctorem laudat Böttcherus, pericul. exeget. §. 10) al. coll. arab. لهى *lusit*, interpretantur: *sicut is qui ludendo iaculatur sagittas:* non inepte ad contextum. Sed illud praefero, utpote a linguae Hebraeae analogia veterumque auctoritate magis firmatum.

I. לָהַט *arsit*, *flammavit* (Syr. ܠܗܛ et Chald. id.). Ps. CIV, 4: אֵשׁ לֹהֵט *ignis flammans*. לֹהֲטִים *flammantes*, qui ignem et flammas spirant Ps. LVII, 5.

Pi. לִהֵט *incendit*, *inflammavit* (flamma) c. acc. Deut. XXXII, 22. Joël. I, 19. II, 3. Ps. LXXXIII, 15. XCVI, 3. CVI, 18. Jes. XLII, 25, sufflavit (halitus) Iob. XLI, 13.

II. לָהַט i. q. לוּט, לָאַט (cf. p. 360 A) pr. *occultavit*, inde *artibus occultis et magicis usus est*, unde לְהָטִים q. v.

לַהַט m. pr. *flamma*, inde *ferrum micans* gladii. Gen. III, 24. Cf. לַהַב.

לְהָטִים *praestigiae* (a rad. no. II) Ex. VII, 11, i. q. לָטִים Comm. 22. Praeterea in cod. Sam. ibid. VIII, 2. 18.

לָהַם in Kal inusit. Arab. لَهِمَ avide deglutiit, unde لَهِمٌ, لَهُومٌ, لُهَمٌ, مِلْهَمٌ avidus, ligurritor, vide Dschauh. ap. Schult. ad. Prov. p. 198. Cogn. est לָחַם.

Hithp. part. מִתְלַהֲמִים quae avide deglutiuntur, *buccellae dulces*. Prov. XVIII, 8. XXVI, 22. Veterum et recentiorum interpretamenta maximam partem parum idonea recensent A. Schult. ad h. l. Michaëlis in suppl. p. 1413.

לָהֵן hebr. et chald. *propterea*, v. הֵן p. 387.

לָהַק rad. inusit. Aeth. ለሀቀ፡ adolevit, aetate crevit, unde ልሂቅ፡ senior, ሊቅ፡ presbyter, magister, princeps. Lud. de Dieu inde explicat ἅπαξ λεγόμ.

לַהֲקָה f. 1 Sam. XIX, 20: לַהֲקַת הַנְּבִיאִים q. d. senatus prophetarum, sed praestat litterarum traiectionem statuere, ut לַהֲקָה sit i. q. קְהִלָּה *concio*, *coetus*, quod ipsum expresserunt LXX. Syr. (Arab.) Chald.

לוּא rad. inusit. quae *negandi* vim habet, ut נוּא (q. v.), unde לֹא *non* (q. v.) et

לוּא 1 Sam. XIV, 30. Jes. XLVIII, 18. LXIII, 19
לֻא 2 Sam. XVIII, 12, alibi **לוּ**

1) interj. optantis: *utinam! o si!* ὄφελον. (De origine vide notam). Coniungitur sq. fut. Gen. XVII, 18: לוּ יִשְׁמָעֵאל יִחְיֶה לְפָנֶיךָ. Iob. VI, 2, sq. imp. Gen. XXIII, 13, praeterito, ubi optatur, ut aliquid *fuerit*, quod non fuit Num. XIV, 2: לוּ מַתְנוּ utinam mortui essemus? LXX ὄφελον ἀπεθάνομεν. XX, 3: וְלוּ גָוַעְנוּ. Jos. VII, 7, sed Jes. LXIII, 19: לוּא קָרַעְתָּ שָׁמַיִם *utinam lacerares coelum*. XLVIII, 18, optatur, ut aliquid fiat. Magis concedentis quam optantis est Gen. XXX, 34: לוּ יְהִי כִדְבָרֶךָ *fiat*, *sicut dixisti*. Abit

2) in coniunctionem conditionalem: *si*, quae quidem ita differt ab אִם, ut poni soleat, ubi significamus, id quod sumitur *non* esse, fuisse, futurum esse, id saltem valde incertum neque probabile esse (cf. pag. 107 et arab. لَوْ de Sacy gramm. I, §. 885). Prout sententia poscit, sequitur a) praet. Deut. XXXII, 29: לוּ חָכְמוּ יַשְׂכִּילוּ זֹאת *si saperent* (quod non faciunt), *intelligerent hoc*. Iud. XIII, 23: לוּ חָפֵץ יְיָ לַהֲמִיתֵנוּ לֹא לָקַח מִיָּדֵנוּ *si Jehovae placuisset*, *interficere nos*, *non accepisset* cet. VIII, 19. 1 Sam. XIV, 30. Mich. II, 11. b) futurum Ezech. XIV, 15: *si immitterem* (quod me facturum non dico) *feras bestias in terram* ...... 16: ... *hi* (tres viri probi) *soli servarentur*. (Comm. 13 in eadem sententia est כִּי, Comm. 17. 19 particula conditionalis plane omissa est). c) Part. 2 Sam. XVIII, 12: וְלוּ אָנֹכִי שֹׁקֵל עַל כַּפַּי אֶלֶף כֶּסֶף לֹא אֶשְׁלַח יָדִי וגו׳ *et si librarem super manibus meis mille siclos, manum meam non immitterem* cet. Ps. LXXXI, 14. d) יֵשׁ Num. XXII, 29. Cf. לוּלֵא. Aposiopesis est in hoc exemplo (in quo ponitur, quod futurum esse credibile est) Gen. L, 15: לוּ יִשְׂטְמֵנוּ יוֹסֵף *si Josephus nos persequeretur*, quid tunc? *wie? wenn Joseph uns verfolgte?* Bene ad sensum LXX. μή ποτε.

Quod ad originem attinet, nihil dubito, quin לוּ, לוּא proprie idem sit quod לוֹא, לֹא *non*, *nonne?* (v. לֹא no. 2), quae interrogandi vox ita pronunciari poterat, ut desiderium rei exprimeret et in optandi particulam abiret (Redslob, v. c. לוּ יִחְיֶה *nonne vivat?* i. e. utinam vivat! לוּ יְהִי *nonne sit?* pro *sit!* cf. gr. οὐκ in petitione, ut Od. 7, 22: οὐκ ἄν μοι δόμον ἀνέρος ἡγήσαιο Ἀλκινόου. 22, 132. Egregie hanc rationem firmat linguae Syriacae analogia, in qua variae particulae Hebraeae significationes peculiaribus formis exprimuntur. Ac primitivam quidem negandi vim habet ܠܐ *non*, deinde: *nonne?* Mt. XIII, 27. Ioh. VII, 25, optandi vim: ܠܘܝ (v. infra לְוַי) *utinam*, conditionalem: ܐܠܘ *si*. Maurero (ad Ps. LXXXI, 14) לוּ videtur sonus naturalis eius qui *fatiscit*, languet coll. לָאָה, לָהָה, לָוָה, hinc vox desiderii, sed in radice לָוָה talem potestatem desidero. Exstant quidem in dialectis Aramaeis formae, quae analogiam derivatorum verbi לָה (לוה) imitentur, ut chald. לְוַי, לָוֵי, adeoque לְוַאי, לוּאי, הַלְוַאי, אַלְוַאי *utinam!* syr. ܠܘܝ, sam. [illegible] id.: sed vix inde efficias לוּ ab hac radice ductum esse, quum istud ־וּ, ־וֹ ex א radicali radicis לוּא, לֹא ortum esse possit. Ceterum aramaeum illud לוי (לְוַי) etiam in Cod. Hebraeo-Sam. habetur pro לוּ Gen. XVII, 18. Num. XX, 3.

לוֹא i. q. לֹא *non*, v. pag. 734 A.

לוֹ i. q. לֹא *non*, v. pag. 735 B.

לוֹ דָבָר v. לֹא דָבָר pag. 735 B.

לוּלֵא Gen. XLIII, 10. Iud. XIV, 18. 2 Sam. II, 27. Ps. XXVII, 13: alibi

לוּלֵי conj. conditionalis: *nisi* (esset, fuisset), qua simul significamus, esse vel fuisse aliquid, comp. ex לוּ et לֹא, לֵי i. q. לֹא, לָא non (cf. ad לוּ no. 2). Sq. praet. Gen. XXXI, 42: לוּלֵי אֱלֹהֵי אָבִי ... הָיָה לִי *nisi deus patris mei .... fuisset pro me*. XLIII, 10. Iud. XIV, 28. 1 Sam. XXV, 34. 2 Sam. II, 27. Ps. CVI, 23. Jes. I, 9 sq. fut. Deut. XXXII, 27, sq. part. 2 Reg. III, 14, omisso verbo subst. Ps. XCIV, 17. CXIX, 92. CXXIV, 1. 2. In apodosi vel nulla particula est vel אָז, אֲזַי Ps. CXIX, 92. CXXIV, 3, כִּי Gen. XLIII, 10.

לוּב rad. inusit. i. q. לָאַב (vic. לָהַב) *sitivit*. Arab. لَابَ id. Inde

לוּבִים n. gentil. pl. 2 Par. XII, 3. XVI, 8. Nah. III, 9 et (minus recte) **לֻבִים** Dan. XI, 43 *Libyes*, terrae *siticulosae* et aridae (לוּב) incolae (cf. צִיִּים), semel לְהָבִים q. v. (Singularem לובי habes in inscriptione Numidica Londini asservata, quae Baalem s. Herculem Libycum בַּעַל הַלֻּבִי, בעל הלבי memorat, v. Monumm. Phoenicia pag. 211. 212 et tab. 24. Arab. لُوبَة et لُوبِيَة Libya, لُوبِيّ Libys. Act. II, 10 ܠܘܒܐ habetur pro Λιβύη). De Hitzigii coniectura v. sub voc. לוּד.

לוּד n. pr. 1) populi Semo oriundi Gen. X, 22, quo *Lydos* dici iam Josephi est sententia satis probabilis: οὓς Λυδοὺς νῦν καλοῦσι, Λούδους δὲ τότε, Λούδας ἔκτισε. Sequuntur Eusebius, Hieron., e recentioribus maxime Bochartus, Phaleg 2, 12, dubitat J. D. Michaëlis in spicileg. II, p. 114. 115 et in suppl. p. 1416, sed rationibus usus minus idoneis. In scriptura hieroglyphica phonetica CHAMPOLLION, praeter alia nomina, quibus *peregrinae regionis* signum appositum est, ut *Junan* Jonia,

reperit ⲗⲁⲩⲇ *Lodam*, quod *Lydiam* interpretatur vir egregius (v. grammaire Égyptienne I, p. 151). 2) populi ab Aegyptiis orti (לוּדִים Gen. X, 13), in Africa probabiliter quaerendi.

Praeter istos stemmatis Mosaici locos apud prophetas memoratur populus לוּד Jes. LXVI, 19. Ez. XXVII, 10. XXX, 5. לוּדִים Jer. XLVI, 9, admodum bellicosus, qui arca et sagittis pugnare solebat (Jes. Jer. ll. cc.), in Tyriorum (Ezech. XXVII, 10) et Aegyptiorum (ibid. XXX, 5. Jer. l. c.) exercitu stipendia merens. Ac Bochartus quidem (Phaleg 4, 26) his locis Ludaeos Hamo oriundos intelligere volebat, Aethiopum fortasse gentem a sagittarum usu nobilium, Michaelis autem (suppl. 1418) hic quidem *Lydos* Asiae minoris praefert, quum satis constet, Tyrios et Aegyptios exteros milites eosque ex Asia minore conducere solitos esse (Herod. 2, 152. 154. 163. 3, 11): idque nobis etiam probatur, qui iam Gen. X, 22 Lydos agnovimus, cf. Jes. l. c. ubi Ludaei cum Tibarenis et Jonibus, Asiae minoris populis, copulantur.

Singularem sententiam, audacem profecto, de qua לוּד per *d* sint *Libyes*, d et b permutatis, contra ex nova litterarum mutatione לוּבִים (quos omnes Libyes interpretati erant) *Nubii*, nuper proposuit Hitzigius ad Jes. l. c., cuius verba integra interpositis observatiunculis adscribimus, ut intelligant lectores, quo argumentorum pondere V. D. in nova sententia munienda usus sit. „*Lud* erklären wir *mit Sicherheit* für *Libyen*. Der Wechsel der starken Consonanten D und B beweist nicht dagegen, da auch Gebal von den Griechen Byblos genannt wird. [Debebat saltem vir doctus d et b inter se permutatorum exempla, eaque crebra, afferre, ut ita coniici *posse* ostenderet]. *Ferner* [quasi iam praecedat primum argumentum] verlangt unsere Stelle ein fernes Westland [minime: sequuntur enim Tubal et Javan, Asiae minoris populi], und *schliesslich* ist *Lub* z. B. Nah. III, 9. Dan. XI, 43, vgl. Ez. XXX, 5 Begr. d. Kritik p. 129 [ibi enim legitur כּוּב et ab Hitzigio coniectum est לוּב] vielmehr, wie der Araber an allen 3 Stellen will [atqui Arabs non exprimit hebraeum לוּב, sed duobus locis Nah. et Dan. l. c. gr. *Λίβυες*, tertio verba graeca nobis incognita, quae respondeant hebr. כּוּב], nach einer bekannten Erweichung des ל in נ [imo n emolliri solet in l]." His tribus argumentis primariis scilicet, quorum primum et tertium equidem in argumentorum numero vix ponam, additur tanquam secundarium: „Dafür zeugt auch die Nebenform לְהָבִים, welche in שֶׁנְהַבִּים verborgen liegt, denn *nubischen Zahn* konnten die das rothe Meer befahrenden (?) Hebräer das Elfenbein nennen, nimmermehr aber *libyschen Zahn*, wie zwar die Römer. [At quidni Hebraei potuerint ebur *libycum dentem* appellare, etsi non ipsi ipsam Libyam navibus adirent? Nititur autem hoc argumentum solo etymo vocis שֶׁנְהַבִּים, haud quidem contemnendo, sed minime certo, imo aliud infra h. v. propositum orthographiae masoreticae magis etiam accommodatum est]. Ist nun aber לוּב *Nubien* [quibus argumentis hoc effectum est?], so *kann* לוּד Libyen seyn; und verwerfen wir diese Annahme, so haben wir für *Lud* keine Bedeutung [imo habemus *Lydiam*, *Lydos* v. Michaelis suppl. p. 1418], und für Libyen [*Nubiam* haud dubie scribere volebat vir doctus] keinen Namen [sed habent tamen, qui Ezech. XXX, 2 pro כּוּב praeeunte Arabe et cod. Kennicotto נוּב legunt, quanquam non est quod Nubiam iam a priscis peculiari nomine appellatam esse putemus, quum כּוּשׁ etiam Nubiae regiones complecti videatur]. Paucis verbis hanc Hitzigii coniecturam iam declinavit Winerus, Realwörterb. II, 1 p. 33.

לָוָה 1) *plicavit*, *flexit*, *torsit*, unde לִוְיָה et לֹיָה sertum, corolla, לִוְיָתָן serpens in spiras convolutus. Arab. لوى torsit funem, لَوِيَ distortus fuit, torminibus laboravit. Conj. III. inflexit se et spiras fecit serpens. V. inflexit se fulmen (sich schlängeln), لَوَاءٌ flexus, spira serpentis, مِلْوَى scutica Taraf. 37.

2) *adhaesit* alicui (pers. vel rei), pr. circumvolvit, circumplicavit se alicui rei, ut hedera circumvolvit se arbori, cui adhaeret. (Chald. syr. zab. לְוָא, ܠܘܐ Pe. et Aph. adiunxit se alicui, pr. fortasse brachiis iunctis, comitatus est eum, v. Niph. Arab. transpositis litteris ولى med. Kesr. valde propinquus fuit alicui, adiuvit cf. צָוָה et وصى, חִוָּה et وحى). Eccl. VIII, 15: *bonum est homini edere, bibere, laetari*, וְהוּא יִלְוֶנּוּ בַעֲמָלוֹ *nam hoc adhaerebit ei* i. e. ei manebit *in labore suo*. Vulg. hoc solum secum auferet de labore suo. Hinc

3) *mutuatus est*, *mutuum accepit* q. d. annectit se, *nexus est* alteri (cf. lat. *nexus*, de eo quem ob aes alienum sibi servire cogebat creditor, Varr. L. L. 6, 5. Liv. 2, 27. 8, 28, et nostr. er hat bey dem Kaufmanne angebunden, ist bey jemandem angebunden). Neh. V, 4: לָוִינוּ כֶסֶף לְמִדַּת הַמֶּלֶךְ *mutuati sumus pecuniam ad tributum regium*. Deut. XXVIII, 12. Part. לֹוֶה qui mutuo accipit Ps. XXXVII, 21. Prov. XXII, 7. Jes. XXIV, 2.

Maurerus propriam huius radicis significationem eandem esse vult, atque radicum לָאָה, לָהָה *lechen*, de siti fatiscente, unde sit: *flaccidum esse*, schlaff herabhängen, dein: *adhaerere*, ab adhaerendo: *circumvolvere*. Sed et primae et secundae harum significationum vestigia in linguarum semiticarum usu desidero.

Niph. adiunxit se alicui (cf. Kal no. 1), sive ad amicitiam et societatem cum eo ineundam Jes. XIV, 1. Dan. XI, 34. Esth. IX, 27, sive ad opem ferendam Num. XVIII, 2. 4 (v. supra usum Aramaeorum, adde ܠܘܝܐ comes, socius, ܠܘܝܘܬܐ comitatus, ܡܠܘܝܘܬܐ societas, associatio), sive, si numen est, ad hoc colendum Jes. LVI, 3. 6. Jer. L, 5. Zach. II, 15 (11). Coniungitur sq. עַל Num. XVIII, 2. 4. Esth. l. c. Jes. LVI, 6. Dan. l. c., sq. אֶל Gen. XXIX, 34: *nunc tandem maritus meus se mihi adiunget*, amorem coniugalem

mihi praestabit, אַל יֹ׳ Jes. LVI, 3. Jer. et Zach. ll. cc., עִם Ps. LXXXIII, 9.

Hiph. causat. Kal no. 3 *mutuum dedit* alicui, sq. acc. pers., pr. *adiunxit*, *adstrinxit* sibi *aliquem*. Deut. XXVIII, 12. 44. Prov. XIX, 17: מַלְוֵה יְהוָה *qui Jovae mutuum dat*, addito etiam acc. rei Ex. XXII, 24. Absol. Jes. XXIV, 2: כַּמַּלְוֶה כַּלֹּוֶה *qui mutuum dat ut qui mutuum accipit.* Prov. XXII, 7. Ps. CXII, 5. LXX. δανείζω, ἐκδανείζω.

לֵוִי (associatio, concr. *associatus?* an quia Levitae associati erant sacerdotibus, ut iis opem ferrent coll. Num. XVIII, 2 de Levitis: יִלָּווּ עָלֶיךָ וִישָׁרְתוּךָ. Comm. 4? aliud sane docetur Gen. XXIX, 34) 1) n. pr. *Levi*, Jacobi filius natu tertius ex Lea uxore Gen. XXIX, 34. XXXIV, 25. XXXV, 23, auctor tribus Israeliticae eius nomen gerentis (לֵוִי, בְּנֵי לֵוִי, מַטֵּה לֵוִי, בֵּית לֵוִי Exod. II, 1. Ps. CXXXV, 20), quam ministerio sacro destinabat legislator (Num. III, vide de officiis Levitarum Phil. Opp. II, 236. Wineri lex. bibl. v. Leviten), Aharonis familiae sacerdotii iura reservans (v. אַהֲרֹן). — בַּת לֵוִי mulier ex tribu Levi oriunda Ex. II, 1. Num. XXVI, 59.

2) n. patron. (pro לֵוִיִּי) *Levita* Ex. IV, 14. Deut. XII, 18. 19. XIV, 27. XVI, 11. Iud. XVII, 7 sqq. XVIII, 3. XIX, 1. Plur. לְוִיִּם Levitae Jos. XXI, 1 sqq. et persaepe.

לֵוִי chald. pl. emphat. לֵוָיֵא *Levitae* Esr. VI, 16. 18. VII, 13. 24.

לִוְיָה f. *corona* florum, a nectendo dicta (v. rad. no. 3). Prov. I, 9. IV, 9.

לֹיוֹת pro לִוְיוֹת contr. ex לִוְיוֹת f. pl. *corollae pensiles* (Festons, Guirlanden), ornamentum quoddam in architectura 1 Reg. VII, 29. 30. 36.

לִוְיָתָן (a לִוְיָה, addita terminatione adiectivorum ־ָתָן, ut נְחֻשְׁתָּן aeneus a נְחֹשֶׁת, עֲקַלָּתוֹן ab עֲקַלָּה, minime a לִוְיָה et תַּן, cuiusmodi composita linguae Hebraeae ingenio non magis accommodata sunt, quam latinae Iurisconsultorum etymon *testamenti* a testatione *mentis*) pr. (animal) *flexum*, *in spiras convolutum* (v. rad. no. 1) 1) *serpens*, isque maior Iob. III, 8 (ad quem locum v. rad. עוּר Pil.). Jes. XXVII, 1 (ubi Babyloniae regni hostilis symbolum est). — 2) spec. *crocodilus* Iob. XL, 25 sqq. — 3) quaevis *bellua magna aquatilis* Ps. CIV, 26, eaque pro hoste atroce Ps. LXXIV, 14 (cf. תַּנִּין Jes. LI, 9. Ez. XXIX, 3. XXXII, 2. 3). Bocharti Hieroz. P. II, lib. V. c. 16—18. LXX quinquies δράκων, semel Iob. cap. III μέγα κῆτος.

לְוָת chald. (formae קְצָת, מְנָת) pr. adhaesio, connexio, inde praep. *apud*, *penes*. Syr. ܠܘܬ, unde novum verbum ܠܘܬ consociavit). Esr. IV, 12: מִן לְוָתָךְ i. q. hebr. מֵעִמְּךָ gall. *de chez toi.*

לוּז 1) *deflectere.* (Arab. لاز inclinavit, inflexit, Kamus: لا حاد, inde circumdedit, obivit, لاذ الطريق بالدار flectit se via circum domum, لوز flexus vallis. Cognata sunt لوذ perversus, contumax fuit, لاص sq. عن deflexit a re, لاث perplexus est). — 2) *recedere* i. q. סוּר, זוּר. Prov. III, 21: אַל־יָלֻזוּ מֵעֵינֶיךָ.

Niph. part. נָלוֹז *perversus*, i. e. *pravus*, *sceleratus* (cf. arab. لوذ, de quo ad Kal no. 1). Prov. III, 32.

Neutr. נָלוֹז *perversum*, *pravum* Jes. XXX, 12. Plenius Prov. XIV, 2: נְלוֹז דְּרָכָיו *cuius viae sunt perversae.* LXX. ὁ σκολιάζων ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ, et II, 15: וּנְלוֹזִים בְּמַעְגְּלוֹתָם id. LXX. καμπύλαι αἱ τροχιαὶ αὐτῶν.

Hiph. fut. יַלִּיזוּ (more Chaldaeorum inflexum, ut יָלִיזוּ a לוּז, gramm. §. 71, not. 9) i. q. Kal *cessit.* Prov. IV, 21.

לוּז 1) arbor nuces ferens, sive *amygdalus* (arab. لوز amygdala, لوزة amygdalum, idque cortice inclusum, prius etiam amygdalus, v. Abulfadli apud Celsium I, 254) sive *corylus* (chald. לוּז amygdalus et corylus). Gen. XXX, 37. *Amygdalum* intelligunt Saadias ap. Kimchium, Vulg. et prob. Syrus (nam aram. לוּז alibi etiam pro שָׁקֵד ponitur v. Num. XVII, 23. Lex. Adler. ܠܘܙܐ شجرة اللوز وثمرة) adeoque Alex., quandoquidem κάρυον saepe etiam de amygdalis dicitur (Casaub. ad Athen. 2, p. 106. Hesych.); *corylum* Arabs Polygl. (a Saadia igitur dissentiens) et Erpen., Kimchius, Jarchius, Luth. al. Ac prius quidem verisimilius, etiam Bocharto (Hieroz. I, 544) et Celsio (l. c.) probatum, quum corylus probabiliter vocabulo אֱגוֹז comprehendatur. — Origo si in linguis semiticis quaerenda est, لوزة *amygdalum in cortice inclusum* apte duci potest a لاذ, لاز pro tegumento, munimento cepit rem, circumdedit, ملاذ arx; si peregrina est (ut vult Cod. Lugd. 124 ap. Freitagium) i. e. indogermanica, *lûs* emollitum putaverim e forma quadam primigenia quae eiusdem originis sit atque lat. *nux* eique similis, germ. vet. *hnuz* (Grimm gramm. III, 377), armen. ընկոյզ *engies*, atque ducatur a radice fragorem fractae nucis imitante (knacken, to knack, gr. κνάχω). Abiecto Nun eiusdem originis esse possit אֱגוֹז جوز nux, v. pag. 20 B.

2) n. pr. a) oppidi Cananitarum, dein Benjaminitarum, quod a sacrario vicino postea בֵּית אֵל appellatum est Gen. XXVIII, 19. XLVIII. 3. Iud. I, 23, cum He locali לוּזָה Gen. XXXV, 6. Jos. XVI, 2. XVIII, 13 (quam formam cod. Sam. exhibet etiam Gen. XXVIII, 19. XLVIII, 3, ut tres Geneseos loci concinant). Dictum videtur oppidum ab amygdalorum l. corylorum copia, ut قصر اللوزة

(turris amygdali) n. pr. loci in Africa, Geogr. Nub. Clim. III p. 90. Quod Jos. XVI, 2 terminus Ephraimitarum processisse dicitur מִבֵּית־אֵל לוּזָה *a Beth-el Lusam*, de eo iam dictum est s. v. *Beth-el* p. 194 A, et male Studerus (ad Iud. l. c.) לוּזָה ibi esse i. q. לוּז et per appositionem voci בֵּית־אֵל iungi opinatur. — b) alius oppidi cognominis in regione Hethitarum, ab illius prioris incola conditi Iud. I, 26.

לְזוּת f. *perversitas* (labiorum) Prov. IV, 24. Ut nunc se habent vocales hoc vc. ducendum est a לָזָה i. q. לוּז. Quum vero huius rad. aliud vestigium non reperiatur, vide sitne scribendum לָזוּת a לוּז.

לוּחַ rad. inusit. Arab. لاح splenduit, micuit (cf. λευκός, γλαυκός; λεύσσω, γλαύσσω; *lux*, nostr. *leuchten*), inde *politus*, *laevis fuit*.

לוּחַ pl. לֻחוֹת Deut. IV, 13. IX, 11. Hab. II, 2 al., לוּחֹת Deut. IX, 9. 10. 15. X, 1, et לֻחֹת Exod. XXXII, 16. 19. XXXIV, 1. Deut. X, 2—5. 1 Reg. VII, 36 m. *tabula* (syr. ܠܘܚܐ, arab. لَوْحٌ, aeth. ሌውሕ: id.) a) lapidea, cui aliquid inciditur vel inscribitur. לֻחֹת אֶבֶן Ex. XXIV, 12. XXXI, 18, לֻחֹת אֲבָנִים ib. XXXIV, 1. 4 tabulae lapideae, לוּחֹת הַבְּרִית tabulae foederis Deut. IX, 9. 15. ל׳ הָעֵדוּת tabulae legis Exod. XXXI, 18. — b) lignea, asser. נְבוּב לֻחֹת cavus ex asseribus factus Exod. XXVII, 8. XXXVIII, 7. De tabula, cui aliquid insculpitur 1 Reg. VII, 36, inscribitur (qualis fortasse cera obducebatur) Jes. XXX, 8. Hab. II, 2, de *valva* ianuae Cant. VIII, 9. Dual. לֻחֹתַיִם *tabulatum* navium, quod duplex fuisse videtur. Ez. XXVII, 5. — c) trop. Prov. III, 3: *inscribe in tabulam cordis tui*, Jer. XVII, 1. Cf. 2 Cor. III, 3 et δέλτοι φρενῶν Aesch. LXX. πλάξ, bis σανίς.

לוּחִית c. art. הַלּוּחִית (ex asseribus facta, prob. domos habens ex asseribus structas) n. pr. oppidi Moabitarum, sec. Eusebium et Hieronymum inter Areopolin et Zoar siti Jes. XV, 5. Jer. XLVIII, 5.

לוּט 1) i. q. לָאַט, לָהַט no. II, *occultare*, *obvolvere*. (Arab. لاط med. Vav: obduxit, ut luto, occultavit, لَوْطٌ pallium. Sanscr. *luth* circumvolvi). Part. act. לוֹט *occultans* Jes. XXV, 7, et alia forma לָט intrans. *occultus*, clandestinus, inde בַּלָּט *clam* Ruth III, 7. 1 Sam. XVIII, 22. XXIV, 5, semel בַּלָּאט Iud. IV, 21. Part. pass. f. לוּטָה *obvoluta* 1 Sam. XXI, 10.

2) *occulte agere*. (Syr. chald. maledixit, exsecratus est, fort. ab occultis artibus τῶν אֹרְרֵי יוֹם Iob. III, 8). Part. pl. לָטִים *occultae artes*, *praestigiae* Ex. VII, 22. VIII, 3. 14, pro quo לְהָטִים VII, 11, v. לַהַט.

Hiph. i. q. Kal no. 1. 1 Reg. XIX, 13.

לוֹט m. 1) *obvelatio*, *velamen*. Jes. XXV, 7: הַלּוֹט הַלּוֹט עַל־כָּל־הָעַמִּים *velamen obvelans omnes gentes*, quod vultum earum operit, eas tristitia afficit.

2) n. pr. *Lot*, filius Harani, fratris Abrahami Gen. XI, 27, quocum ex Mesopotamia in Cananaeam migravit ib. XI, 31. XII, 4 sqq. XIII, 1 sqq. XIV, 12 sqq., postea Sodomae civis XIX, 1 sqq. Cuius ex ruina postquam divino auxilio cum duabus filiabus evaserat, ex his duos filios suscepit, Ammonem et Moabum, auctores Ammoniticae et Moabiticae gentium, quae propterea *filii Lot* appellantur Deut. II, 9. Ps. LXXXIII, 9 (cf. arab. قوم لوط populus Loti, et مداين لوط urbes Loti, de illius regionis incolis et urbibus, Abulfed. Syria p. 8. 12. Ibn el Wardi p. 178).

לֹט (in cod. Sam. et multis codd. hebr. לוט) m. Gen. XXXVII, 25. XLIII, 11 resina vel resinae genus in Palaestina crescens, quod quale fuerit incognitum fuisse videtur veteribus interpretibus et Rabbinis, qui in varias sententias discedunt. LXX et Vulg. σταχτή. Gr. Venet. μαστίχη, et ita Bereschith rabba (Par. 91) מוצטכא. Chald. Sam. ࠀࠇࠓࠉࠍ, ࠀࠈࠓࠍ [non אחרין, איחרין, ut scribit Michaëlis, in suppl. p. 1425], quod haud dubie est i. q. ܚܛܪܐ, ܚܛܪܐ suffitus, aroma [Uhlemannus, inst. sam. p. 59, confert ألاطي, ألاطن in quo reddendo ipse Barbahlul ap. Castell. p. 29 nihil nisi coniecturas dat: equidem nescio an idem fuerit atque ܠܛܝܢܐ]: sed Targ. et Syr. ܒܛܡܐ, ܒܛܡܬܐ, לְטוּמִין *pistaciae* [male, cum hae alio nomine בָּטְנִים veniant], Saad. شاهبلوط glans regia, *castanea*.

Probabiliorem sententiam e recentioribus post Iunium, Lud. de Dieu primus uberius commendavit Ol. Celsius (Hierobot. I, p. 280 sqq.), cui לֹט est gr. λῆδον, λήδανον, lat. *ledum*, *ladanum* (arab. لَاذَن, quae quidem forma a graeca petita est), resina quaedam pituitosa suaveolens, quae ex foliis fruticis (Cistus ladanifera, Cistus creticus dictae) in insula Creta, Arabia (Plin. XII, 17), Africa (Plut. de sera numinis vindicta p. 553) singulari modo (v. Herod. 3, 112. Abulfadli ap. Cels. p. 284. Belon 1, 7. Pococke al.) colligitur: ceterum hunc fruticem in Palaestina crevisse, Celsius non probavit, nam לטום Talmud. Schebiith 7 §. 6 et לוטם Maimonid. tract. Schemve Jobel 7 §. 18 *ledum* esse, minime certum est.

לוֹטָן n. pr. filii Seïr Gen. XXXVI, 20. 29.

לוּל rad. inusit. vicina radici גָּלַל (v. Lex. man. p. 214), nostr. *rollen*, lat. *volvere*, *convolvere*, *rotare*.

לוּל plur. לוּלִים *scalae cochleatae* 1 Reg. VI, 8. (Chald. id.).

לוּלִי tantum in plur. לֻלָּאוֹת, def. לֻלָאֹת cstr. לֻלְאֹת (ad formam דּוּדָאִים q. v.) *laqueoli*, quibus immit-

tebantur uncini (קְרָסִים) in aulaeis tentorii sacri, *Schleifen*, *Schlingen*, a convolvendo dicti. Ex. XXVI, 4 sq. XXXVI, 11 sq. LXX. ἀγκύλαι. Vulg. *ansulae*.

לוּלֵא *nisi*, v. p. 745 B.

לַיִל Jes. XVI, 3 et Thren. II, 19 Chethibh, semel **לֵיל** Jes. XXI, 11 (in Pausa, ut חֵיל et חַיִל), estr. לֵיל Ex. XII, 42. Jes. XV, 1. XXX, 29, sed longe frequentius cum He parag. **לַיְלָה** Milêl (v. not.), in Pausa לָיְלָה pl. לֵילוֹת m.

1) *nox*. (Arab. لَيْلٌ, لَيْلَةٌ, raro لَيْلَاةٌ, syr. ܠܺܠܝܳܐ, ܠܶܠܝܳܐ, aeth. ሌሊት: id. in quibus cunctis superest vestigium He paragogici in לַיְלָה. De origine vocis indicanda plurimi desperarunt eamque primitivam esse existimarunt. Ev. Scheidius et nuper Maurerus radicem ponunt لَالَ fulsit stella, unde لُؤْلُؤ margarita. Sed, si quid video, nox a fulgore dici non poterat, quum non omnes noctes stellarum fulgore illustrentur, nec facile aliunde nomen eius repeti poterat, quam aut a *tenebris* aut a *frigore* nocturno. Iam vero reputanti mihi, יוֹם *diem* a *calore* dictum esse, admodum credibile videtur, *noctem* dictam esse ab *obvolvendo*, et לַיִל significare tempus illud frigidum, quo vestimento s. lodice שִׂמְלָה *obvoluti* dormimus. Ab obvolvendo derivabat etiam Simonis, sed ita dictam putabat, quoniam tenebris obvoluta sit). אַרְבָּעִים לַיְלָה quadraginta noctes Gen. VII, 4. 12. 1 Reg. XIX, 8, שְׁלֹשָׁה לֵילוֹת 1 Sam. XXX, 12. Jon. II, 1, בְּכָל־לַיְלָה quavis nocte Ps. VI, 7, sed כָּל־הַלַּיְלָה tota nocte Ex. XIV, 20. 21. Num. XI, 32. Jos. X, 9. Iud. XVI, 2. XIX, 25. 1 Sam. XV, 11. Jes. LXII, 6. Ps. LXXVIII, 14. בְּלַיְלָה אֶחָד una nocte Gen. XL, 5. XLI, 11. בַּלַּיְלָה הַהוּא ea nocte ib. XXXII, 14. 22. בַּחֲצִי הַלַּיְלָה media nocte Ruth III, 8, אִישׁוֹן לַיְלָה pupilla noctis, v. pag. 86. מִיּוֹם עַד לַיְלָה a die (ineunte) usque ad noctem i. e. intra diei spatium Jes. XXXVIII, 12. 13. De בִּן־לַיְלָה v. pag. 217 A. חֶזְיוֹן לַיְלָה visio nocturna Iob. IV, 13. XX, 8. XXXIII, 15, מַרְאֹת לַיְלָה Gen. XLVI, 2, חֲלוֹם לַיְלָה somnium nocturnum XX, 3. פַּחַד לַיְלָה terror nocturnus Ps. XCI, 5.

Noctu hebraice dicitur לַיְלָה Gen. XIV, 15. Exod. XII, 30. 31. XIII, 22. XL, 38, unde יוֹמָם וָלַיְלָה interdiu et noctu Exod. XIII, 21. Lev. VIII, 35. Num. IX, 21, it. לַיְלָה וָיוֹם Jes. XXVII, 3, לַיְלָה וְיוֹמָם Deut. XXVIII, 65. Jes. XXXIV, 10. Jer. XIV, 17; it. בַּלַּיְלָה Gen. XXXI, 46, maxime in sermone poët. Iob. XXIV, 14. Ps. XLII, 9. LXXVII, 7. LXXXVIII, 2. CXIX, 55, et in eodem לֵילוֹת Ps. XVI, 7, בַּלֵּילוֹת Cant. III, 1. Cum art. הַלַּיְלָה est: *hac nocte* (ut הַיּוֹם hoc die, hodie) Gen. XIX, 5. 34. Num. XXII, 8. Jos. II, 2. IV, 3. Ruth I, 12. III, 13 al. כַּלַּיְלָה sicut noctu Iob. V, 14.

2) Translate a) de *calamitate, miseria*, cf. חֹשֶׁךְ. (Apud Arabes لَيْلٌ explicatur دَاهِيَة infortunium, v. Schult. Opp. min. p. 74 et ad Iob. III, 9. XXXV, 10). Jes. XXI, 11: שֹׁמֵר מַה־מִּלַּיְלָה שֹׁמֵר מַה־מִּלֵּיל *custos! quid de nocte? custos! quid de nocte?* i. e. quid, o vates! de calamitate ingruente nobis habes nunciandum? Iob. XXXV, 10. Mich. III, 6. b) de orco Iob. XXXVI, 20.

*) Not. לַיְלָה c. He parag. pr. significabat *noctu*; sensim autem factum est, ut pro *tempore nocturno* (die Zeit, in welcher es *Nachts* ist) *ipsaque nocte* usurparetur, plane ut נֶגְבָּה, צָפוֹנָה regio quae *austrum*, *septentrionem versus* est, pro austro, septentrione (unde בַּצָּפוֹנָה, בַּנֶּגְבָּה), cf. בְּיוֹמָם: eaque terminatio ita coaluit cum hoc substantivo, ut in lingua chald. et syr. tanquam radicalis retineretur et in st. emphat. in י abiret. Inde

לֵילְיָא m. chald. *nox*. Dan. II, 19. V, 30. VII, 2. 7. 13. (In Targg. saepe).

לִילִית f. pr. *nocturna* i. e. spectrum nocturnum, quod deserta habitare, ibique (quum alias oberrare solet cf. Mt. XII, 43. Tob. VIII, 3) quietem invenire dicitur Jes. XXXIV, 14: אַךְ שָׁם הִרְגִּיעָה לִּילִית וּמָצְאָה לָהּ מָנוֹחַ. Significat autem h. l. propheta antiquissimam quandam superstitionem, plerisque populis Semiticis communem. Atque Hebraeis quidem לִילִית est daemonissa mulieris ornatae comtis capillis speciem prae se ferens, quae noctu infantibus insidietur (Buxtorf. Lex. talmud. p. 1140. Eisenmenger entdecktes Judenthum II, 413 sqq.). Syrorum Lexicographi eodem modo explicant ܠܶܠܺܝܬܳܐ, quod apposite vertunt الغول, الغولة; Ghula enim Arabum est daemon muliebris, homines devorans eorumque sanguinem sugens, modo loca deserta habitans, modo humana specie assumta inter homines vagari solita. Vide versum Jesaiae verbis similem, quem ex Div. Hudeilitarum excerpsit Reiske ad Taraph. Moall. p. 87: جَوَّابُ جَوَّابُ الْعَجَاجِ الَّتِي بِهَا النَّعَامُ وَعَزْفُ الْجِنِّ وَالْمَغُولُ *ego sum pervasor per curva anfractuum praecipitia, in quibus struthiocameli et sibilus Geniorum et Ghula.* Crebra eiusdem mentio est in *MI* noctt., de ܠܶܠܺܝܬܳܐ autem prae ceteris multus est Cod. Nasaraeus I p. 106. II, 196. III, 158. Apud Graecos et Romanos simillima est superstitio de muliere ἐμπούσα (v. Arist. Ran. 293. Creuzer commentt. Herod. p. 267), de Lamiis, strigibus aliisque id genus monstris, de quibus vide quae laudavimus ad Jes. l. c. et XIII, 22, cf. Bocharti Hieroz. II p. 831, et infra ad voc. עֲלוּקָה, שְׂעִירִים. — LXX ὀνοκένταυρος, ubi Theodoretus annotat: καλεῖ ὀνοκενταύρους, οὓς οἱ παλαιοὶ μὲν ἐμπούσας οἱ δὲ νῦν ὀνοσκελίδας προσαγορεύουσι. Inde Arabs الغيلان Ghulae. Vulg. *lamia*.

לוּן et **לִין** praet. לָן Gen. XXXII, 22. 2 Sam. XII, 16, fem. לָנָה pro לָנָה Zach. V, 4, 1 pl. לַנּוּ Ind. XIX, 13, gerund. לָלוּן Gen. XXIV, 25 et saepe, it. לָלִין ib. comm. 23, imp. לִין Iud. XIX, 6. 9, לִינִי, לִינוּ Ruth III, 13. Joël I, 13, fut. יָלִין, יָלִן, תָּלִין, apoc. יָלֶן 2 Sam.

XVII, 16, תָּלֵן Iud. XIX, 20. Iob. XVII, 2, conv. וַיָּלֶן Gen. XXVIII, 11. XXXII, 14. Part. לָנִים Neh. XIII, 21.

1) *pernoctare, noctem transigere* Gen. XIX, 2 et saepe, v. exempla modo laudata. (Non reperitur haec radix in linguis cognatis, quae pro ea utuntur verbo בות q. v. Finitima ea est nomini לַיִל nox, et eiusdem originis esse videtur, pr. i. q. לוּט *involvit se*, vestibus *involutus* dormivit et noctem transegit. De l et n inter se permutatis v. pag. 727 A). Etiam de rebus inanimatis, ut cibis, quae in diem posterum servantur. Exod. XXIII, 18. XXXIV, 25. Deut. XVI, 4. Lev. XIX, 13: *ne pernoctet apud te merces mercenarii usque ad mane.* Poët. Iob. XXIX, 19: *ros pernoctat in ramis eius.* Cant. I, 13. It. *devertit pernoctandi causa* Ps. XXX, 6: *vesperi devertit fletus, sed mane adest laetitia.*

2) *commorari, habitare, permanere* (cf. بات pernoctavit, permansit in aliqua conditione). Jes. I, 21: צֶדֶק יָלִין בָּהּ *in qua habitabat iustitia* Iob. XLI, 14: בְּצַוָּארוֹ יָלִין עֹז *in collo eius habitat robur.* XVII, 2: בְּהַמְּרוֹתָם תָּלַן עֵינִי nostr. auf ihren Beleidigungen ruht mein Auge. Prov. XV, 31. — Ps. XXV, 13: *anima eius permanet in felicitate,* perpetua felicitate fruitur. XLIX, 13: וְאָדָם בִּיקָר בַּל יָלִין *sed* talis *homo in honore non permanet,* non stabilis est honor eius. Iob. XIX, 4: (si) *re vera erravi* אִתִּי תָּלִין מְשׁוּגָתִי *mecum manet error meus* i. e. *ego* erravi, non vos, et ego solus erroris poenas luam.

Niph. pervicacem, contumacem se gessit (manendi et persistendi significatu in malam partem deflexo), hinc *murmuravit, quiritatus est* sq. עַל contra aliquem, de populo contra praefectum suum murmurante Ex. XV, 24. Num. XIV, 2. XVII, 6. Jos. IX, 18 et Ex. XVI, 2 Keri. LXX. γογγύζω, διαγογγύζω.

Hiph. 1) causat. Kal no. 2. Jer. IV, 14: *quousque tecum permanere facies* i. e. fovebis *cogitationes tuas iniquas?* — 2) i. q. Niph. pr. *pervicacem, contumacem egit*, sq. עַל contra aliquem. Praet. הֲלִינֹתֶם Num. XIV, 29, fut. וַיָּלֶן Ex. XVII, 3, alibi semper prima radicali more Rabbinorum geminata (v. Lgb. p. 407. gr. hebr. §. 71, not. 9), תַּלִּינוּ, יַלִּינוּ Ex. XVI, 8. Num. XIV, 36. XVI, 11 Keri, part. מַלִּינִים Num. XIV, 27. XVII, 20, qui declinatus huic significationi proprius est.

Hithpal. הִתְלוֹנֵן i. q. Kal no. 1. Ps. XCI, 1. Iob. XXXIX, 28.

מָלוֹן m. locus, in quo pernoctant viatores, sive sub dio, sive sub tecto, *hospitium* Gen. XLII, 27. XLIII, 21. Ex. IV, 24. Jos. IV, 3. 8. מְלוֹן אֹרְחִים Jer. IX, 1. מְלוֹן קִצּה 2 Reg. XIX, 23 hospitium eius (Libani) extremum i. e. locus Libani fastigio proximus, in quo homines pernoctare et deverti possunt. De *hospitio* nocturno militum Jes. X, 29.

מְלוּנָה f. *tugurium*, in quo pernoctant horti custodes Jes. I, 8, it. *lectus pensilis*, ex altis arboribus suspensus, in quo et peregrinantes et hortorum vinearumque custodes metu bestiarum rapacium pernoctant (cf. Niebuhr Beschr. von Arabien p. 158). Jes. XXIV, 20: *vacillat terra instar ebrii*, וְהִתְנוֹדְדָה כַּמְּלוּנָה *et huc illuc movetur instar horti pensilis.* LXX. ὀπωροφυλάκιον. Scite Saad. Syr. et Chald. عرزال, ܥܪܙܠܐ, עַרְזְלָא, de quo quidem vc. etiam עַרְסְלָא scripto et *lectulum* significante (est enim diminut. ab עֶרֶשׂ, addito ל pag. 728 A) v. Tosephos ad Erubh. fol. 25: „custodes hortorum solitos fuisse extendere funes ab arbore una ad alteram, ut funes in lecto extenduntur, et in iis sub umbra densorum ramorum cubuisse", cf. Kamûs p. 1500: „est locus, quem occupat horti custos in ramis palmae metu leonum."

תְּלוּנָה f. *murmuratio, quiritatio*, v. rad. in Niph. et Hiph. no. 2, non legitur nisi in pl. תְּלֻנּוֹת (in aliis libris et mss. et impressis תְּלוּנֹּת, vide J. H. Mich., sed contra analogiam) Exod. XVI, 7. 9. 12. Num. XIV, 27. XVII, 25.

לוּעַ *deglutire, sorbere.* (Syr. ܠܥܳ et ܠܥܳܐ linxit, sorpsit). Obad. 16: שָׁתוּ וְלָעוּ *bibent et sorbebunt* i. e. vinum a Jova porrectum plenis haustibus bibent et exhaurient. Sed de לָעוּ Iob. VI, 3 v. rad. לָעָה.

Pil. לַעְלַע *sorbillavit*, prob. Iob. XXXIX, 30 (33), si nobiscum reponis לַעְלְעוּ pro יְעַלְעוּ, v. rad. עָלַע.

Apposite dudum monuit J. D. Michaëlis (suppl. p. 1552), syllabam לע *ligurriendi, sorbendi, avide degluttiendi* sonum referre, atque haec significatio in plurimis inest radicibus semiticis, quarum syllaba prima aut primaria est לע, ut לָעַע linxit, sorpsit, לָעַט (arab. لعطر, لعط, لعذم) ligurrivit, ܠܥܰܣ Ethpe. avide voravit, لعو avidus, ligurritor, لعف, لعس, لعق linxit, ligurrivit, ܠܥܣ edit, لعس id., syr. ܠܘܥܐ, ܠܥܘܣܐ, ܠܥܘܥܐ, ܠܥܘܡܐ mandibula; similisque est potestas syllabarum similium לג, לח et לה, ut לָגַם gustavit, لجم, לָחַךְ linxit, לָחַק (לָקַק) id., לָחַם deglutivit, et לָחַם لحن edit, لحق, لحك, لحس, لهس linxit, לָהַב et לָהַט linxit [flamma] i. e. flammavit, cf. sanscr. *lih* lingere, gr. λείχω, λιχμάω, λιχνεύω, lat. LinGo, LiGurio, transp. GuLa, *deglutio*, nostr. *lecken*, et praemisso sibilo *schlucken, schlingen* (cf. Pott etym. Forschungen, I, 283).

His addenda magna radicum semiticarum vis, quae a syllabis לע, לח, לה ordientes varios linguae motus designant, ut *hiare ore aperto et lingua exserta*, ut fit in siti ardente et rabie (v. לָאָה, לָהַג, לָהָה, לָהַהּ, sam. לעא, nostr. *lechen, lechzen*, cf. לָהַב, לָאַב, לוּב), *vibrare linguam* et *sibilare*, more serpentum et submisse loquentium (v. לָחַשׁ); *balbutire, barbare* (i. e. non intelligenda) *et inepte loqui* (לָעַג ubi vide plura, לָעָה, لغا, לָעַז, לָעַט). Graeci et *ligurriendi* et *balbutiendi*, *blaterandi* potestatem habent syllabis *la, lam, lab, lap, lal* expressam, cf. λάω lingo, λάβρος, λάμυρος vorax et loquax, λαιμός, λαιμός gula, λαμία vorax (anthropophaga, غولة Ghula, v. ad לִילִית), λάπτω, λαφύσσω, lat. *lambo, labium*, pers. لب

labium, nostr. *Lippe*, et vulgg. *labbern*, sch*labbern*, sch*lappen*, denique λαλέω, lallen. *Subsannandi* significationem a balbutiendo profectam (לָעַג) iidem habent litteris transpositis in γελάω, χλεύη.

לַע m. *gula*, *guttur* Prov. XXIII, 2. (Chald. לוּעָא, ܠܘܥܐ nasor. id.).

לִיץ pr. *balbutire* (cf. לָעַג, et quae observavimus ad לָעַע), inde 1) *barbare loqui*, quoniam peregrinam linguam loquentes hominibus hanc ignorantibus sine sensu garrire et blaterare videntur, v. Hiph.

2) *illudere*, *irridere* alicui, pr. vocem eius per ludibrium imitando. (Cf. Jes. XXVIII, 10. 11 et לָעַג. Respondet sanscr. *lad*, lat. *ludere*, gr. λάσθη irrisio). Prov. IX, 12: *et si irrides* i. e. virtutis et sapientiae monita (v. לֵץ), *tu solus id feres.* Part. לֵץ *irrisor* i. e. homo frivolus, protervus, qui sanctissima quaeque religionis, pietatis morumque praecepta ferociter contemnit (cf. זֵד). Ps. I, 1. Prov. I, 22. III, 34. IX, 7. 8. XIII, 1. XIV, 6. XV, 12. XIX, 25. 29. XX, 1. XXI, 11. 24. XXII, 10. XXIV, 9. Jes. XXIX, 20.

Hiph. 1) *interpretem egit*, *interpretatus est* (a barbare loquendo, cf. Kal no. 1). Part. מֵלִיץ *interpres* Gen. XLII, 23 (bene LXX ἑρμηνευτής, Onk. מְתוּרְגְּמָן), inde *intercessor*, *internuncius* 2 Par. XXXII, 31. Jes. XLIII, 27: מְלִיצֶיךָ פָּשְׁעוּ בִי *interpretes tui* (apud Deum i. e. sacerdotes) *defecerunt a me*. מַלְאָךְ מֵלִיץ Iob. XXXIII, 23 *angelus interpres*, intercedens pro homine apud Deum, itaque angelus tutelaris, cuiusmodi angelos singulorum hominum apud Jovam causam agere persuasum habebant recentiores Judaei (cf. Mt. XVIII, 10). Or chadasch fol. 20, 2 apud Eisenmengerum (entdecktes Judenth. II, p. 389): יש לכל אדם מלאך מליץ יושר מזלו שמתפלל עליו. Lightfoot hor. hebr. in Act. XII, 15. Respondent genii tutelares apud veteres Persas *Ferver* dicti, v. Hyde de rel. vett. Persarum p. 395.

2) i. q. Kal no. 2 *illusit*, sq. acc. Ps. CXIX, 51. Prov. XIV, 9. XIX, 28: עֵד בְּלִיַּעַל יָלִיץ מִשְׁפָּט *testis nequam illudit iustitiae.* Iob. XVI, 20, sq. dat. Prov. III, 34.

Pil. Huc pertinere videtur part. לֹצְצִים *irrisores* Hos. VII, 5, pro לֵצִים, Lgb. p. 316.

Hithpal. הִתְלוֹצֵץ *irrisorem egit*, *frivole*, *proterve se gessit* Jes. XXVIII, 22.

לָצוֹן m. *irrisio* Prov. I, 22. אַנְשֵׁי לָצוֹן i. q. לֵצִים XXIX, 8. Jes. XXVIII, 14.

מְלִיצָה f. 1) *interpretatio* (ut Vulg., Aqu. et Theod. ἑρμηνεία), inde quod interpretatione eget, *aenigma*, *dictum obscurum* Prov. I, 6. LXX σκοτεινὸς λόγος. Symm. πρόβλημα. Chald. et Syr. parabola. Alb. Schult., quem sequebar ed. 1, aenigmatis significationem repetit ab arab. لاص flexit, ut sit oratio inflexa (cf. חִידָה a חוּד): sed praestat certum linguae hebraeae usum sequi.

2) *carmen irrisorium*, *dicterium* Hab. II, 6.

לוּשׁ pr. *subigere* manibus pedibusque, vicinum radd. דּוּשׁ (de *d* et *l* sibi finitimis v. pag. 727 B), it. דָּבַשׁ *depsere*, subigere et דָּרַשׁ pedibus calcare. Inde

1) *subigere* massam farinaceam, *depsere* (i. q. דָּבַשׁ). (Chald. Syr. ܠܫ. Aethiop. ለቈሰ፡ id.). Sq. acc. Jer. VII, 18. Hos. VII, 4, absol. Gen. XVIII, 6. 1 Sam. XXVIII, 24. 2 Sam. XIII, 8. Inde

2) *fortis*, *validus fuit.* (Arab. لَوْثٌ robur, لَاثَ med. Je III. V. valuit, fortis fuit, أَلْيَثُ validus, it. لَيْسٌ robur, أَلْيَسُ strenuus, fortis, spec. leo). Unde

לַיִשׁ m. 1) poët. *leo*, a fortitudine dictus, Jes. XXX, 6. Iob. IV, 11. Prov. XXX, 30. (Arab. لَيْثٌ, اَلْيَثْ, chald. לֵית, adeoque gr. λῖς Il. λ, 239. ο, 275. ρ, 109. σ, 318, it. Aqu. Iob. l. c., in cuius etymo in lingua graeca indagando frustra laborarunt Grammatici). Fuerunt, qui leonem senem et decrepitum hac voce dici existimarent coll. Iob. l. c. לַיִשׁ אֹבֵד מִבְּלִי טָרֶף, quos abunde refellit Bochartus in Hierozoico II p. 12 sqq. Lips.

2) n. pr. a) viri 1 Sam. XXV, 44 et 2 Sam. III, 15 Keri, ubi Chethibh habet לוּשׁ. — b) oppidi in termino boreali Palaestinae ad radices Libani siti, fortasse a leonibus dicti (cf. בֵּית־לְבָאוֹת) Iud. XVIII, 29, c. He locali לַיְשָׁה Comm. 7 et Jes. X, 30, ubi praeter necessitatem aliud oppidum intelligunt, quod Hierosolymis vicinum sit (Laisa 1 Macc. IX, 9 Vulg., graece Ἐλεασά, Ἀλασά), cuius certa tamen vestigia desunt. Alibi appellatur לֶשֶׁם et דָּן (v. pag. 336).

לוֹת chald. *apud*, v. rad. לָוָה.

לָזַח rad. inusit. et dubiae auctoritatis, unde

לָזוּת f. *perversitas*, sed vide sub rad. לוּז.

לָז, לָזֶה, לָזוּ v. sub הַלָּז, הַלָּזֶה, הַלֵּזוּ p. 406 B.

לָחָה rad. inusit. Aethiop. ለሐየ፡ pulcher, formosus fuit (zab. ܠܚܘܬܐ venustas), pr., ni fallor, *recens*, *vegetus fuit* (frisch seyn, frisch aussehn), fere i. q. לַח, de genarum vigore et *colore vegeto* (καλλιπάρῃος).

לְחִי in pausa לֶחִי, c. suff. לֶחְיוֹ Iob. XL, 26, dual. לְחָיַיִם Deut. XVIII. 3, cstr. לְחָיֵי Jes. XXX. 28, c. suff. לְחָיֶיךָ Ez. XXIX. 4, sed לְחֵיהֶם Hos. XI, 4 f.

1) *gena*, *mala*, a colore vegeto et pulchritudine dicta, cuius sedes est (Cant. I, 10: נָאווּ לְחָיַיִךְ בַּתֹּרִים). Cant. V, 13. Thren. I, 2. הִכָּה פ׳ עַל לְחִי 1 Reg. XXII, 24. Mich. IV, 14, et הִכָּה לְחָיִי פ׳ Iob. XVI, 10 percussit alicui genam (cf. Thren. III, 30) i. e. castigavit ignominiose. — Jes. XXX, 28 capistrum dicitur applicari *super genas* (עַל לְחָיֵי) populorum, et sic *iugum* capistro alligatum Hos. XI, 4.

2) *maxilla.* (Arab. لَحْيٌ id. locus, ubi barba crescit, cf. Jes. L, 6. لِحْيَةٌ barba). Iob. XL, 26. לְחִי חֲמוֹר maxilla asinina Iud. XV, 15—17. Dual. Deut. XVIII, 3. Ez. XXIX, 4. XXXVIII, 4. — Ps. III, 8: הִכִּיתָ אֶת־כָּל־אֹיְבַי לֶחִי *confregisti omnibus hostibus meis maxillam*, quae imago petita est ab animalibus rapacibus, quae maxillâ fractâ et dentibus excussis nocere non amplius possunt. (Arab. فتم فاه fregit os alic., v. Reiske ad Abulf. Ann. I, 166).

3) n. pr. regionis in finibus Philistaeorum Iud. XV, 9. 14. 19, plene רָמַת לְחִי Comm. 17 *excelsum* s. collis *maxillae*, probabiliter a rupium praeruptarum serie ita dictum (dentes enim appellantur singulae rupes, v. שֵׁן; maxillam de loco montano habes in n. pr. chald. לְחַיַּת מוֹאָב pro hebr. עָר מוֹאָב Michaël. suppl. p. 1453): quanquam ab ipso scriptore רמת לחי l. c. ad maxillam iactam refertur, quasi scriptum sit רְמַת לְחִי (a rad. רָמָה iecit).

לָחַח rad. inusit. *humidus fuit.* Aeth. ለሕለሐ: humectavit (v. Ludolfi Lex. in Syllabo pag. 635, in ipsius enim lexici utraque editione hoc vc. omissum est). Chald. לַחְלַח id., לֵיחָה, לַיחוּת, לַחְלוּחִית humor, vigor. Cf. Iob. XXXIII, 25, ubi R. Levi hebr. רֻטְפַשׁ interpretatur נתלחלח. Vicinum est לָחָה q. v.

לַח adj. pl. לַחִים (c. Dagesch forti implicito, gramm. §. 22, 1) pr. *humidus*, inde *recens*, de ligno Gen. XXX, 37. Ez. XVII, 24. XXI, 3 (opp. יָבֵשׁ), de uva Num. VI, 3, de funibus novis Iud. XVI, 7. 8.

לֵחַ m. *vigor* aetatis Deut. XXXIV, 7.

לָחַךְ *linxit* i. q. לָקַק. (Arab. لَحِكَ, syr. ܠܚܟ Pe. et Pa., et ܠܚܟ, sam. id. Cf. sanscr. *lih*, nostr. *lecken.* Vide supra ad rad. לוּעַ). In Kal semel legitur pro *lambendo depavit*, de bove Num. XXII, 4, v. Pi.

Pi. i. q. Kal. לִחֵךְ עָפָר pulverem lambit, hyperbolice de eo, qui supplex in pulverem se prosternit Ps. LXXII, 9. Mich. VII, 17. Jes. XLIX, 23: וַעֲפַר רַגְלַיִךְ יְלַחֵכוּ. Inde *lambendo depavit* (cf. hebr. יֶלֶק, arab. لَحَسَ aliaque lambendi verba, quae transferuntur ad boves, tineas, locustas, herbas absumentes v. Schroeder de vest. mulier. p. 172). Num. XXII, 4: עַתָּה יְלַחֲכוּ הַקָּהָל אֶת־כָּל־סְבִיבֹתֵינוּ כִּלְחֹךְ הַשּׁוֹר אֵת יֶרֶק הַשָּׂדֶה, de igne 1 Reg. XVIII, 38. Ad Numm. locum cf. dictionem, quam laudat Dschauhar. v. لحس, تركت فلانا بملاحس البقر اى بالمكان القفر reliqui eum in loco ubi lambit bos i. e. in loco deserto.

לָחַם fut. יִלְחַם 1) *edit*, *comedit* (vic. לָהַם et לָגַם gustavit, v. ad rad. לוּעַ) i. q. אָכַל, sed non nisi poëtis usitatum, sq. acc. cibi Prov. IV, 17. XXIII, 6, sq. בְּ comedit *de* aliqua re (*an*, *von* etwas essen) IX, 5. Ps. CXLI, 4. Absol. *coenatus est.* Prov. XXIII, 1: כִּי תֵשֵׁב לִלְחוֹם אֶת־מוֹשֵׁל. Metaph. Deut. XXXII, 24: לְחֻמֵי רֶשֶׁף *peste absumti.*

2) *pugnavit*, *bellavit*, sq. אֶת cum aliquo Ps. XXXV, 1, et לְ LVI, 3, in Niph. usitatius. Milites enim saevi in pugna per hyperbolen hostes qs. vorare dicuntur, ut Josua de Cananaeis Num. XIV, 9: לַחְמֵנוּ הֵם *panis noster illi erunt*, Luth. *denn wir wollen sie wie Brot fressen*, et gladius *vorare* dicitur (אָכַל) Ez. XXI, 33. Jes. I, 20. Arab. لَحِمَ occisus est in pugna, pr. absumtus est, ألحمته سيفى eum gladio meo comedendum dedi i. e. occidi, ٱلْحَمْتُ الحرب vorare iussi gladium i. e. vehemens feci proelium, التحم القتال vehemens facta est pugna Bohaed. p. 68. 150. 165. 195. 215; it. مضغ manducavit Conj. II. pugnavit, pers. مردم خور anthropophagus de milite strenuo, cf. hom. πτολέμοιο μέγα στόμα Il. 10, 8. Apud Arabum poëtas pugna epulis comparatur, v. Amru Moall. 32.

Niph. נִלְחַם inf. absol. נִלְחֹם i. q. Kal no. 2 *pugnavit*, *bellum gessit* (significatione reciproca, ut gr. μάχεσθαι). Construitur a) absol. Iud. V, 19, addito יַחַד 1 Sam. XVII, 10: נִלָּחֲמָה יָחַד. — b) Addita persona, qua*cum* pugnamus, plerumque sq. בְּ Ex. I, 10. XVII, 10. Num. XXI, 26. XXII, 11. Iud. I, 1. 9. VIII, 1. X, 9. XI, 8 sqq. 1 Sam. XV, 18. 2 Sam. VIII, 10. Jes. XIX, 2. XXX, 32. LXIII, 10. Zach. XIV, 3 et persaepe; עִם Iud. V, 20. 1 Sam. XVII, 19. 32. 1 Reg. XII, 21. 2 Reg. XIII, 12. XIV, 15. Dan. XI, 11; אֵת (c. suff. אֹת) 1 Reg. XX, 23. Jes. XXXVII, 9; אֶל Jer. I, 19. XV, 20, עַל Neh. IV, 8. Addunt, eum quocum pugnetur, etiam in accus. poni, sed in aliis exemplis ponitur אֶת־ sq. nomine, quod *cum* est, non acc. nota, Iud. XII, 4. 2 Reg. IX, 15. Jer. XXXIII, 5, in aliis habetur quidem אוֹתָם Jos. X, 25. 1 Reg. XX, 25, sed etiam hoc esse pro אִתָּם arguit posterior locus coll. Comm. 23 (ubi est אִתָּם): superest igitur unus locus Ps. CIX, 3, ubi c. suff. habetur וַיִּלָּחֲמוּנִי oppugnant me. — Eadem fere praeverbia c) praeponuntur *urbi*, quae oppugnatur, ut בְּ, נִלְחַם בָּעִיר Iud. IX, 45. 2 Sam. XII, 27. Zach. XIV, 14 (ubi Hengstenbergius male: pugnabit *in* urbe), עַל Deut. XX, 10. 19. Jos. X, 5. 34. 36. 2 Reg. XIX, 8. Jes. VII, 1.

XXXVII, 8. Jer. XXXIV, 22. XXXVII, 8, עִם Jos. X, 29 (ubi complures libri mss. et editi עַל). XIX, 47. — d) Is *pro* quo pugnatur, ponitur praevio לְ Ex. XIV, 14. 25. Deut. I, 30. XX, 4. Jos. X, 14. XXIII, 3. 10. Neh. IV, 14, et עַל Iud. IX, 17. 2 Reg. X, 3. — e) passim dicitur: *pugnare pugnam*, *bellare bellum* alic. 1 Sam. VIII, 20. XVIII, 17, cf. 1 Reg. XIV, 19: וְיֶתֶר דִּבְרֵי יָרָבְעָם אֲשֶׁר נִלְחַם וַאֲשֶׁר מָלָךְ. XXII, 46. 2 Reg. XIV, 28.

לָחוּם vel **לְחוּם**, c. suff. לְחוּמוֹ m. 1) *cibus*. Iob. XX, 23: וְיַמְטֵר עָלֵימוֹ בִּלְחוּמוֹ *et pluet super eos* (impios) *cibo eius* collect. *eorum*, immittet iis Deus quod iis cibo sit; i. e. ignis irae divinae (חֲרוֹן אַפּוֹ) ventrem eorum implebit, cf. Ps. XI, 6. Quod scriptor dicit: *pluit cibo* הִמְטִיר בִּלְחוּם, ubi exspectes: *pluit cibum*, eodem modo iudicandum est atque exempla supra (v. חָבַר Hiph. pag. 441 B) ad Iob. XVI, 4 laudata. Dici enim poterat sq. accus. *pluit cibum*, et sq. בְּ *pluviam facit cibo* i. e. talem quae cibo fiat et cibo constet (qualis v. c. mannae pluvia erat h. l. pluvia ignea ab impiis comedenda). Germanice dici potest: es regnet *grosse Tropfen*, et: es regnet *mit grossen Tropfen*. Falluntur, qui בִּלְחוּמוֹ accipiunt pro לִלְחוּמוֹ *in cibum* i. e. loco cibi (Targ. Aben Esra, Schult.), vel vertant: *depluit Deus super eos* et super *cibum eorum*, vel: *in carnem* (i. e. in corpus) *eorum*, quo nihil frigidius cogitari potest. Magis probandi Umbreitius et Winerus, qui interpretantur: *pluet super eos* iram suam *tanquam cibum*, at vel sic בְּ particula friget.

2) *caro*, *corpus*. (Arab. لَحْم caro). Zeph. I, 17: וְשֻׁפַּךְ דָּמָם כֶּעָפָר וּלְחֻמָם כַּגְּלָלִים *effunditur sanguis eorum instar pulveris, et caro eorum instar stercorum*, ubi multi libri editi et mss. לַחְמָם, quasi a לֹחֶם (formae לְאֹם). LXX. τὰς σάρκας αὐτῶν. Vulg. corpora eorum. Targ. cadavera eorum. Syr. carnem eorum.

לֶחֶם utriusque sexus vc. (m. Num. XXI, 5, f. Gen. XLIX, 20) 1) *cibus*, et hominum (Gen. XLVII, 12), et brutorum (Iob. XXIV, 5. Jes. LXV, 25. Ps. CXLVII, 9), persaepe. אָכַל לֶחֶם cibum sumsit, coenatus est, v. אָכַל I, c. שִׂים לֶחֶם apponere cibum Gen. XLIII, 31. לֶחֶם אֲנָשִׁים cibus, qui a necessariis in domum defuncti mittitur, v. אִישׁ no. 1, h. לַחְמְךָ Obad. 7 poët. pro אַנְשֵׁי לַחְמְךָ commensales i. e. domestici tui. De loco Num. XIV, 9 v. rad. no. 2. 1 Sam. XX, 24: וַיֵּשֶׁב הַמֶּלֶךְ עַל הַלֶּחֶם *assidebat rex cibo* i. e. coenae, prandio. — לֶחֶם אֱלֹהִים cibus Dei, dicitur de sacrificio Levit. XXI, 6. 8. 17. 21. 22. — Jer. XI, 19: עֵץ בְּלַחְמוֹ *arbor cum cibo suo* i. e. cum fructu suo (cf. أُكُل cibus, de fructu). Est etiam a) *victus*. Eccl. IX, 11. לֶחֶם שְׁלֹמֹה victus Salomonis 1 Reg. V, 2 (IV, 22), לֶחֶם הַפֶּחָה victus praetoris, sumtus victui eius destinati (Tafelgelder) Neh. V, 14. 18. — b) *prandium*, *coena*. אָכַל לֶחֶם epulatus est, v. אָכַל 1, c. עָשָׂה לֶחֶם epulas instruxit Eccl. X, 19.

2) spec. a) *panis* (ut Arabibus agrum non colentibus لَحْم spec. caro). Gen. XXI, 14. XXV, 34. XXVIII, 20 et persaepe. לֶחֶם וָמַיִם panis et aqua, de cibo potuque quotidiano et vulgari Num. XXXI, 6. 1 Reg. XVIII, 4. 13. Jes. III, 1. כִּכַּר לֶחֶם placenta panis Ex. XXIX, 23: ubi plures sunt placentae, כִּכְּרוֹת post numerale omitti solet (ut שְׁקָלִים ante כֶּסֶף et זָהָב), velut שְׁתֵּי לֶחֶם duae placentae panis 1 Sam. X, 4, חֲמִשָּׁה לֶחֶם 1 Sam. XXI, 4, עֲשָׂרָה לֶחֶם XVII, 17. פַּת לֶחֶם frustum panis, v. פַּת. De dictione: שָׁבַר מַטֵּה לֶחֶם v. מַטֶּה s. rad. נָטָה — לֶחֶם הַפָּנִים panis s. panes faciei LXX ἄρτοι ἐνώπιοι Vulg. panes propositionis Luth. Schaubrote, duodecim paniculi, qui singulis sabbatis duobus ordinibus dispositi lectisterniorum more Jovae in tabernaculo sacro proponebantur Ex. XXV, 30. XXXV, 13. XXXIX, 36, in libris recentioribus לֶחֶם הַמַּעֲרֶכֶת dicti. — b) *far*, *triticum*, unde panis fit, *Brotkorn*, *Korn* (cf. arab. طَعَام cibus spec. triticum, et contra gr. σῖτος triticum, dein cibus). Gen. XLI, 54. XLVII, 13. 15. 17. לֶחֶם וּכְרָמִים Jes. XXXVI, 17. XXVIII, 28: לֶחֶם יוּדָק triticum trituratur.

לְחֶם chald. *cibus*, *coena* Dan. V, 1. Vulgo in Targg. לְחֵם emph. לַחְמָא i. q. hebr. לֶחֶם.

לָחֶם m. verbale Piëlicum, *pugna*, *oppugnatio*. Inde Iud. V, 8: אָז לָחֶם שְׁעָרִים *tunc oppugnatio portarum* erat, oppugnatae sunt portae. Ut vocabuli formam paullo explicemus accuratius, a scripturae diversitate ordiendum est. Etenim praeter vulgarem scripturam plurimorum codd. et editt. לָחֶם, 35 codd. Rossiani et nonnulli ap. J. H. Mich. exhibent לְחֶם, pauciores לָחֶם tono retracto, quod probat de Rossi ad h. l. Minchat Schaj: היה מלרע ברב המדוייקים. Ac vulgarem quidem formam triplici fere modo a Grammaticis acceptam esse video: a) tertiam praet. Kal interpretatur R. Jonas et Kimchius, formae חָפֵץ, Zere praeter morem in Segol mutato: *impugnabat* (hostis) *portas*. Zere in Segol correpti caussam non indicavit Kimchius, sed poterat provocari ad exempla, qualia sunt עָמַד זְבֻלָה Hab. III, 11, נָתַן לְךָ Deut. XIX, 8, modo legatur לָחֶם. Facilior etiam scriptura לָחֵם. b) esse nomen participiale, formae חָמֵץ, יָבֵשׁ, idem Kimchius conicit, quod minus probandum est, quum in st. constr. exspectes: לְחֵם שְׁעָרִים. Rectius c) cum R. Jesaia, Simoni al. habes pro inf. Pi. vel verbali Pihelico, pro vulgari לַחֵם; nam Kamez pro Patach in verbo med. ח habes etiam in הִתְרָחֲצְתִּי Iob. IX, 30, et Segol pro Zere non solum in praet. (כִּבֶּס, דִּבֶּר), sed etiam in infinitivo (quod a me flagitavit Maurerus: „vellem V. S. laudasset infinitivos") habes in ipso verbo עֵת, צַחֶק בִּי Gen. XXXIX, 14, צַחֶק בָּנוּ comm. 17, שַׂחֶק־בּוֹ Ps. CIV, 26. Tonus igitur cum nonnullis codd. in penultima ponendus videtur, quod non tantum ante monosyllaba et barytona fit, sed etiam in aliis exemplis, cf. תֵּחַת גְּעָרָה Prov. XVII, 10. Segol propter statum constructum positum esse, vix dicas, nam formae קַטֵּל, מְקַטֵּל et similes etiam in statu constructo Zere servant integrum.

לַחְמִי v. בֵּית הַלַּחְמִי Bethlehemita p. 195 A. Ut viri nomen לַחְמִי legitur 1 Par. XX, 5, sed quomodo hoc ortum sit, v. supra v. אֶלְחָנָן p. 100 A.

מִלְחָמָה semel **מִלְחֶמֶת** 1 Sam. XIII, 22 c. suff. מִלְחַמְתּוֹ Deut. I, 41. 1 Sam. VIII, 13, pl. מִלְחָמוֹת f. 1) nom. act. *pugnare*. Jes. VII, 1: לַמִּלְחָמָה עָלֶיהָ *ad pugnandum contra eam* (Hierosolymam), ad eam oppugnandam. Inde *pugna*, *proelium* Ex. XIII, 17. Iob. XXXIX, 25. Jes. XXVIII, 6. עָרַךְ מִלְחָמָה instruxit aciem Gen. XIV, 8. 2 Par. XIV, 9. בּוֹא לַמִּלְחָמָה ire in proelium Num. XXXI, 21. XXXII, 6. (Arab. مَلْحَمَة magnae stragis pugna, unde Muhammedes appellatur نَبِيّ الْمَلَاحِم propheta proeliorum, v. de hoc vc. apud Arabes raro Roediger de interpr. arab. p. 54. 55).

2) *bellum*. עָשָׂה מִלְחָמָה bellum gessit Prov. XX, 18, sq. עִם Deut. XX, 12. 20, אֶת (את) Gen. XIV, 2. הָיְתָה מִלְחָמָה בְּ bellum erat *cum* al. 2 Sam. XXI, 20, sq. בֵּין וּבֵין (inter et inter) 1 Reg. XIV, 30. XV, 6. 7. 16. 32. יָצָא לַמִּלְחָמָה egressus est in bellum (v. יָצָא), עָבַר לַמִּלְחָמָה Jos. IV, 13, הָלַךְ לַמִּלְחָמָה 1 Reg. XXII, 4 id., לָמַד מִלְחָמָה discere bellum Jes. II, 4, קִדֵּשׁ מִלְחָמָה, v. קָדַשׁ. — אִישׁ מִלְחָמָה, pl. אַנְשֵׁי מִלְחָמָה bellator, miles Num. XXXI, 28. Jes. III, 2. Joël. II, 7. Jerem. XXXVIII, 4. XXXIX, 4 al. poët. de Jova Ex. XV, 3 cf. גִּבּוֹר מִלְחָמָה de eodem Ps. XXIV, 8. אִישׁ מִלְחָמוֹת id. 1 Par. XXVIII, 3. Jes. XLII, 13, sq. genit. adversarius alic. in bello. 2 Sam. VIII, 10: אִישׁ מִלְחֲמוֹת תֹּעִי. 1 Par. XVIII, 10, et eodem modo accipiendum בֵּית מִלְחַמְתִּי 2 Par. XXXV, 21 i. e. familia regia hostilis, quacum bellum gero. עַם מִלְחָמָה Jos. VIII, 11. XI, 7, צְבָא מִלְחָמָה Jes. XIII, 4 exercitus. כְּלֵי מִלְחָמָה arma, instrumenta bellica (v. כְּלִי) et poët. pro eo מִלְחָמָה Ps. LXXVI, 4. — Eccl. IX, 11: לֹא לַגִּבּוֹרִים הַמִּלְחָמָה multi interpretantur: *non fortibus* contingit *belli fortuna* s. victoria. Sed hic vocis significatus probari non potest. Sententia est: *non a fortibus* conficitur *bellum*, sed (ut mox sequitur) a tempore et casu omnia pendent.

לַחְמָס n. pr. oppidi in planitie tribus Judae Jos. XV, 40, ubi 32 codd. לַחְמָם. Ita Vulg. *Leheman*, sed reliqui intpp. expresserunt ס.

לְחֵן chald. in verbo inusit., pr. *libidinosus fuit*, ut gr. λάγνος, pr. *avidus fuit*, ut radd. vicinae לָחַם, לָהַם, quod ad rem veneream translatum est. Inde

לְחֵנָה f. chald. *pellex*. Dan. V, 2. 3. 23. In Targg. saepius, ut Gen. XXXV, 22. Iud. XIX, 2. XX, 5. Parum apte Simonis hoc vc. ducebat a لَخِنَ foetuit, de foetore utris, axillae, vulvae, لَخَن sordes, obscoenitas sermonis, non enim putidum prostibulum [putain!] significat vox, sed concubinam regiam, nec aliud quoddam etymon ferendum, in quod olim incidi, a لَحَنَ cecinit, modulatus est, ut לְחֵנָה pr. sit: tibicina, fidicina (Bajadere), illa enim radix non legitimum cantum, sed modulationem vocis inter legendum, eamque maxime vitiosam, significat.

לָחַץ fut. יִלְחַץ 1) *pressit* (drücken, drängen). LXX. θλίβω, ἐκθλίβω. Num. XXII, 25: וַתִּלְחַץ אֶת־רֶגֶל בִּלְעָם *et pressit* (asina) *pedem Bileami*. Inde: *premendo amolitus est*, *propulit* aliqnem (fortdrängen). 2 Reg. VI, 32: וּלְחַצְתֶּם אֹתוֹ בַּדֶּלֶת *et amolimini cum porta* (drängt ihn weg mit der Thür). Sic *propulit* populus populum Iud. I, 34 (in montanum). Am. VI, 14 (ab Hamath usque ad torrentem deserti). — 2) *oppressit*, *vexavit* a) privatum hominem Ps. LVI, 2, v. c. peregrinum Exod. XXII, 20. XXIII, 9. b) populum (tyrannus, aliusve populus, qui eum subegit) Iud. II, 18. IV, 3. VI, 9. X, 12. 1 Sam. X, 18. 2 Reg. XIII, 4. 22. Jes. XIX, 10. Jer. XXX, 20. לָחַץ פ׳ לַחַץ Ex. III, 9. (Vicina sunt נָחַץ, it. אָלַץ, אוּץ, אָנַס. Nostram radicem habent Samaritani, et Arabes in لَحَصَ II. pressit, in angustias redegit, تَلَاحُص angustiae, et لَحِزَ pressit aliquem importune, مَلَاحِز angustiae).

Niph. *pressit se* (אֶל קִיר ad parietem). Num. XXII, 25.

לַחַץ m. *oppressio*, *vexatio*, tum privatorum hominum Iob. XXXVI, 15. Ps. LXII, 10, tum populi Ex. III, 9. Sq. genit. לַחַץ יִשְׂרָאֵל oppressio Israëlitarum 2 Reg. XIII, 4, et c. suff. Deut. XXVI, 7. Ps. XLIV, 25, ubi genit. obiectum indicat, sed subiectum in לַחַץ אוֹיֵב Ps. LXII, 10. לֶחֶם לַחַץ מַיִם לַחַץ panis et aqua oppressionis s. calamitatis, talis est victus, qualis tempore calamitoso, velut in urbe oppugnata, comeditur 1 Reg. XXII, 27. 2 Par. XVIII, 26. Jes. XXX, 20.

לָחַשׁ in Kal inusit. *sibilavit*, *susurravit*, gr. ψιθυρίζειν, nostr. *zischeln*, angl. *to whisper* (quae omnia, aeque ac hebr., onomatopoëtica sunt), cf. vic. נָחַשׁ. (Syr. ܠܚܫ susurravit in aurem Luc. XII, 3 pro gr. πρὸς τὸ οὖς λαλεῖν. Iud. XVI, 2. Assem. bibl. orient. I, 53 lin. 5. Arab. لَحَسَ linxit, sibilavit serpens, unde لَوَاحِس sibilantes poët. de serpentibus, v. Schroeder de vest. mul. p. 174, aeth. ለሐሰ፡ id. nec non mussitavit, mutivit pro gr. γρύζω, አልሖሰሰ፡ susurravit in aurem, ተለኆሰሱ፡ susurrarunt inter se. Luc. XII, 3 Vers. aeth.).

Pi. לִחֵשׁ *sibilavit*, *susurravit* spec. de susurro praestigiatorum, carmina sua mussitantium (cf. מְהַגִּים Jes. VIII, 19, et כִּשֵּׁף q. v.). Part. מְלַחֲשִׁים *incantatores* sc. serpentum Ps. LVIII, 6. (Talmud. הַלּוֹחֵשׁ עַל הַמַּכָּה qui mussitat super vulnus, der eine Wunde bespricht.

היודע ללחש את הנחשים qui peritus est incantationis serpentum. Sanhedr. 11. Buxtorf. Lex. p. 1136. Syr. ܠܚܫ Pe. incantavit, inde ܠܚܘܫܐ incantator serpentum, scorpiorum, ܠܚܘܫܐ, ܠܚܘܫܬܐ incantatio).

Hithpa. susurraverunt inter se 2 Sam. XII, 19, sq. עַל contra aliquem Ps. XLI, 8. LXX. ψιθυρίζειν. Vulg. Sam. mussitare, Ps. insusurrare.

לוֹחֵשׁ (incantator) c. art. n. pr. viri Neh. III, 12. X, 25.

לַחַשׁ m. pr. susurrus, inde 1) *preces* submissa voce prolatae Jes. XXVI, 16 (cf. rad. בָּשַׁף). — 2) a) *incantatio*. Jes. III, 3: נְבוֹן לָחַשׁ. Aqu. συνετὸς ψιθυρισμῷ. Theod. συνετὸς ἐπῳδῇ. Spec. de incantatione serpentum Jer. VIII, 17. Eccl. X, 11. Inde b) pl. לְחָשִׁים Jes. III, 20 *remedia incantationis, amuleta*, cf. رُقْيَة et *fascinum* i. e. incantatio et amuletum; quoniam carmine magico et incantabant et incantationis vim amoliebantur. Erant ea ornamenta superstitiosa, plerumque gemmae lapidesque pretiosi vel auri argentique laminae, quibus formulae magicae inscriptae erant, quaeque ex collo vel ex auribus suspendere solebant mulieres orientales (v. Schroeder de vest. p. 168. 170. Grotefend art. *Amulete*, Encyclopaedie von Ersch und Gruber III, 428 sqq., et quae laudavimus ad Jes. l. c.). Aben Esra: scriptura auro argentove more incantantium insculpta. Kimchius, Abarbenel et Luth. spec. *inaures* interpretantur: non male, inaurium enim instar gestabantur amuleta, quibus caveretur, ne in aurem penetraret vox incantatoris (cf. Gen. XXXV, 4. Augustin. ad Posid. epist. 75. Chardin apud Harmar. III, p. 314, et aram. ܩܕܫܐ Barhebr. p. 36, קְדָשָׁא, קְדָשָׁא quod *inaurem* pr. rem sacram significat Prov. II, 22 Targ.): sed inaures apud Jesaiam iam Comm. 19 memoratae erant. Schroederus l. c. non *amuleta*, sed *serpentes aureos* intelligere volebat e collo suspensos (coll. arab. لواحس lambentes i. e. serpentes et ad rem Joseph. Carabuc. c. 16: Arabum paganorum feminae aureas serpentum imagines amuletorum loco inter ubera dependebant, sed Mohammed earum usum interdixit, ideo quod serpens Satanae referat imaginem, nec non Nicostr. ap. Clem. Alex. Paedag. II, p. 209), sed arabico لواحس, quod nonnisi poëticum serpentum attributum est, responderet לוֹחֲשִׁים, non לְחָשִׁים, contra incantandi significatus in vc. לַחַשׁ certissimus est.

לֹט, לָט v. rad. לוּט.

לָטָא rad. in verbo inusit. vel i. q. chald. לְטָא = לוּט abscondit, vel arab. لَطَأَ et لَطِئَ terrae adhaesit. Inde

לְטָאָה f. lacertae species Lev. XI, 30. (Zab. ܠܛܐܐ lacerta). LXX χαλαβώτης. Vulg. stellio. Bochartus (Hieroz. I, p. 1073) speciem rubram et venenatam الوحرة dictam intelligit, de qua proverbio dicitur: dolus ipsi adhaeret, ut الوحرة adhaeret terrae.

לָטַשׁ fut. יִלְטֹשׁ 1) *malleavit*. Gen. IV, 22. — 2) malleando *polivit, acuit*, v. c. vomerem 1 Sam. XIII, 20, ensem Ps. VII, 13. Metaph. Iob. XVI, 9: יִלְטוֹשׁ עֵינָיו לִי *acuit oculos contra me*, oculis torvis, minacibus me intuetur. (Primae significationi cognatum est arab. لطس collisit v. c. lapidem lapidi, contudit, secundam habent Aramaei in לְטַשׁ, ܠܛܫ acuit, polivit).

Pu. part. *acutus* Ps. LII, 4: תַּעַר מְלֻטָּשׁ *novacula acuta*.

לְטוּשִׁם (malleati, acuti) n. pr. tribus arabicae a Dedanitis oriundae. Gen. XXV, 3. Cod. Sam. לטשאים (לְטֻשָׁאִים), forma Chaldaismum imitante.

לִוְיָה sertum v. לָוָה.

לַיִל, לַיְלָה *nox*, v. לוּל.

לִילִית *spectrum* v. ibid.

לִין *pernoctare*, v. לוּן.

לַיִשׁ *leo*, v. לוּשׁ.

לֵךְ pro לְכָה imp. a הָלַךְ v. p. 377.

לָכַד fut. יִלְכֹּד 1) *cepit* bestias reti laqueisque (pr. percussit reti, coll. arab. لكد percussit, quam vim habent etiam verba vicina لكّ, لكأ, لكث, لكز, لكس, لكم) Iud. XV, 4. Am. III, 5. Ps. XXXV, 8, in fovea Jer. XVIII, 22, de leone, qui praedam cepit Am. III, 4 (et h. quidem l. absolute, sine accusativo). Translate Iob. V, 13: לֹכֵד חֲכָמִים בְּעָרְמָם. Prov. V, 22. Jer. V, 26. Inde

2) *cepit* a) milites aliosve in bello, *captivos fecit* Num. XXI, 32. Jos. XI, 12. 17. Iud. VIII, 12. 2 Sam. VIII, 4; b) urbem i. e. *expugnavit* eam. Jos. VIII, 21. X, 1. 28. XI, 10. XV, 16. Iud. I, 12. 2 Sam. XII, 28. 2 Reg. XVII, 6. 2 Paralip. XVII, 2. Jer. XXXII, 28. XXXIV, 22. XXXVII, 8. Prov. XVI, 32. Dan. XI, 15. c) cepit i. e. *occupavit* terram Jos. X, 42. Dan. XI, 18. Etiam de singulis locis Iud. III, 28: *et occuparunt vada Jordanis*. XII, 5. Adde Iud. VII, 24: לִכְדוּ לָהֶם אֶת־הַמַּיִם *intercipite iis aquam*. d) alias res, v. c.

currus bellicos 1 Par. XVIII, 4. — 1 Sam. XIV, 47: וְשָׁאוּל לָכַד הַמְּלוּכָה עַל יִשְׂרָאֵל et Saulus cepit imperium super Israël. — Aliquoties additur מִן eius, cui aliquid adimitur 1 Par. XVIII, 4. 2 Par. XIII, 19, cf. לְ Iud. VII, 24.

3) *cepit* s. *elegit* aliquem sorte. Cf. אָחַז no. 7. Jos. VII, 14: הַשֵּׁבֶט אֲשֶׁר יִלְכְּדֶנּוּ יְהוָה *ea tribus, quam Jova eliget*, sorte designabit. Comm. 17.

Niph. 1) *captus est* laqueis Jes. VIII, 15. XXVIII, 13 (ubi copulatur cum נוֹקַשׁ). XXIV, 18. Jer. XLVIII, 44. Ps. IX, 16. Translate Prov. VI, 2: נִלְכַּדְתָּ בְּאִמְרֵי פִיךָ. XI, 6. Iob. XXXVI, 8: יִלָּכְדוּן בְּחַבְלֵי עֹנִי. — 2) *captus est*, de hominibus Jer. LI, 56, de urbe 1 Reg. XVI, 18. 2 Reg. XVIII, 10. Jer. XXXVIII, 28. XLVIII, 1. 41. L, 2. 24. LI, 31. 41. — 3) sorte *electus est*, sors *eum contigit*. Jos. VII, 15. 16: וַיִּלָּכֵד שֵׁבֶט יְהוּדָה. Comm. 18. 1 Sam. X, 20. 21. XIV, 41. 42 (al. 43. 44).

Hithpa. i. q. הִתְלַקֵּחַ tenuit se invicem, inde *coniunctis partibus cohaesit*, zusammenhalten. (Arab. لَكِدَ adhaesit. V. iunctis inter se partibus cohaesit res, vide ad אָחַז no. 4). Iob. XLI, 8 (9): יִתְלַכְּדוּ וְלֹא יִתְפָּרָדוּ *inter se cohaerent* (scuta crocodili), *neque separantur*. XXXVIII, 30: פְּנֵי תְהוֹם יִתְלַכָּדוּ *superficies aquae inter se cohaeret*, de aqua congelata.

לֶכֶד m. *captura* Prov. III, 26.

מַלְכֹּדֶת f. *laqueus* Iob. XVIII, 10.

לְכָה age! v. rad. הָלַךְ.

לְכָה i. q. לְךָ *tibi*. Gen. XXVII, 37.

לֵכָה (pro יְלֵכָה itio, iter) n. pr. loci in tribu Judae 1 Par. IV, 21. Vulg. Lecha.

לָכֵן propterea, v. כֵּן pag. 668 B.

לָכַשׁ rad. inusit., quae idem valuisse videtur atque cognatae arabicae لَكَشَ, لَكَدَ, لَكَزَ 1) percussit; 2) adhaesit, cohaesit, inde difficilis fuit. Inde

לָכִישׁ (vel: percussa, capta, expugnata, vel: adhaerens, tenax, difficilis expugnatu) n. pr. urbis Cananitarum regiae Jos. X, 3, quae dein tribui Judae cessit, in cuius planitie sita est ibid. X, 31. XII, 11. XV, 39. Postea a Rehabeamo munita (2 Par. XI, 9), ab Assyriis et Chaldaeis aliquoties expugnata est (2 Reg. XVIII, 14. Jes. XXXVI, 2. XXXVII, 8. Jer. XXXIV, 7), attamen etiam post exilium memoratur Neh. XI, 30. Ut idololatriae sedis eius mentio fit Mich. I, 13. Apud Josephum (Ant. 9, 9 §. 3) scribitur *Λάχεισα*, teste Eusebio 7 mill. rom. ab austro Eleutheropoleos sita erat in Daroma regione.

לְלָאוֹת v. rad. לוּל.

לָמַד fut. יִלְמַד 1) pr. *castigavit* (arab. لَمَدَ i. q. لَتَمَ, لَدَمَ percussit, virga cecidit), maxime iumenta (v. מַלְמַד), inde *condocefecit* iumenta (v. Pu. Hos. X, 11), tirones ad bellum (quod non sine castigatione factum videtur). 1 Par. V, 18: לִמּוּדֵי מִלְחָמָה *condocefacti ad bellum*. Cf. Pu. no. 2.

2) intrans. condocefactus est, *didicit*, v. c. bellum. Jes. II, 4. Mich. IV, 3. Coniungitur a) sq. accus. v. c. didicit leges Deut. V, 1. Ps. CXIX, 7. 71. 73, iustitiam Jes. XXVI, 10, doctrinam XXIX, 24, sapientiam Prov. XXX, 3, vias alic. Jer. XII, 16. b) sq. inf. Jes. I, 17: לִמְדוּ הֵיטֵב, et gerundio Deut. XIV, 23: לְמַעַן תִּלְמַד לְיִרְאָה אֶת־יְיָ. XVII, 19. XVIII, 9. XXXI, 13. Ezech. XIX, 3. 6. c) sq. verbo finito praevio Vav. Deut. XXXI, 12: לְמַעַן יִלְמְדוּ וְיָרְאוּ *ut discant et timeant* i. e. discant timere, vide Gramm. hebr. §. 139, 3 litt. c. d) sq. אֶל, quod potius est: *assuevit* alicui rei (cf. אָלַף). Jer. X, 2: אֶל דֶּרֶךְ הַגּוֹיִם אַל תִּלְמָדוּ. (Aethiop. ለመደ: Conj. II. IV assuetus, consuetus, solitus fuit, ልሙድ: assuetus, solitus, ልማድ: consuetudo, mos. Syr. ܐܠܡܶܕ arab. تَلْمَذَ discipulum fecit, docuit; ܠܡܰܕ didicit, et ܠܰܡܶܕ docuit, quae Syris vindicatum ivit Doepkius in Lexid. syr. p. 109, vix reperiuntur, v. Roediger in A. L. Z. 1829 p. 221. Usitatius hoc significatu apud Aramaeos est אֲלַף, ܐܠܰܦ).

Pi. 1) *condocefecit*, *assuevit*. Jer. IX, 4: *assueverunt linguam suam, loqui mendacium.* Ps. XVIII, 35: מְלַמֵּד יָדַי לַמִּלְחָמָה. — 2) *docuit*. Construitur a) absol. Ps. LX, 1: *carmen Davidis* לְלַמֵּד *ad docendum*, quod ediscendum est a populo (cf. 2 Sam. I, 18). Addito בְּ loci 2 Par. XVII, 7: לְלַמֵּד בְּעָרֵי יְהוּדָה *ad docendum in urbibus Judae.* Comm. 9. Esr. VII, 10. b) sq. acc. pers. Ps. LXXI, 17: לִמַּדְתַּנִי מִנְּעוּרָי *docuisti me a pueris.* Cant. VIII, 2. Jer. XXXII, 33. Part. מְלַמֵּד doctor, sq. genit. Ps. CXIX, 99. Prov. V, 13. c) sq. acc. pers. et rei, *docuit aliquem aliquid* v. c. bellum Iud. III, 2, linguam et scribendi artem Dan. I, 4, carmen aliquod 2 Sam. I, 18. Jer. IX, 19, sapientiam Eccl. XII, 9, leges viasque Dei Deut. IV, 5. 14. XI, 19. Ps. XXV, 4. XXXIV, 12. LI, 15. CXIX, 12. 26. 64. CXXXII, 12 al. Jer. II, 33: אֶת־הָרָעוֹת לִמַּדְתְּ אֶת־דְּרָכָיִךְ *scelera docuisti vias tuas.* d) sq. acc. pers. et dat. rei (pr. instituit aliquem *ad* aliquem rem) Ps. CXLIV, 1, it. sq. בְּ rei (instituit *in* aliqua re) Jes. XL, 14, מִן rei (*de* aliqua re) Ps. XCIV, 12, it. sq. inf. Jer. IX, 4 (v. no. 1), et gerundio Ps. CXLIII, 10. Jes. XLVIII, 17. Jer. XII, 16. Etiam omisso verbo subst. XIII, 21: אַתְּ לִמַּדְתְּ אֹתָם עָלַיִךְ אַלֻּפִים *tu ipsa docuisti eos* esse *principes super te*, du selbst hast sie abgerichtet (gebildet) zu Fürsten über

dich. e) sq. dat. pers. et acc. rei. Iob. XXI, 22: הַלְאֵל יְלַמֶּד־דָּעַת.

Pu. לֻמַּד 1) *condocefactus est.* Part. Hos. X, 11: עֶגְלָה מְלֻמָּדָה *vitula condocefacta.* Jer. XXXI, 18. Addito genit. *edoctus* aliquid, institutus ad aliquid. מְלֻמְּדֵי מִלְחָמָה Cant. III, 8, מְלֻמְּדֵי שִׁיר 1 Par. XXV, 7. — 2) *docta est* res. Jes. XXIX, 13: מִצְוַת אֲנָשִׁים מְלֻמָּדָה *praecepta humana* populo *inculcata*, eingelernte Menschensatzung, opp. revelationi divinae.

לִמּוּד m. 1) *assuetus* alicui rei. Jer. II, 24: לִמֻּד מִדְבָּר *deserto assuetus.* XIII, 23: לִמֻּדֵי הָרֵעַ assueti sceleri, inde *exercitatus*, *doctus* Jes. L, 4: לְשׁוֹן לִמּוּדִים *lingua exercitatorum* i. e. dicendo exercitata, facunda. — 2) *discipulus*, *alumnus* alicuius. לִמּוּדֵי יְהוָֹה discipuli Jovae i. e. prophetae Jes. L, 4. LIV, 13, pii homines VIII, 16.

מַלְמַד vel **מַלְמָד** cstr. מַלְמַד m. fustis, quo bovem *percutit* arator, ut eum dirigat et *condocefaciat.* Iud. III, 31: *occidit sexcentos Philistaeos* בְּמַלְמַד הַבָּקָר *fuste bovino.* Optime hoc instrumentum describit Kimchius: *est instrumentum, cuius extremitati alteri praefixus est aculeus, qui vocatur* דָּרְבָן, *quo arator bovem pungit. Vocatur autem ita, quia bovem quasi docet arare*, cui adde ex recentioribus Maundrellum (p. 186 edit. gall.): *„nous observâmes, qu'en labourant ils se servoient d' aiguillons d' une grandeur extraordinaire. J'en mesurois plusieurs, qui avoient environ huit pieds de long et six pouces de tour au gros bout. Ils étoient armés au petit bout d' une pointe, pour faire aller leurs boeufs, et à l' autre bout d' une petite bèche ou ratissoire de fer forte et massive, pour oter de la charue la claye, qui l' empèche de travailler.“* Apud Phoenices hoc instrumentum לָמֵד (לָמֵד) dictum est, eiusque similitudinem refert ל littera in alphabeto Phoenicio (v. pag. 727); gr. βουπλήξ Il. 6, 135 et βούκεντρον, lat. *stimulus*, v. Bocharti Hieroz. I, 408 Lips. et Chr. Schoettgen de stimulo boum, in eiusd. triturae et fulloniae antiquitt. (Lips. 1763) p. 79 sqq. Paulsen Ackerbau der Morgenländer §. 31, Rosenmüller Morgenland ad Iudd. l. c. Apud Hebraeos quomodo differat a דָּרְבָן, Kimchius l. c. bene indicavit. — Alex. ἐν τῷ ἀροτρόποδι τῶν βοῶν, inferiorem aratri partem intelligens. Vulg. vomere. Sed Targ. פְּרַשׁ תּוֹרַיָּא. Syr. ܡܣܩܐ ܕܬܘܪܐ, quod Arabs transtulit فاس البقر securis boum, sed in Lex. Adleriano „ܡܣܩܐ مسّاس stimulus quo boves suppunguntur“, id enim significare videtur hacc vox arabica a tangendo dicta.

תַּלְמִיד m. *discipulus.* 1 Paral. XXV, 8. Syr. ܬܠܡܝܕܐ, arab. تلميذ id.

לָמָּה ,לָמָה ,לָמֶּה v. מָה.

לְמוֹ poet. pro לְ (ut כְּמוֹ pro כְּ, בְּמוֹ pro בְּ, v. מוֹ), quater occurrit in libro Iobi, XXVII, 14. XXIX, 21. XXXVIII, 40. XL, 4.

לְמוּאֵל (*a Deo* sc. *creatus*, ut לָאֵל Num. III, 24 cf. Iob. XXXIII, 6, sec. Simon. Deo sc. dicatus, ut aeth. Zajesus, Zachristus i. e. Jesu, Christi sc. proprius) Prov. XXXI, 4 et

לְמוֹאֵל (id.) ibid. comm. 1 n. pr. regis aliunde ignoti, prob. non Israelitici (fort. arabici), cui sententiae morales l. c. V. 2 — 9 destinatae erant. Varias virorum doctorum, quorum plerique Salomonem ipsum hoc nomine dici censebant, coniecturas v. ap. Rosenm. ad Prov. l. c. et Bertholdtum in introd. in V. et N. T. V, p. 2196 sqq.

לָמַךְ rad. inusit. Arab. لمك gustavit, sed يلمك (non تلمك, ut apud Golium et Castellum est, v. Kamûs p. 1377) iuvenem robustum designat.

לֶמֶךְ n. pr. *Lamech*, quod gerunt 1) filius Methusaëlis, Cainitarum ultimus, armorum a Tubalcaino filio inventorum abusu famosus Gen. IV, 18 — 24. 2) filius Methusalae, Sethitarum ultimus Gen. V, 25 — 31.

לְמִן v. מִן rad. מָנַן.

לְמַעַן propter, quia, v. מַעַן, rad. עָנָה.

לָעַב in Kal inusit. Chald. אִתְלַעַב, syr. ܐܬܠܥܒ subsannavit, illusit Gen. XXVII, 11 Targ., לְעֵיב, לְעַב, תַּלְעַב ludibrium, arab. لعب lusit, iocatus est Cor. 21, 56, ludibrio habuit, velut res sacras Cor. 21, 2, لعب et لعبة lusus, لعب ludibrium Cor. 5, 62. 6, 69. 7, 49. Inde gr. λώβη, λωβάομαι (ע Semitarum in ô mutato). Cognatum est verbis ligurriendi, *balbutiendi* (v. לָעַג, לָעַז et ad rad. לוּעַ), quo pertinet significatus *salivandi* apud Arabes, *ligurriendi*, *vorandi* apud Syros: subsannandi autem significatio a balbutiendo ducta est.

Hiph. ludibrio habuit (nuncios Dei) 2 Par. XXXVI, 16, sq. בְּ pers.

לָעַג pr. *balbutivit* (syr. ܠܥܓ, it. ܠܓܠܓ, لغلغ, لخلخ, aeth. ለሐለሐ: et ለአለአ: balbus cf. ad rad. לוּעַ). Inde

1) *barbare locutus est* (cf. לָעַז) v. Niph. Sic transpos. עִלֵּג arab. علج barbare loquens.

2) *irrisit, subsannavit,* pr. vocem alicuius balbutiendo imitatus est per ludibrium. (Zab. ܠܥܓ id. Cod. Nasar. 1, 324 lin. 7. Chald. לַגְלֵג irrisit. Cf. in linguis indogerm. pers. لاغيدن iocari, goth. *hlakjan, lahhan,* nostr. *lachen*, angl. *to laugh*, transp. gr. γελάω, it. χλευάζω).

Constr. absol. Iob. XI, 3, plerumque sq. לְ pers. et rei (Iob. IX, 23). Prov. XVII, 5: לֹעֵג לָרָשׁ חֵרֵף עֹשֵׂהוּ *qui irridet pauperi, probro afficit creatorem suum.* XXX, 17. 2 Reg. XIX, 21. Jes. XXXVII, 22. Jer. XX, 7. Ps. LXXX, 7 (ubi לָמוֹ πλεονάζει, cf. לְ no. 3, b; nisi forte legendum לָנוּ). Spec. dicitur a) de iis, qui alienis malis insultant Iob. IX, 23: לְמַסַּת נְקִיִּם יִלְעָג, sq. בְּ Prov. I, 26, sq. לְ pers. Iob. XXII, 19 (ludificari aliquem); b) de homine protervo, qui Deo et pietati irridet, absol. Iob. XI, 3 (cf. לוּץ part. לֵץ). c) *Irridere* alicui dicuntur, qui minas eius contemnunt utpote nil sibi nocituras. Ps. II, 4: אֲדֹנָי יִלְעַג לָמוֹ *Dominus irridet iis.* LIX, 9. Jes. XXXVII, 22.

Niph. barbare locutus est. Jes. XXXIII, 19: עַם — נִלְעַג לָשׁוֹן אֵין בִּינָה.

Hiph. i. q. Kal no. 2 *illusit, irrisit* Iob. XXI, 3, sq. לְ pers. Ps. XXII, 8. Neh. II, 19, בְּ 2 Par. XXX, 10, עַל Neh. III, 33 (IV, 1). — LXX. ἐκγελάω, καταγελάω, μυκτηρίζω, καταμωκάομαι.

לָעֵג m. 1) *barbare loquens.* Jes. XXVIII, 11: לַעֲגֵי שָׂפָה populi *sermonis barbari*, int. Assyrios. — 2) *sannio, scurra.* Ps. XXXV, 16: לַעֲגֵי מָעוֹג *sanniones placentae* i. e. parasiti, v. מָעוֹג sub rad. עוּג.

לַעַג m. 1) *subsannatio, irrisio.* Ps. LXXIX, 4. CXXIII, 4. Ezech. XXIII, 32. XXXVI, 4, meton. de caussa eius Hos. VII, 16. — 2) spec. subsannatio Dei, *sermo impius* Iob. XXXIV, 7 (cf. verbum XI, 3, et לֵץ).

לעד rad. inusit. Arab. لَغَدَ redegit in ordinem. Inde

לַעְדָּה (ordo) n. pr. viri 1 Par. IV, 21.

לַעְדָּן (ordinatus) n. pr. virorum 1) 1 Par. VII, 26. 2) XXIII, 7. XXVI, 21.

לָעָה i. q. arab. لغا, لغى *temere locutus est,* inania effutivit (etiam simpl. locutus est) Cor. 41, 25, لَغْوٌ sermo temerarius, inanis Cor. 52, 22, temeritas in iurando ib. 2, 225, battologia in precando 23, 3, كلمة لاغية dictum vanum et temerarium, cf. Schnurrer diss. phil. crit. p. 413. Origo est in balbutiendo et *blaterando* (v. ad rad. לוּעַ cf. יָלַע no. 1. 2). Huc referas Iob. VI, 3: עַל־כֵּן דְּבָרַי לָעוּ *propterea verba mea temeraria sunt*, ubi barytonon לָעוּ scriptum est pro לָעוּ (Milra) propter pausam, ut אַתָּה in pausa אָתָּה. Alex. τὰ ῥήματά μου ἐστὶν φαῦλα. Alii ex veteribus interpretantur: *lassa sunt, deficiunt* (Targ. Theodot.), a chald. לְעָא i. q. לָאָה. Ex nostratibus nonnulli conferunt arab. لاع med. Vav pavore vel morbo affectus est, med. Je etiam: taedio affectus est, quod verborum contextui minus accommodatum est.

לָעַז *barbare locutus est*, pr. balbutivit, v. לָעַג et ad rad. לוּעַ. Ps. CXIV, 1: עַם לֹעֵז *populus barbare loquens.* (Syr. ܠܥܙ barbare, pec. aegyptiace locutus est Cast., لعز تكلم عجميا Lex. Adler., cf. ܠܥܙ balbutivit. Talmud. et Rabbin. לועזים appellantur, qui alia lingua atque Hebraea utuntur, לשון לעז lingua vernacula v. c. Hispanorum, Provincialium, Italorum, v. loca Mischnae ap. Kimchium).

לָעַט *ligurrivit, avide voravit*, i. q. arab. quadril. لعطم et transp. لعطمط, cf. لَعْصٌ voracitas, et quae laudavimus ad rad. לוּעַ. Talmud. הלעיט cibavit bestias. Mischna Schabb. 24, 3. fol. 155 vers. Cholin fol. 58 vers.

Hiph. Gen. XXV, 30 de Esavo pulmentum lentium appetente: הַלְעִיטֵנִי נָא *da mihi ligurriendum.*

לען rad. inusit. Arab. لعن maledixit, exsecratus est, inde abegit (sc. maledictis). Origo fortasse est in salivando et *spumando* (arab. لُعَامٌ saliva, لَغَمَ spumavit, cf. radd. a לע ordientes), quod ad iram et maledictiones referri poterat.

לַעֲנָה f. herba quaedam et perquam amara (Prov. V, 4, ubi opponitur melli), et ut videtur venenosa (Deut. XXIX, 17, ubi Jonath. אַגְדְּנָא דְמוֹתָא), propterea cum papavere passim copulata (Jer. IX, 14. XXIII, 15), sec. Targg. Syr. Vulg. et plerosque Rabbinos (non Alex., qui nusquam nomen herbae ponit, sed πικρίαν Deut., ἀνάγκας, ὀδύνην Jerem.) *absinthium* (v. Celsii Hierob. I, p. 482), quod, pariter atque aliae herbae amarae (Hebr. XII, 15), noxium vulgo creditum est (Apoc. VIII, 11). Non incredibile igitur, originem repeti a maledicendo, qs. abominanda et detestanda sit herba. Transfertur ad *sortem acerbam* Thren. III, 15. 19, unde cibavit aliquem absinthio i. e. calamitatibus affecit Jer. ll. cc., neque non *iniuriam acerbam*, unde iudices iniusti dicuntur ius vertere in absinthium Am. V, 7. VI, 12. Absinthium in Palaestina crescere, testis est Hasselquist (itin. p. 184): nihilominus Celsius l. c. p. 486 et J. E. Faber in Hierobot. inedito (v. Rosenm. bibl. Naturgesch. I, 117) non hoc dici volunt, sed plantam cognatam, arab. شيح dictam, nostr. absinthium santonicum, gustu amariorem etiam quam absinthium, quam ab absinthio veteres distinxisse equidem vix crediderim. (Etiam apud Poenos λανάθ, quod respondere videtur hebraeo לַעֲנָה, est herbae nomen, sed περικλύμενον, hepatitis Dioscorid. 4, 15, לעונים Mischna Cilaim 3 est atriplex). Pluralem huius nominis R. Jonas invenisse sibi visus est in לַעֲנוֹת Prov. XV, 28, ad sententiam eius commatis conferens Eccl. VII, 4: sed recte observat Kimchius, ita scribendum fuisse לְעַנּוֹת.

לַפַּד rad. inusit. *flammavit*, *luxit*, gr. λάμπω. Origo est in *lambendo*, quod Semitae et Graeci syllaba *lab*, *lap* exprimunt (לָאַב, לָהַב, *labium*, لب Lippe, v. pag. 750 B) et ad flammam referunt. Communis igitur verbi hebraei et graeci radix est לף, tertia radicalis ד accessit eodem modo, atque in עִם, עֶמֶד, gr. ὅμος, ὅμαδος; eiusque vestigium habes in graeco λαμπάς, gen. λαμπάδος. Ex semitico לַפַּד more Aramaeorum declinato לַמְפַּד ortum est gr. λάμπω, ex לַפִּיד, syr. ܠܡܦܐܕ, chald. לַמְפַּד, gr. λαμπάς, λαμπάδος, non contra. — Quod olim contulimus لبد *splenduit* ex Castello desumtum, spurium est, et huius lexicographi errori debetur. Teste Kamuso p. 417 haec radix non nisi humilitatis et percutiendi (cf. למד) significationem habet.

לַפִּיד pl. לַפִּידִים, לַפִּדִים m. 1) *flamma*. Gen. XV, 17. Exod. XX, 18. Iob. XLI, 11. Jes. LXII, 1. Nah. II, 5. לַפִּידֵי אֵשׁ Dan. X, 6. — 2) *lampas*, *fax*. Iud. VII, 16. 20. XV, 4. 5. Zach. XII, 6. Multi huc referunt etiam Iob. XII, 5: לַפִּיד בּוּז לְעַשְׁתּוּת שַׁאֲנָן נָכוֹן לְמוֹעֲדֵי רָגֶל *fax contemta* (i. e. abiecta, quae lucere desiit, q. d. dilapsa fax in cineres Hor. Carm. 4, 13, 28, cf. Jes. VII, 4) *secundum cogitationes securi* est qui *propinquus* est *nutationibus pedis* i. e. qui lapsui et ruinae propinquus est. Sed membrorum parallelismo accommodatius לַפִּיד ita accipias, ut respondeat verbis לְמוֹעֲדֵי רָגֶל in altero membro, in hanc sententiam: *infortunio* (לַפִּיד a לְ et פִּיד) *contemtio iuxta cogitationes securi*, ea (contemtio) *parata est his quorum pedes nutant.*

לַפִּידוֹת (flammae, faces) n. pr. mariti Deborae prophetissae Iud. IV, 4.

לָפַת fut. יִלְפֹּת pr. *flexit*, *plexit*. (Arab. لفت inflexit, torsit aliquid lingua, deflexit faciem. V. respexit capite flexo. VIII. convertit se ad aliquem Har. 1, p. 40. 4, 26 Schult. Cor. 11, 83. vit. Salad. p. 17. 22. 26). Inde *amplexus est*. Iud. XVI, 29: וַיִּלְפֹּת שִׁמְשׁוֹן אֶת־שְׁנֵי עַמּוּדֵי הַתָּוֶךְ וגו׳ *et amplexus est Simson duas columnas medias*, *quibus superstructum erat templum*, *iisque innixus est*, *alteram* amplexus *dextra manu* (dextro brachio), *alteram sinistra* 30: .... *et inclinavit eas valide* (וַיֵּט בְּכֹחַ), *tum cecidit templum* cet. Amplectendi significatum, qui a flectendi et plectendi potestate facile ducitur, expresserunt veteres omnes (LXX περιέλαβε. Vulg. apprehendens. Targ. et Syr. prehendit, tenuit. Jarchi: אינברצא i. e. embrasser), e recentioribus probarunt Lud. de Dieu, Clericus al. et recte quidem: Kimchius al. h. l. inclinandi vim verbo tribuunt (וַיִּלְפֹּת i. q. וַיַּטֵּה), renitente narrationis ordine, praesertim quum versu demum 30 inclinationis mentio fiat.

Niph. inflexit se. a) ad videndum (v. arab.). Ruth III, 8. b) Iob. VI, 18: יִלָּפְתוּ אָרְחוֹת דַּרְכָּם *inflectunt se* (deflectunt) *viatores viae eorum* (rivorum) i. e. catervae viatorum, qui hac via incedunt, a semita deflectunt rivos sibi aliunde notos quaesituri, sed non inveniunt, quia exaruerunt. אָרְחוֹת st. cstr. *viae*, poët. dicuntur *viatores* (ut VI, 19. XXXI, 32), *viatores viae* cuiusdam, sunt qui in aliqua via ingrediuntur. Male autem Lud. de Dieu et Clericus etiam his duobus locis tenendi potestatem vindicant.

לָצַץ rad. incerta, ad quam referunt לֹצְצִים *irrisores* Hos. VII, 5, quod quidem dictum videtur pro מְלֹצְצִים, Pil. a rad. לוּץ.

לָקַח inf. absol. לָקוֹחַ (cum vi imperat.) Deut. XXXI, 26. Jer. XXXII, 14, Ez. XXIV, 5, cstr. קַחַת, semel קַחַת־ 2 Reg. XII, 9, c. praef. לָקַחַת (distinguendum a לָקְחָה 2 fem. praet. 1 Reg. XIV, 3. Ez. XXII, 12), c. suff. קַחְתִּי (semel, ut videtur, קַחְם eos sumendo Hos. XI, 3 cf. קָח Ez. XVII, 5), imp. לְקַח Ex. XXIX, 1. Prov. XX, 16, לִקְחִי 1 Reg. XVII, 11, sed longe frequentius קַח, קְחִי, קְחוּ, c. He parag. קְחָה Gen. XV, 9 fut. יִקַּח, pl. יִקְחוּ

1) *cepit* i. q. λαμβάνω. (In linguis cognatis nonnisi speciales quidam significatus servati sunt, ut arab. لقح semen recepit camela, gravida facta est, aeth. ለቀሐ: mutuum, res mutuo accepta; in una Melitensi reperitur *laqach* fut. *jylqach* accipio, excipio, hospitium do, v. Vassalli p. 430. Cognatum est transp. لحق cohaesit, adhaesit, v. Hithpa., in indogermanicis gr. λάχω, λαγχάνω). Pr. est *manu cepit*, *prehendit* (fassen, ergreifen). Gen. VIII, 9: *extendit manum* וַיִּקָּחֶהָ *et prehendit eam* (columbam). Ps. XVIII, 17. 2 Sam. XXII, 17. 1 Sam. XVI, 23: *et prehendit Davides citharam*. Iob. XL, 24: בְּעֵינָיו יִקָּחֶנּוּ *num prehendet eum quisquam*, *eo vidente?* Sq. acc. pers. et בְּ membri Ez. VIII, 3: וַיִּקָּחֵנִי בְּצִיצִת רֹאשִׁי *et prehendit me in cincinno capitis* (gr. dicas τῆς κόμης cf. hist. Beli 36): raro sq. לְ pers. Jer. XL, 2. — Dein i. q. *sumsit* (nehmen), c. acc. rei Gen. VIII, 20: *et sumsit* (Noachus) *varias bestias* ..... *easque obtulit in holocaustum*. II, 21: *et sumsit unam costarum eius*. 22. IX, 23. XVIII, 7. 8. XXI, 14. 27. Ex. VII, 9. XVI, 33. XXIX, 1. 5. 7. 13. 16. Lev. XXIV, 21. 51. XVI, 7. 12. Num. V, 17. VI, 18. XIX, 6. 18. Jes. XXIII, 16. 2 Reg. XII, 6 cet. et pers. Gen. II, 15: *et sumsit Jova Deus Adamum eumque posuit in horto*. XI, 31. XII, 5: *et Abramus sumsit Saram* .... *et emigrarunt in terram Cananaeam*. XVI, 3: *et Sara sumsit Hagaram* .... *eamque dedit Abramo uxorem* (pellicem). XVII, 23. XX, 2. XXII, 3. XXIV, 61. XXIX, 23. XXXIV, 2. 17. XLV, 18. XLVII, 2. Deut. IV, 20. 2 Sam. II, 8. Jes. XIV, 2. XXXIX, 7, in cuius generis exemplis לָקַח, pariter atque gr. λαβών (Viger. Herm. p. 352) saepe videtur πλεονάζειν, inservit tamen rei copiosius describendae et quasi ante oculos ponendae. Eodem referendum est 2 Sam. XVIII, 18: וְאַבְשָׁלֹם לָקַח וַיַּצֶּב־לוֹ

בְחַיָּיו אֶת־מַצֶּבֶת *et Absalom sumsit et erexit sibi vivo cippum.* 1 Reg. XI, 37: אֹתְךָ אֶקַּח וּמָלַכְתָּ *te sumam* (eligam regem) *et regnabis:* sed Jer. XXIII, 31 verbis: *qui sumunt linguam suam et oracula efferunt* id significari videtur, prophetas falsos lingua sua abuti.

Obiecto etiam praemittitur מִן partitivum: (aliquid) rei v. c. לָקַח מִדָּם *cepit* aliquid *de sanguine*, sanguinis Lev. IV, 25. Gen. VI, 21. XXVIII, 11. XLIII, 11. Accusativus pronominis (ut post verba dicendi) saepe omittitur. Gen. XII, 19: *ecce uxorem tuam* קַח וָלֵךְ *accipe* eam *et abi.* XXIV, 51. XXVII, 14. XXXIII, 11: sed anacoluthon potius quam ellipsis, nedum scribarum vitium, est in his Num. XVI, 1: *et sumserunt Korachus .... et Dathan et Abiram ..... 2: et surrexerunt contra Mosen cum 250 viris*, pro: *et sumserunt 250 viros et surrexerunt cum iis contra Mosen* (cf. supra 2 Sam. XVIII, 18). — Is (id), *a* quo, unde aliquid accipitur, ponitur praevio מִן Gen. XXIII, 13, מִיַּד Num. V, 25. 1 Sam. X, 4, מֵאֵת Lev. VII, 34. Exod. XXV, 2. XXXV, 5, locus, unde aliquid capitur, praevio מִן Gen. XLV, 19. Jos. IV, 20. VII, 11, מֵעַל Jes. VI, 6.

Addito dat. commodi לָקַח לוֹ pr. est: *cepit* s. *sumsit sibi* (für sich nehmen). Gen. XXXVIII, 23: תִּקַּח לָהּ *sumat sibi* (sie mag es für sich nehmen). XIV, 21. Num. VIII, 16, sed saepius vis pronominis extenuata est, ut paene redundare videatur. Iob. II, 8: וַיִּקַּח לוֹ חֶרֶשׂ, max. in imp. Lev. IX, 2: קַח לְךָ עֵגֶל. XV, 14. 29. Ex. XXX, 23. 1 Sam. XXI, 10. Jes. VIII, 1. Jer. XXXVI, 2. Ezech. IV, 1. 3. 9. V, 1. XXXVII, 16 pl. קְחוּ לָכֶם Gen. XLV, 19. Exod. V, 11. IX, 8. Jos. III, 12. IV, 2. Iob. XLII, 8.

Spec. a) *cepit mulierem* i. e. eam uxorem duxit, ut gr. λαμβάνειν γυναῖκα Gen. VI, 2. XIX, 14. XXV, 1. XXXVI, 2. 1 Sam. XXV, 43: אֶת־אֲחִינֹעַם לָקַח דָּוִד. 1 Reg. VII, 8, plenius לָקַח לוֹ אִשָּׁה Gen. IV, 19. Ex. XXI, 10. לָקַח לוֹ פִּלֶגֶשׁ לְאִשָּׁה Gen. XII, 19. Ex. VI, 25. Deut. XXIV, 3. XXV, 5 (cf. similem locutionem: לָקַח לוֹ לְבַת fecit aliquam filiam i. e. adoptavit eam Esth. II, 15). Contra pater iuvenis dicitur *capere uxorem filio suo*, קַח־לִי לָקַח פִּלֶגֶשׁ לְאִשָּׁה לִבְנוֹ. Gen. XXXIV, 4: אֶת־הַיַּלְדָּה הַזֹּאת לְאִשָּׁה. Iud. XIV, 2. 3. Neh. X, 31. Gen. XXIV, 3. 4. Ellipt. Exod. XXXIV, 16: וְלָקַחְתָּ מִבְּנֹתָיו (נָשִׁים) לְבָנֶיךָ. In recentioribus libris pro לָקַח utuntur verbo נָשָׂא (aram. ܢܣܒ), in quo eadem ellipsis reperitur Esr. IX, 2. 12 coll. 2 Par. XXIV, 3.

b) *cepit* i. q. *abstulit* (wegnehmen), quod nonnunquam cum vi et violentia fit (בְחָזְקָה 1 Sam. II, 16). 1 Sam. XII, 3: אֶת־שׁוֹר מִי לָקַחְתִּי v. c. ab hostibus Gen. XXXIV, 28. XLVIII, 22. Iud. V, 19. Jer. XXVIII, 3. LII, 19. 25, inde *captivum fecit* (gefangen nehmen) et *abduxit* Gen. XIV, 12. 1 Sam. XIX, 14. 20. — לָקַח נֶפֶשׁ פ׳ vita aliquem privare (einem das Leben nehmen) Ps. XXXI, 14. 1 Reg. XIX, 10. 14. Prov. I, 19, cf. Jon. IV, 3. Iob. I, 21: יְהוָה נָתַן וַיהוָה לָקָח. Gen. XXVII, 35: *venit frater tuus fraudulenter* וַיִּקַּח בִּרְכָתֶךָ *et abstulit benedictionem tuam.* Iob. XII, 20: טַעַם זְקֵנִים יִקָּח *intellectum senum* (Deus) *aufert.* — Deus *auferre* dicitur hominem, quem e medio sublatum in coelum recipit Gen. V, 24. 2 Reg. II, 3. 5. Fortius est: *abripuit.* Jer. XV, 15: אַל לְאֶרֶךְ אַפְּךָ תִּקָּחֵנִי *ne abripias me pro longanimitate tua.* Iob. XV, 12: מַה יִּקָּחֲךָ לִבֶּךָ *quid abripit te animus tuus?* i. e. quo te abripit animi tui impotentia.

c) *cepit* i. q. *occupavit* (einnehmen), ut urbes terrasve hostiles Num. XXI, 25. Deut. III, 14. XXIX, 8. Iud. XI, 13. Metaph. Iob. III, 6: *noctem illam occupet caligo*, it. *occupavit* aliquem i. e. sibi totum conciliavit (nostr. jemanden einnehmen). Prov. VI, 25 de meretrice blanditiis aliquem pelliciente: אַל תִּקָּחֲךָ בְּעַפְעַפֶּיהָ *ne capiat te palpebris suis* i. e. oculorum nutibus. XI, 30: לֹקֵחַ נְפָשׁוֹת חָכָם.

d) *cepit* et *duxit* aliquem aliquo (jemanden wohin führen, *bringen*), sq. acc. pers. et אֶל loci. Num. XI, 16: וְלָקַחְתָּ אֹתָם אֶל אֹהֶל מוֹעֵד *eosque* (viros) *ducas ad tentorium conventus.* XXIII, 27. Iob. XXXVIII, 20: כִּי תִקָּחֶנּוּ אֶל־גְּבוּלוֹ *tu enim duxisti eam in territorium eius* (iron.) 2 Reg. XVIII, 32. Jes. XXXVI, 17, sq. אֶל pers. ad quam quis ducitur Gen. XLVIII, 9, sq. לְ Prov. XXIV, 11: לְקֻחִים לַמָּוֶת *qui ad supplicium ducuntur*, sq. לְ c. infinit. Exod. XIV, 11.

e) *cepit* et *arcessivit* aliquem, *petiit* rem (jemanden, etwas holen), sq. acc. rei Gen. XVIII, 5. 7. 8. XXVII, 13. 1 Reg. XVII, 11. 2 Sam. IV, 6: *venerunt petituri* (i. e. emturi) *triticum*, um Weizen zu holen; c. acc. pers. 2 Reg. III, 15: קְחוּ לִי מְנַגֵּן *arcessite mihi citharoedum.* Gen. XLII, 16. XLIII, 13. Iud. XI, 5. Am. IX, 2. 3, saepe *arcessivit* per alium, *arcessi iussit.* 1 Sam. XVI, 11: שִׁלְחָה וְקָחֶנּוּ. Gen. XX, 2: *et misit Abimelech* .... וַיִּקַּח אֶת שָׂרָה. Num. XXIII, 11. Jer. XXXVII, 17. — Additur מִן loci, unde aliquis arcessitur. Am. VII, 15: וַיִּקָּחֵנִי מֵאַחֲרֵי הַצֹּאן. Ps. LXXVIII, 70.

2) a) *accepit*, rem oblatam (annehmen, δέχομαι) v. c. dona 1 Sam. XII, 3. Ps. XV, 5. Am. V, 12 (שֹׁחַד), cibum (מִיַּד פ׳ Iud. XIII, 23), it. de emtore merces venales emente (die Waare dem Verkäufer *abnehmen*) Neh. X, 32 (cf. מַקָּחוֹת), de Deo preces benigne accipiente Ps. VI, 10, de homine consilia et monita admittente, iisque morem gerente Prov. II, 1: בְּנִי אִם תִּקַּח אֲמָרַי. IV, 10. X, 8. XXIV, 32. Iob. XXII, 22. — b) *recepit* (aufnehmen). Gen. IV, 11: *e terra, quae aperuit os suum* לָקַחַת אֶת־דְּמֵי אָחִיךָ מִיָּדֶךָ, *ut reciperet sanguinem fratris tui e manu tua:* inde *recepit* in tutelam et patrocinium Ps. XLIX, 16. LXXIII, 24. — c) *accepit* (bekommen, erhalten, empfangen). Jes. XL, 2: כִּי לָקְחָה מִיַּד יְהוָה כִּפְלַיִם *nam accipiet e manu Jovae duplum* cet. Prov. IX, 7. XXII, 25. Num. XXIII, 20: הִנֵּה בָרֵךְ לָקָחְתִּי *ecce benedictionem accepi* a Deo. Prov. XXXI, 16: *in animum inducit, agrum emere* וַתִּקָּחֵהוּ *et accipit eum*, et voti compos fit. Kimchi: et *emit* eum, cf. 2 Sam. IV, 6. Neh. X, 32. LXX. ἐπρίατο. — d) *accepit, percepit* auribus (vernehmen). Iob. IV, 12: וַתִּקַּח אָזְנִי שֵׁמֶץ מֶנְהוּ *et percepit auris mea susurrum eius.*

Niph. נִלְקַח 1) pass. Kal 1, litt. b *auferri* 1 Sam. XXI, 7, v. c. de arca foederis ab hostibus ablata 1 Sam. IV, 11. 17. 19. 21. 22, de Elia in coelum sublato 2 Reg. II, 9: *abripi* Ez. XXXIII, 6. — 2) pass. Kal 1, litt. d. *adduci* Esth. II, 8. 16 (sq. אֶל).

Pu. לֻקַּח et fut. *Hoph.* יֻקַּח (desiderantur enim fut. Pu. et Praet. Hoph.) 1) pass. Kal no. 1 *sumtus est* sq. מִן eius, unde quid sumitur: Gen. II, 23. III, 19. 23. Iob. XXVIII, 2. Ezech. XV, 3, *desumtus, repetitus est* Jer. XXIX, 22: *et inde repetatur maledictio* cet. — 2) pass. no. 1, litt. b. *ablatus est*, de rebus Jes. XLIX, 24. 25 (sq. מִן pers.). Iud. XVII, 2 (sq. לְ pers., alicui); de personis v. c. in coelum 2 Reg. II, 10 cf. Jes. LIII, 8: מֵעֹצֶר וּמִמִּשְׁפָּט לֻקָּח *ex angustiis et poenis ablatus est* (sc. morte): it. *abductus est* in captivitatem Jes. LII, 5. Jer. XLVIII, 46. — 3) pass. 1 litt. d *arcessi*, de rebus Gen. XVIII, 4, de personis Gen. XII, 15.

Hithpa. part. אֵשׁ מִתְלַקַּחַת *ignis se continens* i. e. cohaerens, conglomeratus, acervus ignis Ex. IX, 24. Ez. I, 4. Cf. הִתְלַבֵּר.

לֶקַח c. suff. לִקְחִי m. 1) *artes*, quibus animus alicuius *capitur* (Kunst jemanden einzunehmen) Prov. VII, 21, cf. rad. no. 1, litt. c. (Hor. Sat. 2, 7, 46: te coniux aliena capit, capere amore Liv. 30, 12. Arab. أُخْذَة techna, qua mulieres allicere solent viros, philtrum, amuletum). — 2) *doctrina, scientia, sapientia*, quam quis *accepit* s. *percepit*, didicit (v. rad. no. 2, litt. a. d. cf. plura verba accipiendi, quae ad discendi et doctrinae potestatem transferuntur, velut chald. קַבֵּל accepit, et auscultavit, obtemperavit, קַבָּלָה doctrina, sam. [Samaritan] doctrina Deut. XXXII, 2 a [Samaritan] accepit, arab. أَخَذَ منه accepit, didicit ab eo, gr. παραλαμβάνω Herod. 1, 38, λῆμμα oraculum, a λαμβάνω, lat. accipio Cic. nat. deor. 3, 1) Prov. I, 5: *sapiens audit* וְיוֹסֶף לֶקַח *et auget scientiam* suam, IX, 9. XVI, 21, et quatenus haec cum aliis communicatur 3) *institutio*, docentis *oratio* Prov. IV, 2. Deut. XXXII, 2: יַעֲרֹף כַּמָּטָר לִקְחִי. Iob. XI, 4: זַךְ לִקְחִי: Vulg. sermo meus. (Melit. *laqcha* לקחה lex, v. Vassalli p. 430).

לִקְחִי (doctus, doctrina imbutus) n. pr. viri 1 Par. VII, 19.

מַלְקוֹחַ m. 1) *captura, praeda*, sed spec. pecoris et iumentorum. Num. XXXI, 12: אֶת־הַשְּׁבִי וְאֶת־הַמַּלְקוֹחַ וְאֶת־הַשָּׁלָל *captivos et praedam et exuvias*, sed comm. 11. 27. 32 etiam captivi (הַשְּׁבִי) sub h. v. comprehenduntur, Comm. 11: וַיִּקְחוּ אֶת־כָּל־הַשָּׁלָל וְאֵת כָּל־הַמַּלְקוֹחַ בָּאָדָם וּבַבְּהֵמָה. Inde Comm. 26: מַלְקוֹחַ הַשְּׁבִי praeda captivorum (die Beute an Gefangenen). Etiam Jes. XLIX, 24. 25 in parallelismo est שְׁבִי.

2) Dual. מַלְקוֹחַיִם utraque mandibula, qua cibus *capitur* Ps. XXII, 16. Kimchi: quod supra et infra linguam est.

מֶלְקָחַיִם dual. 1) *forceps* Jes. VI, 6, cf. gr. λαβίς, λαβίδιον a λαμβάνω. — 2) *emunctorium*, itidem forcipis speciem habens 1 Reg. VII, 49. 2 Par. IV, 21. C. suff. מֶלְקָחֶיהָ Ex. XXV, 38. XXXVII, 23. Num. IV, 9.

מִקָּח m. *acceptio* (donorum) 2 Par. XIX, 7.

מַקָּחוֹת f. pl. *venalia, merces* Neh. X, 32, ab emendi significatu (cf. nostr. abnehmen, Abnehmer pro Käufer), quem radix habet ibid. et 2 Sam. IV, 6. Apud Judaeos מִקָּח est emtio, opp. מִמְכָּר venditioni Baba Mezia fol. 1 verso. „Dandi et accipiendi vocabula ad negotiationes et commercia referuntur, ut chald. et syr. תְּרָא dare et שְׁקַל accipere etiam negotiari significant; מַשָּׂא וּמַתָּן [i. e. accipere et dare] apud Talmudicos passim pro negotiatione venit [unde *massematten* in dialecto latronum, quae maximam partem e iudaeo-germanica fluxit, *emere, negotiari*, per euphem. pro furari, Ges.], sic pers. داد استد emtio et venditio, pr. datio et acceptio, ἀποδίδομαι vendo [Xen. Memorab. 2, 5. 3, 7].“ Simonis Lex., iam ed. 1.

לָקַט fut. יִלְקֹט *legit, collegit*, maxime res humi iacentes, ut lapides Gen. XXXI, 46, flores Cant. VI, 2, mannam Exod. XVI, 4 sqq. Num. XI, 8, spicas Ruth II, 8. Poët. de animantibus terrae pabulum a Deo qs. sparsum colligentibus Ps. CIV, 28. Coniungitur plerumque sq. acc., sed etiam absol., ut לָקַט בַּשָּׂדֶה legere (aristas) in agro Ruth II, 8. (Arab. لَقَطَ legit rem humi abiectam, لَقَطٌ, لِقَاطٌ, لَقَطٌ, لُقَاطٌ spicae post messem collectae, لُقْطَةٌ et لُقَاطَةٌ res de humo lecta, لَقِيطَةٌ homo vilis, abiectus. Syr. ܠܩܛ Pe. et Pa. id. v. c. Barhebr. 420 de lignis colligendis. Sam. [Samaritan] Gesen. Carm. sam. p. 36, sed Nasor. ܠܩܛ collegit, it. sumsit, prehendit, vic. לָקַח).

Pi. i. q. Kal, *legit*, collegit spicas Ruth II, 16 sqq. Jes. XVII, 5, acinos in vinea sparsos Lev. XIX, 10, ligna Jer. VII, 18, herbas 2 Reg. IV, 39, sagittas ab aliquo iactas 1 Sam. XX, 38. Minus proprie de colligenda pecunia, quae civibus imperata erat Gen. XLVII, 14. Plerumque construitur sq. acc., sed passim absol., לִקֵּט בַּשָּׂדֶה Ruth. II, 3. 17 legit (spicas) in agro, et sic Iud. I, 7: *legebant* (micas panis) *sub mensa mea*, cf. Mt. XXV, 27. (LXX plerumque συλλέγω, semel ἀναλέγω 1 Sam. XX, 38, quinquies συνάγω v. c. Gen. XLVII, 14. Jes. XXVII, 12).

Pu. colligi, poët. de populo in terra disperso Jes. XXVII, 12, et eodem modo

Hithpa. congregari, sq. אֶל ad aliquem. Iud. XI, 3.

לֶקֶט m. *spicilegium* Lev. XIX, 9. XXIII, 22.

יַלְקוּט m. *pera*, in quam res (lapides cf. Gen. XXXI, 46) *colliguntur* 1 Sam. XVII, 40, ubi distinguitur a כְּלִי הָרֹעִים vasculo s. sacculo pastorum, et peram

venatoris vel fundatoris significasse videtur, quam praeter peram pastoriciam gerebat Davides.

לָקַם rad. inusit. Arab. لقم viam obstruxit, unde

לַקּוּם (viam obstruens, inde locus munitus) n. pr. oppidi Naphtalitarum Jos. XIX, 33.

לָקַק pl. לָקְקוּ fut. יָלֹק *lambit*, *linxit*. (Onomatopoët. ut nostr. *lecken*, v. ad לָחַךְ et pag. 750 B. Arab. لقلق lingua, Etiam armen. լակել est lambere). Dicitur de canibus lambendo bibentibus Iud. VII, 5, sanguinem lambentibus 1 Reg. XXI, 19. XXII, 38.

Pi. id. Iud. VII, 6: הַמְלַקְקִים בְּיָדָם אֶל פִּיהֶם *qui* (aquam) *lambebant manibus ori admotis* i. e. qui aquam manibus haustam inde lambebant s. sorbebant. Comm. 7.

לָקַשׁ in Kal inusit. Syr. ܠܩܫ *serotinus fuit*, de pluvia, frugibus, pecudibus, ܠܩܫܐ serotinum v. Castell. Lex. Adler. ܠܩܫܐ ; ܠܩܫ لقس تلقّس تاخّر ܠܩܫܐ تلقّس تاخّر ; لقيس, unde apparet, etiam Arabes verbum لقس illo significatu usurpasse, cf. Germ. a Silesia pag. 1014. Idem habetur in translatione Arabica Iob. XXIV, 6, v. Pi. Chald. לְקִישׁ serotinus.

Pi. fructus serotinos collegit i. e. racematus est (ut ὀπωρίζειν ab ὀπώρα), c. acc. vineae Iob. XXIV, 6: כֶּרֶם רָשָׁע יְלַקֵּשׁוּ (sie stoppeln den Weinberg des Frevlers). Duo codd. Rossiani לקטו, verbum rarius explicantes per usitatius. Syr. ܢܠܩܫܘܢ, quod Arabs reddidit تلقش, malim تلقس, v. ad rad.

לֶקֶשׁ m. *foenum serotinum* (Grummet) Am. VII, 1. Kimchi: העשב המאוחר.

מַלְקוֹשׁ m. *pluvia serotina* (LXX ὑετὸς ὄψιμος) i. e. verna, quae in Palaestina Martio et Aprili mensibus ante messem cadit Prov. XVI, 15. Zach. X, 1. Hos. VI, 3, saepe copulatur cum pluvia prima s. autumnali: מוֹרֶה וּמַלְקוֹשׁ Joel II, 23, יוֹרֶה וּמַלְקוֹשׁ Deut. XI, 14. Jer. III, 3. V, 24. Poët. dicitur de oratione facunda et bonae frugis plena Iob. XXIX, 23: פִּיהֶם פָּעֲרוּ לְמַלְקוֹשׁ.

לָשַׁד rad. inusit. Arab. لسد *linxit*, *suxit*, cf. verba cognata لسّ, لسب linxit', لسع punxit lingua, لسم gustavit et hebr. לָשׁוֹן. Inde

לָשָׁד c. suff. לְשַׁדִּי Ps. XXXII, 4 m. pr. res dulcis, quae lingi sugique solet 1) *succus* (a sugendo). Spec. *succus vitalis*, *vigor*. Ps. XXXII, 4: נֶהְפַּךְ לְשַׁדִּי *succus meus immutatus est* i. e. in peius mutatus (cf. Dan. X, 8), arefactus. Targ. אִתְהַפַּךְ רוּטְבִי. Aben Esra: humor calidus, in quo vita hominis est. — 2) *placenta dulcis* (cf. מַצָּה a rad. מָצַץ). Num. XI, 8: לְשַׁד הַשָּׁמֶן Vulg. panis oleatus. LXX. ἐγκρὶς ἐξ ἐλαίου.

לָשַׁךְ rad. non usitata. Modo semitica est, Böttcherus (specc. p. 323) eam idem valuisse censuit atque שָׁכַב, sed pass. *coniecit se*, *iacuit*, *cubuit* (sich lagern), unde sit

לִשְׁכָּה c. He locali לִשְׁכָּתָה 1 Sam. IX, 22, plur. לְשָׁכוֹת cstr. לִשְׁכוֹת f. *cella*, *conclave* pr. cubiculum, a iacendo vel cubando dictum. Persaepe dicitur de cellis, quae in atriis templi, maxime ad portas, exstructae erant 2 Reg. XXIII, 11. 1 Par. XXIII, 28. XXVIII, 12. Jer. XXXVI, 10. Ezech. XL, 17. 44 sqq. XLII, 13 sqq., in quibusque tum templi opes et quaecunque ad cultum divinum necessaria erant asservabantur 1 Par. IX, 26. XXVIII, 12. 2 Par. XXXI, 5. 11 sqq. Esr. VIII, 29. Neh. X, 38 sqq. XIII, 5. 9, tum sacerdotes, Levitae, portitores al. habitabant Ez. XL, 38. 44 sqq. XLII, 1 sqq. XLV, 5. Neh. XIII, 4, singulisque ministerii sacri negotiis vacabant 1 Par. IX, 33, raro etiam profani homines vel habitabant vel hospitio excepti sunt 2 Reg. XXIII, 11. Jer. XXXV, 4. 5. Semel de coenaculo Samuelis 1 Sam. IX, 22, et Jer. XXXVI, 12 de conclavi scribae regii in arce regia. Ter haec vox scribitur per Nun, נִשְׁכָּה Neh. III, 30. XIII, 7, pl. נְשָׁכוֹת XII, 44. LXX ap. Ezech. plerisque locis verterunt ἐξέδρα (v. Vitruv. 5, 11. 7, 9), ibid. bis XL, 17. 38. Jer. XXXV, 4 et in Paralipp. παστοφόριον (de quo praeter Bielium et Schleussnerum v. Creuzer Symbolik I, p. 247), apud Nehem. sexies 2 Reg. et Esr. X, 6: γαζοφυλάκιον, apud Jeremiam sexies οἶκος, semel κατάλυμα 1 Sam., σκηνή Esr. VIII, 28, θησαυρὸς Neh. X, 39, αὐλή Ez. XLII, 1. Jer. XXXV, 2, περίπατος Ez. XLII, 4 cf. Böttcher l. c. p. 324.

Origo mihi non liquet. Si modo nativa est usitatior forma לִשְׁכָּה, credibile est etymon auctore Böttchero supra propositum, neque profecto audiendi sunt, qui לִשְׁכָּה eiusdem originis esse putarunt atque gr. λέσχη *): at quum n facilius emolliatur in l, quam contra n induretur in l (pag. 727), non contemnenda est eorum sen-

---

*) Quod vc. utrum ductum sit a λέγω dico, an auctore Böttchero l. c. a λέγω = legen, nunc in medio relinquo unumque observo, male cum his vcc. componi gall *loge*, *logis*, *loger*, quae sunt a lat. *locare*. — Praeterea hi, qui cum נִשְׁכָּה compararunt gall. *Niche*, ignorasse videntur, hoc vc. esse ab ital. *nicchia*, quod a conchae (*nicchio*) similitudine nomen accepisse certum est

tentia, qui נִשְׁכָּה formam nativam censent, et huic vocabulo praeter 1 Sam. IX non nisi in recentioribus libris obvio persicam originem tribuunt a نشستن sedere, considere, unde esse possit نشاخ nischach sedes (Bohlen.), licet haec ipsa forma non reperiatur. E linguis Semiticis formam נִשְׁכָּה explicare studuerunt Forsterus et Avenarius, quibus נִשְׁכָּה est i. q. שִׁכְנָה habitatio; Cocceius, qui 'נ declinatum putat a נָשַׁךְ momordit, „quum nonnihil in breve contracta fuerint haec conclavia spatiumque quasi *admorsum* habuerint“; J. D. Michaelis, cui radix est نسك sacrificavit (quae tamen respondet hebraeae נָסַךְ libavit).

לָשַׁם rad. inusit. Arab. لَشَمَ gustavit, pr. linxit, v. ad לָשַׁד. Inde

לֶשֶׁם m. 1) *gemmae* species Exod. XXVIII, 19. XXXIX, 12. LXX. λιγύριον, Vulg. *ligurius*, qua interpretatione Alexandrinus interpres ad originem a לָשַׁם (linxit, ligurrivit) allusisse videtur. Est autem λιγύριον s. λυγκούριον, lyncurium gemma succino similis, ex rubro flava pomum aurantium colore referens (Plin. 8, 38 s. 37. 37, 2 s. 11. 3, 13), auctore *Braunio* (de vestitu sacerdd. 2, 14) hyacinthi species, a Liguria patria, minime a lyncis urina, dicta.

2) Jos. XIX, 47 n. pr. oppidi in septentrionalibus Palaestinae, quod alibi (in loco parallelo Iud. XVIII, 7. 14. 27) לַיִשׁ appellatur. Vide p. 751 B.

לָשַׁן rad. inusit., quae *lingendi*, *lambendi* significatum habuisse videtur, ut cognatae لسم, لسب, لَسَّ, cf. لحس לָחַשׁ.

Po. לוֹשֵׁן (denom. a לָשׁוֹן) pr. *linguam fecit* i. e. lingua fortiter usus est (cf. nostr. Beine machen, de homine celeriter currente, fugiente), *calumniatus est* (v. לָשׁוֹן no. 1 extr.). Part. c. Jod parag. מְלוֹשְׁנִי, Keri מְלָשְׁנִי, pro מְלֹשְׁנִי, מְלַשְּׁנִי part. Pi. Ps. CI, 5. (Arab. لَسَنَ calumniatus est, مَلْسُون mendax).

Hiph. id. Prov. XXX, 10.

לָשׁוֹן utriusque sexus vc. sed saepius fem. (Ps. XII, 4. Prov. VI, 24. X, 31. Iob. XX, 16. Jes. XXVIII, 11. XLV, 23. LIV, 17. LIX, 3 al. masc. Ps. XXII, 16 et Prov. XXVI, 28) pl. לְשֹׁנוֹת, c. suff. לְשֹׁנֹתָם 1) *lingua* (a lingendo, ut lat.), tum hominum tum bestiarum Exod. XI, 7. Ps. LXVIII, 24. Iob. XX, 16. XL, 25 al. (Arab. لِسَان, aeth. ልሳን: aram. לִשָּׁן, ܠܶܫܳܢܳܐ. Punice nomen pronunciatum est *alsún* אלשון cum Aleph prosthetico, unde βούγλωσσον planta punice ἀλσουνάλφ Diosc. 1, 126 cf. arab. لسان الثور de eadem planta; adde ex linguis non Semiticis armen. լեզու, aegypt. ⲖⲀⲤ, sanscr. *rasana*, adeoque gr. γλῶσσα, cuius γ adsciticium est, cf. λείσσω, γλαύσσω; γνόφος, νέφος; χλαῖνα, *lana* al.). Ac humana quidem lingua paucis exemplis exceptis (Ps. XXII, 16. Thren. IV, 4. Jes. LVII, 4. Iob. XX, 16) memoratur ut loquendi instrumentum. Iob. XXXIII, 2: דִּבְּרָה לְשׁוֹנִי בְחִכִּי. Ps. XLV, 2: לְשׁוֹנִי עֵט סוֹפֵר מָהִיר. XII, 4: לָשׁוֹן מְדַבֶּרֶת גְּדֹלוֹת. Ps. XXXIX, 4: דִּבַּרְתִּי בִּלְשׁוֹנִי, sed CIX, 2: דִּבְּרוּ לְשׁוֹן שָׁקֶר *loquuntur linguam mendacem* (de quo accusativo v. gramm. hebr. §. 135, 1 not. 3). Prov. XV, 4. XVIII, 21. Jes. XXXIII, 19. XLV, 23 cet. Verbum, quod aliquis in ore paratum habet, non solum esse dicitur *super lingua* ('בִּלְשׁוֹן פ Iob. VI, 30. Ps. CXXXIX, 4, 'עַל לְשׁוֹן פ 2 Sam. XXIII, 2. Prov. XXXI, 26. Ps. XV, 3), sed etiam *sub lingua* 'תַּחַת לְשׁוֹן פ Ps. X, 7. LXVI, 17, cf. Cant. IV, 11, quae locutiones non multum inter se differre videntur (cf. super labiis Ps. XVI, 4 et sub labiis Ps. CXL, 4). Sq. genit. לְשׁוֹן שָׁקֶר lingua fallax Prov. VI, 17 (meton. de homine fallace ib. XXVI, 28, c. masc.), לְשׁוֹן מִרְמָה id. Ps. LII, 6, לְשׁוֹן תַּהְפֻּכוֹת id. Prov. X, 31, sed in לְשׁוֹן רְמִיָּה posterius vc. neque in genitivo, neque per appositionem positum videtur, sed adiectivum fem. esse, a masc. רַמַּי. — Κατ' ἐξοχὴν autem לָשׁוֹן est *lingua obtrectatrix*, *calumniatrix* (linguam tertiam appellant Chaldaei et Zabii, cf. Sir. XXVIII, 15), unde Ps. CXL, 12: אִישׁ לָשׁוֹן *vir linguae* i. e. obtrectator (sed בַּעַל לָשׁוֹן Eccl. X, 11 est *incantator*). Iob. V, 21: שׁוֹט לָשׁוֹן *flagellum linguae* (nos simili imagine: *klatschen* de calumniis famigeratorum et garrulorum hominum, cf. angl. *lashes*, gall. *coup de langue*). Jer. XVIII, 18: לְכוּ וְנַכֵּהוּ בַלָּשׁוֹן *agite! percutiamus eum lingua.* Targ. testificemur contra eum falsa testimonia. Ez. XXXVI, 3: תַּעֲלוּ עַל שְׂפַת לָשׁוֹן *ascendetis super labium linguae* maledicae, i. e. traducemini per ora hominum. (Cf. supra לָשַׁן Po. et Hiph.).

Meton. dicitur a) pro *sermone.* Iob. XV, 5: לְשׁוֹן עֲרוּמִים *sermo astutiorum.* Prov. XVI, 1. — b) pro *idiomate sermonis* (nostr. Sprache). Dan. I, 4: לְשׁוֹן כַּשְׂדִּים *lingua Chaldaeorum.* Gen. X, 5: אִישׁ לִלְשֹׁנוֹ *quisque pro lingua sua.* Deut. XXVIII, 49. Jes. XXVIII, 11. Neh. XIII, 24. Esth. I, 22. III, 12. VIII, 9. (Arab. لِسَان et لِسْن id.). — c) Inde *gens*, *natio*, quae peculiari lingua utitur. Jes. LXVI, 18: כָּל־הַגּוֹיִם וְהַלְּשֹׁנוֹת *omnes gentes et linguae* cf. chald. לִשָּׁן. Transfertur

2) ad res inanimatas linguae similes: a) לְשׁוֹן זָהָב ligula auri i. e. vectis aureus linguae similis. Jos. VII, 21. 24. Vulg. *regula aurea.* (Arab. لسن I. II. IV. linguae in modum formavit, mucrone instruxit aliquid, v. c. calceum, مُلَسَّن mucronatus. Lat. *ligula* est gladiolus mucronatus). — b) לְשׁוֹן אֵשׁ flamma ignis, ita dicta, quia speciem linguae prae se fert, et instar eius lambere videtur (v. לַהַב, לָהַט), cf. Aen. II, 684, γλῶσσαι ὡσεὶ πυρός Act. II, 3, arab. لسان النار, pers. زبان آتش

suboni atesch. Jes. V, 24. — c) לְשׁוֹן הַיָּם Jos. XV, 5. XVIII, 19. Jes. XI, 15 et simpl. הַלָּשׁוֹן Jos. XV, 2 *sinus maris* (cf. nostr. *Erdzunge*, lat. ligula Caes. b. gall. 3, 12, et *lingua* Liv.), ap. Arabum geographos لسان البحر.

לְשָׁן chald. *lingua*, inde de *gente* peculiari lingua utente (v. לָשׁוֹן no. 1, c). Dan. III, 4: עַמְמַיָּא אֻמַּיָּא וְלִשָּׁנַיָּא *gentes*, *nationes et linguae.* Comm. 7. 31. V, 19. VI, 26. VII, 14 cf. hebr. Jes. LXVI, 18 et gr. Apoc. V, 9. VII, 9. X, 11. XIII, 7. XVII, 15.

לָשַׁע rad. inusit. Arab. لسع pupugit scorpius, serpens, لَسْعٌ rima, fissura (num de terrae hiatibus et fontibus?).

לֶשַׁע n. pr. oppidi Gen. X, 19, ex Hieronymi sententia (in Quaest.) *Callirhoë* ad orientem maris mortui sita, *aquis calidis* abundans. Ita etiam Pseudojon. et Targ. Hieros., ubi pro קלדהי legendum est קלרהי. Vide de Callirhoë Plin. N. H. 5, 16. Jos. Ant. 17, 6 §. 5. bell. jud. 1, 33 §. 5. Ptolem. 5, 16, de aquis calidis illius regionis Burckhardti itin. Syriae p. 674 ed. germ.

לָתַח rad. inusit. prob. i. q. מָתַח sam. נתח *expandit* vestem, unde mihi ducendum videtur aethiop. **እልታሕ፡** vestis genus, de quo Ludolf. Lex. aethiop. p. 329: „Ioh. XIX. 23: ኪዳን፡ እልታሕ፡ per appositionem generis [gr. simpl. *τὸν χιτῶνα*). Nam **እልታሕ፡** species quaedam est tunicae. Legitur etiam Enc. 14. Oct. 2, 2. እልታን፡ መንፈስ፡ ተሀጸረ፡ tunica spiritus indutus fuit i. e. spirituali. Qualis vero esset, Aethiops meus ignorabat." Ex mera coniectura Castellus vestem byssinam posuit. Inde

מֶלְתָּחָה f. *vestiarium* regium. 2 Reg. X, 22: אֲשֶׁר עַל הַמֶּלְתָּחָה Vulg. qui erant super vestes. Chald. דִּמְמַנָּא עַל קוּמְטְרַיָּא *qui praepositus erat armariis* vestium (cf. קוּמְטְרָא דִסְפְרַיָּא armarium librorum, Bücherschrank). Arabs, qui hac libri parte ex ipsis Hebraicis hausit, صاحب الكسوة *praefectus vestium.*

לָתַךְ rad. inusit. prob. i. q. נָתַךְ effusus est, unde

לֶתֶךְ mensura quaedam frumentaria Hos. III, 2, ab effundendo dicta. LXX *ἡμίκορος*, Vulg. *corus dimidius*, accommodate ad contextum, antecedit enim חֹמֶר i. e. כֹּר. Kimchi: חצי חמר.

לָתַע i. q. arab. لتغ 1) percussit (i. q. لتخ, لتم, لتد). — 2) idem quod لدغ momordit, unde מַלְתָּעוֹת mordices, dentes, q. v. Ab hoc nomine derivatum censent veteres Grammatici, ut Kimchius, Iob. IV, 10: *dentes leonum* נִתָּעוּ (pro נִלְתְּעוּ) *fracti* s. *eruti sunt:* qs. לָתַע sit vocabulum proprium de dentibus frangendis et eruendis, significatione privativa, ut שֵׁרֵשׁ a שֹׁרֶשׁ. Sed praestat, נִתָּעוּ referre ad rad. נָתַע.

מַלְתָּעוֹת cstr. מַלְתְּעוֹת pl. f. *mordentes*, *mordices*, poët. pro *dentibus* Ps. LVIII, 7. Eiusdem originis videtur aethiop. **መልታሕት፡** (ח et ע permutatis) maxilla, inde mala, gena (Ludolf. p. 19). LXX *μύλαι* i. e. dentes molares, Chald. Syr. dentes canini, sed omnino dentium nomen poëticum esse, non certum quoddam dentium genus significare videtur.

Alia huius vocabuli forma litteris transpositis est מְתַלְּעוֹת Iob. XXIX, 17. Prov. XXX, 14. Joël I, 6, quae et ipsa etymon satis aptum offert a تلع i. q. طلع extulit se, prodiit, spec. prodiit dens, ut dubitari possit, utra forma primaria et nativa, utra ex illa per transpositionem orta sit (e diversis enim radicibus has formas ortas esse, vix credibile est). Equidem originem a *mordendo* praetulerim, quanquam fateor, facilius מתלעות abire potuisse in מלתעות, quam contra.

מ

Mem, decima tertia Hebraeorum littera, (ubi numeri nota est, *quadragenarium* numerum indicans. Nomen huius litterae מֵים probabiliter *aquam* designat i. q. מַיִם, *undarum*que figuram utcunque referunt figurae eius in alphabeto Phoenicio (Monumm. Phoen. pag. 35. 36 et Encyclop. germ. s. v. *Palaeographie* Sect. 3, tom. 9 p. 311). Congruit nomen eius graecum *Μῦ* i. e. phoenicium מו aqua (v. infra h. v.), et aethiopicum *Mai* aqua.

Labiali huic litterae contiguae sunt et cum ea permutantur 1) reliquae labiales, ut ב pag. 171 (adde exempla ad מִכְתָּם laudata p. 724, et quae ex Phoenicia lingua observavimus in Monumm. Phoen. p. 433, v. c. בעל et מעל, Mochus, Bochus), ף (v. infra s. hac litt.) adeoque ו, v. c. תָּמַהּ et תָּוַהּ admiratus est. — 2) ex liquidis a) maxime *Nun*, ita quidem ut m, utpote durior littera, mitigari soleat in n, tum ineunte radice, ut מוט ماط et נוט ناط vacillare, مُخّ et نُخّ medulla, מוֹרַג نَوْرَج tribulum, נָתַח, مَتَش expandit, sam. ࠍࠕࠇ, cf. מָגַד, נָגַד al.; tum media radice, ut בָּטְנִים pistaciae,

syr. ܒܛܡܐ pistacia, terebinthus, בָּטְנָה, aeth. ሐመመ: scortatus est; tum denique extrema radice שֵׁט et שִׁטֵן adversatus est, בֹּהֶן ابهام pollex, דָּשֵׁן دسم pinguis fuit, אִם syr. ܐܢ arab. إن si; חַרְצַן sam. et arab. حصرم, uva acerba, cf. notam pluralis ־ִים et ־ִין al. — b) *Lamed*, v. pag. 727.

Extremis vocibus *Mem* passim abiicitur, ut pl. ־ִים cstr. ־ֵי, it. ־ִי raro pro ־ִים Lgb. p. 524. Ewald. gr. §. 359. Cf. de m Latinorum, quod extremis vocibus et inter duas vocales pronunciando omittitur Quintil. instit. orat. 9, 4 §. 40, de simili Etruscorum et Umbrorum usu O. Müller Etrusker T. I. p. 56.

מַ· praefixum ortum ex מָה *quid*, ubi v. notam.

מִ· praefixum ortum ex מִן, rad. מָנַן, ubi vide.

מָא chald. i. q. מָה *quid?* et praeter interrogationem Esr. VI, 8.

מְאֹד *valde*, v. rad. אוד.

מֵאָה f. 1) *centum*. (Phoen. מאת in numis Marath. Arab. مئة et مائة, aeth. ምእት: Syr. ܡܐܐ. De origine si quaerendum est, contulerim pers. *ma, mah, meh* magnus, multus, cuius etiam in lingua Phoenicia nonnulla vestigia, quanquam incerta, reperiuntur, v. monumm. Phoen. p. 152 cf. רְבָבָה. Minus placent, qui radicem statuunt مأى extendit, expandit). Lev. XXVI, 8: מֵאָה מִכֶּם. Eccl. VI, 3: אִם יוֹלִיד אִישׁ מֵאָה. Eccl. VI, 3. Cum substantivis copulatur vario modo: a) praemittitur substantivis singulari numero positis, quod quidem fieri solet in eiusmodi rebus, quae saepe magno numero reperiuntur, ut מֵאָה שָׁנָה Gen. XVII, 17, מֵאָה אִישׁ 1 Reg. XVIII, 13, מֵאָה כִּכַּר 2 Reg. XXIII, 33, מֵאָה רֶכֶב 1 Par. XVIII, 4, מֵאָה קְשִׂיטָה Gen. XXXIII, 19. Jos. XXIV, 32. — b) praemittitur substantivis plurali numero positis, quod fieri solet in nominibus, quae rarius numerantur, ut מֵאָה נְבִיאִים 1 Reg. XVIII, 4, מ׳ צְמָדִים 2 Sam. XXIV, 3, מ׳ צִמֻּקִים 1 Sam. XXV, 18, מֵאָה שְׁעָרִים Gen. XXVI, 12. — c) Eodem modo in statu constructo, ut מְאַת כִּכַּר Ex. XXXVIII, 25, מְאַת אֲדָנִים ib. 27, sed raro. Contra creberrime מְאַת ponitur, ubi numerus centenarius cum aliis compositus est, v. c. מְאַת שָׁנָה וְשִׁבְעִים שָׁנָה Gen. XXV, 7. 17. XXXV, 28, חָמֵשׁ שָׁנִים וּמְאַת שָׁנָה ibid. V, 18. 25. 28. VII, 24. XLVII, 28. Ex. VI, 16. 18. Num. XXXIII, 39. — d) raro et nonnisi in libris recentioribus postponitur nomini plurali v. c. רִמּוֹנִים מֵאָה 2 Par. III, 16, cf. IV, 8. Esr. II, 69. VIII, 26. — 2) *centies* Prov. XVII, 10, cstr. מְאַת id. Eccl. VIII, 12. — 3) *centesima* scil. pecuniae aliarumque rerum, quas quis mutuas sumsit, pro fenore data. Neh. V, 11: מְאַת הַכֶּסֶף וְהַדָּגָן Vulg. centesima, v. de centesima Romanorum Ernestii clav. Cic. h. v., de ingentibus usuris etiamnum in oriente usitatis Volnej. itin. II, p. 410. — 4) מִגְדַּל הַמֵּאָה Neh. III, 1. XII, 39 n. pr. turris Hierosolymitanae.

Dual. מָאתַיִם (pro מְאָתַיִם) *ducenti*. Cum substantivis iisdem fere modis copulatur atque singularis, מָאתַיִם שָׁנָה Gen. XI, 23, מָאתַיִם אִישׁ 1 Sam. XVIII, 27, מָאתַיִם שְׁקָלִים 2 Sam. XIV, 26, עִזִּים מָאתַיִם Gen. XXXII, 15.

Plur. מֵאוֹת 1) *centuriae*. לְמֵאוֹת secundum centurias 2 Sam. XVIII, 4. שָׂרֵי הַמֵּאוֹת centuriones Num. XXXI, 14. 48. 52. Inde שֵׁשׁ מֵאוֹת sexcenti Ex. XII, 37, שְׁמֹנֶה מֵאוֹת octingenti Gen. V, 7 cet. — 2) *centum*, qs. centeni. 2 Par. XXV, 9 Chethibh (cf. Comm. 6). Forma rarior est מאיות, lege מֵאָיוֹת 2 Reg. XI, 4. 9. 10. 15 Chethibh, cf. arab.

מְאָה chald. id. Postponitur substantivo, eoque plurali, תּוֹרִין מְאָה Esr. VI, 17. VII, 22. Dan. VI, 2. Dual. מָאתַיִן, substantivo postpositum Esr. VI. 17.

מֵאַל rad. incerta, v. מוּל, מוֹאל, sub rad. מול.

מָאַם rad. inusit. fort. *maculavit*. Inde

מְאוּם מאום pro מוּם Dan. I, 4. Iob. XXXI, 7 (ubi nonnulli codd. מוּם).

מוּם מום m. *macula, labes*. (Syr. ܡܘܡܐ pro gr. μῶμος Col. 1, 22, sec. Lex. Adl. i. q. عيب, ܡܘܡܢܝܐ, معيوب. مدنس maculatus, contaminatus. Arab. موم morbillorum species vehementissima, febris vehemens, int. petechialem, in qua maculae in cute comparent, Fleckfieber, ميم pro موم morbillis correptus est. Congruit gr. μῶμος. Alii מ in hoc vc. servile videtur. Atque Ewaldus quidem §. 339 מאום ortum statuit ex מַה־וּם *nigrum quid* a rad. חום; Redslobius et Maurerus [Cursus p. 90] ex מַה־וּם pro *murmur, susurrus*, q. d. γρῦ, „ein Muks“, quod a sono relatum sit ad rem, inde *punctum, macula*, et לֹא מְאוּמָה *ne γρῦ quidem*. Posterius satis ingeniosum est: sed vide infra ad מְאוּמָה p. 771 B). Dicitur a) sensu physico, de labe s. vitio corporis, in homine Lev. XXIV, 19: אִישׁ כִּי יִתֵּן מוּם בַּעֲמִיתוֹ *qui irrogaverit vitium proximo suo*, in bestiis (quae sacrificiis adhibendae a vitiis immunes esse debebant) Lev. XXI, 17 sqq. XXII, 20. XXIV, 19. 20. Num. XIX, 2. Deut. XV, 21. 22 (cf. מוּם רָע, XVII, 1. In corporis humani pulchritudine describenda frequentatur locutio: אֵין מוּם בּוֹ 2 Sam. XIV, 25. Cant. IV, 7. Dan. I, 4. — b) sensu ethico Iob. XI, 15: כִּי אָז תִּשָּׂא פָנֶיךָ מִמּוּם *tunc extolles faciem tuam sine labe*. XXXI, 7. Prov. IX, 7. Deut. XXXII, 5.

מָאֵן in Kal inusit. *recusavit*, v. adj. verbale. (Syr. ܡܐܢ, ubique impers. ܡܐܢ ܠܝ fut. ܢܡܐܢ ܠܝ taedet me, molestum est mihi. Aph. cessavit, destitit. Cognatum est מָנַע retinuit, cohibuit, cf. de verbis negandi s. rad. נוא).

Pi. מֵאֵן fut. יְמָאֵן *recusavit, renuit, noluit* (opp. אָבָה). Coniungitur a) sq. gerundio, et sic (praeter Num. XXII, 14) ubique in oratione pedestri Gen. XXXVII, 35. Ex. IV, 23. VII, 14. X, 3. XVI, 28. XXII, 16. Num. XXII, 13. Deut. XXV, 7. 1 Sam. VIII, 19. 2 Sam. II, 23. XIII, 9. 1 Reg. XX, 35. XXI, 15. 2 Reg. V, 16, apud poëtas et prophetas Iob. VI, 7. Ps. LXXVIII, 10. Prov. XXI, 7. 25. Hos. XI, 5. Jer. V, 3. XI, 10. XXV, 28. XXXI, 15. b) rarius et poët. sq. inf. nudo. Ps. LXXVII, 3. Jer. III, 3. IX, 5. XV, 18. L, 33. c) absol. Gen. XXXIX, 8. XLVIII, 19. 1 Sam. XXVIII, 23, passim de his, qui Deo morem gerere nolunt Jes. I, 20. Ps. LXXVIII, 10.

מָאֵן adj. verbale, *nolens, renuens*, c. pronomm. personalibus pro verbo fin. Exod. VII, 27: אִם מָאֵן אַתָּה. IX, 2. X, 4, sq. gerundio.

מֵאֵן verbale Piël id., sed intens. Pl. מֵאֲנִים Jer. XIII, 10 sq. gerundio.

מָאַס 1) i. q. מָסַס *liquefactus est, diffluxit* (cf. chald. מְאַס i. q. מְסַס Ps. XXXVIII, 6. LVIII, 9 Targ. et מְאַךְ i. q. מָכַךְ). Vide Niph. no. 1. Spec. de vulnere, quod sanie diffluit (Iob. VII, 5, cf. arab. ﻣﻌﺲ late patuit vulnus), a quo prope abest *foetendi* et *fastidii* significatio. Unde

2) *repudiavit, reiecit* (nisi fallor, a fastidii notione cf. זָנַח), opp. בָּחַר. Jes. VII, 15: לְדַעְתּוֹ מָאוֹס בָּרָע וּבָחוֹר בַּטּוֹב *donec didicerit repudiare malum et eligere bonum.* Comm. 16. XLI, 9. Iob. XXXIV, 33. 2 Reg. XXIII, 27. Coniungitur sq. acc. pers. vel rei Ps. CXVIII, 22: אֶבֶן מָאֲסוּ הַבּוֹנִים *lapis quem reiecerunt aedificantes* Jes. XXXI, 7. Iob. XXXI, 13, sq. בְּ Jes. XXXIII, 15, sq. accus. pers. et gerundio Iob. XXX, 1: אֲשֶׁר מָאַסְתִּי אֲבוֹתָם לָשִׁית עִם כַּלְבֵי צֹאנִי *quorum patres non dignos habui, quos praeficerem canibus gregis mei*, it. sq. מִן cum inf. 1 Sam. XVI, 1: אֲנִי מְאַסְתִּיו מִמְּלֹךְ עַל יִשְׂרָאֵל *ego reieci eum ab imperio in Israëlitas.* XV, 23. 26. Jerem. XXXIII, 26. Hos. IV, 6. Absol. omisso accus. Iob. VI, 14: מָאַסְתִּי *reprobo* ista (Comm. 13). XLII, 6. Spec. frequentatur a) de Deo, qui reprobat vel singulos homines Iob. VIII, 20. X, 3. XXXVI, 5, vel universum populum Lev. XXVI, 44. Jer. VI, 30. VII, 29. XIV, 19. XXXI, 37. Ps. LIII, 6. LXXVIII, 59. 67, vel denique cultum hominum impiorum Am. V, 21, sq. acc. et בְּ. b) de hominibus, qui vel Deum ipsum reprobant Num. XI, 20. 1 Sam. X, 19, vel certe praecepta eius 1 Sam. XV, 23. Jes. V, 24. XXX, 12. Jer. VIII, 9. Ez. V, 6. XX, 13. 16. 24. Am. II, 4. Iob. V, 17. Prov. III, 11, cognitionem eius Hos. IV, 6.

3) *sprevit, nihili aestimavit*, sq. acc. Iob. IX, 21: אֶמְאַס חַיָּי. Jes. XXXIII, 8: מָאַס עָרִים *sprevit urbes* munitas, i. e. contemnit, non timet eas. Prov. XV, 32, sq. בְּ Iud. IX, 38. Iob. XIX, 18: גַּם עֲוִילִים מָאֲסוּ בִי. Absol. Ez. XXI, 18: שֵׁבֶט מֹאֶסֶת *tribus fastidiosa*, quae tribus iam deportatas aspernabatur. Inf. מָאוֹס Thren. III, 45 subst. *aversatio, contemtio.*

Niph. 1) *liquefactus est, diffluxit*, v. rad. no. 1. Ps. LVIII, 8: יִמָּאֲסוּ כְמוֹ מַיִם *diffluant instar aquarum.* Symm. διαλυθήτωσαν. Hieron. dissolvantur. Targ. יִתְמַסְּון. Spec. de vulnere, quod sanie diffluit. Iob. VII, 5: עוֹרִי רָגַע וַיִּמָּאֵס *cutis mea coalescit et* denuo *sanie diffluit.* (In cod. Regiom. 2 correctum est וַיִּמַּס). Syr. et Targ. אִתְמְסִי liquefacta est. Cf. Ps. XXXVIII, 6 Targ.: מְאִיסוּ הֲלְבִישׁוּשִׁי pro hebr. נָמַקּוּ חַבּוּרֹתָי praeterea נְמָס de pecore scabioso 1 Sam. XV, 9. — 2) *repudiari* Jes. LIV, 6. Ps. XV, 4: נִמְאָס *repudiatus* a Deo, der Verworfene, reprobus.

מָאַר in Kal inusit., sed cognatum, ut videtur, radici מָרַר acerbus, amarus fuit, cf. מָאַס et מָסַס. (Arab. ﻣﺎﺭ recruduit vulnus, excitavit inimicitias, odium, ﻣﻴﺮ concepit odium, quae omnia ab acerbi potestate ducta sunt).

Hiph. part. מַמְאִיר *acerbum faciens* i. e. dolorem acerbum excitans. Ez. XXVIII, 24: סִלּוֹן מַמְאִיר *spina dolorem afferens*, parall. מַכְאִיב. LXX σκόλοψ πικρίας, Vulg. offendiculum amaritudinis. Fem. צָרַעַת מַמְאֶרֶת Levit. XIII, 51. 52. XIV, 44 *lepra dolorem afferens* i. e. maligna. Simile quiddam expresserunt vett. verss. LXX ἔμμονος. Vulg. perseverans. Syr. ܡܩܒܬܐ. Saad. ﻣﺎﺣﻖ perniciosa.

מְאֵרָה v. אָרַר.

מָג m. *magus*, nomen sacerdotum et sapientum apud Medos, Persas et Babylonios, vide Hyde de rel. vett. Persarum p. 372 sqq. Brisson. de regio Persarum principatu lib. II p. 178 sqq. Heeren hist. Werke. T. X p. 451 sqq. (Respondent pers. ﻣﻎ *mogh* magus, a ﻣﻪ *mih* magnus, dux; zend. *meh*, maé, mao; sanscr. *mahat, mahâ* magnus, rad. *mah* crescere, venerari, cf. gr. μέγας, lat. *magis, magnus*; goth. *magan* posse, *mahts* potentia, *mahtig* potens). רַב־מָג per appositionem *princeps magus*, praefectus magorum regis Babyloniae Jer. XXXIX, 3, regis etiam in expeditione bellica comes.

מָגַד rad. inusit. Arab. ﻣﺠﺪ honore, gloria excelluit, ﻣﺠﺪ nobilitas, honor, gloria, ﻣﺠﻴﺪ nobilis, generosus. Equidem non dubito, quin pr. idem sit quod נָגַד (m et n permutatis) ﻧﺠﺪ *princeps, nobilis fuit*, unde נָגִיד ﻧﺠﻴﺪ princeps.

מֶגֶד m. *praestantissimum*, *nobilissimum*. (Kimchi: חמשבח והמעולה). Deut. XXXIII, 13: מֶגֶד שָׁמַיִם *praestantissimum coeli* i. e., ut statim sequitur, pluvia, ros. Vers. 14: מֶגֶד תְּבוּאֹת שָׁמֶשׁ *praestantissimi proventus solis*. Vers. 15: מֶגֶד גִּבְעוֹת עוֹלָם. Vers. 16: מֶגֶד אֶרֶץ וּמְלֹאָהּ. Cant. IV, 13: פְּרִי מְגָדִים *fructus praestantissimi*. Vers. 16 et adeo omisso פְּרִי VII, 14: כָּל־מְגָדִים *pretiosissima quaeque*, int. fructus praestantissimos. — Ubique intelliguntur praestantissimae naturae dotes, maxime fructus praestantiores. Non male LXX in Cant. ἀκρόδρυα fructus primi et praestantiores. Syr. ܦܐܪܐ, pl. ܦܐܪ̈ܐ fructus, Saad. in Deut. ميوه, Vulg. ubique *poma*, Deut. XXXIII, 13: de pomis coeli, 14: de pomis fructuum, Cant. IV, 13: cum pomorum fructibus, VII, 3: omnia poma, et eodem modo Syri, apud quos ܡܓܕܐ fructus *aridos* (ثمر يابس) significat.

מְגִדּוֹ n. pr. *Megiddo* v. rad. גָּדַד.

מַגְדִּיאֵל (laus Dei) n. pr. principis Edomitarum Gen. XXXVI, 43. 1 Par. I, 54.

מִגְדָּנוֹת pl. f. *res pretiosae* Gen. XXIV, 53. 2 Par. XXI, 3. XXXII, 23. Esr. I, 6. Ex verbis 2 Par. XXI, 3: *et dedit iis pater eorum dona multa* לְכֶסֶף וּלְזָהָב וּלְמִגְדָּנוֹת, apparet, 'מ neque cum maxima vett. intpp. parte *dona*, neque cum Castello al. *fructus nobiliores* explicari posse, sed res pretiosas in genere significare, et hoc quidem loco, ubi ab auro et argento distinguitur, fortasse gemmas, vestes splendidas, aromata aliasque id genus res intelligendas esse.

מָגוֹג v. גּוֹג p. 270. 271.

מָגַן in Kal inusit.

Pi. מִגֵּן *dedit*, *tradidit* (Kimchi: נתן ומסר). Sq. acc. pers. Gen. XIV, 20: אֲשֶׁר מִגֵּן צָרֶיךָ בְּיָדֶךָ LXX ὃς παρέδωκε τοὺς ἐχθρούς σου ὑποχειρίους σοι. Chald. מְסַר. Saad. اسلم. Sq. dupl. acc. pers. et rei Prov. IV, 9: עֲטֶרֶת תִּפְאֶרֶת תְּמַגְּנֶךָּ. Parall. נָתַן, it., ut שִׂים, נָתַן, *fecit aliquem aliquid*. Hos. XI, 8: אֵיךְ אֶתֶּנְךָ אֶפְרַיִם אֲמַגֶּנְךָ יִשְׂרָאֵל אֵיךְ אֶתֶּנְךָ כְאַדְמָה אֲשִׂימְךָ כִּצְבֹאיִם (אֵיךְ). Alii אֲמַגֶּנְךָ h. l., ut reliquis duobus locis, interpretantur: num *tradam te?* sc. hostibus. Symm. ἐκδώσω σε. Chald. exterminabo te, renitente parallelismo. (Respondere videtur arab. مكّن valuit. II. IV. potestatem alicuius rei concessit, ג et כ permutatis. Aliis denom. visum est a מָגֵן clypeus, male).

מָגַר *proiecit*, *tradidit* i. q. הִגִּיר , נָגַר. (Syr. ܡܓܪ intrans. cecidit. Chald. Pa. deiecit, proiecit). Semel in Part. pass. Ez. XXI, 17: מְגוּרֵי אֶל חֶרֶב *proiecti gladio* i. e. in potestatem eius traditi. Recte מגורי ad hanc radicem (non ad גור) retulit iam R. Jonas, quamvis interpretatur: נפילי חרב *caesi a gladio*, quod per אֶל particulam non licet.

Pi. id. Ps. LXXXIX, 45: כִּסְאוֹ לָאָרֶץ מִגַּרְתָּה.

מִגְרוֹן (locus praeceps) n. pr. oppidi Benjaminitarum prope Gibeam 1 Sam. XIV, 2. Jes. X, 28.

מַמְגֻּרָה v. pag. 275.

מָדַד Jes. XL, 12. Ez. XL, 12. 20. 24, pl. מָדְדוּ Deut. XXI, 2, sed defect. מַדּוֹתִי Jes. LXV, 7, מַדֹּתֶם Num. XXXV, 5, inf. מֹד Zach. II, 6, fut. יָמֹד, c. Vav convers. וַיָּמָד.

1) *extendit*, v. Hithpa. et nomina מַד, מִדָּה. (Arab. مدّ extendit, expandit, v. c. مدّ الله الارض expandit Deus terram; procerus fuit Gol. Contigua sunt מָדָה مدى, it. مدح dilatavit, مدح amplus fuit).

2) *mensus est*. (Et hoc quidem significatu in linguis indogerm. respondent sanscr. *mâd*, *mâ* metiri, zend. *meête*, *matê*, gr. *μέτρον*, *μέδιμνος*, lat. metior, meta, it. modus, modius, moderor, goth. *mitan*, anglosax. *metan*, nostr. *messen* cf. Pott etym. Forsch. I, p. 194. 195). Proprie est: *mensus est* longitudinem rei *extenso* fune mensorio Num. XXXV, 5. Ez. XL, 5 sqq. XLI, 1 sqq. XLII, 16. 17. XLV, 3. XLVII, 3 sqq., dein spatium planitiei, quod in longitudinem et latitudinem patet (der Flächenraum) Ezech. XL, 20. Zach. II, 6. Deut. XXI, 2, denique mensuram cubicam, velut frumenti Ruth III, 15. Exod. XVI, 18, inde aquae. Jes. XL, 12: מִי מָדַד בְּשָׁעֳלוֹ מַיִם Metaph. Jes. LXV, 7: מַדּוֹתִי פְעֻלָּתָם רִאשֹׁנָה עַל חֵיקָם *admetiar facinora eorum priora in sinum eorum*.

Niph. pass. no. 2. Hos. II, 1. Jer. XXXI, 37. XXXIII, 22.

Pi. מִדַּד (ad formam אִבַּד , לִמַּד , גִּדֵּל cf. Lgb. 314) fut. יְמַדֵּד 1) intens. *extensus est*, *longus est*. Iob. VII, 4: מִדַּד עָרֶב *extensa s. longa fit vespera*. Ita iam Saad. inedit., qui integrum locum sic vertit: والليل طويل فمل السهر الى السحر *nox longa est*, *et fastidio vigilationem usque ad auroram* Moses Gekatilia: طال الليل. Alii transitive: *extendit* Deus *vesperam*. Aliis denique מִדַּד est nom. act. a נָדַד fugit, fut. יִדַּד, ut vertatur: (quando) *fuga noctis?* quando tandem fugit nox? Sed illud praestat.

2) i. q. Kal no. 2. 2 Sam. VIII, 2 (R. Tanchumi comment. ined. ad h. l. vide ap. Roedigerum, de intpp. arab. p. --). Ps. LX, 8: עֵמֶק סֻכּוֹת אֲמַדֵּד *vallem Succoth metiar* i. e. admetiar militibus meis victoribus, qui novi coloni futuri sunt.

Po. מוֹדֵד i. q. Pi. no. 2. Hab. III, 6: עָמַד וַיְמֹדֶד אֶרֶץ *stat* (deus) *et metitur terram* sc. oculis lustrat eam. Ita Vulg. Kimchius al. coll. Hithpo. Sed Chald.

אַרְעָא אֲזִיעַ *commovet s. concutit terram.* LXX. ἐσαλεύθη ἡ γῆ, a rad. מוּד q. v., idque parallelismo membrorum accommodatius est, sequitur enim: רָאָה וַיַּתֵּר גּוֹיִם *videt et terrorem incutit gentibus* (ut sibi respondeant עָמַד et רָאָה, ויתר גוים et וימדד ארץ, non, ut Hitzigius vult, רָאָה et וַיְמֹדֶד אָרֶץ. Contra *metiendi* significatus certiore linguae usu commendatur (cf. Hithpo.), quum rad. מוּד in lingua Hebraea insolita sit.

Hithpo. הִתְמוֹדֵד *extendit se*, sq. עַל super aliquo. 1 Reg. XVII, 21.

מַד c. suff. מִדּוֹ Ps. CIX, 18, מִדּוֹ Lev. VI, 3. 2 Sam. XX, 8, מִדָּהּ Iob. XI, 9, pl. מַדִּים, c. suff. מַדָּיו Iud. III, 16. 1 Sam. IV, 12. XVII, 38. 39. XVIII, 4, semel מִדִּין Iud. V, 10, c. suff. מִדֵּךְ Jer. XIII, 25 m. 1) *vestis*, ab expandendo dicta (a rad. no. 1) Lev. Iud. et Sam. ll. cc. Ps. CIX, 18, it. *stragula*, quibus nobiliores insidere solent. Iud. V, 10: יֹשְׁבֵי עַל מִדִּין. — 2) *mensura* (a rad. no. 2). Iob. XI, 9. Jer. l. c. מְנָת מִדַּיִךְ *portio tibi admensa.* (Arab. مدّ mensura quaedam aridorum).

מִדָּה pl. מִדּוֹת f. 1) *extensio, longitudo.* אִישׁ מִדָּה vir longus, vir procerae staturae 1 Par. XI, 23. XX, 6, pl. אַנְשֵׁי מִדָּה Jes. XLV, 14 et אַנְשֵׁי מִדּוֹת (cf. de plurali compositorum Gramm. hebr. §. 106, 2). Num. XIII, 32. (Arab. مَدِيد procerae staturae vir). בַּיִת מִדּוֹת domus magna, ampla Jer. XXII, 14. — 2) i. q. מַד no. 1 *vestis.* Plur. מִדּוֹת Ps. CXXXIII, 2. — 3) *mensura.* Exod. XXVI. 2: מִדָּה אַחַת לְכָל הַיְרִיעֹת *eadem mensura sit cunctis aulaeis.* Comm. 8. XXXVI, 9. 15. Lev. XIX, 35. 1 Reg. VI, 25. VII, 37. Ez. XL, 10. 24 sqq. XLVI, 22 al. חֶבֶל מִדָּה funis mensorius Zach. II, 5, קְנֵה מִדָּה regula mensoria Ezech. XL, 3. 5. It. *portio* demensa Neh. III, 11. 19. 20. 21. 24. 27. 30. Metaph. Ps. XXXIX, 5: מִדַּת יָמַי מַה הִיא. (Arab. مُدَّة spatium temporis locique). — 4) i. q. chald. (q. v.) *tributum* Neh. V, 4.

מִדָּה m. chald. *tributum*, pr. *pars demensa* pecuniae (cf. Esr. VI, 8) a quovis cive solvenda Esr. IV, 20. Scribitur etiam Dagesch forti in Nun resoluto מִנְדָּה Esr. IV, 13. VII, 24. Respondet syr. ܡܕܐܬܐ, quod ponitur pro hebr. מַס Gen. XLIX, 15. Deut. XX, 11, et pro chald. מִנְדָּה Esr. IV, 13.

מִדִּין (vel mensurae, vel stragulae) n. pr. oppidi in planitie tribus Judae. Jos. XV, 61.

מְמַד pl. מְמַדִּים m. *mensurae* (terrae Iob. XXXVIII, 5.

מָדַד i. q. מָדַד *extendit, mensus est*, rad. in verbo inusitata. Arab. مدى extendit VI. prolongatus, longus. diuturnus fuit, مُدْيٌ mensurae genus. Inde

מַדּוֹ pl. c. suff. מַדְוֵיהֶם m. *vestis.* 2 Sam. X, 4. 1 Par. XIX, 4.

מָדוֹן m. *longitudo, proceritas.* 2 Sam. XXI, 20 Keri: אִישׁ מָדוֹן vir procerus, i. q. אִישׁ מִדָּה 1 Par. XX, 6. Chethibh מדין appellandum est מִדִּין *mensurae*, a sing. מַד. — Aliud מָדוֹן vide sub rad. דּוּן.

* * *

מָדַי f. (Jes. XXI, 2) n. pr. *Media, Μηδία*, nobilis Asiae regio, ab occidente et austro maris Caspii sita (vid. Strabo XI p. 522 sqq. ed. Casaub. Cellarii notit. II, 665. Cf. Rosenm. bibl. Alterthumsk. I, 1, 276 sqq.). 2 Reg. XVII, 6. XVIII, 11 (ubi memoratur decem tribuum in *urbes Mediae* deportatio). Jer. XXV, 25. LI, 11. 28 (ubi *reges Mediae* in eversoribus Babyloniae recensentur). Esth. I, 3. 14. 18. 19. X, 2 (ubi Persia et Media coniunguntur, ut Ahasveri imperium). Dan. VIII, 20, et *Medi* Gen. X, 2. Jes. XIII, 17. XXI, 2. Dan. IX, 1. Cf. chald. — Nom. gentil. מָדִי *Medus* Dan. XI, 1. — Syri retinent ܡܕܝ Media, ܡܕܝܐ Medus, sed arab. terra appellatur ماه, ماهات, incolae ماهى, ماهيون (quam scripturam temere sollicitat Michaëlis spicileg. I, 37. v. ad Castell. h. v. et Fraehn de Musei Spreviziani numis Cuficis p. 101), armen. Մարք (d in r mutato, cf. Bindseil Abhandl. zur vergleichenden Sprachkunde I, pag. 302) Mos. Choren. pag. 363. De etymo varias coniecturas dedit Wahlius (Asien pag. 534), in his unam, de qua *Media* esset *terra in medio* sita coll. voce pehlevica *miavad* medius: quam confirmavit Bohlenius (Hall. Allgem. Litt. Zeit. 1834 no. 116) coll. sanscr. *madhya* medium, et Polyb. 5, 44: ἡ γὰρ Μηδία κεῖται μὲν περὶ μέσην τὴν Ἀσίαν. Mihi quoque placet hoc etymon, quanquam non Asiae, sed *totius terrae medium* intellexerim, ut Sinensium imperium apud eos *imperium in medio situm, flos medii* appellatur.

מָדַי chald. id. *Media.* Esr. VI, 2: מָדַי מְדִינְתָּא *Media provincia.* Dan. V, 28. VI, 13. Nom. gentil. emphat. מָדָאָה Dan. VI, 1 Keri, Chethibh מָדָיָא.

* * *

מַדַּי (contr. ex מַה־דַּי) *quod sufficit* 2 Par. XXX. 3, vide מָה not.

מִדַּי v. דַּי.

מִדְיָן v. rad. דּוּן.

מְדָן v. ibid.

מַדּוּעַ *cur?* v. rad. יָדַע p. 574.

מָה, מַה־ . מֶה־ sq. Dagesch, מֶה, מִי, מְ (de quarum formarum discrimine v. notam)

A) 1) pron. interrogativum: *quid?*, de rebus usitatum, ut מִי de personis. (Arab. مَا, syr. ܡܳܢܳܐ, sed aeth. ምን). Ponitur in interrogatione recta Gen. IV, 10: מֶה עָשִׂיתָ *quid fecisti?* Jes. XXXVIII, 15: מָה אֲדַבֵּר *quid dicam?* Esth. V, 6: מַה־שְּׁאֵלָתֵךְ *quid* est *petitio tua?* lat. quae est petitio tua? quid petis? 1 Sam. IV, 16. 2 Reg. IV, 13 et sexcenties; et in obliqua, post verba nunciandi (1 Reg. XIV, 3: *ille nunciabit tibi*, מַה־יִּהְיֶה לַנָּעַר *quid futurum sit puero.* Neh. II, 12. Mich. VI, 8), loquendi (דִּבֶּר Iob. XXXIV, 33), videndi (רָאָה Num. XIII, 18: וּרְאִיתֶם אֶת־הָאָרֶץ מַה־הִוא *et videbitis terram*, *quae* qualis *sit.* 1 Sam. XXV, 17. Jer. VII, 17. Hab. II, 1; יָדַע Exod. II, 4: לְדֵעָה מַה־יֵּעָשֶׂה לוֹ. Esth. IV, 5. Iob. XXXIV, 4), audiendi (שָׁמַע Iud. VII, 11. Jerem. V, 15. Ezech. XXXIII, 30), reminiscendi (Mich. VI, 5) al., licet plurima huius generis commodius referas ad significationem *id quod* no. 2. — Postponitur in genit. Jer. VIII, 9: חָכְמַת־מֶה לָהֶם *cuiusnam* rei *scientia est illis?* Contra praemittitur substantivis in genitivo cogitandis, ut מַה־בֶּצַע *quid lucri?* Ps. XXX, 10, מַה־דְּמוּת *quid similitudinis?* Jes. XL, 18, licet in his etiam appositio esse possit (cf. arab. مَا خَطْبٌ *quae res*, apud Dscheririum, pro اي خطب v. Freytag s. v. ما litt. g.). Refertur etiam ad pluralem Zach. I, 9: מָה־הֵמָּה אֵלֶּה *quid* sunt *illi?* 1 Reg. IX, 13. (Syr. ܡܳܢܳܐ ܐܶܢܽܘܢ quid sunt illi? i. e. quinam sunt illi, Knös Chrest. p. 80, 10). — Ellipsis est in his verbis Iud. XVIII, 8: מָה אַתֶּם *quid vos?* sc. nuncii affertis. Ceterum nota:

a) Ubi refertur ad substantiva, saepe interrogat de *qualitate* rerum et personarum, ut lat. *qualis*, nostr. *was für ein*, *wie beschaffen.* (Arab. ما انت *quid* i. e. qualis *tu?* ܡܳܢܳܐ ܠܫܽܘܡܥܗܽܘܢ qualis est fama eorum, v. Agrell. suppl. p. 255. 257). 1 Sam. XXVIII, 14: מַה־תָּאֳרוֹ *quid* (qualis) est *forma eius?* 2 Reg. I, 7: מֶה מִשְׁפַּט הָאִישׁ *quae* erat *ratio illius viri?* Num. XIII, 18: וּרְאִיתֶם אֶת־הָאָרֶץ מַה־הִוא. XVI, 11: *et Aharon* מַה־הוּא כִּי תַלִּונוּ עָלָיו *qualis ille* (quid vobis iniuriae intulit) *quod murmuratis contra eum?* Saepe est extenuantis v. c. 1 Reg. IX, 13: מָה הֶעָרִים הָאֵלֶּה *quales* sunt *urbes istae?* i. e. quam exiles, misellae. Iob. VI, 11: מַה־כֹּחִי כִי אֲיַחֵל וּמַה־קִּצִּי כִּי אַאֲרִיךְ נַפְשִׁי *quale* est *robur meum, ut exspectem, qualis finis mihi instans*, *ut morae patiens sim?* i. e. non tantum est robur meum, non ita comparatus est finis mihi instans, ut cet. Ps. VIII, 5: מָה־אֱנוֹשׁ כִּי תִזְכְּרֶנּוּ *quid* (qualis creatura) *est homo*, ut *eius recorderis?* i. e. haud sane dignus est homo, cuius Deus ita recordetur. CXLIV, 3. Iob. VII, 17; inde frequentatur in formulis exprobrandi, v. c. Gen. XLIV, 15: מָה־הַמַּעֲשֶׂה הַזֶּה אֲשֶׁר עֲשִׂיתֶם *quale est factum*, *quod fecistis?* (was ist das für eine That?). Iud. VIII, 1: מָה־הַדָּבָר הַזֶּה עָשִׂיתָ לָּנוּ. Jes. XXXVI, 4: *qualis est fiducia ista?* i. e. quam inanis ea est? contra Jos. XXII, 16: מָה הַמַּעַל הַזֶּה *qualis* (quanta, quam turpis) est *haec perfidia!*

b) מַה־לְּךָ *quid tibi* est? *quid tibi vis?* Iud. I, 14: מַה־לָּךְ (was ist dir?). Sq. כִּי *quid tibi* vis *quod* (ita agis)? *τί παθὼν τοῦτο ποιεῖς;* Jes. XXII, 1: מַה־לָּךְ אֵפוֹא כִּי עָלִית כֻּלָּךְ לַגַּגּוֹת, et omisso כִּי Jes. III, 15: מַלָּכֶם תְּדַכְּאוּ עַמִּי *quid vobis* quod *conteritis populum meum?* (Sic Cor. 57, 8: ما لكم لا تؤمنون *quid vobis* quod *non creditis?* et addita particula *quod* Comm. 10: ما لكم الّا تنفقوا في سبيل الله *quid vobis quod non erogatis in causa Dei?* cf. ما لي 36, 21, ما لك, ما لكم 37, 25. 90. 38, 62. 57, 8. 10. 68, 36. 71, 12).

c) מַה־לִּי וָלָךְ *quid mihi et tibi* sc. negotii est? i. e. mihi tecum nihil rei est. Iud. XI, 12. Jos. XXII, 24. 2 Sam. XVI, 10. XIX, 23. 2 Reg. III, 13. 2 Paral. XXXV, 21. Alibi alter dativus refertur ad res 2 Reg. IX, 18: מַה־לְּךָ וּלְשָׁלוֹם *quid tibi cum pace?*, et omissa copula Jer. II, 18: מַה־לָּךְ לְדֶרֶךְ מִצְרַיִם. Hos. XIV, 9, etiam c. gerundio verbi Ps. L, 16: מַה־לְּךָ לְסַפֵּר חֻקָּי, et sq. אֶת (cum), ut apud Latinos. Jer. XXIII, 28: מַה־לַתֶּבֶן אֶת־הַבָּר *quid paleae cum frumento?* quid similitudinis intercedit inter has res? Similis formula est: מַה־לָּנוּ חֵלֶק בְּדָוִד 1 Reg. XII, 16. (Sic syr. ܡܳܢܳܐ ܠܟ ܥܰܡܝ Barhebr. p. 170 lin. 8, arab. ما لي وما له quid mihi cum eo? ما لك وزيدا quid mihi cum Saido? ما لك وهذا الكلام quid tibi cum tali sermone? aeth. ምን ፡ ወለከ ፡ quid mihi et tibi? Graece Matth. VIII, 29. Marc. V, 7. Joh. II, 4, Anacr. 17, 4: *τί μάχαισι κἀμοί.* Wahlii cl. v. *καί* p. 773).

2) pron. indefinitum: *aliquid, quidquam*, nostr. *was* pro *etwas.* (Arab. ما id.) Prov. IX, 13: בַּל יָדְעָה מָּה *non curat quidquam.* 2 Sam. XVIII, 22: וִיהִי מָה אָרוּצָה *quidquid est, accurram.* Iob. XIII, 13: וְיַעֲבֹר עָלַי מָה *eveniat mihi quidquid* est. Addito adiectivo, sed nonnullis vocibus interiectis 1 Sam. XX, 10: אוֹ מַה־יַּעַנְךָ אָבִיךָ קָשָׁה *si quid duri tibi respondet pater tuus*, ubi מָה קָשָׁה appositio est. Postpositum est in דָּבָר מָה *quaecunque res* (cf. arab. امر ما res qualiscunque, خبز ما panis qualiscunque). Num. XXIII, 3: דְּבַר מַה־יַּרְאֵנִי וְהִגַּדְתִּי לָךְ *quamcunque rem mihi ostendet, eam indicabo tibi.* LXX. *ῥῆμα ὃ ἐάν μοι δείξῃ.* — מַה־שֶּׁ (syr. ܡܳܢ ܕ) *id quod.* Eccl. I, 9: מַה־שֶּׁהָיָה הוּא שֶׁיִּהְיֶה. III, 15. 22. VI, 10. VII, 24. VIII, 7. X, 14. Etiam omisso relativo (arab. ما id quod). Iud. IX, 48: מָה רְאִיתֶם עָשִׂיתִי *quod me facere vidistis*, was ihr mich thun sahet, LXX. *ὃ εἴδετέ με ποιοῦντα.*

B) adv. interrogandi 1) *quare? cur?* pro pleniore לָמָּה, ut gr. et lat. *τί, quid?* (Arab. ما et لمَ). Ex. XIV, 15: מַה־תִּצְעַק אֵלָי *quid clamas ad me?* Ps. XLII.

12. Iob. VII, 21. 2 Reg. VI, 33. — 2) *quam*, *quantopere*, in formulis adiurandi (arab. ما أكرم [illegible] quam generosus est!). Gen. XXVIII, 17: מַה־נּוֹרָא הַמָּקוֹם הַזֶּה *quam tremendus* est *hic locus!* Ps. VIII, 2: *quam magnificum* est *nomen tuum.* Num. XXIV, 5: מַה־טֹּבוּ אֹהָלֶיךָ *quam pulchra sunt tentoria tua.* Iob. VI, 25 (primo hemistichio). Ps. CXIX, 97: *quantopere amo legem tuam!* XXI, 2. Cant. VII, 2. Iron. Iob. XXVI, 2: מֶה עָזַרְתָּ לְלֹא־כֹחַ *o quantopere iuvisti debilem?* Comm. 3. — 3) *quomodo?* Gen. XLIV, 16: מַה־נִּצְטַדָּק *quomodo iustificabimus nos?* — 4) *quando?* Ps. XXXIX, 5: *scire cupio* מֶה חָדֵל אָנִי *quando esse desinam?*

C) Iam supra (litt. A, 1, a) plura laudavimus exempla, in quibus מָה extenuantis est. Eiusdem generis sunt etiam alia, ad litt. A, 1 (quid?), B, no. 1 (cur?) no. 3 (quomodo?) pertinentia ita comparata, ut quaestio negativam fere sententiam efficiat, cf. quid multa? i. q. ne multa. 1 Reg. XII, 16: מַה־לָּנוּ חֵלֶק בְּדָוִד, sequitur: וְלֹא נַחֲלָה בְּבֶן יִשַׁי. Iob. VI, 25 in altero hemistichio: וּמַה־יּוֹכִיחַ הוֹכֵחַ מִכֶּם *sed quid probat redargutio vestra?* i. e. nihil ea probat. XVI, 6: *si loquor, dolor non lenitur, et si desisto,* מָה מִנִּי יַהֲלֹךְ *quid recedit a me?* i. e. vel ita *non* recedit a me dolor (Vulg.), *nihil* doloris a me recedit. XXXI, 1: *foedus pepigi cum oculis meis* מָה אֶתְבּוֹנֵן עַל בְּתוּלָה *quid oculos coniicerem in virginem?* i. e. ne oculos coniicerem, oculos non coniecturum esse. (LXX. *καὶ οὐ συνήσω ἐπὶ παρθένον.* Vulg. ut ne. Syr. ܕܠܐ). Dehortantis est Cant. VIII, 4: מַה־תָּעִירוּ וּמַה תְּעֹרְרוּ אֶת־הָאַהֲבָה *quid expergefacitis ..... dilectam?* i. e. ne expergefaciatis eam, cf. II, 7. III, 5, ubi אִם eodem contextu. Prov. XXXI, 2. 3: מַה־בְּרִי וּמַה־בַּר־בִּטְנִי וּמֶה בַּר נְדָרָי: אַל־תִּתֵּן לַנָּשִׁים חֵילֶךָ *quid? mi fili, quid? fili uteri mei, quid? fili votorum meorum, ne des mulieribus robur tuum,* ubi *quid?* est: quid facturus es? i. e. *ne*, obsecro, talia facias! Verba sunt matris, iam metuentis, ne filius ad voluptates paullulum inclinans, huic nimis indulserit. — Prov. XX, 24: וְאָדָם מַה־יָּבִין דַּרְכּוֹ *et homo, quomodo novit viam suam?* i. e. parum novit, non novit. — Cf. infra בַּמֶּה Jes. II, 22, כַּמָּה Iob. XXI, 17, et לָמָּה litt. b. Apud Arabes ما ipsam *negandi* vim nactum est, cuius origines in eo, de quo disputavimus, Hebraeorum usu quaesiverim, cf. לְמָא, ܠܡܐ ne forte (v. לָמָּה litt. b). Wineri observatio: „addunt מַה passim negandi potestatem habere; minus accurate. Neque enim in *hac* voce, sed in ea, cui praemissa est, interrogatione ista vis inest (Lex. p. 544)“, quid sibi velit, non satis intelligo. Nemo enim facile negaverit, in hac ipsa voce (quam ipse W. pronomen et adverbium interrogandi appellat) interrogandi vim inesse, quae ad negandi vim translata sit. Ceterum cf. eundem paullo post (lin. 42) ad לָמָּה, ubi eandem illam, quam antea negaverat, observationem in medium profert, sed uni alterive loco male applicat, nam: *quare dormis?* Ps. XLIV, 24 non est „*non dormies*“ sed: *ne dormias.*

Cum praeposit.

1) בַּמֶּה, בַּמָּה pr. *in quo?* Exod. XXII, 26, *qua in re?* Gen. XV, 8, *quacum re?* 1 Sam. VI, 2, *qua re?* (wodurch) Iud. XVI, 5 (secundo loco); et pro vario usu בְּ particulae: *pro quo* (pretio)? v. בְּ no. 15. Jes. II, 22: בַּמֶּה נֶחְשָׁב הוּא *quo pretio aestimatur iste?* i. e. vili pretio, nihil valet iste: *quapropter? cur?* (v. בְּ no. 16). 2 Par. VII, 21.

2) כַּמָּה (cf. de articulo post כְּ similitudinis pag. 361 A) pr. *ut quid?* (wie was?) i. e. cui comparandum? Refertur a) ad spatium: *quantus?* Zach. II, 6: כַּמָּה רָחְבָּהּ *quanta est latitudo eius?* it. *quousque, quamdiu?* Ps. XXXV, 17. Iob. VII, 19. b) ad numerum: *quot?* Gen. XLVII, 8: כַּמָּה יְמֵי שְׁנֵי חַיֶּיךָ *quot* sunt *dies annorum vitae tuae?* 2 Sam. XIX, 35. Iob. XIII, 23. Ps. CXIX, 84. 1 Reg. XXII, 16: עַד כַּמֶּה פְעָמִים *quot vices?* i. e. quoties. Citra interrogationem Zach. VII, 3: כַּאֲשֶׁר עָשִׂיתִי זֶה כַּמֶּה שָׁנִים *quemadmodum feci iam tot annos,* quod proprie exclamantis est: *iam o quot* sunt *anni.* It. *quoties?* Ps. LXXVIII, 40. Iob. XXI, 17, ubi *quoties?* est quaestio dubitantis pro: *satis raro.* (Arab. كَمْ pro كَمَا, كَمْ: quantum, quot, quamdiu?).

3) לָמָּה (Milel, pro לְמַה) et לָמָה (Milra), hoc posterius ante litteras א, ה, ע (ubi raro reperitur לָמָּה 2 Sam. II, 22. XIV, 31. Ps. XLIX, 6. Jer. XV, 18) et nomen יְהוָה (v. Noldii concord. part. pag. 904), ter לָמָּה 1 Sam. I, 8 a) *quare? cur? qua de causa?* Gen. IV, 6: לָמָּה חָרָה לָךְ *quare iratus es?* XII, 18: לָמָּה לֹא הִגַּדְתָּ לִּי *quare mihi non indicasti?* XLIV, 7. Ex. V, 4. Ps. XLIX, 6: לָמָּה אִירָא *quare timeam?* et persaepe; it. *ad quid? quem in finem?* Gen. XXVII, 46: לָמָּה לִּי חַיִּים *ad quid mihi vita?* XXV, 22. Ruth I, 11. Sine interrogatione post verbum יָדַע 1 Sam. VI, 3. Dan. X, 20. Gravius est לָמָּה־זֶּה *cur tandem?* (v. זֶה no. 3, c) et: *ad quid?* Jer. VI, 20. Prov. XVII, 16. Passim est α) dehortantis. Prov. V, 20: *ad quid, mi fili! inebriabis te amore peregrinae?* i. e. ne inebries te. Ps. XLIV, 24: לָמָּה תִישַׁן אֲדֹנָי *quare dormis, Domine,* ne dormias; et β) prohibentis, caventis. 1 Sam. XIX, 17: שַׁלְּחֵנִי לָמָה אֲמִיתֵךְ *mitte me, quare interficiam te?* i. e. ne occidam te, alioquin te interficere oporteret. 2 Par. XXV, 16: חֲדַל לְךָ לָמָּה יַכּוּךָ *desiste, cur interficiant te?* i. e. ne interficiant te, quod iis faciendum esset, nisi desisteres. (LXX *ἵνα μή.* Vulg. *ne*). Gen. XXVII, 45 (LXX *μή ποτε*). Quo factum est, ut לָמָּה — b) apud recentiores scriptores in ipsam *cavendi* et *prohibendi* potestatem transiret pro *ne*, *ne forte*, ut syr. ܠܡܐ, ܕܠܡܐ, chald. לְמָא, דִּי לְמָא. Eccl. V, 5: לָמָּה יִקְצֹף הָאֱלֹהִים עַל קוֹלֶךָ *ne succenseat Deus propter vocem tuam.* LXX. *ἵνα μή.* Vulg. ne forte. Syr. ܕܠܡܐ. VII, 16. 17. Neh. VI, 3. Syriaco ܕܠܡܐ accurate respondet

שַׁלָּמָּה Cant. I, 7 LXX μή ποτε Vulg. *ne*, et אֲשֶׁר לָמָּה, quod Dan. I, 10 adeo post timendi verbum ponitur, plane ut פֶּן: *timeo enim dominum meum regem* אֲשֶׁר לָמָּה יִרְאֶה וגו׳ *ne forte videat.* Theod. μή ποτε.

4) לְמָה *propter id quod, propterea quod*, ex לְ propter (A, no. 10) et מָה id quod. Ita semel 1 Par. XV, 13 ibique contr. לְמַבָּרִאשֹׁנָה pro לְמָה בָרִאשֹׁנָה *propterea quod ab initio* cet. (Cf. לְמַדַּי ei quod satis 2 Par. XXX, 3).

5) עַד־מָה (ἐς τί Il. 5, 465) *quousque, quamdiu* Ps. LXXIV, 9. LXXIX, 5. LXXXIX, 47. Sed Num. XXIV, 22 ita interpretandum est: עַד מָה אַשּׁוּר תִּשְׁבֶּךָּ *quousque? Assur captivum te abducet* i. e. brevi te abducet.

6) עַל־מָה pr. *super quo?* Jes. I, 5. Iob. XXXVIII, 6, dein *quare? cur?* Num. XXII, 32. Jer. IX, 11. Iob. XIII, 14: *quare carnem meam dentibus* (i. e. mordicus) *feram?* (v. Köster Erläuterungen der heil. Schrift aus den Klassikern p. 13), in interrogatione obliqua Iob. X, 2. Esth. IV, 5.

Not. De usu variarum formarum haec observanda sunt: a) forma primitiva מָה reperitur *ubique* in pausa, praeterea ante א et ר, Makkeph vel interiecto vel omisso ut מָה־אֵלֶּה Zach. I, 9, מָה רְאִיתֶם Iud. IX, 48, rarius ante הָ Jos. IV, 6. 21. Num. XIII, 19. 20. Deut. VI, 20, ה Jos. XXII, 16. Iud. VIII, 1, הָ Gen. XXI, 29, הָ 1 Reg. IX, 13, it. עַ 2 Reg. VIII, 13, עָ Gen. XXXI, 32. — b) frequentissimum est מַה־, ante litteras non gutturales sq. Dag. forti coniunctivo, ut מַה־לְּךָ Iud. I, 14, מַה־שְּׁמוֹ Ex. III, 13, מַה־יִּהְיֶה 1 Reg. XIV, 3 et sexcenties; ante gutturales duriores, ut ה, c. Dag. occulto, ut מַה־הוּא Num. XVI, 11, מַה־הִיא Num. XIII, 18. Ps. XXXIX, 5 (quanquam sq. ה etiam Kamez ferri potest, v. litt. a). — c) passim מַה־ sq. Dag. cum vc. sequente in unum coaluit, ut מַלָּכֶם pro מַה־לָּכֶם Jes. III, 15, מַזֶּה Exod. IV, 2, מַתְּלָאָה Mal. I, 13, מַדּוּעַ (q. v.), et sequente gutturali מָהֶם pro מַה הֵם Ez. VIII, 6 (adde nomm. pr. מַבְּנַדְבִי, מַכְבַּנַּי). — d) מֶה ponitur sqq. litteris ה, ע, ח Kamezatis ex noto canone grammatico, ut מֶה עָשִׂיתָ, מֶה חָדֵל Ps. XXXIX, 5. LXXXIX, 48, praeterea saepissime ante litteras non gutturales, maxime ab initio sententiarum, מֶה מִשְׁפַּט הָאִישׁ 2 Reg. VII, 7. Ps. IV, 3. X, 13. Jes. I, 5. Jer. XI, 15, persaepe etiam ubi praefixa accesserunt (cf. Maurer. ad Jos. IV, 6) לָמֶּה 1 Sam. I, 8, כַּמֶּה 1 Reg. XXII, 16. 2 Par. XVIII, 15. Zach. VII, 3, et בַּמֶּה (quod adeo usitatius est quam בַּמָּה) Ex. XXII, 26. XXXIII, 16. Iud. XVI, 5. 1 Sam. VI, 2. XXIX, 4. Mal. I, 7 cet., sq. Dag. forti Iud. XVI, 5. — Vid. Masora ad Gen. XXXI, 31. Exod. XXXII, 1.

מָה, semel מָא (q. v.) chald. 1) *quid?* Dan. IV, 32. 2) indefinite *quod, quidquid* Dan. II, 22. Esr. VI, 9. מָה דִי id quod, quidquid est quod Dan. II, 28. 29. 45. Esr. VII, 18. Syr. ܡܳܐ ܕ.

Cum praeff. 1) כְּמָה *quam, quantopere.* Dan. III, 33: אָתוֹהִי כְּמָה רַבְרְבִין *signa eius quam magna sunt!* Cf. ܟܡܳܐ Hebr. VII, 4. 2) לְמָה *quare?*, quod est dehortantis, inde *ne* Esr. IV, 22, דִּי לְמָה id. VII, 23. Ita Syr. ܠܡܳܐ, ܠܡܳܐ, ܕܠܡܳܐ ne, ne forte. Barhebr. 145. 261. 408. 418. 172. Cf. hebr. לָמָּה litt. b.

מְאוּמָה (Milêl) prob. pro מָה וּמָה (an forte מָה אוֹ מָה?) *quidquid, quidquam.* Num. XXII, 38: הֲיָכֹל אוּכַל דַּבֵּר מְאוּמָה *num possum quidquam loqui?* 2 Reg. V, 20: *et accipiam ab ipso* מְאוּמָה, ubi nonnulli codd., sed minus emendati, מוּמָה (v. Norzium et de Rossium). In genit. postponitur Deut. XXIV, 10: מַשַּׁאת מְאוּמָה pecunia *mutuo data quaecunque* (cf. דְּבַר מָה Num. XXIII, 3). Saepius cum negandi particulis: *non quidquam* i. e. nihil prorsus, ne minimum quidem, a) cum לֹא Deut. XIII, 18: לֹא יִדְבַּק בְּיָדְךָ מְאוּמָה מִן הַחֵרֶם. Gen. XXXIX, 6. 9. 1 Sam. XII, 5; b) cum אַיִן, 1 Reg. XVIII, 43: אֵין מְאוּמָה *non adest quidquam.* Iud. XIV, 6: מְאוּמָה אֵין בְּיָדוֹ. Eccl. V, 13. Plenius Gen. XXXIX, 23: אֵין רֹאֶה אֶת־כָּל־מְאוּמָה *non curabat quicquam* (cf. syr. ܡܶܕܶܡ ܠܳܐ); c) cum אַל, אַל תַּעַשׂ לוֹ מְאוּמָה רָע *ne facias ei quicquam mali.* 1 Sam. XXI, 3: אִישׁ אַל יֵדַע מְאוּמָה אֶת־הַדָּבָר *nemo vel minimum sciat hanc rem.* — De etymo ambigitur. Quod supra dedi et etiam Io. Simoni, Ewaldo (gramm. crit. p. 515) al. placuisse video, etiamnum verisimile videtur neque obstat, quod occurrunt, scribendum fuisse מָה וָמָה vel מַהְמָה: aliis tamen (Kimchio, Buxtorfio, nuper Redslobio de part. כִּי p. 20. Jahnii Jahrbücher, Suppl. V p. 127) מְאוּמָה idem videtur quod מְאוּם Dan. I, 4. Iob. XXXI, 7 et מוּם, pr. *macula, punctum*, ita ut לֹא מְאוּמָה respondeat fere gall. *ne point* (ne punctum quidem). Poterant hi provocare ad duo exempla sibi admodum similia, in quorum altero est מְאוּם, altero מְאוּמָה, Deut. XIII, 18. Iob. XXXI, 7: nihilominus in מְאוּמָה agnoscere malim מָה geminatum atque gravius, quum etiam מָה paene ubique locum habere possit et *quicquid* etiam ab Arabibus, Syris et Hebraeis recentioribus huiusmodi compositis exprimatur, ut مَهْمَا, ܡܶܕܶܡ ex ܡܳܐ ܕܶܡ, ܡܳܐ ܕܡܳܐ ex ܡܳܐ ܘܡܳܐ, rabb. מַה שֶּׁהוּא pro מָה מָה שֶׁהוּא (non a מַשֶּׁהוּ) cf. מַה שֶּׁיְּהֵא pro לֹא מִקְשֶׁה שֶׁהוּא quidquid est. Accedit accentus ratio, quam facilius explicueris, si compositum, quam si simplex est vocabulum. Tonus enim in penultima positus videtur, ut prius מָה magis integrum servetur neque in pronunciando nimis festinetur: posterius tonum amisit et in praecedentem syllabam reiecit, ut in לָמָּה (cf. עַל־מָה, כַּמָּה et Maurer. ad Jos. IV, 6), item ܟܡܳܐ ex ܟܡܳܐ. Maurerus (Cursus p. 90), cui מְאוּמָה est *femin.* a מְאוּם, accentum prorsus neglexit.

מַדּוּעַ (contr. ex מָה et יָדוּעַ) *cur?* v. pag. 574.

מַכְבַּנִּי (i. q. מַה־כְּבָנַי = מִכְּבָנַי quid sicut liberi mei) n. pr. viri 1 Par. XII, 15.

מַכְנַדְבַי (quid sicut liberalis?) n. pr. viri Esr. X, 40.

מָהַהּ vel potius מָהְמַהּ in Kal inusit. pr. *negavit, recusavit.* (Radicem simplicem habent Arabes et Syri in particula مَهْ, مَهْ, ܡܗ *cave, abstine, desine* i. q. μή pro μὴ τοῦτο γένηται, unde مهمه dixit مه مه, increpando prohibuit, impedivit. II. abstinuit, destitit, cf. نَهْنَهَ et altero He mitigato نها abegit, prohibuit, interdixit, cf. de verbis cognatis sub rad. נוא. — In lingua Syriaca *tardandi morandique* significatu Castellus p. 486. 487 habet „ܡܗܡܗܢܘܬܐ morae, cunctationes, ܡܡܗܡܗܢܐ tardans, moram faciens B. B. cf. arab. مهل“, sed haec valde suspecta sunt, et suspicor, eum male vel legisse vel intellexisse Bar Bahluli glossam ܡܗܡܗܢܐ مهمل negligens, a rad. ܗܡܐ).

Hithp. הִתְמַהְמַהּ pr. detrectavit, tergiversatus est, hinc *cunctatus est*, opp. חוּשׁ (Ps. CXIX, 60). Gen. XIX, 16. XLIII, 10. Exod. XII, 39. Iud. III, 26. XIX, 8. 2 Sam. XV, 28. Hab. II, 3. Jes. XXIX, 9: הִתְמַהְמְהוּ וּתְמָהוּ *cunctamini s. exspectate et miramini* i. e. exspectate et mirabimini, mox mirabimini (cf. notam nostr. ad Jes. germ. versum ed. 2).

מָהַל ἅπαξ λεγόμ. i. q. chald. מְהַל hebr. מוּל (p. 360 A) *praecidit, circumcidit*, translate *diluit, adulteravit* vinum aqua affusa. Jes. I, 22: סָבְאֵךְ מָהוּל בַּמָּיִם *vinum tuum aquâ est dilutum.* Ita Arabes verba caedendi, interficiendi, vulnerandi frequentant de eo, qui vinum merum (יין חי vinum vivum apud Rabbin.) adfusa aquâ extenuat, nervo quasi et robore privat. En, quae laudavit Alb. Schultens (Opp. min. pag. 126), nos additis exemplis firmavimus: قطب cecidit, excidit, inde miscuit vinum v. c., راح ببرد قراح انما مقطوب vinum mixtum frigore aquae purissimae, Gorairi ap. Reisk. ad Abulf. Ann. IV p. 14, ubi Schol. مقطوب ممزوج, inde قَطِيبٌ, قَطِيبَةٌ mixtura ex lacte camelino et ovillo Hamas. p. 241 Freyt.; قتل interfecit, pr. cecidit, ut قطل, inde قتلت الشراب مزجته Dschauh.; شَجَّ fregit, vulneravit, unde Caab ben Zoheir Comm. 4: (vino) شُجَّتْ بِذِي شَبَمٍ *quod dilutum est aqua frigida*, ubi Schol. يقال شججت الخمر اذا مزجتها dicitur: frango s. vulnero vinum, ubi misceo illud. Alia verba testibus Lexicographis eodem modo translata sunt قتع, سحط (cf. hebr. שָׁחַט de auro adulterato), et فَنَّ med. E. mortuus est, it. diluit lac. Cf. scelus est iugulare (i. e. diluere) Falernum Martial. ep. 1, 28, et Catull. epigr. 27: at vos quo lubet hinc abite lymphae, vini pernicies. Quod Hitzigius coniicit, מָהַל h. l. fortasse *castrandi* significatu accipiendum esse, qui huiusmodi translationi accommodatior sit, non ineptum est, neque tamen necessarium, quum etiam circumcidendo aliquis vulneratur. Singularis denique est observatio Kimchii: ענינו מזוג והביא ראיה אדני אבי ז"ל מהערבי שאומר לדבר המעורב מהלא מהלא: sed minus apta videtur ad h. l., nam مَهْلًا nihil aliud est atque *lente, sensim*. quod miscendi verbo apponi potest, sed ad ipsam mixtionem non pertinet.

I. מָהַר 1) *festinavit.* Saepe in Pi. In Kal semel Ps. XVI, 4 de idololatris: אַחֵר מָהָרוּ *ad alios* (deos) *festinant.* Iam Jarchius אַחֵר h. l. deum alienum explicavit (coll. Jes. XLII, 8. XLVIII, 11) et sq. accusativo verbum coniungitur etiam alibi (Nah. II, 6): eodem rediret, si cum Storrio (vide p. 71) explicares: *aliorsum* (i. e. ad idola) *festinant*, sed illud tamen praestat. Sunt, qui festinandi significatum in Kal in dubium vocent (Hitzigius, Böttcherus) et מהר donandi significatione accipiant: *qui alienum deum donis venerantur*, ut dudum praeiverunt Kimchi et Sal. b. Melech: שנותנין לאל אחר מוהר ומתן ומקרבים קרבנות: sed ut illi interpretationi obstat usus in Kal, ita huic ceterum non ineptae opponi potest, neque verbum neque nomen unquam ad donaria diis oblata transferri. 2) *expeditus*, versatus *fuit* in arte vel opere, v. Pi. no. 3 et מָהִיר. (Translatam hanc significationem habent Arabes, Aethiopes, Syri: مَهَرَ sollers, ingeniosus fuit. مَاهِرٌ sollers, መሀረ: docuit, ተመሀረ: doctus, eruditus fuit, ምሁር: doctus, ܡܗܝܪ exercitatus, ܡܗܝܪܘܬܐ exercitatio. Primaria festinandi potestas latet in syllaba הר, cf. germ. vet. sup. *hurjan* festinare, unde angl. *hurry*, nostr. *hurtig*. Fürstius in concordd. radici propriam fluendi vim tribuit, coll. מָרַר: sed in hac celeritatis notio desideratur).

Pi. 1) *festinavit* 1 Sam. IX, 12. Jes. XLIX, 17. Jer. XLVIII, 16, sq. אֶל loci, quo quis festinat Prov. VII, 23, it. sq. acc. addito ה— locali Gen. XVIII, 6, et sine eo Nah. II, 6. Jes. VIII, 1: לְמַהֵר שָׁלָל *festinatur ad praedam* i. q. sequens חָשׁ בַּז. Pro gerundio לְמַהֵר V. 3 habetur מַהֵר. Saepe copulatur cum alio verbo, idque variis modis, a) cum verbo finito praemissa copula. Gen. XLV, 9: מַהֲרוּ וַעֲלוּ *festinate et ascendite*, cito ascendite. Comm. 13. XXIV, 18. 20. 46. 1 Sam. IV, 14. XVII, 48. XXIII, 27. XXV, 18. 23. 34. b) cum verbo finito ἀσυνδέτως. Iud. IX, 48: מַהֲרוּ עֲשׂוּ כָמוֹנִי. Esth. VI, 10. c) sq. gerundio. Gen. XVIII, 7: וַיְמַהֵר לַעֲשׂוֹת אֹתוֹ. XLI, 32. Ex. X, 16. XII, 33. Prov. VI, 18.

d) sq. infinitivo nudo Ex. II, 18. Latine in huiusmodi exemplis מִהַר saepe reddas adverbio *cito*, *mox*. Gen. XXVII, 20: מַה־זֶּה מִהַרְתָּ לִמְצֹא *quomodo tam cito invenisti*. Ex. II, 18: מַדּוּעַ מִהַרְתֶּן בֹּא הַיּוֹם Vulg. cur solito velocius venistis? Ps. CVI, 13: מִהֲרוּ שָׁכְחוּ מַעֲשָׂיו *mox obliti sunt facinora eius*. Inf. מַהֵר propere, festine. Ex. XXXII, 8. Deut. IV, 26. VII, 4. 22. IX, 3. 12. 16. XXVIII, 20. Iud. II, 17. 23. Ps. LXXIX, 8. Zeph. I, 14 al.

2) causat. *cito arcessit*, refertur ad homines Est. V, 5. 1 Reg. XXII, 9. 2 Par. XVIII, 8, et ad res Gen. XVIII, 6: מַהֲרִי שְׁלֹשׁ סְאִים קֶמַח — Jes. V, 19: יְמַהֵר יָחִישָׁה מַעֲשֵׂהוּ *cito arcessat*, *acceleret opus suum* (Deus).

3) *promtus*, *expeditus fuit* in aliqua re. Jes. XXXII, 4. sq. gerundio: *lingua balborum* תְּמַהֵר לְדַבֵּר צַחוֹת *expedita erit ad perspicue loquendum.* Parall. יָבִין.

Niph. נִמְהַר *festinatus* inde *praecipitatus est* (übereilt werden. Iob. V, 13: עֲצַת נִפְתָּלִים נִמְהָרָה *consilium versutorum praecipitatur* et irritum cadit. Part. נִמְהָר 1) *praeceps*, *temerarius* Jes. XXXII, 4. — 2) *impetuosus*, praecipiti cursu impetum faciens, nostr. *ungestüm* Hab. I, 6. — 3) addito לֵב: *timidus*, a fuga praecipite Jes. XXXV, 4.

מָהִיר adj. *celer*, inde *exercitatus*, *expeditus* in negotio, arte (nostr. *fertig*, *Fertigkeit habend*). Prov. XXII, 29: אִישׁ מָהִיר בִּמְלַאכְתּוֹ. סוֹפֵר מָהִיר *scriba expeditus*, tachygraphus Ps. XLV, 2, it. γραμματεύς doctus Esr. VII, 6 מָהִיר צֶדֶק *iustitiam edoctus*. Jes. XVI, 5. (De usu Syrorum, Arabum, Aethiopum v. ad rad.).

מְהֵרָה f. *festinatio*, *celeritas*, unde בִּמְהֵרָה Eccl. IV, 12. עַד מְהֵרָה Ps. CXLVII, 15, et simpl. מְהֵרָה *celeriter*, *propere* Num. XVII, 11. Deut. XI, 17. Jos. VIII, 19. 2 Sam. XVII, 16. 18. 21. Ps. XXXI, 3. XXXVII, 2 et saepe. Copulatur cum synonymo: מְהֵרָה קַל Jes. V, 26, et קַל מְהֵרָה Joel IV, 4.

מַהֲרַי n. pr. (impetuosus, v. Niph. part. no. 2) n. pr. tribuni militum Davidis 2 Sam. XXIII, 28. 1 Par. XI, 30. XXVII, 13.

II. מָהַר *emit* uxorem pretio parentibus soluto (מֹהַר). (Verba affinia sunt מָכַר He in vocalem soluto, et gutturali duriore מָחַר, it. מָכַר. Desponsandi significatum habet aeth. ⃞ Temere Alb. Schult. ad Har. VI, 246 hanc radicem cum priore illa ita conciliat, ut *dos* a festinando dicta sit). Exod. XXII, 15: מָהֹר יִמְהָרֶנָּה לּוֹ לְאִשָּׁה *pretio soluto eam habeat uxorem*.

מֹהַר m. *pretium donumve* pro sponsa parentibus eius oblatum Gen. XXXIV, 12. Exod. XXII, 16. 1 Sam. XVIII, 25. Respondet Hom. ἔδνον Od. 8, 319, quanquam hoc etiam de *dote* dicitur s. dono, quod a parentibus filiae in matrimonium collocatae datur. Apud Arabes مَهْر est donum sponsalicium, quod sponsus futurae uxori in peculium dat. مَهَرَ dotem scripsit mulieri, quae uxor eius futura est. syr. ܡܗܪܐ.

מוֹ pr. i. q. מָה arab. ما *quid*, id *quod*, plerumque pleonastice (sed vide בְּמוֹ litt. A) annectitur praepositionibus בְּ, כְּ, לְ, ita ut orientur vocabula separata בְּמוֹ, כְּמוֹ, לְמוֹ, ut arab. بِمَا pro بِ, كَمَا pro كَ (v. de Sacy gramm. arabe I, §. 1037. 1047. 1048. II, §. 11– ed. 2), quae quidem formae separatae poëtico fere sermoni propriae sunt, nisi quod ante suffixa ferme ubique כְּמוֹ, כְּמוֹ dicatur pro כְּ. Fuerunt, qui מוֹ syllabam idem vocabulum esse censerent atque מוֹ *aqua* (v. rad. מוּא), inde *species*, *imago* in aqua conspicua, ita ut כְּמוֹ sit *secundum speciem*, *ad instar*: sed faciamus, כְּמוֹ ita explicari posse, בְּמוֹ et לְמוֹ non possunt. Videamus iam de singulis:

בְּמוֹ poët. i. q. בְּ 1) *in*, c. ablat. Ps. XI, 2. Jes. XXV, 10 Keri. XLIII, 2. XLIV, 16. 19, c. acc. Iob. XXXVII, 8. — 2) i. q. בְּ instrumenti Iob. XVI, 4. 5.

כְּמוֹ (si sequuntur nomina, et ante suffixa gravia: כְּמוֹהֶם, כְּמוֹכֶם) et **כָּמוֹ** (ante suffixa levia: כָּמֹנִי sicut ego, כָּמוֹךָ, כָּמוֹהוּ, כָּמֹהָ; כָּמֹנוּ)

A) Adv. qualitatis demonstr. i. q. כְּ litt. A, ut gr. ὥς, *ita*, *sic*, pr. *sicut tale*, *so etwas*. Ita in loco difficili Ps. LXXIII, 15: *si dicerem*: אֲסַפְּרָה כְמוֹ *loquar ita*, ut impii loquuntur (LXX. οὕτως), non enim est quod vocalibus mutatis legas כְּמוֹ = כָּהֵם *sicut illi*, vel כְּמוֹ הֵנָּה *sicut ista*: quorum prius adeo linguae usu destituitur. (Illam interpretationem iam in Lex. man. propositam, quam suam fecit Maurerus, egregie firmat aeth. ⃞ idem, itidem, similiter, Ludolf. Lex. p. 392). Ubi repetitur: *sicut — ita* (Ps. LVIII, 10): *qualis*, *talis*. Iud. VIII, 18: כָּמוֹךָ כְּמוֹהֶם *qualis tu*, *tales illi*, et vicissim: *ita — sicut*: *talis*, *qualis*. 1 Reg. XXII, 4: כָּמוֹנִי כָמוֹךָ *ita ego*, *sicut tu*. 2 Reg. III, 7. 2 Par. XVIII, 3.

B) Praep. similitudinem indicans: *ut*, *sicut*, gr. ὡς. אִישׁ כָּמוֹנִי vir sicut (qualis) ego Neh. VI, 11. Ex. XV, 5: *ceciderunt in profunda* כְּמוֹ אָבֶן *sicut lapis*. Iob. X, 22: אֶרֶץ עֵיפָתָה כְּמוֹ אֹפֶל *t. in qua tenebrae sunt instar caliginis nocturnae*, wo es finster ist, wie stockfinstre Nacht. Ex. XV, 8. 11. Ps. XXIX, 6. LVIII, 5. 8. 9. LXIII, 6. Iob. VI, 15. XIX, 22. XXVIII, 5. XXXI, 37. XXXVIII, 14. XLI, 15 et saepe, sed sine suff. nonnisi in sermone poëtico. — Hagg. II, 3: הֲלוֹא כָמֹהוּ כְּאַיִן בְּעֵינֵיכֶם *nonne templum sicut hoc* (i. e. tale templum) *nihili est in oculis vestris?* כְּמוֹ אֵלֶּה (verba) sicut haec, i. e. talia verba Iob. XII, 3. כָּמֹהוּ (talis) qualis ille Ex. IX, 18.

C) Conj. i. q. כַּאֲשֶׁר, integrae sententiae praemissum, pr. *sicut* id *quod*. 1) *sicut*. Jes. XLI, 25: כְּמוֹ יוֹצֵר יִרְמָס־טִיט *sicut figulus calcat lutum*. 2) *ut* temporale, = *quum*, *postquam*, *simulac*. Sq. Praet. (ut lat.). Gen. XIX, 15: כְּמוֹ הַשַּׁחַר עָלָה *ut* (simulatque) *aurora ascendit*. Jes. XXVI, 18: כְּמוֹ יָלַדְנוּ רוּחַ *ut peperimus*, *ventus erat*.

In linguis cognatis respondet arab. كَمَا, chald כְּמָא, syr. ܐܝܟ ܡܐ, ܐܝܟܢܐ, sam. ⃞ sicut, aethiop

ከመ፡ sicut, unde ከመዝ፡ sic, በከመ፡ ዘከመ፡ secundum. De ከመ፡ vide supra ad litt. A.

לְמוֹ i. q. לְ v. supra pag. 757 A.

מוֹ aqua, v. sub rad. מוא.

מוא rad. inusit., quae *diffluendi*, *fluendi* significatum habuisse videtur, unde מוֹ (pro מוא) et מַי (pro מַיא, ut גַּי pro גַּיא vallis) pl. מַיִם aqua. A rad. מוא arab. مأ est arab. مآء, ماءة aqua: in verbo usitatum est ماه aquam habuit puteus II. aquam effudit, et sic ماه plur. مياه aquae, dimin. مُوَيْه, مُوَيْهَة paullulum aquae. Hae autem radd. emollitae sunt e durioribus מוע, מיע, ماع med. Je fluxit, liquatus est, it. מוּג, מָאַךְ, מָכַךְ, מָקַק, in quibus cunctis diffluendi vis inest. Vicinae sunt مَهَا aqua perfudit, med. O. aquosum fuit lac, IV. aqua diluit vinum, መሰወ፡ liquefactus, dissolutus est, et מָעָה q. v. In linguis indogermanicis congruit sanscr. *mih* effundere, mingere, gr. *ὀμιχεῖν*, lat. *mingere*, *mejere*, et plura, quae laudat Pott, etym. Forschungen I p. 283). Aspirata in sibilum versa nova oritur radd. series: מָסַס, מָאַס no. II, מָסָה q. v.

מוֹ (pro מוא) *aqua*. Semel Iob. IX, 30 in Chethibh: בְמוֹ שָׁלֶג *in aqua nivis*, Keri: בְּמֵי שָׁלֶג. Praeterea in n. pr. מוֹאָב *aqua* i. e. *semen* patris, cf. de hac translatione infra v. מַיִם litt. c. Congruit chald. מוֹי (ad formam גּוֹי), c. suff. מוֹהִי aqua eius (neque vero מוֹהּ, quod habet Fürstius, pl. מוֹהִין, nam Gen. XLIX, 4 Ion. legitur מוחין) et phoenicium מו *mú*, *my*, fem. מות *mût*, quod complurium nomm. pr. partem efficit, ut *Mysocarus* מו שקר aqua mendax (i. q. אַכְזָב), *Mutigenna* מותי גנה aqua horti, *Muthul* מות בעל aqua Baalis, *Mythistratus* מות עשתרת aqua Astartes, v. Monumm. Phoenicia p. 418. 425.

מַי (pro מַיא v. ad rad.) sing. inusit. *aqua*, cuius unicum vestigium est in n. pr. אֲחוּמַי frater aquae, aeth. ማይ፡, zab. ܡܝܐ Norb. Lex. ed. 119.

Plur. מַיִם, cstr. מֵי et paulo rarius מֵימֵי (cf. de eiusmodi formis geminatis Ewald. gr. crit. p. 508 not.), c. Suff. מֵימֶיךָ, מֵימָיו, מֵימֵיהֶם c. He locali מַיְמָה Exod. VII, 15. VIII, 16 *aquae*, *aqua*. (Chald. מַיָּא, syr. ܡܝܐ raro in st. absol. ܡܝܢ praeter locum a Cast. laudatum Prov. IX, 12. Sir. XXVI, 15. Act. M. II p. 356. Etiam Indi in pl. frequentant *âpas* aquae). Aliquoties מַיִם in st. absol. ponitur, ubi constructum exspectes, מַיִם לַחַץ 1 Reg. XXII, 27. Jes. XXX, 20, et מַיִם בִּרְכַּיִם aqua usque ad genua pertingens Ez. XLVII, 4 cf. quod statim sequitur מֵי מָתְנַיִם aqua ad lumbos pertingens (v. gramm. hebr. §. 114, 2 ed. 12). — Coniungitur cum adiectivis pluralibus: מַיִם חַיִּים aqua viva i. e. scaturiens Gen. XXVI, 19. Lev. XIV, 5. 50. 2 Reg. II, 19, מַיִם קְדֹשִׁים aqua sancta Num. V, 17, מַיִם רַבִּים Ps. XVIII, 17; verbis et pluralibus Gen. VII, 19. VIII, 5. Ezod. XLVII, 1, et singg., neque solum, ubi verbum praepositum est Gen. IX, 15. Num. XX, 2. XXIV, 7. XXXIII, 14. 2 Reg. III, 9, sed etiam aliquoties, ubi postpositum Num. XIX, 13. 20; copulatur denique cum suffixo sing. fem. Iob. XIV, 19 (ex lege gramm. §. 143, 3). — Dicitur de aquis oceani Ps. XVIII, 16 cf. 2 Sam. XXII, 16, de oceano coelesti Gen. I, 7. Ps. XXIX, 3. CIV, 3. CXLVIII, 4 (cf. Meninskii Lex. v. بحر), de aqua in nubibus latente Iob. XXVI, 8. Ps. XVIII, 12, de aqua pluviae Iob. V, 10 cet. — Ubi iungitur cum nomine oppidi, aquam ei vicinam, sive fontem sive rivum torrentemve, sive paludem denotat. Sic מֵי מְגִדּוֹ Iud. V, 19 de torrente Kischon, מֵי נִמְרִים Jer. XLVIII, 34, מֵי עֵין שֶׁמֶשׁ, מֵי־נֶפְתּוֹחַ, מֵי־מְרִיבָה Jos. XV, 7 q. v. de fontibus, מֵי יְרִיחוֹ Jos. XVI, 1, מֵי דִימוֹן Jes. XV, 9 de rivulo, מֵי מֵרוֹם (q. v.) de palude; cf. מֵימֵי מִצְרַיִם de aquis Aegypti Exod. VII, 19. VIII, 2, כָּל־מֵימֵי יִשְׂרָאֵל 2 Reg. V, 12; מֵי נֹחַ *aquae Noachi*, de diluvio Jes. LIV, 9.

Transfertur ad alios liquores: a) מֵי רֹאשׁ *aqua* s. succus *papaveris*, opium Jer. VIII, 14. b) מֵימֵי רַגְלַיִם aqua pedum Jes. XXXVI, 12 Keri, honeste dicitur pro *lotio*, ut syr. ܡܝܐ ܕܪ̈ܓܠܐ aqua pedum et ܡܝܐ ܕܦܓܪܐ aqua corporis, talmud. מימי רגלים, pers. آب زدن vesicam exonerare. c) *aqua viri* est semen virile i. q. זֶרַע. (Arab. ماء id. Cor. 86, 5, نُطْفَة aqua, it. semen virile Cor. 22, 5, pers. آب پشت aqua dorsi, qs. semen defluat ex medulla spinali, et آب کشن semen admissarii). Jes. XLVIII, 1: וּמִמֵּי יְהוּדָה יָצָאוּ *et* qui *e semine Judae prodierunt*. Targ. וּמִזַּרְעִית יְהוּדָה נְפַקוּ. Cf. imaginem a puteo vel fonte desumtam Jes. LI, 1. Ps. LXVIII, 27, et a situlis Num. XXIV, 7. Ceterum admodum probabilis est Seckeri aliorumque coniectura, pro מִמֵּי legendum esse מִמְּעֵי, conf. formulam: אֲשֶׁר יֵצֵא מִמֵּעֶיךָ Gen. XV, 4. 2 Sam. VII, 12. XVI, 11, et צֶאֱצָאֵי מֵעֶיךָ Jes. XLVIII, 19. — (Similiter Syri, Arabes, Persae *aquae* vocabulum de aliis liquoribus usurpant, ut ما المحيا aqua vultus i. e. lacrimae, آب دهان aqua oris et آب دندان aqua dentium, saliva v. Lexx. adde Sin. *aqua oculorum* de lacrimis, Remusat gramm. p. 2).

Poëtis *aquae* imaginem praebent *α*) *multitudinis* et *abundantiae*. Iob. XV, 16: *bibit nequitiam ut aquam* i. e. plenis haustibus, totus ea imbutus est. XXXIV, 7. — Iob. III, 24: *effunditur ut aqua rugitus meus*. Ps. LXXIX, 3: *effundunt sanguinem eorum ut aquam*. — Jes. XI, 9: *plena erit terra cognitionis Dei*, כַּמַּיִם לַיָּם מְכַסִּים. Hab. II, 14. Spec. *β*) hostium multorum, torrentis instar inundantium. Jes. XXVIII, 2. 17. Ps. LXXXVIII, 18. *γ*) magnorum periculorum. Ps. XVIII, 17: *extraxit me ex aquis multis*. XXXII, 6. LXIX, 2. 3. 16.

CXXIV, 4. 5. Iob. XXVII, 20. Cf. arabicorum graecorumque poëtarum plurima exempla in dissertatt. Lugdd. p. 960. *δ)* virium solutarum, Ps. XXII, 15: *ut aqua effusus sum.* *ε)* pavoris. Jos. VII, 5: *liquefactum est cor populi* וַיְהִי לְמָיִם *et aqua factum est* (cf. arab. مَاهٌ aquei cordis, pavidus, pusillanimis). Opp. est cor durum instar lapidis (Iob. XLI, 16) i. e. intrepidum. *ζ)* Aquae, eique fervidae, bullienti, comparatur *lascivia.* Gen. XLIX, 4: פַּחַז כַּמַּיִם.

Inde nomina propria:

1) מֵי זָהָב (aqua i. e. splendor auri cf. arab. ماء et pers. آب) n. pr. viri Gen. XXXVI, 39.

2) מֵי הַיַּרְקוֹן (aquae flavedinis) n. pr. oppidi Danitarum, a fonte rivove vicino dicti Jos. XIX, 46.

3) מֵי־נֶפְתּוֹחַ (aquae apertionis) n. pr. fontis in tribu Judae, in vicinia vallis Hierosolymitanae Ben-Hinnom Jos. XV, 9. XVIII, 15.

4) מֵידְבָא v. infra. (In Punicis similia sunt nomina: *Meneggere* מי נגרה aquae catarractae, *Menephese* מי נפש aquae recreationis al. v. Monumm. Phoen. p. 425 a).

מוֹאָב m. *Moabus*, auctor gentis Moabiticae, domestico stupro Loti cum filia natu maiore prognatus Gen. XIX, 37, ad quod quidem incestum a scriptore sacro l. c. trahitur etiam nomen *semen patris* significans (v. מו 774 A) et per se nihil opprobrii habens: quidni enim filius vocetur *semen patris* (זֶרַע אָב) s. ex semine patris prognatus? Ceterum linguae rationes non perspexerunt, qui vetustum etymon his ipsis rationibus contrarium iudicarunt, quasi sacer scriptor מוֹאָב explicaverit מֵאָב (de Wette, et nuper Tuchius ad Gen. l. c.), vel מְבִיא אָב i. q. מֵבִיא אָב concubitus patris (Hiller, Simonis al.). Aliud tamen (מוֹאָב terra desiderata, a יָאַב) ex ingenio proposuit Maurerus (Cursus p. 130). — 2) populus (m. Num. XXII, 3. 2 Reg. I, 1. Jer. XLVIII, 11. 13. fem. Iud. III, 30. 2 Sam. VIII, 2: וַתְּהִי מוֹאָב לְדָוִד לַעֲבָדִים, etiam c. verbo plurali 2 Reg. III, 21: כָּל־מוֹאָב שָׁמְעוּ. Comm. 22) et regio (fem. Jer. XLVIII, 4) *Moabitarum.* Ac regio quidem Moabitarum s. *Moabitis* (plenius שְׂדֵה מוֹאָב dicta Ruth I, 1. 2. 6. 22. II, 6. IV, 3) ab oriente maris mortui et Jordanis in australi Arnonis litore (Num. XXI, 13. 26. Iud. XI, 18) sita erat, ampliore tamen significatu etiam regiones, quae antea Amoraeorum fuerant, e regione Hierichuntis complectebatur, accuratius עַרְבוֹת מוֹאָב *campestria Moabi* (Num. XXII, 1. XXVI, 3. XXXI, 12. XXXIII, 49. 50. XXXV, 1. Deut. XXXIV, 1), alibi simpliciter אֶרֶץ מוֹאָב dictas (Deut. I, 5. XXVIII, 69. XXXII, 49. XXXIV, 5): quas ipsas regiones Rubenitis postea assignatas decem tribubus in exilium abductis Moabitae denuo occupasse videntur (v. Jes. XV. XVI. Jer. XLVIII). De historia et geographia eorum vide quae disputavimus in Comment. ad Jes. I, p. 501 sqq. cf. Hitzig des Propheten Jonas Orakel über Moab. Heidelb. 1831. 4. Hodie ea regio *Kerrek* appellatur ab urbe eius primaria (v. קִיר מוֹאָב).

Nom. gentil. est מוֹאָבִי *Moabita* Deut. XXIII, 4. Neh. XIII, 1, fem. מוֹאָבִית 2 Par. XXIV, 26, מוֹאֲבִיָּה Ruth I, 22. II, 2. 6. IV, 5. 10, pl. מוֹאֲבִיּוֹת Ruth I, 4. 1 Reg. XI, 1.

מֵידְבָא (aquae quietis, v. rad. דָּבָא) n. pr. oppidi Rubenitarum in planitie cognomine siti Num. XXI, 30. Jos. XIII, 9. 16. 1 Par. XIX, 7, Moabitidi postea accensiti Jes. XV, 2, gr. Μηδαβά, Μηδόβη, Μήδαβα 1 Macc. IX, 36. Jos. Archaeol. 13, 1. §. 4. 9. §. 1. Ptolem. 5, 17. Eusebius: Μήδαβα, πόλις ἣ μέχρι νῦν ἐστι τῆς Ἀραβίας, Μήδαβα εἰς ἔτι νῦν καλουμένη, πλησίον Ἐσσεβών. In episcoporum sedibus ea memoratur ap. LE QUIEN, Oriente Christiano III, p. 773. Etiamnum ruinae *Madaba* dictae ibi locorum repertae sunt (Seetzen in v. Zach moratl. Corresp. XVIII, 431. Burkhardt itin. Syriae p. 625 ed. germ.). Cf. Relandi Palaestina p. 893.

מוּג 1) *fluere, diffluere, dissolvi, liquefieri,* v. Ni. Pil. Hithpal. (Congruit arab. ماع med. Je. liquefactus est, leniter fluxit, cf. quae laudavimus ad rad. מוא. Remotius et ماج fluctibus commotum est mare). Transit. Jes. LXIV, 6: וַתְּמוּגֵנוּ בְּיַד עֲוֹנֵנוּ *diffluere* (tabescere) *nos iubes peccatis nostris.* — 2) Translate *diffluere, dissolvi* pavore et metu, *pavescere* (cf. מָסַס et arab. ذاب diffluit it. pavit II. terruit; مَاهٌ aquei cordis, pavidus). Ez. XXI, 20: לְמַעַן לָמוּג לֵב *ut diffluat s. pavescat cor.* Ps. XLVI, 7: תָּמוּג אָרֶץ metu *diffluit terra, pavescit* Am. IX, 5.

Niph. diffluxit (hominum turba) 1 Sam. XIV, 16. Translate *diffluxit* pavore et metu Ex. XV, 15. Jos. II, 9. 24. Ps. LXXV, 4. Jes. XIV, 31 (XV, 4). Jer. XLIX, 23. Nah. II, 7: וְהַהֵיכָל נָמוֹג *palatium pavescit* (Targ. rex in palatio suo tremit), nisi potius h. l. proprie accipiendum est: *diffluit* dissolvitur *palatium:* antecessit enim: *portae fluminum apertae sunt.*

Pil. מוֹגֵג *diffluere fecit, liquefecit,* v. c. terram aridam imbribus. Ps. LXV, 11: בִּרְבִיבִים תְּמֹגְגֶנָּה. Metaph. Iob. XXX, 22 Keri: תְּמֹגְגֵנִי תֻשִׁיָּה *dissolvisti salutem meam,* ubi Chethibh ita legendum et explicandum est: תְּמֹגְגֵנִי תְשׁוּיָה *dissolvisti me* et *terruisti* me.

Hithpal. diffluxit. Am. IX, 13 hyperbolice: *omnes colles diffluent,* in vini et olei humorem toti quasi resolventur. Translate *diffluxit* pavore et metu Nah. I, 5. Ps. CVII, 26.

מוּד rad. in verbo incertae auctoritatis. I) i. q. מָדַד extendit, unde תָּמִיד. II) fortasse i. q. arab. ماد med. Je, mota, agitata fuit res v. c. terra Cor. 16, 15. 31, 9 (cf. cognatas radd. מוּט, נוּד, נָדַד). Huc LXX et Chald. referunt Hab. III, 6: *stat* Deus וַיְמֹדֶד אֶרֶץ *et commovet terram.* Sed vide ad מָדַד Po.

תָּמִיד m. 1) pr. extensio, inde *spatium longum, diuturnum, perpetuum.* In genitivo aliis substantivis postpositum adiectivi vices tenet, ut אַנְשֵׁי תָמִיד *viri perpetui*

i. e. in perpetuum conducti Ez. XXXIX, 14, עֹלַת הַתָּמִיד holocaustum perpetuum i. e. quotidianum, et matutinum et vespertinum Num. XXVIII, 6. 10. 15. 23. 24. Vulg. sacrificium iuge. לֶחֶם הַתָּמִיד panis perpetuus, de pane facierum Num. IV, 7. Raro iungitur per appositionem עֹלָה תָּמִיד Num. XXVIII, 3. — 2) ellipt. pro עֹלַת הַתָּמִיד sacrificium iuge, quotidianum, c. fem. Dan. VIII, 11. 12. 13. XI, 31. — 3) adv. *perpetuo*. Exod. XXV, 30. XXVII, 20. XXVIII, 29. 30. 38. Ps. XVI, 8. XXV, 15. XXXIV, 2. Jes. XXI, 8 XLIX, 16 et persaepe. LXX. διαπαντός, ter ἐνδελεχῶς assidue. Vulg. saepe: *iugiter*. (Chald. תְּמִידָא id. Eccl. X, 16. 17. Rabbini inde formarunt verbum denom. הִתְמִיד perpetuum fecit).

מוֹט fut. יָמוּט *nutare*, *vacillare*. (Chald. et Syr. id. Arab. ماط med. Je, declinavit a iusto, aethiop. ሞጠ: inclinavit, cf. syr. ܡܛܐ vacillavit, quam formam addubitavit quidem Chr. B. Michaëlis ad Cast. p. 492, sed confirmat eam Lex. Adler. ܡܛܐ مال زاغ. Vicinae sunt radd. נוד, נוט). Dicitur de montibus Ps. XLVI, 3. Jes. LIV, 10, de terra vel regno Ps. XLVI, 7. LX, 4, de singulis hominibus, quorum res minus prospere cedunt, qui ad perniciem vergunt Prov. XXV, 26. Ps. LXVI, 9, in quam sententiam dicunt etiam מָטָה רֶגֶל פ׳ pes alicuius nutat. Deut. XXXII, 35. Ps. XXXVIII, 17. XCIV, 18, cf. Lev. XXV, 35: *si frater tuus pauper fit*, וּמָטָה יָדוֹ עִמָּךְ *eiusque manus nutat apud te* i. e. et interitus ei imminet.

Niph. נָמוֹט fut. יִמּוֹט i. q. Kal, sed frequentius, pr. nutare factus est. Dicitur de fundamentis terrae Ps. LXXXII, 5, de hominibus (v. Kal) Ps. XIII, 5. *Non vacillare* dicuntur a) qui, quae firmiter stant, de rebus Jes. XL, 20. XLI, 7 (statuis), Ps. XCIII, 1. XCVI, 10. 1 Par. XVI, 30 (de orbe terrarum), de personis, Ps. CXII, 6. Prov. X, 30. XII, 3. b) qui firmi, intrepidi sunt, nihil metuunt. Ps. XXI, 8. Iob. XLI, 14. — Alia metaphora dicitur Ps. XVII, 5: בַּל נָמוֹטּוּ פְעָמָי *ne vacillent gressus mei* i. e. ne vacillem in tramite virtutis. Ac triplex illa verbi translatio reperitur etiam apud Arabes. Schult. ad verba Haririi cons. 1 p. 17 زلّت بك قدمك: „est pertrita Orientalibus figura, qua offensio et prolapsio ad peccatum exprimitur, cuius contrarium est: ثبتت قدمه firmus stetit pes eius. Sic Alcor. Sur. 3, 141: *domine condona nobis crimina nostra et quicquid modum excessimus uspiam* وثبّت اقدامنا *et stabili pedes nostros*. Aliquando *gressus* et *pes stabilis* adhibetur pro fortuna bene stabili et bene fundata et contra *pes fallens labensve*. Iterum ثابت الجاش ثابت القدم perquam bono animo et firmo pede in hist. Tamerlani 105 signat *firmitatem intrepidam*."

Hiph. declinare s. *delabi fecit*, *demisit*. Ps. LV, 4: יָמִיטוּ עָלַי אָוֶן. CXL, 11 Chethibh: יָמִיטוּ עֲלֵיהֶם גֶּחָלִים *demittant prunas super eos*. Keri: יִמּוֹטוּ delabantur.

Hithpal. i. q. Kal et Niph. de terra vacillante Jes. XXIV, 19. — LXX plerisque locis σαλευθῆναι.

מוֹט m. 1) *vacillatio* Ps. LXVI, 9. CXXI, 3. — 2) *vectis* (Tragstange) a vacillando et nutando dictus Num. XIII, 23, v. מוֹטָה. LXX. ἀναφορεῖς. Targ. אֲרִיחָא. It. *feretrum* in vectibus gestatum Num. IV, 10. 12. Inde 3) *iugum* (vecti simile) Nah. I, 13, v. מוֹטָה no. 2.

מוֹטָה f. 1) i. q. מוֹט no. 2 *vectis* (Tragstange) 1 Par. XV, 15. מֹטוֹת הָעֹל Lev. XXVI, 13. Ez. XXXIV, 27 *vectes iugi*, i. e. ligna circa tauri cervicem incurvata, duabus partibus extremis iugo adstricta. LXX in Levit. δεσμὸς τοῦ ζυγοῦ. Vulg. catenae cervicis, catenae iugi. Inde 2) ipsum *iugum*. Jer. XXVII, 2. XXVIII, 10. 12. Ez. XXX, 18. Metaph. Jes. LVIII, 6. 9.

מוּךְ i. q. מָכַךְ *contabescere*, *collabi*, metaph. ad paupertatem redigi Lev. XXV, 25. 35. 39. 47. (Syr. et Chald. id. ܡܟܝܟ humilis, submissus, ܡܟܝܟܘ humiliavus). Ridiculi sunt, qui ad hanc radicem referunt nomm. pr. מִיכָה, מִיכָיָה, מִיכָיְהוּ, quae vide sub v. מִי.

מוּל *praecidere* (v. Pil. Hiph.), spec. *circumcidere praeputium*, περιτέμνειν. (Apud Talmud. saepe, quanquam magis frequentatur מהל q. v., ab illo est מִילָה circumcisio, it. venae sectio. Chald. אִתְמוֹלַל succiditur planta, cf. Pil. Radices vicinae sunt מָלַל no. II et נָמַל. Plane ἀπροσδιόνυσον, quod Fürstius in concordd. confert lat. *molere*). Coniungitur sq. acc. viri, qui circumciditur, Gen. XXI, 4. Exod. XII, 45. Jos. V, 4. 7, et pudendorum Gen. XVII, 23: וַיָּמָל אֶת־בְּשַׂר עָרְלָתָם *et circumcidit carnem praeputii eorum* i. e. pudenda praeputiata eorum, etiam sq. acc. praeputii, sed metaph. Deut. X, 16: וּמַלְתֶּם אֵת עָרְלַת לְבַבְכֶם *et circumcidite praeputium cordis vestri* i. e. removete quicquid impurum et profanum est ab animis vestris. XXX, 6 cf. περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι Rom. II, 29, et περιτομὴ ἀχειροποιητός Col. II, 11. Eodem pertinet Arabum recentiorum طهر purgavit, it. circumcidit, quoniam praeputium impurum et profanum censebant. Imp. מֹל Jos. V, 2. Part. pass. מָהוּל Jos. V, 5. Jer. IX, 24.

Niph. נִמּוֹל (more chaldaeo et rabbinico pro נָמוֹל, cf. gramm. min. §. 71, 9, v. radd. לוּן, לוּז, נוּחַ, סוּת) pl. נִמֹּלוּ Gen. XVII, 27 part. plur. נִמֹּלִים XXXIV, 22 inf. הִמּוֹל fut. יִמּוֹל pass. *circumcisus est* Gen. XVII, 10. 13. XXXIV, 15. 17. 22. Ex. XII, 48. Lev. XII, 3. Jos. V, 8. Plerumque dicitur de mare, qui circumciditur, rarius de genitalibus eius Levit. l. c. Metaph. Jer. IV, 4: הִמֹּלוּ לַיהוָה *circumcidite vos Jovae* i. e. quavis impuritate abiecta Jovae vos consecrate.

Pil. succidit. Impers. Ps. XC, 6 de homine, qui cum gramine comparatur: *mane floret et germinat, vespere* יְמוֹלֵל וְיָבֵשׁ *succidunt* eum *et arescit.* Targ. מִתְמַלַּל וּמִתְיַבַּשׁ מִן חוֹרְבָא.

Hiph. excidit populum. Ps. CXVIII, 10—12, neque erat quod de hoc vocabuli usu dubitarent. Nam *circum*cidendi significatus nequaquam primarius est, contra ab abscindendo proficiscitur, cf. גָּזַר secuit, syr. circumcidit.

Hithpal. הִתְמוֹלֵל *praecisus est,* de sagittis. Ps. LVIII, 8: יִדְרֹךְ חִצָּו כְּמוֹ יִתְמֹלָלוּ *tendat sagittas, quasi praecisae sint* i. e. cuspide careant, quas tendet, sagittae.

מוּלָה pl. מוּלוֹת f. *circumcisio.* Ex. IV, 26.

מוּל, semel **מוֹל** Deut. I. 1, et **מוּאל** Neh. XII, 38 in Chethibh (ubi Keri et quinque codd. Kennicott. מוּל) pr. subst. *pars antica, facies* fere i. q. פָּנִים, נֶגֶד, sed ferme ubique praep. *in conspectu.* Exod. XVIII, 19: מוּל הָאֱלֹהִים *in conspectu Dei* i. e. coram Deo, Deut. II, 19: מוּל בְּנֵי עַמּוֹן *in conspectu Ammonitarum;* inde *e regione* v. c. urbis Deut. I, 1. III, 29. IV, 46. XI, 30. XXXIV, 6. Jos. XIX, 46. 1 Sam. XIV, 5, deserti Jos. XVIII, 18. — Substantivi potestatem retinuit in verbis 1 Reg. VII, 5: מוּל מֶחֱזָה אֶל מֶחֱזָה pr. *facies fenestrae versus fenestram* i. e. fenestra e regione fenestrae. Etymon valde ambiguum est. Ac Simonis quidem conferebat arab. مَلَّ, quod teste Castello praeter alia sq. الى sit: opposuit, sed haec ipsa significatio errore nititur, et apud Avicennam II, 111, ad quem locum is provocat, legitur يميل الى. Super suspicatus sum (Lex. man.), in verbo מוּל inesse notionem *partis anticae* i. q. אוּל, praemissa nova radicali מ (cf. radd. מאן et אין, און; מכר et כָּרָה sanscr. *kri* emit; מָנַע et نعى, نَعَى negavit; מָעַךְ pressit cf. עוּק; מָצָה cf. צָחָה; מצר cf. צרר), abiecto א, quanquam vestigium eius compareret in forma מוּאל ap. Nehem. l. c. in Chethibh: sed *praecidendi* significatum a notione *partis anticae* ducere fortasse audacius est. Itaque non displicet Redslobius, qui a forma מוּאל proficiscens hanc transpositam statuit pro מאוּל (cf. תְּאוֹ et תוֹא) ab ipsa rad. אוּל: eaque sententia probabilior, quam Ewaldi (gr. crit. p. 612), qui מוּאל derivat a rad. יָאַל, a qua formari possit subst. מוֹאָל, מוּאָל (ad formam מוֹעֵד, מוֹלֶד), neque vero מוּאָל contr. מוֹאָל. Ceterum videant eruditi, possitne (si modo tantae auctoritas est illud א semel in libro recentiore obvium, quod etiam servile esse possit, ut in נָקִיא, נָקִי) מוּאל pro מְאָל derivari a radice quadam מָאַל, cui de analogia supra exposita *antici* notio (i. q. אוּל) tribui potest, licet nulla eius cum radice מוּל necessitudo sit. Fürstio in Concordd. מוּאל compositum videtur ex מִי אֶל *quod versus* aliquam rem sit.

Praemissis praepositionibus:

1) אֶל־מוּל *versus* aliquem, post verba motus 1 Sam. XVII, 30: *et convertit se ab illo* אֶל מוּל אַחֵר *ad alium* (non bene Kimchius: אל מקום אחר). Ex. XXXIV, 3: אֶל מוּל הָהָר *versus montem;* et quietis, Jos. VIII, 33: *stabant* אֶל מוּל הַר גְּרִזִים *versus montem Garizim* i. e. e regione montis Garizim. IX, 1. Saepius אֶל מוּל פְּנֵי pr. *in faciem s. frontem,* ubique post verba motus 2 Sam. XI, 15: *collocate Uriam* אֶל מוּל פְּנֵי הַמִּלְחָמָה *in frontem aciei.* Exod. XXVI, 9: אֶל מוּל פְּנֵי הָאֹהֶל *versus frontem tabernaculi.* XXVIII, 25. 37. Lev. VIII, 9. Num. VIII, 2.

2) לְמוּאל adv. *e regione, ex adverso.* Neh. XII, 38.

3) מִמּוּל a) pr. *a facie* vel *fronte* i. q. מִלִּפְנֵי, post verba motus Lev. V, 8. 2 Sam. V, 23: מִמּוּל בְּכָאִים *a facie arborum Baka dictarum.* 1 Par. XIV, 14. Mich. II, 8: *detrahitis pallium viatori* מִמּוּל שַׂלְמָה pr. *a facie togae,* vom Oberkleide weg. b) de commoratione in loco. 1 Reg. VII, 39: מִמּוּל נֶגֶב *a latere meridionali.* 2 Par. IV, 10. Num. XXII, 5: *isque* (populus) *habitat* מִמֻּלִי *a latere meo,* mir zur Seite. Sq. פְּנֵי *a fronte, in fronte* al. rei. Ex. XXVIII, 27. XXXIX, 20.

אֶתְמוֹל 1 Sam. X, 11, **אֶתְמוּל** 1 Sam. IV, 7. XIV, 21. XIX, 7. 2 Sam. V, 2. Ps. XC, 4, bis **אֶתְמוֹל** Mich. II, 8. Jes. XXX, 33 adv. 1) *antea, pridem* Mich. Jes. ll. cc. Spec. 2) *heri.* 2 Sam. V, 2, saepe in hac locutione: כְּאֶתְמוֹל שִׁלְשׁוֹם sicut heri et nudius tertius i. e. sicut antea 1 Sam. XIV, 21. XIX, 7, מֵאֶתְמוֹל שִׁלְשׁוֹם 1 Sam. X, 11. In genit. כְּיוֹם אֶתְמוֹל *sicut dies hesternus* Ps. XC, 4.

תְּמוֹל (pro אֶתְמוֹל) id. *heri.* 1 Sam. XX, 27: גַּם תְּמוֹל גַּם הַיּוֹם. 2 Sam. III, 17: גַּם תְּמוֹל גַּם שִׁלְשׁוֹם. 1 Par. XI, 2, et תְּמוֹל שִׁלְשׁוֹם *heri* et *nudius tertius* i. e. antea. Exod. V, 8. Ruth II, 11. Cum Praeff. כִּתְמוֹל שִׁלְשׁוֹם sicut antea Gen. XXXI, 2. 5. Ex. V, 7. 14. Jos. IV, 18. 1 Sam. XXI, 6. 2 Reg. XIII, 5, מִתְּמוֹל שִׁלְשׁוֹם inde a heri et nudius tertius i. e. iam aliquamdiu Exod. XXI, 29. 36. Deut. IV, 42. XIX, 4. 6. Jos. III, 4.

Respondent syr. ܐܬܡܠܝ, ܐܬܡܠܝܢ (quae formae Castello addendae sunt, prior ex Gen. XXXI, 2. 5, posterior ex Lex. Adler.) heri, unde ܡܢܐܬܡܠܝ nudius tertius; chald. אֶתְמָלֵי, אֶתְמוֹל, תְּמָלֵי id. zab. ܐܬܡܠܝ, aeth. ትማልም: id. De etymo equidem auctore Rabbi Jona statuo, hoc vc. conflatum esse ex את (אֵת) *apud, ad,* et מוֹל, מוּל pr. i. q. לִפְנֵים, אֶת־פְּנֵים, quod a significatione locali (quam R. Jona retinet apud Micham l. c.) ad temporalem relatum sit. Suadet adeoque flagitat hanc rationem forma אֶתְמוּל: contra radix תמל (unde Kimchius derivat תְּמוֹל, dein c. Aleph prosthetico אֶתְמוֹל) eiusque in linguis cognatis significationes nihil lucis praebent.

מוּם *macula*, v. rad. מְאוּם.

מין rad. inusit. Arab. مان med Je *mentitus est,* aeth. ተመየነ: subdolus, callidus fuit, hebr. probabiliter: *speciem praetendit, prae se tulit.* Inde

מִין m. *species* (Gestalt); dein *species* (Art), cf. gr. ἰδέα, quod eodem modo et formam et speciem rei (Gestalt, Art) significat. Ubique in formula: לְמִינָהּ, לְמִינוֹ *secundum speciem eius*, pro varia eius specie, quae additur nominibus generis s. cuius plures species existunt: v. c. Gen. I, 21: עוֹף כָּנָף לְמִינֵהוּ *aves alatae pro variis earum speciebus.* Comm. 24. Comm. 25: וַיַּעַשׂ אֱלֹהִים אֶת־חַיַּת הָאָרֶץ לְמִינָהּ וְאֶת־הַבְּהֵמָה לְמִינָהּ וְאֵת כָּל־רֶמֶשׂ הָאֲדָמָה לְמִינֵהוּ. Comm. 11. 12. VI, 20. VII, 14. Levit. XI, 15: אֵת־כָּל־עֹרֵב לְמִינוֹ *corvi pro variis eorum speciebus.* 16: וְאֶת הַנֵּץ לְמִינֵהוּ. 14. 19. 22. 29. Deut. XIV, 13. 15. 18. Ez. XLVII, 10. Semel in pl. לְמִינֵיהֶם Gen. I, 21. (Apud Talmudicos מִין est secta, haeresis: apud Syros ܙܢܐ familia, tribus, q. d. species populi, Lex. Adler. اصل نسل عيلة قبيلة).

תְּמוּנָה f. 1) *species* (ἰδέα Matth. XXVIII, 3, Gestalt). Iob. IV, 16: תְּמוּנָה לְנֶגֶד עֵינָי *species* quaedam *ante oculos meos* versabatur. Deut. IV, 12. 15 (ubi species, quae cerni potest, opponitur voci, quae auditur). תְּמוּנַת יְהוָֹה fere i. q. פְּנֵי יְהוָֹה species (facies) Dei. Num. XII, 8: תְּמֻנַת יְי יַבִּיט. Ps. XVII, 15: אֶשְׂבְּעָה בְהָקִיץ תְּמוּנָתֶךָ. — 2) *imago, simulacrum rei.* Exod. XX, 4: לֹא תַעֲשֶׂה לְךָ פֶסֶל וְכָל־תְּמוּנָה. Deut. V, 8. IV, 16. 23. 25.

מוּץ 1) *premere*, de pressione lactis, nasi (v. מִיץ), de oppressione populi. Part. מֵץ *oppressor* Jes. XVI, 4. (Respondet syr. ܡܨܐ expressit liquorem, munxit, emunxit, ܡܨܘܨܐ sec. Lex. Adler. pressio lactis, ut fiat butyrum. Radix مصّ habet *sugendi* significatum, et convenit cum hebr. מָצָה, מָצַץ). — Quum pressione lactis butyrum secernatur a partibus aqueis, radix מוּץ significare videtur

2) in universum *secernere, segregare*, ut arab. ماز med. Je, unde

מוֹץ Zeph. II, 2, plerumque defective **מֹץ** m. *palea, gluma*, a granis ventilando seiuncta (chald. מוֹזָא, מוּז, מוּצָא), inde מֹץ הָרִים Jes. XVII, 13 cf. Hos. XIII, 3 non, ut volebat Simonis, „folliculus frumenti *premendo* defrictus et detritus". Bene Kimchius: הַדַּק שֶׁבַּתֶּבֶן. Jes. XLI, 15. *Paleae* a vento dispulsae comparari solent, qui cito pereunt et evanescunt Ps. I, 4. XXXV, 5. Jes. XVII, 13. XXIX, 5. Hos. XIII, 3. Zeph. II, 2. Iob. XXI, 18.

מִיץ m. *pressio.* Prov. XXX, 33: כִּי מִיץ חָלָב יוֹצִיא חֶמְאָה וּמִיץ אַף יוֹצִיא דָם וּמִיץ אַפַּיִם יוֹצִיא רִיב. Ac *nasum* quidem *premere* dicuntur, qui vehementius eum emungunt, *iram premere*, qui iniuriis eam eliciunt et lacessunt.

מוּק in Kal inusit. (Arab. ماق med. Vav, levis pretii fuit; fatuus fuit. X. stultum reputavit aliquem. Chald. מוּק i. q. מוּק, מְכַךְ tabescere).

Hiph. הֵמִיק *subsannavit, derisit* aliquem. Ps. LXXIII, 8. Chald. Pa. מַיֵּק et Aph. id. unde מְמִיקְנָא derisor, syr. ܡܘܩ, unde ܡܘܩܐܢܐ subsannatio. In linguis indogerm. respondet μῶκος, μωκία, μωκάω, —άομαι, μωκίζω, μωκεύω, gr. recent. μουκίζειν, quae dicuntur de his qui ore labiisque distortis aliquem derident, vide Henr. Steph. et Schneideri Lex. maj. hh. vv., lat. *mocosus*, de qua voce apud Cic. ad Att. I, 13. Quintil. 11, 3, reponenda v. Salmas. ad scriptt. hist. Aug. p. 283, gall. *se moquer* ex lat. *mocare*, v. Menage origines de la langue française p. 510. Maurerus Ps. l. c. cum usu Arabum et Chaldaeorum hoc ita conciliat, ut in Hiph. pr. sit *stultum reddidit*, inde *ludibrio habuit.* Mihi verbum Hebraeum potius, pariter atque Graecum, gestum quendam subsannandi indicare videtur.

מוּר in Kal inusit. *commutare, permutare.* (Syr. et Sam. ܡܐܪ, ࠌࠀࠓ emit, Aph. vendidit, max. annonam, ܡܝܪܐ, ࠌࠉࠓࠄ annona. Eodem modo Saadias arabico مار med. Je in Genesi utitur pro hebr. שָׁבַר, הִשְׁבִּיר annonam emit, vendidit, v. Castellum. Ceterum מוּר emollitis litteris ortum est ex מָהַר no. II, מָחַר. In Hithpa. pro eo utuntur יָמַר).

Hiph. הֵמִיר 1) *permutavit* aliquid, sq. accus. Lev. XXVII, 33: לֹא יְמִירֶנּוּ *non permutet illud.* Ez. XLVIII, 14. Mich. II, 4: חֵלֶק עַמִּי יָמִיר *hereditatem populi mei permutat* Deus, i. e. alii domino cedit. Sq. בְּ rei, quacum aliquid permutatur Lev. XXVII, 10. Ps. CVI, 20: וַיָּמִירוּ אֶת־כְּבוֹדָם בְּתַבְנִית שׁוֹר *et permutabant gloriam eorum* (Jovam) *cum imagine tauri.* Jer. II, 11. Hos. IV, 7: כְּבוֹדָם בְּקָלוֹן אָמִיר. — 2) absol. *mutavit.* Ps. XV, 4: *iurat* וְלֹא יָמִיר *neque mutat*, quod iuravit. (Cf. Cic. ad fam. 16, 1: neque nunc muto. Ter. Andr. 1, 1, 13, haud muto factum, 5, 4, 46: nihil mutat Chremes de uxore, 1, 5, 7: id mutavit). Ps. XLVI, 3: *non timemus* בְּהָמִיר אָרֶץ *etiamsi terra mutaret* sc. se s. mutaretur, interiret cf. CII, 27. Ita lat. *mutare* saepe pro *mutari* v. c. odor mutat, animi mutaverunt Liv.

Niph. נָמַר (quasi a rad. מרר) *mutatus est.* Jer. XLVIII, 11.

תְּמוּרָה f. 1) *permutatio* (Tausch), maxime in emendo et vendendo Ruth IV, 7. Inde concr. *quod permutatur, permutatione acquiritur.* Iob. XXVIII, 17 de sapientia: וּתְמוּרָתָהּ כְּלִי פָז *eiusque permutatio* (non) sunt *vasa aurea* i. e. vasis aureis ea non acquiritur. Levit. XXVII, 10. 33 (ubi cod. Sam. תמירה). — 2) *compensatio, retributio.* Iob. XV, 31: כִּי שָׁוְא תִּהְיֶה תְמוּרָתוֹ *nam malum* (calamitas) *erit retributio* s. praemium *eius.* XX, 18: *reddit quaestum*, כְּחֵיל תְּמוּרָתוֹ וְלֹא יַעֲלֹס *sicut rem restituendam, de qua non laetatur* (wie ein zu erstattendes Gut, dessen er nicht froh wird).

מוֹר *myrrha*, v. rad. מָרַר.

I. **מוּשׁ** 1) *cedere, recedere.* (In linguis cognatis non reperitur). Ponitur absol. Jes. XXII, 25: *recedet clavus, qui infixus erat in loco firmo.* LIV, 10: *recedent montes;* sq. acc. loci, Zach. XIV, 4: *et recedit dimidium montis boream versus;* plerumque sq. מִן loci, unde quid recedit. Num. XIV, 44. Iud. VI, 18. Jos. I, 8. Jes. LIX, 21, it. sq. מֵאֵת Jes. LIV, 10. מִלִּפְנֵי pers. Jer. XXXI, 36. — 2) causat. *removere, auferre.* Zach. III, 9: *removebo culpam huius terrae.*

Hiph. 1) causat. *recedere fecit* i. e. *dimisit.* Nah. III, 1: לֹא יָמִישׁ טָרֶף *non dimittit praedam* (al. non dimittit rapinam, non desinit rapere, cf. Jer. XVII, 8); *retraxit, subtraxit* alicui, sq. מִן pers. Mich. II, 3: אֲשֶׁר לֹא תָמִישׁוּ מִשָּׁם צַוְּארֹתֵיכֶם *cui non subtrahetis cervices vestras.* Comm. 4. — 2) frequentius i. q. Kal, *recessit,* absol. Ex. XIII, 22. Iob. XXIII, 12: מִצְוַת שְׂפָתָיו וְלֹא אָמִישׁ *mandatum labiorum eius, non recessi* sc. ab eo. Sq. מִן loci Exod. XXXIII, 11. Prov. XVII, 13 Chethibh. Jes. XLVI, 7. Ps. LV, 12. Sq. מִן c. inf. Jer. XVII, 8: לֹא יָמִישׁ מֵעֲשׂוֹת פֶּרִי *non desinit, fructus ferre.*

II. **מוּשׁ** i. q. מָשַׁשׁ *palpare.* (Chald. id. Syr. Pe. et Aph. palpavit, manibus exploravit). Gen. XXVII, 21.

Hiph. id. Ps. CXV, 7 et Iud. XVI, 26 Keri.

מוּשִׁי (prob. pro מוּשִׁיָּה exploratus a Jova) n. pr. viri Exod. VI, 19. Num. III, 20, defective מֻשִׁי 1 Par. VI, 4. — Patron. id. מוּשִׁי pro מוּשִׁיִּי Num. III, 33. XXVI, 58.

מוּת praet. מֵת, מַתִּי 1) *mori.* (Ita in omnibus linguis semiticis. Arab. مات med. Vav, syr. in praet. ܡܺܝܬ. Ceterum media radicalis ו emollita videtur ex liquida r, cf. דּוּשׁ, דָּרַשׁ al., ita ut stirps primigenia sit *mrt,* cf. sanscr. *mri* mori, *mrita* mortuus, *mrityu* mors, it. *mâth, muth, mith, mêth, mid, mêd* interficere, malaice *mita* interficere et mori, zend. *mreté, mereté,* pehlev. *murdêh, mard* mortalis, homo, pers. مردن mori, gr. μορτός i. q. βροτός, lat. *mors, mortis, Morta* ap. Liv. Andr., nostr. *Mord* germ. ant. non de caede solum, sed etiam de *morte* usitatum). Dicitur de morte tam hominum quam bestiarum (Ex. XI, 5. Eccl. IX, 4), tam naturali (Gen. V, 8. 11. 14. 17. 20. 27. 31 et sexcenties), quam violenta Exod. XXI, 12. 15. Deut. XIII, 10. XIX, 11. 12. XXI, 21. Iob. I, 19 cet. Instrumentum et causa mortis necisve ponuntur plerumque praevio ב Num. XXXV, 17. 18. 23, v. c. mori gladio (בַּחֶרֶב) Jer. XXXIV, 4. XLII, 17. Am. IX, 10, manu alic. Jos. XX, 9. Jer. XI, 21, fame Jer. XI, 22, peste Jer. XXI, 6. Ez. V, 12, morbo, 2 Par. XXI, 19. Jos. X, 11: *plures moriebantur* בְּאַבְנֵי הַבָּרָד *lapidibus grandinis* quam cet. Iud. XV, 18: אָמוּת בַּצָּמָא *siti morior,* raro sq. מִפְּנֵי, ut mori מִפְּנֵי רָעָב Jer. XXXVIII, 9. — מוֹת יָמוּת *moriendo morietur, moriatur,* frequens formula de eo, cui certa mors nunciatur Gen. II, 17. III, 4. XX, 7. 1 Sam. XIV, 39. 44. XXII, 16. 2 Sam. XII, 14. XIV, 14. 1 Reg. II, 37. 42 al. a quo paullulum differt formula מוֹת יוּמָת, qua in lege Mosaica supplicium indicatur Ex. XXI, 12. 15—17. XXII, 18. XXXI, 14. 15. Lev. XX, 2. 9—13. 15. 16. 27. XXIV, 16. 17. XXVII, 29. Num. XV, 35. XXVI, 65. XXXV, 17. 21. 31. — חָלָה לָמוּת aegrotavit ad mortem, mortifere 2 Reg. XX, 1, עַד לָמוּת 2 Par. XXXII, 24, et hyperb. קָצְרָה נַפְשׁוֹ לָמוּת Iud. XVI, 16 patientiam abrupit. Translate *mori* dicitur a) *truncus arboris* Iob. XIV, 8. Cf. Senecae epist. 58: placet enim satis et arbustis animam inesse: itaque et vivere illa et mori dicimus. Kimchi ad Ps. LXXVIII, 47 („occidit vites eorum"): etiam plantae mors convenit, quia in ea est anima vegetativa. Hor. Epist. 1, 12 ... seu pisces, seu porrum et caepe trucidas. b) *Mortua* appellatur *terra, quae inculta iacet.* Gen. XLVII, 19: *quare moriamur, nos et terra nostra.* Quod quid sit, intelligitur ex extremis commatis verbis: וְהָאֲדָמָה לֹא תֵשָׁם. „Nempe mori terra dicitur, cum inculta iacet et desolata, quia in proventu suo vivit aliquo modo. Hinc Martial. epigr. 13, 12: suburbanus ne moriatur ager. Et Statius Theb. 5, [528] ubi de serpente: moriturque ad sibila campus." Bochart. in Hieroz. T. I. p. 1. Adde ex usu Arabum, موت الأرض mors terrae i. e. sterilitas eius Cor. 2, 159, بلدة ميت regio mortua i. e. arida, sterilis 25, 51, Sur. 29, 63: *quis demittit de coelo aquam* فأحيا به الأرض من بعد موتها *et vivificat ea terram post mortem eius,* موات terra mortua et culturae expers, v. Tarifat ap. Freytag. h. v., أحيا أرضا مواتا vivificavit terram mortuam sc. irrigando eam aquis, Koduri apud Rosenmüllerum, Anal. arab. I, p. 12, no. 40. 41. Wüstenfeld Navavi pag. 22. — c) *Moritur* cor alic., ubi torpescit 1 Sam. XXV, 37, cf. חָיָה Gen. XLV, 27. Iud. XV, 19. — d) Iob. XII, 2: עִמָּכֶם תָּמוּת חָכְמָה *vobiscum emoritur* i. e. exstinguitur, interit *sapientia.*

2) *interiit, periit,* de civitate Am. II, 2. Hos. XIII, 1, v. מָוֶת.

Part. מֵת moriens, moriturus Gen. XX, 3, mortuus Num. XIX, 11. 13. 16, sine sexus discrimine (ut nos dicimus *ein Todter, ein Kranker,* cf. gramm. hebr. §. 105, 1 not.) Gen. XXIII, 4. (Arabes distinguunt ميّت et ميْت mortuus, مائت moriens. Cod. Sam. ferme ubique more Aramaeorum plene scribit מית). Plur. מֵתִים de *idolis,* opp. deo vivo (אֵל חַי) Ps. CVI, 28, neque vero Jes. VIII, 19. — מֵתֵי עוֹלָם defuncti tempore prisco Thren. III, 6.

Pil. מוֹתֵת *interfecit, occidit* Iud. IX, 54. 1 Sam. XIV, 13. XVII, 51. Ps. XXXIV, 22. 2 Sam. I, 9. 10. 16.

Hiph. הֵמִית 2 pers. הֵמַתָּ, 1 pers. cum Suff. הֲמִיתִיו 1 Sam. XVII, 35, הֲמִתִּיהָ Hos. II, 5 id. Iud. XVI, 30. 2 Sam. III, 30. XXI, 1, saepe de morte ab ipso Deo per morbos, famem al. immissa Jes. LXV, 15. Hos. II, 5. Ex. XVI, 3. XVII, 3. Num. XIV, 15. XVI, 13 (cf. arab. أَمَاتَ letali morbo exstinxit, max. pecora), passim opp. verbo הָרַג, quod ubique de morte violenta per hominum manus illata adhibetur cf. Jes. XIV, 30. Unde Part. מְמִתִים *occidentes* i. e. sec. Aben Esram angeli mortis Iob. XXXIII, 22.

Hoph. הוּמַת *occisus est.* Deut. XXI, 22 al. De formula מוֹת יוּמַת vide ad Kal.

מָוֶת m. cstr. מוֹת 1) *mors.* (Arab. مَوْت, syr. ܡܰܘܬܳܐ). Dicitur de morte tam naturali quam violenta. כְּלֵי מָוֶת tela mortifera Ps. VII, 14. יָשֵׁן מָוֶת somnum mortis dormivit. Ps. XIII, 4. בֶּן־מָוֶת 1 Sam. XX, 31. XXVI, 16 et אִישׁ־מָוֶת mortis reus 1 Reg. II, 26. 2 Sam. XIX, 29. מִשְׁפַּט מָוֶת crimen capitale Deut. XIX, 6. XXI, 22. עֲפַר מָוֶת pulvis mortis i. e. sepulcrum Ps. XXII, 16. — חֶבְלֵי מָוֶת, מֹקְשֵׁי מָוֶת laquei mortis, quibus mors mortalibus quasi insidiari dicitur Ps. XVIII, 5. 6. Prov. XIII, 14, cf. aliam prosopopoeiam Ps. XLIX, 15: מָוֶת יִרְעֵם *mors pascet eos*, instar pastoris ducet eos ad orcum. Cant. VIII, 6: עַזָּה כַמָּוֶת אַהֲבָה *potens instar mortis est amor.* — Ion. IV, 9: הֵיטֵב חָרָה לִי עַד מָוֶת cf. Sir. XXXVII, 2. Mt. XXVI, 38. — Poët. pro *mortuis* Jes. XXXVIII, 18. — 2) *locus* s. *domicilium mortuorum* i. e. *orcus* Iob. XXVIII, 22, unde שַׁעֲרֵי־מָוֶת portae orci Ps. IX, 14, חַדְרֵי־מָוֶת penetralia orci Prov. VII, 27. — 3) *morbus letalis, pestis* Jer. XV, 2. XVIII, 21. XLIII, 11. Iob. XXVII, 15, cf. *θάνατος* Apoc. VI, 8. XVIII, 8, chald. מוֹתָא, מוֹתָנָא, syr. ܡܰܘܬܳܢܳܐ, arab. مُوتَان id. Abdoll. p. 119. 144. Abulphar. p. 49. 54, et germ. *schwarzer Tod* de morbo pestifero medii aevi. — 4) *pernicies* (opp. חַיִּים felicitas). Prov. XI, 19. XII, 28. Jes. XXV, 8. Exod. X, 17. — Cum ה parag. הַמָּוְתָה Ps. CXVI, 15, plur. מוֹתִים Ez. XXVIII, 10. Jes. LIII, 9 (sed vide de h. l. sub voce בָּמָה pag. 188).

מוֹת chald. id. Esr. VII, 26).

מָמוֹת, tantum in pl. מְמוֹתִים *mortes*, in hac formula: מְמוֹתֵי תַחֲלֻאִים יָמֻתוּ. Jer. XVI, 4, cf. Ezech. XXVIII, 8. Praeterea 2 Reg. XI, 2 Chethibh pro concr. *interfecti*, sed Keri habet מוּמָתִים.

תְּמוּתָה f. *mors*, unde בְּנֵי תְמוּתָה i. q. בְּנֵי מָוֶת Ps. LXXIX, 11. CII, 21.

מָזַג rad. Hebraeis inusitata, i. q. מָסַךְ (q. v.) *miscuit*, spec. temperavit vinum aqua, quod facere solebant, ubi vinum infundebant in poculum, cf. gr. *κεράννυμι*. Chald. מְזַג id. it. vinum infudit alicui, v. Buxtorf., מְזִגָא, מְזוּגָא vinum infusum, poculum vino plenum, מָזוֹגָא pincerna, syr. ܡܙܰܓ Pe. et Pa. miscuit, Pa. etiam pro graeco *καπηλεύω* (vinum adultero) 2 Cor. II, 17, ܡܙܳܓܳܐ poculum, Bar Bahlul كاس. Arab. مَزَجَ miscuit, spec. vinum aqua Abulf. Ann. IV, 468. Cor. 76, 17. مِزَاج vinum aqua mixtum, de qua voce vide Freytag. IV, 174. Apud Arabes et Rabbinos verbum etiam de animi indole varie temperata usurpatur (vom Temperamente).

מֶזֶג m. *vinum* idque poculo infusum ibique aqua *temperatum*. Cant. VII, 3. Quum Plinius (H. N. XIV, 13 s. 15 et 19) memoret vinum aromatites, myrrha calamoque odorato conditum, multi interpretes, quibus et ipse adstipulatus sum ad Jes. V, 22, et nostrum vocabulum et מֶסֶךְ, מִמְסָךְ (q. v.) tale vinum interpretati sunt: sed desunt tamen (v. Hitzig ad Jes. l. c.) certa *illius* moris apud Orientales testimonia (nam مُفَلْفَل vinum piperatum Amrulk. 81 Kamus vinum interpretatur, quod linguam mordeat i. e. acre; Amru b. K. 1, 2 memoratur aqua calida, Ibn Doreid. 113 aqua rosarum vino admixta; denique verbum مَسَّكَ est vinum musco مسك imbuit, denom. a مِسْك muscus), quum contra verbum מזג de vino aqua miscendo in linguis cognatis tritum sit.

מָזָה rad. inusit. i. q. מָצָה, מָצַץ (q. v.), arab. مَزَّ *suxit.* Inde

מָזֶה adj. verbale intrans. *exsuctus* (s. v. v.), *exhaustus.* Semel legitur Deut. XXXII, 24: מְזֵי רָעָב *exhausti fame.* LXX. *τηκόμενοι λιμῷ.* Vulg. consumentur fame. Fürstius active: „*famem* tanquam *sugentes*, germ. am Hungertuche nagend", contra grammaticam, quae significatu activo מְזֵי רָעָב flagitaret. Male Kimchius: שׂוֹרְפֵי רָעָב fame usti, coll. מֵזֵא Dan. III, 19 quod est a rad. אֲזָא.

מֹזֶו v. rad. זָוָה.

מָזוֹן v. rad. זוּן.

מָזַז rad. inusit. i. q. מָסַס, chald. אִתְמְזְמֵז diffluxit, pavit. Inde

מִזָּה (timor) n. pr. viri Gen. XXXVI, 13. 17.

מָזַח rad. inusit. et incerta, unde vulgo ducunt

מֵזַח m. *cingulum.* Ps. CIX, 19: *sit ei* (maledictio) לְמֵזַח תָּמִיד יַחְגְּרֶהָ *pro zona, qua semper cingatur.* (Ita LXX. Vulg. Chald. Syr. Hieron.). Translate de vinculis, quibus gens aliqua coërcetur, Jes. XXIII, 10: אֵין מֵזַח עוֹד. Et

מָזִיחַ cstr. מְזִיחַ id. Iob. XII, 21: מְזִיחַ אֲפִיקִים רִפָּה *cingulum fortium laxat.*

Ac *cinguli* quidem significatio ex contextu locorum, maxime Ps. l. c., certa (nec dubitare debebat Michaëlis in Suppl. p. 1494. 95), sed etymon ambiguum est. Namque מֵזַח et מָזִיחַ duci possunt et a radice מָזַח (ad analogiam nomm. מָשִׁיחַ, נֵצַח) et a זָחַח, זוּחַ, qua ratione adoptata מֵזַח esset part. Hiph. a זָחַח, מָזִיחַ vel מֵזִיחַ part. Hiph. a זוּחַ: neutra autem radix, neque מָזַח neque זָחַח vel זוּחַ, apto significatu in linguis Semiticis reperitur. Sed radici tamen monosyllabae זח, זך, זק, שך, et transp. חז *adstringendi*, *firmandi* vim probabiliter tribuas, cf. חָזַק, حزق, حزك ligavit, constrinxit, חָשַׁךְ tenuit, continuit, it. חָשַׁק, حزق, خسق; אֲזִקִּים, זִקִּים vincula (quanquam haec vcc. a זנק repeti possunt, pag. 424), أزق coarctavit, حزم colligavit, constrinxit cingulo, حِزَام, مِنْطَق cingulum, et nihil impedit, quominus eadem tum bilittero זָחַח, זוּחַ, tum trilittero מָזַח (v. exempla ad מוּל p. 777 laudata) tribuatur. Posterius sequuntur Simonis, Jahnius, Hitzigius al., quibus מֵזַח est i. q. transpositum حِزَام cingulum: prius vulgari analogiae magis etiam consentaneum est.

מָזַר rad. inusit. incertae significationis, vel i. q. مَذِرَ corruptus fuit, computruit, unde مَذِرٌ corruptus (de ovo), *sordidus*, *spurcus*, de homine; [talm. בֵּיצָה מְזוּרָה ovum putridum Cholin fol. 140, 2, quod (מ)מְזוּרֶת scribit et huc refert Fürstius, Buxtorfius recte ducit a זוּר: מָזַר enim, quod Fürstius in Gemara „crebris locis“ haberi tradit, vereor ut fictum sit]; vel i. q. نزر (מ et נ permutatis) despexit, vilipendit (pr., ni fallor, i. q. נָזַר separavit, sed in malam partem, expulit e reliquorum consortio), med. O. exilis, vilis fuit, cf. مزر ignominia affecit (nisi hoc est a carpendo), et syr. ܡܣܪ Aph. contemsit. Inde

מַמְזֵר m. spurcities, concr. *spurcus*, inde a) *spurius* i. e. ex prostibulo, adultera, vel ex incestu prognatus. Deut. XXIII, 3, ubi eunucho, *Mamsero*, Ammonitis et Moabitis receptio in ecclesiam Dei etiam post decem generationes denegatur. LXX. ἐκ πόρνης. Vulg. *de scorto natus* et ita Saad. Syr. ܒܪ ܙܢܝܘܬܐ filius adulteri. (Onk. et Sam. voc. hebr. retinent). Doctores Mischnici hoc vocabulo *spurios* intelligunt, sed non liberos extra matrimonium genitos v. c. ex coitu mariti cum puella innupta, vel caelibis cum innupta, sed qui ex coitu illicito et matrimonio illegitimo orti sunt. Jebamoth c. 4 §. 13: איזהו ממזר כל שאר בשר שהוא בלא יבא דברי רבי עקיבא שמעון התימני אומר כל שחייבין עליו כרת בידי שמים והלכה כדבריו רבי יהושע אומר כל שחייבין עליו מיתה בית דין אמר רבי יהושע בן עזאי מצאתי מגלת יוחסין בירושלם וכתוב בה איש פלוני ממזר מאשת איש לקיים דברי רבי יהושע i. e. *quisnam est spurius? omnis carni propinquus, ob quem transgredimur praeceptum* לא יבוא, haec sunt *verba R. Akibae. Simeon Temanita dicit, omnis propter quem rei sunt excisionis per manus coeli* (Dei), *decisio est iuxta verba eius. R. Josua dicit, omnis propter quem rei sunt mortis in tribunali* (humano). *Dixit R. Josua filius Asai, inveni volumen genealogiae Hierosolymis in quo scriptum erat, N. spurius est ex uxore viri, ad confirmandum verba R. Josuae.* Consentiunt hodierni Judaei, qui homines extra matrimonium genitos adeo ad sacerdotium admittunt, ex adulterio vero et incestu prognatos eadem qua veteres severitate secludunt, et ne matrimonium quidem iis permittunt: nec praeter rem, quum lex Mosaica concubitum cum puella innupta leviter puniat liberosque ex concubitu natos tantummodo in hereditate liberis legitimis posthaberi velit (v. Redslob de Hebraeis obstetricantibus, Lips. 1835 p. 5).

b) de *extraneo*, adiuncta notione turpitudinis, impuritatis, spurcitiei Zach. IX, 6 in descriptione Philistaeae devastatae: וְיָשַׁב מַמְזֵר בְּאַשְׁדּוֹד *et habitabunt Azotum spurci* i. e. peregrini, qui vobis profani videntur. LXX. ἀλλογενεῖς. Targ. *domus Israëlis, qui erat in ea ut peregrini.* Simili tropo populi exteri scortis comparantur Jes. XXIII, 17. 18.

De etymo quae sit coniectura nostra, iam supra diximus. Sed in re tam ambigua alii aliter statuerunt. Ac Talmudicis quidem מַמְזֵר est i. q. מום זר *macula peregrini:* aliis (quos memorat Kimchius, quosque nuper secutus est Hitzig ad Zach. l. c.) מַמְזֵר ortum videtur a rad. זוּר, unde מָזוֹר fort. peregrinatio et addita nova praeformativa (ut in מְמְגוּרָה p. 275) מַמְזֵר *peregrinus* (immo: locus peregrinationis). Ingeniose Redslobius (l. c.) מַמְזֵר dictum esse coniicit pro מַמְצֵר q. d. *crimine Aegyptio genitus* (i. e. ex incestu progenitus), quia incestus apud Persas (Catull. epigr. 89) et Aegyptios (Diod. 1, 27) lege sancitus fuerit (imo apud Aegyptios licitum erat matrimonium cum sorore, ut apud Athenienses et Hebraeorum patriarchas). Sed nonne hac ratione adoptata מַמְזֵר, מַמְצֵר potius esset: qui incestum commisit, מַמְזֵר ex incestu progenitus? Dicendum igitur erat, מַמְצֵר pr. *crimen Aegyptium* (cf. *Sodomiae*, *Onaniae* crimina itidem a locis et personis appellata) significare, et per meton. translatum esse ad eum, qui hoc crimine progenitus sit. Redslobii vestigiis insistit Fürstius l. c. qui et מזר et מצר (unde מִצְרַיִם) refert ad sanscr. *miçr* miscere, ita ut מַמְזֵר sit *homo tanquam mixtus* (Mischling), pr. mixtura, coll. חֶבֶל inquinatio a rad. בָּלַל, et מֶצֶר (מִצְרַיִם) populus mixtus i. q. עֵרֶב Exod. XII, 38, quarum sententiarum prior non displicet, posterior veri specie caret.

מָחָא i. q. aram. מְחָא, ܡܚܐ *feriit, percussit.* Hebraeis poët. pro vulg. הִכָּה. (Vide ad מָחָה). Sq. כַּף i. q. הִכָּה כַּף (2 Reg. XI, 12) *manus complosit.* Ps

XCVIII, 8: נְהָרוֹת יִמְחֲאוּ כָף *flumina complodunt manum*, quod exsultantium est. Jes. LV, 12.

Pi. id. Ez. XXV, 6, addito יָד. Inf. c. Suff. מַחֲאֲךָ.

מְחָא chald. *feriit*, *percussit.* (In Targg. saepe id. pro hebr. הִכָּה, it. texuit, quod fit percussione filorum, vom Einschlagen der Fäden, it. abstersit, quae nativa significatio videtur, v. מָחָה, מַחְתָּה plaga, textura. Syr. et zab. ܡܚܐ percussit. Sam. ࠌࠇࠀ, ࠌࠇࠄ, ࠌࠇࠉ id. In Indogermanicis congruit *μάχομαι*, *μάχη*. Sq. לְ impegit ad aliquid Dan. II, 34. 35. Vett. interpretes huc referunt מָחֵא vel, quod multi libri manu scripti et editi habent, מַחֵא Dan. V, 19 (Theod. *ἔτυπτεν*. Vulg. percutiebat. Gr. Venet. *παίων*), sed utraque forma est part. Aph. a חֲיָא, inde *vivificans* s. *vivum servans*, ad priorem cf. syr. ܡܰܚܶܐ 1 Cor. VII, 16, ad posteriorem ipsum part. ܡܚܐ vivificans Joh. V, 21. Rom. IV, 17, ܢܚܐ vivificabit Rom. VIII, 11. 2 Thess. I, 7. Saad. מְחַיֶּה.

Pa. מַחֵא id. sq. בְּיַד *percussit alicui manum* i. e. cohibuit, compescuit eum. Dan. IV, 32: וְלָא אִיתַי דִּי יְמַחֵא בִידֵהּ וְיֵאמַר לֵהּ מָה עֲבַדְתְּ *neque est, qui percutiat manum eius* (Dei) *et dicat ei: quid agis?* Est profecto in hac locutione, in quo offendas, sed mitigatur offensio usu loquendi apud Chaldaeos, Talmudicos et Arabes. Eccl. VIII, 3 Targ.: מַן הוּא גַבְרָא דִּמְחֵי בִידֵיהּ *quis ille, qui feriat manum eius* i. e. qui prohibeat eum. Sanhedr. fol. 10, 1 מי מוחה בידו quis feriet i. e. impediet manum eius? Et omisso יד ibid. fol. 103, 1: היה בידו למחות ולא מוחה erat in potestate eius, impedire, neque impedivit. 93, 1. Har. Cons. 32, pag. 358 de Sacy: قَالَ فَهَلْ لَهُ أَنْ يَضْرِبَ عَلَى يَدِ ٱلْيَتِيمِ .... يُقَالُ ضَرَبَ عَلَى يَدِهِ اذَا حَجَرَ عَلَيْهِ *dixit: num licet ei, percutere manum orphani? ..... dicitur: percussit super manum eius, ubi prohibet eum iudex ab opum usu et potestate.* Vit. Tim. I, 510 Mang.: اضرب على يديك وامنعك من السعي في الفساد *percutiam super manus tuas et prohibebo te a studio vastandi.* In Kamuso ضرب على يده explicatur, ut supra, حجر prohibuit usu opum, ضربنا على آذانهم percussimus super aures eorum i. e. impedivimus eos, quo minus audirent. Metaphora a pueris desumta est, qui digitis percussis a re vetita deterrentur. Similis imago a iumentis desumta est in his Haririi I, p. 15 de Sacy (20 Schult.) وٱقْدَعْ نَفْسَكَ *et percute te ipsum in nasum* i. e. compesce te ipsum. Est enim قدع hasta in naso percussit admissarium, camelum equumve, atque ita furentis impetum retudit.

Ithpe. clavis *affixus est* (nostr. angeschlagen werden). Esr. VI, 11.

מָחָה pr. *strinxit*, *levit* (streichen), *tersit* (wischen).

1) a) *abstersit*, *detersit* nostr. abwischen, v. c. paropsidem 2 Reg. XXI, 13 (v. infra litt. b), lacrimas de facie Jes. XXV, 8, os Prov. XXX, 20, litteras de libro, cui inscriptae erant Exod. XXXII, 32. 33, cf. Num. V, 23 de diris libro inscriptis וּמָחָה אֶל מֵי הַמָּרִים *easque detergat in aquas amaras* i. e. easque abluit aquis amaris, ita ut in has quasi decidant. Translate abstersit peccatum i. e. oblivioni tradidit Deus Ps. LI, 3. 11. Jes. XLIII, 25. XLIV, 22: מָחִיתִי כָעָב פְּשָׁעֶיךָ וְכֶעָנָן חַטֹּאותֶיךָ *abstergo sicut nubem delicta tua et sicut nebulam peccata tua* (cf. arab. محا quod spec. dicitur de vento nubes detergente, unde مَحْوَةٌ tersio s. ventus tergens i. q. aquilo, it. عفا oblitteravit ventus mansionis locum, dein: condonavit delictum Cor. 5, 96. 3, 128). — b) *delevit*, velut homines de superficie terrae (מֵעַל פְּנֵי הָאֲדָמָה) Gen. VI, 7. VII, 4, nomen, memoriam alicuius Exod. XVII, 14. Deut. IX, 14. XXV, 19. Ps. IX, 6. 2 Reg. XIV, 27 (מִתַּחַת הַשָּׁמָיִם), urbem 2 Reg. XXI, 13, quo loco nativa vis servata est: וּמָחִיתִי אֶת יְרוּשָׁלַםִ כַּאֲשֶׁר יִמְחֶה אֶת־הַצַּלַּחַת מָחָה וְהָפַךְ עַל פָּנֶיהָ *et delebo Hierosolyma, sicut quis abstergit paropsidem, abstergit et invertit eam.*

2) *strinxit* i. e. *feriit*, *percussit* i. q. מְחָא (nostr. streichen, cf. מְחָא I). Inde מְחִי percussio. Translate sq. עַל: *pertigit*, *pertinuit* ad aliquid (*anstossen* an etwas, anstreichen, anrühren), sensu geographico, de termino. Num. XXXIV, 11: וּמָחָה עַל כֶּתֶף יָם כִּנֶּרֶת. Onk. יִמְטֵי. Saad. يَضْرِبُ ferit, tendit ad.

3) *levit* materiam pinguem, inde intr. *pinguis*, *medullosus fuit* i. q. מָחַח (q. v.), cf. infra Pu. A nativa igitur *stringendi* et *linendi* significatione (*streichen*), quae in hac radice usitatissima est, duae aliae profectae sunt (cf. Schult. ad Prov. p. 501), quae frequentius formis cognatis מְחָא et מָחַח (q. v.) designantur. Apud Chaldaeos מְחָא est abstersit et percussit, apud Arabes, ut apud Hebraeos, محا abstersit, abluit, delevit et oblitteravit vestigia rei v. c. urbis vit. Tim. I, 326 Mang., inde delevit urbem ib. I, 108. Conj. II. delevit. In Indogermanicis *stringendi*, *linendi*, *abstergendi* significatu respondet *μάσσω*, *μέμαχα*; *μύσσω* et praemisso sibilo *σμάω*, *σμύω*, *σμύχω*, *σμώχω*. Ad thema *μάσσω* propius etiam accedit מָשַׁשׁ.

Pi. emedullavit i. q. arab. مخّخ Conj. II, et Pu. pass. *emedullatus est.* Vide ad Kal no. 3. Jes. XXV, 6: שְׁמָנִים מְמֻחָיִם *pinguedines emedullatae* i. e. e medulla ossium depromtae, quae pinguedo tenerrima et pretiosissima est. Forma est a sing. מְמֻחֶה, pro vulg. מְמֻחֶה, unde plur. esset מְמֻחִים, et respondet formae מְזֻקָּקִים in altero membro.

Hiph. (fut. apoc. תֶּמַח Neh. XIII, 14, תֶּמְחִי Jer. XVIII, 23, quod masc. est pro תֶּמְחֶה cf. תִּזְנִי III, 6)

1. q. Kal no. I, a *oblitteravit*. Neh. XIII, 14: *ne oblitteres* i. e. oblivioni tradas *beneficia mea* cet. it. *condonavit* peccata (addito מִלִּפְנֵי יי) Jer. XVIII, 23. — Ad *delendi* vim referunt vulgo etiam Prov. XXXI, 3: וּדְרָכֶיךָ לַמְחוֹת מְלָכִין *et ne des vias tuas ad perdendum reges*, לַמְחוֹת pro לְהַמְחוֹת. Vulg. ad delendos reges. Gr. Venet. ἀπομάττειν βασιλέας. Nimium enim rei bellicae studium reprehendi putant, cui quidem repugnat prius hemistichium: אַל תִּתֵּן לַנָּשִׁים חֵילֶךָ. Malim igitur: *ne dedas te corruptricibus regum* i. e. pellicibus, sive aliis vocalibus legere placet לְמֹחוֹת מְלָכִין, sive מֹחוֹת derivabis a nomine participiali מֹחָה fem. מֹחָה, quanquam hoc vim intransitivam haberet. Similiter Alb. Schult. ne des vias tuas *expugnatricibus regum*, coll. verbo 2 Reg. XXI, 13, sed urbem *detergere* i. e. solo aequare, aliud est atque expugnare.

Niph. נִמְחָה fut. יִמָּחֶה, apoc. יִמַּח (pro יִמָּח) Ps. CIX, 13. Gen. VII, 23 (ubi ita in Passivo legunt Buxtorfius, v. d. Hooghtius al., alii in fut. Kal וַיִּמַח Mem raphato, v. J. H. Mich. not. crit.) 1) pass. Kal no. 1, a, *abstersus, oblitteratus est*, ex libro vitae Ps. LXIX, 29, De dedecore oblitterato s. oblivioni tradito Prov. VI, 33, de peccato Ps. CIX, 14. Neh. III, 37, cf. Ez. VI, 6. 2) pass. Kal no. 1, b *deletus est*. De hominibus de superficie terrae deletis Gen. VII, 23, de tribu ex Israële deleta Iud. XXI, 17, de nomine alic. deleto Deut. XXV, 6. Ps. CIX, 13.

מְחִי m. *percussio*, a rad. no. 2. Ez. XXVI, 9: מְחִי קָבָלוֹ *percussio rei oppositae* i. e. aries, quo moenia perforant in urbibus oppugnandis. Vulg. vineae et arietes. Aliis קָבָלוֹ per se significare videtur tormenti bellici genus, Targ. מַחַת מְגוֹזוֹהִי *percussio tormentorum eius*, Kimchi al. Sed ex etymo hoc vix elicias. Ceterum vide קָבַל.

מָחַח rad. inusit. i. q. מָחָה no. 3 (q. v.) *pinguis, medullosus fuit*, quod a *linendo* ductum est. Arab. مخّ IV. medullosum fuit os, obesa fuit ovis. Radices cognatae sunt מָרַח et מָשַׁח levit, oblevit, unxit.

מֵחַ adj. 1) *pinguis, medullosus*, spec. de ove. Ps. LXVI, 15. Arab. مُخِيخ medullosus, de ove, in cuius ossibus medulla apparet. 2) translate, *dives* (cf. דָּשֵׁן no. 3). Jes. V, 17.

מֹחַ m. *medulla* ossium Iob. XXI, 24. (Chald. מוֹחָא, syr. ܡܘܚܐ id. et cerebrum, מֵיחָא farina, pr. medulla tritici. Arab. مُخّ et نُخّ, melit. *moch* et *noch* medulla, *moch tal misri* melior pars lini).

מָחַץ 1) *percussit, concussit, conquassavit* (schlagen, zerschlagen, zerschmettern), v. c. caput alic. Ps. LXVIII, 22. CX, 6. Hab. III, 13, lumbos alic. Deut. XXXIII, 11, tempora Iud. V, 26, hostes Ps. XVIII, 39. 2 Sam. XXII, 39, absol. Deut. XXXII, 39: מָחַצְתִּי וַאֲנִי אֶרְפָּא *percutio idemque ego medeor*. Iob. V, 18. Translate Iob. XXVI, 12: *et prudentiâ suâ percutit superbiam* (maris) i. e. compescit fluctus superbos. (Arab. مخص percussit terram pede, vic. مخص percussit, et magna radicum vis, quas laudat Firuzabad. h. v. p. 729. Quod radici مخص frangendi, confringendi vim tribuit Winerus, fictum est).

2) *concussit* i. e. agitavit, velut pedem in sanguine. Ps. LXVIII, 24: לְמַעַן תִּמְחַץ רַגְלְךָ בְּדָם. (Arab. مخض agitavit, velut situlam in aqua, lac in utre, ut butyrum fieret, v. Schultens de defect. ling. hebr. p. 75. Origg. hebr. T. I. p. 100. ad Iob. I, 153. 722). — Dubiae interpretationis est locus Num. XXIV, 8, ubi de Israële victore: *comedit populos hostes eius, ossa eorum derodit* וְחִצָּיו יִמְחָץ. Ac a) veteres plerique חִצָּיו de instrumento accipiunt: *et sagittis suis conquassat* sc. hostes. Kimchi: פירושו בחציו ימחץ. LXX. καὶ ταῖς βολίσιν αὐτοῦ κατατοξεύσει ἐχθρόν. Vulg. et perforabunt sagittis. Analogia sua non caret haec structura, vide פַּלְּטָה חַרְבֶּךָ Ps. XVII, 13, אַתָּה יָדְךָ הוֹשַׁעְתָּ XLIV, 3. LX, 7. 1 Sam. XXV, 26. 33 cf. gramm. min. §. 135, 1 not. 3. Neque tamen necessaria est, quum b) explicari possit: *tela eius* sc. hostis *conquassat* Israël (Rosenm. Maurer.). Ceterum fatendum est, ista omnia post ea, quae antecesserunt, paullulum languere, magisque nervosam sententiam praebet Syrus, qui vertit ܚܨܝܗܘܢ ܢܬܒܪ *dorsa eorum confringet*. Is enim (probante J. D. Michaëli, suppl. 892) חצים idem valere ponit quod syr. ܚܨܐ *dorsa, lumbi*, chald. חַרְצָא, hebr. חֲלָצַיִם, coll. Deut. XXXIII, 11: מְחַץ מָתְנַיִם קָמָיו; neque magnopere repugnarem, si quis reponere vellet חלציו. Non minus nervosa est sententia, ubi (quod equidem tentavi in Lex. min.) explicatur: *et tela eius agitat* sc. בְּדָם in sanguine, coll. Ps. LXVIII, 24 neque ita duram et audacem putaverim illam ellipsin, ut a sublimiore Hebraeorum poësi, quam spirat istud carmen, aliena esset.

מַחַץ m. *contusio, vulnus* Jes. XXX, 26.

מָחַק ἅπαξ λεγόμ. Iud. V, 26: *contudit Siseram* (malleo) מָחֲקָה רֹאשׁוֹ *percussit caput eius* (sie schlug ihm durch den Kopf). LXX. διήλωσεν κεφαλὴν αὐτοῦ. Targ. תַּבְרַת רֵישֵׁהּ. Syr. fregit caput eius. Non bene Kimchius: הסירה ראשו מעליו *caput ei abscidit*, quod malleo clavoque fieri non poterat. — In linguis cognatis haec radix idem fere valet quod מָחָה, chald. detersit, delevit (aqua), it. strinxit mensuram cumulatam, das Maass streichen, Baba bathra fol. 89, 1, sam. delevit, perdidit Gen. VII, 4 (pro מחה), zab. id. arab. محق I. II delevit, perdidit Cor. 3, 135. Abulpharag. p. 20. Me quidem iudice verbum tum finitimum est verbis מָחָא, מָחָה, מָחַץ percussit, tum radici חָקַק *hacken*, hauen.

מָהַר i. q. מָכַר vendidit, cf. מָהַר no. II.

מְחִיר m. 1) *pretium*, quo aliquid venditur. Prov. XVII, 16. מְחִיר שָׂדֶה pretium agri. XXVII, 26. בִּמְחִיר pretio soluto (um einen Kaufpreis, um Geld) 2 Sam. XXIV, 24. 1 Reg. X, 28, לֹא בִמְחִיר nullo pretio, gratis i. q. חִנָּם Jes. XLV, 13. LV, 1. Jer. XV, 13. כֶּסֶף מְחִיר pecunia pretii 1 Reg. XXI, 2. Iob. XXVIII, 15. — 2) *merces*, *praemium* laboris. Mich. III, 11: כֹּהֲנֶיהָ בִּמְחִיר יוֹרוּ. Parall. שֹׁחַד. Deut. XXIII, 19: מְחִיר כֶּלֶב *merces scorti masculi.* בִּמְחִיר in praemium (zur Belohnung) Dan. XI, 39. — Plur. מְחִירִים Ps. XLIV, 13. — 3) n. pr. viri 1 Par. IV, 11.

* * *

מָחָר subst. et adv. 1) *cras*, *tempus crastinum.* Exod. IX, 5. X, 4. XVI, 23. XVII, 9. Jos. III, 5. Iud. XIX, 9. XX, 28. 1 Sam. XX, 5. 18. Jes. XXII, 13. יוֹם מָחָר dies crastinus Jes. LVI, 12. Prov. XXVII, 1. לְמָחָר in crastinum diem Num. XI, 18. Esth. V, 12, et crastino die (gr. ἐς αὔριον, auf morgen) Ex. VIII, 6. 19. כָּעֵת מָחָר cras circa hoc tempus (v. sub vc. עֵת, rad. יָעַד), plenius כָּעֵת מָחָר כָּעֵת הַזֹּאת Jos. XI, 6. מָחָר הַשְּׁלִשִׁית 1 Sam. XX, 12 *circa hoc tempus cras* (aut) *perendie*, ut bene Vulg. Chald. Male Syrus: cras hora tertia, neque probandi recentiores nonnulli, qui arcte iungunt: מָחָר הַשְּׁלִשִׁית, quasi *crastinum tertium* sit i. q. perendie.

2) *posthac*, *tempore postero.* Exod. XIII, 14. Deut. VI, 20. Jos. IV, 6. 21. XXII, 24. בְּיוֹם מָחָר id. Gen. XXX, 33.

Syr. ܡܚܪ. Sam. id. Argutati sunt, qui ad rad. מָהַר hoc vc. retulerunt, et vix dubitari potest, quin arcta eius necessitudo sit cum rad. אָחַר. Neque tamen eos probo, qui מָחָר dictum putant pro מְאָחָר: hoc enim vc. nihili est et contra analogiam effictum, quum Part. Pi. esset מְאַחֵר: ut taceam, huiusmodi formam significare *tardantem*, non *postridie* vel *postero tempore*, et minus etiam מָחֳרָת explicari posse מְאָחֳרֶת, quum Part. Pu. esset מְאֻחֶרֶת. Statuere igitur malim, מָחָר ortum esse ex יוֹם אָחָר, contr. יוֹמָחָר, יוֹמָחֳרָת ex יוֹם אַחֶרֶת, ut ap. Jonath. in Pentateucho saepe habetur יוֹמְחָרָא, יוֹמְחָרָן v. Buxtorf pag. 941, in מ igitur latere vestigium vocis יוֹם. Forma אָחָר i. q. אַחֵר convenit cum arab. أخر, ad אָחֳרָת cf. אָחֳרָן, אָחֳרִין. Non obstat huic sententiae, quod in vulgari lingua iungunt יוֹם מָחָר, יוֹם מָחֳרָת: illa enim vocis origo ita oblivione deleta esse potuit, ut nemo in huiusmodi ταυτολογίᾳ offenderet. Simile exemplum est הֶדֶק q. v., cui multa ex variis linguis addi possunt, velut gall. *la lierre* hedera pro *l'hierre*; la *luette* ex l'uette, uvetta; le *lendemain*, le *lenvers* al.

מָחֳרָת cstr. מָחֳרַת f. *dies crastinus*, *posterus* (le lendemain), semel addito יוֹם, יוֹם הַמָּחֳרָת Num. XI, 32. לַמָּחֳרָת (cf. לְמָחָר) Ion. IV, 7, לְמָחֳרָתָם 1 Sam. XXX, 17 (ubi suffixum ־ָם πλεονάζει), et longe frequentius מִמָּחֳרָת postero die, postridie Gen. XIX, 34. Exod. IX, 6. XVIII, 13. XXXII, 6. 30. Num. XVII, 6. 23. Jos. V, 12. Iud. VI, 38. IX, 42 al. Sq. genit. diei, quem excipit crastinus, ut לְמָחֳרַת הַיּוֹם הַהוּא postridie eius die 1 Par. XXIX, 21, מִמָּחֳרַת הַפֶּסַח postridie paschatis Num. XXXIII, 3. Jos. V, 11, מִמָּחֳרַת הַשַּׁבָּת postridie sabbati Lev. XXIII, 11. 15, עַד מִמָּחֳרַת הַשַּׁבָּת הַשְּׁבִיעִית usque ad diem qui excipit sabbatum septimum Lev. XXIII, 16. 1 Sam. XX, 27: מִמָּחֳרַת הַחֹדֶשׁ הַשֵּׁנִי est: *die post novilunium secundum* (anni), cf. comma extremum et 34, ubi idem exprimitur verbis בְּיוֹם הַחֹדֶשׁ הַשֵּׁנִי. (Sic הַחֹדֶשׁ הַשְּׁלִישִׁי est novilunium tertium s. calendae mensis tertii Exod. XIX, 1).

מְטָא Dan. IV, 25 et **מְטָה** VII, 13. 22 fut. יִמְטֵא chald. 1) *pervenit* aliquo, sq. לְ Dan. VI, 25, sq. עַד VII, 13. — 2) *pertigit* ad aliquid, sq. לְ Dan. IV, 8. 17. 19. — 3) *venit*, *advenit* v. c. tempus Dan. VII, 22, sq. עַל venit *super* aliquem i. e. ei *accidit* Dan. IV, 21. 25 cf. Iob. IV, 5. Eccl. XII, 1 Targ. (In Targg. persaepe, max. pro hebr. הִגִּיעַ. Aph. pervenire fecit, admovit. Ithpe. ivit, abivit. Zab. Sam. id. Syr. ܡܛܐ venit, pervenit, appropinquavit, sexcenties v. Schaaf. Lex. sq. acc. accidit alicui Luc. I, 9. 13. Respondet hebr. מָצָא).

מָטַל *extendit*, *prolongavit* (vic. טוּל), inde *cudit* ferrum, part. مُمْطُول ferrum cusum. Inde

מְטִיל m. *vectis* cusus, semel legitur Iob. XL, 18: מְטִיל בַּרְזֶל *vectis ferreus.* Non bene Hieron. laminae ferreae. Kimchi: שֵׁבֶט. — Verbum מטל vicinum esse radici טוּל, iam supra diximus (cf. de simili origine aliorum verborum primae Mem p. 777 A), neque tamen probabile est, quod Fürstius coniicit, מְטִיל ab ipsa radice טוּל ducendum esse, nam substantiva formae מָרִיב, מָדִין, ne a verbis quidem ע״י, nedum a verbo ע״ו, ut טוּל طَال, formantur. Ceterum videant eruditi, sitne gr. μέταλλον potius a מטל cudit, quam a μεταλλάω, μετ᾽ ἄλλα repetendum.

מָטַר in Kal inusit. *pluit*, ut chald. syr. sam. Arab. مَطَرَ pluit coelum. IV. pluere fecit s. pluit Deus. In Indogermanicis respondet sanscr. *mûtr* mingere.

Hiph. pluit i. e. *pluviam demisit* Deus Gen. II, 5. VII, 4. Am. IV, 7, nubes Jes. V, 6 (h. l. plenius הִמְטִיר מָטָר), sq. עַל in aliquam rem Am. Jes. l. c. Transfertur ad alias res, quas Deus magna copiâ pluviae instar de coelo demittit, ut grandinem Ex. IX, 18. 23, fulgura Ps. XI, 6, ignem cum sulphure Gen. XIX, 24.

Ez. XXXVIII, 22, mannam s. panem coelestem Exod. XVI, 4. Ps. LXXVIII, 24. Constr. c. acc. rei, quae depluitur, et עַל *in* quam pluviae instar descendit (v. l. l. c. c.), semel cum בְּ rei depluentis Iob. XX, 23 (v. ad לְחוּם).

Niph. pluvia rigatus est. Am. IV, 7.

מָטָר pl. cstr. מִטְרוֹת Iob. XXXVII, 6 m. *pluvia.* (Arab. مَطَرٌ, syr. ܡܛܪܐ). Exod. IX, 33. Deut. XI, 17 et saepe. נָתַן מָטָר עַל pluviam demisit super aliq. (Deus) 1 Sam. XII, 17. 18. 1 Reg. VIII, 36. XVIII, 1. 2 Par. VI, 27. Iob. V, 10. מְטַר אַרְצְךָ pluvia terrae tuae i. e. terrae tuae necessaria Deut. XXVIII, 12. 24. XI, 14, et sic מְטַר זַרְעֲךָ Jes. XXX, 23. *Pluviae* comparatur oratio suaviter fluens Deut. XXXII, 2 (cf. Iob. XXIX, 23), imperium mite et benignum, Ps. LXXII, 6: יֵרֵד כְּמָטָר עַל גֵּז.

מַטְרִי (pro מַטְרִיָּה pluvia Jovae) n. pr. viri 1 Sam. X, 21.

מִי pron. pers. 1) *interrogativum: τίς; quis, quae?* pr. interrogantis de persona, ut מָה de re. (De correlatis הִיא ,דִּי ,מִי ,הֵי v. pag. 677 B. Apud Talmud. מִי latius patet, et est etiam: quid? num? *ubi?* i. q. אֵי. E populis cognatis מִי habent Poeni, ut Plaut. Poen. 5, 1, 2: *mysthyal mycthibariim* i. e. מִי יִשְׁתָּאַל מִדִּבְרֵיהֶם *quis subtrahet se verbis* iussis *eorum* deorum, v. de h. l. Ephem. Hal. 1839 no. 15, et sc. 2, 50 ubi legendum est: *mihu lech ianna,* מִי הוּא לָךְ יַעֲנֶה quis tibi respondeat? praeterea soli Aethiopes ሚ: *mi*, sed pro *quid?* ubi de rebus interrogatur: Aramaei et Arabes מַן ,מַן q. v. ܡܰܢ, مَنْ. Ab his formis proficiscitur Redslobius, de part. מִי p. 20, qui מִי et מָה a verbo מָנָה ducta esse putat: cui viri docti sententiae equidem ut assentiar, a me non impetro). Gen. XXIV, 65: מִי הָאִישׁ הַלָּזֶה *quis* est *vir ille?* Ruth III, 9: מִי אָתְּ *quae es tu?* Cant. VI, 10: מִי זֹאת *quaenam illa* est?, etiam ubi de pluribus interrogatur (arab. مَنُون) Gen. XXXIII, 5: מִי אֵלֶּה *quinam illi?* Jes. LX, 8, in quam sententiam explicatius dicitur מִי וָמִי, Exod. X, 8: מִי וָמִי הַהֹלְכִים *quinam* sunt *euntes?* (cf. aethiop. ሚ: ወሚ: አንትሙ: *quinam vos?* Lud. Lex. pag. 80). Raro refertur ad res, ubi in his personae vel personarum notio inest vel inesse cogitatur Gen. XXXIII, 8: מִי לְךָ כָּל־הַמַּחֲנֶה הַזֶּה *quae* (ad quid?) *tibi* sunt *tota illa castra?* Iud. IX, 28: מִי שְׁכֶם *qui* (quales) *sunt Sichemitae?* v. infra de h. l. litt. e. XIII, 17: מִי שְׁמֶךָ? (syr. ܡܰܢ ܫܡܳܟ Luc. VIII, 30). 1 Sam. XVIII, 18: מִי אָנֹכִי וּמִי חַיַּי. Mich. I, 5: מִי פֶשַׁע יַעֲקֹב .... וּמִי בָּמוֹת יְהוּדָה int. *quis* est *auctor sceleris Jacobitarum .... qui* sunt *auctores excelsorum Judae?*

Spec. nota: a) ponitur in genitivo, ut בַּת מִי cuius filia? Gen. XXIV, 23. 47. 1 Sam. XII, 3. XVII, 55. Jer. XLIV, 28, et cum Praefixis reliquos casus indicantibus: לְמִי *cui?* Gen. XXXII, 18. XXXVIII, 25, *quibus?* Exod. XXXII, 24, *propter quem?* Jon. I, 8; אֶת־מִי *quem?* 1 Sam. XII, 3. XXVIII, 11, מִמִּי Ez. XXXII, 19, בְּמִי 1 Reg. XX, 14, עַל־מִי cet. — b) Pro latino *quis eorum?* dicitur מִי בָהֶם Jes. XLVIII, 14, sq. מִן Iud. XXI, 8: מִי אֶחָד מִשִּׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל *quae unica ex tribubus Israëlis?* — c) Ponitur etiam in quaestione obliqua, post verbum sciendi Gen. XLIII, 22. Ps. XXXIX, 7, videndi 1 Sam. XIV, 17, indicandi 1 Reg. I, 20. — d) Intenditur interrogatio formulis מִי זֶה ,מִי הוּא ,זֶה הוּא v. מִי הוּא זֶה ,הוּא (cf. syr. ܡܰܢܽܘ pro ܡܰܢ ܗܽܘ, non solum *quis est?* sed etiam simpl. *quis?* v. Schaafii Lex. 321. Agrell. suppl. 202). — e) Saepe ita interrogatur, ut negativam responsionem exspectes, et sententia interrogativa negativam fere potestatem adoptet. Num. XXIII, 10: מִי מָנָה עֲפַר יַעֲקֹב *quis numeravit pulverem Jacobi* i. e. nemo numeravit. Jes. LIII, 1: מִי הֶאֱמִין *quis credidit?* i. e. nemo credidit, pauci crediderunt. LI, 19. Etiam sq. fut. Iob. IX, 12: מִי יֹאמַר *quis dicet,* s. *quis dicat*, wer möchte, dürfte sagen? (cf. τίς ἂν sq. opt.) pro: *nemo dicet.* Prov. XX, 9. Eccl. VIII, 4. 2 Sam. XVI, 10. Sq. part. in formula מִי יוֹדֵעַ *quis scit?* pro *nemo scit, novit* Ps. XC, 11. Eccl. II, 19 (opp. מִי לֹא יָדַע Iob. XII, 9), idque pro lat. *nescio an, fortasse* (cf. יָדַע no. 5, litt. aa), it. *inopinato* (v. ibid. no. 6). Etiam sq. nomine est extenuantis et contemtim ponitur, Exod. III, 11: מִי אָנֹכִי כִּי אֵלֵךְ אֶל־פַּרְעֹה *quis ego, ut Pharaonem adeam?* pro: ego non is sum, qui Ph. adire possim. Partim extenuantis partim extollentis est in hoc loco paullo difficiliore, quem integrum adscribere et interpretari placet. Iud. IX, 28: מִי אֲבִימֶלֶךְ וּמִי שְׁכֶם כִּי נַעַבְדֶנּוּ *quis est Abimelech* iste *et qui* contra sumus nos *Sichemitae, ut ei serviamus: nonne filius Jerubbaalis est et Sebul* iste *praefectus eius?* עִבְדוּ אֶת אַנְשֵׁי חֲמוֹר אֲבִי שְׁכֶם *servite* potius *vos* (o Abimelech et Sebul!) *viris a Hamore, patre Sichemi, oriundis* (i. e. antiquissimae et nobilissimae stirpis civibus), וּמַדּוּעַ נַעַבְדֶנּוּ אֲנָחְנוּ *quare serviamus ei* (Abimelecho) *nos?* Conf. Studerus ad h. l., qui sententiam bene explicuit. — f) sq. fut. saepe etiam *optantis* est. 2 Sam. XV, 4: מִי יְשִׂמֵנִי שֹׁפֵט *quis me constituet iudicem?* i. e. utinam me iudicem constituant! Jes. XXVII, 4: מִי יִתְּנֵנִי *quis dabit mihi?* i. e. utinam haberem! Iud. IX, 29. Ps. LV, 7. Iob. XXIX, 2. Inde מִי יִתֵּן est formula solennis in votis, v. נָתַן.

2) indefinitum: *quicunque, quisquis.* Exod. XXIV, 14: מִי בַעַל דְּבָרִים יִגַּשׁ אֲלֵהֶם *quicunque litem habet, accedat ad eos*, pr. quis litem habet? is accedat ad eos. Iud. VII, 3: מִי יָרֵא וְחָרֵד יָשֹׁב *quicunque timidus et pavidus est, redeat,* pr. quis timidus est? is redeat. Prov. IX, 4. Eccl. V, 9. Jes. LIV, 15. Gr. et lat. commode vertas εἴ τις, *si quis.* 2 Sam. XVIII, 12: שִׁמְרוּ מִי בַּנַּעַר *custodite puerum quisquis* vestrum est (ubi tamen Verss. antiquae et aliquot codd. habent לִי). Sq. אֲשֶׁר Exod. XXXII, 33: מִי אֲשֶׁר חָטָא *quicunque peccat.* 2 Sam. XX, 11. Cf. syr. ܡܰܢ ܕ.

Plerumque addunt, מִי adv. poni pro *qui, quomodo?* ut מָה B, 3. Sed in omnibus, quae laudant, exemplis vulgaris significatio retinenda est. Am. VII, 2. 5: מִי יָקוּם יַעֲקֹב pr. *quis s. qualis consistet Jacobus?* concise dictum pro: quis est Jacobus, qui consistere possit? Cf. formulas no. 1, litt. e. Jes. LI, 19: מִי אֲנַחֲמֵךְ pro pleniore מִי אָנֹכִי כִּי אֲנַחֲמֵךְ.

מִיכָא v. מִיכָיָה no. 2.

מִיכָאֵל (*quis est instar Dei?*) *Michaël*, n. pr. 1) unius ex septem archangelis, qui pro populo Israëlitico apud Deum intercedere credebatur Dan. X, 13. 21. XII, 1. Gr. *Μιχαήλ* Apoc. XII, 7. — 2) plurium virorum a) 1 Paral. XXVII, 18. b) 2 Paral. XXI, 2. c) aliorum Num. XIII, 13. 1 Par. V, 13. 14. VI, 25. VII, 3. VIII, 16. XII, 20. Esr. VIII, 8.

מִיכַל (contr. ex מִיכָאֵל) n. pr. filiae Sauli, uxoris Davidis 1 Sam. XIV, 49. XIX, 11 sqq. 2 Sam. VI, 16 sqq. Etiam simile nomen מִיכָיָהוּ mulieri tribuitur, v. h. v. no. 2. Vulgo originem ducunt a מִיכַל parum aquae (v. rad. מָכַל), et sunt qui hoc ad sterilitatem mulieris referant: nulla veri specie.

מִיכָה (pro מִיכָיָהוּ *quis est instar Jehovae?* LXX. *Μιχαίας*) *Michas*, n. pr. 1) prophetae, qui inter duodecim prophetas minores sextum locum occupat, cui cognomen הַמֹּרַשְׁתִּי (p. 633 B) Mich. I, 1, et Jer. XXVI, 18 Keri, ubi Chethibh habet מִיכָיָה. 2) alius viri 2 Par. XXXIV, 20, qui 2 Reg. XXII, 12 מִיכָיָה. 3) et 4) v. מִיכָיָהוּ no. 1 et 2. 5) et 6) v. מִיכָיְהוּ no. 1 et 2.

מִיכָיָה (*quis est instar Jehovae?*) *Michaeas*, n. pr. virorum 1) v. מִיכָה no. 1. 2. 2) Neh. XII, 35, qui מִיכָא XI, 17. 22. 3) Neh. XII, 41.

מִיכָיָהוּ (id.) n. pr. 1) tribuni regis Josaphat 2 Par. XVII, 7. 2) uxoris Rehabeami, filiae Urielis 2 Par. XIII, 2, cf. tamen 2 Par. XI, 21. 22. 1 Reg. XV, 2, quibus locis haec Rehabeami uxor, Abiae mater, Maacha (מַעֲכָה) vocatur, Absalomi filia.

מִיכָיְהוּ (id.) n. pr. 1) viri, qui sacra gentilicia apud Danitas instituerat Iud. XVII, 1. 4, saepe brevius מִיכָה appellati, V. 5. 8. 9. 10 al. 2) prophetae aetate Josaphati et Ahabi regum, filii Jemlae 1 Reg. XXII, 8. 2 Par. XVIII, 7, qui idem מִיכָה V. 24, et מִכָהוּ V. 8 Chethibh nominatur. 3) Jer. XXXVI, 11, 13.

מִישָׁאֵל (*quis est quod Deus?* ex מִי, שׁ praef. et אֵל) n. pr. virorum 1) filii Usiel ex gente Aharonis Ex. VI, 22. Levit. X, 4. 2) unius ex comitibus Danielis Dan. I, 6. II, 17, qui dein chald. מֵישַׁךְ appellatus est. 3) Neh. VIII, 4.

מַיִם aqua, v. rad. מוא.

מִין species, v. rad. מוּן.

מִיץ v. rad. מוּץ.

מֵישַׁךְ n. pr. chaldaeum adolescentis Hebraei, antea מִישָׁאֵל dicti (q. v. no. 2). Dan. I, 6. II, 49. III, 12. Etymon nominis Lorsbachius non male explicabat ex neopers. میز شاه hospes regis.

מָכַךְ *ruit, corruit, collapsus est.* (Chald. et Syr. מְכַךְ, ܡܟ id. Pa. deiecit, humiliavit. Ethpa. pass., ܡܬܡܟܟ humilis, ܡܘܟܟ abiectus, vilis. Sam. [Samaritan], [Samaritan], [Samaritan] inclinavit, declinavit. Finitima sunt מוּךְ, chald. מְאַךְ, arab. مكّ consumsit, periit, بكّ i. q. מוּךְ ad paupertatem redactus est. Origo est in liquescendo, contabescendo, cf. מוּג, מָקַק). Ps. CVI, 43: וַיָּמֹכּוּ בַּעֲוֹנָם *et in perniciem ruebant scelere eorum.*

Niph. fut. יִמַּךְ *corruit* (contignatio) Eccl. X, 18.

Hoph. הֻמְּכוּ forma chaldaizans pro הוּמַכּוּ *corruunt* i. e. pereunt Iob. XXIV, 24.

מַכְנַדְבַי, מְכֹנָה v. מָה pag. 772.

מָכַל rad. inusit. Arab. مَكَلَ parum aquae, ideoque coenum in aqua continuit puteus, مَكُلَ, مَكِلَ, مَكَلَ eiusmodi puteus, max. antiquus, مَكْلَة parum aquae continens stagnum.

מִיכַל m. 2 Sam. XVII, 20: מִיכַל הַמָּיִם *rivulus aquae* parum aquae habens. LXX. *μίκρον τοῦ ὕδατος.* Kimchi: פלג המים. Male Targ. יַרְדְּנָא. — Ceterum Kimchi aliique מִיכַל ducunt a rad. יָכַל i. q. כּוּל continuit [cf. אָפִיק], et arab. مكل denominativum censent a מִיכַל.

מִיכַל n. pr. vide מִיכָאֵל s. rad. מִי.

מַכֹּלֶת v. rad. אָכַל.

מֶכֶס et **מִכְסָה** *tributum* v. rad. כָּסַס.

מָכַר fut. יִמְכֹּר *vendidit.* (Vicina sunt מָהַר, מָחָר, fort. arab. مَجَرَ III. IV. vendidit alicui cum fenore ementi imposito: nam quod Winerus verbis مكر et ܙܒܢ vendendi significatum tribuit, non recte factum est. Illud est machinatus est, hoc desponsavit. Radix primaria et monosyllaba fortasse est כָּרָה no. I emit, sanscr. *kri.* An eiusdem stirpis sunt *merx, merces?*). Constr. sq. acc. rei Gen. XXV, 31. XXXVII, 27. 28. 36. XLVII, 20. 22. Lev. XXVII, 30, sq. מִן (aliquid de) XXV, 25, passim addito לְ personae, cui venditur Lev. XXV, 27. Joel IV, 6, vel בְּ pretii Deut. XXI, 14. Ps. XLIV, 13. Joel IV, 3. Am. II, 6, vel acc. loci, quo defertur res vendita (wohin verkaufen) Gen. XLV, 5. Joël IV, 7. Spec. dicunt: a) *vendere* filiam i. e. accepto pretio (מֹהַר) in matrimonium dare Gen. XXXI, 15. Exod. XXI, 7. (Syr.

ܡܟܰܪ desponsavit). b) Jova dicitur populum *vendere* i. e. tradere in potestatem hostium. Deut. XXXII, 30: אִם לֹא כִּי צוּרָם מְכָרָם *nisi rupes eorum vendidisset eos.* Ps. XLIV, 13: תִּמְכֹּר עַמְּךָ בְלֹא הוֹן *vendidisti populum tuum vili pretio.* Iud. II, 14: וַיִּמְכְּרֵם בְּיַד אוֹיְבֵיהֶם *vendidit eos in manum hostium.* III, 8. IV, 2. 9. X, 7. 1 Sam. XII, 9. Ez. XXX, 12: וּמָכַרְתִּי אֶת־הָאָרֶץ בְּיַד רָעִים, cf. Judith VII, 25: πέπρακεν ἡμᾶς ὁ θεὸς εἰς τὰς χεῖρας αὐτῶν. (Cf. arab. عرض vendidit, sq. على النار, على السيف tradidit gladio, igni Cor. 46, 19). — Nah. III, 4 Ninive appellatur: *meretrix venusta .... praestigiatrix* הַמֹּכֶרֶת גּוֹיִם בִּזְנוּנֶיהָ *quae vendidit gentes scortationibus suis* i. e. in servitutem redegit, mancipia fecit, nil enim opus est, מכר cum Hitzigio accipere pro כמר plexuit, *irretivit.*

Niph. 1) *venditus est* Lev. XXV, 34, sq. dat. pers. Neh. V, 8. Jer. XXXIV, 14. נִמְכַּר לְעֶבֶד venditus est in mancipium Ps. CV, 17. Esth. VII, 4. Translate (v. Kal litt. b) Jes. L, 1. LII, 3. — 2) *vendidit se, emancipavit se* alicui Lev. XXV, 39. 47.

Hithpa. 1) *venditus est* Deut. XXVIII, 68. 2) *vendidit, emancipavit se* sceleri patrando (לַעֲשׂוֹת הָרַע) 1 Reg. XXI, 20. 25. 2 Reg. XVII, 17.

מָכִיר (venditus) n. pr. 1) filii Manassis, patris Gilead. Gen. L, 23. Num. XXVII, 1. Jos. XIII, 31. XVII, 1, inde poët. de tribu Manassis Iud. V, 14. — 2) filii Ammiel 2 Sam. IX, 5. XVII, 27. — Patron. מָכִירִי Num. XXVI, 29.

מֶכֶר c. suff. מִכְרִי m. 1) *venum, venale* Neh. XIII, 16. 2) *pretium* venditionis Num. XX, 19.

מְכֵרָה v. rad. כּוּר.

מִכְרִי (pro מִכְרִיָּה pretium Jovae) n. pr. viri 1 Par. IX, 8.

מִמְכָּר m. 1) *venditio.* Lev. XXV, 27: שְׁנֵי מִמְכָּרוֹ, 29. 50. 2) concr. *res vendita* Lev. XXV, 25: מִמְכַּר אָחִיו *res a fratre ipsius vendita.* 28. 33: מִמְכַּר בַּיִת *domus vendita.* Ez. VII, 13. Pl. Deut. XVIII, 8: לְבַד מִמְכָּרָיו *praeter vendita eius* i. e. praeter ea, quae ex paternis bonis venditis sibi paravit. Vulg. excepto eo, quod in urbe sua ex paterna successione ei debetur. (לְבַד pro לְבַד מִן, nisi legere placet לְבַד מִמְכָּרָיו). — 3) *res venalis* Lev. XXV, 14. Neh. XIII, 20.

מִמְכֶּרֶת f. *venditio.* Lev. XXV, 42: לֹא יִמָּכְרוּ מִמְכֶּרֶת עָבֶד *ne vendantur more servorum.*

מָלֵא (semel, idque transit. Esth. VII, 5) et **מָלֵא** in praet. raro abiecto Aleph מָלְתִי Iob. XXXII, 18, מָלוּ Ez. XXVIII, 16, inf. מְלֹאת Lev. VIII, 33, מְלֹאות Iob. XX, 22, fut. יִמְלָא.

1) transit. *implevit, replevit.* (Arab. مَلَأَ implevit, sed مَلِئَ plenus fuit, syr. ܡܠܐ trans. et intransit. Pa. implevit, Ethpe. et Ethpa. pass. Sam. id. et hausit aquam, pr. implevit situlam. Praeterea haec radix late regnat in linguis indogerm., ubi tamen pro m est p, ut sanscr. *plê* implere, gr. πλέω [πληρόω, πίμπλημι], πλέος, prob. μάλα valde pr. plene cf. מָלֵא Ier. XII, 6, lat. *plere*, unde *implere, complere, plenus*, goth. *fulljan*, nostr. *füllen, voll*, angl. *full, to fill.* Adde polon. *pilny*, bohem. *plny.* Originem esse in abundando, Ueber*fliessen*, intelligis ex cognatis πλέω, πλείω navigo, it. φλέω, φλύω, *fleo, fluo, pluo*).

Spec. a) *implevit* res locum vacuum sua ipsius mole vel copia, c. acc. loci Gen. I, 22: מִלְאוּ אֶת־הַמַּיִם בַּיַּמִּים *implete aquas in maribus.* Comm. 28. IX, 1. Ex. XL, 34: כְּבוֹד יְיָ מָלֵא אֶת־הַמִּשְׁכָּן *splendor Jehovae implebat tabernaculum.* 35. 1 Reg. VIII, 10. 11. Ezech. X, 3. Jerem. LI, 11: מִלְאוּ הַשְּׁלָטִים *implete scuta* sc. vestris corporibus, scutis circumdate vos. — b) *implevit locum alia re*, c. dupl. acc. loci et rei eum implentis. 1 Reg. XVIII, 34: מִלְאוּ אַרְבָּעָה כַדִּים מַיִם. Ezech. VIII, 17: מָלְאוּ אֶת־הָאָרֶץ חָמָס *implent terram violentiâ.* XXVIII, 16. XXX, 11. Jer. XVI, 18. XIX, 4, rarius sq. מִן rei implentis Ex. XVI, 32: מְלֹא הָעֹמֶר מִמֶּנּוּ. — Saepe etiam c) omisso accusativo rei implentis Ex. XXXII, 29: מִלְאוּ יֶדְכֶם לַיהוָה *implete manum vestram Jehovae* sc. muneribus ei offerendis. Esth. VII, 5: *quis iste* אֲשֶׁר מְלָאוֹ לִבּוֹ לַעֲשׂוֹת כֵּן *qui implevit eum, animum suum* (sc. audacia, spiritu), *ut hoc faceret*, i. e. quis hoc facere ausus est? LXX. ἐτόλμησε ποιῆσαι. Suffixum in מְלָאוֹ abundat, ut Iob. XXIX, 3. Ad locutionem cf. Eccl. VIII, 11: עַל כֵּן מָלֵא לֵב בְּנֵי הָאָדָם בָּהֶם לַעֲשׂוֹת רָע *propterea impletur animus mortalium* (sc. audacia) *in iis ad mala patranda*, et Act. II, 3: διοτὶ ἐπλήρωσεν ὁ σατανᾶς τὴν καρδίαν σου, ψεύσασθαί σε κ. τ. λ. — Iob. XXXVI, 17: וְדִין רָשָׁע מָלֵאתָ *et si culpam impii imples* i. e. imples mensuram peccatorum impii, wenn du das Sündenmaass des Frevels füllest (cf. Gen. XV, 16).

2) intrans. *impletus, plenus fuit* Jos. III, 15, sq. acc. rei, qua quid plenum est. Gen. VI, 13: מָלְאָה הָאָרֶץ חָמָס *terra plena est violentiâ.* Iud. XVI, 27: *domus plena erat* הָאֲנָשִׁים *viris.* Iob. XXXII, 18: *plenus sum* מִלִּים *verbis.* 2 Reg. VI, 17. Ps. X, 7. XXVI, 10. XXXIII, 5. XLVIII, 11. LXV, 10. Jes. XI, 9. XIV, 21. XXVII, 6. Jerem. XXIII, 10. XLVI, 12. LI, 5. Mich. III, 8. Ezech. IX, 9, sq. מִן Jes. II, 6. Spec. Hebraei dicunt a) מָלְאָה נַפְשִׁי animus meus expletus est, de vindicta expleta, sq. acc. Ex. XV, 9: תִּמְלָאֵמוֹ נַפְשִׁי vindicta mea expleatur in iis perdendis (ich will meinen Muth an ihnen kühlen). — b) *impletum*, s. *completum est* temporis spatium. Gen. XXV, 24: וַיִּמְלְאוּ יָמֶיהָ לָלֶדֶת *et completum est tempus eius ad pariendum*, aderat tempus pariendi. XXIX, 21: כִּי מָלְאוּ יָמַי *nam completum est tempus meum.* L, 3: כֵּן יִמְלְאוּ יְמֵי הַחֲנֻטִים *ita completur tempus conditurae* i. e. tot diebus peragitur t. c. (cf. Esth. II, 12). Levit. VIII, 33. XII, 4. 6. Num. VI, 5. 1 Sam. XVIII, 26. Thren. IV, 18.

Jer. XXV, 34. Ez. V, 2. (Syr. ܐܬܡܠܝ saepe de tempore completo, cf. in N. T. πληροῦσθαι).

Niph. (maxime in fut. usitatum) i. q. Kal no. 2 *impletus, plenus fuit*, c. acc. rei. Gen. VI, 11: וַתִּמָּלֵא הָאָרֶץ חָמָס *et plena erat terra violentiâ*. Ex. I, 7: וַתִּמָּלֵא הָאָרֶץ אֹתָם *et terra iis repleta est*. 1 Reg. VII, 14: וַיִּמָּלֵא אֶת־הַחָכְמָה וְאֶת־הַתְּבוּנָה. 2 Reg. III, 17, it. sq. מִן rei Ez. XXXII, 6. Eccl. I, 8: לֹא תִמָּלֵא אֹזֶן מִשְּׁמֹעַ *non expletur auris audiendo* i. e. non satiatur, et לְ Hab. II, 14. De animo s. desiderio expleto Eccl. VI, 7, de tempore completo Ex. VII, 25. Iob. XV, 32. *Impleri ferro* (c. acc.), *armis* dr. pro *armari, instrui* 2 Sam. XXIII, 7.

Pi. מִלֵּא, rarius מִלָּא Jer. LI, 34, inf. מַלֵּא et מַלְּאוֹת fut. יְמַלֵּא, semel יְמַלֶּה Iob. VIII, 21 *implevit, complevit, explevit*. 1) Constr. c. acc. rei, quae impletur, i. q. Kal no. 1, c. Nota formulas: a) *implevit manum* alic. i. e. sacerdotium ei in manus tradidit Ex. XXVIII, 41. XXIX, 9. Lev. XXI, 10. Num. III, 3. Iud. XVII, 5. Cf. נָתַן עַל יְדֵי tradidit alicui munus. — b) *implevit manum suam Jehovae* sc. muneribus i. e. larga munera obtulit 1 Par. XXIX, 5. 2 Par. XIII, 9. XXIX, 31, cf. in Kal Ex. XXXII, 29. — Translate c) *complevit* tempus, ad finem peregit (cf. Kal no. 2, b). Gen. XXIX, 27: *comple septimanam huius* mulieris. 28. Iob. XXXIX, 2 (5): *numerastine menses* תְּמַלֶּאנָה quos *complent* a conceptione usque ad partum. Dan. IX, 2 cf. 2 Par. XXXVI, 21. — d) *implevit* s. *complevit* numerum. Exod. XXIII, 26: *complebo numerum dierum tuorum*, cf. Jes. LXV, 20. 1 Sam. XVIII, 27: *Davides afferebat praeputia* וַיְמַלְאוּם לַמֶּלֶךְ *eaque complebant regi* i. e. pleno numero offerebant. 1 Reg. I, 14: מִלֵּאתִי אֶת־דְּבָרָיִךְ *complebo s. supplebo verba tua*. — e) *explevit* animam i. e. famem alic. Jer. XXXI, 25. Iob. XXXVIII, 39. Prov. VI, 30 (cf. ad חַיָּה). Opp. anima vacua i. e. famelica Jes. XXIX, 8. Cf. Kal no. 2, a. — f) *implevit* promissum 1 Reg. VIII, 15. 24. Jer. XLIV, 25, votum Ps. XX, 6, vaticinium 1 Reg. II, 27. — g) cum alio verbo *plene* i. e. fortiter, valde *fecit* aliquid. Jer. IV, 5: קִרְאוּ מַלְאוּ *clamate plene* i. e. *fortiter*, ut bene Vulg. LXX. κεκράξατε μέγα. Cf. arab. تملأ النظر الى intense intuitus est aliquem, جعل وملأ fecit et implevit i. e. accurate fecit. Etiam omisso verbo per ellipsin in his formulis *α*) מִלֵּא הַקֶּשֶׁת fortiter tetendit arcum, pro מִלֵּא כִּדְרֹךְ הַקֶּשֶׁת Zach. IX, 13. (Arab. أملأ في القوس et plene أملأ النزع في القوس Schult. Opp. min. p. 176. 355, syr. ܡܠܐ ܩܫܬܐ Ps. XI, 2. Jes. XXI, 15 Pesch., quod Lex. Adl. explicat أوتر القوس; it. sanscr. *pûr* implere, et tendere arcum, Rosen radd. 281. Bopp gloss. 111, gr. πληρόω τὸν τόξον Symm. pro hebr. דָּרְכוּ חִצָּם Ps. LXIV, 4). *β*) מִלֵּא אַחֲרֵי יְיָ pro מִלֵּא לָלֶכֶת אַחֲרֵי יְיָ Deum sequi plene i. e. plenam obedientiam ei praestare. Num. XIV, 24. XXXII, 11. 12. Deut. I, 36. Jos. XIV, 8. 9. 14. 1 Reg. XI, 6 et saepe. LXX. ἐπακολουθεῖν τῷ θεῷ. Vulg. sequi Deum.

2) c. acc. rei, *qua* aliquid implemus (etwas *ein*füllen), pro *infudit, inseruit*. Jes. LXV, 11: הַמְמַלְאִים לַמְנִי מִמְסָךְ *infundunt libamen Fortunae*, s. implent craterem libamine in honorem Fortunae. Sic מִלֵּא אֲבָנִים *gemmas implere* pro *inserere* in fundas. Ex. XXVIII, 17. XXXI, 5. XXXV, 33. Semel absol. 1 Par. XII, 15: וְהוּא מְמַלֵּא עַל־כָּל־גְּדוֹתָיו *isque* (Jordanes) *implebat* (alveum aquis) *super omnes ripas suas*.

3) c. dupl. acc. rei implendae et implentis, v. Kal no. 1, b. Ex. XXXV, 35: מִלֵּא אֹתָם חָכְמַת־לֵב *implevit eos animo perito*. Iob. III, 15. XXII, 18. Jes. XXXIII, 5. Ps. CVII, 9. CXXIX, 7. Rarius sq. מִן rei implentis Ps. CXXVII, 5: *beatus* אֲשֶׁר מִלֵּא אֶת אַשְׁפָּתוֹ מֵהֶם *qui iis implet pharetram suam*. Jer. LI, 34. Lev. IX, 17, it. בְּ in hac formula: מִלֵּא יָדוֹ בַּקֶּשֶׁת manum suam arcu implevit, h. e. arcum prehendit. 2 Reg. IX, 24.

Pu. Part. מְמֻלָּאִים *impleti* gemmis insertis, sq. בְּ Cant. V, 14. Cf. Pi. no. 2.

Hithp. pr. *compleverunt se vicissim* i. e. mutuum sibi auxilium praestiterunt altero alterius lacunas qs. explente, sq. עַל *coniunctis viribus impetum fecerunt in* aliquem Iob. XVI, 10. (Arab. مالأ iuvit aliquem, pr. explevit, quae ei deessent. VI. iuverunt se invicem).

מְלָא chald. *implevit* Dan. II, 35.

Ithp. pass. Dan. III, 19. (In Targg. saepe).

מָלֵא m. מְלֵאָה f. A) adj. verbale 1) *implens*, c. acc. loci Jes. VI, 1: שׁוּלָיו מְלֵאִים אֶת־הַהֵיכָל *syrmata eius implebant templum*. Jer. XXIII, 24. Cf. rad. Kal no. 1, a. — 2) intrans. *repletus, plenus*, ut כֶּסֶף מָלֵא *pecunia plena* i. e. iusta Gen. XXIII, 9. 1 Par. XXI, 22. 24; sq. accus. Deut. VI, 11: בָּתִּים מְלֵאִים כָּל־טוּב *domus omnis generis bonis repletae*. XXXIV, 9: מָלֵא רוּחַ חָכְמָה Jes. LI, 20; et genit. Jer. VI, 11: מְלֵא יָמִים *plenus dierum*, aetate provectus. Jes. I, 21. Semel c. dat. pleonastico Am. II, 13: הָעֲגָלָה הַמְלֵאָה לָהּ עָמִיר *plaustrum plenum sibi mergitibus*. — Ventus *plenus* est *fortis, vehemens*. Jer. IV, 12: רוּחַ מָלֵא מֵאֵלֶּה *ventus fortior quam* quo ad *illa* (ad ventilandum, purgandum) opus est (cf. IV, 5).

B) subst. *plenitudo*. Ps. LXXIII, 10: מֵי מָלֵא aquae plenitudinis i. e. plenae, abundantes.

C) adv. *pleno numero et acervo, turmatim* (in vollen Haufen, haufenweise) cf. מְלֹא no. 2. Convenit hoc utrique, quo reperitur, loco. Nah. I, 10: אֻכְּלוּ כְּקַשׁ יָבֵשׁ מָלֵא *consumentur sicut stipula arida turmatim* (haufenweise). Al. penitus, ad finem usque (vollends). Rabbini מָלֵא male coniungunt cum קַשׁ יָבֵשׁ. Jer. XII, 6: הֵמָּה קָרְאוּ אַחֲרֶיךָ מָלֵא *illi clamant post te turmatim*, LXX καὶ αὐτοὶ ἐβόησαν ἐκ τῶν ὀπίσω σου ἐπισυνήχθησαν et ita quoque Jarchi et Kimchi. Alii explicant: *plena voce* Hieron., schreien Zeter über dich (Luth.), coll. קִרְאוּ מַלְאוּ IV, 5, idque magis placet quam Schnurreri interpre-

tatio: *clamant post te: plenus est* sc. maturus ad caedem. (Syr. ܡܠܐ sec. Lex. Adl. بالتمام والكمال integre, plene).

מְלֹא, מְלוֹא, semel מְלוֹ Ez. XLI, 8 m. 1) *plenitudo* rei i. e. id quod implet s. quo impletur aliquod spatium. Jes. VI, 3: מְלֹא כָל־הָאָרֶץ כְּבוֹדוֹ *gloria eius implet universam terram.* VIII, 8: מֻטּוֹת כְּנָפָיו מְלֹא רֹחַב אַרְצְךָ *exercitus eius longe lateque implent terram tuam.* Sic הַיָּם וּמְלֹאוֹ mare et quod hoc implet Ps. XCVI, 11. XCVIII, 7. Jes. XLII, 10, אֶרֶץ וּמְלֹאָהּ terra et quae eam implent Ps. XXIV, 1. Jes. XXXIV, 1. Jer. VIII, 16. XLVII, 2. Mich. I, 2, תֵּבֵל וּמְלֹאָהּ Ps. L, 12. LXXXIX, 12, עִיר וּמְלֹאָהּ Am. VI, 8. Saepe sq. genit. spatii, *tantum quantum implet* spatium, vel *quantum capit* mensura. מְלֹא חָפְנֵיכֶם quantum volae vestrae capiunt (eure Hände voll) Ex. IX, 8. Lev. XVI, 12, מְלֹא קֻמְצוֹ Lev. V, 12, מְלֹא עֹמֶר Exod. XVI, 32. 33, מְלֹא מַחְתָּה quantum cepit thuribulum Lev. XVI, 12, מְלֹא בִגְדוֹ 2 Reg. IV, 39, adeoque de mensura longitudinis, מְלוֹ הַקָּנֶה integra decempeda Ez. XLI, 8, מְלֹא הַחֶבֶל (die Messruthe lang) 2 Sam. VIII, 20, מְלֹא קוֹמָתוֹ tota statura eius, totus quantus erat 1 Sam. XXVIII, 2. (Arab. مِلْء, مِلَاءَة quantitas rei, quae quid implet, مِلْءُ كَفٍّ quantum capere potest manus, أعطنى مِلْأَهُ da mihi quantum capere potest hoc vas, gib es mir voll. Syr. ܡܠܐ ܫܥܐ *πρὸς ὥραν*, einen Augenblick lang Gal. II, 5). Res metienda, ut post alia nomina mensurae, additur in accus. (Gramm. §. 111, 2), ut מְלֹא כַף קֶמַח pugillus farinae 1 Reg. XVII, 12, מְלֹא הַסֵּפֶל מַיִם Iud. VI, 38, מְלֹא בֵיתוֹ כֶּסֶף וְזָהָב (sein Haus voll Gold und Silber) Num. XXII, 18, sed Eccl. IV, 6: טוֹב מְלֹא כַף נָחַת מִמְּלֹא חָפְנַיִם עָמָל sententia haec est: *melior est vola plena cum quiete, quam duo pugilli cum aerumna.*

2) *multitudo, turba.* Gen. XLVIII, 19: מְלֹא הַגּוֹיִם, Jes. XXXI, 4: מְלֹא רֹעִים. (Arab. مَلَأ turba, coetus. Syr. ܡܠܘܐܐ, de cuius significatu dubius haeret J. D. Mich. ad Cast., est *pecuniae summa* Barhebr. p. 200. 223. 238. 405. 424).

מְלֵאָה f. *plenitudo, abundantia*, spec. dicitur de ea frumenti vinique parte, quae Jovae ut decima vel primitiae offerri debebat. Significare volebat legislator, a civibus Israëliticis non nisi ea postulari, quibus ipsi *abundarent.* De frumento Exod. XXII, 28: מְלֵאָתְךָ וְדִמְעֲךָ לֹא תְאַחֵר. LXX. *ἀπαρχὰς ἅλωνος καὶ ληνοῦ.* Cod. Sam. [Samaritan]. Deut. XXII, 9: הַמְלֵאָה הַזֶּרַע .... וּתְבוּאַת הַכָּרֶם *abundantia sementis .... proventus vineae*, ubi הַזֶּרַע post הַמְלֵאָה est accus. pendens a substantivo mensurae, ut מְלֹא הַסֵּפֶל מַיִם, אֵיפָה שְׂעֹרִים, Gramm. §. 111, 2. De vino Num. XVIII, 27: מְלֵאָה מִן־הַיָּקֶב LXX *ἀφαίρεμα ἀπὸ ληνοῦ.*

מִלּוֹא m. *vallum, agger*, a lapidibus terraque aggestis et *oppletis*, inde *castellum.* (Chald. מְלִיתָא, מִלְיָא, מְלִיתָא, מְלִיתָא). Spec. ita appellatur pars arcis Hierosolymitanae, prob. *castellum* (der Wall, die Schanze). 2 Sam. V, 9. 1 Reg. IX, 15. 24. XI, 27. 1 Par. XI, 8. 2 Par. XXXII, 5. LXX ter *ἄκρα.* Targ. מְלִיתָא, הוּא מָקוֹם בִּירוּשָׁלַיִם סָמוּךְ מְלִיתָא vallum. Kimchius: לְחוֹמָה מִבִּפְנִים וְלֹא הָיָה בָנוּי אֶלָּא הָיָה רְחָבָה שֶׁנֶּאֱסָפִים שָׁם כְּשֶׁהָיוּ עוֹשִׂים שָׁם אֲסִיפָה וְקִבּוּץ לְפִיכָךְ נִקְרָא מִלּוֹא, quae tamen ex etymo (מִלּוֹא i. q. מְלֹא no. 2) potissimum confecta videntur. Cf. Lightfoot Opp. T. II. p. 189. Hamelsveld geogr. bibl. II, 46 sqq. Vel idem atque מִלּוֹא vel pars eius erat בֵּית מִלּוֹא 2 Reg. XII, 21., in qua Joas interfectus est. — 2) castellum Sichem urbis. Iud. IX, 6: כָּל־בַּעֲלֵי שְׁכֶם וְכָל־בֵּית מִלּוֹא *omnes cives Sichemi et omnes incolae castelli.* Comm. 20 (bis). (Idem vc. mihi latere videtur in n. pr. *Milevum*, quod est oppidum Mauritaniae).

מִלֻּאִים m. pl. 1) *inauguratio* ad munus sacerdotale (v. מָלֵא no. I, a). אֵיל מִלֻּאִים aries inaugurationis Ex. XXIX, 22. 26. 27. Lev. VIII, 22. 29. יְמֵי מִלֻּאֵיכֶם dies inaugurationis vestrae Levit. VIII, 33. Meton. sacrificium inaugurationis (cf. חַטָּאת peccatum et sacrificium pro eo). Lev. VII, 37. VIII, 28. 31. — 2) *insertio* s. inclusio gemmae in fundam (v. מָלֵא no. 2), das Fassen der Edelsteine. אַבְנֵי מִלֻּאִים gemmae in fundas inclusae Ex. XXV, 7. XXXV, 9. 1 Par. XXIX, 2.

מִלֻּאָה fem. i. q. מִלֻּאִים no. 2. Exod. XXVIII, 17. 20. XXXIX, 13.

מִלֵּאת f. *plenitudo*, concr. *rivi pleni* aquarum. Cant. V, 12: *oculi eius sicut columbae ad rivos aquarum, quae lavantur in lacte* יֹשְׁבוֹת עַל מִלֵּאת LXX *καθήμεναι ἐπὶ πληρώματα*, Alex. Ald. al. *ἐπὶ πληρώματα ὑδάτων*, quod expressit Arabs: على أحواض موعبة ماء *ad piscinas aqua refertas.* Vulg. super fluenta plenissima. Congruit syr. ܡܠܐܐ quod Luc. VI, 48 ponitur pro gr. *πλήμμυρα*, et sic Barhebr. p. 152 lin. 12 de inundatione fluminis, et ܡܠܐܬܐ, quod Lex. Adler. explicat سيل الما fluxus aquarum. Aliis, maxime Hebraeorum interpretibus, מִלֵּאת est i. q. מִלֻּאָה funda s. pala annuli, idque ad oculos, non ad columbas, referunt, hac sententia: *oculi eius .... sedent* velut *in pala, qua gemma includitur*, ita ut oculi comparentur gemmis splendidis in fundam inclusis. Neque hoc displicet, quanquam durius est, verba יֹשְׁבוֹת עַל מִלֵּאת ad oculos referre.

I. מֶלַח, in Pausa מֶלַח Gen. XIV, 3. XIX, 26. Lev. II, 13 al. *sal.* (Chald. מְלַח emph. מִלְחָא, syr. ܡܠܚܐ, arab. مِلْح, neque vero مَلْح, ut apud Eichhorn. et Winerum, id. Etymon si quaerendum est, *sal* potest

esse *contritum*, *comminutum*, a מָלַח no. II, sicut *pulvis* de aromatis dicitur, v. אֲבָקָה, נְכֹאת. Firmatur haec coniectura syriaco ܡܠܰܚ aromate et sale condivit; cf. ܡܠܘܿܚܳܐ contritum et rad. ܡܠܰܚ contrivit). Iob. VI, 6. Iud. IX, 45. יָם הַמֶּלַח mare salsum i. e. mortuum s. lacus asphaltites, cuius aqua sale impraegnata et tantum non satiata, ubi restagnat, magnam salis vim in vallibus vicinis relinquit (Ezech. XLVII, 11. Zeph. II, 9). Gen. XIV, 3. Num. XXXIV, 12. Deut. III, 17. Jos. III, 16. XII, 3. XV, 2. 5. XVIII, 19 (apud Arabes بحر الملح est Oceanus, v. Abdoll. p. 1). גֵּיא מֶלַח vallis salis, v. גַּיְא p. 281. בְּרִית מֶלַח foedus salis 2 Par. XIII, 5, i. e. foedus sanctissimum et in omne aevum duraturum, unde בְּרִית מֶלַח עוֹלָם Num. XVIII, 19, quod eo referendum videtur, quod sal, quippe qui cibis diu conservandis inserviat, diuturnitatis et perpetuitatis *σύμβολον* est (v. Philon. Opp. II, p. 225), unde Arabes foedus inter se iuncturi hodieque salem panemque comedere solent (v. Steph. Schulzium, Arviosium al. quos excerpsit Rosenm. altes und neues Morgenland, ad Lev. II, 13) *): dicunt etiam بيننا ملح *inter nos est sal* i. e. foedus; unde مِلْح, مَلْحَة *foedus*, *iuramentum* explicant Lexicographi. Hinc intelligitur, quid sibi velint verba Levit. II, 13, ubi fertum salire iubentur Israëlitae et additur: וְלֹא תַשְׁבִּית מֶלַח בְּרִית אֱלֹהֶיךָ מֵעַל מִנְחָתֶךָ *neque desit in fertis tuis sal foederis cum deo tuo*. Sale enim condienda sunt ferta, propterea quod sal signum foederis est Deum inter et Israëlitas iuncti, quem comedens (Deus enim sacrificiis vesci cogitabatur) Jova quotidie foedus suum et renovabat et firmabat: neque igitur audiendi sunt, qui neglecto hoc loco salem fertis non aliam ob causam admixtum esse opinantur, quam quod sal optimum adeoque necessarium ciborum condimentum sit (Wineri lex. bibl. II, 431). Apud alias etiam gentes sal et signum amicitiae erat et sacrificiis addi solebat, v. *Sykes* vom Ursprunge der Opfer p. 91 sqq. ed. germ. Rosenm. ad Lev. l. c. — נְצִיב מֶלַח Gen. XIX, 26 statua salis fossilis, int. lapidem salis fossilis, qui cippi figuram referebat, cf. de sale fossili in vicinia maris mortui Seetzen in Zach monatl. Correspond. XVIII, 438. Burckhardt itin. II, 664 ed. germ.

מְלַח m. chald. *sal* Esr. IV, 14.

מָלַח denom. a מֶלַח. *salivit* aliquid, addito בַּמֶּלַח (sale) Lev. II, 13. (Arab. مَلَحَ, syr. ܡܠܰܚ, aeth. መለሐ: id.).

Pu. pass. Exod. XXX, 35.

Hoph. הָמְלֵחַ inf. absol. הָמְלַח *sale conspersus* est infans recens natus. Ezech. XVI, 4. Hieron. tenera infantium corpora ..... solent ab obstetricibus sale contingi, ut sicciora sint et restringantur. Galen. de sanit. 1, 7. Cf. Troilo itin. p. 721.

מְלַח chald. *sal comedit*, denom. a מְלַח. Esr. IV, 14: כָּל־קֳבֵל דִּי מְלַח הֵיכְלָא מְלַחְנָא *propterea quod sal palatii comedimus* i. e. servi sumus regis, qui victum nobis praebet (da wir an des Königs Tische essen, in des Königs Brot stehn), ut recte Vulg. et Syrus. (Syr. ܐܶܬܡܰܠܰܚ salem sumsit cum aliquo, commensalis eius fuit Ps. CXLI, 4. Bar Ali: ܐܶܬܡܰܠܰܚ ܥܰܡܗܽܘܢ ܡܢ ܡܰܠܚܳܐ تملّح من المالحة اى مالحهم i. e. מלחא a אתמלח עמהן *comedit cum iis*, cf. arab. مالح n. a. مُمَالَحَة et مِلَاح comedere cum aliquo c. a. p. Eodem pertinet etiam Castelli glossa: ܡܰܠܚܳܐ i. q. ܒܰܪ ܦܳܬܽܘܪܳܐ B. B. commensalis [imo: mensa, nam ܒܰܪ ܦܳܬܽܘܪܳܐ est commensalis]. Cf. Acur. 22. Apud Persas et Indos *sal* alic. *comedere* celebratur de servis, quibus dominus victum praebet, et ingrati hominis esse dicitur, eum, cuius sal comedat, prodere, cuiusmodi homo *Nemekharam* appellatur a *nemek* sal [pers. نمك] et *haram* infidelis [an حَرام nefas?] v. Chardinium, Wardium al. apud Rosenm. Morgenland no. 688 adde Borhani Katie p. 1086. Neque ab hoc usu alienum est lat. *salarium*, quod ab annona salis militibus data traductum est ad quodvis stipendium annuamque mercedem a principe erogatam. — Ceterum facessat Rabbinorum, ut Kimchii, Aben Esrae, interpretatio, qui coll. מְלֵחָה huic verbo *vastandi* potestatem tribuunt, locumque integrum ita explicant: *propter demolitionem templi, quod demoliti sumus*.

מַלָּח (denom. formae קַטָּל a מֶלַח significatione *maris*, ut gr. ἡ ἅλς, lat. *sal* poët. de mari, unde ἁλιεύς nauta, arab. بحر الملح mare salsum opp. بحر الحلو mari dulci i. e. Nilo) m. *nauta*. (Syr. et arab. ܡܰܠܳܚܳܐ, مَلَّاح id. Adde ܡܰܠܰܚ sec. L. Adl. ساس دبّر المركب rexit, gubernavit navigium, ܡܰܠܳܚܽܘܬܳܐ ibid. سفر البحر iter maritimum, ܡܰܠܳܚܽܘܬܳܐ تدبير السفينة gubernatio

*) Si modo certa et accurata sunt, quae tradit *Steph. Schulz* (Leitungen des Höchsten T. V. pag. 247) foedus inter Arabiae principem et Turciae praefectum (بيش) iunctum appellari *barath milleh*, hoc neque est *foedus salis*, neque respondet ipsi hebraeo בְּרִית מֶלַח, ut opinantur Eichhornius et Winerus; sed براة ملح nihil aliud est quam *diploma salis*, *litterae salis* s. litterae pacis comesto sale compositae. — Ceterum in nostris etiam regionibus hac caerimonia usi sunt, velut in foedere Protestantium Salisburgensium d. 5. Aug. 1731 Schwarzachii iuncto, quod ipsum a sale, quem lingebant Seniores, *foedus salis* appellatum est.

navis. Arab. ملاحة mare profundum, ملاحة, ملاحية ars nautica). Ez. XXVII, 26. 29. Jon. I, 5.

מַלּוּחַ m. *halimus*, gr. ἅλιμος (atriplex halimus Linn.), planta salsuginosa (*salatam* dixeris cum Italis, Gallis, Germanis) s. arbustum ad littora maris et circa sepes crescens, sepibus etiam adhibitum, rhamno simile, nisi quod spinis caret, foliis oleae similibus, cuius gemmae foliaque recentia a pauperibus comedebantur v. Theoph. hist. 4, 17. Dioscorid. 1, 120. Galen. de med. simpl. 6, 22. Athen. 4, 16. Tournefort itin. pag. 43. Ita Iob. XXX, 4, ubi homines miseri et inopes, qui in desertis vagantur, sistuntur הַקֹּטְפִים מַלּוּחַ עֲלֵי שִׂיחַ *decerpentes halimum ad arbusta*. LXX. ἅλιμα. Adde Gemar. Kidduschin c. 3 fol. 66, 1 de Jannaeo Rege: *ivit in urbem Cochalith in deserto et partis ibi sexaginta talentis redux plurimum laetatus est. Et invitatis omnibus sapientibus* (Israëlis) *dixit: patres nostri* (prae inopia) *comederunt* מלוחים, *quo tempore laborabant in aedificatione templi secundi: et nos quoque comedemus* מלוחים *in memoriam patrum nostrorum. Et allati sunt* מלוחים *super mensas aureas et comederunt*, ubi glossa exponit קקולין i. e. arab. قاقلى, quae herba est salsuginosa similis اشنان τῷ s. Salsolae (v. infra). Respondet syr. ܡܠܘܚܐ, quod Zeph. II, 9 habetur pro hebr. חָרוּל, et Iud. IX, 45 (ubi Polygl. habent ܡܠܘܚܐ) pro hebr. מֶלַח. Arabs Iudd. l. c. reddit البقلة المالحة planta salsa, Lex. Adler. قاقلى (lege اشنان) خردل ايشنان sinapi, salsola, kakola (v. supra), quorum primum falsum esse iam Bochartus (l. infra c.) demonstravit. Arabes habent ملاح „planta quaedam salsuginosa", et ملوخ (ملوح?), quod iisdem fere verbis describit Abenbitar (apud Bochartum, Hieroz. I, 225 Lips.), quibus Dioscorides et Galenus descripserunt halimum. Apud Avicennam p. 211 ed. arab. (quem testem laudant Castell., Freytagius) nulla eius mentio est, nisi cum Bocharto (l. c. p. 226) pro مبتخ ex auctoritate interpretationis latinae (in qua *melha* est) repones ملوخا, vel potius ملاح. Illud enim, quod etiam Firuzabadius ignorat, suspectum est, prorsusque alienum ملوخيا = μαλαχή, *malva*, quod plures (ut nuper quidem Fürstius) cum hoc vc. confuderunt. Ceterum halimus appellatur etiam ﻛﺸﻴﺸﺔ et ﻛﺸﻴﺸﺔ v. Gol. Freyt. hh. vv. Vide quae docte disputavit Bochartus l. c. p. 223—229, strictim Celsius in Hierobot. II, 96. 97.

מְלֵחָה f. *terra salsa*, et propterea *sterilis*, inde *desertum*: nullum enim desertum sterilius, quam quod sale conspersum (ἁλίσπαρτον) vel impraegnatum est (v. Heeren Ideen I, 1, p. 313 de Aria deserta: der westliche Theil desselben ist stark mit Salz impraegnirt, dass der Boden damit bedeckt ist: weshalb dieser Theil auch den Namen des Salzmeers trägt. Es bietet fast den Anblick eines beschneiten Feldes dar. Auch wo die Salzlager aufhören, dauert doch die Wüste fort etc.) Iob. XXXIX, 6. Ps. CVII, 34, plenius אֶרֶץ מְלֵחָה Jer. XVII, 6, cf. Sir. XXXIX, 30: μετέτρεψεν ὕδατα εἰς ἅλμην (הָפַךְ מַיִם לִמְלֵחָה). — Vide Virg. Georg. 2, 238: Salsa tellus et quae perhibetur amara Frugibus infelix: ea non mansuescit arando Nec Baccho genus nec pomis sua nomina servat. Plin. H. N. 31, 7: omnis locus, in quo reperitur sal, sterilis est nihilque gignit. Forskål Flora p. XLV. In Palaestina huiusmodi desertum erat in vicinia maris mortui, גֵּיא מֶלַח v. גיא. (Syr. ܡܠܚܬܐ salina, desertum salsum, Lex. Adler. ارض مالحة. Apud Arabes ﻧﺸﻴﺸﺔ est terra salsa sterilisque).

II. מָלַח prob. i. q. מָרַח *contrivit* (r emollito in l). Semel in

Niph. contritus est, in pulverem abiit. Jes. LI, 6: כִּי שָׁמַיִם כֶּעָשָׁן נִמְלָחוּ *nam coeli instar fumi dispelluntur*, parall. הָאָרֶץ כַּבֶּגֶד תִּבְלֶה, ex quo apparet, similem verbi potestatem esse atque radicis בָּלָה: unde מְלָחִים et בְּלוֹיִם vestes detritae. Quid discriminis inter utramque radicem fuerit, ex eo intelligitur, quod מָלַח h. l. ad *fumum* refertur, בָּלָה ad vestem: illudque fere respondere videtur nostro *zerstieben*, fumi vel pulveris tenuissimi instar dispelli. Veteres intpp. et Rabbini ex contextu coniecturam faciunt. Illam interpretationem praeivit Hitzigius ad h. l., quem sequi malui, quam ea repetere, quae in Lex. man coniectavi, nedum quae commenti sunt Simonis et nuper Fürstius. A *conterendo* et *comminuendo* etiam *sal* מֶלַח dictum esse posse, supra dixi: poterantque hoc modo conciliari duae radices no. I. II.

מֶלַח pl. מְלָחִים m. *vestis detrita*, inde Jerem. XXXVIII, 11. 12: בְּלוֹיֵ מְלָחִים *panni vestium detritarum*. Chald. בְּלָאֵי שְׁחִקָן veteramenta detrita. Syr. ܡܠܚܐ ܕܒܠܝܐ veteramenta pannorum. Conferri etiam possit arab. ملخ manibus dentibusque prehendens traxit rem (zerren). VIII. extraxit, detraxit, evulsit, aethiop. መለኀ: traxit, rapuit, sed verbi usus Jes. LI, 6 huic quoque explicando sufficit.

מָלַט in Kal inusit. pr. *laevigavit*, *glabrum fecit*, sive oblinendo sive depilando (v. arab.), intr. *laevis*, *glaber fuit* (schlüpfrig seyn), hinc *evasit*, *elapsus est*, nostr. entschlüpfen, entgleiten, entwischen, i. q. vicinum פָּלַט. (Syr. ܡܠܛ levit, oblevit Ethp. oblitus est. Arab. oblevit murum luto, rasit crines, utrumque a laevigando (glatt machen), ملط glaber, depilis fuit, أملط glaber, depilis, dein I. IV. peperit foetum non maturum, abortavit, pr. elabi fecit foetum, v. Pi. Hiph. no. 2.

Vicina sunt מָלַץ laevis fuit, ملص id. V. VII. liberatus est, evasit, أملص lubricus; ملس laevis, glaber fuit, ملز evasit, elapsus est, ملث demulsit, blanditus est, مَلْثٌ, أملث tener, mollis, cf. gr. *μέλδω* emollio, nostr. *mild*. Eandem vim habent nonnullae radices, quarum tertia est palatina vel gutturalis, ut ملق laevigavit, demulsit, ملخ III. blanditus est, مَلَّاخٌ fugitivus, ab elabendo, gr. *μαλακός*, *ἀμέλγω*, *μέλι*, lat. *mulgeo*, *mulceo*. Indurata media radicali eiusdem familiae est מָרַט). Ab *elabendi* potestate a Phoenicibus dicta videtur *Μελίτη* colonia, מְלִיטָה, quam nautarum *καταφυγήν* appellat Diod. Sic. 5, 12.

Pi. מִלֵּט Eccl. IX, 15, in Pausa מִלָּט *elabi fecit*, inde 1) *eripuit* ex periculo, *servavit*, sq. acc. pers. Iob. XXIX, 12: כִּי אֲמַלֵּט עָנִי מְשַׁוֵּעַ. XXII, 30. Jerem. XXXIX, 18, et rei 2 Reg. XXIII, 18: וַיְמַלְּטוּ עַצְמוֹתָיו. Eccl. IX, 15 (urbem). Jes. XLVI, 2 (idola). Dicitur: מִלֵּט נֶפֶשׁ פ׳ servavit vitam alic. 2 Sam. XIX, 6. Ps. CXVI, 4, מִלֵּט נַפְשׁוֹ servavit vitam suam 1 Sam. XIX, 11. 1 Reg. I, 12. Jer. XLVIII, 6. LI, 6. 45. Ez. XXXIII, 5. Am. II, 14. 15. Semel sq. בְּ rei, quod vim partitivam habet (v. בְּ no. 2, litt. c. d). Iob. XX, 20: בַּחֲמוּדוֹ לֹא יְמַלֵּט *non servabit* quidquam *ex deliciis suis*. Passim additur מִיַּד ex manu vel potestate alic. Iob. VI, 23. Ps. LXXXIX, 49 (e manu orci), מִכַּף 2 Sam. XIX, 10, מִן Ps. CVII, 20. Ponitur etiam absolute Ps. XXXIII, 17: לֹא יְמַלֵּט *servare non potest*. Jes. XLVI, 4. — 2) *peperit* ova Jes. XXXIV, 15, cf. ad Kal, et Hiph. no. 2. (Arab. مَلِيطٌ foetus).

Hiph. 1) i. q. Pi. no. 1 *eripuit*, *servavit* Jes. XXXI, 5. 2) i. q. Pi. no. 2 *peperit* (de muliere), c. acc. Jes. LXVI, 7.

Niph. 1) *liberatus est* e periculo, *servatus est* Ps. XXII, 6. Iob. XXII, 30. Prov. XI, 21. Ez. XVII, 15. Saepius reflex. *evasit* e periculo (se sauver), addito מִיַּד ex potestate alic. 1 Sam. XXVII, 1. Jer. XXXIV, 3. XXXVIII, 23, מֵחֶרֶב 1 Reg. XIX, 17, sq. מִן (e manibus mulierum) Eccl. VII, 26, etiam sq. מִן loci, unde quis fugiendo evadit 1 Sam. XXIII, 13. 2 Sam. I, 3, et acc. loci, quo evadit Jes. XXXVII, 38, etiam cum ה locali Gen. XIX, 17. 20. 22. Iud. III, 26. — Absol. Ps. CXXIV, 7: נַפְשֵׁנוּ כְּצִפּוֹר נִמְלְטָה ... הַפַּח נִשְׁבָּר וַאֲנַחְנוּ נִמְלָטְנוּ. 1 Sam. XXX, 17: וְלֹא נִמְלַט מֵהֶם אִישׁ. Passim copulatur cum בָּרַח 1 Sam. XIX, 12: וַיֵּלֶךְ וַיִּבְרַח וַיִּמָּלֵט. Comm. 18: וְדָוִד בָּרַח וַיִּמָּלֵט. — 2) *festinanter discessit*, sine periculi et fugae notione. 1 Sam. XX, 29: אִמָּלְטָה־נָּא nostr. ich will mich eilig davon machen.

Hithpa. i. q. Niph. no. 1, *evasit*, de scintillis dispersis qs. diffugientibus Iob. XLI, 11. Proverbiale quid esse videtur in verbis Iob. XIX, 20: וָאֶתְמַלְּטָה בְּעוֹר שִׁנָּי *et* vix *evado cum cute dentium meorum* pro: vix sani et integri quidquam superest in corpore meo (cf. arab. نجا براسه evasit cum capite suo i. e. vitam servavit, vit. Tim. 1, 180). Parum eleganter J. D. Michaëlis, Eichhornius al. *deglabror* (pro אֶתְמָרְטָה) *cute dentium meorum*, quod dictum volunt pro: barba mihi excidit.

מֶלֶט m. *caementum*, quo lapides muri compinguntur et paries *oblinitur* Jer. XLIII, 9, v. radicis usum apud Syros. Arab. مِلَاطٌ, syr. ܡܠܛܐ id., apud Phoenices respondere videtur *μώτ* i. e. *ἰλύς* Sanchun. Orell. p. 10 (contr. ex *malt*, v. p. 727 B). Ad Graecos transiit *μάλθα*, *μάλθη*, i. e. cera mollis qua obducuntur pugillares, cera pice mixta, qua obducuntur naves (Polluc. Onom. 8, 45), lat. *malta* Plin. 2, 104. 36, 24. Salmas. exercitt. Plin. p. 1096), ital. *malta* (argilla, lutum).

מָלַךְ fut. יִמְלֹךְ inf. cum suff. מָלְכוֹ 1) *regnavit*, *rex fuit*. (Aeth. መለከ: id. Arab. مَلَكَ possedit, regnavit. Syr. consuluit, Ethpa. consultavit. Chald. et sam. consuluit et regnavit: sicut consulendi, iudicandi et regnandi verba etiam in aliis linguis eadem sunt, cf. *consul* i. e. iudex a consulendo, quod etiam de iudicando dicitur in formula *boni consulere* i. e. bonum iudicare, et germ. *rathen* coll. anglosax. *raedan* et suec. *råda* imperare. Quod radicem primariam esse volunt לַךְ, כַּג *nitere* coll. בלג, ut *rex* sit a sanscr. *rag̑*, *ruc̑* nitere, regnare, id parabolanis etymologicis relinquo). Coniungitur sq. עַל vel hominum populique Gen. XXXVII, 8. 1 Sam. VIII, 7. XII, 14. 1 Reg. VI, 1. XXII, 52, vel terrae 2 Reg. XI, 3, cui aliquis imperat, raro sq. בְּ 1 Reg. XI, 37: וּמָלַכְתָּ בְּכֹל אֲשֶׁר תְּאַוֶּה נַפְשֶׁךָ Vulg. regnabis super omnia, quae desiderat anima tua. 2 Sam. III, 21 ubi Vulg. male: et imperes omnibus, sicut desiderat anima tua, pro: quae desiderat. (De Wettius, qui ed. 2 Vulgatam secutus erat, ed. 3 hunc locum correxit). Sed longe frequentius additur בְּ loci s. sedis regiae, ubi habitavit rex, 2 Sam. V, 5: בְּחֶבְרוֹן מָלַךְ עַל יְהוּדָה שֶׁבַע שָׁנִים ... וּבִירוּשָׁלַםִ מָלַךְ שְׁלֹשִׁים וְשָׁלֹשׁ שָׁנָה. Jos. XIII, 12. 21. Iud. IV, 2. 1 Reg. II, 11. XIV, 21. XVI, 15. 2 Reg. VIII, 17. Mich. IV, 7. (מָלַךְ בְּאֶרֶץ Gen. XXXVI, 31 quanquam regnare in terra etiam involvit imperium in terram). Non raro additur acc. temporis 2 Sam. V, 5 (v. supra). II, 10. 1 Reg. XI, 42: הַיָּמִים אֲשֶׁר מָלַךְ שְׁלֹמֹה ... אַרְבָּעִים שָׁנָה *tempus*, *quod regnando explevit Salomo* .... erat *quadraginta annorum*. XIV, 20. 2 Reg. X, 36. XII, 2. Ponitur etiam absol. v. c. בִּשְׁנַת שְׁמֹנֶה לְמָלְכוֹ anno octavo imperii eius 2 Reg. XXIV, 12. XXV, 1. Esth. I, 3. Jer. I, 2. Ps. XCIII, 1. XCVI, 10. XCVII, 1. — Praeter reges terrestres tribuitur Deo v. Ps. ll. cc. Exod. XV, 18. Mich. IV, 7. De impiorum imperio Iob. XXXIV, 30. — 2) *rex factus est*, *regnum adeptus est* 2 Sam. XV, 10. XVI, 8. 1 Reg. I, 11. 13. XXII, 41. 2 Reg. IX, 13. — 2 Sam. II, 10: בֶּן־אַרְבָּעִים שָׁנָה אִישׁ־בֹּשֶׁת בְּמָלְכוֹ *quadraginta annos natus erat*

Isboseth, *quum rex fieret.* Passim concise dicitur hunc in modum, 1 Reg. XVI, 23: *anno primo et tricesimo Asae, regis Judae*, מָלַךְ עָמְרִי עַל יִשְׂרָאֵל שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה שָׁנָה *rex factus est Omri super Israël* et regnabat *duodecim annos.* Comm. 15. Cf. plenam locutionem, in qua verbum bis repetitum est Comm. 29. 2 Reg. III, 1.

Niph. secum consultavit, consilium iniit. Neh. V, 7: וַיִּמָּלֵךְ לִבִּי עָלַי Vulg. cogitavit cor meum apud me, vel potius: *sibi* (עָלַי i. q. לִי, v. עַל A, 4 litt. c). Chald. אִתְמְלַךְ consilium iniit, cf. etiam Aph. דִּי אַמְלְכֵיהּ לִבֵּיהּ cui suadeat cor ipsius Esth. VII, 5 Targ. Syr. Ethpe. id.

Hiph. regem constituit aliquem, sive populus 1 Par. XI, 10, sive alius rex potentior 2 Reg. XXIII, 34. XXIV, 17. Jer. XXXVII, 1, sive Deus 1 Sam. XV, 35. 1 Reg. III, 7, constr. sq. acc., raro sq. dat. (imperium dedit alicui) 1 Par. XXIX, 22. Passim pleonast. additur acc. מֶלֶךְ 1 Sam. XII, 1. Jes. VII, 6, לְמֶלֶךְ Iud. IX, 6. 1 Sam. XV, 11. Populo, cui rex datur, praemittitur עַל 2 Sam. II, 9. 1 Par. XXVIII, 4, אֶל 2 Sam. II, 9, לְ 1 Sam. VIII, 22. Absol. reges constituit Hos. VIII, 4.

Hoph. pass. Dan. IX, 1.

מֶלֶךְ, in Pausa etiam מֶלֶךְ (non מָלֶךְ, ut praecipiunt Grammatici), quod, ne dubium supersit, cunctis, quibus in Pausa legitur, exemplis firmare placet Gen. XLIX, 20. Deut. XXXIII, 5. Iud. IX, 8. 1 Sam. VIII, 10. 22. XII, 13. 17. 19. XVI, 1. 1 Reg. XXII, 48. 2 Par. II, 10. XXI, 8. Ps. XXI, 2. XLV, 16. LXXII, 1. Prov. XIV, 28. XVI, 10. XIX, 12. XX, 2. 28. XXII, 11. XXV, 5. 6. XXX, 28. XXXI, 1. Jes. XXXII, 1. Hos. VII, 3, וָמֶלֶךְ 1 Reg. XXI, 10. 13. Prov. XXIV, 21, הַמֶּלֶךְ Gen. XIV, 17. Iud. VIII, 18. 1 Sam. X, 24. XVIII, 6. 25. XX, 29. XXII, 11. XXIII, 20. XXIV, 9. XXVI, 14. 17. 22. XXIX, 8. 2 Sam. IX, 11. XI, 8. 19. XIII, 27. XIV, 4. 18. 26. 33. XV, 3. 6. 15. 18. XVI, 4. 9. 16. XVIII, 12. 13. 19. 28. XIX, 11. 13. 18. 21. 24. 25. 26. 28. 29. 35. 36. 37. 42. XX, 22. XXI, 14. XXIV, 9. 1 Reg. I, 2. 9. 14. 15. 22. 28. 32. 36. 44. 48. II, 18. III, 16. 22. 24. 28. IV, 5. VIII, 66. IX, 1. XII, 2. XIV, 27. XVI, 18. XX, 4. 39. XXII, 6. 12. 13. 15. 26. 2 Reg. I, 15. VI, 12. 26. VII, 9. X, 8. XI, 4. 5. 7. 12. 19. 20. XII, 19. XIII, 16. XXII, 10. XXIII, 13. XXIV, 13. XXV, 9. 1 Par. XVIII, 17. XXV, 2. XXVI, 30. 32. XXVII, 32. 33. XXIX, 6. 24. 2 Par. VII, 11. IX, 12. X, 2. XVI, 2. XVII, 19. XVIII, 5. 11. 12. 25. XXIII, 3. 11. 12. 15. 16. 20. XXIV, 21. XXVI, 11. XXVIII, 7. XXX, 4. XXXIV, 18. XXXV, 7. 10. Esr. VII, 7. Neh. II, 9. 14. V, 4. XIII, 6. Esth. I, 5. 7. 18. II, 9. 13. 18. 19. 21. 23. III, 2. 3. 9. 12. IV, 2. 6. V, 1. 8. 11. 12. 13. VI, 1. 7. 8. 10. 12. VII, 4. 7. VIII, 4. 5. 8. 10. 14. IX, 11. X, 2. Ps. XLV, 6. CXLV, 1. Jer. XXXVI, 21. XXXVII, 20. XXXVIII, 8. 25. 26. 27. LII, 13. Dan. I, 4. 5. 13. 15. 19. 20. 21. II, 2. VIII, 1. 27. Am. VII, 1. Zeph. I, 8. Hagg. I, 15. Sach. VII, 1. XIV, 10. וְהַמֶּלֶךְ 2 Par. XII, 6. בַּמֶּלֶךְ 1 Sam. XVIII, 22. 26. 27. 1 Reg. XI, 26. 27, לַמֶּלֶךְ Ps. XLV, 2. Ez. XXXVII, 22, לְמֶלֶךְ 1 Sam. XVIII, 18. 2 Sam. XXIV, 23. 1 Reg. I, 3. 16. 31. IX, 14. 2 Reg. VII, 15. 1 Par. XXVII, 33. 2 Par. XXIV, 17. Esr. VII, 8. Neh. I, 11. Dan. I, 10, וְלַמֶּלֶךְ 1 Par. XXIX, 20, מִמֶּלֶךְ 1 Sam. XV, 23, et sic in omnibus nominibus propriis in מֶלֶךְ exeuntibus, ut אֲבִימֶלֶךְ, c. suff. מַלְכִּי, pl. מְלָכִים, semel plene מַלְאָכִים 2 Sam. XI, 1 (ubi 25 codd. Kennicott. א omittunt), מְלָכִין Prov. XXXI, 3, cstr. מַלְכֵי m.

1) *rex.* (Phoen. et Pun. id. Monumm. Phoen. p. 352, praeterea contr. מך *mōch* ibid., unde n. pr. *Μῶχος* i. q. *Μάλχος* i. e. מלך, cf. מכת *mōchut* i. q. מַלְכוּת. Arab. مَلِكٌ, مَلْكٌ, raro مَلِيكٌ, et ita etiam in lingua Himjaritarum, certe in titulo Himjaritico, quem nuper edidit Welsted, Travels in Arabia, Vol. II, p. 424. exputavi מלך חמירם *rex Himjaritharum.* Aethiop. መልክ፡ moderator, sed vulgare vc. est ንጉሥ፡ rex. Syr. ܡܰܠܟܳܐ id., quod vocali distinguitur a ܡܶܠܟܳܐ consilium). Saepe copulatur cum genit. populi terraeve, ut מֶלֶךְ מִצְרַיִם, מֶלֶךְ הָאֱמֹרִי, מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל, et מֶלֶךְ יְהוּדָה, מֶלֶךְ אַשּׁוּר (raro הַמֶּלֶךְ אַשּׁוּר Jes. XXXVI, 8. 16), מֶלֶךְ בָּבֶל cet., aliquoties interposito לְ, vide ad ל praepos. p. 737 A med. cf. gr. ἄναξ ἀνδρεσσιν Il. 5, 546. Euripid. Phoen. 17; item cum genit. eius, qui regem constituit suumque vicarium fecit, unde rex Israëlis appellatur *rex Jehovae* i. e. ab eo constitutus Ps. II, 6. XVIII, 51. — Cum nomine proprio regis coniungitur per appositionem, ita quidem, ut plerumque nomen proprium postponatur, v. c. הַמֶּלֶךְ דָּוִד 2 Sam. III, 31. 1 Reg. I, 1, הַמֶּלֶךְ שְׁלֹמֹה, הַמֶּלֶךְ יְחִזְקִיָּהוּ sexcenties, raro יוֹרָם הַמֶּלֶךְ 2 Reg. VIII, 29. IX, 15. Neh. V, 14, atque sic in formula אֲדֹנִי הַמֶּלֶךְ, qua utuntur qui cum rege colloquuntur 1 Sam. XXVI, 17. 2 Sam. III, 21. XIII, 33. — Ubi de rege populi κατ' ἐξοχὴν loquuntur, plerumque articulum praemittunt, הַמֶּלֶךְ ὁ βασιλεύς, v. c. יְחִי הַמֶּלֶךְ vivat rex 1 Sam. X, 24, adeo in sermone poët. Ps. XX, 10. XLV, 6. 12. Cant. I, 4. III, 9, sed non raro in utroque sermone (licet crebrius in poëtico) articulus omittitur 1 Reg. XXI, 10. 13. Jes. XXXII, 1. XXXIII, 17. Prov. XXIV, 21. Ps. XXI, 2. XLV, 2. 16. LXI, 7. — בֶּן־מֶלֶךְ honorifice appellatur *rex regia stirpe ortus* Ps. LXXII, 1 (ubi quem priore membro מֶלֶךְ alloquitur poeta, altero בֶּן־מֶלֶךְ vocatur), opp. homini novo et loco ignobili orto, cf. βασιλεὺς ἐκ βασιλέων Xenoph. Agesil. 1 §. 2. Bos exercitatt. ad Phil. 3, 5, et quod hodieque in titulo regis Persarum est: السلطان بن السلطان والخاقان بن الخاقان Sultanus Sultani filius et Chakan Chakani filius. — Quum minores quoque principes, adeoque magnorum regum vicarii atque Satrapae (Jes. X, 8: הֲלֹא שָׂרַי יַחְדָּו מְלָכִים? cf. Tabari ap. Hammerum, Fundgruben des Orients I p. 3. Spartian. Pescenn. 12) regis titulo nonnunquam ornari solerent, magni Asiae reges magnificentioribus titulis utebantur: a) *regis*

magni, הַמֶּלֶךְ הַגָּדוֹל, quo κατ' ἐξοχὴν appellatur Assyriae rex. Jes. XXXVI, 4. Ita rex Persarum vocatur in inscriptt. Persepolitanis cuneatis: *k's'ah'ziah wazark* rex magnus et *n'h wazark* id. (v. Lassen, die altpersischen Keilinschriften p. 140. 146. 165. 174), in numo Phoenicio Ciliciae אלמלך גדל (v. Monumm. Phoen. p. 282. tab. 36), a Graecis μέγας βασιλεύς, ὁ βασιλεὺς ὁ μέγας Aristoph. Plut. 170. Av. 486. Acharn. 65. 113. Plat. Menex. p. 78 D. Gorg. 470 E. (cf. Schaeferi melet. p. 4. 65); rex Bactriae in numis nuper demum et inventis et explicatis βασιλεὺς μέγας et domestico sermone *maharago* (v. Lassen zur Geschichte der Griechischen und Indoscythischen Könige pag. 43 sqq., qui observat titulum *maharaga* a minoribus etiam principibus, adeoque privatis hominibus affectari), rex Jemanae الملك الاعظم (Pocockii spec. hist. Arabum p. 67 ed. White); imperator adeo Germanorum a medii aevi scriptoribus Syris ܡܠܟܐ ܪܒܐ appellatur (Barhebr. 334). — b) *regis regum* מֶלֶךְ מְלָכִים, ut appellatur rex Babyloniae Ez. XXVI, 7, chald. מֶלֶךְ מַלְכַיָּא Dan. II, 37, et *Persiae*, chald. Esr. VII, 12. Ac Persiae quidem reges in inscriptt. cuneatis appellantur: *k's ahziah k's ahzihânâm* rex regum, quod copulatur cum titulo regis magni (Lassen ll. cc.), et *nah nahânâm* id., in numis Sassanidarum *malcan malca* (de Sacy Mémoires sur diverses antiquités de la Perse p. 87. 88), syr. ܡܠܟܐ ܡܠܟܝܢ (Barhebr.), gr. βασιλεὺς βασιλέων v. Brisson. de regio Persarum princ. §. 3. Theophili Simocattae chron. pag. 101. ed. reg. Spanhem. de usu et praestantia numism. p. 364. 422, hodie شاهانشاه (cf. Saënsaës Ammian. Marcell. 19, 2); reges Parthiae βασιλεὺς βασιλέων (in numis Tigranis, v. Eckhel doctr. numm. III, p. 247); eodem modo reges Bactriae, sed domestico sermone *ragarago*, quod idem valet (Lassen l. c.); Tartarorum ܡܠܟܐ ܡܠܟܝܢ Barhebr. 527 sqq. Assem. bibl. II, 249; Aegypti (Diod. 1, 47. 55), Aethiopiae ንጉሠ ፡ ነገሥት ፡ rex regum cf. etiam inscr. Axum. in Buttmann Museum d. Alterthumswissenschaft T. I. — In Plur. מְלָכִים *reges* nonnunquam dicitur de regibus gentium exterarum adeoque hostilium (ut גּוֹיִם de gentibus exteris) Ps. II, 10. LXVIII, 15. 30. CX, 5 i. q. מַלְכֵי גוֹיִם Jes. XIV, 9. 18.

Regis nomen varie transfertur: a) ad *Jovam*, quem et totius populi Israëlitici (מֶלֶךְ יַעֲקֹב Jes. XLI, 21, מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל XLIV, 6) et singulorum eius civium regem appellant. Deut. XXXIII, 5: וַיְהִי בִישֻׁרוּן מֶלֶךְ *et factus est rex in Jeschurun* i. e. Israële. Ps. V, 3. X, 16. XXIX, 10. XLIV, 5. XLVII, 7. LXVIII, 25. LXXIV, 12. LXXXIV, 4. LXXXIX, 19. XCVIII, 6. CXLV, 1. Jes. XXXIII, 22. XLIII, 15. 1 Sam. XII, 12, additis etiam epithetis, ut מֶלֶךְ רָב Ps. XLVIII, 3, מֶלֶךְ הַכָּבוֹד XXIV, 7—10, הַמֶּלֶךְ יְיָ צְבָאוֹת Jes. VI, 5. (Cf. aethiop. ልዑል ፡ pr. rex, moderator, de Deo. Arab. ملك الناس rex hominum, de Deo Cor. 114, 2, الملك rex, de Deo Lebid. 85, ubi Schol. explicat الله عزّ وجلّ Deus Opt. max.). — b) ad *idola*, ubi loquuntur cultores eorum Jes. VIII, 21. Am. V, 26. Zeph. I, 5 cf. gr. ἄναξ, βασιλεύς Il. γ', 351. π', 233. Targ. ubique פַּתְכָר i. e. idolum, conflatum ex pers. بت *pot* idolum et كار factum. (Apud Phoenices *Baal Hammon* appellatur מלך עלם rex aeternus, inscr. Numid. 1. 2. 3). Contra c) ad *animalia*. Iob. XLI, 26 de crocodilo: הוּא מֶלֶךְ עַל־כָּל־בְּנֵי־שָׁחַץ. Prov. XXX, 27 de locustis: *regem non habent*. Intellige ducem. Non raro enim *reges* ut *imperatores* s. *duces exercituum* inducuntur (cf. 1 Sam. IX, 20). Iob. XV, 24. XVIII, 14. XXIX, 25.

2) n. pr. viri 1 Par. VIII, 35. IX, 41. Etiam addito art. הַמֶּלֶךְ Jer. XXXVI, 26. XXXVIII, 6.

מֶלֶךְ st. emph. מַלְכָּא, pl. מַלְכִין (Caph raphato) Dan. II, 21. 47. VII, 17. 24. Esr. IV, 15. 19. 20. 22, et more Hebraeo מְלָכִים Esr. IV, 13, st. emph. מַלְכַיָּא Dan. II, 44 chald. m. *rex*. De rege κατ' ἐξοχὴν dicitur emph. מַלְכָּא Dan. II, 5 sqq. III, 2 sqq., nomen proprium modo praeponitur, *Darius rex* Esr. V, 6. 7, *Cyrus rex* VI, 3, *Artaxerxes rex* IV, 23, *Nebucadnezar rex* Dan. III, 2 sqq. modo postponitur: *rex Nebucadnezar* ib. II) 46. IV, 15. מֶלֶךְ מַלְכַיָּא rex regum, de rege Babyloniae Dan. II, 37, Persiae Esr. VII, 12, v. supra ad hebr. מֶלֶךְ. Sed מֶלֶךְ שְׁמַיָּא *rex coeli* est Jova. Dan. IV, 34. — Dan. VII, 17 אַרְבְּעָה מַלְכִין *quattuor reges* sunt *quattuor regna*, ut Theod. et Vulg. cf. 23. 24, et VIII, 21 cf. 20. 22.

מְלַךְ chald. c. suff. מִלְכִּי *consilium* Dan. IV, 24. In Targg. saepe. Syr. ܡܠܟܐ.

מֹלֶךְ, praeter 1 Reg. XI, 7 ubique c. art. הַמֹּלֶךְ, לַמֹּלֶךְ, Levit. XVIII, 21. XX, 2 sqq. 1 Reg. XI, 7. 2 Reg. XXIII, 10. Jer. XXXII, 35. (Aqu. Symm. Theod. Vulg. Μολόχ, *Moloch*, LXX appell. ὁ ἄρχων, βασιλεύς) n. pr. idoli Ammonitarum, etiam מִלְכֹּם 1 Reg. XI, 5 (cf. 7). 33. 2 Reg. XXIII, 13 et מַלְכָּם Jer. XLIX, 1. 3 (ubi LXX Μελχόμ. Syr. ܡܠܟܘܡ cf. Zeph. I, 5) appellati, cui inde a Salomone etiam Hebraei in excelsis (בָּמוֹת) in valle Hinnom exstructis infantes sacrificabant. De traditionibus Rabbinorum (v. Jarchi ad Jer. VII, 3, cf. Lundii jüd. Heiligthümer p. 638. Carpzov. antiqq. 87. 404) statua eius aenea, membris humanis, capite bovino, intus cava ab imo candefacta est, inque brachia eius liberi immolandi coniiciebantur sacrificulis tympana pulsantibus, ne parentes liberorum pereuntium clamores audirent: firmaturque haec traditionis species (non alia quaedam de septem conclavibus in cava statuae parte, quam ex Jalkut Simeon refert Fagius ad Levit. l. c.) nobilissimo loco Diodori (20, 14) de sacrificiis humanis a Carthaginensibus Saturno oblatis: ἦν δὲ παρ' αὐτοῖς ἀνδριὰς Κρόνου χαλκοῦς, ἐκτετακὼς τὰς χεῖρας ὑπτίας ἐγκεκλιμένας ἐπὶ τὴν γῆν, ὥςτε τὸν ἐπιτεθέντα τῶν παίδων ἀποκυλίεσθαι καὶ πίπτειν εἴς τι

χάσμα πλῆρες πυρός. Quum numen istud Carthaginense *Κρόνος* s. Saturnus appelletur, viri docti magno consensu etiam *Molochum* V. T. *Saturnum*, eumque quidem *planetam* fuisse opinantur, quem tanquam *κακοδαίμονα* hostiis humanis placabant veteres (v. Comment. ad Jes. II, p. 343 cf. ad כִּיּוּן pag. 669). Sed videant eruditi, debeatne ex verbis Jeremiae (XXXII, 35): וַיִּבְנוּ אֶת־בָּמוֹת הַבַּעַל אֲשֶׁר בְּגֵיא בֶן הִנֹּם לְהַעֲבִיר אֶת בְּנֵיהֶם וְאֶת־בְּנוֹתֵיהֶם לַמֹּלֶךְ coll. XIX, 5: וּבָנוּ אֶת־בָּמוֹת הַבַּעַל לִשְׂרֹף אֶת־בְּנֵיהֶם בָּאֵשׁ עֹלוֹת לַבָּעַל colligi, *Molochum* (הַמֹּלֶךְ) non aliud numen fuisse quam *Baalem* (הַבַּעַל), cui ipsi in agro Carthaginensi vel Numidico infantes immolatos esse, testantur inscriptiones tres Punicis litteris scriptae (v. inscr. Numid. 6. 7. 8 in Monumm. Phoen. 448. 449. 453), in quarum una (Numid. 8) Baalis diserta mentio est. Cogitari enim potest, מֹלֶךְ, מַלְכָּם, מִלְכֹּם epitheton Baalis fuisse apud Ammonitas potissimum usu receptum, ut מַלְקֶרֶת eiusdem epitheton erat apud Tyrios. Apud Phoenices quoque non solum solenne Baalis attributum est מלך עלם rex aeternus (Numid. 1. 2. 3), sed etiam simpl. מלך, unde nomm. pr. מלכיתן, עבדמלך, ברמלך (quem Rex dedit). De formis מֹלֶךְ, מַלְכָּם, מִלְכֹּם idem statuerim, quod supra (pag. 320) de nomine דָּגוֹן observavi, ם— et ־ָם (i. q. ־וֹן, ־ָן) terminationes charitativas esse deorum nominibus affigi solitas: licet in his syllabis etiam latere possit suffixum, cuius vis sensim periit, ut in deorum nominibus *Ἄδωνις* אֲדֹנִי, *Βααλτίς* בַּעֲלָתִי (v. Monumm. Phoen. p. 400), ipsoque אֲדֹנָי (p. 329). — De nonnullorum Rabbinorum commento apologetico, qui pueros non combustos immolatosve, sed igne lustratos esse tradunt, v. infra s. v. עָבַר Hiph.

מַלְכָּה f. *regina,* tum uxor regis Esth. I, 9. 11. 12. 16. 17. 18. VII, 1 sqq., tum suo arbitrio imperium tenens, ut regina Sabaeae 1 Reg. X, 1. 4. 10. 13. Plur. מְלָכוֹת Cant. VI, 8. 9 sunt uxores Salomonis regio genere ortae, opp. pellicibus (פִּילַגְשִׁים).

מַלְכָּא emphat. מַלְכְּתָא chald. id. Dan. V, 10.

מִלְכָּה (id. vel ex usu Chaldaeorum: consilium) n. pr. uxoris Nahori Gen. XI, 29. XXII, 20.

מַלּוּךְ (regnans, vel i. q. syr. ܡܠܘܟܐ consiliarius) n. pr. virorum, idque non nisi post exilium usitatum, 1) 1 Par. VI, 29. 2) Neh. X, 5. XII, 2. 3) Esr. X, 29. 4) Neh. X, 28.

מְלוּכָה f. *regium imperium* 1 Sam. X, 16. XI, 14. XIV, 47. XVIII, 8. 1 Reg. II, 15. 22. XI, 35. Jes. XXXIV, 12. עָשָׂה מְלוּכָה imperium exercuit, regem se gessit 1 Reg. XXI, 7. Saepe postponitur in genit., ubi latine utaris adiectivo *regius*, ut עִיר הַמְּלוּכָה urbs regia 2 Sam. XII, 26. כִּסֵּא הַמְּלוּכָה solium regium 1 Reg. I, 46, זֶרַע הַמ׳ Jer. XLI, 1. Ez. XVII, 13. Dan. I, 3, צְנִיף מ׳ diadema regium Jes. LXII, 3, מִשְׁפַּט הַמְּלוּכָה ius regium 1 Sam. X, 25 — De regio imperio Dei Ps. XXII, 29. Obad. 21.

מַלְכוּ cstr. מַלְכוּת, emphat. מַלְכוּתָא f. chald. 1) *regium imperium* Dan. IV, 28. VI, 2. VII, 14 et saepe. בֵּית מַלְכוּ sedes regia, metropolis Dan. IV, 27. הֵיכַל מַלְכוּתָא palatium regium IV, 26. מַלְכוּת דָּרְיָוֶשׁ imperium Darii Esr. VI, 15. De imperio Dei Dan. III, 33, futuro Sanctorum imperio Dan. VII, 18. 22. 27. — 2) *imperium, regnum,* מַלְכוּ אָחֳרִי aliud regnum. Dan. II, 39. Comm. 44. VII, 23. Plur. emphat. מַלְכְוָתָא Dan. II, 44. VII, 23. (Syr. ܡܠܟܘܬܐ, ܡܠܟܘܬܐ id., etiam arab. مَلَكُوت Cor. 6, 65).

מַלְכוּת f. recentioris Hebraismi vocabulum, perfrequens in libris Paralipomenôn, Estherae et Danielis, rarissimum in antiquioribus (Num. XXIV, 7. 1 Sam. XX, 31, adde incertae aetatis carmina Ps. XLV, 7. CIII, 19. CXLV, 11 sqq.). Est 1) *imperium regium, regia dignitas,* etiam de dignitate reginae (Esth. I, 19). הֶחֱזִיק מַלְכוּת imperio potitus est Dan. XI, 21 cf. 4. מַלְכוּת שָׁאוּל imperium Sauli 1 Par. XII, 23. 2 Par. XII, 1, saepe in hac locutione, Dan. I, 1: *anno tertio* לְמַלְכוּת יְהוֹיָקִים *imperii Jojakimi.* II, 1. VIII, 1, 1 Par. XXVI, 31. 2 Par. XV, 10. 19. XVI, 1. XXXV, 19, ubi antiquiores dicere solent: *anno duodevicesimo* לַמֶּלֶךְ יָרָבְעָם *regis Jarobeami.* 1 Reg. XV, 1. 9. Saepe in genit. postponitur, ad exprimendum adiectivum *regius* (ubi antiquiores ipso מֶלֶךְ utuntur), v. c. בֵּית מַלְכוּת palatium regium i. q. בֵּית מֶלֶךְ Esth. I, 9. II, 16. V, 1, דְּבַר מַלְכוּת i. q. דְּבַר הַמֶּלֶךְ mandatum regium ib. I, 19; כִּסֵּא מַל׳ solium regium, 1 Par. XXII, 10. XXVIII, 5. 2 Par. VII, 18 (parall. כִּסֵּא מַמְלַכְתְּךָ 1 Reg. IX, 5). Esth. I, 2. V, 1, כֶּתֶר מ׳ Esth. I, 11. II, 17. VI, 8, שֵׁבֶט מַלְכוּת Ps. XLV, 7, לְבוּשׁ מ׳ ib. VI, 8. VIII, 15, הוֹד מַלְכוּת 1 Par. XXIX, 25. Dan. XI, 21, adeoque יֵין מַלְכוּת vinum regium Esth. I, 7. — Concise dicitur: לָבַשׁ מַלְכוּת induit vestes regias (regina) Esth. V, 1.

2) *regnum,* v. c. מ׳ יְהוּדָה regnum Judae 2 Paralip. XI, 17, מ׳ כַּשְׂדִּים regnum Chaldaeorum. Dan. IX, 1. מ׳ פָּרַס regnum Persarum 2 Par. XXXVI, 20. Dan. X, 13, מ׳ יָוָן XI, 2. חֲצִי הַמַּלְכוּת dimidium regni Esth. V, 3. 6. VII, 2. הֶדֶר מַלְכוּת decus i. e. optima pars regni Dan. XI, 20. — Plur. מַלְכֻיּוֹת Dan. VIII, 22. (De usu Aramaeorum v. supra. Praeterea hoc vc. late regnat apud Phoenices, ubi scribitur מלכת v. c. מלכת רם imperium Romanum, inscr. Tripol. I. v. Monumm. Phoen. p. 352, dein contr. מכת i. e. *môcût,* de qua contractione v. 727 B, v. c. מכת בעל הלבי imperium Baalis Libyci inscr. Numid. 5, 1 it. מכת עלם regnum aeternum, int. Numidicum Numid. 1, 2. 4, 2, et מעכה, ע scripto pro vocali ô, num. Jubae min.).

מַלְכִּיאֵל (rex Dei h. e. a Deo constitutus) n. pr. viri Gen. XLVI, 17.

מַלְכִּיָּה et **מַלְכִּיָּהוּ** (rex Jehovae h. e. a Jehova constitutus) n. pr. virorum 1) 1 Par. IX, 12. Neh. XI, 12. Jerem. XXXVIII, 1. 2) Esr. X, 31. Nehem.

III, 11. 14. 31. 3) Neh. VIII, 4. X, 3. 4) Jerem. XXXVIII, 6. (Sic phoen. מלכאסר rex Osiridis).

מַלְכִּי־צֶדֶק (rex iustitiae cf. مالك العادل rex iustitiae quem titulum multi Muhammedanorum principes gerunt, *Adel Chan* vel *del Chan* rex iustus, quod regum Decan et Golcondae nomen est, it. gr. *Δικαίαρχος*) n. pr. *Melchisedeci*, regis Salem (Hierosolymae) et sacerdotis Jehovae Gen. XIV, 18. Ps. CX, 4. LXX. *Μελχισεδέκ*, Hebr. VII, 1.

מַלְכִּירָם (rex altitudinis) n. pr. viri 1 Par. III, 18.

מַלְכִּישׁוּעַ (rex auxilii) n. pr. filii Sauli 1 Sam. XIV, 49. XXXI, 2, etiam seiunctis vocibus מַלְכִּי־שׁוּעַ 1 Par. VIII, 33. IX, 39.

מִלְכֹּם i. q. מֹלֶךְ q. v.

מַלְכָּם 1) i. q. מִלְכֹּם et מֹלֶךְ q. v. 2) n. pr. viri 1 Par. VIII, 9.

מלכן 2 Sam. XII, 31 Chethibh. Id vulgo pronunciant מַלְכֵּן et vel idem esse volunt quod מַלְכָּם, מִלְכֹּם, vel, quum בְּ ei praefixum nomen loci flagitet, *Molochi sacellum* interpretantur (Hilleri arc. Keri et Chethibh pag. 326): sed neutrum probabile est et praestat cum Keri legere מַלְבֵּן.

מְלֶכֶת f. formae chaldaicae מֶלֶךְ (ut מַלְכָּה a מֶלֶךְ) *regina*. Non legitur nisi Jer. VII, 18. XLIV, 17. 18. 19. 25, quibus locis מְלֶכֶת הַשָּׁמַיִם *regina coeli*, quam mulieres Hebraeae divino cultu prosequebantur, vix differre videtur a *luna* s. *Astarte* (עַשְׁתֹּרֶת). Ita LXX cap. 44: *βασίλισσα τοῦ οὐρανοῦ*, et Vulg. ubique, nec magnopere differt cap. 7 LXX: *στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ*, Targ. *stella coeli*. Ceterum sat multi codd. in utroque capite plene scribunt מְלֶאכֶת pr. *ministerium* (a rad. לָאַךְ, v. p. 737) *coeli*, seu, ut habet Syrus interpres: ܦܘܠܚܢ ܫܡܝܐ *cultus coeli* (Gabr. Sionita: militia coeli, cf. Mich. ad Cast. p. 708), pro concr. *numina colenda* coeli, et Kimchius quoque hanc interpretationem memorat. Sed prior illa praeferenda est.

מֹלֶכֶת c. art. הַמֹּלֶכֶת (regnans) n. pr. mulieris 1 Par. VII, 18.

יַמְלֵךְ (quem *regem facit* sc. Deus) n. pr. phylarchae Simeonitarum 1 Par. IV, 34.

מַמְלָכָה cstr. מַמְלֶכֶת c. suff. מַמְלַכְתִּי pl. מַמְלָכוֹת cstr. מַמְלְכוֹת f. i. q. מַלְכוּת, sed aureae potissimum (ut illud argenteae) aetatis vc. (quanquam etiam in Paralipom. reperitur 2 Par. XI, 1. XIV, 4. XVII, 5. XXI, 3. XXII, 10. XXIII, 20. XXV, 3. XXIX, 21) 1) *imperium regium*. 1 Reg. XI, 11: קָרֹעַ אֶקְרַע אֶת־הַמַּמְלָכָה מֵעָלֶיךָ *avellam* (removebo) *a te imperium*. XIV, 8. 1 Sam. XXVIII, 17. עִיר הַמַּמְלָכָה urbs regia Jos. X, 2. 1 Sam. XXVII, 5. בֵּית מַמְלָכָה domus regia Am. VII, 13, כִּסֵּא מ׳ 2 Par. XXIII, 20, זֶרַע מ׳ 2 Reg. XI, 1. Abstr. pro concr. 1 Sam. X, 18: כָּל־הַמַּמְלָכוֹת הַלֹּחֲצִים אֶתְכֶם *omnes reges opprimentes vos*, ubi מַמְלָכָה adeo cum masc. copulatur. (Cf. مجلس عالي alta sedes imperii, de ipso principe, Fleischer ind. ad Ali sent. p. 121). — 2) *regnum, terra, quae regi paret*. מַמְלֶכֶת עוֹג Num. XXXII, 33, מ׳ יִשְׂרָאֵל 1 Sam. XXIV, 21, מַמְלֶכֶת כֹּהֲנִים imperium sacerdotum Exod. XIX, 6.

מַמְלָכוּת, nonnisi cstr. מַמְלְכוּת i. q. מַמְלָכָה no. 2. Jos. XIII, 12 sqq, 1 Sam. XV, 28. 2 Sam. XVI, 3. Jer. XXVI, 1.

I. מָלַל *locutus est*, vc. fere poët. pro vulg. דִּבֵּר. (Chald. et Syr. מַלֵּל, ܡܰܠܶܠ id. Sonum quodammodo imitatur, ut gr. *λαλέω*, lallen. Haud enim placet H. A. Schult. ad Elnabawig p. 132, qui a *secando* ducit, v. no. II). In Kal semel part. מוֹלֵל Prov. VI, 13.

Pi. מִלֵּל id. Cstr. c. acc. *elocutus est* aliquid. Iob. VIII, 2: *quousque talia elocuturus es?* XXXIII, 3. Ps. CVI, 2. Cum dat. pers. et sq. oratione recta Gen. XXI, 7: מִי מִלֵּל לְאַבְרָהָם וגו׳ *quis dixerit Abrahamo: Sara infantes lactabit.* Cf. דִּבֵּר no. 1, b.

מְלַל chald. Pa. מַלֵּל *locutus est*, sq. acc. *elocutus est* aliquid. Dan. VII, 8. 11. 20. 25, sq. עִם pers. (cum aliquo). ib. VI, 22. In Targg. sexcenties pro hebr. דִּבֵּר.

מִלֲלַי (facundus) n. pr. viri Neh. XII, 36.

מִלָּה f. 1) *verbum* i. q. דָּבָר, vocabulum poët. (Chald. et Syr. ܡܶܠܬܳܐ, zab. ܡܠܠܬܐ verbum, res, caussa). 2 Sam. XXIII, 2. Ps. CXXXIX, 4. Crebro in plur. מִלִּים et saepius etiam מִלִּין (syr. ܡ̈ܠܶܐ) verba, sed praeter Prov. XXIII, 9. Ps. XIX, 5 in solo Iobi libro, Iob. VI, 26: הַלְהוֹכַח מִלִּים תַּחְשֹׁבוּ *num verba arguere vultis?* i. e. in verbis argutari. Iob. XXXIII, 32: אִם יֵשׁ מִלִּין הֲשִׁיבֵנִי *si verba habes, responde mihi.* XXXVI, 2: עוֹד לֶאֱלוֹהַּ מִלִּים *adhuc verba habet Deus*, habet, quod respondeat. IV, 4. VIII, 10. XII, 11. XV, 13. XVI, 4. XVIII, 2. XIX, 2. 23. XXIII, 5. XXVI, 4. XXIX, 9. XXXII, 15 et saepe. — 2) *sermo*. In singul. Iob. XIII, 17. XXI, 2. XXIV, 25. XXIX, 22. Plur. *sermones* Iob. XXXII, 11. Meton. obiectum sermonis spec. irrisorii. Iob. XXX, 9: וָאֱהִי לָהֶם לְמִלָּה.

מִלָּה Dan. II, 9, emphat. מִלְּתָא, semel מִלְּתָה Dan. II, 5, pl. מִלִּין emphat. מִלַּיָּא f. i. q. hebr. 1) *verbum* Dan. IV, 28, spec. *mandatum* Dan. III, 28. Pl. Dan. VII, 11. 16. 25. — 2) *sermo* Dan. II, 9. 10. — 3) *res* ib. II, 5. 8. 15. 17. (In Targg. minus frequens est: utuntur enim synn. מֵאמְרָא et פִּתְגָּמָא).

II. מָלַל i. q. מוּל, מָהַל *abscidit*, vel *abscissus est*, maxime de gramine, herba, aristis. Fut. (more Chaldaeo formatum) יִמַּל Iob. XIV, 2. XVIII, 16, plur. in pausa יִמָּלוּ XXIV, 24. Ps. XXXVII, 2 (v. Bleeckii

de his formis disputationem, in Rosenm. Repert. T. I. p. 80) *abscinditur*. Iob. XIV, 2: כְּצִיץ יָצָא וַיִּמָּל *instar floris prodit et abscinditur*. XVIII, 16: *infra radices eius arescunt*, וּמִמַּעַל יִמַּל קְצִירוֹ *superne abscinditur ramus eius*. Alii, ut Kimchius et Simonis, radicem statuebant נָמַל, quam utique tuetur nomen נְמָלָה, sed illa ratio certior est.

Niph. circumcisus est, i. q. נָמוֹל, נִמּוֹל a rad. מוּל. Praet. נְמַלְתֶּם (pro נְמַלֹּתֶם) Gen. XVII, 11.

Po. מוֹלֵל abscidit, v. מוּל Pil.

מְלִילָה f. *spica*, pr. ut videtur, abscissa (Iob. XXIV, 24). Plur. Deut. XXIII, 26. Spicam reddunt LXX. Vulg. Syr. Apposite Kimchius ex Gemara laudat: מוֹלֵל מְלִילוֹת messor (Beza fol. 12, 2).

מָלַץ in Kal inusit. *laevis fuit* i. q. מָלַט, ubi vide.

Niph. Ps. CXIX, 103: מַה־נִּמְלְצוּ לְחִכִּי אִמְרָתֶךָ *quam laevia sunt palato meo verba tua* i. e. quam grata, iucunda. Parall. מִדְּבַשׁ לְפִי, unde Kimchius aliique etiam verbo nostro *dulcedinis* vim tribuerunt, invita analogia eius. Minus etiam probandus Fürstius, cui מָלַץ est denom. a מְלִיצָה, q. d. אָמַר מְלִיצָה polite, eleganter loqui. Ne enim memoremus, hunc substantivi מְלִיצָה significatum prorsus arbitrarium esse, inepta esset sententia: quam polita s. elegantia (pr. luminibus ornata) sunt verba divina palato meo.

* * *

מֶלְצַר c. art. הַמֶּלְצַר Dan. I, 11. 16 prob. nomen muneris in aula Babylonica, quod Bohlenius (symb. p. 22) bene explicat ex neopers. ملسر *vini princeps* i. e. *cellarius*. Ceterum errant, qui articulo effici putant, hoc nomen appellativum esse, proprium esse non posse, quum in recentiore Hebraismo etiam nomm. propria articulum admittant, v. Lgb. 657, adde הַקּוֹץ (v. hac voce), הַשּׁוּלַמִּית Cant. VII, 1, cf. de Sacy gramm. arabe I, §. 772.

מָלַק *infregit* (einknicken), fort. *avellit* (abknicken). (Vicina est rad. פָּרַק, ex qua haec orta est, littera r emollita in l, p et m permutatis. Syr. et chald. מְלַג avellit). Lev. I, 15 de ave in holocaustum oblata: וּמָלַק אֶת־רֹאשׁוֹ *et infringit caput eius*. Ibid. V, 8 de ave pro peccato oblata: מָלַק אֶת רֹאשׁוֹ מִמּוּל עָרְפּוֹ וְלֹא יַבְדִּיל *infringit caput ante cervicem, sed non separat*. LXX utrobique ἀποκνίζω, in altero certe loco contra diserta verba: וְלֹא יַבְדִּיל. Rectius Talmudistae (Sebachim fol. 64, 2) in holocausto caput separatum, in sacrificio pro peccato collum tantum infractum esse volunt.

מַן chald. 1) pronom. interrogativum: *quis?* Esr. V, 3. 9. Dan. III, 15, in interrogat. obliqua Esr. V, 4: מַן אִנּוּן שְׁמָהַת גֻּבְרַיָּא *quae sint nomina virorum* (cf. hebr. מִי שְׁמֶךָ, quanquam מַן in Targg. etiam ad alias res, v. c. locum, refertur). — 2) pron. indef. מַן־דִּי *quisquis, quicunque* Dan. III, 6. 11. IV, 14. (In Targ. saepe, talmud. etiam מאן, dial. Hierosol. מון, ex Syrismo מְנָא, מְנוּ, syr. ܡܰܢ quis? ܡܰܢܘ, ܡܳܢܳܐ quid? Aeth. ምንት).

מָן *manna*, v. rad. מָנַן.

מֵן *pars*, pl. *fides*, v. מָנַן.

מִן praep. *ab*, *ex*, rad. מָנַן.

מְנָא chald. v. מְנָה.

מְנָאוֹת plur. a מְנָת, v. rad. מָנָה.

מָנָה pr. partitus est, mensus est. (Affinia sunt מָנַן et מָנַת. In linguis Indogermanicis respondet fere transp. νέμω). Inde 1) *admensus est*, *attribuit* alicui, sq. לְ. (Arab. منى certa quantitate certoque modo definivit alicui rem, c. a. rei et ل pers., مَنًا mensurae et ponderis species; definita quantitas et modus rei; fatum). Jes. LXV, 12: מָנִיתִי אֶתְכֶם לַחֶרֶב *assignavi vos gladio*. Cf. Pi. — 2) *numeravit* (chald. et syr. ܡܢܳܐ id.), quae significatio in antiquiore Hebraismo usitatior est, licet illa origine propior esse videatur. V. c. pecuniam 2 Reg. XII, 11, stellas coeli Ps. CXLVII, 4, pulverem Gen. XIII, 16. Num. XXIII, 10, populum (de censu) 2 Sam. XXIV, 1. 1 Par. XXI, 1. 17. XXVII. 24 (sq. בְּ). — 1 Reg. XX, 25: *et tu numerabis tibi exercitum, quantus erat exercitus, qui tibi caesus est*. Part. מוֹנֶה *numerator* (pecoris), inspector. Jer. XXXIII, 13.

Niph. pass. Kal no. 2, *numeratus est*, *numerari potuit* Gen. XIII, 16. 2 Par. V, 6. Eccl. I, 15, sq. אֶת: *annumeratus est* Jes. LIII, 12.

Pi. (in recentiore tantum Hebraismo) 1) *assignavit* alicui aliquid, sq. לְ pers. Dan. I, 5. Iob. VII, 3, omisso dat. Dan. I, 10. — 2) *instituit, constituit* (Deus aliquid). Jon. II, 1: וַיְמַן יְיָ דָּג גָּדוֹל. IV, 6. 7. 8. Sq. verbo finito ἀσυνδέτως Ps. LXI, 8: מַן יִנְצְרֻהוּ *fac eum tueantur*. Sq. עַל: *praefecit* aliquem alicui rei. Dan. I, 11.

Pu. constitutus, praefectus est 1 Par. IX, 29.

מְנָה chald. *numeravit*. Dan. V, 26: *numeravit Deus imperium tuum* i. e. annos eius. Part. pass. מְנֵא numeratus ib. 25. 26.

Pa. מַנִּי i. q. hebr. Pi. no. 2 *constituit, praefecit* muneri Dan. II, 24. Esr. VII, 25, sq. עַל rei, cui aliquis praeficitur Dan. II, 49. III, 12. Imp. מַנִּי Esr. VII, 25. In Targg. saepe.

מָנֶה Ez. XLV, 12, pl. מָנִים 1 Reg. X, 17. Esr. II, 69. Neh. VII, 71. 72 m. (pars, numerus, spec.) *mina*, gr. μνᾶ (syr. ܡܢܝܐ et ܡܢܝܬܐ Ephr. II p. 400, arab. مَنًا et مَنٌّ), pondus *centum* siclorum, ut colligitur ex 1 Reg. l. c. coll. 2 Par. IX, 16, ut mina Attica centum

drachmarum erat. — Subobscurus est locus Ez. XLV, 12: *viginti sicli, viginti quinque sicli, quindecim sicli erit vobis* mina. Plerique, praeeuntibus Chaldaeo et Jarchio, *sexaginta* siclorum minam intelligunt, quam in tres partes h. l. distributam esse putant, quod illae singulae usitatum monetae genus fuerint. Chald. „ tertia pars minae viginti siclos habet, mina argentea viginti et quinque siclos, quarta pars minae quindecim siclos habet, omnes sexaginta sunt mina." Alii, ut J. D. Michaëlis, triplicem, 20, 25 et 15 siclorum minam distingui putant. Sed illud magis placet.

מָנָה cstr. מְנָת Jer. XIII, 25, pl. מָנוֹת c. suff. (Kamez manente) מָנוֹתֶיהָ Esth. II, 9 f. 1) *pars, portio* Ex. XXIX, 26. Lev. VII, 33. VIII, 29. 2 Par. XXXI, 19, max. ciborum 1 Sam. I, 4. 5. IX, 23. שָׁלַח מָנוֹת misit cibi portiones (de convivio) Neh. VIII, 10. 12. Esth. IX, 19. 22. — 2) i. q. חֵלֶק *sors* (v. arab.). Jer. XIII, 25: מְנָת מִדַּיִךְ *sors tibi admensa.*

מֹנֶה, tantum in pl. מֹנִים partes i. e. *vices.* Gen. XXXI, 7. 41.

מְנִי *fatum, fortuna* (arab. مَنًا et مَنِيَّةٌ), c. art. nomen idoli, quod Judaei in Babylonia una cum Gado (v. גָּד) lectisterniis oblatis colebant Jes. LXV, 11. Plerique propter similitudinem gr. *μήνη Lunam* intelligebant: sed *fortunae* significatio ex Comm. 12 certa est, et non potest non numen aliquod dici, quod *fortunae* s. *fato* praeesse credebatur. Intelligenda igitur *Veneris stella*, quam ut fortunae datricem (سعد الاصغر bona fortuna minor) una cum Gado (i. e. Jove stella) colebant veteres Semitae. Non diversa videtur مناة Arabum gentilium dea Cor. 53, 19. 20. Vide quae disputavimus ad Jes. l. c.

מְנָת (pro מְנָאת, מְנָאָה, cf. קְנָת a rad. קָנָה et Lgb. 509) st. cstr. מְנָת f. *pars, portio.* (Syr. ܡܢܳܬܳܐ). מְנָת הַכֹּהֲנִים portio sacerdotum 2 Par. XXXI, 4, cf. 3. Ps. LXIII, 11: *portio* i. e. praeda *vulpium erunt.* XI, 6: *ventus calidus* est *portio calicis eorum* i. e. iis propinabitur XVI, 5. Plur. מְנָאוֹת Neh. XII, 44, מְנָיוֹת 47. XIII, [illegible]

מִנְיָן m. ch. [illegible] *numerus* Esr. VI, 17. Syr. ܡܶܢܝܳܢܳܐ id.

תִּמְנָה (pars assignata) Gen. XXXVIII, 12. Jos. XV, 10. 57. 2 Par. XX[illegible] 18. c. He locali תִּמְנָתָה Iud. XIV, 1. 5 (prima vice), He mere paragogico Jos. XIX, 43. Iud. XIV, 5 (altera vice), *Θαμναθὰ* 1 Macc. IX, 50) n. pr. oppidi antiqui Cananaeorum Gen. l. c., primum tribui Iudae (Jos. XV, 10. 57), dein Danitis (ib. XIX, 43) assignati, quod diu tamen Philistaeis parebat (Iud. 2 Par. ll. cc. cf. Jos. Arch. 5, 8 §. 5). Nom. gentil. est תִּמְנִי Iud. XV, 6. Apud Josephum *Θαμνὰ* saepius copulatur cum Gophna et Lydda, eius regionis urbibus (Archaeol. 14, 11 §. 2. b. jud. 3, 3 §. 5) adeoque toparchiae nomen dedit (b. j. 8, 8 §. 1). Eusebius v. *Θαμνά*: . . . . *διαμένει κώμη μεγάλη ἐν ὁρίοις Διοσπόλεως, μεταξὺ ἀπιόντων εἰς Αἰλίαν. ἦν δὲ φυλῆς Δὰν ἢ Ἰουδά.* Fuerunt, qui Thimnam, Judae urbem, et Thimnatam, Danitarum et Philistaeorum oppidum, distinguerent (Relandi Palaest. p. 1043), sed sine caussa idonea (cf. Maurer ad Jos. XIX, 43).

תִּמְנַת־סֶרַח (portio abundans) n. pr. oppidi in montanis Ephraimi, quod Josuae imperatori in peculium traditum, et ubi is sepultus est Jos. XIX, 50. XXIV, 30. Idem Iud. II, 9 תִּמְנַת חֶרֶס (portio solis) appellatur: sed illam scripturam nativam esse recte iudicat Studerus, quum eiusmodi peculium reliqua terra iam distributa (Jos. XIX, 49) Josuae seorsim datum apte *portio abundans* s. *redundans* appellari posset.

מָנַח rad. inusit. arab. مَنَحَ I. II. donavit, مَانِحٌ, مَنِيحٌ donator, مِنْحَةٌ donum. Origo esse videtur in dispertiendo (vic. מָנָה, מִנָּה). Kimchius aliam memorat opinionem, de qua מִנְחָה sit a rad. נָחָה (pr. adductio, res adducta), ut אֲרוּחָה ab אָרַח (sed v. pag. 149): sed recte eam refellit, quum מִנְחָה a rad. נָחָה pluralem haberet מִנְחוֹת (ut מִצְוָה, מִצְווֹת), non מְנָחוֹת.

מִנְחָה pl. מְנָחוֹת f. 1) *donum.* Gen. XXXII, 14. 19. 21. XXXIII, 10. XLIII, 11. 15. 26. 2 Reg. VIII, 8. 9, max. quod nobilioribus, ut regi, offertur, Iud. III, 15. 1 Sam. X, 23. 2 Par. XVII, 5. 11. Hos. X, 6. Ps. XLV, 13, vel reges sibi invicem mittunt Jes. XXXIX, 1. 1 Reg. X, 25. LXX. *δῶρον.* — 2) *tributum*, quod a populis stipendiariis sub mitiore *donorum* (Diod. 1, 58) nomine exigebatur 2 Sam. VIII, 2. 6. 1 Reg. V, 1 (IV, 21). 2 Reg. XVII, 4. 2 Par. XXVI, 8. Ps. LXXII, 10. — 3) donum numini oblatum, *sacrificium* Jes. I, 13. 1 Par. XVI, 29. Spec. *fertum*, sacrificium non cruentum, *Speisopfer* (opp. זֶבַח sacrificium cruentum q. v.), qualia de lege Mosaica farina, polenta aut libis constantia cum oleo, sale, thure in altari cremabantur, sive seorsum (talmud. הבאין בפני עצמן) sive ita, ut sacrificiis cruentis adderentur Lev. II, 1 sqq. VI, 7 sqq. VII, 9. 10. XIV, 10. 20. 1 Sam. XXVI, 19 al., raro de oblatione non cremata Lev. XXIII, 16. 18, v. Relandi antiquitt. sacr. p. 222 sqq. Wineri lex. bibl. II, 572. Huiusmodi sacrificium iam Kaino tribuitur Gen. IV, 3. De ferto idolis oblato Jes. LVII, 6. LXVI, 3. מִנְחַת בֹּקֶר fertum matutinum Exod. XXIX, 41, מִנְחַת עֶרֶב 2 Reg. XVI, 15. Esr. IX, 4. 5. Dan. IX, 21. Saepe copulantur מִנְחָה וָנֶסֶךְ Joël I, 9. 13. II, 14. LXX plerisque locis *θυσία*, bis *θυσίασμα*, semel *προςφορά* Ps. XL, 7.

מִנְחָה chald. i. q. hebr. no. 3. Dan. II, 46. Esr. VII, 17.

מָנַן rad. inusit. *divisit*, *partitus est*, affinis radd. מָנָה et מָנַח. Arab. مَنَّ praecidit funem, diminuit numerum, it. benefecit alicui, benevolus fuit in aliquem, pr. attribuit, largitus est liberaliter, unde مَنٌّ donum.

מָן c. suff. מַנְךָ (alii codd. sine Dag.) Neh. IX, 20 m. *manna* arabica, resina dulcis melli similis, quae in Arabia Petraea, neque non in Persiae (ubi Manna ترنجبين, ترنكبين appellatur), Indiae, Armeniae nonnullis regionibus, media aestate ante solis ortum ex complurium arborum fruticumque (quales sunt الحاج s. العاقول frutex spinosus, *hedysarum alhagi* Linn., طرفا tamarisci species in peninsula Sinaitica frequens, tamarix mannifera Ehrenb., بلوط quercus al.) foliis post insectorum quorundam cocco similium (coccus manniparus Ehrenb.) ictum exsudat. Vide I. E. Fabri hist. mannae in Fabri et Reiskii Opuscc. med. arab. p. 83—140. Cl. Salmas. de Manna, post homonym. hyles iatricae p. 245 sqq. Fothergill in Philos. Transactions XLIII, p. 86 sqq. Niebuhrii descr. Arabiae p. 145. Seetzen in v. Zach monatl. Correspondenz XVII, 151 sqq. Burckhardt itin. p. 798. 953—55 ed. germ. Rüppell itin. p. 190, sed maxime recentissimos quosdam naturae scrutatores, qui mannam non sponte, sed insectis illis utcunque adiuvantibus effluere, primi ostenderunt, ut Hardwicke in Asiatic Researches XIV pag. 182 sqq. Frederick in Transactions of the literary society of Bombay, Lond. 1819 T. I p. 251 sqq. Ehrenberg in symbol. phys. Berol. 1829. 1 cf. Sprengel Entdeckungen in der Pflanzenkunde III, p. 390. Exod. XVI, 15—35. Num. XI, 6 sqq. Deut. VIII, 3. 16. Jos. V, 12. Ps. LXXVIII, 24. Quod Exod. XVI, 14. Num. XI, 7 mannae granula cum pruina, cum coriandri semine et bdellio i. margaritis (בְּדֹלַח) comparantur, et quae praeterea de natura et usu eius perhibentur Exod. XVI, 20. 21. 31. Num. XI, 8, cum re ipsa conveniunt; quodque roris instar de coelo in castra Israëlitarum depluisse dicitur (Exod. XVI, 13. 14), in eo vulgarem certe de mannae origine opinionem secutus est sacer scriptor (v. Oedmanni verm. Sammlungen VI, 8 sqq., cf. infra arab. مَنّ السما, similemque de mellis apiarii origine opinionem ap. Virg. Georg. 4, 1 [mellis coelestia dona] ibique Vossium. Plin. N. H. 11, 12—14): quod vero manna per quadraginta annos unicus fere populi cibus fuisse et nonnisi senis per hebdomadem diebus excepto sabbato de coelo decidisse narratur, id vel miraculo factum est vel traditioni debetur. — Nomen מָן ita ortum esse narratur Exod. XVI, 15. 31, ut Israëlitae, nescii quid sibi velit ros ille coelestis, quaesiverint: מָן הוּא *quid hoc?* Sed probabilius etymon (nam מָן Chaldaeum est, non Hebraeum et adeo apud Chaldaeos rarissime de rebus interrogat, licet hic usus apud Aethiopes valeat: መኑ: quis? amhar. ማን: quis?) nobis offert linguae arabicae analogia, quae in re apud Arabes domestica non potest non plurimum valere. Apud hos enim manna appellatur مَنّ *donum* (de dono Dei vit. Tim. II, p. 778 Mang.), plene مَنّ السما *donum coeleste*, quod nomen profectum est ab opinione supra memorata, de qua haec resina non ex plantis promanare, sed de coelo decidere credebatur (cf. Kamûs h. v.), et congruit cum his eius attributis: לֶחֶם שָׁמַיִם panis coeli Ps. CV, 40, דְּגַן שָׁמַיִם frumentum coeleste Ps. LXXVIII, 24: Graeci autem Judaei, quibus manna appellatur ἄρτος ἀγγέλων (Ps. LXXVIII, 25 LXX. Sap. XVI, 20), statuisse videntur, eam ambrosiae instar angelorum cibum fuisse populo dilecto coelitus proiectam. (Syr. ܡܢܢܐ).

מֵן m. 1) *pars*, *portio*. Hanc propriam vocabuli vim Io. Simonis, quem sequuntur de Wettius, Maurerus al., reperire sibi videtur in verbis Ps. LXVIII, 24: לְשׁוֹן כְּלָבֶיךָ מֵאֹיְבִים מִנֵּהוּ, quae is interpretatur: *lingua canum tuorum, de hostibus sit pars eius*, i. e. ut lingua canum tuorum partem s. portionem habeat in hostibus. Ista tamen significatio in ipso linguae usu valde incerta est, multoque probabilior est alia istum locum interpretandi ratio, de qua in altero hemistichio ex priore membro cogitando repetitur verbum תִּמְחַץ *agitet se* vel potius aliud ei simile, v. c. (agitando se) *lambat* (lingua enim lambens agitat se), et verba ita explanentur: et ut *lingua canum tuorum* lambat *de hostibus eius* [*de eo*]. Si sana essent verba מֵאֹיְבִים מִנֵּהוּ, ea vertenda essent: *de hostibus, de eo* sc. sanguine: sed haud scio an prius glossa sit, qua librarius quidam explanare volebat alterum מִנֵּהוּ, quod ad sanguinem potius referendum erat, hac sententia: ut *lingua canum tuorum lambat de eo.* — Ceterum propria nominis vis latet in formis מִנִּי pr. *a parte mea*, de ma part (cf. Ez. III, 17: hortare eos מִמֶּנִּי germ. von meinetwegen), מִמֶּנּוּ *a parte eius*, et praeverbium מִן nihil aliud est quam status constructus eius sing. numero, מִנִּי Jes. XXX, 11 plurali numero.

2) pl. מִנִּים *fides* pr. *fila tenuia*, a dividendo dicta. (ܡܢܝܐ id. Ps. XXXIII, 2 pro כִּנּוֹר, et Ps. CL, 4 pro מִנִּים ܡܢܝܐ ܘܐܒܘܒܐ Ephr. II, 440. Adl. أوتار fides. Praeterea ܡܢܝܐ *pilum* significat et λέπτον, itaque rem tenuissimam. Fuerunt, qui conferrent lat. *fides* a findendo, sed hoc coll. σφίδη intestinum est potius a σφίγγω). Ps. CL, 4: הַלְלוּהוּ בְּמִנִּים וְעוּגָב *laudate eum fidibus et fistula*, ubi instrumenta, cuius fides pulsantur, opponuntur instrumento, quod inflatur. Eodem cum Seb. Schmidio plurimisque recentioribus referimus Ps. XLV, 9: *ex palatiis eburneis* מִנִּי שִׂמְּחוּךָ *fides* (i. e. concentus musici) *exhilarant te.* מִנִּי pro מִנִּים v. Lgb. 525. 526. Ewald. gramm. §. 359. Aliorum interpretationes, quibus מִנִּי est vel *Armenia* vel *magis quam ego*, vix memoratu dignae sunt. „Quid vero, si מִנִּי sit *fides mea* i. e. fidium mearum cantus, aut si מִנִּי significet *fidicinem* (cf. עִתִּי ex עֵת, רַגְלִי ex רֶגֶל), singularis vero collective sit positus?" Maurer.

מִן, quae forma integra in antiquioribus rara est, nisi sequitur articulus, v. c. מִן הָעִיר, מִן הַשָּׂדֶה, מִן הָאֲדָמָה (non ita saepe reperitur מִהָ-, ut מֵהָעֵדֶר 1 Sam. XVII, 34. מֵהַמַּעֲרָה XXIV, 8 cf. 9 Keri), in recentioribus (more Aramaeorum) satis crebro, tum ante gutturales molliores, מִן־אָז Jer. XLIV, 18, מִן אַבְשָׁלוֹם 2 Sam. XX, 6, מִן אַחֲרֵי 1 Par. XVII, 7, מִן הִתְחַבְּרוּת Dan. XI, 23, מִן חָם 1 Par. IV, 40, tum ante alias litteras maxime labiales, ut מִן־בְּנֵי 1 Par. V, 18. IX, 3. 30. XII, 25. 26. 29. 30. Joël I, 12, מִן בְּהֵמָה 1 Reg. XVIII, 5 Chethibh, מִן־בֵּית 1 Par. XV, 25, מִן־בַּת Thren. I, 6 Chethibh (Keri מִבַּת), מִן מִצְרַיִם Jes. XX, 5; מִן גַּעֲרָתְךָ Ps. CIV, 7, מִן קוֹל Ps. CIV, 6. 1 Par. VIII, 8. Dan. VII, 23, מִן יָטְבָה 2 Reg. XXI, 19, מִן יְקוּמוּן Deut. XXXIII, 11, מִן רוּמָה 2 Reg. XXIII, 36, מִן רְכוּשׁוֹ 2 Par. XXXI, 3, מִן שִׁלְחוֹ 1 Par. VIII, 8 [v. plura in Masora finali s. מִן], in locis bis editis passim ita, ut una editio formam integram habeat, altera formam contractam, ut מִן אֹיְבַי Ps. XVIII, 4 (2 Sam. מֵאֹיְבַי), מִן־קָמַי Ps. XVIII, 49 (2 Sam. מִקָּמַי), מִן לָכִישׁ 2 Reg. XVIII, 17 (Jes. XXXVI, 2: מִלָּכִישׁ);

מִנִּי poët. (c. Jod parag., quale statui constructo annectitur) Iud. V, 14. Iob. VI, 16. VII, 6. IX, 2. 25. XI, 9. XII, 22. XV, 22. 30. XVI, 16. XVIII, 17. XXX, 30. XXXI, 7. XXXIII, 30. Ps. XLIV, 10. 11. LXVIII, 32. LXXIV, 22. LXXVIII, 2. LXXXVIII, 10. Jes. XLVI, 3; semel

מִנֵּי (plur. cstr.) Jes. XXX, 11; longe creberrime

מִ sq. Dag., sed ante gutturales

מֵ, raro מִ, ut מִחוּט Gen. XIV, 23, מִרְדֹף 2 Sam. XVIII, 16, מִצְּבָךְ et מִרְגְּזָךְ Jes. XIV, 8 (ubi alii Zere habent, v. J. H. Mich. not. crit.), et ita constanter in formis מִהְיוֹת, מִחוּץ,

c. Suff. מִמֶּנִּי (v. supra מִן, no. 1, aliam de huius repetitionis caussa sententiam ap. Ewaldum, gr. min. §. 467), poët. מִנִּי Jes. XXII, 4. XXX, 1. XXXVIII, 12. Iob. XVI, 6, bis in Pausa מֶנִּי Ps. XVIII, 23. Iob. XXI, 16, utrumque more Aramaeorum; מִמְּךָ (altero Nun prorsus abiecto) Gen. XVII, 6. XXVII, 45, in pausa מִמֶּךָּ XXXV, 11, f. מִמֵּךְ XXX, 2. Jes. XLIX, 17; מִמֶּנּוּ (pro מִמֶּנְהוּ) v. exempla ap. Nold. p. 507 sqq. (cuius suffixum passim neutraliter accipiendum ad pluralia refertur) Ex. XXV, 15. Num. XXXI, 49. Jes. V, 23. Hos. XIV, 5, et ad feminina Lev. VI, 8. XXVII, 9. Jos. I, 7. 2 Reg. IV, 39. (Mas. ad Iud. XI, 34), poët. מֶנְהוּ Iob. IV, 12, in Pausa מִנֵּהוּ Ps. LXVIII, 24, fem. מִמֶּנָּה Nold. p. 507; pl. מִמֶּנּוּ (pro מִמֶּן־נוּ) *a, ex* nobis, quod usu distinguendum a מִמֶּנּוּ *ex, ab eo* (quod enim Orientales pro plurali scribere volebant מִמֶּנוּ, recte vituperat Aben Esra ad Gen. III, 22) Gen. III, 22. XXIII, 6. XXVI, 16. Ex. XIV, 12 (Nold. p. 506. 507), מִכֶּם ex, a vobis (Nold. p. 473); מֵהֶם (ibid.), poët. מִנְּהֶם Iob. XI, 20, f. מֵהֵן Ez. XVI, 47. 52

arab. مِنْ, quod passim cum sequente voce coniungitur abiecto Nun, max. sequente art. مِلْ pro مِن ال, مِلْ pro مِنْكَ, al. Schult. ad Ham. 435, de Sacy gramm. I §. 838, syr. ܡܢ, cuius Nun itidem perit in nonnullis vcc., ut ܡܛܠ, ܡܕܡ, ܡܬܘܡ, ܡܬܘܡ, phoen. מ Monumm. Phoen. p. 351, aeth. ኢም፡) pr. status constr. nominis מֵן (ut בֵּן cstr. בֶּן), *pars* alic. rei, inde Praep., eaque

1) proprie *partitiva* (מם קצתית vocant Hebraei), *partem* designans *ex toto exemtam*, quae gr. et lat. modo *ἐξ, ἐκ, ex, e*, modo *ἀπὸ, ab, a* praeverbiis (raro *de*) exprimitur. Gen. XXIII, 6: אִישׁ מִמֶּנּוּ *aliquis e nobis.* Exod. II, 7: אִשָּׁה מֵינֶקֶת מִן הָעִבְרִיּוֹת. Jer. XXXIX, 10: הַדַּלִּים מִן הָעָם *pauperes ex populo.*

Ponitur a) saepe post numeralia. Neh. I, 2: אֶחָד מֵאַחַי *unus ex fratribus meis.* Esth. VII, 9. (Syr. ܚܕ ܡܢ Agrell. suppl. 235. append. I, p. 51). Gen. VI, 20: שְׁנַיִם מִכֹּל *duo ex quovis genere.* Ruth IV, 2: *decem viri* מִזִּקְנֵי הָעִיר *ex senioribus urbis.* 2 Reg. II, 7: *quinquaginta viri* מִבְּנֵי הַנְּבִיאִים *ex filiis prophetarum.* Iob. V, 1: מִי מִקְּדֹשִׁים *quis ex* numero *sanctorum?* Jer. XLIV, 28: *et intelligent omnes* ..... דְּבַר מִי יָקוּם מִמֶּנִּי וּמֵהֶם *verbum cuius* (utrius partis) *ex me et ipsis* (i. e. nostrum) *ratum fuerit*, ubi מִן pendet ex מִי, ut Iob. l. c. Vide Maurerum ad h. l., qui vulgarem hunc locum interpretandi rationem egregie refellit. It. post substantiva, quae *partem* significant. 2 Par. XXXI, 3: מְנָת הַמֶּלֶךְ מִן רְכוּשׁוֹ. Jes. XXI, 11: מַה מִּלַּיְלָה *quid de nocte?* i. e. quae noctis pars agitur (was ist die Zeit?). Similiter iam Saad. *quid de nocte* sc. superest?

b) omisso nomine indefinite α) ubi refertur ad numerum vel multitudinem est: *(aliquot) ex* toto numero. Exod. XVII, 5: קַח אִתְּךָ מִזִּקְנֵי יִשְׂרָאֵל (aliquot) *ex senioribus Israëlis.* XVI, 27: יָצְאוּ מִן הָעָם *egressi sunt nonnulli ex populo.* Gen. XXXIII, 15. Num. XIII, 23. 2 Sam. XI, 17. Ez. V, 4. Am. II, 11. Esr. II, 70. VII, 7. Dan. VIII, 10. XI, 35. Cant. I, 2: יִשָּׁקֵנִי מִנְּשִׁיקוֹת פִּיהוּ *osculetur me osculis oris sui.* (Sic arab. مِنْهُم aliquot eorum Cor. 57, 26, مِن الدَّنانِير aliquot denarii, Ham. 172 Freyt., قال مِن ابيات cecinit versus Abulf. Ann. I, 164, it. بَعْض sq. genit. pars totius, inde aliquot, nonnulli: syr. ܡܢ v. Agrell. suppl. p. 244, litt. G. H. 249. 250, plenius ܡܕܡ ܡܢ aliquid de i. e. aliquot, gr. Matth. XXIII, 24. Respondet art. indefinitus Gallorum: *des anciens, des vers, des baisers*). Sed Deut. XXXIII, 3 huius loci non est, v. דָּבַר Hithpa. supra p. 315. — Rarius *unum* tantum *ex* numero designat. Gen. XXVIII, 11: וַיִּקַּח מֵאַבְנֵי הַמָּקוֹם *et sumsit* unum *ex lapidibus loci*, cf. Comm. 18. Exod. VI, 25: *Eleasar duxit* unam *ex filiabus Putiel.* Jer. I, 1: *Hilcias* מִן הַכֹּהֲנִים unus *ex sacerdotibus.* Dan. XI, 5: *rex Austri* וּמִן שָׂרָיו *et* unus *ex tribunis eius.* LXX. *εἷς ἐκ τῶν δυναστῶν.* Theod. *εἷς τῶν ἀρχόντων.* (Arab. بَعْض etiam de *uno* dicitur. Syr. ܡܢ

et ܡܶܢ ܡܰܪܳܟ ܡܢ Assem. T. II, p. 461 lin. 7 a fine. Barhebr. 277, lin. 7). — β) ubi refertur ad totum quoddam, est: *aliquid*, *aliqua pars* ex massa. מִדָּם aliquid sanguinis Ex. XII, 7. XXIX, 21. Lev. V, 9 (ܡܶܢ ܕܡܳܐ Barhebr. 529). Iob. XI, 6: *deus tibi remittit* מֵעֲוֹנֶךָ *de peccato tuo*, partem peccati tui. Ps. CXXXVII, 3: שִׁירוּ לָנוּ מִשִּׁיר צִיּוֹן *canite nobis* aliquod specimen *poëseos Zioniticae*. Cum negandi particula: *nihil quidquam*. 1 Reg. XVIII, 5: וְלוֹא נַכְרִית מִן הַבְּהֵמָה. 2 Reg. X, 10. Deut. XVI, 4. Nah. I, 14: לֹא יִזָּרַע מִשִּׁמְךָ עוֹד *non seminabitur amplius de nomine tuo* i. e. ulla res, quae nomen tuum gerat. — Ex his autem γ) manifestum est, quid indicandum sit de من „pleonastico“ Arabum (de quo multus est Agrell. de varietate gen. et num. in ling. orient. p. 142 sqq.), cui similes locutiones etiam in Hebraismo reperiuntur. Namque in formulis Arabum: ما من اله الا الله *non est deus nisi Deus* Sur. 3, 55. 5, 77. 38, 65 (cf. eadem verba sine من Sur. 3, 1. 11, 27. 20, 7), ما نبئ من علم 18, 4 (sine من 22, 70. 24, 14), ما جائني من رجل non venit ad me ullus vir, ما من احد ne ullus quidem, et similibus, من minime est pleonasticum, sed partitivum, istaeque locutiones enarrandae sunt: *ne minimum quidem scientiae; ne particula quidem numinis* (auch nichts von einem Gotte, nichts Göttliches); *ne particula quidem unius* (q. d. auch nicht ein Stück von einem), plane ut syr. ܠܐ ܡܶܢ ܡܶܕܶܡ et contr. ܠܐ ܡܶܕܶܡ nequaquam, nunquam Gal. V, 16. — Sic in V. T. א) מֵאַחַד *ullus*, מֵאַחַת *ulla*. Deut. XV, 7: *si inter vos pauper est* מֵאַחַד אַחֶיךָ בְּאַחַד שְׁעָרֶיךָ *ullus fratrum* tuorum *intra unam portarum tuarum* *). Lev. IV, 2: *et si facit* מֵאַחַת מֵהֵנָּה *ullam harum* rerum, quodcunque in una harum legum

---

*) Qui hunc locum a reliquis, maxime Levit. IV, 2, segregandum censuerunt, *Winerus* (Lex. pag. 566) et Frider. Fritzschius (Fritzschiorum Opusc. p. 213), in varias sententias discesserunt. Atque illi quidem „videtur, id quod in graecis et latinis scriptoribus passim fit, praeverbium traiectum esse pro אֶחָד מֵאַחֶיךָ cf. Io. XII, 1: πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα et Ew. gr. p. 600 [qui quidem traiectionem nullam statuit], nisi velis ita interpretari: *egenus ex uno fratrum tuorum* (ut gr. οἱ ἐκ τοίτου *prognatus*“; huic contra locus „ex logica confusione explicari posse videtur, qua scriptor ipsum quoque אֶחָד praepositionis מִן regimini subiiceret, quum unum debuisset voc. אַחִיךָ .... coll. Act. III, 24: καὶ πάντες δὲ οἱ προφῆται ἀπὸ Σαμουὴλ καὶ τῶν καθεξῆς (pro οἱ καθεξῆς)“; idemque מִן partitivum vix locum habere censet, „quum de homine agatur, qui aut pauper aut non pauper sit necesse sit“; in Arabum etiam formula ما من احد particulam من non partitivam esse statuit, sed hanc locutionem enarrandam esse: *non ab uno* i. e. si *ab uno* numerum iniero i. q. ne unus quidem, ut contra dicatur: לֹא — עַד אֶחָד Iud. IV, 16: *non — usque ad unum.* — Nobis quidem persuasum est, veram huius loci interpretationem non aliunde arcessendam esse, quam ex loco parallelo legislationis Mosaicae Levit. IV, 2, neque cogitandi loquendive errorem ei subesse, sed certum atque legitimum linguae hebraeae et arabicae usum, de quo מֵאַחַד h. l. (pariter atque f. Lev. IV, 2) respondeat arabico من احد *ullus*. Huius locutionis ut vera ratio percipiatur, ab exemplis ordiamur, ex quibus apparebit, eam in sententiis tum negativis tum interrogativis, et non de rebus tantum, sed adeo saepius de personis frequentari. Sur. IX, 126: هَلْ يَرَاكُمْ مِنْ أَحَدٍ *num videt vos ullus?* XXIV, 21: مَا زَكَى مِنْكُمْ مِنْ أَحَدٍ أَبَدًا *non purus est ullus vestrum.* XXXV, 39: إِنْ أَمْسَكَهُمَا مِنْ أَحَدٍ *non retineret eos ullus*, in accus. XIX, 98: *an invenies ex iis* من أحد *ullum?* II, 96: مَا هُمْ بِضَارِّينَ بِهِ مِنْ أَحَدٍ *non damno affecerunt ea re ullum* et de re ibid. مَا يُعَلِّمَانِ مِنْ أَحَدٍ *non docebant ullam rem.* Partitivum esse hoc من, ut in reliquis huius generis formulis supra memoratis, et من احد proprie significare: *pars unius* s. *unus utut parvus, diminutus* i. e. *ullus*, *quicunque* [*jemand* i. e. vir *quicunque*], id nescio an evinci possit tum arabicae tum latinae et germanicae linguarum analogia. Arabes enim in idiomate vulgari pro من utuntur etiam vc. بعض *pars*, dicuntque بعض الاحد *pars unius* (ein Stück von Einem) *ullus*, *aliquis*. Latini in huiusmodi locutionibus, quod eandem vim habet, diminutivo utuntur vocis *unus*: dicuntque *ullus* quod est pro *unulus*, cf. *singulus* pro *sinculus*, ex ἑνικός, adeoque *ningulus* = nullus (Fest.), ut Germani veteres *einizên* (nostr. *einzig*, einzeln), quod diminutivum est vocis *ein* (v. Grimm deutsche Grammatik III, 697 not. cf. Doederlein Etymologien und Synonymen VI, p. 336). Id ipsum autem flagitat loci, quem tractamus, ratio: *si inter vos pauper est*, *ullus* s. quicunque *fratrum tuorum*, ut recte vidit Saadias, qui linguae suae beneficio idiotismum imitatus interpretatur: من بعض اخوتك aliquid *de uno fratrum tuorum* i. e. ullus fratrum tuorum. Ad Fritzschii, viri eximii, verba ut redeam, illud quod supra secundo loco posui interpretationi nostrae vix opponi posse videtur, quum מִן partitivum (*diminutivum* h. l. dicere possis) non ad paupertatis notionem referatur, sed ad *unitatis* (ex *unus* praemisso מִן fit *unulus*, *ullus*, quicunque): arabicum autem من احد non minus *partitivum* (diminutivum) esse, ubi de personis agitur, quam ubi de rebus, ex superius dictis apparet. — Etiam Ewaldus (l. supra laudato) et utrumque illum locum (Lev. IV, 2. Deut. XV, 7) copulavit et comparavit arab. من احد, sed caussam idiomatis non prorsus perspexit, ubi dicit: „von jenem häufigen Gebrauch des מִן für die Bezeichnung des unbestimmten Theils ist es gekommen, dass die Sprache es gern mit כֹּל (?) und אֶחָד *irgend einer* des ähnlichen Begriffs wegen verbindet“; praeterea male huc retulit Lev. V, 13, cuius ratio longe diversissima est (וְכִפֶּר עָלָיו הַכֹּהֵן ... מֵאַחַת מֵאֵלֶּה *expiabit cum sacerdos uno horum*, ubi מִן est instrumenti), adeoque Comm. 15, ubi simplex reperitur מִן partitivum.

vetitum est. Ez. XVIII, 10 (ubi אַח spurium videtur, v. pag. 64 B); et ב) in formulis negativis מֵאֶפֶס, מֵאַיִן Jes. XL, 17. XLI, 24 i. e. (aliquid) *de nihilo*, *nihili quid*, quasi diminutivum nihili, v. not.), *ningulum* dicas cum Festo h. v. Jes. XL, 17 de gentibus ethnicis: כָּל־הַגּוֹיִם כְּאַיִן נֶגְדּוֹ מֵאֶפֶס וָתֹהוּ נֶחְשְׁבוּ לוֹ *omnes gentes instar nihili sunt coram eo, ut res nihili reputantur ei.* XLI, 24 de idolis: אַתֶּם מֵאַיִן וּפָעָלְכֶם מֵאָפַע *vos estis nihili et de nihilo opus vestrum*, cf. XLI, 12: כְּאַיִן וּכְאֶפֶס, 29: אֶפֶס מַעֲשֵׂיהֶם. Male nonnulli, in his Ewaldus gr. crit. p. 601, מִן in his formulis comparativum esse voluerunt: minus *quam nihil*, quod mathematicorum, non poëtarum, formulam saperet: sed hoc tamen isti recte senserunt, *nihili* notionem hac particula praemissa diminui (v. not. *). Ceterum hic loquendi usus in Jesaiae locis minime solitarius est, sed eodem revocandum est מֵאַיִן *nullus, ne ullus quidem, nemo.* Jer. X, 6: מֵאֵין כָּמוֹךָ יְהוָֹה. Comm. 7. מֵאֵין כָּמוֹךָ, neque aliter nunc explicaverim מֵאֵין in formula מֵאֵין יוֹשֵׁב i. q. אֵין יוֹשֵׁב (v. pag. 83 A) et similibus, quae proprie sunt: *et non est ullus habitator.*

Contra in hunc censum non veniunt hi loci, in quibus מִן pleonasticum reperisse sibi visi sunt interpretes nonnulli (Storr observatt. p. 450 al.): Gen. VII, 22, qui ita explanandus est: כֹּל אֲשֶׁר נִשְׁמַת רוּחַ חַיִּים בְּאַפָּיו מִכֹּל אֲשֶׁר בֶּחָרָבָה מֵתוּ *quodcunque spiritum vitalem habebat in naribus suis ex omni quod in terra erat exspiravit*, omnia animantia in terra exspiraverant. Iud. X, 11. 12: הֲלֹא מִמִּצְרַיִם וּמִן הָאֱמֹרִי .... וְצִידוֹנִים וַעֲמָלֵק ... לָחֲצוּ אֶתְכֶם ... וָאוֹשִׁיעָה אֶתְכֶם in quibus verbis anacoluthon esse observant de Wettius, et Studerus ad h. l. Nempe scriptoris animo obversabatur eiusmodi sententia: הֲלֹא מִמִּצְרַיִם הוֹשַׁעְתִּי אֶתְכֶם, inserebat autem verba: וְהַצִּידוֹנִים .... וַתִּצְעֲקוּ אֵלַי, et post ea neglecta prima structura pergebat וָאוֹשִׁיעָה אֶתְכֶם. Etiam apud Syros ܡܢ pleonasticum non reperitur. Quod Agrellius (suppl. synt. p. 284) ex Assem. I, 237 lin. 13 sqq. laudat: *ex servis* ... *ex Cosma* ... *ex procuratore* pro: servi, Cosmas, procurator, manifesto explicandum est: *a servis* cet. (sc. proficiscitur haec epistola), apud Barhebraeum autem p. 456, 6. 7 (Agrell. append. I p. 55) *a praefecto* sunt: *comites eius* (seine Leute, sein Gefolge).

c) post verba *capiendi, sumendi de* aliqua re (partem totius) v. c. Gen. II, 22: אֲשֶׁר לָקַח מִן הָאָדָם *costam quam sumsit de homine.* Exod. XXIX, 22: *sumas adipem de ariete.* Iob. XXXIII, 6: מֵחֹמֶר קֹרַצְתִּי גַם אָנִי, et quae his similia sunt: ut *edendi* (אָכַל מִן Gen. XXV, 20. Iob. XXXI, 17 cf. ἐσθίειν, πίνειν τινός), *satiandi se* (שָׂבַע מִן), *eligendi ex* numero Ex. XVIII, 25. 2 Reg. X, 3; et contra post verba *dandi* (Gen. XXV, 30). XXX, 14, et quae his finitima sunt, *implendi* (מִלֵּא מִן, מָלֵא מִן, implevit aliqua parte rei), *reliquum faciendi* (Ex. X, 5. Lev. VI, 9), tradendi, docendi (Jes. II, 3. Ps. LIX, 13), in quibus omnibus מִן partem rei indicat, quae eadem apud Graecos (vide locutiones laudatas), Francogallos, Germanos antiquiores (prenez *du sang*, nimm *des Blutes* Luth.) genitivo exprimitur.

A significatione partitiva proficiscitur

2) notio *egrediendi ex* aliqua re, ubi significatur aliquid antea fuisse *in* re et quasi partem eius fecisse, gr. et lat. ἐξ, *ex.* Ita sexcenties proprio significatu post *egredi*, v. c. *ex* populo, urbe, terra, arca, porta, ore (v. יָצָא), *extrahere* v. c. *ex* aqua, fovea Ps. XVIII, 17. XL, 3, *haurire* ex fonte Jes. XII, 3, *eripere* (*servare*) *ex* potestate alic. (v. הִצִּיל, נָטַר, שָׁמַר) v. c. מֵרָשָׁע Ps. XVII, 13, מִמָּוֶת XXXIII, 19, מֵחֶרֶב Ps. XXII, 21, it. *auxilium ferre* (v. Deut. XXXIII, 7. Ps. XLIII, 1), *expellere ex* terra Ps. X, 18, exterminare Ez. XIV, 17, removere *ex* Deut. XXVI, 13 al. it. capere, accipere *ex* manu al. (v. לָקַח); *clamare ex* aliquo loco (ubi vox certe egreditur) Jon. II, 3. Hab. II, 11 al. Id ex quo aliquis exit, potest etiam conditio esse, ex qua transitus fit in aliam: inde mutari *ex* afflictione in gaudium Esth. IX, 22 cf. Jes. XVII, 1. — Ad egressum Winerus refert quoque Lev. XIV, 16: טָבַל אֶת־אֶצְבָּעוֹ מִן הַשֶּׁמֶן, idque explicat *intingit* et retrahit *digitum ex oleo*, quod non magis ferendum videtur, quam si dicas: *ascendere de equo*, idque declares: *ascendere* et descendere *de equo*; rectius: *tinxit* i. e. imbuit, infecit *digitum oleo*, ut מִן sit materiae. Inde frequentatur

a) de *materia*, *ex* qua aliquid fit et quasi *progreditur.* Gen. II, 19: *et formavit Jova Deus* מִן הָאֲדָמָה כָּל־חַיַּת הַשָּׂדֶה *ex terra omnia animalia agri.* Comm. 23: *haec tandem est os de ossibus meis et caro de carne mea*, i. e. ex me orta ideoque ὁμοούσιός μοι (cf. locutionem Arabum: فانى لست منك ولست منى neque ego sum a te neque tu a me i. e. nos diversi generis, nobis non similes sumus). Cant. III, 9: *lecticam fecit Salomo* מֵעֲצֵי הַלְּבָנוֹן *ex lignis Libani.* Ps. XVI, 4: נִסְכֵּיהֶם מִדָּם *libationes eorum ex sanguine.* XLV, 14. Hos. XIII, 2.

b) de *ortu*, α) ex parentibus. Gen. XVII, 16: *reges erunt* מִמֶּנָּה. XVI, 2: אוּלַי אִבָּנֶה מִמֶּנָּה *fortasse liberos habebo ex ea.* 1 Sam. II, 20: *Jova det tibi posteros ex ea.* Iud. XI, 34: *ea unica erat filia* אֵין לוֹ מִמֶּנּוּ *nullam amplius habebat a se* genitam i. e. germanam opp. privignis, quanquam hos fortasse non perspicue cogitabat scriptor (Rabbini מִמֶּנּוּ pro מִמֶּנָּה dictum existimant pro *praeter eam*, alii id neutraliter accipiunt: *praeterea*). Gen. XXXV, 11. Lev. XXI, 17. Iob. XIV, 4: מִי יִתֵּן טָהוֹר מִטָּמֵא *ubi est purus*, qui *ex impuro* ortus sit? Jes. LVIII, 12: מִמְּךָ *ex te orti* i. e. filii, nepotes tui cf. gr. οἱ ἐκ τούτων (non bene alii: nonnulli ex civibus tuis cf. no. I, b). — β) ex populo locove natali. 1 Sam. IX, 1: אִישׁ מִבִּנְיָמִין. Iud. XIII, 2: אִישׁ מִצָּרְעָה. XII, 8. XVII, 7. 2 Reg. XXI, 19. XXIII, 36. Am. I, 1. Jerem. I, 1. Nehem. VII, 6. Sic de bestiis rebusque inanimatis Ps. LXXX, 14: חֲזִיר מִיָּעַר *aper silvester.* Jer. V, 6: אַרְיֵה מִיַּעַר. Ps. LXXX, 9: גֶּפֶן מִמִּצְרַיִם. Cf. Ps. LXXII, 16: יָצִיצוּ מֵעִיר *efflorescunt* homines *ex*

urbibus, ut gramen terrae. Metaph. Neh. VI, 8: *tu fingis ista* מִלִּבְּךָ.

c) de *auctore ex* quo vel *a* quo aliquid proficiscitur (gr. ἀπὸ i. q. ὑπὸ Herod. 2, 54. Thuc. 3, 36), veluti הָרָה מִן concepit, gravida facta est *ex* aliquo Gen. XIX, 36. Hos. VII, 4: *fornax* בֹּעֵרָה מֵאֹפֶה *flagrans* i. e. accensa *a pistore*. Ps. IX, 14: עָנְיִי מִשֹּׂנְאַי *miseria mea ab inimicis meis* profecta. XXXI, 12. Iob. VI, 25: הוֹכֵחַ מִכֶּם *reprehensio* quae *a vobis* proficiscitur i. e. vestra. Ps. LXII, 2: מִמֶּנּוּ יְשׁוּעָתִי *ab eo proficiscitur salus mea.* Iud. XIV, 4: *parentes eius nesciebant* כִּי מֵיהוָה הִיא *hoc a Jova profectum esse.* Prov. XVI, 1. 1 Par. XIII, 2. Hos. VIII, 4: *reges constituerunt* וְלֹא מִמֶּנִּי quod *non a me* profectum est, quos ego non constitui. Cum verbo passivo Ps. XXXVII, 23. Eccl. XII, 11. (Jer. XLIV, 28 huius loci non est, v. no. 1, a).

Saepe etiam *de auctore iudicii* vel aestimationis. Iob. IV, 17: הַאֱנוֹשׁ מֵאֱלוֹהַּ יִצְדָּק אִם מֵעֹשֵׂהוּ יִטְהַר גָּבֶר quod lat. redditur: *num iustus est homo coram Deo, an vir purus coram creatore?* pr. iustus, purus ex sententia Jovae i. q. בְּעֵינֵי יְהוָה. Num. XXXII, 22: נְקִיִּים מֵיְהוָה וּמִיִּשְׂרָאֵל (ubi alii מִן pendere existimant a notione libertatis, quae insit in innocentia), יָקַר מֵעַל carus aestimatus est ab aliquo Zach. XI, 13; contra Ps. XVIII, 22: לֹא רָשַׁעְתִּי מֵאֱלֹהָי *culpam non contraxi coram Deo meo*, ubi aliis est constructio praegnans: non impie defeci a deo. Jer. LI, 5: אַרְצָם מָלְאָה אָשָׁם מִקְּדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל. Deut. XXXII, 47: דָּבָר רֵק מִכֶּם *verbum inane visum* vobis. חָלִילָה מֵיְהוָה maledictum a Deo, v. חָלִילָה p. 478 B. (Cf. Thucyd. 1, 71: ἄδικον οὐδὲν οὔτε πρὸς θεῶν τῶν ὁρκίων, οὔτε πρὸς ἀνθρώπων τῶν αἰσθανομένων).

Eodem revocabis Gen. III, 14 de serpente: אָרוּר אַתָּה מִכָּל־הַבְּהֵמָה i. e. בְּעֵינֵי כָל־בְּהֵמָה πρὸς πάντων τῶν κτηνῶν, diris te devovebunt teque ceu pestem fugient omnia iumenta. (LXX. ἀπὸ i. e. ὑπὸ, v. supra). IV, 11: אָרוּר אַתָּה מִן־הָאֲדָמָה *diris devotus esto a terra* i. e. terra te ceu diris devotum expellat. מִן particulam de eo frequentari, ex cuius sententia res existimatur, docet magna, quam laudavimus, exemplorum vis (cf. Wineri Lex. p. 565 litt. f), quae negligere illamque explicationem, quam facillimam esse fatetur (ad IV, 11), grammaticae (?) contrariam vocare non debebat Tuchius. Quam ipse commendat prioris loci interpretationem (a Hitzigio desumtam, ad Jes. p. 566): *devotus* esto eaque re *exemtus ex pecudibus*, quae diris obnoxiae non sint, ea vel propterea ferri non potest, quod serpens minime erat *ex numero pecudum* (מִבְּהֵמָה), quae in his Geneseos capitibus ubique distinguuntur a חַיַּת הַשָּׂדֶה. Serpentem ceu pestem fugiunt בְּהֵמָה וְחַיַּת הַשָּׂדֶה: ex priorum (בְּהֵמָה) numero is eximi non poterat. Eodem modo accipi potest contrarium בָּרוּךְ Deut. XXXIII, 24: בָּרוּךְ מִבָּנִים אָשֵׁר *laudatus a* reliquis *filiis est Ascher*, cui respondet in altero membro: רְצוּי אֶחָיו, cf. Gen. XLIX, 8: *laudant te fratres tui.* Et Iud. V, 24: תְּבֹרַךְ מִנָּשִׁים יָעֵל. Sed in utroque hoc loco מִן potest etiam eminentiae vim habere (no. 5): ita ut hac re emineat e fratribus. Qui מִן reliqua excludentis esse volunt, non cogitarunt, poëtam Deut. l. c. etiam reliquis fratribus fausta adprecari.

d) de *caussa efficiente*, post verba activa Jes. VI, 4: *limina contremiscebant a voce vocantium.* Iob. IV, 9: מִנִּשְׁמַת אֱלוֹהַּ יֹאבֵדוּ *a flatu Dei pereunt.* XIV, 9: מֵרֵיחַ מַיִם יַפְרִחַ *ab odore aquae pullulat.* Ps. VI, 8. LXXIII, 19; post verba passiva (quod negare non debebat Winerus p. 565, qui ex uno exemplo Cant. III, 10 iudicare videtur). Jes. XXII, 3: מִקֶּשֶׁת אֻסָּרוּ *capti sunt a sagitta* i. e. sagittariis (quod exemplum, si sensum spectas, ad litt. c. referendum est). XXVIII, 7: נִבְלְעוּ מִן־הַיַּיִן *devicti sunt a vino.* Ps. LXXVIII, 65. Ez. XXVII, 34 (lat. apud ICtos: coactus a fideicommissario Dig. fort. Quinctil. 6, 1, 41: ex paedagogo se vellicari dixit); post substantiva. Hos. VII, 5: חֲמַת מִיָּיִן *calor a vino.* Iob. IV, 13: שְׂעִפִּים מֵחֶזְיֹנוֹת לָיְלָה *cogitationes* ortae *ex visionibus nocturnis;* post adiectiva Gen. XLIX, 12: חַכְלִילִי עֵינַיִם מִיָּיִן וּלְבֶן שִׁנַּיִם מֵחָלָב *caligans oculis ex vino, albus dentibus ex lacte.*

e) de *instrumento*, quo aliquid efficitur. (Soph. Trachin. 1133: ἐξ ἐμῆς θανεῖν χερός). Gen. IX, 11: *non amplius delebitur omne vivum* מִמֵּי הַמַּבּוּל *aquis diluvii.* Iob. VII, 14: מֵחֶזְיֹנוֹת תְּבַעֲתַנִּי *visionibus terres me.* Ps. XXVIII, 7: מִשִּׁירִי אֲהוֹדֶנּוּ.

f) de *caussa remotiore* s. de *ratione propter* quam aliquid fit. Joël III, 24: מֵחֲמַס בְּנֵי יְהוּדָה *propter iniuriam in Judaeos.* Jes. LIII, 5: מִפְּשָׁעֵנוּ *propter scelera nostra.* Prov. XX, 4. Deut. VII, 7. Jos. XXII, 24. Cant. III, 8: *quisque gladium gessit* מִפַּחַד בַּלֵּילוֹת *propter terrorem nocturnum.* Zach. VIII, 10. Sic dicitur gaudere (שָׂמַח) *propter* rem s. *de* re, moerere *ob* al. Ruth. I, 13, ingemiscere *ob* aliquid Exod. II, 23, בּוֹשׁ מִן erubescere *ob* Mich. VII, 16. Ubi significatur ratio, propter quam aliquid *non* fit, lat. utuntur praeverbio *prae.* Gen. XVI, 10: לֹא יִסָּפֵר מֵרֹב *numerari non potest prae multitudine.* Exod. XV, 23: *non poterant potare aquam prae amaritudine.* VI, 9. — Inde מֵאֲשֶׁר propterea quod, *quia*, v. אֲשֶׁר.

g) de *lege*, *praecepto*, *ex* quo aliquid fit (cf. lat. *ex* more, *ex* lege, *ex* foedere). מִפִּי יְהוָה ex iussu Jovae 2 Par. XXXVI, 12. מִטַּעַם הַמֶּלֶךְ ex iussu regis Jon. III, 7. Inde *secundum* (cf. ex auctoritate, ex opinione hominum Cic.) Iob. XXXIX, 26: הֲמִבִּינָתְךָ יַאֲבֶר נֵץ *an secundum tuam intelligentiam volat accipiter?* Ez. VII, 27: מִדַּרְכָּם אֶעֱשֶׂה אֹתָם *secundum vias eorum faciam iis.* (Flor. 4, 12: ex meritis ..... senatus cognomen ex provincia dedit). מִדֵּי secundum copiam, pro numero, v. דַּי.

Frequentior etiam (neque tamen ut vulgo volunt, primaria) est

3) notio *discessus ab* aliquo loco (nostr. *von* etwas *ab*, *von* etwas *her*, *von* etwas *weg*), quod ab exeundi potestate (no. 2) proprie ita differt, ut, qui *exit e* loco *in* interiore eius parte fuisse, qui *abit a* loco, prius *ad* eum s. in vicinia eius fuisse cogitetur. Sed utrumque

arcta necessitudine inter se coniunctum, et etiam hoc posterius a *partitiva* potestate (no. 1) profectum est. Non enim ea solum quae *ex* interiore rei parte exeunt, partem eius fecisse cogitantur, sed etiam quae *ad* eum, *in vicinia* eius, fuerant eique *ad*haeserant et *ab* eo discedunt repetuntur, vel certe dependent (v. litt. f), cf. אָכַל מִן הָעֵץ comedere fructum *ab* arbore (cuius pars erat) decerptum al. — Dicitur autem de quovis discessu et motu, sive e superiore locum in inferiorem v. c. decidit de tecto Deut. XXII, 8, de coelo Jes. XIV, 12 cf. Ps. XIV, 2. XXXIII, 14, descendit מֵהַר de monte: sive ex inferiore in superiorem v. c. עָלָה מִן, הֵקִים מִן 1 Sam. II, 8: neque solum de motu corporis, sed etiam vocis sensuumque, qui ab aliquo loco vim suam exercent in alium longinquum (cf. Iud. V, 20: *de coelo pugnabant stellae*). Sic de voce Jes. XXIV, 14: צָהֲלוּ מִיָּם *iubila tollunt de mari.* 16. XLII, 10: *canite carmen novum* מִקְצֵה הָאָרֶץ: de auditu 2 Par. VI, 21: אַתָּה תִּשְׁמַע מִן הַשָּׁמַיִם. 21. 25. 30. 33. VII, 14, de visu et obtutu Cant. II, 9: מַשְׁגִּיחַ מִן הַחַלֹּנוֹת *introspiciens de fenestra*, vom Fenster her, ubi nos: durch's Fenster herein, cf. V, 4: שָׁלַח יָדוֹ מִן הַחוֹר *extendit manum de fenestra*, durch's Fenster herein.

Sibi opposita sunt: *α*) מִן – עַד et מִן – וְעַד *inde ab — usque ad*, Lev. XIII, 12: מֵרֹאשׁוֹ וְעַד רַגְלָיו *a capite usque ad pedes eius.* Jes. I, 6. 1 Reg. VI, 24. VII, 9. — Gen. XIX, 11: מִקָּטֹן וְעַד גָּדוֹל. Comm. 11. Jon. III, 5. Esth. III, 13: מִנַּעַר וְעַד זָקֵן. Exod. XI, 5. XII, 12. 1 Sam. V, 9. Motus, qui in rebus ipsis quidem nullus est, in his locutionibus cernitur in oculis animoque nostro, qui rem aliquam a capite ad calcem perlustrat. Hac formula autem saepe utuntur, ubi universum rei ambitum, omnesque sine discrimine res, quae sub aliquo genere comprehenduntur, indicare volunt. Gen. VI, 7: מֵאָדָם עַד בְּהֵמָה עַד רֶמֶשׂ וְעַד עוֹף הַשָּׁמָיִם. VII, 23. Iud. XV, 5: מִגָּדִישׁ וְעַד קָמָה וְעַד כֶּרֶם, unde reddi potest: *tam, quam.* Exod. IX, 25. XXII, 3. Deut. XXIX, 10. Jos. VI, 21. VIII, 25. Iud. XX, 48. 1 Sam. XV, 3. XXX, 19. Jes. X, 18. Jer. VI, 13, et cum negandi particula: *neque, neque.* Gen. XIV, 23: אִם מִחוּט וְעַד שְׂרוֹךְ נַעַל *neque filum, neque corrigium calcei.* XXXI, 24. — *β*) מִן — אֶל id. (vide s. v. אֶל p. 103 B), et pro: *tam, quam.* Ps. CXLIV, 13: מִזַּן אֶל זַן *tam species quam species* i. e. omnis speciei res. *γ*) מִן — לְ *tam, quam*, ut litt. *α.* Gen. IX, 10. — *δ*) מִן — ־ָה id. Ezech. XXV, 13: מִתֵּימָן וּדְדָנָה *a Themane* usque *ad Dedanam.* Magis etiam in his locutionibus frequentatur לְמִן, de quo infra. — De הֲלְאָה מִמְּךָ וְהֵנָּה et הֲלְאָה מִמְּךָ v. p. 376. — Ista autem discedendi notio varios usus habet. Ponitur enim מִן

a) post verba eundi, abeundi (הָלַךְ), veniendi (Gen. XVI, 8), redeundi (שׁוּב) *), mittendi (שָׁלַח), petendi (לָקַח nostr. *holen* Jer. XIII, 7) *a* vel *e* loco; it. post verba *recedendi* (סוּר, גּוּר) et quae his finitima sunt v. c. חָטָא מִן perire alicui, עָבַר מִן *praeter*ire aliquid, אָבַד מִן pr. aberrare *a* lege Lev. IV, 2, בָּגַד מִן deficere *ab* aliquo; it. removendi (הֵסִיר, הִרְחִיק), repellendi (הֵשִׁיב Ps. XLIV, 11), depellendi et expellendi (גֵּרַשׁ), retinendi ab aliquo vel aliqua re (מָנַע), cohibendi (חָשַׂךְ), dehortandi (נִזְהַר); denique desistendi (חָדַל), cessandi, desinendi (Esth. IX, 28, עָמַד sq. מִן Gen. XXIX, 35), quiescendi (נוּחַ, שָׁבַת), et quae his cognata sunt, velut obliviscendi (שָׁכַח מִן Ps. CII, 5). Eodem revocabis 1 Reg. XII, 28: רַב לָכֶם מֵעֲלוֹת *satis vobis* (i. e. desistite nunc) *ab ascendendo.* Joel I, 12: הֹבִישׁ שָׂשׂוֹן מִן בְּנֵי אָדָם *exaruit gaudium* et recessit *a filiis hominum.* Ps. CIV, 35: יִתַּמּוּ חַטָּאִים מִן הָאָרֶץ *consumantur peccatores* et expellantur *e terra.* Prov. XXV, 17: הֹקַר רַגְלְךָ מִבֵּית רֵעֶךָ *rarum fac* et cohibe *pedem tuum a domo amici tui*, חָלִילָה מֵעֲשׂוֹת *absit* ut faciam.

b) Ad *recedendi* notionem redeunt etiam verba fugiendi (נוּס, בָּרַח), occultandi et se occultandi (סָתַר, עָלַם, כָּחַד), timendi (פָּחַד, יָרֵא) et contremiscendi (Jes. VI, 4. Nah. I, 5), cavendi, custodiendi (שָׁמַר, נִשְׁמַר), defendendi (Ps. XLIII, 1. CVII, 41), quae omnia coniunguntur cum מִן eius personae, quam fugimus, timemus, *a* qua custodimus aliquem, cavemus, defendimus nos, cf. κρύπτω, καλύπτω ἀπὸ Mt. XI, 25. Luc. IX, 45. XIX, 42, lat. custodire, defendere *ab* aliqua re, tutus *a* periculo, ubi germ. dicimus: fliehen, sich fürchten, sich hüten, verbergen *vor*, ubi timens et abscondens se cogitatur fugere *ante* persecutorem. His similia sunt: חָפְשִׁי מִן liber (tutus) ab aliquo Iob. III, 19; מָעוֹז מֵאֹיֵב praesidium ab hoste Nah. III, 11; צֵל מֵחֹרֶב umbra, quae defendit a calore Jes. IV, 6. XXV, 4. Iob. XXI, 9: בָּתֵּיהֶם שָׁלוֹם מִפָּחַד *domus eorum tutae a terrore;* item Esth. V, 9: לֹא קָם וְלֹא זָע מִמֶּנּוּ *neque surrexit neque movit se coram illo*, pr. prae reverentia eius. Iob. XXXI, 23: מִשְּׂאֵתוֹ לֹא אוּכָל *prae maiestate* (ob timorem maiestatis eius) *non potuissem.*

c) Ponitur post *accipere* (לָקַח מִיַּד, לָקַח מִן), *dari* (Eccl. XII, 11), *poscere* (בִּקֵּשׁ), *petere* (שָׁאַל) *ab* aliquo, et quae his cognata sunt, v. c. vindictam sumere *ab* aliquo (נָקַם מִן 1 Sam. XXIV, 13) al. Eodem pertinet Jes. LVII, 8: וַתִּכְרָת־לָךְ מֵהֶם *pacisceris tibi* aliquid *ab iis* (v. כָּרַת p. 718 A).

d) Quemadmodum ponitur post verbum surgendi, *erigendi*, sic etiam post *solari*, *consolari.* Gen. V, 29: זֶה יְנַחֲמֵנוּ מִמַּעֲשֵׂנוּ וּמֵעִצְּבוֹן יָדֵינוּ.

---

*) Iud. VII, 3 verba: *si quis timidus est* יָשֹׁב וְיִצְפֹּר מֵהַר הַגִּלְעָד explicanda sunt: *is revertatur per montanum Gilead* i. e. revertatur in patriam (transjordanensem) ita, ut montanum Gileaditicum transeat et *ex* hoc in patriam provinciam ingrediatur. Congruunt formulae arabicae: دخل من الباب ingressus est urbem *de porta* veniens, ubi nos: *per* portam, عبر نهرا من الجسر transiit flumen *de* ponte veniens, pro per pontem. Conf. supra Cant. II, 9. V, 4.

e) Saepe praemittitur particulis loci (quae magnam partem proprie nomina sunt), et significat *discessum* ab (ex) eo loco, quem particula designat. Ita praefigitur *α*) adverbiis: מֵאָחוֹר a tergo, מִשָּׁם inde, מֵאַיִן unde? מִזֶּה, מִפֹּה hinc, מִסָּבִיב undiquaque, מִלְמַעְלָה desuper, מִלְמַטָּה ab imo. — *β*) praepositionibus, מֵאַחֲרֵי et מֵעֵבֶר a post, *hinter* (etwas) *weg*; מִלִּפְנֵי, מִמּוּל, מִנֶּגֶד ab ante, *vor* (etwas) *weg*; מֵאֵת, מֵעִם ab apud, *bey* etwas) *weg*; מֵעַל *oben von* (etwas) *weg*, contra מִתַּחַת: מִקֶּרֶב, מִתּוֹךְ e medio alic. rei; מִבֵּין *zwischen* (etwas) *weg*. Cf. gall. *de chez*, *d'auprès*. Alia est particulae vis in exemplis litt. *h* et *i* explicandis.

f) Etiam sine verbo positum significat, aliquid distare *ab* alia re, procul abesse *ab* ea (cf. litt. a), ut gr. *ἀπ' Ἄργεος* procul ab Argo, *φίλης ἀπὸ πατρίδος αἴης* Il. 2, 162. Prov. XX, 3: שֶׁבֶת מֵרִיב *sedere procul a lite*. Num. XV, 24: מֵעֵינֵי הָעֵדָה *procul ab oculis concionis*. Jes. XIV, 19. (Ex hoc genere est arab. أين أنت من نوح وطول عمره ubi tu es a Noacho et longaevitate eius! i. e. quantopere tu distas a Noacho cet.). Inde est aa) *absque*, *sine*. Iob. XI, 15: *tolles faciem tuam* מִמּוּם *absque macula*, immunem a macula. Gen. XXVII, 39. Mich. III, 6: לַיְלָה לָכֶם מֵחָזוֹן *nox vobis* erit *sine visione*. Jer. XLVIII, 45: bb) *praeter*, *excepto*. 2 Sam. XIII, 16. 1 Paral. XXIX, 3. Contra

g) significat, aliquid pendere *ab* (s. *ex*) aliqua re, cum ea coniunctam esse, ita quidem, ut ab ea quasi prodire et proficisci videatur. Jes. XL, 15: מַר מִדְּלִי *gutta de amphora* dependens, ubi nos: ein Tropfen am Eimer. LXX. *σταγὼν ἀπὸ κάδου*. Male Hitzigius: gutta *ex* amphora, ut gutta ex mari. Cant. IV, 1: גָּלְשׁוּ מֵהַר גִּלְעָד *discumbunt* (greges) pendentes quasi *a monte Gilead* i. e. in latere eius (cf. Soph. Antig. 411: *καθήμεθ' ἄκρων ἐκ πάγων*, Od. 21, 420: *ἐκ δίφροιο καθήμενος*, it. *προςφυὲς ἔκ τινος* Od. 19, 58). Eodem referenda sunt قرب من prope abesse *ab* aliqua re; syr. ܡܢ ܬܠܬܐ nudius tertius, pr. dies proximus *ab* hesterno; et fortasse etiam Ruth II, 20: מִגֹּאֲלֵנוּ הוּא *is* est proximus *a Goële nostro* (cf. pag. 254 A), lat. alter *a* Goële, quanquam LXX. Syr. interpretantur: unus *ex cognatis nostris*, quasi scriptum sit מִגֹּאֲלֵינוּ. Ferme coaluit particula h. l. (et in syr. ܡܢܬܠܬܐ) cum nomine, et similiter iudicari poterat hoc exemplum Dan. VIII, 9: קֶרֶן אַחַת מִצְּעִירָה quod ex illa analogia explicandum esset: *cornu aliquod satis parvum*, *subparvum*, in quo vocabulo particula itidem coaluit cum adiectivo. Vulg. *modicum*. Sed malim tamen מִן h. l., ut in exemplis supra p. 801 B et not. *) expositis, partitivum vel potius diminutivum habere, ut קֶרֶן מִצְּעִירָה sit *cornu parvulum*, cf. אֶחָד unus, מֵאֶחָד unulus, ullus. Non bene C. B. Michaëlis: „praeparvum seu quasi minus quam parvum" coll. מֵאַיִן de quo vide supra: linguae autem rationibus et contextui prorsus contrarium alii (Ewald. gr. crit. pag. 515): *non parvum*, *non admodum parvum*, LXX. Theod. *ἰσχυρόν*; nam *parvum* fuisse cornu, et מִצְּעִירָה significatione prope abesse a צְעִירָה, tum ex sequentibus verbis apparet, tum ex loco parallelo VII, 8, ubi pro eo est זְעֵירָה. Sic etiam Syr. et Gr. Venet. *μικρόν*. In eandem sententiam C. a Lengerke explicat: *ex parvitate* i. e. parvum. — Praeterea ab hac disputatione alieni sunt loci Exod. XXVII, 2. XXXVIII, 2 et XXV, 31 sqq., in quibus מִן non eo referendum est, quod altari cornua, candelabro ornamenta eius adhaerent, sed ad *materiam* spectat. Exod. XXVII, 2: *ex eodem* (ligno) *sint cornua eius*. XXV, 31: *ex eodem* (opere tornatili) *erant*.

h) Praemittunt מִן regioni locove, in quo aliquid est, dicuntque מִקֶּדֶם *ab oriente*, מִיָּם *ab occidente*, ubi nos: *gen* Osten, *versus* orientem. Ea cogitatur regio *spatii*, in quam *ab oriente* venientes mediumque spatium petentes incidunt, quam nos ita describimus, ut nos e medio spatio proficiscentes *orientem versus* progredi fingamus. Gen. II, 8: *et plantavit Jova Deus hortum in Eden* מִקֶּדֶם *ab oriente* i. e. in orientali eius parte (von Osten herein). XII, 8: בֵּית אֵל מִיָּם וְהָעַי מִקֶּדֶם *Bethel* sita erat *ab occidente* eius loci, *et Ai ab oriente* i. e. Bethel ibi sita erat, ubi *ab occidente* venientes ad eum accedebant. Sic מִצָּפוֹן Iud. VII, 1, neque aliter cogitanda sunt: מִבַּיִת intus, ab interiore parte et מִחוּץ extrinsecus, ab exteriore parte, v. c. Gen. VI, 14: וְכָפַרְתָּ אֹתָהּ מִבַּיִת וּמִחוּץ בַּכֹּפֶר; מִמּוּל ab anteriore parte, a fronte, מִתַּחַת ab inferiore parte, infra. Sic gr. *πρὸς Νότου*, lat. a fronte, a tergo, gall. dessous, dessus, dedans, dehors, derrière pro d'arrière.

Sq. genit. vel לְ particula oriuntur hae locutiones: מִצַּד *a latere* alic. מִימִין לְ *a dextra* alic., מִשְּׂמֹאל לְ *a sinistra* alic., מִמַּעַל לְ *a superiore parte* alic. = עַל לְ, מִתַּחַת לְ *ab inferiore parte* alic. = תַּחַת, מִחוּץ לְ = חוּץ לְ al. (v. litt. A, 4, e, p. 730 B), quae eodem modo explicanda sunt: ubi *a dextra* accedo *ad* aliquem, wenn ich *von unten* her *zu* etwas gelange = an der unteren Seite. Neque aliter hae particulae, quae, si originem spectas, et ipsae locales sunt: מִלְּבַד et לְבַד מִן germ. dicas: *beyseits von* —, et *von beyseits*, mit Beseitigung von = ausser: et מִבַּלְעֲדֵי = בִּלְעֲדֵי.

i) Quoniam res, quas nos conspicimus, etiam ad nos spectare videntur, locus aliquis paullulum remotus, ita quoque describi potest, ut ad nos prospicere dicatur. Sic latine dicitur *e regione*, *ex adverso*, et sic hebr. מִנֶּגֶד *e regione* Gen. XXI, 16. Num. II, 2 et מֵרָחוֹק *e longinquo* pro *procul*. 1 Sam. XXVI, 13: *et stetit in cacumine montis* מֵרָחוֹק *e longinquo* cf. gr. *ἑστηκέναι μακρόθεν* (lat. procul adstare).

Ceterum k) eiusmodi locutiones, ut מִקֶּדֶם *ab oriente* pro *in orientali regione*, et מֵרָחוֹק *e longinquo* pro *procul*, adeo post verba motus poni possunt de termino, qui eundo petitur. Sic Jes. XXII, 3: מֵרָחוֹק בָּרָחוּ. XXIII, 7: יֹבִלוּהָ רַגְלֶיהָ מֵרָחוֹק לָגוּר. Gen. XIII, 11: וַיִּסַּע לוֹט מִקֶּדֶם. Non sufficit in his locis interpretari: fugiunt *in longinquo*, et videtur potius integra locutio in accusativo cogitanda esse, ut idem valeat quod: אֶל־מֵרָחוֹק. Etiam lat. *procul* est e longinquo, in longinquo et *in longinquum*, unde abire, discedere, proficisci *procul*.

4) De *tempore*, significat

a) terminum *a* quo, velut: מִן הָעֵת הַהִיא inde ab hoc tempore Neh. XIII, 21, מֵאָז a longo tempore, it. ab (aliquo) tempore, ex quo, מִתְּמוֹל שִׁלְשֹׁם ab heri et nudius tertius, מֵעוֹדִי ex quo ego (sum, vivo), מֵעַתָּה a nunc, מִנְּעֻרִים a iuventute 1 Sam. XII, 2, et sic etiam מִבֶּטֶן אִמִּי ab utero matris meae i. e. ex quo ex utero egressus sum Iud. XVI, 17, מִנִּי בֶטֶן Jes. XLVI, 3. Ubi certo temporis spatio praemittitur, ab initio, non a fine eius computandum est, ut gr. ἀφ' ἡμέρας, ἀπὸ νυκτός, lat. *de die*, *de nocte*. Lev. XXVII, 17: מִשְּׁנַת הַיֹּבֵל bene Vulg. *statim ab initio incipientis iubilei*, opp. אַחַר הַיֹּבֵל Comm. 18. Jes. XXXVIII, 12: מִיּוֹם עַד לַיְלָה *ab initio diei* i. e. a mane *ad noctem*, unius diei spatio. מִיָּמֶיךָ inde ab initio vitae tuae Iob. XXXVIII, 12. 1 Sam. XXV, 28. מִיּוֹם inde ab initio temporis s. mundi (LXX. ἀπ' ἀρχῆς) Jes. XLIII, 13. Aliter מִימֵי קֶדֶם ex antiquo tempore Ps. LXXVIII, 2.

b) ipsum tempus, quo aliquid fiat vel factum sit (cf. מִן de ipso loco, no. 3, h). מֵעוֹלָם a longo tempore i. e. olim Jes. XLII, 14. Prov. VIII, 23, מֵאָז id. מִטֶּרֶם i. q. בְּטֶרֶם nondum, מִמָּחֳרָת postero die Gen. XIX, 34. Ex. IX, 6. Jos. V, 11 (ubi vide Maur.).

c) tempus, quod proxime excipit aliud: *statim post* (cf. no. 3, litt. g) ut gr. ἐξ ἀρίστου, lat. *ab itinere*, *ex consulatu* (Handii Tursell. II, p. 645). Ps. LXXIII, 20: כַּחֲלוֹם מֵהָקִיץ *ut somnium postquam expergefacti sumus.* Prov. VIII, 23: מִקַּדְמֵי אָרֶץ *statim post primordia terrae*, מִיֹּמָיִם post biduum Hos. VI, 2, מִקֵּץ et מִקְצֵה statim post finem, et simpl. post = אַחַר. Gen. XLI, 1. Jos. III, 2. מִיָּמִים post aliquod tempus Iud. XI, 4. XIV, 8, מִיָּמִים רַבִּים Jos. XXIII, 1, מֵרֹב יָמִים Jes. XXIV, 22, כְּמִשְׁלֹשׁ חֳדָשִׁים post tres menses Gen. XXXVIII, 24. Eodem referri potest מִן הַמּוֹעֵד *ultra* tempus statutum 2 Sam. XX, 5.

Ab *egrediendo* et *eximendo* (no. 2) proficiscitur

5) huius particulae usus *comparativus*: *magis quam*, quem habet etiam apud Arabes, Syros, habetque ·እም፡ Aethiopum. Usurpatur enim de re, quae reliquis aliqua ratione praestans *ex* earum *grege* qs. *eximitur* (cf. lat. *egregius*, *eximius*, gr. ἐκ πάντων μάλιστα Il. 4, 96, ἐκ πασέων 18, 431, lat. ex omnibus optime Plaut. Most. 2, 1, 24, hebr. בָּחַר מִן Ps. LXXXIV, 11). Deut. XIV, 2: *populus* מִכֹּל הָעַמִּים *ex omnibus populis* exemtus, iis praestantior. 1 Sam. IX, 2: גָּבֹהַּ מִכָּל־הָעָם *maior omni populo*, pr. et hac ratione ex reliquo populo exstans, *eminens*. עָקֹב מִכֹּל fraudulentior omnibus i. e. fraudulentissimus omnium. Jerem. XVII, 9, cf. 1 Sam. XVIII, 30. 2 Reg. X, 3. 2 Par. IX, 22. Ez. XXXI, 5. Ps. XLV, 8 al. In aliis exemplis aliqua res (aliqua ratione) *eminere* dicitur *super* aliam, hinc eam superare, v. c. טוֹב מִבָּלָק *melior Balako* i. e. bonitate eminens super Balacum Iud. XI, 25, מָתוֹק מִדְּבַשׁ dulcius melle XIV, 18, חָכָם מִדָּנִאֵל sapientior Daniele Ez. XXVIII, 3, et cum verbis Iud. II, 19: הִשְׁחִיתוּ מֵאֲבוֹתָם *pravius agebant quam patres eorum.* Gen. XIX, 9. XXVI, 16. XXIX, 30. XXXVIII, 26. XLI, 40. Iud. II, 19. 1 Sam. X, 23. XV, 33. XVIII, 30. 2 Sam. VI, 21. XX, 6. 1 Reg. I, 37. IV, 30 (V, 10). Jer. V, 3. Iob. VII, 6. IX, 25. XXXV, 11. Prov. XXVIII, 23. Prae ceteris notentur hae locutiones: חָסֵר מִן minus habuit quam alius, caruit aliqua re magis, quam alius Ps. VIII, 6; נָפַל מִן cecidit comparatus cum aliquo i. e. ei cessit, contra עָמַד מִן ei non cessit, restitit ei Dan. XI, 8, שָׁנָה מִן diversus fuit ab aliquo. — Non multum differt eorum sententia, qui ad *recedendi* potestatem revocant comparativum huius particulae usum, ut Ewaldus in gramm. crit. pag. 599 et Winerus in Lex. pag. 565, et exempla illa declarant: ,,tam *dulce*, ut hac ratione seiungi debeat a *melle*" (malim: distet magno spatio a melle); namque qui *eminent super* alios, etiam *distant ab* iis; sed ad praestantiam et excellentiam alicuius rei depingendam et quasi ante oculos ponendam specialem *eminendi*, *exstandi*, hinc *superandi* imaginem aptiorem esse, quam generaliorem *distandi*, nemo non intelligit: *es ist an die Entfernung mit der Richtung nach oben zu denken* (cf. usum particulae עַל in comparando Iob. XXIII, 2. Ps. CXXXVII, 6).

Ceterum adde hos מִן comparativi usus: a) Tertium, quod vocant, comparationis omitti potest, ita ut simpliciter dicatur, aliquam rem super aliam eminere, non addita ratione, qua id fiat. Jes. X, 10: פְּסִילֵיהֶם מִירוּשָׁלַםִ *quorum idola superant* idola *Hierosolymorum* sc. multitudine et potentia. Iob. XI, 17: מִצָּהֳרַיִם יָקוּם חָלֶד *prae meridie* (clarius quam meridies) *surgit vita.* Mich. VII, 4. Ps. LXII, 10. — b) *Maior*, *maius aliquo* vocatur, quod maius est quam quod alicui conveniat, *iusto maius* quam quod id assequi, facere possit (zu gross *für* ihn). Iud. VII, 2: רַב הָעָם . . . מִתִּתִּי אֶת־מִדְיָן בְּיָדָם *maior est populus . . . quam ut Midianitas ei traderem*, non convenit, tam numeroso populo tradere hostes, quum Deus parvis copiis victoriam reportare possit. Deut. XIV, 24: יִרְבֶּה מִמְּךָ הַדֶּרֶךְ *iter maius est*, *quam ut facere possis*. Iob. XXXV, 5: *intuere nubes* גָּבְהוּ מִמֶּךָּ *nimis altae sunt tibi* i. e. eas assequi non potes. Gen. XVIII, 14: הֲיִפָּלֵא מֵיְהוָה דָּבָר. IV, 13. Contra *minus*, *levius* aliquo vocatur, quod tam leve est, ut eo vix dignum sit (zu klein, zu gering für). Iob. XV, 11: הַמְעַט מִמְּךָ *num parum est tibi?* ist's dir zu wenig? Num. XVI, 9. Jes. XLIX, 6: נָקֵל מִהְיוֹתְךָ לִי עֶבֶד. De homine Gen. XXXII, 11: קָטֹנְתִּי מִכֹּל הַחֲסָדִים (vix dignus sum omnibus beneficiis). — c) Magna intercedit necessitudo inter hunc comparativum particulae usum et vim negativam (v. no. 6, b). Hos. VI, 6: חֶסֶד חָפַצְתִּי וְלֹא זָבַח וְדַעַת אֱלֹהִים מֵעֹלוֹת *pietate delector*, *non sacrificiis*, *cognitione Dei magis quam holocaustis.*

6) מִן infinitivo praemissum varios usus habet, qui quidem omnes pendent ex varia particulae potestate in superioribus (no. 2 — 5) exposita. Est enim a) *propterea*

quod, quia (cf. no. 2, litt. f). Deut. VII, 8: מֵאַהֲבַת יְיָ אֶתְכֶם *quia Jova vos amat.* — b) A recedendi potestate (no. 3) perdet vis eius negativa: *ne, quominus*, v. c. Gen. XXXI, 29: הִשָּׁמֶר לְךָ מִדַּבֵּר *cave tibi a loquendo* i. e. *ne* loquaris. Ita post verba, quae ad cessandi, item retinendi, impediendi notionem redeunt, v. c. retinere Num. XXXII, 7, custodire, cavere Gen. l. c. Ps. XXXIX, 2, dehortari Jes. VIII, 11, reiicere 1 Sam. VIII, 7, claudere, obturare Jes. XXIV, 10. Zach. VII, 12, dimittere Exod. XIV, 5, oblivisci Ps. CII, 5. V. c. Num. l. c. *quare avertitis animum Israëlitarum* מֵעֲבֹר אֶל הָאָרֶץ *ne transeant in terram.* Gen. XXVII, 1: *oculi eius caligabant* מֵרְאֹת *ita ut non viderent.* Jes. XLIX, 15: *an obliviscitur mulier infantis sui* מֵרַחֵם בֶּן־בִּטְנָהּ *ita ut non misereatur* cet. Eodem redit Jes. LIV, 9: *iuravi* מִקְּצֹף עָלַיִךְ *me non irasci velle*, pr. *iuravi* et hoc obstat, *quominus irascar.* — Passim loco verbi est nomen et מִן est pro pleniore מִהְיוֹת 1 Sam. XV, 23: *reiecit te* מִמֶּלֶךְ *ita ut non* amplius *rex sis.* Jer. XLVIII, 2: *delebimus eam* מִגּוֹי *ita ut non* amplius *gens sit.* Jes. LII, 14: מִשְׁחַת מֵאִישׁ מַרְאֵהוּ *deformis, vix humana* (pr. *non* amplius *hominis*) erat *species eius* Iob. XXXIV, 30. Adde Jes. XVII, 1. XXIII, 1. XXV, 2. Jerem. II, 25. 1 Reg. XV, 13. — c) de tempore: *α*) *ex quo* (v. no. 4, a). Jes. XLIV, 7: מִשּׂוּמִי עַם עוֹלָם *ex quo creavi populum aeternum.* Num. XXIV, 23. Iob. XX, 4. 1 Par. VIII, 8. 2 Par. XXXI, 10. *β*) *statim post* (v. no. 4, c). Ps. LXXIII, 20.

7) Semel est Conj. futuro praemissa i. q. syr. ܕܠܡܐ, arab. مِنْ أَنْ: *ne*, cf. no. 6, b. Deut. XXXIII, 11: מִן־יְקוּמוּן LXX. *μὴ ἀναστήσονται.* Vulg. *non consurgant.* Cf. Lgb. p. 636.

Not. Quod LXX Deut. XXXIII, 2 מִן reddunt *σύν*, *cum*, a notione huius particulae prorsus alienum est, neque necessarium, quum verba apte explicentur: *venit* (Deus) *a myriadibus sanctis*, ab angelorum agminibus. De locis Jes. XXII, 3. Gen. XIII, 11, ubi reddunt: *versus*, quid iudicandum sit, v. supra no. 3, litt. k.

לְמַ, לְמִי, לְמִן idem valet quod מִן (quod tantum in certis quibusdam formulis reperitur: לְמַטָּה, לְמַעְלָה, לִפְנִים), et prorsus respondet latino *inde* (pro *de-in*). Frequentatur enim pro מִן significatione supra no. 3, *α*—*δ* exposita de termino a quo pro *inde ab*, a) de loco: לְמֵרָחוֹק inde a longinquo Iob. XXXVI, 3. XXXIX, 29. b) de tempore 2 Sam. VII, 19. 2 Reg. XIX, 25. 1 Par. XVII, 10. Mal. III, 7, cf. 1 Par. XXVII, 23. — Saepe sibi respondent לְמִן — עַד, לְמִן — וְעַד *inde ab* — *usque ad* Mich. VII, 12. Zach. XIV, 10, de tempore Iud. XIX, 30. 2 Sam. VII, 6. Jer. VII, 7, it. *tam, quam* 2 Par. XV, 13: לְמֵאִישׁ וְעַד אִשָּׁה *tam vir, quam femina.* Esth. I, 20. Jer. LI, 62, et cum negandi particula: *neque, neque* Exod. XI, 7, 2 Sam. XIII, 22. — Ceterum in hunc censum non veniunt: לְמִבֵּית Num. XVIII, 7. et לְ לְמִתַּחַת 1 Reg. VII, 32, quae sunt pro מִבֵּית, מִתַּחַת לְ addita notione *motus ad* locum, cf. אֶל מִחוּץ.

מִן chald. (quod integrum manet, sed v. Esr. VI, 14) c. Suff. מִנִּי, מִנָּךְ, מִנֵּהּ, מִנַּהּ, מִנְּהוֹן i. q. hebr. 1) *pars rei*, st. cstr. nominis מִן. Vis partitiva manifesta est in huiusmodi exemplis Dan. II, 33: *quod ad pedes eius attinet*, מִנְּהוֹן דִּי פַרְזֶל מִנְּהוֹן דִּי חֲסַף *pars eorum erat ferrea, pars eorum figlina*, syr. ܡܢܗܘܢ — ܡܢܗܘܢ 2 Tim. II, 20. Barhebr. p. 171. 200. Agrell suppl. 242. 244 (litt. H).

2) *ex*, pr. de egrediendo. Dein a) de auctore, a quo ceu fonte aliquid prodit, proficiscitur, post pass. Esr. IV, 21; b) de causa, qua quis movetur: *propter* Dan. V, 19, מִן דִּי *quia* Dan III, 22; c) de norma, *ex* qua aliquid fit Esr. VI, 14, מִן טַעַם VII, 23, unde מִן קְשֹׁט ex veritate s. secundum veritatem, *vere* Dan. II, 47, מִן יַצִּיב certo II, 8 cf. gr. *ἐκ* in adverbiis circumscribendis v. c. *ἐξ ἐμφανοῦς*, *ἐξ ἴσου*, lat. ex aequo, ex vero.

3) *ab*, *a*, v. hebr. no. 3. Inde poenam sumere *ab* aliquo Esr. VII, 26, timere *ab* aliquo Dan. V, 19. De tempore: מִן דִּי ex quo (tempore) Dan. IV, 23. Esr. V, 12. Saepe sqq. aliis praepositt. מִן לְוָת = hebr. מֵעִם, מִן אֱדַיִן. מִלְּקֳדָם, מִקֳּדָם i. q. hebr. מִלִּפְנֵי, מִפְּנֵי, מִן קֳדָם. לְוָת v. מֵאת, i. q. מֵאָז inde ab eo tempore, v. אֱדַיִן. — Eodem pertinet significatio privativa (de qua v. hebr. no. 6, b) Dan. IV, 13: לִבְבֵהּ מִן אֲנָשָׁא יְשַׁנּוֹן *cor eius mutabitur, ut non amplius* cor *hominis sit.*

4) comparative: *prae, magis quam* Dan. II, 30.

* * *

מִנִּי Jer. LI, 27 (et sec. Targ. Ps. XLV, 9, sed vide מֵן pag. 799 B) n. pr. provinciae Armenicae, quae l. c. cum Ararat copulatur, i. e. bene observante Bocharto (Phaleg I, c. 3 p. 19. 20) *Μινύας* Nicol. Damasc. ap. Jos. ant. 1, 3 §. 6, Armeniae tractus, super quem promineat Baris mons, in quo vestigia arcae supersint. Syr. ܐܪܡܢܝܐ Armenia. Ad utrumque (מִנִּי *Μινύας*) St. Martin (Mémoires sur l'Armenie I p. 249) scite confert terram *Manavasaeorum*, in centro fere Armeniae sitam, dictam a *Manavas* (Մանաւազ), filio Haigi, quem Armeniae conditorem fuisse ferebant (v. Moses Choren. I, 11). Minus probabile est, quod Bochartus l. c. coniicit, ex הַר־מִנִּי ortum esse graecum nomen *'Αρμενία*, quod potius ab *Aram* ductum videtur (v. St. Martin l. c. p. 259).

מִנִּית n. pr. oppidi in finibus Ammonitarum Iud XI, 33, unde triticum ad Tyri mercatum deferebatur Ez. XXVII, 17. Hieron. de locis hebr. „Mennith ..... nunc autem ostenditur Mannith villa in quarto lapide Esbus pergentibus Philadelphiam."

מָנַע 1) *denegavit, recusavit.* (Arab. منع id. et arcuit, prohibuit. Chald. id. Syllaba primaria est נע, quae negandi vim habet, v. נוּא). Coniungitur sq. acc. rei et מִן pers. denegavit alicui aliquid. Gen. XXX, 2: אֲשֶׁר מָנַע מִמֵּךְ פְּרִי בָטֶן *qui tibi denegavit fructum ventris.* Iob. XXII, 7: וּמֵרָעֵב תִּמְנַע לָחֶם *et esurienti denegabas panem.* 2 Sam. XIII, 13. 1 Reg. XX, 7. Prov. III, 27. XXIII, 13. Neh. IX, 20. Jer. XLII, 4. Am. IV, 7. Rarius sq. לְ pers. Ps. LXXXIV, 12 et absol. XXI, 3.

2) *arcuit, prohibuit* aliquem (aliquid) ab aliqua re, sq. acc. et מִן. Jer. XXXI, 16: מִנְעִי קוֹלֵךְ מִבֶּכִי *prohibe vocem tuam a fletu.* XLVIII, 10: מֹנֵעַ חַרְבּוֹ מִדָּם *qui prohibet gladium suum a sanguine.* Prov. I, 15. Sq. מִן c. inf. 1 Sam. XXV, 26. 34: אֲשֶׁר מְנָעַנִי מֵהָרַע אֹתָךְ, et concise (v. מִן no. 6, b) Jer. II, 25: מִנְעִי רַגְלֵךְ מִיָּחֵף *cave ne discalceatus fias,* noli ita festinare, ut calceos amittas. — Sed *arcere aliquem ab* aliqua re etiam hunc sensum habet: *denegare alicui aliquid* (v. no. 1) Num. XXIV, 11: מְנָעֲךָ יְיָ מִכָּבוֹד *arcuit te Jova ab honore,* denegavit tibi honorem. Iob. XXXI, 16. Eccl. II, 10. — Absol. Ez. XXXI, 15: אֶמְנַע נַהֲרוֹתֶיהָ *cohibebo flumina eius.* Prov. XI, 26. Iob. XX, 13.

Niph. cohiberi (de pluvia) Jer. III, 3, sq. מִן pers. Iob. XXXVIII, 15, sq. מִן c. inf. ab aliqua rei facienda Num. XXII, 16.

יִמְנָע (quem *retinet* Deus) n. pr. viri 1 Paral. VII, 35.

תִּמְנָע (quod inaccessum est, coll. arab. مَنُعَ inaccessus fuit, aptum nomen mulieris pudicae) n. pr. pellicis Eliphasi, filii Esaui Gen. XXXVI, 12. 22. 1 Par. I, 39, quae cognomini Edomitarum tribui nomen dedit Gen. XXXVI, 40. 1 Par. I, 51.

מָסָה i. q. מָסַס et מָאַס no. II. *liquefactus est, diffluxit.* (Chald. מְסָא, syr. ܡܣܐ dissolutus est, computruit, aeth. መሰወ: liquefecit.)

Hiph. fut. apoc. תֶּמֶס Ps. XXXIX, 12 *liquefecit, dissolvit,* ut glaciem Ps. CXLVII, 18. Ps. VI, 7: בְּדִמְעָתִי עַרְשִׂי אַמְסֶה *stratum meum lacrimis dissolvo.* Hinc *consumsit, evanescere fecit.* Ps. XXXIX, 12. Trop. *liquefecit cor* i. e. ei pavorem iniecit. Pl. הִמְסִיו more chald. pro הֵמַסּוּ Jos. XIV, 8. Cf. מָסַס.

מָסַךְ *miscuit* i. q. מָזַג. (Latissime patet haec radix praeter linguas semiticas in linguis indogerm., nec non slavicis. Vide arab. ماش, مقش, مزج, مشج, مشق med. Je miscuit, خمّش, مخموش permixtio, nostr. Mischmasch; aram. ܡܙܓ, מְזַג, מְזַךְ; sanscr. *maksch, miç, miçr,* pers. آميزيدن, آميختن et آميزش mixtura, gr. *μίσγω*, lat. *misceo*, polon. *mieszam*, bohem. *smisseti*, angl. *to mash, to mix*, nostr. *mischen*). Ps. CII, 10: *potum meum misceo lacrimis meis.* Jes. XIX, 14: יְהוָה מָסַךְ בְּקִרְבָּהּ רוּחַ עִוְעִים *Jehova miscuit in medio eiu spiritum perversitatum* h. e. Jehova immisit in eos indolem perversam. Ubi dicunt *miscere vinum* Prov. IX, 2. 5, dubitatur, utrum intelligendum sit vinum *aqua* temperatum, an aromatibus conditum (v. Lowthium et nos ad Jes. I, 22. Hitzig. ibid. Winer Reallexicon II, 795). Quae priorem sententiam commendare queant, supra dixi s. v. מָזַג, et Hebraeos Arabesque vinum nonnunquam aqua temperasse, apparet tum ex Misna, Baba Mezia 4, 11, tum ex verbis locisque supra (s. v. מָהַל) collectis: licet hae ipsae locutiones evincant, vinum aqua temperatum potatoribus enervatum et languidum visum esse (vide prae ceteris quae collegit Silv. de Sacy ad Har. Cons. 35 p. 391). Postea vero incidi in locum Misnae, ex quo apparet, vini conditaram Hebraeis aliisque Orientalibus minime, ut censebat Hitzigius, incognitam fuisse. Maaser Scheni 2, 1: אין מפטמין שמן של מעשר שני .... אבל מפטם הוא את היין נפל בתוכו דבש ותבלין והשביחו השבח לפי חשבון *non condiunt oleum decimarum secundarum, ... sed condiunt vinum; si inciderit in id mel et condimenta, unde melius reddatur, illa in melius confectio fit iuxta computum.* Accedit quod Prov. l. c. *vini mixtura* coniungitur cum mactatione et convivii adornatione, quum contra vinum aqua miscere solerent, dum potarent et vinum infunderent; et Jes. V, 22 מְסֹךְ שֵׁכָר de aqua *temeto* admixto vix intelligi potest. Contra ex crebra huius ipsius potus (v. שֵׁכָר) mentione colligas, Hebraeos eiusmodi latices fortius inebriantes in deliciis habuisse, eorumque mentionem a strenue potantium descriptione (Jes. l. c.) non alienam esse. In N. T. habes *ἐσμυρνισμένον οἶνον* Mc. XV, 23.

מֶסֶךְ m. *vinum* mixtum (v. rad.). Ps. LXXV, 9 (parall. יַיִן).

מָסָךְ v. rad. סָכַךְ.

מְסִכָּה v. ibid.

מַסֶּכֶת v. נָסַךְ.

מִמְסָךְ i. q. מֶסֶךְ Prov. XXIII, 30. Jes. LXV, 11.

מִסְכֵּן adj. *pauper*, v. rad. סָכַן.

מָסַס *diffluxit, liquefactus est.* (Chald. מְסַס et אִתְמְסַמֵּס liquefieri, dissolvi, אִתְמְזְמֵז diffluere. Vicinae radd. sunt מָסָה et מָאַס no. II, arab. ماث dissolvit, maceravit in aqua, it. נָסַס. Cf. etiam radd. מוּא, מוּג). In Kal semel legitur de aegroto contabescente Jes. X, 18.

Niph. נָמַס in Pausa נָמֵס et נָמֵס fut. יִמַּס inf. הִמֵּס 2 Sam. XVII, 10. Ps. LXVIII, 3 *liquefactus est,* de manna Ex. XVI, 21, de cera Ps. LXVIII, 3 (cf. XXII, 15. XCVII, 5), per hyperb. de montibus sanguine liquefactis Jes. XXXIV, 3. — Iud. XV, 14: *vincula de manibus eius liquefacta sunt* h. e. qs. soluta deciderunt de manibus. De pecore tabe affecto 1 Sam. XV, 9. Saepius

transfertur a) ad *pavorem* (cf. מוג). 2 Sam. XVII, 10: *fortissimus quisque, cui cor esset instar leonis*, הִמֵּס יִמָּס *liquefieret* i. e. pavesceret. De rebus inanimatis Mich. I, 4. Ps. XCVII, 5. Plerumque tribuitur cordi. Jes. XIII, 7: וְכָל־לְבַב אֱנוֹשׁ יִמָּס. Deut. XX, 8. Jos. II, 11. V, 1. Jes. XIX, 1. Ez. XXI, 12. Nah. II, 11. Primigenia formulae vis servata est in his Jos. VII, 5: *cor populi liquefactum est* וַיְהִי לְמָיִם *et aqua factum est.* b) ad moerorem, dolorem Ps. XXII, 15, cf. Ovid. ex Ponto 1, 2, 57: sic mea perpetuis liquescunt pectora curis, Ignibus admotis ut nova cera solet. Ps. CXII, 10.

Hiph. causat. Niph. litt. a. *pavidum reddidit* Deut. I, 28.

מָס m. *moerore et aegritudine confectus* i. e. infelix. Iob. VI, 14. Cf. rad. Niph. litt. b. Haud pauci codd. plene legunt מָאס, ad normam part. Conj. I. apud Arabes مَاسٌ.

מַס et **מִסָּה** *numerus, portio, tributum* v. sub rad. מָסַס p. 703 A. Nuper quidem Studerus (ad Iud. I, 28) vulgarem derivationem a מָסַס ita explicuit, ut מַס pr. sit *contritio virium*, dein concr. *contritus, substratus* (quidni saltem: confectus? coll. מָס Iob. VI, 14, nam illa potestas in radice vix inest): sed nil dubito, quin aliter iudicasset vir doctissimus, si arctam necessitudinem inter vcc. מָכַס, מִכְסָה et מַס, מִסָּה reputasset.

תֶּמֶס m. *liquefactio* Ps. LVIII, 9.

מָסַר rad. bis obvia (Num. XXXI, 5. 16), eaque tamen valde dubiae interpretationis, et nescio an etiam lectionis. Perfrequens ea est in Chaldaismo, ibique est *tradidit* (in Targg. pro הִסְגִּיר, סָגַר, נָתַן בְּיַד), quod refertur etiam ad *traditionem* doctrinae, unde dicta est *Masora* (מְסוֹרָה), et passim in malam partem accipitur, v. c. מסר בנו למולך filium suum Molocho tradidit immolandum (Misna Sanhedrin 7, §. 7), מוסר *traditor perfidus, proditor*, cf. syr. ܡܣܘܪܐ, ܡܫܡܪܢܘܬܐ delatio, traditio in manus inimicorum. Idem significat apud Zabios et Samaritanos, sed apud hos etiam in Pe. et Aph. i. q. פָּקַד visitavit Gen. XXI, 1, punivit Exod. XXXIV, 7. Deut. V, 9. Aph. Lev. XVIII, 25. Ethp. pass. Num. XVI, 29. Syr. ܡܣܪ est: vinxit, reiecit (Lex. Adl.), it. ausus est, opus aggressus est (BH. 214. Ephr. Opp. III, p. 679. Lex. Adl. جاسر). Sed nihil fere horum congruit cum usu duorum locorum V. T., nisi quod usus Syrorum (ausus est) adhiberi possit uni loco Num. XXXI, 16: לִמְסָר מַעַל בַּיהוָה *ut auderent perfidiam contra Jovam* (Abulw. et Kimchi: *ut darent* exercerent *perfidiam in Jovam*: sed non alteri quoque. Itaque, si modo sana est utriusque loci scriptura, statuere malim, מָסַר idem valere quod נָזַר (fortasse מָזַר v. p. 781) *separavit, separavit se*, ut l. c. vertatur: *ad separandum se* i. e. ad deficiendum *perfide ab Jova*. Sed in locis parallelis Num. V, 6. 2 Par. XXXVI, 14. Ezech. XIV, 13 legitur לִמְעֹל מַעַל, et nescio an etiam h. l. ita reponendum sit. Litterarum ע et ס permutatarum exemplum manifestum habetur Jes. XLI, 24, et ex ל superiore scapo evanido facile oriebatur ר. Librarii autem verbum מסר eo facilius admittebant, quo magis iis tritum videretur.

Alio contextu in Niph. legitur Num. XXXI, 5: וַיִּמָּסְרוּ מֵאַלְפֵי יִשְׂרָאֵל אֶלֶף לַמַּטֶּה, quod de coniectura nostra transferri possit: *et segregati sunt ex tribubus Israëlis mille ex quavis tribu*, ut vertit etiam Saadias. Liberius Onk. Syr. *electi sunt*. LXX ἐξηρίθμησαν, vel ex usu Samaritanorum, quibus מסר est i. q. פקד (v. supra), vel quod legebant וַיִּסָּפְרוּ, quae scriptura non displicet.

מָסֹרֶת v. rad. אָסַר.

מָעַד *vacillavit.* (In reliquis linguis cognatis non reperitur. Sed cognatae sunt radd. מוט et מיד, مَادَ, quarum media radicalis י ex ע emollito orta videtur). Dicitur de talis 2 Sam. XXII, 37. Ps. XVIII, 34, de passu Ps. XXXVII, 31, de ipso homine XXVI, 1. Iob. XII, 5: מוֹעֲדֵי רָגֶל *quorum pes vacillat* (v. de hoc loco s. v. לַפִּיד p. 759). Prov. XXV, 19: רֶגֶל מוּעָדֶת *pes vacillans*, pro מוֹעֶדֶת, י correpto in ו, cf. Lgb. p. 309. Aliis, ut Kimchio, est part. Pu. pro מְמֻעֶדֶת.

Hiph. vacillare fecit Ps. LXIX, 24. Cf. עָמַד no. II.

מָעָה rad. inusit. quae *mollitiei* vim habuisse videtur, ut arab. معى V. molle fuit corium, مَعًى mollities corii, مَاعٍ mollis, lenis, de cibo, a rad. مَعَى. Fortasse cognata sunt مَعَ fluxit, diffluxit, מוג, adeoque مَاعَ (v. rad. מוּא p. 774). Nugatur Fürstius, qui hanc radicis originem ita increpat: וזה זר ונפלא באין מובן וריק, licet veram sibi incognitam esse fateatur. Dicat velim, quid insulsi insit in illa origine, quae a certis analogiae legibus non recedit. Inde

מֵעָה m. in plur. tantum **מֵעִים** cstr. מְעֵי c. suff. מֵעֶיךָ, adeoque מֵעֵיהֶם (pro מְעֵיהֶם) Ez. VII, 19, semel **מְעוֹת** Jes. XLVIII, 19 1) *intestina*. (Chald. מְעָא venter, pl. מְעִין, מְעַיָּן. Syr. ܡܥܝܐ intestinum, v. c. ܡܥܝܐ ܬܪܝܨܐ intestinum rectum, ܡܥܝܐ ܥܘܝܪܐ intestinum coecum. Zab. pl. intestina. Arab. مِعًى, مَعًى pl. أَمْعَاء, aeth. ኣምዑት: id.) 2 Sam. XX, 10. 2 Par. XXI, 15. 19. Ion. II, 1. Spec. cogitantur a) stomachus, cibi receptaculum Num. V, 22. Iob. XX, 14. Ez. VII, 19 cf. Jon. II, 1. 2. b) uterus matris. Gen. XXV, 23. Ruth. I, 11: הַעוֹד לִי בָנִים בְּמֵעַי *num liberos adhuc in utero gestabo?* מִמְּעֵי אִמִּי ab utero matris Jes. XLIX, 1. Ps. LXXI, 6. c) viscera genitalia patris, unde יָצָא מִמְּעֵי פ׳

prodiit ex visceribus alic., ab aliquo ortus est Gen. XV, 4. 2 Sam. VII, 12. XVI, 11. d) ut pectus, cor, translate de *intimo animo*, ut doloris, misericordiae, caritatis sede. Iob. XXX, 27: מֵעַי רֻתְּחוּ וְלֹא דָמּוּ. Thren. I, 20: מֵעַי חֳמַרְמָרוּ. II, 11. Cant. V, 4: מֵעַי הָמוּ עָלָיו. Jes. XVI, 11. LXIII, 15. Jer. IV, 19. XXXI, 20. — Ps. XL, 9: תּוֹרָתְךָ בְּתוֹךְ מֵעָי *lex tua in alto pectore meo residet.* Cf. רַחֲמִים.

2) de *ventre externo*. Cant. V, 14, cf. Dan. II, 32. Fuerunt, qui huc referrent etiam Jon. II, 1: וַיְהִי יוֹנָה בִּמְעֵי הַדָּג שְׁלֹשָׁה יָמִים וגו׳, et Jonam de sententia scriptoris *in ventre* piscis (dorso innatantis?) sedisse existimarent: sed abunde refelluntur isti Comm. 11.

Fem. pl. מְעוֹת habes in loco vexato Jes. XLVIII, 19, quem ita expedio: *erit instar arenae semen tuum,* וְצֶאֱצָאֵי מֵעֶיךָ כִּמְעֹתָיו *et propagines viscerum tuorum ut* propagines *viscerum eius* sc. maris (V. 18), pro pleniore כְּצֶאֱצָאֵי מְעוֹתָיו, i. e. ut pisces maris in visceribus eius orti. מְעוֹת est i. q. מֵעִים, sed forma feminea usum translatum indicat. Vett. verss. כִּמְעֹתָיו reddunt *ut lapilli eius* sc. arenae, quod secuti sunt recentiores plerique et vindicatum iverunt coll. chald. מָעָא nummulus, obolus (fort. lapillus), et arab. ماعية minutim trita res: parum prospere. Illam sententiam, quam in Lex. man. primus proposui, calculo suo probarunt Hitzigius et Maurerus.

מְעָה vel **מְעָא** chald. tantum in pl. i. q. hebr. מֵעִים n. 2 *venter*, isque *externus* Dan. II, 32.

מָעַט 1) arab. مَعِطَ glaber, nudus, depilis fuit, dein *politus*, *acutus fuit*, v. מָלַט, trans. مَعَطَ pr. *rasit*, derasit, depilem fecit (cf. معس fricuit, it. מָרַט, quandoquidem ע et ר litterae sunt sibi vicinae), unde מְעַט pr. ramentum (ein Span, Spänchen), hinc paulum. Ab hoc ductum est denom.

2) *paucus*, *haud numerosus fuit* (opp. רָבָה multus fuit). Lev. XXV, 16: לְפִי מְעֹט הַשָּׁנִים pro annorum paucitate. Exod. XII, 4: אִם יִמְעַט הַבַּיִת *si parva est familia*, it. *paucior factus*, *minutus est.* Ps. CVII, 39. Jes. XXI, 17. Jer. XXIX, 6. XXX, 19. Prov. XIII, 11.

3) *levis fuit.* Neh. IX, 32: אַל יִמְעַט לְפָנֶיךָ אֵת כָּל־הַתְּלָאָה.

Pi. מִעֵט intrans. i. q. Kal *paucior factus est* Eccl. XII, 3.

Hiph. הִמְעִיט 1) *paucum fecit*, *minuit.* Lev. XXV, 16. XXVI, 22. Num. XXVI, 54. XXXIII, 54. Jer. X, 24: פֶּן־תַּמְעִטֵנִי *ne me* (populum) *paucum reddas* i. e. *minuas.* Ezech. XXIX, 15. — 2) *fecit* vel *instituit* aliquid *paulum* s. *parum* (etwas in geringer Menge, in geringem Maasse thun). Num. XI, 32: הַמַּמְעִיט אָסַף עֲשָׂרָה חֳמָרִים *qui paulum* (collegerat), *decem Chomeros collegerat.* Ex. XVI, 17. 18. 2 Reg. IV, 3: *pete vasa vacua,* אַל־תַּמְעִיטִי sc. לִשְׁאֹל *nec pauca* (pete). Spec. *pauca dedit.* Num. XXXV, 8. Exod. XXX, 15: *dives non plus dabit* וְהַדַּל לֹא יַמְעִיט וגו׳ *et pauper non minus dabit, quam siclum dimidium.*

מְעַט, in Pausa מְעָט (non semel, ut Fürstius notat, sed ubique) Deut. VII, 22. Ruth II, 7. 2 Reg. X, 18. 2 Par. XXIX, 34. Jes. X, 7. Dan. XI, 34. Iob. X, 20. Eccl. IX, 14. X, 1, adeoque cum Sakeph מְעָט Deut. XXVIII, 62, (quanquam etiam מְעַט Ez. XI, 16) adeoque semel praeter Pausam 2 Par. XII, 7 pr. *ramentum* (ein Spänchen), inde *paullum, non multum.* Aptissimum hoc etymon, quod nisi fallor Nanningae debetur (diss. Lugdd. p. 920), non tantum firmatur analogia ipsius latini *ramentum* (Plaut. Bacch. 4, 4, 29), sed omnium linguarum, in quibus notio *paucitatis, minimi, nihili* rebus quibusdam minutis exprimitur, ut *ne hilum* (filum) *quidem* (v. ad חוּט), germ. vet. *niht ein bast, niht ein strô, niht ein spriu* (palea), *ni drof* (ne gutta quidem), *niht ein hâr, nicht en stôf* (ne pulvisculus quidem) v. Grimm deutsche Gramm. III, 728 sqq.

Ponitur 1) substantive, ibique a) absol. *paullum*, *non multum* (Weniges), ὀλίγον. Gen. XXX, 30: מְעַט אֲשֶׁר הָיָה לְךָ *non multum habebas.* Ps. XXXVII, 16: טוֹב מְעַט לַצַּדִּיק מֵהֲמוֹן רְשָׁעִים רַבִּים. Prov. XV, 16. XVI, 8. Lev. XXV, 52. Hagg. I, 9. Opp. הַרְבֵּה multum Eccl. V, 11. Jer. XLII, 2. רַב Num. XIII, 18. It. *pauci* (Wenige). Gen. XLVII, 9: מְעַט וְרָעִים הָיוּ יְמֵי *pauci et mali fuerunt dies mei.* Jos. VII, 3: כִּי מְעַט הֵמָּה. 1 Sam. XIV, 6. XVII, 28. Num. XXVI, 56. Iob. X, 20. Cum art. הַמְעַט οἱ ὀλίγοι, c. לְ praef. Num. XXVI, 54. XXXIII, 54. — b) α) sq. genit. nominis: מְעַט מַיִם paullum aquae Gen. XVIII, 4. XXIV, 17, מְעַט אֹכֶל paullum cibi XLIII, 2, מְעַט צֳרִי Gen. XLIII, 11, מְעַט תְּנוּמוֹת paullum soporis Prov. VI, 10, מְעַט גּוֹי λαὸς ὀλίγος Dan. XI, 23; β) praecedente genitivo nominis: מְתֵי מְעַט viri pauci Deut. XXVI, 5, עֵזֶר מְעַט auxilium exiguum Dan. XI, 34, סִכְלוּת מְעַט Eccl. X, 1. — c) praecedente substantivo absoluto, per appositionem, אֲנָשִׁים מְעַט Neh. II, 12, גּוֹיִם לֹא מְעַט populi non pauci i. e. per litot. multi Jes. X, 7, inde vocabulo quodam inserto אֲנָשִׁים בָּהּ מְעָט Eccl. IX, 14.

2) adverbialiter: *paullum*, *non multum* Ps. VIII, 6, de spatio 2 Sam. XVI, 1, saepe de tempore: *paullisper* Iob. X, 20. XXIV, 24. Hagg. II, 6. עוֹד מְעַט (sq. וְ), ἔτι μικρὸν καὶ — Exod. XVII, 4. Ps. XXXVII, 10. Hos. I, 4. — מְעַט מְעַט peu à peu, *paullatim* Exod. XXIII, 30. Deut. VII, 22. — Singularis locutio est: הַמְעַט *num parum est?* nonne satis est? Gen. XXX, 15. Num. XVI, 13, sq. מִן pers. הַמְעַט מִמְּךָ *num minus* est *quam* ut *tibi* conveniat, nostr. ist's zu wenig für dich, nicht genug für dich? (cf. מִן no. 5 litt. b). Num. XVI, 9: הַמְעַט מִכֶּם כִּי הִבְדִּיל וגו׳, Iob. XV, 11. Jes. VII, 13. Ez. XXXIV, 18, sq. לְ pers. id. Jos. XXII, 17. Alia ratio est loci Ez. XVI, 20: הַמְעַט מִתַּזְנוּתָיִךְ *nonne satis est scortationum tuarum?* ubi מִן est partitivum pendens ex מְעַט (viel von, wenig von, v. מִן no. 1 litt. a): neque est quod refellatur Rosenm., qui מִן h. l. redundare et nominativum circumscribere observat. Raro ponitur

3) adiective, unde in pl. מְעַטִּים. Eccl. V, 1: יִהְיוּ יָמָיו מְעַטִּים.

Cum praef. 1) כִּמְעַט, semel כִּמְעַט 2 Par. XII, 7 a) *um weniges* i. e. *non multum abfuit* quin — (cf. כְּ no. 3 extr.) i. e. paene. (Arab. dicas: لولا قليل *nisi exiguum* quid deesset, i. e. parum abest, v. *Caussin* gr. arab. p. 26). Ps. LXXIII, 2. CXIX, 87. Gen. XXVI, 10: כִּמְעַט שָׁכַב אַחַד הָעָם אֶת־אִשְׁתֶּךָ (facile fieri poterat, ut). Cant. III, 4: כִּמְעַט שֶׁעָבַרְתִּי מֵהֶם עַד שֶׁמָּצָאתִי um ein weniges war ich vorüber vor ihnen, als ich fand (vixdum praeterieram, quum). — b) de tempore (v. כְּ no. 3): *brevi tempore, cito* Ps. II, 12. LXXXI, 15. XCIV, 17. Iob. XXXII, 22. — c) ὅσον ὀλίγον, *perpaucum* (v. כְּ no. 4). Prov. X, 20. 2 Sam. XIX, 37; *perpauci* 1 Par. XVI, 19: בִּהְיוֹתְכֶם מְתֵי מִסְפָּר כִּמְעַט וְגָרִים בָּהּ. Ps. CV, 12: in appositione: שָׂרִיד כִּמְעָט *residuum perexiguum* Jes. I, 9. כִּמְעַט רֶגַע perexiguum momentum Jes. XXVI, 20. Esr. IX, 8.

2) לִמְעַט (pr. secundum paucitatem cf. לְבַד) i. q. מְעַט. Hagg. I, 9. 2 Par. XXIX, 34.

מָעַט adj. f. מְעֻטָּה Ez. XXI, 20 *glaber*, inde *politus, acutus*, de gladio, i. q. מֹרָט Comm. 15. 16. Vide rad. no. 1.

מָעַךְ *pressit, compressit, impressit.* 1 Sam. XXVI, 7: חֲנִיתוֹ מְעוּכָה בָאָרֶץ *hasta eius impressa* i. e. infixa *erat in terram*, ut recte LXX. Vulg. Chald. — Part. pass. מָעוּךְ animal *compressis* s. *comminutis testiculis* castratum. Lev. XXII, 24. LXX ἐκτεθλιμμένος. Vulg. contritis testiculis.

Pu. contrectatus est, de mammis impudice contrectatis Ez. XXIII, 3. Apud Talmudicos de compressione mammarum ואותו מקום, ut loquuntur honestatis caussa, v. Buxtorf. p. 1238, unde מָעוֹךְ cingulum pectorale.

מָעוֹךְ (cingulum pectorale?) n. pr. viri 1 Sam. XXVII, 2 cf. מַעֲכָה no. 2, a.

מַעֲכָה n. pr. 1) regionis regnique ad radices Hermonis montis, prope Gesuram, Syriae tractum, ad septentrionales terrae sanctae fines siti (v. גְּשׁוּר) 2 Sam. X, 6. 8. 1 Par. XIX, 6. 7, alibi מַעֲכָת Jos. XIII, 13, אֲרַם מַעֲכָה 1 Par. XIX, 6 (ubi Targ. Syri prope Maacham), בֵּית מַעֲכָה (unde אָבֵל בֵּית מַעֲכָה v. p. 14. 15). Populus, qui Cananiticae stirpis fuisse videtur, appellatur מַעֲכָתִי collect. Maachatitae Deut. III, 14. Jos. XII, 5. XIII, 11. LXX scribere solent Μωχὰ, Μοχὰ de more apud Phoenices recepto, quo ע pronunciant o (Monumm. Phoen. p. 431): et de eiusdem linguae analogia (v. ibid.) בית מעכה interpretandum videtur בֵּית מַלְכָּה *sedes reginae*, cui coniecturae favet etiam, quod מַעֲכָה n. pr. muliebre est, v. no. 2, aa—dd.

2) complurium virorum a) 1 Reg. II, 39. 1 Par. XI, 43. XXVII, 16, qui et מָעוֹךְ q. v. b) Gen. XXII, 24, ubi tamen de sexu dubitatur; et feminarum, aa) uxoris Rehabeami 1 Reg. XV, 2. 10. 13. 2 Par. XI, 20, quae XIII, 2 מִיכָיָהוּ. bb) 2 Sam. III, 3. cc) 1 Par. II, 48. dd) ibid. VII, 15. 16.

מַעֲכָתִי nom. gentil. v. מַעֲכָה, it. n. pr. viri 2 Reg. XXV, 23.

מָעַל fut. יִמְעַל Prov. XVI, 10, יִמְעֹל Lev. V, 15

1) pr. texit, unde מְעִיל, in verbo ubique translate 2) *perfide egit, praevaricatus est, ab officio deflexit.* (Pr. tecte, occulte egit, cf. rad. בָּגַד et quae ibi laudavimus. Apud Arabes respondet tum مَغَلَ susurravit, clam obtrectavit, quod perfidi tectique hominis est, مَغْلَة perfidia, fraus, tum مَغَلَ surripuit, v. infra litt. b). Prov. XVI, 10: *oraculum* est *super labiis regis* בְּמִשְׁפָּט לֹא יִמְעַל פִּיו *in iudicio ne praevaricetur os eius.* 2 Par. XXVI, 18: *egredere e sanctuario* כִּי מָעַלְתָּ *nam praevaricaris.* Esr. X, 10. 2 Par. XXIX, 6. Neh. I, 8, plenius מָעַל מַעַל Lev. V, 15. 2 Par. XXXVI, 14. Ez. XIV, 13. XV, 8 (saepius cum חָטָא). Spec. a) sq. בְּ pers. perfide egit in aliq., ut mulier adultera in maritum. Num. V, 12. 27, max. מָעַל בַּיהוָה peccavit in Jovam, defecit ab eo. Deut. XXXII, 51. 2 Par. XII, 2. XXX, 7. Esr. X, 2, Neh. XIII, 27. Ez. XXXIX, 23, saepe in hac formula מָעַל מַעַל בַּיהוָה. Lev. V, 21. Num. V, 6. Jos. XXII, 16. 31. 1 Par. X, 13. 2 Par. XXVIII, 19. Ez. XVII, 20. XX, 27 (ubi hic est verborum ordo: מַעֲלָם בִּי מָעַל). b) sq. בְּ rei: perfide egit in rem, i. e. *surripuit* aliquid de re (etwas veruntreuen), sic מָעַל בַּחֵרֶם 1 Par. II, 7, מָעַל מַעַל בַּחֵרֶם Jos. VII, 1. XXII, 20.

מַעַל, c. suff. מַעֲלוֹ m. *perfidia in Deum, peccatum* 2 Par. XXIX, 19. XXXIII, 19. Esr. IX, 2. Iob. XXI, 34, מַעַל הַגּוֹלָה Esr. IX, 4. X, 6. plenius מַעַל בַּיהוָה Jos. XXII, 22. Praeterea saepe in formula: מָעַל מַעַל בַּיהוָה, v. rad. De loco Num. XXXI, 16: לִמְסָר מַעַל v. rad. מָסַר. — Aliud מַעַל vide s. r. עָלָה.

מַעַל v. rad. עָלָה.

מֵעַל chald. v. rad. עָלַל.

מְעִיל m. *vestimenti* genus (a tegendo, v. rad. no. 1), *tunica* longior et amplior, qualem gestabant puellae (ac regis quidem filiae praeter consuetudinem *manicatam*: sic enim explicanda sunt verba 2 Sam. XIII, 18: *gestabat ea* כְּתֹנֶת פַּסִּים *tunicam manicatam*: כִּי כֵן תִּלְבַּשְׁןָ בְנוֹת הַמֶּלֶךְ הַבְּתוּלֹת מְעִילִים *sic enim* sc. manicatas *filiae regis*, dum *virgines* erant, *solebant gestare tunicas*), reges et principes 1 Sam. XVIII, 4. XXIV, 5. 12. 1 Par. XV, 27. Ez. XXVI, 16, aliique viri nobiliores Iob. I, 20. II, 12, sacerdotes, velut Samuel 1 Sam. XV, 27. XXVIII, 14, Esras Esr. IX, 3. 5, maxime sacerdos summus apud Hebraeos, cuius tunica (Exod. XXVIII, 32—34. Lev. VIII, 7) ex purpura caerulea facta in margine inferiore malis Punicis et tintinnabulis ornata erat et infra humerale

gestabatur, unde etiam מְעִיל הָאֵפוֹד appellata Exod. XXVIII, 31. XXXIX, 22. Jos. Archaeol. 3, 7 §. 4: ὁ ἀρχιερεὺς ...... ἐπενδυσάμενος δ' ἐξ ὑακίνθου πεποιημένον χιτῶνα. ποδήρης δ' ἐστὶ καὶ οὗτος. μεεὶρ (ut בְּלִיַּעַל Βελιάρ) καλεῖται κατὰ τὴν ἡμετέραν γλῶσσαν. ζώνῃ περισφίγγεται βάμμασιν οἷς ἡ πρότερον ἤνθει διαπεποικιλμένῃ, χρυσοῦ συνυφασμένου. ...... ἔστι δὲ ὁ χιτὼν οὗτος οὐκ ἐκ δυοῖν περιτμημάτων, ὥστε ῥαπτὸς ἐπὶ τῶν ὤμων εἶναι καὶ τῶν παρὰ πλευράν· φάρσος δ' ἓν ἐπιμήκες ὑφασμένον σχιστὸν ἔχει βρογχωτῆρα οὐ πλάγιον ἀλλὰ κατὰ μῆκος ἐῤῥωγότα πρός τε τὸ στέρνον καὶ μέσον τὸ μετάφρενον ..... ὁμοίως δὲ καὶ ὅθεν αἱ χεῖρες διείργονται σχιστός ἐστιν. Vid. BRAUNIUS de vestitu sacerdotum p. 436—61 cf. Schroeder de vest. mul. p. 267. A. Th. Hartmann Hebräerin III, p. 312 sqq. Quod Winerus (Lex. p. 574) ex Deut. XXII, 12 colligere voluit, formam huius vestimenti antiquitus quadratam fuisse, a tunicae ratione prorsus alienum est et mero errore nititur, quum ibi de כְּסוּת agatur, non de מְעִיל: neque magis verum, quod ibid. *pallium*, *vestis extima* dicitur, quum 2 Sam. l. c. respondeat tunicae (כְּתֹנֶת) et a sacerdote summo sub humerali gestaretur. Vestis extimae nomen est שִׂמְלָה. Contra LXX ὑποδύτης Exod. XXVIII, 31. 34. XXXIX, 22. 23. 24. 25. Levit. l. c. Esr. IX, 3, χιτών Jes. LXI, 10, διπλοΐς (sexies), quod huiusmodi tunica amplior super vulgarem gestari soleret (v. Hartmann l. c.), ἐπενδύτης (bis). — Iob. XXIX, 14. Jes. LIX, 17. LXI, 10. Ps. CIX, 29. (Chald. מְעִילָא, zab. ܡܥܝܠ id. Cod. Nas. 1, 178 lin. 7).

מַעַן, לְמַעַן *propter*, v. rad. עָנָה.

מָעַץ rad. inusit. arab. معص iratus est, inde


מַעַץ (ira) n. pr. viri 1 Par. II, 27, cf. אֲחִימַעַץ.

מַעַר nuditas, v. rad. עָרָה.


מְעָרָה spelunca, v. rad. עוּר.

מֹף Hos. IX, 6, et נֹף Jes. XIX, 13. Jer. II, 16. Ez. XXX, 13. 16 n. pr. *Memphis*, urbs et antiquissima et nobilissima veteris Aegypti, quattuor dynastiarum sedes, inde a Psammeticho totius Aegypti metropolis (arx Aegypti regum Plin. 5, 9, inde arab. مصر Aegyptus), aggeribus tum ab inundationibus tum ab hostili invasione munita, splendidis aedificiis ornata, in quibus prae ceteris eminebat *Vulcani* (Phtah) templum a multis regibus certatim auctum et amplificatum (Herod. 2, 99. 136. 153. Diod. 1, 50. 51. 67). In vicinia eius pyramides erant. Post Alexandriam conditam a regibus neglecta iam Strabonis aetate (XVII p. 807) ex parte in ruinas collapsa erat: quae tertio decimo adhuc post Chr. n. seculo et multae et splendidae (v. Abdollatiph p. 116 ed. White, p. 184 de Sacy) mox, maxime cum Cahira urbs conderetur, ita imminutae sunt, ut adeo de situ antiquae urbis dubitaretur, donec Francogallorum investigationes evicerunt, in parietinis ab austro veteris Kahirae in occidentali Nili littore ad pagos *Mokrân* et *Monjath Rahine* (منية رهينة) sitis veteris urbis reliquias servatas esse, v. JOMARD in Description de l'Égypte V, 1 sqq. 531 sqq. BOIS AYMÉ ibid. VIII p. 53. Champollion l'Égypte sous les Pharaons 1, 336 sqq.

De domestica scriptione et de etymo nominis acturi priorum eruditorum (v. Jablonski Opuscc. ed. te Water T. I. p. 137. 150. 179. T. II. p. 131. Forster epist. ad J. D. Michaëlem p. 34. Champollion l. c. p. 361 sqq.) coniecturis recensendis supersedere possumus, quum de nativa eius orthographia nunc ex ipsis Aegyptiorum monumentis constet. In his quidem duplex eius appellatio reperitur, quarum una nonnisi in scriptura hieroglyphica, altera in utraque scriptura, hieroglyphica et enchoria, obvia est. Illa est *Ma-m-phtah* i. e. *locus* s. *habitatio* τοῦ *Phtah* i. e. Vulcani et variis modis exprimitur (v. CHAMPOLLION gramm. égyptienne 1, 155—157):



(In no. 1. tres litterae *Fta* inclusae sunt margine, qui moenia cum porta repraesentat et *habitationem* designat; in no. 2 tres illae litterae antecedunt et sequuntur duo signa colore rubro picta itidem *domum* s. *habitationem* notantia; in no. 3 pro nomine numinis litteris scripto habetur eius imago hieroglyphica; in no. 4 signum, quod *domum* significat, excipit aliud, fortasse domum sanctam s. templum significans). Haec est (v. Champollion p. 153. 154) Ⲙⲛⲛⲟϥⲣ. Ⲙⲛⲛⲟⲩϥⲓ



(posterior figurarum comprehensio sub finem decurtata est: in utraque extrema figura illa rotunda, quae rubro colore picta est, *urbis* signum est, *pyramis* super eo *Memphidis* symbolum), in scriptura enchoria

(v. inscr. Rosett. lin. 5 et quae laudat TH. YOUNG in Rudiments of an Egyptian dictionary in the ancient enchorial character, London 1831 p. 91) i. e. Ⲡⲁⲛⲟⲩϥ. De mutua utriusque ratione adscribere placet, quae observat YOUNG libro citato praef. p. V. Postqum enim

de mutationibus dixit, quas praeter scripturam, quae inter Psammetichi et Ptolemaeorum aetatem ex hieroglyphica paullatim in enchoriam transiit, eodem tempore etiam lingua subierit, exempli causa addit: ,, A simple exemple will be abundantly sufficient to show the way in which some of these changes took place. The city of Cairo was probably first called *Memphis* or *Memphe* (ⲙⲉⲙⲃⲉ), the Hieroglyphic name being read Ma-m-phtha, *the place of Phthah* or Vulcan: its elements consisting, according to the most natural reading, of *temple* or *sacred place* and *Phthah*. Before the time of the Ptolemies, the place had apparently assumed the synonymous appellation of Panuf or *Panouphis*, the Noph of the Hebrews, meaning *the temple of the good god*, which is clearly the sense of the two Enchorial characters [Enchorial character] and [Enchorial character], while the sound Panuf is as little expressed by the distinct Hieroglyphics as Memphe is by the popular characters. But in neither case did the sound adequately express the written characters: the *sacred* of the one and the *god* of the other being equally omitted in the pronunciation.“ Significat igitur ⲙⲁⲛⲟⲩϥⲓ *locus* s. habitatio *boni* (dei), ⲡⲁⲛⲟⲩϥ idem, pr. τὸ τοῦ ἀγαθοῦ (θεοῦ): et facile in oculos incurrit, ex urbis appellatione *Mamphta* ortum esse copt. ⲙⲉⲙϥⲓ, ⲙⲉⲙⲃⲉ (v. Ezech. l. c. Vers. copt. Champollion l. c. p. 363. 64), graecum *Μέμφις*, arab. منف, fortasse etiam hebr. מֹף, ex *Ma-nuph* autem et *Pa-nuph* Hebraeorum נֹף. Ceterum veram nominis significationem iam intellexit Plutarchus (de Iside et Osiride p. 369): τὴν μὲν πόλιν Μέμφιν οἱ μὲν ὅρμον ἀγαθῶν ἑρμηνεύουσιν, οἱ δ᾽ ὡς τάφον Ὀσίριδος. Utrumque enim proficiscitur a significatione propria *locus boni* dei i. e. Osiridis) vel *locus bonorum* (sepulcrum piorum). Cf. de hac altera eius expositione Lepsius lettre à Rosellini p. 52. Creuzer Comment. Herod. §. 11.

מְפִי בֹשֶׁת, מְפִי בַעַל v. rad. פָּאָה.

מָצָא, 1 pers. מָצָאתִי et מָצָתִי Num. XI, 11, fut. יִמְצָא, imp. מְצָא, inf. מְצֹא, c. suff. מְצֹאִי, sed מְצֹאֲכֶם (pro מָצְאֲכֶם) Gen. XXXII, 20, part. מֹצֵא, semel מֹצֵא (more verborum לה) Eccl. VII, 26, fem. מֹצֵאת, מֹצְאֵת 2 Sam. XVIII, 22. Cant. VIII, 10

1) pr. *venit*. (Aeth. መጽአ: id. Apud Arabes مضى est *abiit*, sed cogn. مشى ivit. Syr. et chald. מְטָא ܡܛܳܐ venit, advenit, pervenit, ܡܛܳܐ id. in formula: *invenit robur* i. e. potuit). Sq. עַד *pervenit* ad aliquid. Iob. XI, 7: אִם־עַד־תַּכְלִית שַׁדַּי תִּמְצָא *num pervenisti usque ad perfectionem Omnipotentis?* num eam attigisti, cogitando assecutus es? Inde *assecutus est*, *impetravit* aliquid. Gen. XXVI, 12: *Isaacus eo anno impetravit centum mensuras* i. e. messem fecit centuplicem. 2 Sam. XX, 6: פֶּן מָצָא לוֹ עָרִים בְּצֻרוֹת *ne impetraverit sibi urbes munitas.* Cf. no. 2, a. Sed longe frequentius

2) *invenit* (LXX. εὑρίσκω) aliquem, aliquid (pr. venit = incidit in eum), *reperit*, sive homines Gen. XXXVIII, 20. 23. Num. XXXV, 27. Deut. XXII, 27. 1 Sam. X, 2. Eccl. IX, 15, sive res Gen. XXXVI, 24. 2 Reg. XXIII, 24, maxime amissas Lev. V, 22. 23. 1 Sam. IX, 4; sive quaesiverit Gen. XXXI, 33 sqq. Ex. XV, 22. XVI, 27. Cant. III, 1. 2. 4. V, 6, sive minus Gen. XI, 2. XXVI, 32. Deut. XXIV, 1 al. 1 Reg. XIII, 14: וַיִּמְצָאֵהוּ יֹשֵׁב וגו׳ *et invenit eum sedentem sub quercu.* 2 Reg. XIX, 8. Varius autem huius verbi usus est. Dicunt a) *invenire* pro *assequi, nancisci* cf. no. 1. α) in bonam partem (ut lat. invenire laudem, cognomen), v. c. invenire bonum, felicitatem Prov. VIII, 35. XVIII, 22 (cf. טוֹב p. 545 B), sapientiam ib. III, 13. VIII, 9, favorem (v. חֵן), opes Hos. XII, 9, visionem a Deo (מֵיְהוָה) Thren. II, 9, cf. Ez. III, 1, quietem Jer. VI, 16. XLV, 3. Thren. I, 3 (sed Ruth I, 9 *invenire quietem* est i. q. מָצָא שָׁלוֹם Cant. VIII, 10 diciturque de muliere, quae maritum invenit), sepulcrum i. e. mortem exoptatam Iob. III, 22. — Iob. XXXIII, 24: מָצָאתִי כֹפֶר nactus sum λύτρον, cf. Od. 19, 403: θανάτου λύσιν εὑροίμην, et Hebr. IX, 12: αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος. — Absol. 2 Sam. XVIII, 22: אֵין בְּשׂוֹרָה מֹצֵאת *non est nuncius* quidquam *assecuturus* h. e. non gratus est hic nuncius, nullo praemio ornabitur, qui eum perferet. Syr. ܐܫܟܚ ܡܢ invenire ab aliquo i. e. accipere, v. A. Mart. I, 189. β) in malam partem (gr. εὑρίσκειν κακόν Od. 21, 304. 24, 462), v. c. invenit calamitatem i. e. incidit in eam Ps. CXVI, 3: צָרָה וְיָגוֹן אֶמְצָא. Prov. VI, 33. Hos. XII, 9. — b) *invenire* pro *cogitando assequi*. Iob. XXXII, 3: *non invenerunt responsum*. Neh. V, 8. Eccl. III, 11. VIII, 17. Inde *invenit* i. e. recte solvit *aenigma* Iud. XIV, 12. — c) Formula: יָדִי מָצְאָה דָבָר *manus mea invenit* aliquid, triplici sensu legitur: α) *comparavi mihi*, *acquisivi* aliquid (ich habe etwas erworben), = *possideo* aliquid. Lev. XXV, 28: אִם לֹא מָצְאָה יָדוֹ דֵּי הָשִׁיב לוֹ *si tantum pecuniae conquirere non potest, quantum satis est ad restituendum.* XII, 8 cf. XXV, 26, ubi מָצָא de ipso homine dicitur. Iob. XXXI, 25: כִּי כַבִּיר מָצְאָה יָדִי, parall. כִּי רַב חֵילִי. (Arab. وجد invenit, it. satis habuit opum, opulentus fuit, وُجْد opulentia, divitiae). Sq. לְ Jes. X, 14: וַתִּמְצָא כַקֵּן יָדִי לְחֵיל הָעַמִּים *potita est manus mea divitiis populorum, sicut nido.* (Syr. ܡܛܳܐ ܒܐܝܕܘܗܝ venit in manus eius i. e. potuit, valuit). — β) incido in aliquid, etwas kommt mir (zufällig) in die Hand, hoc nexu: 1 Sam. X, 7: עֲשֵׂה לְךָ אֲשֶׁר תִּמְצָא יָדֶךָ *fac quodcunque tibi in manum incidit* (was dir in die Hand kommt), i. e. age pro lubitu. XXV, 8. Iud. IX, 33. Repetita est locutio ab eo, qui ex magna rerum multitu

dine expromit unam, casu sibi oblatam. Similiter Eccl. IX, 10: כֹּל־אֲשֶׁר תִּמְצָא יָדְךָ לַעֲשׂוֹת בְּכֹחֲךָ עֲשֵׂה *quodcunque tibi faciundum occurrit, id fac omni virium contentione* — γ) 1 Sam. XXIII, 17: לֹא תִמְצָאֲךָ יַד שָׁאוּל *non attinget te manus Sauli.* Sq. לְ pers. Ps. XXI, 9: תִּמְצָא יָדְךָ לְכָל־אֹיְבֶיךָ. Jes. X, 10. — d) 1 Sam. XXIX, 3: לֹא מָצָאתִי בוֹ מְאוּמָה *non invenio in eo quidquam* sc. criminis. Ps. XVII, 3: בַּל תִּמְצָא *nihil invenies.* Plenius idem effertur Iob. XIX, 28. Luc. VI, 7. Sed aliud est 2 Reg. IX, 35: לֹא מָצְאוּ בָהּ *nihil eius invenerunt* (sie fanden nichts von ihr), *praeter cranium, pedes et manus*, ubi בְּ est partitivum (v. בְּ no. 2, cf. Iob. XX, 20). — e) *invenire* Deum, est Deum habere propitium precibusque annuentem Deut. IV, 29 cf. דָּרַשׁ, בִּקֵּשׁ. Eo referenda sunt etiam verba Ps. XXXII, 6: *propterea ad te precetur omnis pius* לְעֵת מְצֹא *tempore inveniendi*, i. e. dum te inveniendum i. e. exorandum praebes, dum tempus est. Vide Niph. f) *invenire animum suum* i. e. animum sibi sumere 2 Sam. VII, 27. Cf. Ps. LXXVI, 6: לֹא מָצְאוּ כָל־אַנְשֵׁי חַיִל יְדֵיהֶם *non inveniebant .... manus suas* sc. prae terrore et metu. — g) pro *invenire studuit* i. e. *quaesivit.* 1 Sam. XX, 21: לֵךְ מְצָא אֶת־הַחִצִּים *i, ut invenias sagittas.* Comm. 36. Iob. XXXIII, 10. Eccl. VII, 27: לִמְצֹא חֶשְׁבּוֹן *quaerendo rationem.*

3) *attigit* aliquem, i. e. *obvenit*, *accidit* alicui, c. acc. pers. (cf. בּוֹא no. 2, litt. e). Ex. XVIII, 8: כָּל־הַתְּלָאָה אֲשֶׁר מְצָאָתַם בַּדֶּרֶךְ *omnis aerumna, quae iis acciderat in via.* Jos. II, 23: כָּל־הַמֹּצְאוֹת אוֹתָם *quaecunque iis acciderant.* Gen. XLIV, 34. Num. XX, 14. XXXII, 23. Deut. XXXI, 17. 21. Iud. VI, 13. Neh. IX, 32. Esth. VIII, 6. Ps. CXVI, 3: מְצָרֵי שְׁאוֹל מְצָאוּנִי *angustiae orci mihi obvenerunt.* CXIX, 143: צַר וּמָצוֹק מְצָאוּנִי. Iob. XXXI, 29. Cf. Tob. XII, 7: καὶ κακὸν οὐχ εὑρήσει ὑμᾶς. (Cf. syr. et chald. מְטָא, ܡܛܳܐ; arab. أَصَابَ invenit, c. acc. accidit alicui malum).

4) *suffecit* alicui, sq. dat. (nostr. hinreichen, hinreichend seyn). Iud. XXI, 14: וְלֹא מָצְאוּ לָהֶם *non sufficiebant iis.* Num. XI, 22. Cf. gr. ἱκνούμενος, ἱκανός ab ἱκνέομαι.

Niph. נִמְצָא, 2 pers. נִמְצֵאתָ, part. נִמְצָא, sed pl. נִמְצְאִים 1 Sam. XIII, 15. 2 Reg. XIV, 14. XXV, 19, in Pausa נִמְצָאִים Esr. VIII, 25. 1) a) pass. Hiph. vel i. q. Kal no. 1. *pervenit*, *perlatus est.* Jer. XV, 16: נִמְצְאוּ דְבָרֶיךָ *pervenerunt verba tua* sc. ad me; b) pass. Kal no. 1 *acquisitus est* ab aliquo, sq. לְ. Deut. XXI, 17: כֹּל אֲשֶׁר יִמָּצֵא לוֹ *omnia quae acquisivit* i. e. possidet. Jos. XVII, 16. Praegn. Iob. XXVIII, 12: *sapientia* מֵאַיִן תִּמָּצֵא *unde ea acquiritur?*

2) *inveniri* 1 Sam. X, 2. 16. 21. Gen. XLI, 38. Ps. XXXVII, 36 (opp. quaeri). Jos. X, 17. 2 Par. XXXIV, 21; *deprehendi*, v. c. de fure Exod. XXII, 1. 6. 7. Deut. XXIV, 7. Jer. II, 26. Saepe addito loco: *inveniri* alicubi Gen. XVIII, 29 sqq. XLIV, 16. 17. 2 Reg. XX, 13. Jes. XXXIX, 2. Iob. XXVIII, 13. Spec. a) sq. מִן *inveniri* et eximi *ex* aliquo numero, ubi nos: gefunden werden unter einer Menge. Dan. I, 19. Esr. X, 18. b) 1 Reg. XIV, 13: נִמְצָא בוֹ דָּבָר טוֹב *inventum est boni quiddam in eo* (an ihm). I, 52: אִם רָעָה תִּמָּצֵא בוֹ. 1 Sam. XXV, 28. Ez. XXVIII, 15. In eadem locutione habetur loco בְּ particulae עִם 2 Par. XIX, 3, עַל 2 Par. XXXVI, 8. Similiter sq. לְ Deut. XXII, 20: לֹא נִמְצְאוּ בְתוּלִים לַנַּעֲרָ. c) *inveniri* ab hominibus dicitur Deus, ubi iis praesto est, eosque exaudit. Sq. לְ 1 Par. XXVIII, 9: אִם תִּדְרְשֶׁנּוּ יִמָּצֵא לָךְ *si quaeris eum, tibi praesto est.* 2 Par. XV, 2. 4. 15. Jer. XXIX, 14. Jes. LV, 6. LXV, 1. Cf. Rom. X, 20: εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν.

3) *esse*, *adesse*, *existere* a) addito loco (sich irgendwo finden, befinden, befindlich seyn). 1 Sam. XIII, 19: חָרָשׁ לֹא יִמָּצֵא בְּכֹל יִשְׂרָאֵל (es war kein Schmidt zu finden in ganz Israël). 1 Par. XXIX, 17: עַמְּךָ הַנִּמְצְאוּ פֹה *populus tuus, qui hic adest.* 2 Par. XXXIV, 32: כָּל־הַנִּמְצָא בִירוּשָׁלַםִ וּבִנְיָמִן. 2 Sam. XVII, 12. 13. 2 Reg. XII, 6. Jes. LXV, 8. Jer. II, 34. V, 26. XLI, 3. LII, 25. De rebus Gen. XLVII, 14: כָּל־הַכֶּסֶף הַנִּמְצָא בְאֶרֶץ מִצְרַיִם *omnis pecunia, quae erat in Aegypto.* b) absol. Gen. XIX, 15: שְׁתֵּי בְנֹתֶיךָ הַנִּמְצָאֹת *duae filiae tuae, quae adsunt*, opp. absentibus comm. 14. Esr. VIII, 25. Jes. XXII, 3: כָּל־נִמְצָאַיִךְ alle deine Vorhandenen, pro pleniore: הָעָם הַנִּמְצְאִים עִמָּךְ. 1 Sam. XIII, 15. — Dan. XI, 19: *cadet* וְלֹא יִמָּצֵא *et non* amplius *erit* i. q. וְאֵינֶנּוּ. (Arab. مَوْجُود inventus i. e. existens, praesens).

Hiph. causat. Niph. no. 1 *pervenire fecit*, sq. בְּיַד פ׳ *tradidit in manus* alic. 2 Sam. III, 8. Zach. XI, 6, *attulit*, *obtulit*, sq. אֶל Lev. IX, 12. 13. 18. (Syr. ܐܰܡܛܺܝ pervenire fecit, admovit, adduxit). — 2) *assequi fecit*, *tribuit* alicui, sq. acc. Iob. XXXIV, 11: כְּאֹרַח אִישׁ יַמְצִאֶנּוּ. XXXVII, 13.

מַצָּב, מַצֶּבֶת v. rad. נָצַב.

מָצוֹד v. rad. צוּד.

מָצָה 1) pr. i. q. מָצַץ, מָזָה *suxit*, inde *exsuxit*, *exsorbuit.* Jes. LI, 17: *calicem inebriantem hausisti, exsuxisti* i. e. usque ad faeces ebibisti. Ps. LXXV, 9. Ez. XXIII, 34. (Syr. ܡܨܳܐ Pa. et Aph. exsuxit. Ethpa. pass. ܡܶܨܝܳܐ sorbitio, epotatio).

2) *humorem expressit*, sq. מִן ex aliqua re. Iud. VI, 38 (rorem ex vellere). Chald. id. Syr. Pa. et ܡܰܨܺܝ id. Iob. VIII, 10 Pesch. Arab. مصى condensavit caseum, pr. expressit serum).

Niph. 1) pass. Kal no. 1. Ps. LXXIII, 10: מֵי מָלֵא יִמָּצוּ לָמוֹ *aquae plenae sorbentur ab iis.* Aliis יִמָּצוּ scriptum videtur pro יִמָּצְאוּ, ut sententia sit: *inveniuntur ab iis*, sed sine necessitate. — 2) pass. Kal no. 2, *expressus est* humor, inde de sanguine emanante Lev. I, 15. V, 9.

מַצָּה v. מָצַץ.

מַצּוֹת v. נָצָה.

מָצַח rad. inus. fort. *splenduit*, i. q. بصّ et فصح cf. فرص hilaris fuit et transp. وصح splenduit a radice primaria et monosyllaba צַחַת. Inde

מֵצַח m. (etiam fem. esse, ex Jes. XLVIII, 4 minime efficitur) c. Suff. מִצְחִי *frons*. Ex. XXVIII, 38. 1 Sam. XVII, 49. 2 Par. XXVI, 19. מֵצַח אִשָּׁה זוֹנָה frons (impudens) meretricis Jer. III, 3. Ez. III, 7: חִזְקֵי מֵצַח *frontis perfrictae*. V. 8. 9. Jes. XLVIII, 4: מִצְחֲךָ נְחוּשָׁה *frons tua* est *aes* i. e. (frons) *aeris*, aenea. Plur. cstr. מִצְחוֹת Ez. IX, 4.

מִצְחָה f. *ocrea*, qs. frons tibiae, cruris 1 Sam. XVII, 6.

מָצַץ 1) *suxit*, *exsuxit*, i. q. מָצָה et מָזָה. Arab. مَصَّ, chald. מְצַץ, מוּץ, syr. ܡܨ (unde ܡܨܘܨܐ suctio L. A.) id., quae omnia sonum imitantur, ut gr. *μύζω*, *μυζάω*, *μάζος*. Inde *cum voluptate hausit*, *gustavit* Jes. LXVI, 11, cf. יָנַק Comm. 12. Quae dulcia sunt et esu iucunda, ea sugere solent, inde

2) *dulcis fuit*, unde מַצָּה dulce h. e. non fermentatum, cf. מָתֹק quod et ipsum utrumque significat.

מַצָּה f. pr. dulcedo, concr. *dulce* i. e. non fermentatum, *ἄζυμον*. (Alias derivationes parum idoneas v. ap. Io. Simon. et Winerum). Lev. II, 5: מַצָּה תִהְיֶה *non fermentatum sit*. Saepe in genit. postponitur, ut חַלַּת מַצָּה placenta non fermentata Lev. VIII, 26. Num. VI, 19, רְקִיק מַצָּה Num. ib. in pl. חַלּוֹת מַצּוֹת (cf. de duplici plurali nominis regentis et recti Gr. hebr. §. 106, 3) placentae *ἄζυμοι* Num. VI, 15, רְקִיקֵי מ׳ Lev. II, 4. VII, 12, עֻגוֹת מַצּוֹת Ex. XII, 39, quo etiam pertinet לֶחֶם מַצּוֹת panes non fermentati Ex. XXIX, 2 et simpl. מַצּוֹת Gen. XIX, 3. Saepe dicunt: אָכַל מַצּוֹת comedere *ἄζυμα* Exod. XIII, 6. 7. XXIII, 15. Lev. VI, 9. Deut. XVI, 3. 8, et אָכַל ד׳ מַצּוֹת comedere aliquid (v. c. fertum) non fermentatum Lev. X, 12. 1 Sam. XXVIII, 24. חַג הַמַּצּוֹת *ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων*, de Paschate Exod. XXIII, 15. 2 Par. VIII, 13. XXX, 13. 21, brevius הַמַּצּוֹת gr. *τὰ ἄζυμα* Exod. XII, 17 (cf. XXIII, 15).

מַצָּה *lis* v. sub rad. נָצָה.

מָצַר rad. inusit., quae idem valuisse videtur quod vic. נָצַר *coercuit*, *inclusit*, inde chald. מְצַר, nasor. ܡܨܪܐ limes, terminus, arab. مِصْر id. et urbs magna.

מָצוֹר n. pr. *Aegyptus* eaque, ut videtur, *inferior*. Ter legitur hoc nexu: יְאֹרֵי מָצוֹר flumina s. canales Aegypti i. e. Nili brachia et canales Jes. XIX, 6. 2 Reg. XIX, 24. (Jes. XXXVII, 25). Quae de origine aegyptiaca vocis מִצְרַיִם tradit Josephus (Ant. 1, 6 §. 2: *ἐτηρήθη καὶ Μεστραίοις ἡ κατὰ τὴν προσηγορίαν μνήμη. Τὴν γὰρ Αἴγυπτον Μέστρην καὶ Μεστραίους τοὺς Αἰγυπτίους ἅπαντας οἱ ταύτην κατοικοῦντες καλοῦσι*), ea hactenus vera esse possint, ut sub nomine מָצוֹר lateat aegyptiacum ⲘⲈⲦⲞⲨⲢⲞ *regnum* (sicut sub פַּרְעֹה latet ⲪⲞⲨⲢⲞ rex), et nescio an tale quid, fortasse minus accurate intellectum Josephi animo obversatum fuerit. Hebraei autem huic vocabulo procul dubio domesticam originem tribuebant, vel, ut Bochartus volebat (Phaleg IV, 24), מָצוֹר interpretantes *terram munitam* (coll. מָצוֹר a rad. צוּר, Diod. 1, 31: *ἡ Αἴγυπτος πανταχόθεν φυσικῶς ἰσχύρωται*), vel, quod equidem malim, *terminum*, *fines* i. q. מֵצַר, مِصْر, ita ut מִצְרַיִם (q. v.) idem nomen esset duali numero. Priori sententiae faveret etymon nuper propositum vc. *Αἴγυπτος* a sanscr. *âguptas* munita, si modo ipsum certius esset.

מִצְרַיִם n. pr. dual. *Aegyptus* Gen. XLVI, 34. L, 11, saepe plenius אֶרֶץ מִצְרַיִם terra Aegypti, fem. Gen. XLV, 20. XLVII, 6. 13, it. *Aegyptii* ap. prosae orationis scriptores plerumque c. plur. (Gen. XLV, 2. XLVII, 15. 20. L, 3. Ex. I, 14), raro c. sing. masc. XIV, 25. 31, poët. c. sing. masc. Jes. XIX, 16. 25. Jer. XLVI, 8, et fem. Hos. IX, 6. Joël. IV, 19. Cum He locali מִצְרַיְמָה Gen. XXVI, 2 et saepe. De duali equidem (probante Guil. de Humboldt, über den Dual p. 15) sic statuo, Hebraeos singulari numero pro מֵצַר arab. مِصْر usos esse forma מָצוֹר (q. v.), quae proprie inferiorem Aegyptum significabat quippe Hebraeis propiorem magisque notam, dualem autem מִצְרַיִם *utramque Aegyptum* designare i. e. *inferiorem et superiorem* idque, quum superior Aegyptus nomen haberet sibi proprium פַּתְרוֹס, per zeugma, sicut *utraque Sicilia* pro Sicilia et Neapoli dicitur: licet hac origine posthac neglecta etiam dual. מִצְרַיִם ita reperiatur, ut Patrosum non complectatur (Jes. XI, 11. Jer. XLIV, 15). Apud ipsos Aegyptios *utraque Aegyptus* appellatur ⲦⲞ seu ⲐⲞ cum signo dualis numeri i. e. *uterque mundus* s. *utrumque imperium* (v. Champollion gr. p. 98). Prorsus abiiciendum autem, quod alii dualem numerum ad terram Nilo bipartitam retulerunt: tum enim sola superior Aegypti pars bipartita est, tum utrumque Nili littus antiquitus nunquam non eiusdem ditionis fuit, nunquam a Nilo, ceu termino, separata. (Arabes habent مِصْر Aegyptus it. Memphis, Syri dualem, etsi in hac lingua rarissimum, ܡܨܪܝܢ).

Nom. gent. est מִצְרִי Gen. XXXIX, 1, f. ־ִית XVI, 1, pl. m. מִצְרִים Gen. XII, 12. 14, f. ־ִיּוֹת Ex. I, 19.

מָקַל rad. inusitat., quam idem notasse suspicor quod aethiop. ቀቈለ: et ቀቈለ: germinavit, pullulavit (ב et מ litteris permutatis), unde ቀቈል: planta, stirps, vimen, a quo verbum secundarium est ተቀቈለ: *tabakkala* punivit, pr. si quid video, virga percussit, quanquam has radices plane discrevit Ludolfus in Lex. p. 238. Adde syr. ܒܩܘܠܐ, quod Lex. Adl. interpretatur: دبوس مطرق clava, tudes. Caeterum cave conferas lat. *baculus*, quod est a stirpe *βάω*, pr. Gehstock, cf. *βακτήριον*. Inde

מַקֵּל st. cstr. מַקַּל Jer. 1, 11 et מַקֵּל Gen. XXX, 37, c. suff. מַקְלוֹ, מַקֶּלְכֶם pl. מַקְלוֹת (sed מקליכם Exod. XII, 11 Cod. Sam.) m. (Zach. XI, 7. 14), surculus, *virga* Gen. XXX, 37 sqq. Jer. I, 11, dein *baculus* (cf. חֹטֶר), quem quis manu gerit Gen. XXXII, 11. Exod. XII, 11. 1 Sam. XVII, 40 sqq., quo iumentum caeditur Num. XXII, 27, *pedum* pastoris Zach. XI, 7 sqq. מַקֵּל יָד de hasta Ez. XXXIX, 9. (Chald. מקל יד spiculum. Castell.). *Ῥαβδομαντείας* mentio fit Hos. IV, 12.

מִקְלוֹת (fort. pro מַקְלוֹת baculi, sortes) n. pr. virorum 1) 1 Par. XXVII, 4. 2) VIII, 32. IX, 37. 38.

מַקֵּץ v. rad. קָצַץ.

מָקַק in Kal inusit. *liquefactus est*, *contabuit*, cogn. מָכַךְ, מוּק, מוּג q. v. (Chald. id. saepius in Nithpa. נִתְמַקְמַק; in linguis occidentalibus respondere videtur *maceo*, *macer*).

Niph. נָמַק 1) *liquefactus est*. Jes. XXXIV, 4: וְנָמַקּוּ כָּל צְבָא־הַשָּׁמַיִם *liquefiunt* i. e. liquefacta decidunt *omnia coeli sidera*, quae candelis cereis a poëta comparantur, ut bene hanc imaginem explicuit Vitringa. Inde *diffluxit*. Ps. XXXVIII, 6: נָמַקּוּ חַבּוּרֹתָי *sanie diffluunt vibices mei* (cf. מָסַס 1 Sam. XV, 9, מָאַס Iob. VII, 5). — 2) *tabuit*, *contabuit*, de oculis et lingua Zach. XIV, 12: עֵינָיו תִּמַּקְנָה בְּחֹרֵיהֶן וּלְשׁוֹנוֹ תִּמַּק בְּפִיהֶם *contabescent oculi in foraminibus eorum et lingua in ore eorum*, de ipsis hominibus sub onere peccatorum collabentibus. Levit. XXVI, 39. Ez. XXIV, 23. XXXIII, 10.

Hiph. הֵמַק causat. *tabescere fecit* Zach. XIV, 12.

מַק m. *putredo*, a) de putredine vulneris sanie diffluentis (v. rad. Ps. XXXVIII, 6). Jes. III, 24: וְהָיָה תַחַת בֹּשֶׂם מַק. Vulg. *et erit pro suavi odore foetor* sc. vulnerum diffluentium. b) de ligno putrido. Jes. V, 24: שָׁרְשָׁם כַּמַּק יִהְיֶה.

I. מָרָא i. q. מָרָה, مَرَى 1) *strinxit* equum flagello, ad velocem cursum impulit (streichen, anpeitschen), v. Dschauh. ap. Schult. ad Iob. XXXIX, 18, et infra Hiph. — 2) *contumax*, *rebellis fuit*. Part. fem. מֹרְאָה i. q. מוֹרָה rebellis Zeph. III, 1.

Hiph. de struthione, qui e nido exsurgens alarum plausu tanquam flagello ad cursum se impellit. Iob. XXXIX, 18 (21): כָּעֵת בַּמָּרוֹם תַּמְרִיא *mox excitat se in altum*. Cf. שׁוּט et שׁוֹט. LXX. *ὑψώσει*. Vulg. *alas erigit*. Kimchi: תַּגְבִּיהַּ, quae Bochartus (Hieroz. II, p. 261) ita explicat, ut מָרָא sit i. q. רוּם, רָאַם: sed praestat Schultensii sententia supra proposita. — Praeterea huc pertinet part. ממראת (מַמְרֶאת vel מַמְרֶאֶת), quod in Cod. Sam. Lev. XIII, 51. 53. XIV, 44 legitur pro vulgari leprae attributo מַמְאֶרֶת, et haud dubie est: lepra *contumax* i. e. pertinax, longinqua, cedere nescia.

II. מָרֵא vel **מָרָא** rad. in verbo non usitata: *cibo repletus*, *bene nutritus*, *pinguis fuit*. Arab. مَرَأَ et مَرِئَ bene profecit s. bene cessit cibus, مَرُؤَ fortis (pr. pinguis), virilis fuit, unde مَرْءٌ chald. מְרֵא vir. Admodum vicinum est בָּרָא Hiph. saginavit, בָּרִיא pinguis, quod supra (s. rad. בָּרָא no. 4) ad secandi, inde comedendi notionem revocavimus. Sed nescio tamen, sitne potius ab implendo, ut מָרָא, בָּרָא prope accedat ad מָלֵא q. v., quam coniecturam iam in Lex. man. propositam Fürstius quoque amplexus est. Sed מָרֵא *dominum* hic eiusdem originis esse credit atque lat. *mas*, *maris*. Congruunt sanscritica *prî*, *pri* implere, nutrire, sustentare).

מָרֵא chald. *dominus*. Dan. II, 47: מָרֵא מַלְכִין *dominus regum*. V, 23: מָרֵא שְׁמַיָּא *dominus coelorum*. Cum Suff. מָרְאִי Dan. IV, 16. 21 in Chethibh, sed Keri habet מָרִי Aleph abiecto. (In Targg. מָרִי frequentatur max. pro hebr. בַּעַל, rarius scribitur מָר, מָארֵי, rabb. מָרָן dominus noster, de magistris illustribus, fem. מָרְתָא domina, מָרְוָא dominium. Syr. ܡܪܐ, ܡܪܝܐ dominus, unde ܡܪܝ, ܡܪܢ et aeth. ማር: honoris caussa praemittitur nominibus doctorum. Sed arab. مَرْءٌ, مُرْءٌ, مِرْءٌ est *vir*).

מְרִיא m. *saginatus*, *pinguis*, de pecore. Ezech. XXXIX, 18: פָּרִים מְרִיאֵי בָשָׁן *iuvenci in Batanaea saginati*. Dein subst. *vitulus saginatus* (*μόσχος σιτευτός* Luc. XV, 23. 27), saepe copulatur cum שׁוֹר et בָּקָר 2 Sam. VI, 13. 1 Reg. I, 9. 19. 25. Jes. XI, 6. Plur. Jes. I, 11. Am. V, 22. Targ. ubique reddit פַּטִּים, Syrus passim ܡܦܛܡܐ, LXX ap. Ezech. *ἐστεατωμένοι* Hieron. *altiles et pingues*. Cf. Bochartum in Hieroz. I, 280 sqq. Lips., sed quam ipse defendit, Kimchii, Aben Esrae al. sententiam, מְרִיא esse *bubalum*, eam recte refellit Rosenm. ad h. l. p. 282.

מֻרְאָה f. *ingluvies* avium. Levit. I, 16. Arab. مُرِّيٌ id.

מַמְרֵא (formae מַפְתֵּחַ, pr. pinguefaciens, inde fort. *pinguis*, q. d. עָשָׂה פִימָה Iob. XV, 27, lat. faciens corpus Iust. II, 8) n. pr. viri Amoritae, qui cum Abrahamo foedere iunctus erat Gen. XIV, 13. 24. Inde אֵלוֹנֵי מַמְרֵא quercus Mamrei XIII, 18. XIV, 13. XVIII, 1, et simpl. מַמְרֵא XXIII, 17. 19. XXV, 9. XXXV, 27. XLIX, 30. L, 13 nomen querceti prope Hebronem. LXX. *Μαμβρῆ*. Vulg. *Mambre*. Apud Josephum (b. j. 4, 9, 7) et in scriptis Christianorum veteris mediique aevi ibi locorum celebratur perantiqua terebinthus, secundum alios *quercus*, quam ab Abrahami temporibus permansisse credebant (v. Relandi Palaestina p. 711 sqq.), et huiusmodi arborem etiamnum Hebrone monstrari nuper narravit ex Palaestina redux Ed. Robinson, Professor Neo-Eboracensis.

מְרֹאדַךְ v. מְרֹדַךְ.

מָרַג rad. inusit., quae idem significasse videtur quod נָרַג, arab. quadril. نَيْرَجَ, quoad ex derivatis colligitur: 1) *cito volvit se*, unde מוֹרַג tribulum (nisi forte מרג in hoc nomine est i. q. מָרַח, מָרַק trivit, contrivit); 2) *celeriter locutus est*, de garrulis, susurronibus, unde נִרְגָּן, نَيْرَجٌ susurro. Chald. מְרַג est propulit, impulit. — Inde

מוֹרַג m. Jes. XLI, 15, plur. מוֹרַגִּים 2 Sam. XXIV, 22, et syllaba more recentiorum producta (v. Lgb. p. 145) מוֹרִיגִים 1 Par. XXI, 23 *tribulum* (arab. نَوْرَجٌ), instrumentum rusticum, quo frumentum in area conterebatur, poët. etiam חָרוּץ appellatum, q. v. Duo eius genera erant. Unum, quod *tribulum κατ᾽ ἐξοχὴν* appellabatur, tabula lignea crassiore constabat, quae infra vel lapidibus acutis vel ferramentis vel incisuris asperata, imposito auriga aut pondere gravi (talmud. עיזא דקרקובא Aboda sara fol. 24, 2. Menachoth fol. 22, 1) a bobus trahebatur (v. Varro R. R. 1, 52 §. 1. Raschi et Kimchi ad Jes. XXVIII, 27. Bellon. obss. 1, 64 al.): alterum, quod *plostellum Punicum* dicebatur, carpentum erat cylindris (Walzen) rotisve instructum, quae ferramentis lapidibusve serrarum in modum asperatae frumentum conterebant (Varro l. c. Hieron. ad Jes. XXV, 10. XXVIII, 27). Illud hebraice proprio vocabulo מוֹרַג dictum est, hoc עֲגָלָה appellatur Jes. XXVIII, 26. Praeter scriptores iam laudatos v. Fulleri Miscell. 6, 12. Schöttgen triturae et fulloniae antiquitates (ed. 2. Lips. 1763) p. 19 sqq. Bochart. Hieroz. I p. 310 (qui מוֹרַג male revocat ad rad. גרר), Paulsen Ackerbau der Morgenländer p. 110 sqq. Niebuhr descr. Arabiae p. 158 et tab. 15, eiusd. itin. I, 152 et tab. 17. Russel hist. nat. Alepp. I, 98 al. De hodierno prioris instrumenti in Hispania usu v. Neueste Länder- und Völkerkunde I, 272.

מָרַד fut. יִמְרֹד *contumax*, *rebellis fuit*, *defecit* a domino. (Chald. id. Syriacum ܡܪܰܕ tum absol. ponitur pro: restitit, Widerstand leisten, v. c. de hostibus in arce se defendentibus Barhebr. 407. 565, unde ܡܰܪܕܳܐ et ܒܝܬ ܡܰܪܕܳܐ arx, tum sq. ܥܰܠ ibid. 117. 443. Arab. Conj. I مَرَدَ, مَرُدَ et Conj. V pervicax, inobsequens fuit, audax in rebellione fuit, Conj. I etiam: assiduus, continuus fuit in re agenda. Vicina sunt מָרָה et sam. מרה recalcitravit, et originem quoque eandem putaverim). Ponitur absol. Gen. XIV, 4. Neh. VI, 6, saepius sq. בְּ *in* aliquem (v. בְּ no. 12), ubi lat. dixeris: *defecit ab* aliquo, 2 Reg. XVIII, 7. 20. XXIV, 1. 20. Jes. XXXVI, 5. Jer. LII, 3. 2 Par. XXXVI, 13, et עַל (v. syr.) Neh. II, 19. 2 Par. XIII, 6, raro cum accus. (cf. מָרָה) Jos. XXII, 19. Iob. XXIV, 13: מֹרְדֵי־אוֹר *qui adversantur luci*, lucifugi. Symm. *ἀποστάτας φωτός*. מָרַד בַּיהוָה defecit a Jova, idola colendo Num. XIV, 9. Jos. XXII, 16 sqq. Ez. II, 3. XX, 38, Dan. IX, 9, et absol. Dan. IX, 5.

מֶרֶד m. 1) *rebellio*, *defectio* Jos. XXII, 22. 2) n. pr. viri 1 Par. IV, 17. 18.

מְרַד chald. i. q. מֶרֶד no. 1. Esr. IV, 19. In Targg. מַרְדָּא, מְרוֹדָא, מְרָדָא id.

מָרָד chald. adj. *rebellis* f. מָרָדָא emphat. מָרָדְתָּא Esr. IV, 12. 15.

מְרוּדִים v. rad. רוּד.

מַרְדּוּת f. *contumacia* 1 Sam. XX, 30.

נִמְרֹד n. pr. *Nimrod* (LXX *Νεβρώδ*, Jos. Arch. 1, 4 §. 2 *Νεβρώδης*), Cuschi filius, venator fortissimus, Babylonici et Assyriaci regnorum, neque non Nineves urbis (verba enim Gen. X, 11 explicanda sunt: *ex ea terra* Babylonia *egressus est* Nimrod *in Assyriam et exstruxit Nineven* cet.) conditor Gen. X, 8—12, fortasse idem ille rex antiquissimus, quem Graeci *Ninum* appellant (Diod. 2, 7) et Nineves conditorem faciunt. Hebraei recentiores ex etymo nominis plures fabulas exsculpserunt, eumque hominem *impium* atque *rebellem*, turris Babylonicae aedificatorem fuisse commenti sunt. Pseudojon. Gen. l. c. Joseph. l. c. *ἐξῆγε δ᾽ αὐτοὺς πρός τι ὕβριν τοῦ Θεοῦ καὶ καταφρόνησιν Νεβρώδης .... τολμηρὸς δὲ καὶ χεῖρα γενναῖος. ὃς ἐπειθεν αὐτοὺς μὴ τῷ Θεῷ διδόναι τὸ δι᾽ ἐκεῖνον εὐδαιμονεῖν, ἀλλὰ τὴν ἰδίαν ἀρετὴν ταῦτα παρέχειν αὐτοῖς ἡγεῖσθαι.* Inde novae Orientalium,

quibus Nimrodus etiam الضحّاك*) *irrisor* appellatur, fabulae ortae sunt (v. d'Herbelot bibl. orient. v. Nimrod), in his ea, de qua supra dictum est s. v. כְּסִיל. Cf. Wineri lex. bibl. v. Nimrod. Magis placeret etymon ex neopers. نبرد *bellum* ducendum, si modo probari posset, antiquum esse hoc vocabulum. אֶרֶץ נִמְרֹד Mich. V, 5 est Babylonia.

* * *

מְרֹדַךְ Jer. L, 2 n. pr. idoli Babyloniorum, prob. *Martis planetae*, quem pariter atque Saturnum, utpote sanguinolentum caedisque auctorem hostiis humanis placabant veteres Semitae (cf. de cultu eius apud veteres Arabes Comment. nostr. ad Jes. T. II. p. 344 sqq.). Nomen, quod hoc numen gerit apud Arabes et Nasoraeos, مرّيخ, ܡܪܝܚ, ex nostro ortum videtur (*Mirrikh* ex *Mirdich*), atque huius ipsius origo (*Merodach* a stirpe *Mord*, *Mort*, quae et *mortem* et *caedem* significat v. p. 779 A, et syllaba formativa *ach*, *och* in assyriacis et chaldaicis crebriore, cf. נִסְרֹךְ, אַרְיוֹךְ, גִּנְזַךְ) bene quadrat ad deum caedis belliqne. Quid? quod *Mars*, *Mavors* et *mors* eiusdem originis esse videntur. Aliis, ut Hitzigio (ad Jes. XXXIX, 1), *Merodach* videtur pers. مردک *vir* pr. *vir parvus*, quod non ita absurdum est, ut putabat Kleinertus (Dorpater theol. Beyträge 1, 214 sqq.), quum diminutiva non solum contemtim, sed etiam charitative de personis rebusque sanctis usurpentur (v. דָּגוֹן et, quem ibi laudavimus, Iac. Grimmium). — Ceterum huius numinis ab Assyriis et Babyloniis studiose culti praeter Jes. et Jer. l. l. c. c. testes habemus nomina propria regum Assyriorum et Babyloniorum cum hoc nomine composita (v. quae disputavimus ad Jes. T. I. p. 281), ut *Mesessimordachus*, *Sisimordachus*, אֱוִיל מְרֹדַךְ (q. v.) et

מְרֹאדַךְ בַּלְאֲדָן (*Merodach* i. e. Mars est *deus dominus*, בַּלְ = בַּעַל, בַּעַל, sec. Bohlenium i. q. pers. مردک بلادان, vir laudatus, non bene) rex Babyloniae Jes. XXXIX, 1, teste Beroso (ap. Eusebium in Chronico, Vers. arm. ed. Aucher. T. I. p. 42. 43) prorex Assyriae regis, a quo hic defecerat Babyloniae imperium ipse capessens (v. Comment. nostrum ad Jes. l. c.), quanquam Hitzigius (ad Jes. l. c.) *Merodach-Baladanum* Berosi ab huius nominis rege in V. T. diversum fuisse existimat. Idem appellatur בְּרֹאדַךְ בַּלְאֲדָן q. v. *m* in *b* mutato, apud Ptolemaeum in Canone *Μαρδοκέμπαδος*.

מָרְדֳּכַי (pers. مردکی parvus vir, Männlein, vel Martis cultor, a *Merodach*) n. pr. 1) viri Benjaminitae in Persiae metropoli degentis, qui Estherae nutricius erat, postea supremus regis amicus factus est Esth. II, 5 sqq. LXX *Μαρδοχαῖος*. Incertum, an idem sit, qui Esr. II, 2. Neh. VII, 7 in eorum numero memoratur, qui cum Serubabelo in patriam redierunt.

מָרָה 1) pr. i. q. מָרָא no. I, arab. مرى strinxit (nostr. streichen, streifen), v. c. cutem novaculà (v. מוֹרָה novacula), apud Arabes equum flagello, ubera mulgendo (cf. Schult. ad Har. Cons. I, p. 24. de defect. ling. hebr. p. 117). Vicina sunt מָרַח bestreichen, inunxit. Hinc

2) *contumax*, *rebellis fuit*, pr. restitit, repugnavit, manibus pedibusque stringendo et contendendo. (Arab. مرى denegavit, Conj. III. contendit disputando. Cognata sunt sam. ࠌࠓࠓࠄ recalcitravit Deut. XXXII, 35, syr. audax, impudens fuit, adeoque מָרַד q. v. Prorsus falsi sunt, qui originem in *murmurando* ponunt). Construitur a) sq. בְּ eius, cui resistitur. Ps. V, 11. Hos. XIV, 1. b) c. acc. eiusdem (pr. propulsavit aliquem). Jer. IV, 17: כִּי אֹתִי מָרָתָה *nam contumax est contra me*. Ps. CV, 28: וְלֹא מָרוּ אֶת־דְּבָרוֹ. Crebra est formula: מָרָה אֶת־פִּי יי restitit mandato divino Num. XX, 24. XXVII, 14. 1 Sam. XII, 15. 1 Reg. XIII, 21. 26. Thren. I, 18. Sed מָרָה אֶת־פִּי פ׳ primitus et proprio significatu nihil aliud fuisse videtur quam: strinxit s. percussit os alic. i. e. verba eius vilipendit, v. quae supra disputavimus ad formulam chald. מְחָא בְיַד s. v. מְחָא. c) absol. Deut. XXI, 18. 20: בֵּן סוֹרֵר וּמוֹרֶה *filius refractarius et contumax*. Ps. LXXVIII, 8. Jer. V, 23. Jes. I, 20: אִם תְּמָאֲנוּ וּמְרִיתֶם opp. אִם תֹּאבוּ וּשְׁמַעְתֶּם. L, 1. LXIII, 10. Thren. III, 42. — Metaph. 2 Reg. XIV, 26: עֳנִי יִשְׂרָאֵל מֹרֶה מְאֹד *calamitas Israëlis admodum contumax* s. pervicax, perdurans, insanabilis. Vett. verss. מרה *amaram* reddunt, vel quod מָרָה legunt (invito quidem sexu vocis עֳנִי), vel quod radici מָרָה eandem potestatem tribuunt atque מָרַר: sed neutro opus videtur. Ceterum etiam LXX מָרָה et הִמְרָה saepe reddunt *παραπικραίνω*, quasi vis verbi ab amaritudine proficiscatur.

Hiph. הִמְרָה fut. apoc. וַתֶּמֶר Ez. V, 6 i. q. Kal no. 2. *restitit*, *repugnavit*, *contumax fuit*. Iob. XVII, 2: בְּהַמְּרוֹתָם תָּלַן עֵינִי (Dagesch euphon. in מ) *in reclamatione eorum commoratur oculus meus*, circumdant me obloquentes et repugnantes. Plerumque de his qui contumaces sunt in Deum. Constr. a) sq. בְּ (contra). Ps. CVI, 43. Ezech. XX, 8. 13. 21. b) sq. עִם (contendit *cum*) Deut. IX, 7. 24. XXXI, 27. c) sq. acc. Ps. LXXVIII, 17. 40. 56. CVII, 11. Ez. V, 6, maxime in formulis: הִמְרָה אֶת־פִּי יי (de qua vide Kal) Deut. I, 26. 43. Jos. I, 18. 1 Sam. XII, 14, ה׳ אֶת־עֵינֵי יי (q. d. offendit oculos Jovae) Jes. III, 8, ה׳ אֶת־רוּחַ יי Ps. CVI, 33.

---

*) Cum *Dhohaco*, rege mythico Persarum, confudit hoc vc. Rosenmüllerus (bibl. Alterthumskunde 1, 2 p. 60), cum *Dejoce*, Mediae conditore, Bohlenius (ad Gen. p. 127), cuius ipsius coniecturam, *Nimrodum* eundem regem fuisse atque *Merodach Baladan* (Jes. XXXIX, 1), nemo facile probet, qui temporum rationes reputaverit.

מְרָה f. dual. Jer. L, 21: הָאָרֶץ מְרָתַיִם *terra duplicis contumaciae*, de Babylonia, in qua primum Assyrii, dein Babylonii populum Dei detinuerant et vexaverant (cf. Comm. 17. 35 et Maurer. ad h. l.). Aliud v. sub rad. מָרַר.

מוֹרֶה n. pr. duorum locorum, unius prope Sichem urbem אֵלוֹן מוֹרֶה ,אֵלוֹנֵי מוֹרֶה (quercus More) Deut. XI, 30, Gen. XII, 6, alterius, גִּבְעַת הַמּוֹרֶה Iud. VII, 1 in valle Jesreël. Quod de etymo vocis posui p. 627 B, nunc minus placet, et vix dubito quin מוֹרֶה pr. contumax, resistens *montem* s. *arcem montanam* significet, in qua hostibus resistatur cf. מְצָדָה ,מְצוּדָה ,מְצִידָה. Fem. eius esse videtur מוֹרִיָּה q. v. LXX utrumque reddunt ὑψηλή.

מוֹרָה *novacula*, quae (observante Schult.) a stringendo dicta esse potest. Iud. XIII, 5. XVI, 17. 1 Sam. I, 11. Quum vero omnibus locis gen. masc. sit hoc vc., et מוֹרָה Ps. IX, 21 in Chethibh legatur pro מוֹרָא, inclino in sententiam Io. Simonis, cui etiam מוֹרָה *novacula* est pro מוֹרָא tremor, timor, „quod cum timore tractetur.“

מֹרִיָּה Gen. XXII, 2 et **מוֹרִיָּה** 2 Par. III, 1 n. pr. *Moria*, collis Hierosolymitanus, cui Salomo templum superstruxit. Ab aquilonari Zionis parte (nordöstlich von Zion) situs et valle Tyropoeon dicta ab eo separatus erat (Joseph. Ant. 8, 3 §. 9. XV, 11. bell. jud. 5, 5), sed vulgo tamen Zionis nomen etiam Moriae collem complectebatur, cuius nomen perrarum nonnisi bis, et ne 1 Reg. VI, 1 quidem, legitur. Quod Gen. l. c. habetur, אֶרֶץ הַמֹּרִיָּה est *terra* s. *ager Moriae*, i. e. regio illi monti vicina, cf. אֶרֶץ הָעַי Jos. VIII, 1, nec sententiam suam nobis persuasit Bleekius (theol. Studien und Kritiken 1831, 3 p. 520—24), qui אֶרֶץ הַמֹּרִיָּה ad templi montem pertinere negat, et regionem Sichemiticam, quae alibi *quercetum More* dicitur (v. pag. 627 B), intelligendam existimat. Templi montem intellexerunt iam Josephus (Ant. 1, 13 §. 1 τὸ Μώριον ὄρος, et §. 2 τὸ ὄρος, ἐφ' οὗ τὸ ἱερὸν Δαβίδης ὁ βασιλεὺς ὕστερον ἱδρύεται) et Targ. Hieros. (טור מוריה), idemque totius narrationis argumentum et ratio suadet. — Ad originem quod attinet, non dubium est, quin sacri scriptores מֹרִיָּה acceperint pro מְרֻאֵי־יָהּ vel secundum Genesin *electus a Jehova* (comm. 14: וַיִּקְרָא אַבְרָהָם שֵׁם הַמָּקוֹם הַהוּא יְהוָה יִרְאֶה cf. Comm. 8), vel secundum Paralipomena l. c. *monstratus a Jehova* (בְּהַר הַמּוֹרִיָּה אֲשֶׁר נִרְאָה לְדָוִיד); quod idem spectarunt Symm. γῆ τῆς ὀπτασίας. Aqu. εἰς τὴν γῆν τὴν καταφανῆ. Hieron. terra visionis, quodque scriptura adeo mutata commendare volebat cod. Sam. (המוראה, Vers. Sam. חזיתה). Neque linguae rationibus contrarium est hoc etymon (prae ceteris vide quae observavimus ad הוֹרָה p. 627 et lin. 21 sqq.): nihilominus primarium et nativum non videtur, sed eo demum tempore excogitatum, quo templum iam in hoc colle exstructum erat. De nativo autem etymo si conjectura facienda est, מֹרִיָּה ,מוֹרִיָּה erit *refractaria*, *resistens* (part. fem. a מָרָה, ad formam פּוֹרִיָּה) i. e. *arx*, *cacumen montis* (cf. syr. ܡܘܪܝܐ resistentia, et ܒܝܬ ܡܘܪܝܐ locus resistentiae, de arce, arab. مارد n. pr. arcis Dumae), ita ut Moriae et *Zionis* (צִיּוֹן) nomine paene conveniant. Simile quid spectasse videntur LXX vertentes: ὑψηλή (quod alii ducunt a prospectu late patente), quo vocabulo reddunt etiam מוֹרֶה Gen. XII, 6. Deut. XI, 30 (v. supra). Quod alii veteres מוֹרִיָּה de *cultu divino* explicant (Onk. Pseudoj. duo Arabes), in eo etymon sequuntur a rad. יָרָה Hiph. הוֹרָה ductum.

מְרִי, in pausa מֶרִי, c. suff. מִרְיָם Neh. IX, 17, sed מֶרְיְךָ Deut. XXXI, 27 m. 1) *reclamatio*. Iob. XXIII, 2: גַּם הַיּוֹם מְרִי שִׂחִי *nunc quoque reclamatio est sermo meus*, etiamnunc non possum non reclamare et de iniuria conqueri. Alii: num *etiamnunc rebellio* vobis videtur *querela mea?* vel: *etiamnunc amaritudo* (Targ. מְרִיר, qs. מָרָה idem valeat quod מָרַר) *est querela mea;* sed neutrum aptum, nedum necessarium est. — 2) *contumacia* in Deum. Deut. XXXI, 27. 1 Sam. XV, 23. Saepe dicitur בֵּית־מְרִי gens contumax Ez. II, 5. 8. III, 9. 26. 27. XII, 2. 3. 9, בְּנֵי מְרִי contumaces Num. XVII, 25, עַם מְרִי Jes. XXX, 9, et מְרִי concr. contumax Prov. XVII, 11, contumaces Ez. II, 7. XLIV, 6.

מְרִי בַעַל n. pr. filii Jonathani 1 Par. IX, 40, qui ibid. paullo superius מְרִיב בַּעַל (impugnans Baalem) vocatur, quae scriptura verior videtur.

מְרָיָה (*contumacia in Jovam*) n. pr. viri Nehem. XII, 12.

מְרָיוֹת (*contumaciae*) n. pr. virorum 1) 1 Par. V, 32. VI, 37. Esr. VII, 3. 2) 1 Par. IX, 11. Neh. XI, 11. 3) Neh. XII, 15, sed hoc vitiosum videtur pro מְרֵמוֹת comm. 3. Etenim י et מ litterae sunt in antiqua scriptura sibi similes.

מִרְיָם (contumacia, i. q. מְרִי, addita syllaba formativa ־ָם, ut in סֻלָּם ,אוּלָם) n. pr. mulierum. 1) soror Mosis, prophetissa Exod. XV, 20. Num. XII, 1 sq. (quae narratio cum etymo nominis mire congruit) Mich. VI, 4. 2) 1 Par. IV, 17. Gr. *Μαριάμ*, *Μαρία*.

יִמְרָה n. pr. viri 1 Par. VII, 36.

מָרַח 1) *fricuit*, *trivit*, *contrivit*, v. מְרוֹחַ. (Cognata sunt מָרַק ,מָרָה, et r in l emollito מָלַח no. II. Arab. مَرْخ arbor, ex qua trita ignis elicitur). 2) i. q. arab. مَرَخ *inunxit*, v. c. corpus oleo. IV. emollivit. (Vicinum est מָשַׁח, littera r in sibilum versa). In V. T. semel de cataplasmate imposito Jes. XXXVIII, 21: *Jesaia iubente caricas sumebant* וְיִמְרְחוּ עַל־הַשְּׁחִין praegn. *easque emollitas ulceri imponebant*. LXX. καὶ τρῖψον καὶ κατάπλασαι. Vulg. et cataplasmarent super vulnus.

מְרוֹחַ m. *contritus.* Lev. XXI, 20: מְרוֹחַ אָשֶׁךְ *contritis testiculis* castratus, qualis gr. θλαδίας, θλασίας appellatur. Onk. מְרִיס פַּחֲדִין. Gr. Venet. τεθλασμένος τὸν ὄρχιν. Sed LXX μονόρχις. Vulg. et Saad. *herniosus.*

מֵרֹנֹתִי n. gentilicium aliunde non cognitum 1 Par. XXVII, 30. Neh. III, 7.

מָרַט (vic. verbo מָלַט, q. v.) pr. laevigavit, 1) *polivit, acuit* gladium Ez. XXI, 14. 33. 2) laeve fecit caput alic. i. e. depilavit aliquem, *evulsit* l. *vellicavit* crines, in altercando, castigando Neh. XIII, 25, ludibrii causa Jes. L, 6 (ubi מֹרְטִים sunt vellicantes barbam), in luctu Esr. IX, 3. — Ez. XXIX, 18: כָּל־כָּתֵף מְרוּטָה *quivis humerus depilis factus est*, oneribus portandis. — (Syr. ܡܪܛ glaber, depilis fuit. Arab. مَرَطَ fut. O. pilos evulsit, it. abortavit, eiecit merdam, pr. elabi fecit; telum misit).

Niph. depilis, calvus factus est Lev. XIII, 40. 41.

Pu. 1) *politus est* (de metallo) 1 Reg. VII, 45. — 2) *acutus est* (gladius). Part. מוֹרָטָה pro מְמֹרָטָה (cum dag. f. euphon.) Ez. XXI, 15. 16. — Huc praeterea referendum est, quod Jes. XVIII, 2. 7 Aethiopes vocantur: עַם מְמֻשָּׁךְ וּמוֹרָט (pro מְמֹרָט) *populus durus* (al. longus) *et glaber*, quod non eo refero, quod depiles fuerint, instar sacerdotum Aegyptiorum (Herod. 2, 37), sed quod nudi: sic enim comparent Aethiopes in eius regionis monumentis a *Gau* et *Cailliaud* editis. Hitzigius cutis nigrae glabritiem et nitorem intelligit. Minus tutum videtur, translate interpretari *populum acutum* i. e. *acrem*, celerem, vehementem, ut חַדּוּ Hab. I, 8 de Chaldaeis; et prorsus deserenda, quam in Comment. secutus sum, voc. מוֹרָט derivatio a rad. יָרַט (q. v.), quum part. Pu. מְמֻשָּׁךְ arguat, etiam מוֹרָט pro tali forma habendum esse.

מְרַט chald. i. q. hebr. no. 2 *evulsit* (alas). Praet. pass. *evulsus est* Dan. VII, 4. (In Targg. מְרָטָא calvitium, depilatio).

מֹרֶךְ *pavor*, v. rad. רָכַךְ.

מֶרֶס n. pr. principis in imperio Persico Esth. I, 14.

מַרְסְנָא n. pr. alius principis, ibid. Benfey (über die Monatsnamen p. 200) ad prius illud confert sanscr. *mârsha* dignus, a rad. *mrish*, zend. *meresh*; ad hoc adiectum censet *nâ*, nominat. zendici *nar* vir (Burnouf Comment. Not. CXXXIX).

מֵרֵעַ i. q. רֵעַ *socius*, v. rad. רָעָה.

מָרַץ rad. in Kal inusit., cuius vera potestas incerta est. Kimchius: ענין חוזק ותוקף *significationem habet validitatis et vehementiae*, nec male, si quattuor locorum, quibus legitur, rationem reputas. Sed rectius tamen originem indicasse videntur Coccejus et Io. Simonis ed. 1 et 2, cui מָרַץ pr. est *acer*, dein *vehemens fuit*, coll. transp. مصر acer, acidus fuit; neque eam sententiam deserere debebant recentiores huius lex. editores, qui (auctore J. D. Mich. in suppl.) cunctis locis adhibent arab. مَرِضَ aeger, morbidus fuit.

Hiph. vehementem fecit i. e. *irritavit.* Iob. XVI, 3: מַה־יַּמְרִיצְךָ *quid te irritat?* exacerbat.

Niph. acer, vehemens fuit. 1 Reg. II, 8: קְלָלָה נִמְרֶצֶת *exsecratio acris s. vehemens.* (LXX. ὀδυνηρά. Vulg. pessima, Chald. et Syr. *amara.* Non apte Winerus: exsecratio debilis). Mich. II, 10: חֶבֶל נִמְרָץ *perditio acris*, i. e. gravissima. — Iob. VI, 25: מַה־נִּמְרְצוּ אִמְרֵי יֹשֶׁר *quam acria* i. e. valida, victricia sunt *verba iusta?* Saad. ms. ما ابلغ الاقوال المستقيمة *quam facunda sunt verba recta.* Michaëlis, quem sequitur Winerus: *quam morbida s. debilia sunt verba veritatis* i. e. quae vera et certa esse iactatis? quae ironice dicta volunt. Magis placuerint Jarchius, Rosenm. al. quibus נִמְרְצוּ h. l. idem est quod נִמְלְצוּ (quod in uno cod. Kenn. legitur): *dulcia sunt*, sed nil opus est a trium reliquorum locorum usu discedere.

מָרַק pr. fricuit (cf. vic. מָרַח, gr. ἀμέργω, ὀμοργνύω), inde 1) *polivit* metallum. 2 Par. IV, 16: נְחֹשֶׁת מָרוּק *aes politum.* Jer. XLVI, 4: מִרְקוּ הָרְמָחִים *polite hastas.* 2) abstersit, *mundavit* lavando. (Syr. ܡܪܩ tersit, abstersit. Aph. lavit. Chald.). Vide תַּמְרוּקִים.

Pu. מֹרַק *tersum est* (vas aeneum), gescheuert werden. Lev. VI, 21.

מָרָק m. *ius, iusculum* Iud. VI, 19. 20 (ubi nonnulli libri mss. et editi habent מָרַק, ut מִרְמָס Jes. X, 6, מַחֲנַק Iob. VII, 15) et Jes. LXV, 4 Keri, ubi Chethibh habet פרק. Arab. مَرَقٌ iusculum, مَرَقَةٌ portio iusculi, مَرَّقَ I. IV. iusculo implevit ollam. Etymon dubium est. Io. Simonis quidem auctore Castello et Giggeio radici مرق etiam *colandi* potestatem tribuit, unde iusculum dictum esse, quaeque ipsa a *mundando* et purgando ducta esse possit. Quum vero haec significatio a Kamuso, neque non a Golii, Freytagii all. lexx. absit, et Giggei auctoritas saepe valde suspecta sit, illa ratio, licet non inepta, tamen incerta est, et nativa huius vc. forma esse videtur פָּרָק q. v.

מְרוּקִים m. *mundationes* puellarum, quae in gynaeceum regis Persarum admittendae erant Esth. II, 12, quae

in eo haud dubie cernebantur, quod in balneis destringerentur et fricarentur, dein unguentis odoribusque perfunderentur (v. Brisson. de reg. Pers. princip. p. 227. 228). LXX. σμῆγμα. Targ. unguentum odoratum.

תַּמְרוּק m. *id quo quis mundatur* (Reinigungsmittel), a) de unguentis odoribusque, quibus puellae ad regem admittendae purgabantur Esth. II, 3. 9. 12 (v. vc. praec.). b) quo quis corrigitur et emendatur Prov. XX, 30 Keri. In Chethibh est תַּמְרִיקִים.

תַּמְרִיק v. praec. litt. b.

מָרַר 1) *fluxit, stillavit*, unde מַר gutta, מֹר myrrha, et *fort.* מְרֵרָה fel. (Arab. مرمر fluere fecit, مرمرة pluvia frequens, ممر canalis. Trilitt. مر eundi, transeundi significatu frequentatur [nunquam fluendi, ut Mich. suppl. p. 1558 colligit ex Cor. 27, 90, ubi vulgaris transeundi potestas tenenda est]: quae cum fluendi vi in multis radd. coniuncta est, v. הָלַךְ, יָבַל, جرى, רָהַט.)

2) *amarus fuit.* (Arab. مر fut. A. id. et *sic in omnibus linguis cognatis*, adde lat. *amarus*, item *moereo*. Quae notio quomodo cum priore illa cohaereat, non satis constat: *fort.* denom. est a מֹר et מְרֵרָה, ut rebus amaris. Alii nil prorsus inter utramque radicem cognationis esse affirmant). Fut. יֵמַר (Gramm. §. 67. not. 3). Sq. לְ Jes. XXIV, 9: יֵמַר שֵׁכָר לְשֹׁתָיו *amarum est temetum potantibus.* Translate: מָרָה לוֹ נַפְשׁוֹ animus amarus est ei, i. e. tristis, afflictus est, doluit 2 Reg. IV, 27. 1 Sam. XXX, 6 (quo loco dolor intelligendus est cum exacerbatione et ira coniunctus, erbittert seyn, cf. עצב doluit arab. غضب iratus fuit). Impers. מַר לוֹ amarum est alicui, i. e. tristis, moestus est Thren. I, 4, it. tristi sorte utitur (es geht ihm bitter, betrübt). Ruth I, 13, sq. מִן comparativo.

Niph. נָמַר v. מוּר.

Pi. 1) *amaram, acerbam fecit* (vitam) Ex. I, 14, it. *acerbe egit* addito בַּבְּכִי flendo, i. e. acerbe flevit. Jes. XXII, 4. — 2) *exacerbavit, irritavit*, c. acc. Gen. XLIX, 23. Vide Hithpa.

Hiph. 1) *amarum fecit* i. e. afflixit. Iob. XXVII, 2: *per Omnipotentem* הֵמַר נַפְשִׁי *qui amarum fecit animum meum* i. e. qui me afflixit (cf. in Kal 2 Reg. IV, 27). Sq. לְ Ruth I, 20: הֵמַר שַׁדַּי לִי מְאֹד *valde afflixit me Omnipotens.* Cf. הֵרַע לְ Comm. 21. — 2) intrans. *moerore affectus, afflictus est, luxit*, sq. עַל (propter) Zach. XII, 10. — Ceterum תַּמֵּר Exod. XXIII, 21, quamvis formam habeat futuri chaldaei Hiph., huius radicis non est, sed referendum ad rad. מָרָה *contumax, non obsequens* fuit: אַל תַּמֵּר בּוֹ. LXX. μὴ ἀπείθει αὐτῷ. Onk. לָא תְסָרֵב לְקִבְלֵיהּ, et sic Syr. Vulg. Saad., qui omnes תמר ita pronunciarunt, ut ad rad. מָרָה referrent, prob. תַּמְרֶה. Ita etiam Cod. Sam. [illegible].

Hithpa. הִתְמַרְמַר *exacerbatus est in* aliquem, sq. אֶל pers. Dan. VIII, 7, absol. ibid. XI, 11. (Syr. ܐܬܡܪܡܪ exacerbavit, lacessivit, Ethp. pass., arab. مرمر iratus fuit, مرمور biliosus).

מַר A) a rad. no. 1 *gutta* Jes. XL, 15, cf. ad מִן pag. 805 A med.

B) a rad. no. 2, 1) adj. cum fem. מָרָה *amarus* (opp. dulci) Jes. V, 20. Prov. XXVII, 7, *acerbus*, de aqua salsa Ex. XV, 23. Translate a) *moestus, afflictus.* נֶפֶשׁ מָרָה Iob. XXI, 25, contra מַר נֶפֶשׁ tristis animi 1 Sam. XXII, 2, f. מָרַת נֶפֶשׁ I, 10, pl. masc. מָרֵי נֶפֶשׁ Iob. III, 20. Prov. XXXI, 6, et simpl. מַר Ez. III, 14. — b) *acerbus*, de fletu (nostr. bitterlich). צְעָקָה גְּדֹלָה וּמָרָה clamor magnus et acerbus Gen. XXVII, 34. Esth. IV, 1, de luctu Ez. XXVII, 31, de fato acerbo Jer. IV, 18. Prov. V, 4 (ubi additur: כַּלַּעֲנָה sicut absinthium) Am. VIII, 10. Inde i. q. *exitiosus.* Eccl. VII, 26: *inveni, quod ipsa morte acerbius esset, mulierem.* Ps. LXIV, 4: דָּבָר מָר *sermo acerbus.* Jer. II, 19. (Lat. amara dies Tibull. casus amari Ovid., amara, de rebus adversis Hor. Od. 2, 16, 26; ad Ps. LXIV, 4 cf. dicta amara Ovid. Trist. 3, 11, 31.) — c) *acer* i. e. vehemens, ferox, i. q. arab. مرير (qua translatione illustratur oppositio inter עַז fortis et מָתוֹק dulcis Jud. XIV, 14; nam acrimonia transfertur ad animi vehementiam, ut dulcedo ad mansuetudinem) Hab. I, 6. plenius מַר נֶפֶשׁ Jud. XVIII, 25. 2 Sam. XVII, 8. (Sic lat. *amarus* Cic. Att. 14, 21).

2) subst. a) *amarum, amaritudo*, ut mortis 1 Sam. XV, 32. — b) מַר נַפְשִׁי *moestitia* Iob. VII, 11. X, 1. Jes. XXXVIII, 15. — c) *fatum acerbum, calamitas.* Jes. XXXVIII, 17: הִנֵּה לְשָׁלוֹם מַר לִי מָר *en in salutem versa est calamitas mihi, calamitas.* Inde *exitium.* Num. V, 24: וּבָאוּ בָהּ הַמַּיִם הַמְאָרְרִים לְמָרִים *eique exitio fiunt aquae diris devotae.* 27. Et Plur. מֵי הַמָּרִים *aquae exitiosae* ib. Comm. 18. 19. 24. Cod. Sam. המארים. fortasse הַמְּאָרִים dirae.

3) *acerbe* Jes. XXXIII, 7. Zeph. I, 14, et sic fem. מָרָה Ez. XXVII, 30.

מֹר, plene **מוֹר** Cant. IV. 6. V. 5. sq. Makk. מָר־ Ex. XXX. 23 m. *myrrha* (a defluendo dicta, v. rad. no. 1), arab. مر, gr. μύῤῥα (qs. a fem. מֹרָה), et adscito sibilo σμύρνα, resina aromatica, odorata et amara, quae apud Hebraeos suffitui sacro (Exod. XXX, 23), aquis odoratis (Ps. XLV, 9. Prov. VII. 17) unguentisque (Esth. II, 12. Cant. V. 5 cf. Plin. 13, 2. Diosc. 1, 77), apud Graecos vino quoque condiendo (Marc. XV. 23. 36, v. רֶקַח) adhibebatur. Cant. III. 6. Praestantissima eius species appellatur מֹר עֹבֵר Cant. V. 5. et מָר־דְּרוֹר Exod. l. c. σμύρνα στακτή (LXX σμύρνα ἐκλεκτή), quae sponte et sine incisionibus ex arbore

defluebat. צְרוֹר הַמֹּר Cant. I, 13 sacculus fuisse videtur myrrha repletus, suavis odoris caussa (בָּתֵּי נֶפֶשׁ Jes. III, 20) e collo mulieris suspensus, non fasciculus florum s. foliorum myrrhae. In arbore myrrhifera, quam antiquitus in Palaestina crevisse testantur loci Cant. IV, 6. V, 1 (cf. Belon observatt. 2, 80), describenda sibi non constant veteres scriptores (Diod. 5, 41. Theophrast. hist. plant. 9, 4. Plin. 12, 33), ita ut etiam recentiores varias de ea sententias sequerentur (v. Sprengel ad Diosc. 1, 77): donec EHRENBERGIUS arborem invenit et accuratius descripsit. Nunc appellatur *balsamodendron myrrha*, v. Nees v. Esenbeck plant. officin. tab. 357. — Vide Celsii Hierobot. 1, 520 sq. Bodaei a Stapel comment. ad Theophr. p. 974. 976 sqq.

מָרָא Ruth I, 20 Chethibh, v. מָרָה no. 2, b.

מָרָה f. 1) fem. adject. *amara*, v. מַר. Inde neutr. *acerbum* (Bitteres) i. e. malum, calamitas (Unglück) 2 Sam. II, 26. Adv. *acerbe* Ez. XXVII, 30.

2) n. pr. a) fontis amari s. salsi in paeninsula Sinaitica Exod. XV, 23. Num. XXXIII, 8, de probabili sententia Burckhardti (itin. Syriae p. 776 sqq. ed. germ.) eiusdem qui hodie بير هواره *Bir Hovâra* appellatur non Ajûn Musa (عيون موسى fontes Mosis), quae Pocockii (I, p. 214) et Niebuhrii (Descr. Arab. p. 403) opinio erat. (Idem etymon habet *Marathus*, oppidum Phoeniciae, in numis מרת = מַר a fonte aquae maritimae i. e. salsae, v. Monumm. Phoen. p. 272). — b) quod Noëmi sibi imponi iussit i. e. amara s. *moesta*. Ruth I, 20 Keri, pro quo in Chethibh est מָרָא.

מָרָּה (lege *morra*, cum Dag. forti in ר, praeter normam vulgarem) f. *moeror*. Prov. XIV, 10.

מֹרָה f. id. Gen. XXVI, 35: מֹרַת רוּחַ *moeror animi*.

מָרוֹת (amaritudines, fort. fontes amari) n. pr. oppidi in tribu Judae, quod semel memoratur Mich. I, 12.

מְרֵרָה f. *fel*, a fluendo (v. rad. no. 1) dictum, Iob. XVI, 13, arab. مِرَّة, مَرَارَة, syr. ܡܪܪܐ, ܡܪܪܬܐ id.

מְרֹרָה f. 1) *amaritudo, acerbitas*. Deut. XXXII, 32: אַשְׁכְּלֹת מְרֹרֹת *uvae amaritudinum* i. e. amarae. Metaph. *acerba*, poenae acerbae. Iob. XIII, 26: כִּי תִכְתֹּב עָלַי מְרֹרוֹת *quod tam acerba mihi imponis*, tam acerbo supplicio me afficis. — 2) *fel* Iob. XX, 25. מְרֹרַת פְּתָנִים *fel viperarum* ib. 14 de veneno viperarum, quod in felle inesse falso credebant veteres (Plin. H. N. 11, 37 s. 62), quanquam in aliis etiam huius radicis formis *amari* notio ad *venenum* relata est (v. מְרִירִי, syr. ܡܪܪܬܐ de veneno Ephr. Opp. I, 135. III, 342, zab. מררא id. Lorsbach. Museum fasc. I, p. 16, cf. gr. ῥίζα πικρίας Hebr. XII, 15 de radice venenosa), quia pharmaca et venena saepe amara esse solent. Cf. לַעֲנָה, רֹאשׁ (רוֹשׁ).

מְרֹרִים m. *herbae amarae* Ex. XII, 8. Num. IX, 11 (LXX. πικρίδες. Vulg. *lactucae agrestes*), quae ex lege una cum agno paschali et azymis comedebantur. Et Mischna quidem (Pesach. cap. 2 §. 6) ut tales recenset: החזרת והעולשין והתמכה והחרחבינה והמרור i. e. *lactucam, intybi genera, parthenium* (al. raphanum, Rettig), *eryngium, et lactucam amaram*, vide quae docte disputat BOCHARTUS, Hieroz. I, p. 691—700 ed. Lips. cf. Celsii Hierob. II, 227. Carpzov. Apparat. p. 402 sqq. Castelli lex. syr. ed. Mich. 520. — Translate de *sorte acerba* Thren. III, 15 (ubi in altero membro est לַעֲנָה absinthium).

מְרָרִי (amarus, infelix) n. pr. filii Levi Gen. XLVI, 11 Exod. VI, 16. Consonat patron. Num. XXVI, 57.

מְרִירִים vett. intpp. reperiri statuunt Iob. III, 5, sed v. כִּמְרִירִים.

מְרִירִי adj. *amarus*, inde *venenosus* (cf. מְרֹרָה no. 2) Deut. XXXII, 24: קֶטֶב מְרִירִי *pestis amara s. venenosa*. Sed Cod. Sam. pro his verbis habet ‹Samaritan›, quod non interpretor cum utraque Versione Samaritana: *confringens rebelles*, sed קֹטֵב מְרִירִים *carpens herbas amaras* i. q. מְרֹרִים sc. prae fame cf. Iob. XXX, 4. Vide Comment. de Pent. Sam. p. 44.

מְרִירוּת f. *moeror* Ez. XXI, 11.

מֶמֶר m. (cf. מֶסֶס a תָּמַס, מֶבֶל a בָּלַל) *moeror* Prov. XVII, 25.

מַמְּרֹרִים (c. dag. euphon.) m. pl. *amaritudines*, fortuna adversa Iob. IX, 18.

תַּמְרוּרִים m. pl. *amaritudines*. בְּכִי תַמְרוּרִים fletus acerbus Jer. XXXI, 15, מִסְפַּד ת׳ luctus acerbus VI, 26. Adv. *acerbe*, graviter Hos. XII, 15. Aliud v. sub rad. תָּמַר.

מַרְשָׁה v. מָרֵאשָׁה, rad. ראשׁ.

מָשַׁר rad. in verbo inusitata adeoque incerta, fortasse i. q. مَشَرَ II. divisit. Inde

מְשׂוּרָה f. *mensura*, eaque, ut videtur, rerum liquidarum. Lev. XIX, 35: *ne faciatis iniustum in iudicio* בַּמִּדָּה וּבַמִּשְׁקָל וּבַמְּשׂוּרָה *in mensura et in pondere et in mensura*, ubi מִדָּה ad res ulna mensurandas, מְשׂוּרָה ad mensuram cavam refertur, ut recte observat Jarchius. Non bene Kimchius מדה mensuram magnam, מְשׂוּרָה parvam esse volebat. Ezech. IV, 11. 16: *comedent panem ad pondus et cum timore, et aquam secundum mensuram* (בִּמְשׂוּרָה) *et cum torpore bibent*. 1 Par. XXIII, 29: לְכָל מְשׂוּרָה וּמִדָּה. Vulg. et Chald. ubique *mensuram* reddunt. Radicem priores Lexi-

cographi, in his *Simonis*, statuebant שׁוֹר, cui dividendi potestatem tribuebant a serrando (نشر, נִשַּׁר) fortasse ductam; quod supra posui, primus commendavit J. D. Mich. (suppl. 1574), licet et ipse مشر denominativum esse suspicetur a مِنْشَار, מַשּׂוֹר serra.

מַשׁ Gen. X, 23 (in loco parall. 1 Par. I, 17 et apud Alex. male מֶשֶׁךְ, Cod. Sam. משא, quod ex Comm. 30 petitum est) gens et regio ab Aramo oriunda, in Syria igitur vel in Mesopotamia quaerenda. Josephus (Ant. 1, 6, 4) *Μησᾶς κτίζει Μησαναίους*, Mesenen (ܡܝܫܢ) cogitans, quae est circa Bassoram ad Tigridis Euphratisque exitum in sinum Persicum, et, pariter atque Samaritanus, מַשׁ eandem gentem statuens cum מֵשָׁא comm. 30. Sed recte Bochartus (Phaleg II, 11) potius *montis Masii* (arab. جودى) incolas intelligit, quae Tauri pars Nesibi a septentrione imminet et Armeniam a Mesopotamia secernit (Strabo XI, p. 541), licet hodie id nominis (Մասիս) gerat altissima pars montani in centro Armeniae ad dextrum littus Araxis sita (St. Martin Mémoires sur l'Arménie I, p. 48). Illius usus apud Syros et Arabes etiam vestigium aliquod superest: fluvius enim de Masio monte defluens syr. ܢܗܪܐ ܕܡܫ appellatur (Assem. bibl. orient. T. II. ind. geogr. v. Nisib. et p. 110. T. II. P. I. p. 498), arab., quod ex eo ortum est, هرماس.

מֵשָׁא n. pr. loci, cuius mentio est Gen. X, 30 in describendis terminis Arabiae Joctaniticae: *eorumque habitatio erat* מִמֵּשָׁא בֹּאֲכָה סְפָרָה הַר הַקֶּדֶם *a Mescha usque ad Sepharam* et usque ad *montanum Arabiae*. In his verbis ante omnia pro certo sumendum est, הַר הַקֶּדֶם non per appositionem coniunctum esse cum סְפָרָה, sed tertium quendam locum esse, ad quem terminus porrigatur (cf. Comm. 19. XXV, 18), ita ut Saadias recte suppleat الى: *montano Arabiae* autem nihil aliud indicari quam montium iuga in media fere Arabia e regione Meccae et Medinae usque ad sinum Persicum excurrentia, hodie نَجْد dicta (v. [Jomard] Notice sur le pays Nedjd ou l'Arabie centrale, Paris 1823. 8). *Mescham* (מֵשָׁא), a qua proficiscitur terminus, Bochartus (Phaleg II, 20) *Musam* s. *Muzam* (*Μοῦσα* Ptol. 6, 8, *Μοῦζα* Arrian. Peripl. *Muza* Plin. 6, 23) esse putabat, Arabiae portum cum oppido in ditione Mocchensi sito, vel ubi nunc est موزع *Muzaa* (Nieb. Arabien p. 223. Johannsen hist. Jemanae p. 286), vel ubi موسج *Mausidj* (Nieb. p. 224. 225. Mannert Geogr. VI, 1 p. 63) موزع enim hodierna mare non attingit. Quum vero huius nominis scriptio nativa (v. Johannsen l. c.) videatur موزع, quod cum מֵשָׁא conferri non poteat, praestat cum J. D. Michaeli (Spicileg. II, 214. suppl. 1561), *Mesenen* intelligere (ܡܝܫܢ, ميسان), inter ostia Pasitigridis (شط العرب) sitam, ubi hic in mare Persicum sese immittit. Hanc Philostorgius (3, 7) ita describit, ut Tigris *τοῖς ἐσχάτοις στόμασιν ἀλλήλων διειργομένοις* efficiat *νῆσον ποταμίαν τε ἅμα καὶ θαλαττίαν, ἣν ἔθνος ἐνοικεῖ τῶν Μεσηνῶν ἐπικαλούμενον*, vide pluribus de *hac* Mesene Dion. Cass. 68 §. 28. Assem. bibl. orient. III, 2 p. 430. 603, Abulfedam in tab. Iracae ap. Mich. in spicil. l. c. d'Anville l'Euphrate et le Tigre p. 135: idem enim nomen gerit alia quoque regio interamnis (an forte מֵשָׁא eiusmodi *insulam fluvialem* significabat?, vel a chald. מִישָׁא recessus, vel a radice indopersica, quae cum *μέσος*, *medius* coniuncta esset, cf. מָדַי) duobus brachiis Tigridis cincta, inter Apameam Mesenes et Seleuciam interiecta, quae a Geographis Graecis saepius, quam illa memoratur (v. Steph. Byz. v. *Ὄραθα* et *Μεσσήνη*, ibique intpp. Plin. V, 27 s. 31. Cellar. notit. orb. ant. II, p. 749 sqq. d'Anville l. c. p. 130. 131). Ab orientali igitur termino proficiscebatur scriptor, desinebat in occidentali et septentrionali: inter utrumque quaerendum erit סְפָר, de quo vide suo loco.

מָשָׁה *traxit, extraxit*, y. c. ex aqua, sq. מִן Exod. II, 10. (Syr. ܡܫܐ traxit, extraxit B. B. ap. Cast., sed L. A. لمّ جمع قلّ contraxit, corrasit, congessit. Arab. مشى trahendo eduxit rem Kam. Vicinum est מָשַׁךְ).

Hiph. id. 2 Sam. XXII, 17. Ps. XVIII, 1

[De arab. مسى vesperi fuit eiusque derivato אֶמֶשׁ iam dictum est p. 123].

מֹשֶׁה n. pr. *Moses* (LXX et Joseph. *Μωϋσῆς*, Vulg. *Moyses*, v. infra, alibi *Μωσῆς* Diod. 1, 94 et fragm. lib. 40. Strabo 16, 760 sqq. Ezechiel Tragicus ap. Clem. Strom. 1, p. 345 et Euseb. praep. evang. 9, 28. Eupolem. et Demetr. ib. 9, 26. 29. Philo ed. Mang., *Moses* Iustin. 36, 2, *Μώϋσος* Artapanus ap. Euseb. l. c. 9, 27, arab. موسى, unde formant diminut. مويسى lat. *Mesve*, v. Anecdota orient. II, p. 5), magnus legislator, dux et propheta Israelitarum, e tribu Levi oriundus, filius Amrami et Jochebed, cuius res gestas quattuor posteriores Pentateuchi libri narrant. Solenne eius attributum est: *servus Jovae*, *servus Dei* Jos. I, 1. 2. 15. VIII, 31. XII, 6. XIII, 8. XXII, 4. 1 Reg. VIII, 53. 56. 2 Par. I, 3. XXIV, 6. Dan. IX, 11, semel adeo in Pentateucho Deut. XXXIV, 5, it. *vir Dei* Ps. XC, 1. Lex eius appellatur: תּוֹרַת מֹשֶׁה Esr. III, 2. VII, 6. 2 Par. XXIII, 18, סֵפֶר תּוֹרַת מֹשֶׁה Jos. XXIII, 6. 2 Reg. XIV, 6. Neh. VIII, 1, סֵפֶר מֹשֶׁה 2 Par. XXV, 4. Neh. XIII, 1, chald. סְפַר מֹשֶׁה Esr. VI, 18, tabulae decalogi לֻחוֹת מֹשֶׁה 1 Reg. VIII, 9. — Paullo impeditior est locus Jes. LXIII, 11: וַיִּזְכֹּר יְמֵי עוֹלָם מֹשֶׁה עַמּוֹ, ita explicandus cum Maurero): *et recordabatur* (Israel) *dierum antiquorum*, *Mosis et populi eius* (Mosis) i. e. ab eo ex Aegypto educti. Quod Horstius

Mmmmm 2

(ad Motenabb. p. 47) מֹשֶׁה h. l. appellative σωτῆρα interpretari suadet h. m. *tum recordatus est* Israël *dierum antiquorum et servatoris populi sui* i. e. Jovae; vix probandum est, quum מֹשֶׁה ubique et statim Comm. 12 n. proprium sit.

De *etymo* nominis narratur Exod. II, 10, filiam Pharaonis puerum a se ex aqua extractum appellasse מֹשֶׁה, his additis verbis: כִּי מִן הַמַּיִם מְשִׁיתִהוּ *nam ex aqua extraxi eum:* cui quidem obstat tum activa nominis forma (*extrahens*, non *extractus*), tum id quod non probabile sit, Pharaonis filiam puero nomen dedisse ex lingua Hebraea desumtum (cf. Gen. XLI, 45). Hoc reputantes Judaei Alexandrini similem originem huic nomini ex lingua Aegyptiaca vindicare studuerunt, idque variis modis. Ac Josephus quidem, Alexandrinorum haud dubie ea in re opiniones secutus (Ant. 2, 9 §. 6): κἀτ' αὐτῷ, inquit, τὴν ἐπίκλησιν ταύτην κατὰ τὸ συμβεβηκὸς ἔθετο, εἰς τὸν ποταμὸν ἐμπεσόντι. τὸ γὰρ ὕδωρ μῶ [ⲘⲰ] οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσιν, ὑσῆς δὲ τοὺς ἐξ ὕδατος σωθέντας [cf. ⲞⲨϪⲀⲒ Memph. Theb. sanari, bene valere, subst. salus, it. σώζεσθαι, beatum reddi Act. XV, 11. XVI, 30, ⲞⲨϪⲈⲒ basm. id. Peyron p. 162], sed idem alibi (c. Apion. 1, 31) altera vocabuli parte neglecta: τὸ δ' ἀληθὲς ὄνομα δηλοῖ τὸν ἐκ τοῦ ὕδατος σωθέντα Μωϋσῆν, τὸ γὰρ οἱ Αἰγύπτιοι μῶϋ [ⲘⲰⲞⲨ] καλοῦσι, consentientibus Philone T. II. p. 83 Mang. Clem. Alex. Strom. 343 Sylb. Eusebio praep. evang. 9, 28. Suida v. Μῶϋ al., quod ita vindicari potest, ut altera nominis pars *se* vel *sche* (ση-ς) repetatur a rad. ϬⲒ *accipere* (Peyron 403), quam ipsam sententiam iam veteres praeiverunt. Glossa Cod. Voss. Lugd. ad Octateuchum: Μωϋσῆς· παρὰ Μῶυ (lege Μῶϋ), ὃ σημαίνει ὕδωρ Αἰγυπτιστί, καὶ τὸ Σῆς, ὃ σημαίνει τὸ λαμβάνω κατ' Αἰγυπτίους· ὁ ἐκ τοῦ ὕδατος ληφθείς. Ezechiel Tragicus l. c. Ὄνομα δὲ Μωσῆς ὠνόμαζε, τοῦ χάριν ὑγρᾶς ἀνεῖλεν ποταμίας ἀπ' ᾐόνος. cf. ex recentioribus Salmasium de annis climacter. p. 614. Georgi ad fragmm. Ioh. Theb. p. 114; minus certe placet, quod alii arcessiverunt ϢⲈ *ire, abire*, abieci etiam, quod mihimet ipsi in mentem venerat, aegypt. ⲤⲈ copt. ϢⲈ (ut ⲘⲰ-ⲤⲈ esset *filius aquae* ex aqua progenitus, Pseudo-Orpheo ὑδογενής), quum viderem, hoc vocabulum in compositis praeponi solere, non postponi, ut ⲤⲈⲚⲎⲤⲒ filius Isidis, ⲤⲈⲚⲢⲎ filius Solis (Champollion gr. 134. Peyron 282) *). Statuunt igitur recentiores plerique, huiusmodi originem (vel ⲘⲰ-ⲞⲨϪⲀⲒ, vel ⲘⲰⲞⲨ-ϬⲒ) veram et nativam fuisse Aegyptiacam, veteres Hebraeos autem hoc nomen, ut alia peregrina, linguae suae rationibus ita accommodasse, ut ad radicem מָשָׁה referri, et vel *servator* populi (σωτήρ), vel activa forma passive accepta *servatus* (Exod. I. c.) explicari posset. Neque hoc ineptum est et a re alienum. Sed reputanti tamen mihi nominum propriorum apud veteres Aegyptios usitatorum, quae pleraque cum deorum nominibus coniuncta sunt, rationem, animadvertenti insuper, vocabulum *mós* (ⲘⲤ), quod *filium* significat (Champoll. gr. 132. 133, a rad. ⲘⲤ, ⲘⲈⲤ, ⲘⲒⲤ, gignere, parere, ⲘⲀⲤ infans, puer, ⲘⲞⲤⲒ ventrem gerere), tum in regum antiquissimorum (v. c. *Thutmosis*, *Thetmosis* i. e. Mercurii filius, Rosellini Monum. Storici 1, 286 sqq., *Amosis* i. e. ⲀⲀϨⲘⲤ lunae filius) tum in privatorum hominum nominibus (praeter *Thoutmôs* et *Ahmôs* vide *Amenmôs* Amonis filius, *Harmôs* Hori filius, *Phthamôs* Vulcani filius, *Rhamôs* Solis filius Champoll. 133, cf. בֶּן-הֲדַד et similia) longe usitatissimum esse, credibile videtur, etiam *Mosis* Hebraei nomen nil aliud significasse, vulgarem tamen eius formam non plenam et nativam esse, sed priore parte orbatam (ut hebr. dicunt נָתָן pro יוֹנָתָן, חָנָן pro יוֹחָנָן, אֶלְעָזָר pro אֱלִיעֶזֶר, arab. حُنَيْن dimin. a يوحنّا, pun. *Carthalon* pro *Melkart-alon* al. v. Monumm. Phoen. p. 399), fortasse a pleniore *A-mós* (ⲀⲀϨⲘⲤ i. e. lunae filius), gr. Ἀμώσις et Ἀμάσις, quod ipsum etiam sub alia forma pleniore (עָמוֹס) Hebraeorum civitatem nactum esse suspicor.

מֶשִׁי Ez. XVI, 13 (extra pausam), in Pausa מֶשִׁי Comm. 10 m. panni pretiosissimi genus, secundum Rabbinos *bombycinum*, *sericum*. Abulwalides: صنف من الحرير *species serici*. Kimchius ipsum vc. משי de serico usurpat (v. שִׁירִיקוֹת). LXX. τρίχαπτον pr. pannus e crinibus textus, sed dein, ut recte Hieronymus, de vestimento, quod tantae subtilitatis erat, ut pilorum et capillorum tenuitatem habere crederetur. Theodoretus id proprie accipit, aitque πλέγμα esse ἀπὸ τριχῶν κατεσκευασμένον ταῖς τῶν γυναικῶν περιτεθέμενον κεφαλαῖς, et eodem modo Pollux 10, 7, sed Hesychio est βομβύκινον ὕφασμα ὑπὲρ τῶν τριχῶν τῆς κεφαλῆς ἁπτόμενον ἢ πολύτιμον, Suidas βομβύκινον ὕφασμα, ἱμάτιον πολυτίμητον. Neque etymon huic explicationi iniquum est, sive מֶשִׁי est *netum*, a trahendo dictum (quod equidem praetulerim), sive *subtile*, sive *fila extracta*, quandoquidem teste Plinio (10, 22 s. 26) saltem Graeci vestes bombycinas ex interiori Oriente advectas filis extractis redordiri rur-

*) Certum est, hanc Alexandrini etiam interpretis sententiam fuisse. Nullo alio enim consilio is Μωϋσῆς scripsit inserto ϋ quod in plerisque certe codd. habetur, vide Holmes ad Exod. l. c. et saepe, al. Μωσῆς), quam ut eam nominis formam exprimeret, quae sibi nativa et domestica videretur. Ceterum alii veteres, eadem re, Hebraea nominis מֹשֶׁה origine, offensi, alio modo hoc scopulum praetervecti sunt. Comminiscuntur enim Mosen prius apud Aegyptios aliud idque domesticum nomen gessisse, velut Ὀσαρσίφ (Manetho ap. Jos. c. Apion. 1, 28), *Tisithes* (Chaeremon ibid. §. 32), Ἑρμῆς (Artapan. apud Euseb. praep. evang. 9, 27).

susque texere solebant (cf. Heeren Ideen I, p. 109 ed. 4): quod enim Fürstius et מֶשִׁי et Σηρικόν, *Sericum* (imo Σήρ, Ser, pl. Σῆρες, Seres) a sin. *schi* (quo accentu?) sericum ducit, somnia sunt. De huius ipsius vc. Sinici auctoritate dubito, quum nihil tale habeat *de Guignes* s. clavi 120 *mỹ* sericum significante, nisi forte eo referes *tchỹ* texere. Ceterum vide Fulleri Miscell. 2, 11, et Schroederum de vest. mul. p. 325 sqq., qui Braunium refellit (de vest. sacerd. 1, 8) contra *sericum* disputantem.

נִמְשִׁי (i. q. נִמְשֶׁה extractus i. e. servatus) n. pr. proavi regis Jehu 2 Reg. IX, 2 cf. 1 Reg. XIX, 16.

מָשַׁח fut. יִמְשַׁח inf. מְשֹׁחַ, semel מָשְׁחָה Exod. XXIX, 29, pr. *strinxit*, *manum duxit super* aliquam rem, mit der Hand streichen. (Arab. مسح id. inde manu abstersit, demulsit faciem, gladio percussit. Chald. syr. id., hoc etiam discriminavit capillos, die Haare zurechtstreichen. Radd. monosyllabae sunt מש, unde מָשַׁשׁ, et מח, unde מָחָה, מְחָא strinxit, abstersit, percussit). Hinc 1) *illevit* alicui aliquid, spec. colores induxit in aliquid (sq. בְּ coloris) Jer. XXII, 14, impr. *unxit oleo* (arab. مَسْحَة unctio, مَسُوح unguentum; syr. ܡܫܚ unxit) v. c. placentas Ex. XXIX, 2. Lev. II, 4. VII, 12, clypeum (quo corium fieret tenacius, ne tela penetrare possent) Jes. XXI, 5 cf. 2 Sam. I, 21. Max. *unxit* aliquem sacro ritu ad eum *inaugurandum* et *consecrandum* ad munus, ut sacerdotem Ex. XXVIII, 41. XXIX, 7. XL, 15, prophetam 1 Reg. XIX, 16. Jes. LXI, 1, regem 1 Sam. X, 1. XV, 1. 1 Reg. I, 34, it. res inanimatas Deo consecrandas, velut cippum Gen. XXXI, 13, altare Exod. XXIX, 36. Lev. VIII, 11, sacrarium Exod. XXX, 26. XL, 9. Dan. IX, 24, vasa sacra Num. VII, 1. Plene dicitur מָשַׁח פ׳ לְמֶלֶךְ unxit i. e. consecravit aliquem regem Iud. IX, 15. 1 Sam. IX, 16. XV, 1. 2 Sam. II, 4. 7. V, 3. 17. XII, 7. 1 Reg. V, 15. XIX, 15. 2 Reg. IX, 3. 6. 12, quod plerumque populo tribuitur, passim etiam Deo 1 Sam. XV, 17. Addito עַל Iud. IX, 8. 2 Sam. XIX, 11: *Absalom* אֲשֶׁר מָשַׁחְנוּ עָלֵינוּ *quem unximus* i. e. regem constituimus *super nos*, sq. gerundio: *unxit* (Jova) aliquem ad aliquid faciendum i. e. legavit, consecravit. Jes. LXI, 1: *quoniam unxit me Jehova* לְבַשֵּׂר *ad nunciandum*. 2 Par. XXII, 7. — Res (oleum, unguentum) qua ungitur, ponitur praevio בְּ Ex. XXIX, 2. Ps. LXXXIX, 21, et in accus. Ps. XLV, 8: *unxit te Deus, deus tuus, oleo laetitiae* i. e. perfudit te laetitia. Am. VI, 6: *illinunt unguenta pretiosa* i. e. utuntur in ungendo unguentis pretiosis, sie streichen köstliche Salben auf, nämlich auf ihren Körper.

2) a) *expandit* (quod fit manibus stringendo), v. מִמְשַׁח; b) *mensus est* res longas latasque v. c. pannum, quod fit manibus stringendo. (Arab. مسح mensus est agrum, aram. מְשַׁח, ܡܫܚ id.). Inde מִשְׁחָה, מָשְׁחָה.

Niph. pass. Kal no. 1 *unctus* i. e. *ungendo consecratus est* Lev. VI, 13. Num. VII, 10. 84. 88. 1 Par. XIV, 8.

מְשַׁח chald. *oleum* Esr. VI, 9. VII, 22. In Targg. saepe. Syr. ܡܫܚܐ, sam. id.

מָשִׁיחַ m. 1) adj. verbale pass. χριστός, *unctus* (de clypeo) 2 Sam. I, 21. מָשִׁיחַ נָגִיד princeps unctus Dan. IX, 25 (int. Cyrum). הַכֹּהֵן הַמָּשִׁיחַ sacerdos unctus, i. e. maximus. Lev. IV, 3. 5. 16. VI, 15.

2) subst. Χριστός, *Unctus* i. e. *princeps* (ungendo consecratus) Dan. IX, 26 (intelligitur Alexander), plenius מְשִׁיחַ יְיָ Unctus Jehovae (LXX. ὁ Χριστὸς Κυρίου), epith. honorificum regum Israëliticorum, utpote ungendo Deo consecratorum et propterea sacrosanctorum 1 Sam. II, 10. 35. XII, 3. 5. XVI, 6. XXIV, 7. 11. XXVI, 9. 11. 16. 23. 2 Sam. I, 14. 16. XIX, 22. XXIII, 1. Ps. II, 2. XVIII, 51. XX, 7. XXVIII, 8. LXXXIV, 10. LXXXIX, 39. 52. CXXXII, 17. Hab. III, 13. Thren. IV, 20. Semel adeo *Cyrus*, Persarum rex, *Unctus Jovae* dicitur, utpote a Deo missus Jes. XLV, 1, *Messias* s. *Rex servator* a prophetis praedictus nunquam, quanquam solenne eius nomen מְשִׁיחָא (v. Buxtorf. Lex. chald. h. v.), ὁ Μεσσίας Joh. I, 42. IV, 25 ex illorum locorum nonnullis, quos recentiores Judaei ad Messiam referebant (Ps. II, 2. Dan. IX, 26), petitum est. Plur. Uncti Jehovae, de patriarchis Ps. CV, 15. 1 Par. XVI, 22.

מִשְׁחָה f. 1) *unctio*. שֶׁמֶן הַמִּשְׁחָה oleum unctorium Exod. XXV, 6. XXIX, 7. 21. XXXI, 11. XXXV, 8. 28. XXXVII, 29. Lev. VIII, 2. 10. 12. 30. XXI, 10. Num. IV, 16, plenius שֶׁמֶן מִשְׁחַת קֹדֶשׁ Ex. XXX, 25. 31, שׁ׳ מִשְׁחַת יְיָ Lev. X, 7, שׁ׳ מִשְׁחַת אֱלֹהָיו XXI, 12.

2) *mensura*, *portio demensa*, v. rad. no. 2. Levit. VII, 35: זֹאת מִשְׁחַת אַהֲרֹן וּמִשְׁחַת בָּנָיו מֵאִשֵּׁי יְיָ. Syr. ܡܫܘܚܬܐ mensura, metrum, arab. مِسَاحَة dimensio.

מָשְׁחָה f. 1) inf. rad. v. supra. 2) i. q. מִשְׁחָה no. 2. Ex. XL, 15. Num. XVIII, 8.

מִמְשַׁח m. *expansio*. Ez. XXVIII, 14: אַתְּ כְּרוּב מִמְשַׁח הַסּוֹכֵךְ *tu es Cherubus expansionis* i. e. expansis alis, *tegens*, (cf. Ex. XXV, 20), pro quo brevius Vers. 16: כְּרוּב הַסֹּכֵךְ. Secundum accentus מִמְשַׁח absolutum est, non constructum (de forma v. ad מֶלֶךְ), nec copulari poterant מִמְשַׁח הַסּוֹכֵךְ.

מָשַׁךְ fut. יִמְשֹׁךְ, imp. מְשֹׁךְ, pl. מִשְׁכוּ Ex. XII, 21 et מָשְׁכוּ Ez. XXXII, 20 1) *traxit*. (Vicinum est מָשָׁה. Arabico مسك vulgo *prehendit* [v. no. 2], etiam *trahendi* significatum ei vindicatum it Lettius ad Cant. Deb. p. 96 et ad Caab ben Soheir p. 115, laudato proverbio: ان كان لك شبكة امسكها لئلا تمسكك منها *si habueris rete, trahe illud, ne forte traharis ab eo*, cf. מָשַׁךְ בְּרֶשֶׁת

Ps. X, 9, licet etiam h. l. vulgaris prehendendi et capiendi potestas retineri possit). Sq. acc. pers. *traxit aliquem* aliquo. Cant. I, 4: מָשְׁכֵנִי אַחֲרֶיךָ *trahe me post te*, addito בְּ loci Ps. X, 9: בְּמָשְׁכוֹ בְרִשְׁתּוֹ, vel אֶל pers. et loci Iud. IV, 7: וּמָשַׁכְתִּי אֵלֶיךָ אֶל נַחַל קִישׁוֹן אֶת־סִיסְרָא *et attraham* (ducam) *ad te .... Siseram*. Contra addito מִן loci: *extraxit* aliquem (aliquid), ex fovea Gen. XXXVII, 28. Jer. XXXVIII, 13, quo etiam referendum est Iob. XL, 25: תִּמְשֹׁךְ לִוְיָתָן בְּחַכָּה *an sursum trahis crocodilum hamo?* Sq. בְּ rei (an etwas ziehen) Deut. XXI, 3: *vitula* אֲשֶׁר לֹא מָשְׁכָה בְּעֹל. Absol. *attraxit*. Jes. V, 18: מֹשְׁכֵי הֶעָוֹן בְּחַבְלֵי הַשָּׁוְא *qui attrahunt poenam funibus iniquitatis* i. e. qui impietate sua poenas divinas omni virium contentione, quasi funibus, attrahunt. Hos. XI, 4: בְּחַבְלֵי אָדָם אֶמְשְׁכֵם בַּעֲבֹתוֹת אַהֲבָה *funibus humanis* (non eiusmodi quibus bestiae coerceri solent) *eos attraxi, vinculis amoris*. Spec. notandae sunt hae formulae:

a) מָשַׁךְ בַּקֶּשֶׁת *tetendit arcum* 1 Reg. XXII, 34. 2 Par. ... Part. מֹשְׁכֵי קֶשֶׁת Jes. LXVI, 19. (Gr. ἕλκεσθαι τόξ. Hom. aeth. ሰሐበ: id.).

b) מֹשֵׁךְ הַזָּרַע semen traxit i. e. tractim sparsit per sulcos Am. IX, 13 cf. מֶשֶׁךְ no. 1.

c) מָשַׁךְ הַיּוֹבֵל Ex. XIX, 13 et מָשַׁךְ בְּקֶרֶן הַיּוֹבֵל Jos. VI, 5 *classicum cecinit* i. q. תָּקַע בַּשּׁוֹפָרוֹת v. Jos. VI, 4. 8. 9. 13. 16. 20 coll. Vers. 5. Pr. est magna vi inflavit in cornu iubili (contuleris nostr. heftig losziehn) et in utroque loco dicitur de signo, quod cornu iubili datur, v. p. 561 B. Congruit arab. جلب traxit, it. I. II. IV clamorem extulit, inclamavit, increpavit.

d) Hos. VII, 5: מָשַׁךְ יָדוֹ אֶת־לֹצְצִים *trahit manum suam cum irrisoribus*, contemtim dicitur de commercio familiari cum impiis hominibus (cf. vulg. sich mit jemand herumziehen). Plures interpretes propinandi quendam gestum intelligunt, sine caussa idonea.

e) *protraxit* i. e. continuavit, diuturnam fecit. (Syr. ܢܓܕ traxit, Aph. diu commoratus est in loco, ܢܘܓܕܐ diuturnitas. Arab. جرّ traxit, it. protraxit tempus graviditatis femina cf. lat. trahere comitia, bellum.) Ita מָשַׁךְ חֶסֶד לְ diuturnum favorem praestitit alicui Ps. XXXVI, 11. CIX, 12, c. suff. (loco dat.) Jer. XXXI, 3: מְשַׁכְתִּיךְ חָסֶד *servavi tibi favorem;* contra מָשַׁךְ אַף servavit iram Ps. LXXXV, 6. Ellipt. Neh. IX, 30: תִּמְשֹׁךְ עֲלֵיהֶם שָׁנִים רַבּוֹת *protraxisti iis* benignitatem per *multos annos*. Cf. Niph. — Inde

f) מָשַׁךְ בָּשָׂר protraxit corpus, i. e. *perenne, duraturum fecit* s. firmavit corpus. Eccl. II, 3: *proposui mihi* לִמְשׁוֹךְ בַּיַּיִן אֶת־בְּשָׂרִי *firmare* (s. roborare) *vino corpus meum*, meinen Leib mit Wein zu pflegen. Non obstat huic interpretationi, quod occurrit Knobelius, flagitante contextu voluptatem potius ex vino potato perceptam cogitari, quam corporis roborandi consilium: licet enim verba proprie accepta ad valetudinis curam pertineant, non dubium est quin h. l. voluptas spectetur cum illa curatione coniuncta, ut in nostro *seinen Leib pflegen*. Ceterum vide possitne *trahendi* verbum h. l. apte reddi frequentativo *tractare* (behandeln, pflegen), eo sensu, quo Hor. Epist. 1, 17, 12 *se benignius tractare* dicit, sc. cibo potuque, et nostrates adeo hoc vocabulum receperunt (tractiren, traiter). Saltem nil facile invenias, quod magis quadret ad hunc locum, quam: *carnem tractare* i. e. (ut verbis Horatii dicam) *cutem curare* et oblectare *vino*. Al. protrahere corpus in vino i. e. adsuescere vino, al. pertrahere ad vinum. Cf. Pu. no. 2. (Syr. ܡܫܟ Ferrarius p. 931 et Castellus reddunt *induruit*. Sed minus accurate. Bar Bahlul reddit يبس arefecit, diciturque, ut ex ipsius Castelli glossis colligi potest, de macie ventris et mammarum pendularum, quae cute et pelle [ܡܫܟܐ] potius quam carne et adipe constant).

Denique g) *trahere, trahi, distrahi* dicuntur, qui *proficiscuntur magno agmine*. Sicut enim agmen, quod in nativo loco commoratur vel in itinere subsistit, in unum colligi et contrahi solet, ita agmen procedens et progrediens in longum se explicat, *distrahit*, et *protendit*. Ita germ. *die Truppen ziehen sich* nach dem Rheine, et act. die Armee *zieht* ins Feld, die Vögel *ziehen in langen Zügen* nach Süden, der Ackermann *zieht* auf den Acker, aus einem Hause in das andere *ziehen* (sc. cum suppellectile sua), raro de singulis: *er zieht* seine Straasse. Ita Iud. IV, 6: מָשַׁכְתָּ בְּהַר תָּבוֹר bene Alex. ἀπελεύσῃ εἰς ὄρος Θαβώρ, nostr. ziehe auf den Berg Tabor sc. cum exercitu, statim enim additur: וְלָקַחְתָּ עִמְּךָ עֲשֶׂרֶת אֲלָפִים אִישׁ. XX, 37: וַיִּמְשֹׁךְ הָאֹרֵב. LXX. καὶ ἐξεχύθη τὸ ἔνεδρον. Cod. Alex. ἐπορεύθη τὸ ἔνεδρον. In utroque hoc loco reliquae interpretationes omnes a contextu plus minus alienae sunt (v. Studer. ad Iud. IV, 6): sed praeterea ad hanc significationem revocandi videntur Iob. XXI, 33: וְאַחֲרָיו כָּל־אָדָם יִמְשׁוֹךְ *cumque sequuntur* (eandem viam ingrediuntur) *omnes homines*, LXX καὶ ὀπίσω αὐτοῦ πᾶς ἄνθρωπος ἀπελεύσεται (vulgo minus apte: *post se trahit* impius sepultus *omnes homines*). Ex. XII, 21: מִשְׁכוּ וּקְחוּ לָכֶם צֹאן LXX ἀπελθόντες λάβετε ὑμῖν πρόβατα. Fortasse etiam Iud. V, 14: מֹשְׁכִים בְּשֵׁבֶט סֹפֵר *incedentes cum scipione ducis,* sed vide no. 2. Bene hunc significatum verbo hebraeo מָשַׁךְ vindicaverunt Lud. de Dieu ad Jer. V, 8 (licet hic plura exempla addat, in quibus vulgaris *trahendi* significatio retinenda est, Gen. XXXVII, 29. Exod. XII, 21. Deut. XXI, 3), nuper Böttcherus in specc. p. 162 et Studerus ad Iudd. l. c. Simile est talmud. משך אחר תענוגים sequitur voluptates, et chald. אִתְנְגִיד, quo Targg. ll. cc. utuntur, pr. traxit se, dein *diffudit se*, pro hebr. פָּשַׁט Iud. XX, 37. 1 Sam. XXIII, 27, *abiit* Gen. XXV, 7. Iob. XIV, 10 (pro גָּוַע), act. נְגַד ivit, festinavit. Ceterum quae Studerus comparat exempla arabica a Schult. ad Jer. V, 8 laudata ab hac analogia aliena sunt. Quod enim Arabes dicunt جَذْبٌ tractio, hinc velox incessus equi, أَخْلَبِيٌّ equus praestans et velox, a خَلَجَ traxit, et فرس سلب القوايم

equus pedes trahens i. e. celeriter currens, ab eo ductum est, quod equi nobiliores et veloces in cursu rapido pedes explicant et distrahunt (nostr. sich strecken), unde etiam nos equi cursum citatum dicimus einen *gestreckten* Lauf, *gestreckten* Galopp. Rectius conferas arab. جلب traxit, it. duxit, egit, max. ad vendendum, v. c. servos, pecora.

2) *prehendit*, *cepit* (arab. مسك sq. ب id.). Iud. V, 14: *duces prehendentes* s. tenentes *scipionem praefecti.* Gr. anon. ἐνισχύοντες ἐν σκήπτρῳ (Schnurrer.), sed vide no. 1, g. Gravius: *rapuit*, *abripuit*, ad mortem, ad supplicia, Ps. XXVIII, 3. Iob. XXIV, 22. Ez. XXXII, 20.

Niph. protrahi, *differri* Jes. XIII, 22. Ezech. XII, 25. 28.

Pu. 1) i. q. Niph. Prov. XIII, 12 (de spe dilata). — 2) Jes. XVIII, 2. 7 Aethiopes appellantur: גּוֹי מְמֻשָּׁךְ *populus tractus* i. e. longus, procerus. Ita certe LXX ἔθνος μετέωρον *populus sublimis* i. e. altae staturae, qualis Aethiopibus tribuitur Jes. XLV, 14. Herod. 3, 20. 114. Ipsum مسك X de corpore usurpatum habes vit. Tim. I, 420: مستمسك البدن *robustus corpore* (pr. ni fallor, continens se corpore i. e. staturae se continentis, quadratae, zusammengehaltenen, gedrungenen Körperbau's), sed illud magis placet iccirco, quod contextus flagitat corporis virtutem, quae in oculos facile incurrat: quam ipsam ob caussam ferri non potest, quod alii suaserunt, populus *longaevus*, μακρόβιος coll. Kal no. 1, e.

מוֹשְׁכוֹת f. pl. *trahentes* (part. act.), poët. pro *funibus*, quibus aliquis vincitur. Iob. XXXVIII, 31. Cf. arab. مُسْكَة compes, a مسك firmiter tenuit.

מֶשֶׁךְ m. 1) *tractio.* Ps. CXXVI, 6: מֶשֶׁךְ הַזָּרַע *tractio seminis* i. e. sparsio eius per sulcos, v. verbum Am. IX, 13. Male J. D. Michaëlis *saccum* interpretabatur coll. syr. ܡܫܟܐ corium. — 2) *possessio*, a capiendo (v. rad. no. 2). Iob. XXVIII, 18: מֶשֶׁךְ חָכְמָה מִפְּנִינִים *et sapientiam possidere satius est quam margaritas* (l. *coralia*). Bochartus (Hieroz. III, p. 601 sqq.) al. alludi existimant ad margaritarum *extractionem* s. expiscationem ex mari, sed quum מֶשֶׁךְ חָכְמָה manifesto sit *possessio* sapientiae, מ׳ פְּנִינִים non aliter accipiendum est. — 3) n. pr. *Moschi*, οἱ Μόσχοι, populus septentrionalis barbarus (Ps. CXX, 5), montes Moschicos inter Iberiam, Armeniam et Colchidem sitos (Strab. XI, p. 344. 378) habitans, paene ubique coniunctus cum Tibarenis vicinis (תֻּבַל, תּוּבַל) Gen. X, 2. Ez. XXVII, 13 (ubi uterque populus cum mancipiis et ferramentis Tyri mercatum adiisse narratur). XXXII, 26. XXXVIII, 2. 3. XXXIX, 1, ut apud Herodotum (3, 94. 7, 78) copulantur Μόσχοι καὶ Τιβαρηνοί. Pronunciationem ad formam graecam propius accedentem exhibent Codd. sam. מושך et מושך, LXX. Μοσόχ, Vulg. *Mosoch*, sed vulgaria textus Hebraei puncta tuetur forma ἡ Μεσχία, quomodo meridionalem Georgiae partem appellat Cedrenus T. II. p. 770 (v. St. Martin Mémoires sur l'Armenie II, p. 223). Josephus (Ant. 1, 6 §. 1) Cappadoces intelligebat, antiquae appellationis documentum superesse censens in *Μάζακα*, urbe Cappadociae primaria (de qua v. Jablonski Opusec. III, p. 137), quam sententiam sequuntur Hieron. ad Ezech. XXVII, 13, al. Vide Bocharti Phaleg III, 12. J. D. Michaëlis spicileg. I, 50 sqq.

מָשַׁל fut. יִמְשֹׁל I) *imperavit*, *dominatus est.* (In reliquis linguis Semiticis haec radix non reperitur, praeter Phoeniciam, in qua משל princeps legitur inscr. Numid. 6, lin. 4. Vide Monumm. Phoen. pag. 448. Sed congruit gr. *-βασιλ-εύς*). Ponitur a) absol. de rege Prov. XI, 24. XXIX, 2. Dan. XI, 3—5, de Deo Ps. LXVI, 7, addita loci notatione Zach. VI, 13: וְיָשַׁב וּמָשַׁל עַל כִּסְאוֹ. Jos. XII, 2: מוֹשֵׁל מֵעֲרֹעֵר ... וְעַד יַבֹּק הַנַּחַל. Addito dat. commodi Jes. XL, 10: זְרֹעוֹ מֹשְׁלָה לוֹ *brachium eius dominatur pro eo.* — b) sq. בְּ, imperium habere *in* aliquem, quod usurpatur de rege, qui imperat populo Deut. XV, 6. Iud. VIII, 22. 23. 2 Sam. XXIII, 3. Jes. III, 4. 12. XIX, 4. LXIII, 19. Thren. V, 8, terrae regnove Jos. XII, 5. 1 Reg. V, 1. 2 Par. IX, 26, neque non de prorege et praefecto terrae Gen. XLV, 8. 26; de viro, qui imperat uxori Gen. III, 16; de servo, qui rei familiari praefectus est Gen. XXIV, 2. Ps. CV, 21; de populo, qui dominationem habet in alium populum Iud. XIV, 4. XV, 11; denique de Deo, qui omnibus rebus imperat. Ps. CIII, 19: מַלְכוּתוֹ בַּכֹּל מָשָׁלָה. 1 Par. XXIX, 12: אַתָּה מוֹשֵׁל בַּכֹּל. Ps. LXXXIX, 10: אַתָּה מוֹשֵׁל בְּגֵאוּת הַיָּם. Dicitur etiam de imperio in res inanimatas Gen. IV, 7: וְאַתָּה תִּמְשָׁל בּוֹ *tuque imperabis ei* (peccato insidianti). Prov. XVI, 32: מֹשֵׁל בְּרוּחוֹ *qui imperat animo suo:* tribuitur adeo inanimatis Gen. I, 18 de sole et luna: לִמְשֹׁל בַּיּוֹם וּבַלַּיְלָה (cf. Plin. 2, 4: sol ...... siderum etiam ipsorum coelique rector. Cic. Tuscul. 1, 68: omnium moderator et dux sol). Raro c) sq. עַל Prov. XXVIII, 15. d) sq. gerundio: potestatem habuit aliquid faciendi. Exod. XXI, 8: לְעַם נָכְרִי לֹא יִמְשֹׁל לְמָכְרָהּ *hominibus peregrinis eam vendere non licet ei.*

Part. מוֹשֵׁל *dominator*, *princeps* Prov. VI, 7. XXIII, 1. XXVIII, 15. XXIX, 12. 26. Eccl. IX, 17. X, 4. Jer. LI, 46. Ez. XIX, 11. מוֹשֵׁל אֶרֶץ dominator terrae i. e. rex Jes. XVI, 1, מוֹשֵׁל עַמִּים id. Ps. CV, 20. Mich. V, 1 de Messia: לִהְיוֹת מוֹשֵׁל בְּיִשְׂרָאֵל. Hab. I, 14: כְּרֶמֶשׂ לֹא מֹשֵׁל בּוֹ; nonnunquam in malam partem *dominus, tyrannus* Jes. XIV, 5. XLIX, 7. LII, 5 (cf. נְדִיבִים Jes. XIII, 2).

II) pr. trans. *comparavit, assimilavit,* intrans. *similis fuit.* Vide Niph. Hiph. et nomm. מָשָׁל, מֹשֶׁל. (Arab. مَثَلَ similis fuit, assimilavit, مِثْل similitudo, simile, مَثِيل similis. Aethiop. መሰለ: putavit, visum est alicui. ምስሌ: similitudo. Aram. ܡܬܠܐ id.). Varii usus in Kal a nomine מָשָׁל ducti sunt omnes, ut 1) *parabolam proposuit*, plenius מָשַׁל מָשָׁל, sq. אֶל alicui Ez. XVII, 2.

XXIV, 3; 2) *proverbio usus est*, מָשַׁל מָשָׁל XVIII, 2. 3, sq. עַל de aliquo XVI, 44; 3) *dicterio usus est* Ez. XII, 23. Joël II, 17 (sq. בְּ). — Part. מֹשְׁלִים *poëtae* (qui dictione parabolica utuntur) Num. XXI, 27.

Ad conciliandas *imperandi* et *assimilandi* significationes varias vias ingressi sunt viri docti, v. Schult. ad Prov. I, 1. Michaëlis ad Lowth. de sacra poësi p. 41, Simonis in lex. al. Equidem in prioribus Lexx. editt. duas proposui coniecturas. De una, cui calculum adiecit Winerus p. 585, proficiscebar ab arab. مَثَلَ constitit erectus, inde stitit se coram aliquo (obsequii caussa). VIII. obsecutus est, morem gessit, imperata fecit, et a statuendo, sistendo ducebam tum *dominandi imperandi*que, *componendi comparandi*que notionem: quae enim componimus, ea iuxta se ponere solemus. De altera (Lex. man. lat.) *assimilandi* significatum primarium censebam, unde ducta sit *iudicandi*, *sentiendi*, *censendi* (cf. aeth.), dein *sententiam dicendi*, *iubendi*, *imperandi* notio (v. טַעַם). Fortasse tamen duae radices diversae originis sub hac forma coierunt: una, quae respondet verbis مثل, ܡܬܠ *assimilavit*, altera, arabice مسل scribenda *fortitudinis* fortasse vim habens, quae superest in vic. بسل fortis, strenuus fuit, بَاسِلٌ vir strenuus, et in gr. *βασιλ-εύς*.

Niph. pr. *assimilandus*, hinc *similis fuit* alicui rei, sq. אֶל Jes. XIV, 10, כְּ Ps. XLIX, 13. 21, עִם (comparandus *cum*) XXVIII, 1. CXLIII, 7.

Pi. i. q. Kal no. II, 1, *parabolis usus est* Ez. XXI, 5 (XX, 49).

Hiph. 1) *imperium dedit* alicui, in aliquid, sq. acc. pers. et בְּ rei Ps. VIII, 7. Dan. XI, 39. Inf. subst. הַמְשֵׁל *dominatio* Iob. XXV, 2. II) *comparavit* Jes. XLVI, 5, sq. dat.

Hithpa. i. q. Niph. *similis factus est*, sq. כְּ Iob. XXX, 19.

מָשָׁל m. 1) *similitudo*, *parabola*, quales sunt servatoris parabolae in N. T. Ezech. XVII, 2. XXIV, 3. Aliae *παραβολαί* (מְשָׁלִים) sunt Iudd. IX, 7 sqq. 2 Sam. XII, 1 sqq. 2 Reg. XIV, 9. — 2) *sententia*, *γνώμη*, *sententiose dictum* (cuius generis sententiae duabus rebus sententiisve ingeniose comparandis continebantur v. c. Prov. XXV, 3. 11. 12. 13. 14. 15. 18. 19. 20. 23. 25. 26. XXVI, 1. 2. 3. 6. 7. 8. 9. 11. 14. 17). Prov. I, 1. 6. X, 1. XXV, 1. XXVI, 7. 9. Eccl. XII, 9. Iob. XIII, 12. 1 Reg. V, 12. Eiusmodi sententiae quum saepe in proverbium cedant (1 Sam. XXIV, 14), est 3) *proverbium*, *παροιμία*, v. c. 1 Sam. X, 12. Ez. XII, 22. XVIII, 2. 3 (cf. *παραβολή* Luc. IV, 23). — 4) univ. *carmen*, cuius singula commata (ex legibus parallelismi, quem vocant) duobus similis argumenti formaeque hemistichiis contineri solent, spec. de vaticinio Num. XXIII, 7. 18. XXIV, 3. 15. 20. 21, de oratione vel carmine didactico Iob. XXVII, 1. XXIX, 1. Ps. XLIX, 5. LXXVIII, 2, saepe de carmine irrisorio s. dicterio, unde נָשָׂא מָשָׁל עַל פ׳ Jes. XIV, 4. Mich. II, 4. Hab. II, 6. הָיָה לְמָשָׁל וְלִשְׁנִינָה fabula factus est Deut. XXVIII, 37. 1 Reg. IX, 7. Jer. XXIV, 9, הָיָה לְמָשָׁל לְ Ps. LXIX, 12, שׂוּם פ׳ מָשָׁל facere aliquem fabulam Ps. XLIV, 15. 2 Par. VII, 20. cf. Ez. XIV, 8. (Phoen. משל *imaginem* hominis significat, v inscr. Numid. 4, lin. 1. Monumm. Phoen. p. 207. Arab. مَثَلٌ, ut hebr., est parabola, fabula, sententia, pl. أَمْثَالٌ versus, vide Ev. Scheidii disp. de مثل, quam selectis Arabum sententiis et proverbiis Harderovici 1775 editis praefationis loco praemisit. Ad no. 4 conf. Ibn Doreid. 171: quilibet vir est fabula post mortem suam, tu esto fabula pulchra. Aram. ܡܰܬ݂ܠܳܐ, מַתְלָא id.).

מָשָׁל n. pr. v. מִשְׁאָל.

מֹשֶׁל m. I) *imperium* Zach. IX, 10. II) *similitudo*, concr. *simile* Iob. XLI, 25.

מְשֹׁל inf. nom. i. q. מָשָׁל no. 4 *carmen irrisorium* Iob. XVII, 6.

מִמְשָׁל m. *dominium*, *principatus*. Dan. XI, 3. 5. Plur. concr. principes 1 Par. XXVI, 6. Cf. gr. *ἀρχή*, *ἐξουσία*.

מֶמְשָׁלָה Mich. IV, 8, cstr. מֶמְשֶׁלֶת Gen. I, 16. Ps. CXXXVI, 8 c. suff. מֶמְשַׁלְתְּךָ Jes. XXII, 21, pl. cstr. מֶמְשְׁלוֹת Ps. CXXXVI, 9, c. suff. מֶמְשְׁלוֹתָיו CXIV, 2 f. *dominium*, *principatus* Mich. l. c. Dan. XI, 5. — 1 Reg. IX, 19: בְּכֹל אֶרֶץ מֶמְשַׁלְתּוֹ *in tota terra principatus sui*. Jerem. LI, 25. XXXIV, 1: כָּל־מַמְלְכוֹת אֶרֶץ מֶמְשֶׁלֶת יָדוֹ *omnia regna terrae principatus sui*. De dominio Dei Ps. CXIV, 2. CXLV, 13, de munere principis aulici Jes. XXII, 21. Translate de dominio solis et lunae in diem noctemque Gen. I, 16. Ps. CXXXVI, 8. Inde concr. a) i. q. terra principatus, regio cui imperatur, *ditio* 2 Reg. XX, 13. 2 Par. VIII, 6. Ps. CIII, 22. b) *principes*. 2 Par. XXXII, 9: וְכָל מֶמְשַׁלְתּוֹ עִמּוֹ *et omnes principes cum eo*. Male LXX et Vulg. cum universo exercitu. Cf. 1 Par. XXVI, 6.

מָשַׁע rad. in verbo inusit. et in V. T. dubia, ad quam inde ab Abulwalide plurimi interpretes revocant *ἅπαξ λεγόμ.*

מִשְׁעִי Ez. XVI, 4: וּבְמַיִם לֹא רֻחַצְתְּ לְמִשְׁעִי, quod ex vett. intpp. unus Chaldaeus accuratius interpretatur: לְאִתְנַקָּדָא *ad mundandum*, sic enim teste Abulwalide legendum pro depravato לְאִתְנַקְרָא, et pro vulgari לְאִתְנַקָּאָה, quod manum emendatricem sapit. En quae disputat Abulwalides: לא רחצת למשעי. انما فيه زيادة وتفسير على سبيل التنظيف والنقية ولذلك قال فيه الترجوم

לאתנקדא اى تنقية ومن كلام الاوايل لנקד חצרו اى لتنقية داره وتنظيفها ومن هذا تسمى تنقية اللحم من شحمه נקוד בָּשָׂר: وهذه اللفظة اعنى למשעי تجانس للفظ العربى ان التنظيف عند العرب يقال له تمشيع يقولون مشع قصعتك اى امسحها ونظفها ويقولون ايضا للاستنجا تمشيع والاستنجا هو التنظيف بما او بمدر i. e. *in vocabulo* מִשְׁעִי Ez. XVI, 4 *Jod redundat, idque explicandum est: ad mundationem et purgationem. Ita iam Targum:* לאתנקדא *i. e. ad purgandum, ut in Talmude* לנקד חצרו *quod est ad purgandam et mundandam habitationem suam, unde etiam purgatio carnis ab adipe appellatur* נִקּוּד בָּשָׂר. *Illud autem vc.,* מִשְׁעִי *dico, cognatum est voci arabicae, siquidem purgatio Arabice dicitur* تمشيع: *dicunt* مشّع قصعتك i. e. *absterge, munda paropsidem tuam: praeterea abstersionem et mundationem podicis, sive aqua fit sive glebula, appellant* تمشيع. Dein etiam memorat explicationem a rad. שָׁעַע, coll. שִׁעִיעַ glaber, et שְׁעִיעוּת glabrities, quanquam se priorem illam probare dicit. KIMCHIUS (s. rad. שׁעע), postquam hanc posteriorem sententiam (a שָׁעַע) a patre Josepho probatam exposuit eique calculum adiecit, etiam illam memorat (a מָשַׁע), sed non ut R. Jonae s. Abulwalidis, cui (male quidem) aliam tribuit (פירש ר"יונה מענין השע עיני). Ut ad priorem explicationem a rad. مشع מָשַׁע redeamus, variae huius verbi significationes (v. Kamûs p. 1092) in lexx. prorsus indigestae, omnino ad *abstergendi* (vic. مَشَّ abstersit) et *purgandi* vim revocandae sunt omnes, velut: discerpsit gossypium (Baumwolle zupfen), quod fit, ut purgetur a sordibus; totum effudit vas (rein ausgiessen), ut purgetur; totum emulsit lac (rein ausmelken); evacuavit patinam (rein abessen, rein abputzen); abstersit sordes lapillis; praedando evacuavit cf. נִקָּה Jes. III, 26. [In una re Abulwalides discrepat a Kamuso. Hic enim paropsidem mundandi et evacuandi significationem *quintae* coniugationi tribuit: تمشّع القصعة اكل كل فيها, ille secundae تمشيع; qua in re utri maior fides habenda sit, non definio]. Nec displiceret ista interpretatio, nisi grammaticae rationes obstarent. Sine ullo enim exemplo sumitur, a מָשַׁע derivari posse nomen מִשְׁעִית (formae קְטָלוּת = קִטְלִית, quae nusquam reperitur), nedum מִשְׁעִי, quod inde decurtatum sit more Chaldaeorum (ut רֵאשִׁי pro רֵאשִׁית): multoque minus ־ִי potest pron. suff. esse (Simonis ed. 3) aut prorsus redundare. Malim iccirco מִשְׁעִי referre ad rad. שָׁעָה, ut idem valeat quod מִשְׁעָה, Jod radicali servato, cf. מַאֲוַיִּים, מַחֲלִיִּים 2 Par. XXIV, 25; quo posito sententia esset: *aqua purgata non eras ad spectationem* vel *monstrationem*, ita ut parentibus aliisque hominibus monstrari et ad spectandum offerri posses, quod fieri non solet, nisi postquam infans recens natus a sordibus purgatus et fasciis involutus est.

מָשַׁק radix inusit., cui *tenendi possidendique* significatum recte tribuit Simonis, i. q. מָשַׁךְ, مسك, כ et ק inter se permutatis (v. כ).

מֶשֶׁק m. *possessio*, i. q. מֶשֶׁךְ (Iob. XXVIII, 18), unde בֶּן־מֶשֶׁק *filius possessionis* i. e. *possessor*, in loco vexato Gen. XV, 2: וּבֶן־מֶשֶׁק בֵּיתִי הוּא דַּמֶּשֶׂק אֱלִיעֶזֶר *et possessor* heres *domus* rei familiaris *meae erit Damascenus Elieser.* Rariore vocabulo מֶשֶׁק pro מֶשֶׁךְ et exquisitiore locutione בֶּן־מֶשֶׁק pro יוֹרֵשׁ *heres* comm. 3 (cf. מִמְשַׁק Zeph. II, 9 i. q. מוֹרָשׁ Jes. XIV, 23) scriptor non alio consilio usus esse videtur, quam ut alludatur sequenti דַּמֶּשֶׂק, quod ipsum eandem ob caussam posuit pro דַּמֶּשֶׂק i. e. בֶּן־דַּמֶּשֶׂק, coll. בְּנַעַן no. 2. Formarum vocumque minus usitatarum propter paronomasiam lusumque verborum arcessitarum exempla dedimus Lehrgeb. 374 not. r, quibus addi possunt Jes. XV, 4. XVII, 1 LIX, 13. Prov. XXIII, 29. Gen. XXX[illegible] Interpretum vett. plurimi, ut Theod. Vulg. Onk. Sam. reddunt: *filius procuratoris domus meae*, Pseudojon., Arabs Erp., Saad. *filius procurationis domus meae* i. e. אֲשֶׁר עַל הַבַּיִת s. οἰκονόμος, eamque interpretationem Kimchius ita tuetur, ut מֶשֶׁק *cursitationem* valere statuat (a שָׁקַק cucurrit, discurrit, ut מֶמֶר a מָרַר), בֶּן־מֶשֶׁק filium cursitationis i. e. servum reliquis servis praefectum. Ferri posset hoc etymon, si modo hac interpretatione admissa apta sententia prodiret. Sed quid sibi volunt haec verba hiulca: *et procurator domus meae, Damascenus Elieser* .....? Supplent cum Syro (coll. comm. 3) *heres meus erit*, sed quis credat, haec verba omitti potuisse? Minus etiam placent LUD. DE DIEU ad h. l. et A. SCHULT. (de defect. ling. hebr. §. 33. 37. Vind. eiusd. op. sect. 2), qui מֶשֶׁק i. q. مشق pr. *pectinare, carminare*, dein metaph. *diligenter et nitide curare* (domum) significare statuerunt, hunc vero usum translatum minime probarunt. Namque مشقة in Catechismo Romano, ad quod provocat DE DIEU, est مَشَقَّة *molestia* (a شقّ), et exemplis a Schultensio propositis nihil plane efficitur, quam *pectinationem* ad elegantiorem corporis curam transferri v. c. رجل ممشوق *vir pexus* i. e. elegans, gracilis (geschniegelt und gebügelt). Nuper Hitzigius (ad Ps. T. II, p. 193) verba הוּא דַּמֶּשֶׂק glossam esse suspicatus est, qua interpres quidam explicare voluerit vc. מֶשֶׁק, et nemo non videt, his vocibus omissis sententiam prodire admodum concinnam. Contra vix credibile est, hominem mentis suae compotem מֶשֶׁק hoc nexu ita interpretari potuisse: quid enim esset illud: בֶּן־דַּמֶּשֶׂק בֵּיתִי? — Comm. 3. eadem sententia simplicioribus verbis repetitur: בֶּן־בֵּיתִי יוֹרֵשׁ אֹתִי *verna meus* (fort. ille Elieser) *heres meus erit*, nisi forte hoc comma ex alio monumento (cui ab *Elohim* nomen dederunt Critici) repetitum est.

מִמְשַׁק m. *possessio*. Zeph. II, 9: מִמְשַׁק חָרוּל *possessio urticae*, locus ab urticis possessus et occupatus cf. מוֹרַשׁ קִפֹּד *possessio herinacei* Jes. XIV, 23. Inepte

Schult. de coniectura eius supra memorata: *locus, ubi* (transeuntes) *pectinant et lacerant urticae.*

מָשַׁשׁ *palpavit manu, contrectavit.* (Chald. מַשֵּׁשׁ et מַשְׁמֵשׁ, it. פַּשְׁפֵּשׁ, zab. ܡܫܫ, arab. مَسَّ, melit. *mass*, aeth. inserto r ምርመረ: et transp. ኣርምሰ: ምሰ: id. Gr. *μάσσω.* Cognata sunt מוּשׁ no. II, et גָּשַׁשׁ q. v.). Constr. sq. acc. Gen. XXVII, 12. 22, neque non אֲמֻשְּׁךָ Comm. 21 (Dag. eiecto), quod vulgo referunt ad מוּשׁ.

Pi. palpavit. Deut. XXVIII, 29: *palpabis meridie, instar coeci in tenebris.* Iob. V, 14, sq. acc. *contrectavit, manibus exploravit* Gen. XXXI, 34. 37. Iob. XII, 25: יְמַשְׁשׁוּ חֹשֶׁךְ *palpant tenebras.*

Hiph. id. sq. acc. Exod. X, 21.

מָתַג rad. in verbo inusit., vel i. q. מָתָה, מָתַח extendit, vel i. q. מָשַׁךְ traxit. Inde

מֶתֶג c. suff. מִתְגִּי m. *frenum*, quod ori iumenti iniicitur 2 Reg. XIX, 28. Jes. XXXVII, 29. Prov. XXVI, 3, div. a רֶסֶן Ps. XXXII, 9. Metaph. 2 Sam. VIII, 1, v. ad אַמָּה no. 3.

מָתָה rad. in verbo inusit., prob. i. q. arab. مَتَى, مَتَا et مَتَّ *extendit* v. c. funem. Vicinum est מָתַח, cognata sunt מָדַד et מָדָה.

מַת in sing. inusit., *vir*, quod ab *extendendo* dictum volunt, pr. *adultus* (Ewald. gr. §. 382), coll. אִישׁ מִדָּה. Reperitur tantum forma constructa מְתוּ (cf. שֵׁם cstr. שְׁמוּ, in שְׁמוּאֵל; פָּנִים, sing. cstr. פְּנוּ in פְּנוּאֵל; אָב chald. cstr. אֲבוּ) in nomm. pr. Hebraeis מְתוּשָׁאֵל, מְתוּשֶׁלַח, et Punicis, ut *Metuastartus* i. e. מתו עשתרת vir Astartes, *Methymatnus* מתו מתן vir doni (i. e. a diis dono datus, cf. Theodorus, Diodorus) Monumm. Phoen. p. 399. 411 [non *Muthumbal*, quod in inscrr. scribitur מתנבעל donum Baalis]; cui cognata est בתו (m et b permutatis) in בְּתוּאֵל (p. 250), cf. phoen. *Βέτυλος* i. q. בתואל, et *Βιθύας*, *Bithyas*, fort. בתויה (Monumm. 403). (Aeth. ምት: *vir*, pec. maritus).

Plur. מְתִים, bis defect. מְתִם Deut. II, 34. III, 6 *viri*, opp. mulieribus et infantibus Deut. ll. cc. Jes. III, 25: מְתַיִךְ בַּחֶרֶב יִפֹּלוּ *viri tui gladio peribunt*, parall. גְּבוּרָתֵךְ i. e. heroes tui. Iob. XI, 3: בַּדֶּיךָ מְתִים יַחֲרִישׁוּ. Saepe sq. genit. (ut אַנְשֵׁי), מְתֵי מִסְפָּר viri pauci Gen. XXXIV, 30. Deut. IV, 27 cf. XXXIII, 6, מְתֵי מְעָט id. ibid. XXVI, 5. XXVIII, 62, מְתֵי שָׁוְא Ps. XXVI, 4. Iob. XI, 11, מְתֵי אָוֶן XXII, 15, מ׳ רָעָב esurientes Jes. V, 13, מְתֵי אָהֳלִי contubernales mei Iob. XXXI, 31, מְתֵי סוֹדִי familiares mei ib. XIX, 19. Passim comm. *homines* Ps. XVII, 14. — Jes. XLI, 14 verba מְתֵי יִשְׂרָאֵל recte quidem LXX reddiderunt *ὀλιγοστὸς Ἰσραήλ*, Luth. *du armer Haufe Israël*, sed haec parvitatis et miseriae notio minime inest in מְתִים, sed ex praecedente תּוֹלַעַת repetenda, ita ut utraque demum locutio, תּוֹלַעַת יַעֲקֹב et מְתֵי יִשְׂרָאֵל, scriptoris sententiam plene exprimat. — Observatu dignum est, מְתִים, מְתִם (semel מְתֹם) in regimine positum quattuor locis pendere ab עִיר, quod his certe locis non potest non *incolas* urbis, vel potius *turbam, frequentiam, celebritatem* hominum significare (vide h. v.), opp. urbi oppidove, quatenus id domibus moenibusque cernitur. Deut. II, 34: *et cepimus omnes urbes* וַנַּחֲרֵם אֶת־כָּל־עִיר מְתִם וְהַנָּשִׁים וְהַטָּף *et occidimus omnem frequentiam virorum, et mulieres et parvos.* III, 6: הַחֲרֵם כָּל־עִיר מְתִם הַנָּשִׁים וְהַטָּף *occidendo omnem frequentiam virorum, mulieres et parvulos.* Eodem modo de auctoritate accentuum iungendum est Iob. XXIV, 12: מֵעִיר מְתִים יִנְאָקוּ *ex turba virorum* (hominum) *clamorem tollunt* i. e. undecunque auditur clamor de iniuria et violentia, parall. נֶפֶשׁ חֲלָלִים תְּשַׁוֵּעַ. [Haud male quidem Syr. h. l. מֵתִים *morientes* pronunciat, parall. חֲלָלִים, sed vel sic עִיר *multitudo* reddenda esset; frigidum enim: *ex urbe* l. *ex urbibus*]. Quartus locus, in quo עיר מתם adeo opponitur urbibus (הֶעָרִים), est Iud. XX, 48: *et percusserunt eos* (Benjaminitas) *ore gladii* מֵעִיר מְתֹם (codd. 8 et editt. 8 מְתִם, codd. 12 מְתִים) עַד־בְּהֵמָה עַד־כָּל־הַנִּמְצָא *et coetum virorum et pecudes et omnes quoscunque*, גַּם כָּל־הֶעָרִים הַנִּמְצָאוֹת שִׁלְּחוּ בָאֵשׁ *cunctas quoque urbes igne vastarunt.* (Scriptura מְתֹם h. l. servari potest et pro abstracto haberi a מַת ducto, q. d. *Mannschaft*, ad formam מַלְכֹּם, פִּדְיוֹם, cf. Deut. II, 34. III, 6, ubi plerique libri defective scribunt, sed fortasse etiam haec puncta vocalia ex falsa loci interpretatione orta sunt, ea nimirum, qua עִיר מְתִם *urbem integram* explicabant. Non mediocriter enim iam veteres in h. l. laborasse, mirae ostendunt interpretum hallucinationes, v. Clericum al.).

מְתוּשָׁאֵל (vir Dei, comp. ex מְתוּ, de quo vide s. v. מַת, שָׁ = אֲשֶׁר nota genit. et אֵל) n. pr. patriarchae ex posteris Kaini Gen. IV, 18.

מְתוּשֶׁלַח (vir teli) n. pr. patriarchae antediluviani, filii Henochi, Noachi avi, admodum longaevi, qui anno aetatis 969 mortuus est Gen. V, 21 sqq.

מָתַי pr. extensio, spatium temporis, abit in adv. interrogandi de tempore: *quando?* (Arab. مَتَى, etiam متا diw. Hudeil., chald. אֵימָתַי praemissa interrogandi particula, syr. ܐܡܬܝ. Eodem modo translatum est ܡܛܘܠ pr. extensio, duratio rei, inde *per* aliquod tempus, gall. *durant, pendant* que BH. 409, 1). Gen. XXX, 30. Neh. II, 6. Ps. XLI, 6. XLII, 3. XCIV, 8. CXIX, 82. 84. Am. VIII, 5. Praeter interrogationem (syr. ܐܡܬܝ) Prov. XXIII, 35: מָתַי אָקִיץ *quando expergefio.* Ps. CI, 2.

Cum praeff. a) לְמָתַי i. q. מָתַי (v. לְ B, 2, a) zu welcher Zeit, sine interrogatione. Ex. VIII, 5. LXX.

πότε. Vulg. quando. Syr. ܐܡܬܝ. b) עַד־מָתַי *quousque? quamdiu?* (Arab. حتى متى). 1 Sam. XVI, 1: *quamdiu lugebis propter Saulum?* I, 14. Exod. X, 3. 7. Num. XIV, 27. 1 Reg. XVIII, 21. Ps. LXXX, 5. LXXXII, 2. XCIV, 3. Jer. IV, 14. 21. XII, 4. Dan. VIII, 13. XII, 6 al. Poët. passim per aposiopesin, ut Ps. VI, 4: וְאַתְּ יְהוָֹה עַד מָתַי *et tu, Jova, quamdiu?* sc. differes auxilium mihi praestandum. XC, 13. Jes. VI, 11: וָאֹמַר עַד מָתַי אֲדֹנָי *et dixi: quousque* (duratura est haec populi conditio, de qua comm. 9. 10)? Hab. II, 6. — c) אַחֲרֵי מָתַי post quantum temporis? i. e. quando? Jer. XIII, 27.

מְתֹם fort. virorum coetus (Mannschaft) Iud. XX, 48, v. מְתִים.

מָתַח *extendit*, ut tentorium, coelum Jes. XL, 22. (Syr. et chald. id., nasor. מתח et מתח id., aeth. ምጥሐ፡ pro መጠጥሐ፡ induit, velavit, unde plura nomm. derivata *pallium* significant. Radd. vicinae sunt לָתַח sam. נתח expandit, it. מָתָה expandit, متع provectus fuit dies).

אַמְתַּחַת c. suff. אַמְתַּחְתּוֹ, pl. cstr. אַמְתְּחוֹת f. *saccus frumentarius* Gen. XLII, 27. 28. XLIII, 12. 21. 22. 23. XLIV, 1. 2. 8. 11. 12. LXX *μάρσιππος.*

מָתַי *quando?* v. rad. מָתָה.

מְתֹם I) *integritas*, v. תָּמַם. II) Iud. XX, 48, v. מַת (rad. מָתָה) pl. ext.

מָתַן rad. in verbo inusit. arab. متن *validus, firmus fuit*, cogn. פָּתַן.

מֹתֶן, in solo dual. מָתְנַיִם m. (Exod. XII, 11. Dan. X, 5) *uterque lumbus, lumbi* s. inferior pars dorsi, quinque imas vertebras complectens, gr. *ὀσφύς*, probe distinguendi a femoribus (יְרֵכַיִם q. v.), a firmitate et robore dicti, v. rad. Syn. est חֲלָצַיִם q. v. (Arab. مَتْن unum latus lumbi s. dorsi inferioris cum carne nervisque protuberans, v. poët. ap. Reisk. ad Tar. 78, Schroed. origg. hebr. 48, dual. مَتْنَانِ, plenius متنا الظهر, syr. ܡܬܢܐ, zab. ܡܬܢܐ, ܡܬܢܐ lumbus, ܡܬܢܐ ܓܘܝܐ lumbus interior, uterus). 1 Reg. XII, 10. מֵי מָתְנַיִם aqua ad lumbos pertingens Ezech. XLVII, 4. Spec. a) est ea pars corporis, cui cingulum circumligatur, unde dicunt אָסַר, חָגַר מָתְנַיִם accingere lumbos Ex. XII, 11. 1 Reg. II, 5. 2 Reg. I, 8. IX, 1. Iob. XII, 18. Jes. XI, 5: וְהָיָה צֶדֶק אֵזוֹר מָתְנָיו. XLV, 1. Jer. I, 17. XIII, 1. 2. 4. 11. Ez. IX, 2 sqq. Dan. X, 5, it. שׂוּם שַׂק בְּמָתְנַיִם Gen. XXXVII, 34, quia cilicium cingulo lumbis alligatur. Am. VIII, 10: וְהַעֲלֵיתִי עַל כָּל־מָתְנַיִם שָׂק. 1 Reg. XX, 31. Jes. XX, 2. Jer. XLVIII, 37. (Cf. arab. أَزْر dorsum, lumbi Cor. 20, 32, robur, a rad. أزر robustus fuit II. cinxit, cingulo firmavit). Alibi b) memoratur ut sedes roboris (Iob. XL, 16), inde מָחַץ מָתְנַיִם *confregit lumbos* alic. i. e. eum totum confregit Deut. XXXIII, 11, et *lumbi* alic. *vacillant*, de homine ad casum vergente Ps. LXIX, 24. Ez. XXIX, 7. (Arabes dicunt: *roborare dorsum* alic. in lite i. e. ei auxilium ferre, de Sacy chrest. 1, 393, *fractum est dorsum* i. e. robur *eorum* vit. Tim. II, 50 Mang.; et saepe coniungunt *caput* vel *cranium* et *dorsum*, inde من قصم الجماجم والظهور *qui crania et dorsa frangit*, de Timuro vit. Tim. II, 498, قد قوى منه الراس والظهر *et confirmatum est eius caput et dorsum* ib. I, 38, *capita et dorsa* i. e. fortissimi civitatis II, 328. Cf. lat. *elumbis, delumbare*). In lumbis c) onera gestantur Ps. LXVI, 11: מוּעָקָה בְמָתְנֵינוּ [illegible]. Deniq[illegible] d) *lumbi* vel *coxae, coxendix* sunt sede[illegible] rientium Jes. XXI, 3. Nah. II, 11.

אֵימְתָנִי fem. (pro אֵימְתָנִית, abiecto ת, ut מַלְכוּ pro מַלְכוּת) adj. *valida, robusta.* Dan. VII, 7.

מָתַק 1) trans. *suxit.* (Syr. ܡܬܩ suxit, spec. lac in mammis matris. Lex. Adl. ܡܬܩ رضع مَصّ; ܡܬܩܐ, ܡܬܩܐ راضع, ܡܬܩܐ ܡܬܩܐ رضاعة مَصّ. Non igitur erat, quod subdubitaret J. D. Mich. ad Cast. Arab. متك V. sorpsit). Inde cum voluptate comedit (cf. מָצַץ et Iob. XX, 12). Iob. XXIV, 20: *obliviscitur eius* (impii) *uterus matris* (mater, quae eum peperit) מְתָקוֹ רִמָּה si *eum sugit vermis*, ubi vermium esca factus erit. Bene Syr., qui linguae suae beneficio eodem verbo uti poterat ܡܬܩܐ ܐܢܘܢ ܥܦܪܐ, quae Arabs reddit: امتصهم التراب *sugit eos pulvis.* Cf. Bocharti Hieroz. III, 522 Lips. — Vulg. dulcedo illius vermes, et e recentioribus Ewaldus: sein Meth ist Moder, quasi מְתָקוֹ sit nomen מֶתֶק c. suffixo: sed cadaver non vescitur vermibus, contra vermes cadavere.

2) *dulcis fuit* (dulcia enim suguntur cf. מָצַץ, מַצָּה), Prov. IX, 17, *dulcis facta est* aqua Exod. XV, 25. Translate Iob. XXI, 33: מָתְקוּ לוֹ רִגְבֵי נָחַל *dulces ei sunt glebae vallis*, est ei terra levis. (Aeth. መጥቀቅ፡ dulcedo).

Hiph. 1) *dulcem s. suavem reddidit.* Metaph. Ps. LV, 15: אֲשֶׁר יַחְדָּו נַמְתִּיק סוֹד (nos) *qui unâ dulce reddebamus colloquium familiare* i. e. qui, ut inter familiares fieri solet, dulcia colloquia habebamus. 2) intrans. *dulcis fuit* (pr. dulcedinem produxit, v. Gr. §. 52, 2). Iob. XX, 12.

מָתוֹק adj. f. מְתוּקָה Eccl. V, 11, pl. מְתוּקִים Ps. XIX, 11 (neque enim opus est, masc. מָתוּק statuere,

v. Gr. §. 27, not. 1) *dulcis* (opp. מַר amaro) Jes. V, 20. Iud. XIV, 18. Ps. XIX, 11, sq. עַל Prov. XXIV, 13, sq. לְ XVI, 24. Cant. II, 13, et eodem contextu sine praepositione Prov. XXVII, 7: וְנֶפֶשׁ רְעֵבָה כָּל־מַר מָתוֹק *animae esurientis omne amarum dulce* est. Neutr. *dulce* Iud. XIV, 14. Ez. III, 3. Translate *suavis* Eccl. V, 11 (de somno). XI, 7 (de luce vitae).

מֹתֶק m. *dulcedo*, metaph. *suavitas*. Prov. XVI, 21. XXVII, 9, et

מֶתֶק m. *dulcedo* Iud. IX, 11.

מִתְקָה (dulcedo, prob. fons dulcis, opp. מָרָה) n. pr. stationis Israëlitarum in Arabia Petraea Num. XXXIII, 28. Cod. Sam. מְתִיקָה.

מַמְתַּקִּים n. pl. *dulcedines* Neh. VIII, 10. Cant. V, 16.

מִתְרְדָת n. pr. pers. gr. *Μιτραδάτης* Herod. 1, 110. Ctes. Pers. 55, recentioribus accuratius *Μιθριδάτης* (Xen. Strabo, LXX), lat. *Mithridates*, quod gerebat 1) praefectus aerarii imperante Cyro Esr. I, 8. 2) praefectus Samariae imperante Artaxerxe, ibid. IV, 7. — Significat *a Mithra datum*; a *Mithra*, genio (Ized) Persarum nobilissimo et principe, quem Solis genium et comitem, *μεσίτην* inter Oromazdem et Arimanem (Plut. de Iside et Osiride c. 46) cogitabant (zend. *mithra*, quod respondet sanscritico *mitra* amicus; pehlev. *matun*, recentioribus Persis مهر *Mihir*, quod appellative *amorem* et *solem* significat, cf. sanscr. *mihira* sol, v. Brisson de regio Persarum principatu II, §. 8 sqq. Reland de ling. pers. §. 91. Hyde de rel. vett. Persarum p. 100. Anquetil apud Kleukerum III, p. 322. de Sacy ad St. Croix sur les mystères II, p. 12. Pott etym. Forschungen I, pag. XLVI sqq. Rask über die Zendsprache p. 35. Burnouf Commentaire sur le Yasna I, 351. Journal des Savans 1833 p. 594), et *dat* a rad. zend. et sanscr. *dâ* dare (cf. דָּת p. 358), pers. دادن. Persis autem admodum trita sunt nomina propria cum hoc eorum numine composita, ut *Mithraustes* مهراوستا Mithrae verbum, *Mithrobaeus* مهرپای Mithrae via, *Mithrobarzanes* مهربرزان splendens instar Mithrae, *Mithrenes* مهرین Mithrae similis al. (cf. Pott l. c.): etiam cum recentiore forma مهر, unde *Meherdates* مهرداد: licet in aliis syllaba *mithra* amici significationem habere videatur, ut *Susamithres* (Plut. Alcib. 39) lilia amans. Simile est *Tiridates* i. e. *a Tir* alio Persarum Izedo, qui etiam Faschtar dicitur, *datus* (v. Kleuker III p. 350).

מַתָּת *donum*, v. rad. נָתַן.

מַתִּתְיָה *Matthathias*, v. ibid.

N*un*, quarta decima littera, ubi numeri nota est, *quinquaginta* significans. Nomen eius נוּן Syris, Chaldaeis, Arabibus *piscem* designat, cuius figuram antiquissimae et nativae eius litterae formae repraesentasse videntur, v. Monumm. Phoen. p. 37 sq.

Permutatur a) cum reliquis liquidis, ut *Lamed* pag. 727 A, *Mem* pag. 764. 765, cum *Resch* in peregrinis magis quam domesticis, v. c. נְבוּכַדְנֶאצַּר et נְבוּכַדְרֶאצַּר; זָרַח chald. דְּנַח ortus est sol, נָהַר, גָּהַר et جنح inclinavit se, שְׁנַיִם aram. תְּרֵין duo; عنكبوت et عنكبور aranea, ارجوان et ارجوار purpura: praeterea b) ut liquidarum fere lenissima, saepe emollitur in *Jod*, ita ut permulta verba פ״ן et פ״י (arab. فو) iuxta se eodem significatu existant v. c. נָאָה יָאָה et נָאָה sedit, decuit, نصب נָצַב et وصب יָצַב stitit, נָקַשׁ et יָקַשׁ aucupatus est, نشر נָשַׁר et وشر serravit, نبص et وبص al., cf. Lgb. §. 112, 2, a et de cognatione radd. פ״ן cum aliis bilitteris, ut ע״ע, ע״ו, ל״ה ibid. no. 2. 3. Radix enim monosyllaba et primaria verborum פ״ן, pariter atque פ״י persaepe est in postrema syllaba, unde significatione conveniunt נָגַר et גָּרַר, نجر serravit; נָדַח, דָּחָה, נָדָה, דָּחָה trusit, נָהַם et הָמָה fremuit, נָסַג et סוּג recedere, נָפַח et פּוּחַ flare, נָפַץ et פּוּץ dispergere, נָקַב et קָבַב maledixit, נָקַט et קוּט nauseare, נָקַשׁ et קוּשׁ aucupari, נָשַׁל et שָׁלַל extraxit al. Contra ab indole linguarum Semiticarum alienissimum est, quod nuper excogitavit Fürstius (in concordd.), sat multas radices hebraeas פ״ן compositas esse ex stirpe bilittera et praepositione quadam *na*, quae respondeat sanscr. *ni* deorsum, velut נָבָא ex rad. *ba* i. q. φά-ω, *fari* et *na*, inde pr. oratione aliquem devincere, jemanden *nieder*reden (!); נָבַט intueri, pr. *despicere* (?), a בט i. q. *budh*, *wid* scire (videre), et *na*; נָהַם a rad. הם praemisso *n* (num deorsum fremere?): adeoque נָאַר deiicere, prosternere, *niederwälzen*; נָהַר luxit, ex בָּהַר = בָּרַר et *na* (*nieder*leuchten?) cet., cuiusmodi commenta h. l. semel commemorasse sufficiat.

Quum pronunciatu satis lenis fuisse videatur, in vocibus formandis non raro abiicitur, idque variis modis. Ac 1) ab initio vocum, ubi vocali caret, v. c. הִי pro נְהִי lamentatio, עָשׁ sidus ursi pro نعش נַעַשׁ, תֵּן pro נְתֵן da; 2) mediis vocibus, idque duplici modo, vel a) ita ut Nun vocali carens sequenti litterae assimiletur (יִתֵּן pro יִנְתֵּן, ut *illustris* pro *inlustris*), qui contrahendi modus in linguis cognatis rarus (v. ad מִן, من p. 800 A. B) ab Hebraeis saepius observatur, quam negligitur; b) ita ut Nun Segol auxiliari praeditum per syncopen abiiciatur, v. c. אַנְףְ (pro אֱנֶף) contr. אַף; בֶּנֶת contr. בַּת; אֲמֶנֶת, אֱמֶת (licet in his Dagesch in ultima littera delitescat); c) ita ut Nun in Jod vel Vav mitigetur, v. c. אִישׁ pro אֱנָשׁ; כּוֹס contr. כּנס poculum; חוֹחַ pro חֹנַח uncus, cf. gr. εἷς pro ἕνς (ἑνός) unus, ὀδούς pro ὀδόνς, τυφθείς pro τυφθένς. — 3) extremis vocibus, ut gr. Πλάτων, lat. Plato, v. c. מִגְדּוֹן et מִגְדּוֹ n. pr., אַיִן et אֵי ubi?, אַיִן, אִין *non*, inde אִי in אִי כָבוֹד al. (v. pag. 600), cf. etiam נוּן קֶרֶן gr. Νῦ, κέρα-ς.

Contra Chaldaei, Arabes et Aethiopes, qui duriore illa pronunciatione (יִנְתֵּן, non יִתֵּן) delectantur, pro littera geminata passim simplicem litteram ponere solent praevio Nun, v. c. אֵב (ab אבב) c. suff. אִנְבֵּהּ pro אִבֵּהּ; מַנְדַּע scientia, pro מַדַּע (a יָדַע); שִׁבֹּלֶת سنبلة arista; קִפּוֹד قنفذ herinaceus, שַׁבָּת ሰንበት፡ sabbatum et in ipso Hebraismo קִנְצֵי Iob. XVIII, 2 pro קִצֵּי (rad. קצץ); fortasse aliquoties etiam Nun postposito, ut מְזַנְּרֶיהָ (si modo sana est lectio) Jes. XXIII, 11 pro מְזַרֶּיהָ, מְזִנָּה (v. זָנַן) cf. μύῤῥα, σμύῤῥα, σμύρνα.

—•—

נָא particula excitandi: *age*, inde rogandi, petendi: *obsecro*, *quaeso*, gr. δή, quo LXX passim utuntur. (In linguis Semiticis haec vocula praeterea exstat apud Syros, his formis ܢܐ et ܢܐ, sed tam raro ut ab ipsis Syrorum Lexicographis male intellecta explicetur ܠܝ, لي *mihi*, v. Gesen. Anecd. Orient. fasc. 2 p. 52: utramque illam formam habent etiam Samaritani ࠍࠀ Gen. XII, 13, ࠍࠀ XVIII, 21. XXIV, 18. XLVII, 29, quanquam hi saepius etiam Hebraeum נָא in interpretando omittunt: apud Aethiopes respondet ነዐ፡ age, veni, quod imperativi instar declinari solet, fem. ነዒ፡ plur. ነዑ፡ ነዓ፡ amhar. per Aleph ናእ፡ id., cf. ናሁ፡ ነዮ፡ ነዩ፡ ecce. Verbum integrum mihi servasse videntur Aegyptii, quibus ⲛⲁ est venire, et imp. *veni*, cf. cogn. ⲙⲁ cedo, da. Qui radicem in verbis Hebraeis etiamnunc usitatis quaerunt, *pulchre*, *bene* explicant, a rad. נָאָה, coll. locutione vulgari nostratium: thue das hübsch, in Germania superiore: thue es schön. Redslobio pr. negandi particula esse videtur, a rad. נוּא, quae ad optand. et rogandi vim translata sit, coll. לוּא, לוּ, quod non probo: prorsus autem a vera vocis indole alienum, quod Ewaldus, gr. §. 448, propriam eius vim temporalem fuisse ponit: „נָא ist eigentlich: *nun, indess* (?!)". Annectitur

1) imperativo, tum simplici (קַח־נָא Gen. XXII, 2) tum paragogico s. energico (לְכָה־נָא Iud. XIX, 11. Num. XXII, 6) estque a) excitantis v. c. שְׁלַח נָא Iob. I, 11. II, 5; b) iubentis, sed leniter et mansuete, ubi nos: thue einmal, thue doch einmal dieses oder jenes. Gen. XXIV, 2: שִׂים־נָא יָדְךָ תַּחַת יְרֵכִי *age, suppone manum tuam femori meo.* XIII, 14. XXVII, 3. Num. XXII, 6. Iob. IV, 7: זְכָר־נָא bedenke einmal. XII, 7: שְׁאַל־נָא frage einmal. XXII, 21. 22. XXXIII, 1, et in sermone Dei. Gen. XXII, 2: קַח־נָא אֶת־בִּנְךָ *age, sume filium tuum.* Jes. VII, 3: צֵא־נָא. Ex. XI, 2. c) hortantis adeoque increpantis et minantis. Num. XVI, 26: *recedite* (סוּרוּ־נָא) *ab istis tentoriis.* XX, 10: שִׁמְעוּ־נָא הַמֹּרִים *audite dum rebelles*, hört einmal, ihr Widerspenstigen. Ps. L, 22: בִּינוּ־נָא זֹאת bedenkt einmal dieses. — A verbo seiunctum et in alteram commatis partem reiectum est נָא in his Ps. CXVI, 14: *vota Deo persolvam* נֶגְדָה־נָּא לְכָל־עַמּוֹ *age! coram omni populo suo*, pro vulgari: אֲשַׁלֵּמָה vel אֲשַׁלְּמָה־נָּא. Persaepe d) rogantis. Gen. XXVII, 19: קוּם־נָא שְׁבָה *surge quaeso, et conside.* XXIV, 45: הַשְׁקִינִי־נָא *da mihi quaeso bibendum.* XII, 13: אִמְרִי־נָא *dic quaeso.* XIII, 9. XXXII, 30. XXXIV, 8. XXXVII, 16. L, 17. Iud. XIX, 9 et saepe. — Cum quadam acerbitate dictum est Jes. XLVII, 12: עִמְדִי־נָא בַחֲבָרַיִךְ *age! persiste in praestigiis tuis*, i. e. per me licet persistas, beharre nur, beharre immerhin.

2) futuro, eiusque a) *primae* personae, saepe una cum He paragogico, quod et ipsum similem vim habet. Excitantis est Jer. V, 24: נִירָא־נָא אֶת־יְהוָה *agite! colamus Jovam*, in singulari se ipsum excitantis, de his qui soli secum deliberant. Gen. XVIII, 21: אֵרְדָה־נָּא וְאֶרְאֶה *age! descendam et videbo*, auf! ich will doch hinabsteigen und sehen. Ex. III, 3: אָסֻרָה־נָּא וְאֶרְאֶה *age! secedam et videbo.* 2 Sam. XIV, 15: *et mecum cogitabam* אֲדַבְּרָה־נָּא אֶל הַמֶּלֶךְ *age! colloquar cum rege.* Cant. III, 2. 1 Par. XXII, 5. Qui cum aliis colloquentes hac locutione utuntur, veniam eorum ad aliquid agendum petunt. 1 Sam. XX, 29: אִמָּלְטָה־נָּא *age! festinabo pace tua*, festinare me sine. Num. XX, 17: נַעְבְּרָה־נָּא *transire nos sinite.* Vulg. obsecramus, ut nobis transire liceat. 1 Reg. I, 12: אִיעָצֵךְ נָא עֵצָה *dabo tibi consilium*, si accipere placebit. Vulg. accipe consilium a me. Ex. IV, 18: אֵלְכָה־נָּא *ibo pace tua*, lass mich hingehn. Jes. V, 1: אָשִׁירָה־נָּא *agite! cantabo*, qs. addat: pace vestra, auditores, lasst mich singen. Comm. 5. LXX. ᾄσω δή. Ruth II, 2. — b) tertiae personae, estque α) excitantis, provocantis. Jer. XVII, 15: *ubi est verbum Dei?* יָבוֹא־נָא *veniat tandem!* (Cf. Jes. V, 19). β) optantis et rogantis. Gen. XLVII, 4: יֵשְׁבוּ־נָא *habitent quaeso* i. e. habitare eos sine. Ps. CXXIV, 1: יֹאמַר־נָא יִשְׂרָאֵל *dicat Israël.* CXXIX, 1. Cant. VII, 9. 2 Reg. II, 9. γ) veniam petentis. Gen. XVIII, 4: יֻקַּח־נָא *afferatur pace vestra*, afferre me sinite. XLIV, 18: יְדַבֶּר־נָא עַבְדְּךָ דָבָר *sine me loqui verbulum.*

3) semel, quod sciam, praeterito. Gen. XL, 14: וְעָשִׂיתָ־נָּא עִמָּדִי חָסֶד *et benigne mecum agas*, ubi נָא praeterito vim optandi tribuit. Cf. de h. l. ad כִּי אִם p. 682 A.

4) interiectionibus: a) הִנֵּה־נָא *age! vide!* siehe einmal, siehe doch! Gen. XII, 11. XVI, 2. XVIII, 27. 31. XIX, 8. 19. 20. Iob. XL, 15. 16. b) אוֹי־נָא nostr. ach wehe! Jer. IV, 31. XLV, 3. Thren. V, 16. c) Ex אָהּ־נָא coaluit אָנָּא et אָנָּה (v. pag. 123 B), particula rogandi ab initio sententiae posita.

5) Adverbio interrogandi: אַיֵּה־נָא *ubi tandem?* Ps. CXV, 2.

6) Coniunctionibus: a) אַל־נָא *ne quaeso*, sq. fut., quo rogatur, venia petitur, ut aliquid non fiat. Sq. prima persona Iob. XXXII, 21: אַל־נָא אֶשָּׂא פְנֵי אִישׁ pr. *ne sim partium studiosus* pace vestra, i. e. a partium studio immunem me esse patiamini, lasset mich unparteiisch seyn; sq. 2 pers. Gen. XVIII, 3: אַל־נָא תַעֲבֹר *ne quaeso transeas.* XIX, 7. Num. X, 31; sq. 3 pers. Gen. XVIII, 32: אַל־נָא יִחַר לַאדֹנָי. XIII, 8. Ponitur etiam absolute: אַל־נָא (v. אַל no. 1, a).

b) אִם־נָא *si modo, dummodo*, gr. εἴ ποτε, ἐάν ποτε, quo utuntur, qui verecunde et paene timide conditionem quandam ponunt. Ita saepe in formula אִם־נָא מָצָאתִי חֵן בְּעֵינֶיךָ *si modo gratiam inveni in oculis tuis*, si modo mihi faves, quod opto magis quam sumere audeo Gen. XVIII, 3 (LXX εἰ ἄρα). XXXIII, 10. XLVII, 29. L, 4. Exod. XXXIII, 13. XXXIV, 9. Semel (Gen. XXX, 27) haec verba sine apodosi habentur, ubi optantis sunt: *si modo gratiam invenerim apud te* (cf. לוּ sq. praet. Num. XIV, 2 al. pag. 745 A), ut sententia sit: dabo quod postulas, agnosco merita tua, unumque a te peto, ut favorem tuum mihi serves. — נָא a coniunctione seiunctum habes Gen. XXIV, 42: אִם־יֶשְׁךָ נָּא מַצְלִיחַ דַּרְכִּי *si modo prosperare vis viam meam* (Sic dici poterat: אִם־מָצָאתִי נָא חֵן בְּעֵינֶיךָ quam formulam omissis postremis verbis reperire mihi videor in Punicis Plauti, Poenul. V, 3, 22: *im musti ne* = אם מצאתי נא *dummodo inveni* sc. gratiam, ad sententiam cf. Gen. XXX, 27).


Qui urbane loquuntur cum nobilioribus vel submisse petunt, cumulare solent hanc particulam. Gen. XVIII, 3. XIX, 7. 8. 18. 19. L, 17. 2 Reg. XX, 3. Jes. XXXVIII, 3. Ex vett. intpp. Saad. et Syrus נָא omittere solent, rarissime hic retinet ܢܐ (v. supra), LXX vel δή reddunt, vel ἄρα, vel omittunt. Targg. plerumque כְּעַן nunc, Vulg. passim vertit *obsecro* Iob. IV, 7. Num. XX, 17, *paullulum* (Iob. I, 11: extende paullulum), sed plerumque omittit.

נָא crudus, semicoctus, v. rad. נִיא.

נֹא Ez. XXX, 14. 15. 16. Jer. XLVI, 25, plene נֹא אָמוֹן Nah. III, 8 n. pr., *Thebae* aegyptiacae s. *Diospolis*, vetustissima et nobilissima superioris Aegypti metropolis, iam Homero ἑκατόμπυλος dicta (Il. IX, 383), 140 stadiorum circuitu in utroque Nili litore sita (הַיֹּשְׁבָה

בִיאֹרִים מַיִם סָבִיב לָהּ Nah. l. c.), templorum, obeliscorum, statuarum multitudine et splendore insignis (Diod. Sic. I, 45—50. Strabo XVII, 1 §. 45 p. 816 Casaub.). Postquam iam Nahumi tempore (III, 10) expugnata (ab Assyriis, si quid video coll. Jes. XX, 4, non a Carthaginensibus, ut nuper volebant nonnulli, nam quae Ammianus 17, 4 habet de Thebis a Carthaginensibus oppressis ex Diod. fragmm. 24. T. IX p. 344 Bip. fluxisse videntur, ubi Hecatompylos non Thebae sunt, sed huius ipsius nominis oppidum est) incolarumque pars in exilium acta est, a Cambyse ex parte vastata, templa mutilata atque combusta sunt (Diod. 1, 45. Strab. l. c.), et Strabonis aetate ex parte deserta iacebat (νυνὶ κωμηδὸν συνοικεῖται), licet a Ptolemaeis adeoque a Romanis complura vetera aedificia instaurata essent. Splendidissima eius rudera, in quorum ambitu vici Medinat-Abu, Lucsor, Kurna exstructi sunt, descripta atque depicta exstant in Denon Voyage dans la basse et haute Égypte. Paris 1802 tab. 41 — 50, pag. 117 sqq. Hamilton Aegyptiacis London 1809, Description de l'Égypte T. II. III. cui accedunt P. II. 92 planches, P. III. 69 planches. Belzoni narrative of operations and recent discoveries in Egypt and Nubia. Londini 1821 tab. 1 — 8. F. Cailleaud Voyage à l'oasis de Thèbes et dans les deserts situés à l'orient et l'occident de la Thébaide. Paris 1821. Champollion lettres écrites d'Égypte et de Nubie, Paris 1833 p. 177 sqq. Wilkinson View of ancient Egypt and topography of Thebes. Lond. 1835. 8. cf. Heeren Ideen II, 2 p. 216 sqq. — LXX ap. Ezech. bene reddiderunt *Διόςπολις*, apud Nah. נֹא־אָמוֹן *μερὶς Ἀμμών* (de quo mox), Chald. et Hieron. male: *Alexandria*, male etiam recentiorum nonnulli (Kreenen ad Nah. l. c. cf. Bocharti Phaleg p. 6. Champollion l'Égypte sous les Pharaons II, 131) Diospolin parvam, inferioris Aegypti oppidum intelligere volebant, sed ignobile illud nec dignum quod cum Ninive compararetur Nah. l. c. — De significatione domesticaque scriptura nominis *No-Amon* quaerentibus nobis primi occurrunt LXX interpres ap. Nah., qui *μερὶς Ἀμμών* vertentes haud dubie etymon nominis exprimere volebant coll. aegypt. ⲛⲟⲥ, ⲛⲟⲩⲥ funis, funis mensorius, inde portio demensa, ita ut *No-Amon* esset *portio, possessio Amonis* dei, qui tanta cum religione ea in urbe colebatur (cf. נַחֲלַת יְהוָה de terra Israëlitica) v. Jablonskii Opuscula ed. te Water T. I. p. 163 — 168. Non male, si sententiam spectas, quanquam ipsa veterum Aegyptiorum scriptura de priore nomine aliter statuere iubet. In hac enim huius urbis (ut Memphidis, vide pag. 812) duae appellationes exstant, altera vulgaris *top*, *tef* (Champollion gramm. 136. 153), unde *Thebarum* nomen apud Graecos ad similitudinem Thebarum Graecarum conformatum, altera sacra et sacerdotalis, ita scripta:

1 vel 2



quod utrumque *habitationem Amonis* (*Διόςπολιν*) significat, si quidem tres litterae *Amn* (vide pag. 115) vel (fig. 1) margine inclusae sunt habitationem significante, vel huius significationis determinativum sibi adiectum habent (fig. 2). V. Champollion p. 155. 156. 194. 205. Atque hic quidem aegyptiace ista signa pronunciat ⲡ-ⲏⲓ-ⲛ-ⲁⲙⲟⲩⲛ *domus Amonis* (pag. 194. 205), non auctoritatem quandam, sed suam coniecturam secutus (v. Lepsius lettre à Rosellini p. 83 sqq.): at enim haec ipsa nominis forma Hebraea *No-Amon* pro *domo, habitatione* aliud vocabulum Aegyptium optare iubet, quod propius accedat ad sonum hebraei *No*. Vel igitur lege ⲛⲁ-ⲁⲙⲟⲩⲛ *quod Amonis est*, ut ⲛⲁⲏⲥⲓ Isidis oppidum, vel, quod malim, ⲙⲁ-ⲁⲙⲟⲩⲛ *locus Amonis*, quod quidem posterius convenit cum Memphidis nomine (p. 812), quod aegyptiace eodem charactere (*domum* notante) scribitur *Mam-phta* locus Vulcani, atque firmatur coptico urbis nomine in Martyrologiis obvio: ⲡⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲙⲟⲩⲛ i. e. *locus Amonis* (Jablonski l. c.): m et n autem in his facile permutata esse, apparet vel ex *Moph* et *Noph*. Quod Seyffarthus (rudim. hierogl. pag. 49) *No* deum significare coniicit, ut aegypt. ⲛⲟⲩⲧ, ⲛⲟⲩⲧⲉ (Peyron p. 127), parum probabile est, quum non *dei*, sed *domus*, *loci* notionem (in scriptura hieroglyphica ideographice expressam) desideres. Non inepte aliquis scripturam aegyptiacam cum Alexandrini interpretatione ita conciliari posse putet, ut *domus* signum h. l. legatur ⲛⲟⲥ *funis mensorius*, dein *possessio*: sed copt. ⲛⲟⲥ pr. *funem* significans pro *fune mensorio* praeter Mich. II, 4 (ubi de metiendo agitur) non usurpatur nisi addito genitivo ⲛⲣⲱϣ (metiendi) Ps. XVI, 6. CV, 10, vel ⲛϣⲓⲉⲓⲣⲱⲓⲥⲉ (v. Peyron. 131); istaque *funis mensorii* ad *agrum demensum*, dein *terrae tractum* translatio (v. חֶבֶל) Hebraeis quidem, non Aegyptiis usitata fuisse videtur. — De orthographia urbis in enchoriis v. Young rudiments of an Egyptian dictionary p. 80. 81.

נְאד rad. inusit. Arab. نَأَدَ aquam emisit terra, نَأْد terra aquam fundens. Inde נֹאד *utrem* ducebant Simonis al., quippe qui aquam exsudet et uvidus sit. Statuere malumus, נְאד fere idem valere quod נוּד *agitare*, utremque ab *agitando* dictum esse: utre enim *agitato* ex lacte butyrum fit. „Die Milch wird zwei Stunden lang in Schläuchen geschüttelt und so in Butter verwandelt." Burckhardt Bemerkungen über die Beduinen p. 194 cf. p. 47. Quod Fürstius ponit, נאד = נוד cavitatis vim habere (coll. אוֹב uter ab אָבַב cavus fuit?), commenticium est.

נאד (pro נֹאוד, quod ipsum est in Chethibh Iud. IV, 19) pl. נֹאדוֹת m. *uter*, ut lactis Iud. IV, 19; vini 1 Sam. XVI, 20. Jos. IX, 4. 13, qui in fumo suspendi solebat Ps. CXIX, 83. Solebant autem utres ex corio caprino parari et vel oleo saturari vel pice oblini. Vide Niebuhr itin. 1, p. 212. Burder oriental customs no. 423.

נָאָה in Kal inusit. i. q. נָוָה *sedit*, *habitavit*. (Vicinum est gr. *ναίω*, unde *ναός*. Primigenia notio mihi esse videtur in *quiescendo* v. Hab. II, 5 cf. aeth. ፕዐፐ: respiravit, requievit, adeoque hebr. נוּחַ). *Pulchri*, *decori* significatu frequentatur apud Rabbinos: אשה נאה femina pulchra, נאה congruum et adv. bene, apte, נְאוּת pulchritudo.

Pil. נַאֲוָה (cf. שָׁחָה Hithpa. הִשְׁתַּחֲוָה) Ps. XCIII, 5, pl. contr. נָאווּ (ex נַאֲווּ) 1) sq. לְ *convenit* alicui, *decuit* aliquem, pr. bene sedit alicui cf. Plin. Panegyr. 10: quam bene humeris tuis sederet imperium, metaphora a vestibus repetita. Sic germ. jemandem sitzen, gut sitzen olim ampliore significatu usurpatum est, ex quo pendet nomen *Sitte*. Hodieque dicimus: *es kleidet jemanden*, *est steht ihm wohl an*, unde *anständig* decorus. (Fuerunt, qui נַאֲוָה Niph. verbi אָוָה esse censerent, inde: desideratus, hinc gratus, decorus fuit). Ps. XCIII, 5: לְבֵיתְךָ נַאֲוָה קֹדֶשׁ *domum tuam decet sanctitas*, sancte haberi debet templum tuum. Cf. adj. נָאוֶה. — 2) absol. *decorus*, *pulcher*, *gratus fuit*. Cant. I, 10: נָאווּ לְחָיַיִךְ בַּתֹּרִים *pulchrae sunt genae tuae in margaritarum ornatu*. Jes. LII, 7: מַה־נָּאווּ עַל־הֶהָרִים רַגְלֵי מְבַשֵּׂר.

נָאָה i. q. נָוָה, נָוֶה, tantum in pl. cstr. נְאוֹת f. vc. mere poët. *sedes*, *domicilia* a) hominum, Dei, ut נְאוֹת יַעֲקֹב Thren. II, 2, נְאוֹת חָמָס Vulg. domus iniquitatis Ps. LXXIV, 20, נְאוֹת אֱלֹהִים LXXXIII, 13. — b) gregum, *pascua*, in quibus greges consident, recumbunt, requiescunt (v. rad.). נְאוֹת מִדְבָּר pascua deserti Ps. LXV, 13. Jer. IX, 9. XXIII, 10. Joël I, 19. 20. II, 22. נְאוֹת דֶּשֶׁא pascua virentia Ps. XXIII, 2. נְאוֹת הָרֹעִים Am. I, 2. נְאוֹת הַשָּׁלוֹם pascua pacifica Jerem. XXV, 37.

נָאוֶה (pro נָאֲוֶה, a rad. נָאָה) adj. f. נָאוָה 1) *decens*, *decorus* sq. לְ. Prov. XXVI, 1: לֹא־נָאוֶה לִכְסִיל. XVII, 7. XIX, 10. Omisso dat. Ps. CXLVII, 1. Ps. XXXIII, 1: לַיְשָׁרִים נָאוָה תְהִלָּה *probos decet laudatio* Dei, Deum celebrare.

2) *pulcher*, *gratus*, *amoenus*, de puella Cant. I, 5, de voce IV, 3, de urbe VI, 4.

נָאַם i. q. נָהַם, הָמָה gr. *μύω fremuit*, *susurravit*, *submisse locutus est* (arab. نَأَمَ id., نَئِيمٌ vox debilis et occulta), spec. de voce se revelantis, quippe qui oracula vati quasi in aurem insusurrare crederetur (cf. גָּלָה אֹזֶן p. 283), dein de voce et effatis vatum. Quod Fürstius confert sanscr. *nam* loqui, commenticium est: haec enim radix, quae *flectendi* significatu frequentatur, semel quidem Nun nasali scripta a Wilsonio redditur: *to sound*, sed loquendi significatum inde non efficiat, qui horum lexx. indolem perspectam habeat. In verbo semel legitur Jer. XXIII, 31 de vatibus mendacibus: וַיִּנְאֲמוּ נְאֻם *proloquuntur effata* (sc. mendacia). Vide נְאֻם. (Praeterea Zach. X, 2 in uno cod. Kennicotti est: הבל ינאמון *frustra vaticinantur*, pro ינחמון).

נְאֻם (formae גְּבוּל) m. *oraculum*, *effatum*, 1) Dei. Semel legitur in statu absoluto Jer. XXIII, 31: וַיִּנְאֲמוּ נְאֻם, licet in tanta formulae נְאֻם יי frequentia per ellipsin Genitivi ita dictum esse possit. Rosenm. *et dicunt* נְאֻם sc. יְהוָֹה, ad exemplum verorum prophetarum orationes suas auspicantur a formula: נְאֻם יי. — Et haec quidem formula, quae freqentissime et apud Jeremiam constanter est: נְאֻם יְהוָֹה I, 8. 15. 19. II, 3. 9. 12. 29. III, 1. 10. 13. 14. 16. 20. IV, 1. 9. 17. V, 9. 11. 15. 18. 22. 29. VI, 12. VII, 13. 19. 30. 32 cet. Zach. I, 3. 4. 16. II, 9. 10. 14. III, 9. 10. V, 4. VIII, 6 cet., apud Jesaiam נְאֻם יי צְבָאוֹת III, 15. XIV, 22. 23, apud Ezechielem נְאֻם אֲדֹנָי V, 11. XI, 8. 21. XII, 25. 28. XIII, 16. XIV, 11. 14. 16. 18. 20. 23. XV, 8. XVI, 8, plerisque locis a) extremae sententiae addi solet, ut Am. II, 11. IV, 3. 5. 8. 9. 10. 11. Jes. III, 15. XIV, 23. XVII, 3. 6. XIX, 4. XXXVII, 34. LV, 8. LIX, 20. Hos. II, 15. 18. 23, passim ita, ut orationem ordiatur similis formula: כֹּה אָמַר יְהוָֹה, quarum una redundat. Ezech. XIII, 8. — XIII, 16 cf. 13. XIV, 11 cf. 6. XIV, 23 cf. 21. XV, 8 cf. 6. XVI, 8 cf. 3. Jer. I, 8 cf. 7. II, 3 cf. 2. Am. II, 16 cf. 13. IV, 3 cf. 2. Alibi b) sententiae inseritur, ut lat. *inquit Dominus*, *ait Dominus*. Gen. XXII, 16. Num. XIV, 28. 2 Reg. IX, 26. Jes. XXII, 25. XXXI, 9. XLI, 14. XLIII, 10. 12. XLIX, 18. Am. III, 10. VI, 8. 14. IX, 12. 13. Jer. II, 9. Ezech. XIV, 16. 18, etiam ita, ut eadem extrema sententia repetatur Jes. XIV, 22: וְקַמְתִּי עֲלֵיהֶם נְאֻם יי צְבָאוֹת וְהִכְרַתִּי לְבָבֶל שֵׁם וּשְׁאָר וְנִין וָנֶכֶד נְאֻם יְהוָֹה. Raro c) haec formula (id quod prorsus neglexit, qui de his formulis separatim agit Kleinertus, über die Aechtheit der Jesaianischen Weissagungen T. I. p. 246) orationi praemittitur, ut alibi formula כֹּה אָמַר יְהוָֹה. 1 Sam. II, 30: לָכֵן נְאֻם יי אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל, et eodem commate: וְעַתָּה נְאֻם יְהוָֹה. Jes. I, 24. Ps. CX, 1. — 2) vatum mortalium. Num. XXIV, 3: נְאֻם בִּלְעָם בְּנוֹ בְעֹר וּנְאֻם הַגֶּבֶר שְׁתֻם הָעָיִן. Comm. 4. 15. 16, adeoque poëtarum 2 Sam. XXIII, 1: נְאֻם דָּוִד בֶּן יִשַׁי. Prov. XXX, 1, quanquam nescio an in his genitivus passive accipiendus sit: revelatio, qua usus est Bileamus, Davides, i. e. carmen afflatu s. instinctu divino a Bileamo, Davide fusum. Translate Ps. XXXVI, 1: נְאֻם פֶּשַׁע לָרָשָׁע בְּקֶרֶב לִבּוֹ (sic enim cum vett. intpp. et nonnullis codd. legendum pro vulg. לִבִּי) *in animo impii est instinctus s. afflatus sceleris*, i. e. homo impius interna quadam voce internove animi instinctu ad scelus impellitur, pariter atque vates afflatu divino ad vaticinandum, in his est נְאֻם יְהוָֹה, in illis

נְאֻם פֶּשַׁע, hos spiritus divinus agitat, illos propensio ad scelus. Ab afflatu divino repetita est locutio et ad diaboli (ut cum Theologis dicam) consilia translata: neque opus est, ut (cum Maurero) נְאֻם ab hoc commate secernatur, et ad inscriptionem referatur, licet per se non ineptum esset: לְדָוִד נְאֻם. (Rabbini nomine נוּם, נוֹמִי utuntur de dictis effatisque doctorum celebrium).

נָאַף fut. יִנְאַף et Pi. נִאֵף part. מְנָאֵף (quae species usu non differunt) *moechatus est* (LXX. μοιχεύω, μοιχάομαι), de mare et femina. Ponitur absol. Ex. XX, 14: לֹא תִנְאָף. Deut. V, 17. Hos. IV, 2. 13. 14. Part. נֹאֵף Iob. XXIV, 15 et מְנָאֵף *moechus* Jes. LVII, 3. Ps. L, 18, fem. נֹאֶפֶת Ez. XVI, 38. XXIII, 45 et מְנָאֶפֶת Prov. XXX, 20 *moecha, adultera.* Sq. acc. mulieris, adulterium commisit cum ea Prov. VI, 32: נֹאֵף אִשָּׁה. Lev. XX, 10. Jer. XXIX, 23, et contra sq. acc. moechi Jer. III, 9 (sensu translato, v. infra).

Pariter atque זָנָה, saepe transfertur ad idololatriam, quippe qua Israël a vero Deo ceu legitimo marito ad idola ceu moechos et adulteros deficiat. Jer. III, 8: אֲשֶׁר נִאֲפָה מְשֻׁבָה יִשְׂרָאֵל *quia moechatur Israël rebellis.* V, 7. IX, 1: כֻּלָּם מְנָאֲפִים *omnes sunt adulteri* i. e. idololatrae. IX, 1. XXIII, 14. Hos. VII, 4. Sq. acc. Jer. III, 9: וַתִּנְאַף אֶת־הָאֶבֶן וְאֶת הָעֵץ *moechatur cum lapide et ligno.* Ez. XXIII, 37.

De prima et nativa significatione nonnulli ita statuunt, ut נאף vc. honestum esse putent, quo res turpis verecunde exprimatur, vel i. q. نَفَّ sitim explevit (Schult. ad Prov. VI, 32) vel i. q. נוּף evagari, immoderatius excurrere, nostr. *ausschweifen* (Maurer, Fürst). Sed neque hanc potestatem habet נוּף, neque ea assumta c. acc. construi posset: accedit quod a prophetarum omniumque eorum, qui severos morum censores agunt, consuetudine alienum est, vitia castiganda honestis verecundisque vocabulis appellare. Nil igitur dubito, quin hoc verbum proprie *stuprum coitum*que illegitimum designet ac potius turpe obscoenumque sit quam verecundum, et nativam eius potestatem coll. נוּף vel in *agitando* (Iuven. 2, 21) posuerim vel in *semine spargendo* (v. נוּף *conspergere* aliquid *agitata* manu Prov. VII, 17, sam. נָצַב i. q. זֶרַע semen, dein progenies Gen. I, 11. III, 15. IV, 25, cf. ad זָנָה et gr. μοῖχος a μίχω, ὀμιχέω). Inde

נִאֻפִים m. pl. *adulteria.* Jer. XIII, 27. Ez. XXIII, 43 (de usu pluralis in huiusmodi vcc. v. אֲהָבִים p. 31), et

נַאֲפוּפִים m. plur. id. Hos. II, 4: תָּסֵר־נַאֲפוּפֶיהָ מִבֵּין שָׁדֶיהָ *auferat adulteria e medio mammarum suarum:* mammae enim impudice denudatae scriptori sacro sunt libidinis, impudicitiae et artis meretriciae sedes, ut alibi collum resupinum sedes est superbiae Ps. LXXIII, 6, cervices roboris Iob. XLI, 14.

נָאַץ fut. יִנְאַץ *sprevit, cum irrisione et contemtu reiecit*, sq. acc. v. c. populum Jer. XXXIII, 24: *spernunt populum meum* (Chaldaei), *ut non amplius populus illis videatur*, doctrinam, admonitionem Prov. I, 30. V, 12. XV, 5; decretum divinum Ps. CVII, 11. Saepe de Deo homines reprobante Deut. XXXII, 19. Thren. II, 6, absol. Jer. XIV, 21: *ne reiice propter nomen tuum!* (De propria significatione dubitari potest, utrum quaerenda sit in irridendo et maledicendo, coll. לוּץ et 2 Sam. XII, 14, an in fastidiendo coll. מָאַס et Eccl. XII, 5, sed illud magis placet, neque contulerim, ut prima edit. feci et recepit Winerus, arab. ناص retrocessit, retromansit, quod est a fugiendi notione coll. נוּץ no. 3 et נוּס. LXX saepe reddunt παροξύνω, max. in locis ad Pi. no. 1 citatis, sed neque hoc nativam verbi potestatem exprimit. Alibi, sed rarius μυκτηρίζω Prov. I, 30. XV, 5, βλασφημέω Jes. LII, 5, ἀθετέω 1 Sam. II, 17).

Pi. נִאֵץ, fut. יְנַאֵץ 1) i. q. Kal *sprevit, contemsit* Jes. LX, 14, maxime Deum Num. XIV, 11. 23. XVI, 30. Deut. XXXI, 20. Ps. X, 3. 13. LXXIV, 18. Jes. I, 4. V, 24. LX, 14. Jer. XXIII, 17. — 2) causat. *irridere fecit* i. e. irridendi, maledicendi occasionem dedit 2 Sam. XII, 14. Vulg. blasphemare fecit.

Hiph. fut. יָנֵאץ (more Syrorum pro יַנְאִץ) intrans. *spernitur* Eccl. XII, 5: יָנֵאץ הַשָּׁקֵד *spernitur amygdala,* utpote fructus ceterum delicatus et valde expetitus sc. a sene dentibus carente. Male alii (cum LXX. Vulg. Syr., qs. ינאץ sit a נוּץ) *florebit amygdalus*, quod ad canitiem referunt, quum amygdali flos non albus sit, sed roseus: et peius etiam Rabbini, qui שָׁקֵד h. l. coxam, membrum genitale interpretantur.

Hithpo. part. (in Pausa) מִנֹּאָץ pro מִתְנֹאֵץ Jes. LII, 5 *spretus*, *contemtus*, pr. contemtui expositus (der sich verachten lassen muss). Inde

נְאָצָה f. *contumelia.* 2 Reg. XIX, 3. Jes. XXXVII, 3.

נֶאָצָה (verbale Piëlicum) id. pl. נֶאָצוֹת Neh. IX, 18. 26 et נֶאָצוֹתֶיךָ Ez. XXXV, 12.

נָאַק onomatopoët. i. q. cogn. אָנַק (q. v.) *gemuit, clamorem extulit* angore doloribusve extortum Ez. XXX, 24. Iob. XXIV, 12. Inde

נְאָקָה f. st. cstr. נַאֲקַת *clamor, gemitus* misere oppressorum Ex. II, 24. VI, 5. Iud. II, 18, pl. cstr. נַאֲקוֹת Ez. XXX, 24. LXX. in Ex. στεναγμός.

נָאַר in Kal inusit. Apud Arabes duo sunt verba cognata, unum نار med. Vav: abhorruit ab aliqua re, sq. عن, alterum نفر adversatus est, restitit, noluit. Verbum Hebraeum inter utrumque medium est (ניר, נאר, נער). Cognatum videtur אָרַר exsecratus est.

Pi. נֵאֵר *abominatus est, reiecit.* Thren. II, 7: זָנַח אֲדֹנָי מִזְבְּחוֹ נֵאֵר מִקְדָּשׁוֹ. Bene Syrus ܐܣܠܝ reiecit.

Hebraei הרחיק והשליך. Ps. LXXXIX, 14: נֵאַרְתָּה בְּרִית עַבְדֶּךָ reiicis foedus cum servo tuo.

נָבָא in Kal inusit. pr. (ע emollito in א) i. q. נָבַע *ebullivit*, cf. syr. ܢܒܥ i. q. ܢܒܥܐ ebullitio, scaturigo, Lex. Adl. Cast. Inde *copiose effudit* sermones (Cic. fin. 5, 27: quod solet Epicurus ebullire i. e. effundere, iactare), ut faciunt qui cum animi ardore vel mente divinitus agitata loquuntur, ut vates, prophetae. Apud Arabes vis illa primaria servata est in نبع scaturivit, de sermone prophetae usurpant نَبَأَ Cor. 3, 13, sed vulgaris radicis نَبَأَ usus dilutior est Conj. I. nunciavit, indicavit i. q. أَخْبَرَ Cor. 2, 29. 31. 6, 95. II. Cor. 75, 13. 66, 3. Conj. IV. nunciavit re, non verbis Har. VI, p. 184 Schult., نَبَأٌ res quae nunciatur Cor. 78, 1. Et sic نبغ apparuit, manifesta fuit res; divulgata est res (pr. emanavit res, effutita est), contra نابغة poëta ingenio potius, quam nativitate excellens. Vulgo redeunt ad aliam significationem verbi نَبَأَ editus, elatus est, ut hebr. נבא Ni. et Hithpa. sit: extulit, protulit sermonem coll. נָשָׂא: at illa verbi arabici potestas minime nativa est, sed a vicino نَبَّ petita, praeterea Ni. et Hithpa. vim illam causativam non admitterent.

Niph. נִבָּא 1) *vi divina locutus est* vates, *vaticinatus est*, gr. *προφητεύω*. Formis passivis, Niph. et Hithp., in hoc verbo utuntur Hebraei, quoniam alienis magis quam suis viribus moveri et affici credebantur vates divini, cuius generis notiones etiam Romani deponentibus exprimere solent (v. Ramshorn de verbis deponentibus Latinorum p. 24) cf. etiam loquendi verba passive expressa, ut *loqui*, fari, vociferari, concionari, vaticinari (Ramshorn l. c. p. 26). — Solenne est verbum de oratione prophetarum, sive castigantur impii, sive futura praedicuntur, sive mandata divina pronunciantur (Ezech. XXXVII, 9). Constr. a) absol. Jer. XXIII, 21: לֹא דִבַּרְתִּי אֲלֵיהֶם וְהֵם נִבָּאוּ *non me loquente* i. e. iubente vel inspirante *vaticinati sunt*. Am. III, 8: (si) *leo rugit*, *quis non timeat?* (si *Dominus loquitur* i. e. iubet מִי לֹא יִנָּבֵא *quis non vaticinetur?* Joël III, 1. Ezech. XI, 13. XXXVII, 7. 1 Reg. XXII, 12. Jer. XIX, 14. Zach. XIII, 3 al. b) addito nomine populi terraeve, ad quam spectat vaticinium, sq. לְ Jer. XIV, 16. XX, 6. XXIII, 16. XXVII, 16. XXXVII, 19, sq. עַל plerumque in malam partem (de minis) Jer. XXV, 13. XXVI, 20. Ezech. IV, 7. XI, 4. XIII, 17. XXV, 2. XXIX, 2. XXXIV, 2. XXXV, 2. XXXIX, 1, in bonam (ubi solatia et spem meliori aevi continet vaticinium) Ez. XXXVII, 4, it. sq. אֶל in malam partem Jer. XXVI, 11. 12. XXVIII, 8. Ez. VI, 2. XIII, 2. 16. XXI, 2, in bonam Ez. XXXVI, 1. XXXVII, 9: הִנָּבֵא אֶל הָרוּחַ וגו׳ *nuncia* (manda) *vento*, *fili hominis!* — c) c. acc. eius, quod vaticinatur propheta Jer. XX, 1. XXV, 13. XXVIII, 6, v. c. נִבָּא שֶׁקֶר vaticinatus est mendacia Jer. XIV, 14. XXIII, 25. 26. XXVII, 10. 14, נ׳ חֲלֹמוֹת שֶׁקֶר Jerem. XXIII, 32, et sq. בְּ, בַּשֶּׁקֶר pr. vaticinatus est cum mendacio, tanquam propheta mendax Jer. V, 31. XXIX, 9. Ipsa verba vatis sequi solent praevio לֵאמֹר Jer. XXXII, 3, vel וְאָמַר Ez. XXI, 33. XXX, 2. — d) sq. בְּ eius, quo inspirante vaticinatur vates, inde prophetae Dei vaticinari dicuntur בְּשֵׁם יְיָ Jer. XI, 21. XIV, 15. XXIII, 25. XXVI, 9. XXVII, 15. XXIX, 21, prophetae Baalis בַּבַּעַל Jer. II, 8 (cf. *μαίνεσθαι ὑπὸ τοῦ θεοῦ* Herod. 4, 79, *ἐξ Ἀπόλλωνος* Pausan. 1, 34, *μαντεύεσθαι ἐκ θεοῦ* ib. 3, 13 §. 3 et infra הִתְנַבֵּא מִלִּבּוֹ). — e) sq. לְ quod refertur ad obiectum vaticinii (ut litt. c) Jer. XXVIII, 9, et ad tempus, quo spectat vaticinium Ez. XII, 27: לְעִתִּים רְחוֹקוֹת הוּא נִבָּא.

2) divino spiritu actus *cecinit carmina sacra*, *deum laudavit* 1 Sam. X, 11. XIX, 20. 1 Par. XXV, 2. 3. (LXX. *ἀποφθεγγόμενοι ἐν κινύραις κ. τ. λ.*) coll. Luc. I, 67. Ita Cic. Amic. 7: graecis carminibus vaticinatum. — Praet. 2 pers. נִבֵּאתָ et semel נִבֵּיתָ (more verborum ל״ה) Jer. XXVI, 9, part. נִבָּא plur. נִבָּאִים et נִבְּאִים 1 Sam. XIX, 20. 1 Reg. XXII, 12. Jer. XIV, 14. 16 al. qs. a sing. נִבָּא ad analogiam verborum ל״ה, quam etiam sequitur inf. c. aff. הִנָּבְאוֹ Zach. XIII, 4.

Hithpa. הִתְנַבֵּא, passim הִנַּבֵּא Jer. XXIII, 13. Ez. XXXVII, 10, 2 pers. semel הִתְנַבֵּיתָ 1 Sam. X, 6 et inf. הִתְנַבּוֹת 1 Sam. X, 13, utrumque more verborum ל״ה (syr. ܐܬܢܒܝ, aeth. ተነበየ:) 1) i. q. Niph. no. 1 *vaticinatus est*, absol. Num. XI, 25—27. 1 Reg. XXII, 10. Ez. XXXVII, 10, sq. acc. rei et עַל pers. vaticinatus est alicui aliquid 1 Reg. XXII, 8. 18. 2 Par. XVIII, 17, sq. עַל pers. Jer. XIV, 14. 2 Par. XX, 37. הִתְנַבֵּא בַבַּעַל ex auctoritate Baalis vaticinatus est Jer. XXIII, 13, contra מִלִּבּוֹ ex suo ipsius ingenio (sine afflatu numinis) Ez. XIII, 17. — 2) impetu divino abreptus *cecinit*, *Deum laudavit*, de filiis prophetarum et Saulo 1 Sam. X, 6. 10. 13, cf. 1 Sam. XIX, 20—24, de furore sacro prophetarum Baalis 1 Reg. XVIII, 29. — 3) *insanivit*, *μαίνεσθαι*, s. potius *insanum egit* 1 Sam. XVIII, 10. Targ. אִשְׁתַּטִּי. Etenim vates divino spiritu acti non aliter atque delirantes membra corporis vehementer agitare, distorquere spasmisque iactari solebant (Virg. Aen. 6, 45 sqq. 77 sqq. Lucan. Pharsal. 5, 161 sqq.), quam ob caussam etiam Graeci et Latini furendi vocabula (*μάντις* a *μαίνομαι* Platon. Phaedr. p. 244 Steph., *furor*, *furere*) ad divinum vatum poëtarum impetum referre solent. Apud Jer. XXIX, 26 coniuncta habes מְשֻׁגָּע וּמִתְנַבֵּא *insaniens et vaticinans*, et propheta verus 2 Reg. IX, 11 in ludibrium *insanus* vocatur. Ita apud Cic. pro Sexto 10 copulantur *vaticinari et insanire*, v. plura apud Knobelium, Prophetismus der Hebraeer I, p. 138 sqq.

נְבָא chald. Ithpa. הִתְנַבִּי *vaticinatus est* Esr. V, 1.

נָבִיא m. *vates*, *propheta*, qui afflatu divino s. spiritu divino actus tum regum populorumque mores castigabat, tum futura praedicebat (arab. نَبِىّ pro نَبِىء, ut apud Meccanos, unde dimin. نُبَيِّئ, syr. ܢܒܺܝܳܐ, aeth. ነቢይ:) Deut. XIII, 2. Iud. VI, 8. 1 Sam. IX, 9. 1 Reg. XXII, 7. 2 Reg. III, 11. 2 Par. XXVIII, 9 al. נָתָן הַנָּבִיא 1 Reg. I, 8 sqq. יְשַׁעְיָהוּ הַנָּבִיא 2 Reg. XIX, 2. XX, 1, יִרְמְיָה הַנָּבִיא Jer. XXVIII, 10. 11. Coniungitur cum genit. a) numinis, cuius afflatu vaticinatur propheta, ut נְבִיאֵי יְהוָה 1 Reg. XVIII, 4. 13, et contra נְבִיאֵי הַבַּעַל 1 Reg. XVIII, 19. 40. 2 Reg. X, 19, נְבִיאֵי הָאֲשֵׁרָה 1 Reg. XVIII, 19; sed in sing. saepius ponitur sq. dat. נָבִיא לַיהוָה propheta Jovae 1 Reg. XVIII, 22. XXII, 7. 2 Reg. III, 11. 2 Par. XVIII, 6. XXVIII, 9 (v. לְ p. 730, litt. f); b) populi et regionis, cuius civis et doctor est propheta, inde *prophetae Hierosolymorum*, *Samariae* Jer. XXIII, 15, *prophetae Israëlis* Ez. XIII, 2, *prophetae vestri* Jer. XXVII, 9. 16. XXIX, 8 al. (sq. dat. Jer. I, 5: נָבִיא לַגּוֹיִם נְתַתִּיךָ). c) regis, cui parebat (pseudo-) propheta 2 Reg. III, 13: *abi ad prophetas patris tui et matris tuae.* — Singulare est Num. XII, 6, ubi Deus ad Aharonem et Mirjamam: אִם יִהְיֶה נְבִיאֲכֶם יְהוָה *si propheta vestrum* i. e. propheta inter vos (propheta) *Jovae esset*, cet. Vulg. si quis vestrum fuerit propheta Domini. Onk. אִם יְהוֹן לְכוֹן נְבִיאִין. — Singulari numero etiam collective usurpari videtur de *prophetis* Deut. XVIII, 15. 18 (ubi alii singulariter *prophetam* interpretantur et Messiam intelligunt coll. Act. III, 22. VII, 37). Dan. IX, 24, cf. עֶבֶד יְהוָה.

Cum prophetae notione id prae ceteris coniunctum fuisse, ut non sua sed divinitus accepta eloqueretur (v. Philo T. IV, p. 116 ed. Pfeifferi: προφήτης γὰρ ἴδιον μὲν οὐδὲν ὑποφθέγγεται, ἀλλότρια δὲ πάντα ὑπηχοῦντος ἑτέρου, 2 Petr. I, 20. 21) deique legatus esset et interpres, apparet ex loco singulari Exod. VII, 1, ubi Deus Mosi: נְתַתִּיךָ אֱלֹהִים לְפַרְעֹה וְאַהֲרֹן אָחִיךָ יִהְיֶה נְבִיאֶךָ *ego constituo te deum Pharaoni et Aharon, frater tuus, erit propheta tuus* i. e. in colloquio cum Pharaone instituendo tu, utpote sapientior, Dei quasi partes agens verba suggeres fratri tuo, frater autem, quippe qui expeditioris linguae sit, prophetae instar a te accepta pronunciabit. In eandem sententiam dicitur IV, 16: הוּא יִהְיֶה לְּךָ לְפֶה *ille erit os tuum.* Onk. pro נָבִיא et פֶּה ponit מְתוּרְגְּמָן interpres, et sic Syrus c. 4 ܡܬܰܪܓܡܳܢܳܐ. Jer. XV, 19: כְּפִי תִהְיֶה. (Lat. interpres divûm, de Mercurio Virg. Aen. 4, 377, de vatibus et hariolis ib. 3, 358. Liv. 1, 7). — Qui ad munus propheticum informabantur, appellantur בְּנֵי הַנְּבִיאִים prophetarum filii h. e. discipuli 1 Reg. XX, 35. 2 Reg. II, 3. 5. 7. 15. IV, 1. 38. V, 22. VI, 1. IX, 1 (cf. בֵּן no. 7). — Ceterum non deerant in populo israëlitico *pseudoprophetae*, qui afflatu divino simulato (נְבִיאִים מִלִּבָּם Ez. XIII, 2, נְבָלִים ib. 3, נָבִיא מוֹרֶה שֶׁקֶר Jes. IX, 14 LXX. ψευδοπροφῆται Jer. VI, 13. XXVI, 7. 8. 11. 16. XXVIII, 1. XXIX, 1. 8) populi aures blandis verbis mulcebant, graviter propterea a veris prophetis castigati (v. Jes. XXVIII, 7—13. Jer. XIV, 13 sq. XXVII, 9 sq. XXVIII, 10 sq.), sed etiam de his נָבִיא simpl. dici poterat Hos. IV, 5. IX, 7. 8. Zach. XIII, 2 cf. Comm. 3. 4. Targ. נְבִיֵּי שִׁקְרָא. — Passim prophetae notio latius patet, et dicitur de quovis familiari Dei, cui Deus voluntatem suam patefaciebat, ut de Abrahamo Gen. XX, 7, de patriarchis Ps. CV, 15. Ceterum de universa ratione prophetarum Hebraeorum v. Aug. Knobel, Prophetismus der Hebraeer, T. I. II. Vratislaviae 1837, et quos laudat T. I p. 34.

נְבִיא chald. id. Esr. V, 1. VI, 14. In Targg. saepe.

נְבִיאָה f. (syr. ܢܒܺܝܬܳܐ) 1) *prophetissa*, *mulier fatidica*, LXX προφῆτις de Debora Iud. IV, 4, Chulda 2 Reg. XXII, 14. 2 Par. XXXIV, 22, Noadja Neh. VI, 14 (ubi LXX προφήτης, adstipulante R. Jona, qui נְבִיאָה h. l. de propheta dictum existimat, recte hoc nomine castigatus a Kimchio): it. *vates*, *poëtria*, de Mirjam Ex. XV, 20, quae prophetissa non erat (v. Num. XII, 6). — 2) *uxor prophetae* Jes. VIII, 3, ut מַלְכָּה et de uxore regis et de regina suo arbitrio regnante, cf. episcopa, presbytera, de uxore episcopi, presbyteri. Kimchi: אשת הנביא.

נְבוּאָה f. *vaticinium* Neh. VI, 12. 2 Par. XV, 8, it. opus a propheta conscriptum 2 Par. IX, 29 (LXX. λόγοι).

נְבוּאָה chald. id. Esr. VI, 14.

נְבוֹ 1) n. pr. *Mercurius* planeta (apud Syros et Zabios ܢܒܘ, de illis v. Gesen. Anecd. orient. II, p. 53, de his Norbergii Onomast. h. v.), quem tanquam scribam coelestem Chaldaei (Jes. XLVI, 1) et veteres Arabes divino cultu prosequebantur. V. comment. ad Jes. II, p. 344. 366. Cum Mercurii munere non male congruit etymon nominis, נְבוֹ pro נְבוֹא i. q. נָבִיא interpres deorum. Ceterum divini honoris Mercurio a Chaldaeis et Assyriis concessi testes habemus nomina propria vel ab hoc nomine ordientia, ut *Nebucadnezar*, *Nebusaradan*, *Nebuschasban* (v. statim) et, quorum mentio est apud classicos scriptores, *Nabonedus*, *Nabonassar*, *Naburianus*, *Nabonabus*, *Nabopolassar*, vel in id exeuntia, ut סַמְגַּר נְבוֹ. Aliud v. sub rad. נָבָה.

נְבוּזַרְאֲדָן n. pr. chald. (Mercurii dux dominus i. e. dux, cui Mercurius favet, q. d. Hermianax; comp. ex נְבוֹ, זַר = שַׂר princeps, et אֲדָן i. q. אָדוֹן dominus, cf. *Sardanapalus*, זַרְאֲדָן פַּל princeps, dominus magnus, de syllaba פַּל بل v. פַּלְ, פַּלְאֶסֶר, תִּגְלַת פִּלְאֶסֶר) praefecti bellici in exercitu Nebucadnezaris. 2 Reg. XXV, 8. 11. 20. Jer. XXXIX, 9 sqq. XL, 1. XLI, 10. XLIII, 6.

נְבֻכַדְנֶאצַּר, **נְבוּכַדְנֶאצַּר** 2 Reg. XXIV, 1. 10. 11. XXV, 1. 8. 22. 2 Par. XXXVI, 6. 7. 10. 13. Jer.

XXVII, 8. 20. XXVIII, 3. 11. 14. XXIX, 1. 3. XXXIV, 1. XXXIX, 5, omisso א, נְבוּכַדְנֶצַּר Esth. 2, 6. Esr. I, 7. V, 12. 14. Dan. I, 18. II, 1. 28. 46. III, 1. 2. 9. 13. 14 sqq. IV, 1 sqq. V, 2 sqq., item per ר pro נ, נְבוּכַדְרֶאצַּר Jer. XXI, 2. 7. XXII, 25. XXIV, 1. XXV, 1. 9 al. (26 locis, v. Kennicottum et Rossium ad Jer. XXI, 2, quorum alter insignem in hoc nomine scribendo varietatem esse annotat) Ezech. XXVI, 7. XXIX, 18. 19. XXX, 10, passim in codd. divisim, נְבוּכַד רֶאצַּר, נְבוּכַד נֶאצַּר, bis נבוכדראצור Jer. XLIX, 28. Esr. 2, 1 Chethibh, LXX Ναβουχοδονόσορ, Ναβουχοδονόσωρ Syncell. 1, 391. 393 Dind., Ναβουχοδονόσορος Beros. ap. Jos. c. Apion. 1, 20. 21, sed Ναβοκοδρόσορος (per r) al. cod. Ναvοκοδρόσορος Strab. XV, 1. §. 6, Ναβουκοδρόσορος Alex. Polyh. Megasthenes, Abydenus ap. Euseb. praep. evang. 9, 41, Chron. armen. I, p. 44. 55, arab. contr. بُخْتَنَصَّر Vulg. *Nabuchodonosor* n. pr. nobilissimi Chaldaeorum regis, filii Nabopolassari (Can. Ptolem. Beros. ap. Jos. c. Apion. 1, 19), qui tres et quadraginta annos 604 — 561 a. Chr. imperium tenuit (v. ibid. et Euseb. chron. arm. 1, pag. 44). Is postquam ao. a. Chr. 598 Jojachinum, Judaeorum regem, cum militibus et proceribus in exilium duxerat (2 Reg. XXIV, 11 sqq. Jer. LII, 28) et Zedeciam regem constituerat, huius defectionem ulturus post novennium rediit, atque Hierosolyma per octodecim menses a se oppugnata expugnavit et una cum templo cremavit ao. 588 (2 Reg. XXV, 1 sqq. Jer. XXXIX, 1 sqq. LII, 4. 5), reliquosque incolas, praeter agricolas, vinitores et pauperes, in Babyloniam abduxit. Tyrum praeterea per tredecim annos obsedit (Jos. Archaeol. X, 11 §. 1. c. Apion. 1 §. 21 cf. Ez. XXVII — XXVIII), quanquam non cepit (v. Ez. XXIX, 17 sqq. Gesen. ad Jes. T. I. p. 711 sqq. et Hitzigium ad Jes. p. 271, qui Hengstenbergii disputationem de rebus Tyriorum Berol. 1833 subtiliter refellit): sed Aegyptum petiit (Ezech. XXIX, 19. Jos. Ant. 10, 9 §. 7), adeo usque ad columnas Herculis eum progressum esse ferebant (Megasth. ap. Jos. Arch. X, 10 §. 1. c. Apion. 1, 19). De Babylone urbe a Nebucadnezare munita pulchrisque aedificiis ornata v. Beros. ap. Jos. l. c., de singulari eius insania (λυκανθρωπία) Dan. IV. — De etymo in prioribus editt. Lorsbachii (Archiv f. morgenländ. Litteratur II, p. 247) opinionem sequebar, qui formam נְבוּכַדְנֶאצַּר نبو خدا سر scribi posse censebat, i. e. *Nebu est deorum princeps*: sed ut primae et tertiae partis explicatio satis certa est (ad tertiam, quae modo צַר, אצַר, modo סַר, אֶסַר scribitur et vel Semitico שַׂר respondet vel Persico سر caput, cf. שֵׁשְׁבַּצַּר, שַׁנְאַצַּר, בֵּלְטְשַׁאצַּר, בֵּלְשַׁאצַּר, שַׁרְאֶצֶר, נֵרְגַל שַׂרְאֶצֶר, תִּגְלַת פִּלְאֶסֶר, שַׁלְמַנְאֶסֶר, Nabopolassar, Nabonassar, Neriglissar al.), ita de media voce dubitari potest. Tum enim talis sententia: *Nebo est deorum princeps*, vel *Nebo, deorum princeps* nominum propriorum rationi non satis apta est (exspectes potius: Mercurii princeps, Mercurii dominus princeps, cf. Nebusaradan): tum universa illa nominum Assyriorum et Chaldaeorum ex recentiore Persismo illustratio anceps est, nisi veterum dialectorum auctoritas accedit. Equidem nescio an in voce כדרא (et כדנא) lateat zend. *kschetra* vel potius forma quaedam pehlevica inde repetita, quae *kschadra* et *kschadna*, demto sibilo *kadra* et *kadna* esse possit. Nam, ut observat Anquetil (Zend-Avesta II, 427), „dans les mots, que le Pehlvi a reçu de cette dernière langue (Zend), l' r se change quelque fois en l ou en n [cf. Zend. *mithra*, pehlev. *matun*], le t ordinairement en d, et la plupart des voyelles disparoissent, surtout à la fin“: deque sibilo abiecto conferri possint, quae infra (ad Zade, vide Lex. man. p. 1072) de litteris ג, כ, ק cum צ permutatis observata sunt. Si quis in persico خدا *khoda* acquiescere malit, non repugno: sed *dominum* saltem *regem*ve interpretetur (Anquetil l. c. p. 442: zend. *khschetro*, pehl. *khoda, roi*) et videat, quomodo explicet syllabam *re, ne* (an coll. خداور rex, خداوند dominus?). Quicquid eligis, sententia fere haec erit: *Mercurii rex princeps*, ut נְבוּזַרְאֲדָן Mercurii princeps dominus. Bohlenius interpretabatur: نبو خدا اذر Nebu deus ignis; Simonis in Onomast. p. 573 נְבוּךְ אֲדַר אֶצַּר *Nebu* (cum ךְ formativo) est *deus splendoris* coll. pers. اذر ignis, deus; ridicule Forsterus (ap. Mich., spicilegio geographico T. II, p. 102) ex linguis Slavicis: *Nebu-godnoizar* coelo dignus princeps. De Lexicographorum Syriacorum coniecturis etymologicis dixi in Anecdott. orient. p. 53. Eiusdem farinae est haec Abulpharagii (hist. dynast. p. 47): عطارد ينطق *Mercurius loquitur.* Ceterum hi omnes in primo vocabulo recte agnoverunt Mercurii nomen.

נְבוּשַׁזְבָּן n. pr. pers., quod gerebat princeps spadonum Nebucadnezaris Jerem. XXXIX, 13. Simonis (Onomast. p. 573) alteram vc. partem שַׁזְבָּן „*liberationem* interpretatur [imo liberatorem], a chald. שזב eripuit, liberavit, inde *Nebo* est *liberatio*, vel *Nebonis liberatio*, sed istud verbum chaldaeum ubique scribitur שֵׁיזִב, שֵׁיזִיב, neque unquam sine Jod reperitur. Malo igitur conferre pers. چسپان *tschespân* adhaerens, assecla, ut *Nebuschasban* sit Mercurii assecla i. e. cultor, Hermodulus.

נָבַב i. q. חָלַל *perforavit, excavavit*, fort. etiam *aperuit* (v. בָּבָה). — Part. pass. נָבוּב *cavus* Ex. XXVII, 8 de altari נְבוּב לֻחֹת *cavum ex asseribus factum* XXXVIII, 7, de columnis intus cavis Jer. LII, 21, metaph. de homine inani, stupido Iob. XI, 12, cf. de h. l. ad rad. לָבַב Niph. (Chald. et talmud. נבוב vena cava, ביב fossa, cloaca, syr. ܒܝܒܐ ܕܡܝܐ aquaeductus, ܒܝܒܐ ܢܒܘܒܐ id., fistula, بيب canalis, pro נְבִיב, ܢܒܝܒܐ, نبيب. Nun servatum est in أُنْبُوب fistula, tubulus, arundo,

انابيب الرئة fistula pulmonis, qua spiritum ducimus, Kamûs p. 148, chald. אַבּוּב fistula (v. pag. 4), it. in אֶבֶב i. q. בַּב porta). Aliis, veluti Kimchio, radix est בּוּב vel בִּיב et נָבוּב part. Niph.; nos Abulwalidem sequimur, tum propter vestigia rad. Nun in انبوب, אָבָב, tum quia part. Niph. a rad. בִּיב futurum esset נָבוֹב. Cholem enim in Schurek vel Kibbuz correpti exempla nonnisi accedentibus Afformativis inveniuntur, ut נְבֻבִים (Lehrg. 404).

בָּבָה (pro נְבָבָה) st. constr. בָּבַת עֵינוֹ *pupilla oculi eius*. Zach. II, 12. Ita Syri ܒܒܬܐ ܕܥܝܢܐ Deut. XXXII, 10. Ps. XVII, 8. Prov. VII, 2. Thren. II, 18. Sir. XVII, 18. Zach. l. c. dimin. ܒܒܘܢܐ (v. Barbahlul) et Plur. ܒܒܐ simpliciter de oculis Barhebr. 527. Ephr. I, 45. III, 407 E. Assem. I, 226 B., chald. בַּבְתָא דְעֵינָא id. Deut. Prov. l. c., talmud. בָּבִיתָא. In etymo propriaque vocabuli potestate definienda ambigi potest. Collatis arab. بؤبؤ pupilla (pr. puellus) oculi, a rad. بابا papavit, balbutivit, et ܒܒܘܢܐ puellus lactens B. B., ܒܒܘܢܬܐ puella Marc. V, 41 Philox., בָּבָה (pro בְּאבָאָה) idem valere putaveris, quod syn. אִישׁוֹן: sed ego vulgarem sententiam sequi malui ab ILGENIO (ad Tob. p. 92—100 cf. Mich. Suppl. 147, ad Cast. p. 78) docte exornatam, de qua בָּבָה pr. *ostium* oculi significare statuitur a masc. בַּב, בָּב arab. باب, chald. et talmud. בָּבָא, בָּבָא *porta, ostium*, quae omnia ad rad. נבב mihi revocanda videntur. *Pupilla* enim s. *acies* oculi (Cic. nat. deor. 2, 57) re vera est *ostium* s. *fenestra* eius, per quam lux intrat (Plin. XI, 37), quam ipsam ob caussam Ilgenius l. c. Tob. X, 5 τὸ φῶς τῶν ὀφθαλμῶν pupillam interpretatur, coll. φῶς ianua Ez. XLII, 11. Hesych. φῶτα .... θυρίδες. Barbahlul (quem excerptum dedi Anecdott. orient. fasc. 2 p. 39), de etymo nihil definit, omnes tamen, quos laudat, Lexicographi ܒܒܐ, ܒܒܬܐ, ܒܒܘܢܐ *pupillam*, *nigrum oculi* interpretantur (ﻣﻘﻠﺔ, ﺣﺪﻗﺔ, انسان العين), posterius illud vc. fusius ita explicat: ܡܨܥܬܐ ܕܥܝܢܐ ܕܒܗ *medium uveae* (χιτῶνος ῥαγοειδέος Galeni), *in quo est vis videndi*.

נָבָה rad. inusit. prob. i. q. نبا eminuit, elatus fuit. Schultensius (de defect. ling. hebr. p. 324) ad hanc rad. refert וַיַּבּוּ 2 Reg. III, 24, ubi in Chethibh est: וַיָּבוֹ בָהּ וְהַכּוֹת אֶת־מוֹאָב, in Keri וַיַּכּוּ־בָהּ, illudque legit: וַיַּבּוּ בָהּ *et hebetarunt* (enses) *in ea*, sie schlugen ihre Schwerter stumpf drauf, coll. arab. نبا retusus fuit ab ictu (ensis), hebetatus est visus. Sed nil opus est his artificiis. Chethibh enim legendum: וַיָּבֹא i. q. וַיָּבֹא, ut 1 Reg. XII. 12. et explicandum: *et venit* Israël *in eam* Moabitidem. LXX. καὶ εἰσῆλθον. Vulg. et venerunt. Syr. ܘܥܠܘ ܒܗ. Scripturam marginalem exprimit Chaldaeus, sed hanc minus aptam esse, Dathius recte observavit. Inde

נְבוֹ pr. *locus altus, elatus*, inde n. pr. 1) a) montis Moabitidis in montanis Abarim e regione Hierichuntis siti, in quo Moses mortuus est Deut. XXXII, 49. XXXIV, 1 (ubi cod. Sam. ࠍࠁࠅ). LXX. Ναβαῦ. Eusebius: Ναβαῦ, ὄρος ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην ἀπέναντι Ἱεριχοῦς ἐν τῇ Μωὰβ, ἔνθα ἐτελεύτησε Μωυσῆς. καὶ δείκνυται εἰς ἔτι νῦν ἀπὸ ς' σημείου Ἐσβοὺς εἰς δυσμάς. Idem mons esse videtur, qui hodie عطاروس *Attarûs* appellatur (quod quidem nomen haud scio an a vico עֲטָרוֹת Num. XXXII, 34 petitum sit) v. Seetzen in Zach monatl. Correspondenz XVIII. p. 431. Burckhardt itin. II, p. 630. ed. germ. Legh in Macmichaël Journey p. 243. — b) oppidi cognominis in illo monte, vel in vicinia eius siti, quod modo Rubenitarum, modo Moabitarum erat. Num. XXXII, 3. 38. XXXIII, 47. Jes. XV, 2. Jer. XLVIII, 1. 22. 1 Par. V, 8. Hitzig (Orakel üb. Moab p. 42): „Unerweislich ist eine *Stadt* Nebo." Sed vide Num. XXXII, 37. 38: *et Rubenitae aedificarunt Hesbon et Elale et Kirjathaim et Nebo et Baalmeon* cet.

2) oppidi in tribu Judae Esr. II, 29. X, 43, quod plenius (ut ab illo distinguatur) appellant נְבוֹ אַחֵר Neh. VII, 33. — De נְבוֹ, Mercurii nomine, v. ad rad. נָבָא. Ceterum utrumque illud n. pr., quod ab *altitudine* dictum esse posui, possit etiam ab antiquo quodam Mercurii cultu nuncupatum esse. Hieron. in Nabo erat Chamos idolum consecratum, quod alio nomine vocatur Beelphegor. Sed vide נְבָיוֹת.

נֹב v. rad. נוב.

נְבָיוֹת (cod. Sam. ࠍࠁࠀࠅࠕ = נְבָאוֹת) n. pr. quod gerunt 1) filius primogenitus Ismaëlis Gen. XXV, 13. XXVIII, 9. XXXVI, 3. 1 Par. I, 29, frater Kedari (קֵדָר), qui aetate eum proxime excepit; 2) *Nabataei*, populus Arabiae isque gregibus abundans Jes. LX, 7, ubi copulatur cum קֵדָר, ut apud Plin. 5, 11 s. 12 Nabataei cum Cedreis. Hieron. in quaest. hebr. ad Gen. l. c. *primogenitus fuit Nebajoth, a quo omnis regio ab Euphrate usque ad mare rubrum Nabatene usque hodie dicitur, quae pars Arabiae est*, qua in re ad verbum fere expressit Josephum, Ant. 1, 12 §. 4. Uterque maiorem Nabataeae ambitum tribuit, quam vulgo tribuunt Graeci, quibus Nabataei sunt Arabiae Petraeae incolae, in quorum finibus Petra et Aelana urbes erant. Vid. Diod. 2, 48. 3, 42, et de moribus eorum 19, 94: νόμος δ' ἐστὶν παρ' αὐτοῖς μήτε σῖτον σπείρειν, μήτε φυτεύειν μηδὲν φυτὸν καρποφόρον, μήτε οἴνῳ χρῆσθαι, μήτε οἰκίαν κατασκευάζειν· ὃς δ' ἂν παρὰ ταῦτα ποιῶν εὑρίσκηται, θάνατον αὐτῷ πρόστιμον εἶναι ..... τρέφουσι δ' αὐτῶν οἱ μὲν καμήλους, οἱ δὲ πρόβατα, τὴν ἔρημον ἐπινεμόντες· οὐκ ὀλίγων δ' ὄντων Ἀραβικῶν ἐθνῶν τῶν τὴν ἔρημον ἐπινεμόντων, οὗτοι πολὺ τῶν ἄλλων προέχουσι ταῖς εὐπορίαις, τὸν ἀριθμὸν ὄντες οὐ πολὺ πλείους τῶν μυρίων. εἰώθασι γὰρ αὐτῶν οὐκ ὀλίγοι κατάγειν ἐπὶ θάλασσαν λιβανωτόν τε

καὶ σμύρναν καὶ τὰ πολυτελέστατα τῶν ἀρωμάτων, διαδεχόμενοι παρὰ τῶν κομιζόντων ἐκ τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας. Strabo XVI p. 777: εἶθ' ὁ Ἐλανίτης κόλπος καὶ ἡ Ναβαταία, πολύανδρος οὖσα ἡ χώρα καὶ εὔβοτος, p. 767. 779. 783. 784. 803. 1 Macc. V, 24. 25. IX, 35 (ubi Medaba, Moabitidis urbs, Nabataeae accensetur cf. Steph. Byz. Μήδαβα, πόλις τῶν Ναβαταίων), et quae disputarunt RELANDUS in Palaestina pag. 90 et QUATREMERE mémoire sur les Nabatéens (extrait du nouveau Journal Asiatique). Paris 1835, pag. 1—51. Ab hoc Graecorum usu discrepat quidem vulgaris Arabum usus, apud quos *Nabataei* (نَبَط, نَبِيط, نباطيون) non Arabiae Petraeae, sed potius Babyloniae incolae sunt agriculturam et rem pecuariam exercentes, a plerisque scriptoribus Aramaeae, ab aliis Cuschiticae stirpis habiti (Quatremère l. c. p. 56. 63. 64), dialecto utentes, quae vel ipsa Aramaea est, vel proxime ad eam accedit (Quatremère l. c. p. 91 sqq., adde Bar Alium, qui ܐܪܡܝܐ reddit نباطى): sed nihilominus credibile est, *Ναβαταίους* et نَبَط, نَبِيط idem nomen esse et proprie eundem populum designasse, cuius sedes primariae dein pro more Nomadum mutatae alio tempore in Arabia Petraea, alio tempore in Chaldaeae palustribus fuisse, alio denique (v. Josephum et Hieron.) ab Euphrate usque ad sinum Aelanitem patuisse videntur. Ceterum Arabum traditiones et stemmata sibi minime constant, et praeter *Nabatum* (نبط), filium Masch, nepotem Semi, sec. al. filium Canaanis, apud eos comparet etiam *Nabat* (نابت), *filius Ismaëlis* (ut Gen. XXV, 13), qui Caabae praefectus fuisse dicitur Abulf. Ann. I, p. 22. Schult. monum. vet. Arabum p. 2.;7. — De etymo mutuaque ratione vcc. נְבָיוֹת et نَبَط, نبيط, نباطى equidem ita statuerim, formam Hebraeam ut antiquissimam ita quoque nativam esse et *loca elata*, *montana* significare (a sing. נְבָר i. q. נֵבֶל, unde cod. Sam. נְבָאוֹת, coll. צְבָאִים, צְבָיִים), quae appellatio ad Arabiam Petraeam perquam accommodata est; ex ea autem natum esse arabicum نبط, ת proprie servili in ט radicale mutato, cf. hebr. קֶשֶׁת (cuius ת servile est) syr. ܩܫܬܐ, inde ܐܬܩܫܬ, adeoque ܩܫܬ iaculatus est, ܩܫܬܐ sagittarius.

נְבִזְבָּה f. chald. *donum*, *munus*. Dan. II, 6: מַתְּנָן וּנְבִזְבָּה Theod. δόματα καὶ δωρεάν. Vulg. praemia et dona. Gr. Venet. δωτίνας ξένιά τε. Intp. hebr. מתנות וחשורה. Syr. dona et divitiae. R. Salomo: דורון ומנחה. — Plur. c. suff. Ibid. V, 17: מַתְּנָתָךְ . . . וּנְבִזְבְּיָתָךְ (ubi alii codd. נְבִזְבְיָתָךְ, alii per Kamez נְבָזְבְיָתָךְ) *dona tua — munera tua*. Gr. Venet. τὰ βραβεῖα. Targg. Jer. XL, 5 מַתְּנָן וּנְבִזְבָּן pro hebr. אֲרֻחָה וּמַשְׂאֵת, et Deut. XXXIII, 24 Jonath. נְבִזְבְּיַת בֵּית קוּדְשָׁא *expensa domus sanctae*. Adde, quod Sal. b. Melech laudat locum ex Bereschith Rabba, in quo בזיא explicatur דורון (δῶρον). Hanc ipsam ob caussam nil dubito, quin verum viderint antiquiores Etymologi, qui נְבִזְבָּה revocarunt ad rad. בזז, chald. Pilp. בִּזְבֵּז erogavit, expendit (v. Deut. l. c.), ut pr. sit *erogatio*, *largitio amplior* et *honorifica*. Ad Nun formativum cf. נִרְבָּךְ i. q. מרבך (quam formam in dubium vocare non debebat C. a Lengerke, v. p. 113 B), נַחְשׁוֹל et ܢܚܫܘܠܐ; ad geminatam extrema voce abiectam שַׁרְשָׁה catena pro שַׁרְשְׁרָה; גֻּלְגֹּלֶת Γολγαθᾶ, arab. جلجة, syr. ܓܓܘܠܬܐ, ܥܘܥܝ pro עוּעִים עִוְעִים. Nil igitur opus est cum A. Pfeiffero (dubiis vexatis p. 796) et Bohlenio confugere ad linguam persicam, ex qua ille arcessit نوازيدن blande tractare, نوزش blanda tractatio, hic نوازى donatio, a verbo نواختن benefacere, laudibus donisque cumulare aliquem: quod quidem utrumque a forma נבזבה paullo remotius est: multoque minus cum aliis comparabis gr. *νόμισμα moneta*, cuius mentio ab illis locis prorsus aliena est. Ceterum dubitari potest, an huc pertineat sam. [Samaritan] et [Samaritan], quod bis ponitur pro זִמְרָה Gen. XLIII, 11 (de *dono* terrae). Ex. XV, 2, alibi de *sorte* (dono?) pro גּוֹרָל. Certe non placet Uhlemannus (chrestom. sam. p. 68. Lex. p. 48), qui utramque hanc segregandam censet, et נבזה = זִמְרָה ad arab. نبس, نبص revocat.

נָבַח *latravit*, rad. onomatopoëtica, semel obvia Jes. LVI, 10. Arab. نبح, syr. ܢܒܚ id. Syllaba primaria est בח, quae (pariter atque בק, בך) *pulsandi* vim habuisse videtur (cf. כֶּלֶב, כָּלַב), eamque solam habet lingua sanscritica, in qua est *bukk* latrare.

נֹבַח (latratus) n. pr. viri Num. XXXII, 42, a quo Kenath oppidum etiam *Nobach* nuncupatum est Iud. VIII, 11.

נִבְחַז (al. נִבְחָז, al. נִבְחָן, contra vett. intpp. auctoritatem) n. pr. idoli Avvaeorum 2 Reg. XVII, 31, quod figurae caninae fuisse volunt Hebraei, probabiliter ex etymo (a rad. נָבַח) coniecturam facientes, quanquam caninae figurae idoli in Syria olim culti nonnulla vestigia supersunt, v. Thevenot itin. p. 305 ed. germ. la Roque p. 227, Pauli Lucae itin. p. 252, max. IKENII dissert. de idolo Nibchas, in eius dissertatt. Bremae 1743 editis, p. 143 sqq. In Codice Nasaraeo ܢܒܙ, ut scribit Norbergius (i. e. נבאז), est nomen cacodaemonis, domini caliginis, qui solio in terra collocato insistens pedibus imum tartarum pertingit (v. Norbergii Onomast. p. 100), poteratque idoli nomen ad daemonem referri (v. עֲזָאזֵל), sed incertum tamen est, num idem nomen sit.

נָבַט rad. in Kal inusitata et *spectandi* significatu, qui est in Pi. et Hi., etiam reliquis linguis Semiticis ignota. (In Indogermanicis syllaba בט conferri possit cum sanscr.

wid, *budh* scire, cognoscere, quod a *vid*endo profectum videtur, v. ad יָדַע p. 570).

Pi. נִבַּט *spectavit*, *intuitus est*, sq. לְ Jes. V, 30.

Hiph. הִבִּיט *spectavit*, *intuitus est*. Differt fere a רָאָה, ut דִּבֶּר loqui ab אָמַר dicere. 1 Sam. XVII, 42: וַיַּבֵּט הַפְּלִשְׁתִּי וַיִּרְאֶה אֶת־דָּוִד. Thren. V, 1: הַבִּיטָה וּרְאֵה אֶת־חֶרְפָּתֵנוּ (schaue her und siehe unsere Schmach). I, 12. Ps. XXII, 18. Jes. XLII, 18: הַבִּיטוּ לִרְאוֹת, et contra Thren. I, 11: רְאֵה יְיָ וְהַבִּיטָה. Raro ita ponitur, ut a *videndi* verbo non multum differat. Num. XXIII, 21: לֹא הִבִּיט אָוֶן בְּיַעֲקֹב, parall. לֹא רָאָה. 1 Sam. II, 32. — Ponitur a) absol. Vide exempla supra laudata, adde Ps. XIII, 4: הַבִּיטָה עֲנֵנִי יְיָ. Jes. LXIII, 5: וְאַבִּיט וְאֵין עֹזֵר *spectabam* (circumspiciebam) *sed non erat auxiliator*. Jes. XVIII, 4; b) sq. acc. eoque passim He locali munito, pro *aspexit*. Iob. XXXV, 5: הַבֵּט שָׁמַיִם וּרְאֵה *aspice coelum et vide*. 1 Reg. XVIII, 43. Ps. CXLII, 5. Gen. XV, 5: הַבֶּט נָא הַשָּׁמַיְמָה *aspice quaeso coelum*. 1 Reg. XVIII, 43; c) sq. בְּ: intuitus est cum voluptate (v. בְּ no. 10, a) Ps. XCII, 12; d) sq. אֶל Ex. III, 6. Num. XXI, 9, לְ Ps. CIV, 32 (in Pi. Jes. V, 30), עַל Hab. II, 15 loci, quo spectant; et e) מִן loci, unde prospectatur Ps. XXXIII, 13. LXXX, 15. Jes. LXIII, 15. Iob. XXXVI, 25. Utrumque (d. e) coniunctum habes Ps. CII, 20: מִשָּׁמַיִם אֶל אֶרֶץ הִבִּיט. f) sq. אַחֲרֵי abeuntem prospectavit, oculis prosecutus est Ex. XXXIII, 8, sed reflexi אַחֲרָיו post se i. e. retro spectavit 1 Sam. XXIV, 9. Gen. XIX, 17: אַל תַּבִּיט אַחֲרֶיךָ *ne retro spectes*. In eandem sententiam dicitur Gen. XIX, 26: וַתַּבֵּט אִשְׁתּוֹ מֵאַחֲרָיו *et spectavit uxor eius* (Loti) *a tergo eius*. Vulg. recte: *post se*. Mulier enim maritum sequi nec retro spectare iussa (Comm. 17), recta prospicere oculisque terga mariti prosequi debebat. Idem igitur valet מֵאַחֲרָיו atque אַחֲרֶיהָ.

Translate est 1) *respexit*, *curavit* aliquem, aliquid, v. c. Deus hominem Ps. LXXXIV, 10: הַבֵּט פְּנֵי מְשִׁיחֶךָ. Thren. IV, 16, populum Jes. LXIV, 8, sacrificia Am. V, 22, homo leges Ps. CXIX, 15, et his quidem exemplis sq. accus., alibi sq. אֶל 1 Sam. XVI, 7: אַל תַּבֵּט אֶל מַרְאֵהוּ *ne respicias eius figuram*. 2 Reg. III, 14: אִם אַבִּיט אֵלֶיךָ *te non curassem*, Vulg. non attendissem te. Jes. LXVI, 2: וְאֶל זֶה אַבִּיט אֶל עָנִי וּנְכֵה רוּחַ *et hunc respiciam, miserum et afflictum*. Ps. CXIX, 6 (cf. 15); sq. לְ Ps. LXXIV, 20: הַבֵּט לַבְּרִית *respice foedus*. Absol. Ps. XIII, 4. — 2) *spem posuit* in aliquo, sq. אֶל Ps. XXXIV, 6: הִבִּיטוּ אֵלָיו וְנָהָרוּ. Jes. XXII, 11. LI, 1. 2, omisso casu Iob. VI, 19. — 3) *patienter tulit* aliquid (ruhig mit ansehn) v. c. iniuriam Hab. I, 3: ... לָמָּה וְעָמָל תַּבִּיט ? 13: הַבִּיט אֶל עָמָל לֹא תוּכָל לָמָּה תַבִּיט בּוֹגְדִים *ferre non potes iniuriam, quare fers impios?* Absol. Jes. XVIII, 4: אֶשְׁקְטָה וְאַבִּיטָה בִמְכוֹנִי. Contra Ps. X, 14: אַתָּה עָמָל וָכַעַס תַּבִּיט *tu respicis iniquitatem et scelus* sc. et animadvertis in ea.

נְבָט n. pr. patris Jerobeami, primi Ephraimitarum regis 1 Reg. XI, 26. XII, 2. 15. XV, 1 et saepe. LXX. Ναβάτ.

מַבָּט m. *spes*, *exspectatio* (v. rad. no. 2). Cum suff. מַבָּטָהּ (pro מַבָּטָהּ Patach in Segol correpto, cf. gramm. §. 27, not. 2, a) Zach. IX, 5, meton. id in quo spem ponimus Jes. XX, 5. 6.

נָבַךְ rad. inusit. i. q. נָבַע et نبع, נבג *scaturivit*. Inde

נֵבֶךְ, semel in pl. Iob. XXXVIII, 16: נִבְכֵי יָם *scaturigines maris*. Parall. חֵקֶר תְּהוֹם. LXX πηγὴ θαλάσσης. Vulg. Syr. profunda maris. — Rectius ita, quam quod alii auctore Schultensio interpretantur: *scopuli maris*, coll. نبك VIII. eminuit, altus fuit, نَبَكَةٌ collis acuto vertice. Peius etiam Rabbini, quorum alii נִבְכֵי revocant ad rad. בָּכָה (coll. בְּכִי Iob. XXVIII, 11), alii ad בּוּךְ, ut sint perplexa maris i. e. vortices, gurgites (Strudel).

נָבֵל (Jes. XL, 7) fut. יִבּוֹל 1) *flaccidus fuit*, *prae flacciditate et marcore decidit*. (In reliquis linguis Semiticis hac significatione non reperitur, sed in Hebraea vicinae radd. sunt אָבַל, בָּלָה, it. נָפַל). Dicitur de foliis floribusque flaccidis et decidentibus Ps. I, 3. XXXVII, 2. Jes. I, 30. XXVIII, 1. XL, 7. 8. Ezech. XLVII, 12, itaque poët. de stellis coeli Jes. XXXIV, 4: כָּל־צְבָאָם יִבּוֹל כִּנְבֹל עָלֶה מִגֶּפֶן *omnis exercitus eorum* (coelorum) *decidit*, *ut folia decidunt de vite*. — 2) Translate: *viribus defecit*, *virium defectu concidit*, de hominibus Ps. XXXVII, 2: כְּיֶרֶק דֶּשֶׁא יִבּוֹלוּן *ut herba virens marcescunt*. Exod. XVIII, 18. Ps. XVIII, 46: בְּנֵי נֵכָר יִבֹּלוּ *peregrini* (hostes) *viribus* animoque *deficiebant*. De monte Iob. XIV, 18: הַר נוֹפֵל יִבּוֹל *mons*, *qui cecidit*, *iacet iners*, virium defectu resurgere non potest, cadaveri similis (cf. נְבֵלָה). De terra Jes. XXIV, 4: אָבְלָה נָבְלָה הָאָרֶץ אֻמְלְלָה נָבְלָה תֵבֵל. — 3) *stultus fuit*, *stulte*, *impie egit* (marcor enim et torpor ad stultitiam transferuntur, ut contra robur ad virtutem et pietatem cf. arab. لَغِبَ, مَرِجَ, نَاجِلٌ, quae flacciditatis et imbecillitatis vim habent, dein translatam ad stuporem). Prov. XXX, 32. V. nomen נָבָל. — נַבְלָה Gen. XI, 7 v. sub rad. בָּלַל.

Pi. 1) *floccipendit*, *vilipendit* (cf. arab. حمق stultus fuit, VII. vilis, abiectus fuit, مائق med. Vav vecors et fatuus fuit, it. vilis pretii fuit res). Deut. XXXII, 15. Mich. VII, 6. — 2) *contumelia affecit*. Nah. III, 6 (ubi Hitzigius: cadaveribus texit, denom. a נְבֵלָה; non bene). Jer. XIV, 21: אַל תְּנַבֵּל כִּסֵּא כְבוֹדֶךָ *ne ignominia afficias solium splendoris tui*. (Ita etiam in Targg. utroque, quem laudavimus, loco, praeterea Am. VI, 8 pro מְתָאֵב; נְבוּל turpitudo, obscoenitas). Cf. נַבְלוּת.

נָבָל 1) adj. *stultus*. LXX. μωρός, ἄφρων, semel ἀσύνετος. Prov. XVII, 7. 21. XXX, 22. Jer. XVII, 11.

Opp. חָכָם Deut. XXXII, 6. (Habebant vc. etiam Poeni, velut Plaut. Poen. 5, 2, 67, ubi *gun nebel* est גְּאוֹן נָבָל superbia s. petulantia stulti). Ut autem sapientiae vocabula (v. חָכָם, חָכְמָה) etiam virtutem et pietatem complectuntur, ita *stultus* simul cogitatur tum *improbus*, *nequam* 1 Sam. XXV, 25. 2 Sam. III, 33. XIII, 13. Iob. XXX, 8. Jes. XXXII, 5. 6 (opp. נָדִיב). Ez. XIII, 3 (ubi הַנְּבִיאִים הַנְּבָלִים sunt prophetae improbi i. e. mendaces), tum *impius*. Ps. XIV, 1: אָמַר נָבָל בְּלִבּוֹ אֵין אֱלֹהִים. LIII, 2. Iob. II, 10: כְּדַבֵּר אַחַת הַנְּבָלוֹת תְּדַבֵּרִי *ut loquuntur stultae* (impiae) *loqueris*. Deut. XXXII, 21. Ps. XXXIX, 9. LXXIV, 18. 22. — 2) n. pr. viri 1 Sam. XXV, 3 sqq.

נֵבֶל et נֶבֶל, quod utrumque in statu et absol. et constr. reperitur, sed ita ut codd. et editt. sibi non constent (vide Athiam et J. H. Michaël.), ut נֵבֶל absol. Ps. CL, 3 (al. Segol) Jer. XIII, 12; הַנֵּבֶל Ps. LVII, 9. CVIII, 3 (al. Segol), constr. 1 Sam. I, 24. X, 3. 2 Sam. XVI, 1 (quibus locis pars codd. sex punctis scribit). Jes. XXX, 14, נֶבֶל absol. Ps. LXXI, 22. Jes. V, 12, נֶבֶל עָשׂוֹר Ps. XXXIII, 2. CXLIV, 9 (al. quinque punctis), constr. in parte codd. supra ad נבל laudatorum (Kimchi: נֶבֶל — ויש ספרים בחמש נקדות), in Pausa נָבֶל Ps. LXXXI, 3. XCII, 4, הַנָּבֶל Am. VI, 5 pl. נְבָלִים cstr. נִבְלֵי Iob. XXXVIII, 37. נְבָלֵיהֶם Jerem. XLVIII, 12

1) *uter*, fortasse a flacciditate dictus (v. rad.), merum certe recentiorum Rabbinorum commentum est, quod originem in *cavitate* positam esse volunt (הוראת הענין כלי נבוב וקביב Fürst), quae neque in hac radice, neque in cognatis inest. LXX bis ἀσκός 1 Sam. X, 3. Jer. XIII, 12. Kimchi: נֵבֶל. נאד העור או כד היוצר נִבְלֵי יַיִן uter vini 1 Sam. I, 24. X, 3. 2 Sam. XVI, 1, נִבְלֵי יַיִן 1 Sam. XXV, 18 (quanquam haec exempla etiam ad no. 2 referri possunt). Iob. XXXVIII, 37: נִבְלֵי שָׁמַיִם *utres coeli* poët. de nubibus, ut Arabum poëtae nubes aqua plenas hydriis, lagenis, utribus comparare solent (v. Alb. Schult. ad h. l.).

Quum autem aquae, lacti, vino condendis portandisque utplurimum utres adhibere solerent prisci homines, hoc nomen dein translatum est ad cuiuscunque generis vasa aquaria, et 2) saepe etiam *lagenam*, *urceum* significat. LXX ἀγγεῖον. Jes. XXX, 14: נֵבֶל יוֹצְרִים *lagena fictilis*. Thren. IV, 2: נִבְלֵי חֶרֶשׂ *lagenae testaceae* cf. Jer. XIII, 12. XLVIII, 12. Plur. per appos. כְּלֵי נְבָלִים Jes. XXII, 24, opp. הָאַגָּנוֹת pelves.

3) instrumentum musicum, gr. νάβλα (נִבְלָא), raro ναῦλα, lat. *nablium* (Ovid. A. A. 3, 327: disce etiam genialia nablia palma Vertere, conveniunt dulcibus illa modis), citharae genus, iccirco saepe copulatum cum כִּנּוֹר; tum conviviorum laetitiae (Jes. V, 12. XIV, 11. Am. V, 23. VI, 5), tum maxime sacrae musicae adhibitum (2 Sam. VI, 5. 1 Reg. X, 12. 1 Par. XV, 16. 20. 28. XXV, 1. 6. 2 Par. IX, 11. XX, 28. Ps. LVII, 9. LXXXI, 3. XCII, 4. CVIII, 3. CL, 3); plenius כְּלִי נֶבֶל Ps. LXXI, 22, pl. כְּלֵי נְבָלִים 1 Par. XVI, 5. LXX. in Paralipp. ubique retinent νάβλα, sed in Psalmis reddunt ψαλτήριον, semel κιθάρα Ps. LXXXI, 3, bis ὄργανον (Am. ll. cc.), non bene. Josephus (vide s. v. כִּנּוֹר) a cithara (כִּנּוֹר) nablam ita distinguit, ut hanc duodecim chordis instructam esse et digitis, non plectro, carpi dicat: sed verbis hebraeis נֶבֶל עָשׂוֹר nablium *decachordum* indicari videtur. Multus est de nabla Athenaeus IV p. 175, qui a Phoenicibus repertam, ex loti ligno factam et in choreis adhibitam esse docet. Et instrumentum et nomen eius a barbaris acceptum esse refert Strabo X p. 471 Casaub. cf. Valkenar. ad Callim. p. 17. Periz. ad Aelian. var. hist. 3, 34. Figuram eius triangularem fuisse et Δ inverso similem (quae eadem etiam sambucae figura erat, Vitruv. 6, 1), tradunt Hieronymus, Isidor. Orig. 3, 20, et Cassiodorus, huiusque speciei citharae s. harpae in monumentis aegyptiacis non raro reperiuntur (v. Wilkinson customs and manners of ancient Egypt. II, p. 280. 282. 287). Vix ab eo diversum erat τρίγωνον (Hesych. Porphyr. ad Ptol. Harmon. p. 217), aegypt. ⲦⲈⲂⲞⲨⲚⲒ Jablonsk. Opuscc. 1, 344. Hebraeum eius nomen inde petitum putaverim, quod *urcei lagenaeve* instar e ligno excavato factum superne tenui assere (Resonanzboden) obductum erat, ut simili modo *testudo* nomen nacta est. (Ex intpp. antiquis Arabs Hos. III, 2 retinuit نابل من الخمر ex graeco νεβὲλ οἴνου, Aethiops 2 Sam. VI, 5 et Dan. III, 5 ንብላት: ኖብላት: ex gr. νάβλαις, sed ipsis eorum linguis hoc vc. ignotum est. Quod autem apud Syrum aliquoties pro נבל habetur ܢܒܠܐ 1 Par. XIII, 8. XV, 16, id mero librariorum errore factum videtur).

נְבָלָה 1) adj. fem. *stulta*. Iob. II, 10. — 2) abstr. *stultitia*, cum notione *improbitatis* et *nequitiae* Jes. XXXII, 6. 1 Sam. XXV, 25. Inde a) stulte i. e. *improbe factum*, *scelus nefandum*, ut stuprum violentum, incestus Iud. XIX, 23. 24. 2 Sam. XIII, 12. Solennis formula est: עָשָׂה נְבָלָה בְּיִשְׂרָאֵל commisit scelus in Israële (dei populo, dei familia) Gen. XXXIV, 7. Deut. XXII, 21. Iud. XX, 10. Jer. XXIX, 23, plenius עָשָׂה זִמָּה וּנְבָלָה בְּיִשׂ' Iud. XX, 6. — b) *poena stultitiae* et *improbitatis* (v. עָוֹן), inde עָשָׂה נְבָלָה עִם poenam stultitiae repetere ab aliquo Iob. XLII, 8 (cf. עָשָׂה חֶסֶד עִם).

נְבֵלָה cstr. נִבְלַת, c. suff. נִבְלָתוֹ, נִבְלָתְךָ, נִבְלָתָם (saepe), sed c. suff. 1 pers. נְבֵלָתִי Jes. XXVI, 19 (cf. arab. نَبِيلَة) f. *cadaver* v. rad. no. 2 et arab. نبل V. VIII. mortuus est camelus (cf. מַפֶּלֶת a rad. נָפַל), idque hominum Deut. XXI, 23. 1 Reg. XIII, 24 sqq. 2 Reg. IX, 37. Ps. LXXIX, 2, et brutorum Lev. V, 2. VII, 24. XVII, 15. XXII, 8. Deut. XIV. 21. Ez. IV, 14, translate de idolis fractis Jer. XVI, 18 (cf. פֶּגֶר Lev. XXVI, 30 et lat. oppidorum cadavera proiecta Sulpic. apud Cic. ad fam. 4, 5, 4). Pluralem non admittit, sed etiam de multis singulariter ponitur, ut נִבְלַת הָעָם הַזֶּה Jer. VII, 33, נְבֵלָתִי Jes. XXVI, 19 cadavera mea i. e.

cadavera populi mei, נִבְלָתָם cadavera eorum, de hominibus Jes. V, 25. Jer. XVI, 4. XIX, 7. XXXIV, 20, de brutis (ubi etiam nos: das Aas von ihnen) Lev. XI, 8. 11. 24 sqq.

נַבְלוּת f. *ignominia*, inde *pars obscoena* Hos. II, 12 (9). LXX. ἀκαθαρσία. Vide rad. in Pi. no. 2, et chald. נַבְלוּ obscoenitas. Cf. etiam سو pudendum, it. cadaver, pr. turpe quid.

מַבּוּל v. rad. יָבַל.

נְבַלָּט n. pr. oppidi Benjaminitarum Neh. XI, 34 (cf. סַנְבַלַּט?).

נָבַע *ebullivit, scaturivit.* (Syllaba primaria est בע بغ, quae pariter atque בק bombum s. bulliendi sonum imitatur, v. ad rad. בּוּעַ, adde aegypt. ΒΕΒΕ, ΒΕΒΟΥ ebullire, eructare, effundere. Arab. نبع scaturivit e fonte, ينبوع scaturigo Cor. 17, 92, نبغ scaturivit, apparuit, evulgatus est, v. Hiph. no. 3. Syr. ܢܒܥ scaturivit, pullulavit, it. in lucem protulit, ܡܒܘܥܐ zab. ܡܒܘܥܐ scaturigo, it. ܢܒܥ scaturivit, germinavit, ܢܒܥܐ scaturigo, germen, it. ܢܒܥ emanavit. Cf. praeterea hebr. נָבָא). Prov. XVIII, 4: נַחַל נֹבֵעַ *rivus scaturiens.*

Hiph. הִבִּיעַ 1) *ebullivit* (act.), *copiose effudit.* Ps. CXIX, 171: תַּבַּעְנָה שְׂפָתַי תְּהִלָּה *ebulliunt labia mea laudem.* Prov. I, 23: אַבִּיעָה לָכֶם רוּחִי *effundam in vos spiritum meum.* XV, 2. 28: פִּי רְשָׁעִים יַבִּיעַ רָעוֹת *os improborum ebullit mala;* unde absol. *impie dicta eructavit* Ps. LIX, 8. XCIV, 4. — 2) *ebullire* i. e. *fervere, fermentari* et *putrescere fecit.* Eccl. X, 1: *muscae mortuae* יַבְאִישׁ יַבִּיעַ שֶׁמֶן *foetere et putrescere faciunt unguentum.* — 3) *evulgavit, nunciavit* (cf. נָבָא, quod ex hac rad. ortum est emollita littera ע, it. נָטַף). Ps. XIX, 3: יוֹם לְיוֹם יַבִּיעַ אֹמֶר. LXXVIII, 2. CXLV, 7. (Syr. ܢܒܥ Aph. vulgavit v. supra arab. نبغ).

מַבּוּעַ m. *scaturigo* Eccl. XII, 6. Plur. מַבּוּעֵי מַיִם Jes. XXXV, 7. XLIX, 10. Arab. منبع id. Formas aramaeas vide ad rad. in Kal.

נָבַךְ rad. spuria, nam נְבֻכָה Jes. XIX, 3 est Niph. a rad. בָּקַק q. v.

נֶבְרַשְׁתָּא chald. fem. emph. *candelabrum* Dan. V, 5, de lucerna Zeph. I, 12 Targ.: כְּמָא דִבְלַשִׁין בִּנְבְרַשְׁתָּא *sicut quaerunt* aliquid *lucernis.* Rabbin. נִבְרֶשֶׁת. Syr. ܢܒܪܫܬܐ flamma Ferr. et Lex. Adl. lucerna, lychnuchus Off. Mar. 104, ܢܒܪܫ sec. Lex. Adl. النبس شعل اشعل inflammavit, accendit, Ethpa. inflammatus est, luxit. Arab. نبراس lucerna. Quadrilitterum ortum esse videtur ex נבר i. q. נוּר (cf. רְוַח, רוּחַ; בַּת שׁוּעַ, בַּת־שֶׁבַע, sam. רבח) et אֵשׁ ignis.

נִבְשָׁן v. rad. בָּשַׁן p. 250.

נָגַב rad. inusit. Syr. chald. sam. *siccus, exsiccatus fuit*, cf. ܢܓܒ macer factus est. Inde

נֶגֶב, in Pausa itidem נֶגֶב Jos. XV, 4. XVIII, 19. XIX, 8. 1 Reg. VII, 39. Jes. XXX, 6 m. *meridies, plaga australis*, a siccitate dicta. Ex. XXVII, 9. Jes. XXI, 1. Ps. CXXVI, 4. גְּבוּל נֶגֶב finis australis Jos. XV, 4. XVIII, 19, שַׁעַר נֶגֶב porta australis Ez. XLVI, 9. פְּאַת נֶגֶב in plaga australi Num. XXXV, 5, pleon. לִפְאַת נֶגֶב תֵּימָנָה Exod. XXVII, 9. Ez. XLVII, 19. XLVIII, 28. Sq. genit. נֶגֶב יְהוּדָה pars australis Judae 2 Sam. XXIV, 7. 1 Sam. XXVII, 10. XXX, 14; in accus. ab austro (regionis), נֶגֶב יְרוּשָׁלַיִם ab austro Hierosolymorum Zach. XIV, 10. Jos. XI, 2. אֶרֶץ הַנֶּגֶב terra australis Jos. XV, 9 spec. pars australis Palaestinae Gen. XX, 1. XXIV, 62. Num. XIII, 29. Idem est הַנֶּגֶב Gen. XIII, 1. Num. XXI, 1. Deut. XXXIV, 3. Jos. X, 40. XI, 16. Jer. XVII, 26 et sine art. נֶגֶב 1 Sam. XXX, 1. עָרֵי הַנֶּגֶב urbes austri (Palaestinae) Jer. XXXII, 44. XXXIII, 13. Obad. 20 (cf. דָּרוֹם ap. Talmud. de Judaea, opp. Galilaeae Lightfooti opp. II, p. 169 et aegypt. *ma-ris* regio australis, de superiore Aegypto). Poët. נֶגֶב Jes. XXX, 6 et הַנֶּגֶב Dan. XI, 5 — 40 *auster* dicitur etiam de Aegypto. — Cum He parag. נֶגְבָּה austrum versus Gen. XIII, 14. XXVIII, 14. Ex. XL, 24. Dan. VIII, 4. Sq. לְ: נֶגְבָּה לְאֶפְרַיִם ab austro Ephraimi Jos. XVII, 9. 10, et sq. מִן, נֶגְבָּה מִן הָהָר ab austro montis ibid. XVIII, 14. Cum praef. בַּנֶּגְבָּה *in regione austrum versus* sita Jos. XV, 21 (cf. צָפוֹן), et לַנֶּגְבָּה 1 Par. XXVI, 17.

נָגַד in Kal inusit. pr. *coram* (נֶגֶד, נָגִיד), *in conspectu fuit.* (Arab. نجد manifesta, clara fuit res, pr. quae in conspectu est, نجد terra eminentior, quoniam late conspicitur. Syr. ܢܓܕ vulgo: traxit, duxit, sed etiam: *praeivit*, ܢܓܕ ܚܝܠܗ duxit exercitum 1 Macc. X, 82. Ephr. 1, 113 D: *duodecim apostoli* ܢܓܕܘ ܩܕܡ ܟܠ ܥܡܡܐ *qui praeiverunt coram omnibus populis.* Vide plura ad נָגִיד. Male conferunt sanscr. *gad* loqui. nunciandi enim notio secundaria est).

Hiph. הִגִּיד pr. *protulit in lucem.* Iob. XXI, 31 de impio beato: מִי יַגִּיד עַל פָּנָיו דַּרְכּוֹ quis vitam moresque eius in lucem protrahere et coram exprobrare audebit? Inde 1) *monstravit, repraesentavit*, sq. acc. rei et pers. (ut הֶרְאָה). Ez. XLIII, 10: הַגֵּד אֶת־בֵּית יִשְׂרָאֵל אֶת הַבַּיִת *monstra s. repraesenta Israëlitis hanc domum;* inde *prae se tulit.* Jes. III, 9: חַטָּאתָם כִּסְדֹם הִגִּידוּ לֹא כִחֵדוּ. Creberrime

2) *indicavit, nunciavit.* LXX plerumque ἀναγγέλλω, ἀπαγγέλλω. Id quod quis indicat, ponitur a) in accus. Gen. XXXII, 30: הַגִּידָה־נָּא שְׁמֶךָ *indica quaeso nomen tuum.* Esth. II, 10. 20. Iob. XXVI, 4. — b) praevio עַל: nunciavit *de* aliqua re. 1 Sam. XXVII, 11. Esth. VI, 2. Iob. XXXVI, 33: יַגִּיד עָלָיו רֵעוֹ *nunciat de eo* (Deo) *tonitru eius* (Kunde über ihn gibt sein Donner). Difficilius dictu est, quo spectent reliqua commatis verba: מִקְנֶה אַף עַל עוֹלֶה: sed non male cum Hirzelio vertas: *gregi, etiam de surgente* i. e. tonitru Deum annunciat adeo gregibus, simulatque hic in tempestate ascendit. מִקְנֶה dici potest de eo, cui nunciatur (v. infra), עָלָיו et עַל עוֹלֶה sibi respondere et ad Deum referenda esse videntur. — c) sq. לֵאמֹר et integra sententia 1 Sam. XXV, 14: הִגִּיד נַעַר אֶחָד לֵאמֹר. 2 Sam. XV, 31. Lev. XIV, 35, item sq. אֲשֶׁר (quod) Esth. III, 4, כִּי (quod). Gen. III, 11: מִי הִגִּיד לְךָ כִּי עֵירֹם אָתָּה. XXXI, 20. 1 Sam. X, 16. 2 Sam. VII, 11; הֲ (num) Gen. XXIV, 23: הַגִּידִי נָא לִי הֲיֵשׁ בֵּית אָבִיךְ מָקוֹם *indica mihi quaeso, num sit in domo paterna tua locus.* XLIII, 6; מָה (quid) Iud. XVI, 6, אֵיפֹה (ubi). Mich. VI, 8: הִגִּיד לְךָ אָדָם מַה־טּוֹב. Gen. XXXVII, 16: הַגִּידָה־נָּא לִי אֵיפֹה הֵם רֹעִים — d) ubi res indicanda ex praecedentibus intelligitur et pronomine *id* exprimenda erat, huiusmodi pronomen prorsus omittitur (cf. ad אָמַר pag. 119 B extr.). Gen. IX, 22: וַיַּגֵּד לִשְׁנֵי אֶחָיו *et nunciavit* rem *fratribus suis*, germ. er sagte es seinen Brüdern. Gen. XIV, 13. XXIV, 49. 1 Sam. XIV, 1. XXV, 19. 2 Sam. XVII, 17. 2 Reg. IV, 27. Iob. I, 15 sqq. Ion. I, 10. Paullulum diversa est ratio locorum Iobi XXXVIII, 4: הַגֵּד אִם יָדַעְתָּ בִינָה, ubi בִּינָה etiam prioris verbi obiectum est h. m. הַגֵּד בִּינָה אִם יָדַעְתָּ, et Iob. XLII, 3: הִגַּדְתִּי וְלֹא אָבִין ubi sententia est, quasi dicas הִגַּדְתִּי אֲשֶׁר לֹא אָבִין *dixi de rebus, quas non perspexeram.* — Contra is cui nunciatur ponitur plerumque sq. לְ, et saepissime verbum coniungitur sq. acc. rei et dat. pers. Iud. XIII, 6: אֶת־שְׁמוֹ לֹא הִגִּיד לִי. XIV, 6. XVI, 18. Gen. XLI, 25. 1 Sam. IX, 8. Jes. XXI, 10. LVIII, 1. Mich. III, 8. Iob. XXXIII, 23. XXXVI, 9, rarius c. acc. rei et acc. pers. (ut verba monstrandi, v. no. 1, adde עָנָה, וִזָּה c. acc. pers.). Iob. XXXI, 37: מִסְפַּר צְעָדַי אַגִּידֶנּוּ *omnes gressus meos ei* (Deo) *indicarem*, patefacerem. Ez. XLIII, 10 (vide supra no. 1). Iob. XXXVI, 33 (v. supra no. 2 litt. b). Accusativum personae fortasse habes etiam 2 Sam. XV, 31: וְדָוִד הִגִּיד לֵאמֹר, ubi sententia non potest non esse (vide Vers. 28): *et Davidi nunciarunt*, ut recte vett. interpretes. Complures codd. habent לְדָוִד, sed non opus est, scripturam mutare. Neque tamen huc referenda sunt verba Iob. XXVI, 4: אֶת־מִי הִגַּדְתָּ מִלִּין quae non sunt: *cui nunciasti verba?* sed *quocum* i. e. quo tandem auxiliante et inspirante *nunciasti* talia *verba?* hoc enim flagitat alterum membrum: נִשְׁמַת מִי יָצְאָה מִמֶּךָּ. Passim additur בְּ loci, ubi quid nunciatur. Jer. V, 20: הַגִּידוּ זֹאת בְּבֵית יַעֲקֹב *nunciate hoc in domo Jacobi.* 1 Sam. IV, 13. 2 Sam. I, 16. Mich. I, 10. — Part. מַגִּיד nuncius 2 Sam. XV, 13. Jer. IV, 15. LI, 31.

Spec. *indicare, nunciare* (aliquem, aliquid) est aa) i. q. *prodere, deferre* nomen alic. (angeben), sq. acc. pers. Jer. XX, 10: הַגִּידוּ וְנַגִּידֶנּוּ *indicate, indicemus eum* i. e. prodemus, accusabimus eum, sq. acc. rei et dat. pers. Iob. XVII, 5: לְחֵלֶק יַגִּיד רֵעִים qui *praedae* (i. e. praedam agentibus) *indicat* prodit *amicos;* c. acc. rei, *prodidit* rem Jos. II, 14. 20. Eccl. X, 20, omisso acc. Prov. XXIX, 24. — bb) i. q. *praenunciare* futura, de vate, locutio Deutero-Jesaiae fere propria Jes. XLI, 22. 23. 26. XLII, 9. XLIII, 9. XLIV, 7. 8. XLV, 19. 21. XLVI, 10. XLVIII, 3. 5. 14, cf. Jes. XIX, 12. Hos. IV, 12. Dan. XI, 2. — cc) indicare solutionem aenigmatis Iud. XIV, 12. 13. 14. 19 (vide maxime Vers. 12, ubi distinguitur a מָצָא assequi aenigma, recte indicare solutionem). 1 Reg. X, 3, it. somnii Gen. XLI, 24. Dan. II, 2. — dd) *fateri, confiteri* Ps. XXXVIII, 19, cf. CXLII, 3. Jes. III, 9 (v. no. 1). — ee) emphatice, *praedicare, cum laude* celebrare aliquid, c. acc. rei. Ps. XIX, 2: וּמַעֲשֵׂה יָדָיו מַגִּיד הָרָקִיעַ. IX, 12: הַגִּידוּ בָעַמִּים עֲלִילוֹתָיו XXII, 32. LI, 17. LXXI, 17. XCII, 3. XCVII, 6. Jes. XLII, 12. LVII, 12. LXVI, 19, omisso accus. Ps. XL, 6. LXXV, 10.

Hoph. הֻגַּד fut. יֻגַּד inf. pleonast. הֻגֵּד Jos. IX, 24. Ruth II, 11 pass. Hiph. no. 2 *indicatus, nunciatus est,* sq. dat. pers. Gen. XXII, 20. XXVII, 42. XXXI, 22. XXXVIII, 13. Jes. VII, 2. XXI, 2 et saepe.

נְגַד chald. *fluxit* Dan. VII, 10, cf. Jes. XXX, 25. XLVIII, 21 Targ. (Cf. aeth. ሞገድ: fluctus).

נֶגֶד in Pausa נָגֶד Deut. XXVIII, 66. 2 Sam. XVIII, 13 pr. subst. *pars antica*, frons, facies rei spectantibus obiecta. In acc. abit in Praep. c. Suff. נֶגְדּוֹ, נֶגְדְּךָ, נֶגְדִּי 1) *coram, in conspectu, ante* i. q. לִפְנֵי, ut נֶגֶד כָּל־עַמְּךָ coram omni populo tuo Ex. XXXIV, 10. Jos. VIII, 35. Ps. XXII, 26. נֶגֶד אֱלֹהִים Ps. CXXXVIII, 1, נֶגֶד יְהוָה coram Jehova 1 Sam. XII, 3, נֶגֶד הַשֶּׁמֶשׁ coram sole i. e. dum sol in coelo est Num. XXV, 4 (cf. לִפְנֵי שֶׁמֶשׁ Ps. LXXII, 17). Am. IV, 3: *exibunt* אִשָּׁה נֶגְדָּהּ *quaeque ante se* i. e. qua via patebit (vor sich hin, ihres Weges) cf. Jos. VI, 5. 20 et אִישׁ לְפָנָיו Jer. XLIX, 5. Quae in oculis habemus quorumque conspectu gaudemus, ea nobis grata, curae cordique sunt, inde Jes. XLIX, 16: *muri tui* נֶגְדִּי *in conspectu meo* sunt, mihi curae cordique sunt (cf. לִפְנֵי יי Ps. XIX, 15. Gen. X, 9). Ps. XXXVIII, 10: נֶגְדְּךָ כָל־תַּאֲוָתִי *coram te* sunt *omnia vota mea* i. e. tibi curae cordique sunt. — 2) *e regione.* Ex. XIX, 2: נֶגֶד הָהָר *e regione montis.* Jos. III, 16: נֶגֶד יְרִיחוֹ *e regione*

Jerichuntis. VI, 5. 20. Quoniam res comparandae e regione ponuntur Jes. XL, 17: *omnes gentes* sunt *sicut nihil* נֶגְדּוֹ *e regione eius* (cf. כְּנֶגֶד).

Cum Praepositt. 1) כְּנֶגֶד pr. *sicut e regione.* E regione autem ponuntur res comparandae (Jes. XL, 17), sibi respondentes, similes (die Gegenstücke), inde Gen. II, 18: *faciam ei* (homini) *auxilium* כְּנֶגְדּוֹ *quod ipsi respondeat.* Vers. 20. Bene LXX comm. 18: *κατ' αὐτόν*, 20: *ὅμοιος αὐτῷ.* Cf. לְנֶגֶד Neh. XII, 9. Apud Rabbinos כנגד saepe usurpatur de rebus sibi similibus cf. pers. برابر e regione, similis, conveniens. Bene Lud. de Dieu ad h. l. „ut autem Vulgati versionem, a quo plerique nostrorum discedunt, stabiliamus magis, sciendum כְּנֶגֶד apud Doctores Hebraeorum non raro ad similitudinem denotandam usurpari, ut in Commentario R. S. J. (Jarchi) ad Mal. I, 7: אסור לנו לחלוק מנחה כנגד מנחה זבח כנגד זבח *prohibitum est nobis partiri manus ad modum muneris et sacrificium ad modum sacrificii.* Sic solent Rabb. dicere דברה התורה כנגד בני אדם *loquitur lex more hominum*, *ἀνθρωποπάθεια* est. At nihil planius illo R. Levi f. Gersonis 1 Sam. XVII, 4: אין כמנהג השרים והסגנים להלחם כי אם עם השרים והסגנים אשר כנגדם *non est ex more ducum et capitaneorum pugnare nisi cum ducibus et capitaneis, qui sibi respondent* i. e. sibi similibus." Sed parum elegans profecto quam ipse L. de Dieu primus commendavit explicationem, de qua נֶגְדּוֹ sit *anterius eius* (Onk. קִבְלֵיהּ. Arabs قُبَالَتَهُ) et ad *genitalia* et coitum referatur, licet etiam recentioribus nonnullis probata sit: neque minus ab Hebraeorum usu alienum, quod Ilgenius suasit (ad Tobiam p. CCLXVII), *secundum stirpem* s. *cognationem eius* coll. aeth. [illegible], de quo vide ad נָגַד.

2) לְנֶגֶד, c. Suff. לְנֶגְדִּי, לְנֶגְדְּךָ cet. a) *coram*, *in conspectu* i. q. נֶגֶד no. 1. 2 Reg. I, 13. Hab. I, 3. לְנֶגֶד עֵינֵי 2 Sam. XXII, 25. Iob. IV, 16. b) *e regione* Jos. V, 13. 1 Par. V, 11, inde *ex adverso, contra* (sensu hostili) Dan. X, 13. Constr. praegnans est Neh. III, 37: *quia irritarunt* (Deum) לְנֶגֶד הַבּוֹנִים *opponentes se aedificantibus.* c) *instar* (cf. כְּנֶגֶד) Neh. XII, 9: אֲחֵיהֶם לְנֶגְדָּם *fratres eorum instar ipsorum.* d) *pro* (cf. nostr. vor et für). Neh. XI, 22: *praefectus Levitarum pro* (לְנֶגֶד) *ministerio domus Dei.*

3) מִנֶּגֶד a) pr. *e conspectu* (vor etwas weg), post verbum removendi Jes. I, 16: *removete opera vestra mala* מִנֶּגֶד עֵינָי *e conspectu oculorum meorum.* Jon. II, 5, avertendi Cant. VI, 5, abiiciendi Iud. IX, 17, abscondendi Jer. XVI, 17. Am. IX, 3, abeundi Prov. XIV, 7 (ubi מִנֶּגֶד לְ), perdendi Ps. XXXI, 23: נִגְרַזְתִּי מִנֶּגֶד עֵינֶיךָ; post nomen Ps. X, 5: מָרוֹם מִשְׁפָּטֶיךָ מִנֶּגְדּוֹ *remota sunt iudicia tua ab eo.* Sic מִנֶּגֶד לְ Iud. XX, 34: וַיָּבֹאוּ מִנֶּגֶד לַגִּבְעָה *et venerunt e regione Gibeae* (aus der Gegend von Gibea her, von der Seite der Stadt her). Ibi enim insidiae positae erant Vers. 29. Recte LXX. Syr., non bene Luth. *gen* Gibea, et Winerus: *contra* Gibeam. — Singulare est Iud. l. c.: *abiecit vitam suam* מִנֶּגֶד pro pleniore מִנֶּגְדּוֹ *a se*, plane ut nostr. er warf es *davon* pro *von sich*, cf. infra 2 Sam. XVIII, 13.

b) *ex adverso*, *ἐκ τοῦ ἐναντίου* adv. pr. von der gegenüberstehenden Seite her, von gegenüber. 2 Reg. II, 15: *et viderunt eum filii prophetarum Hierichunte* מִנֶּגֶד *ex adverso* (von gegenüber). Deut. XXXII, 52: כִּי מִנֶּגֶד תִּרְאֶה אֶת־הָאָרֶץ *nam ex adverso* (von gegenüber, von jenseit des Jordan her) *videbis terram.* Dein etiam: auf der gegenüberstehenden Seite, *e regione*, gegenüber, siquidem locus paullulum remotus ita quoque describi potest, ut ad nos prospiciat (v. מֵרָחוֹק s. v. מִן no. 3, i. k, ipsumque lat. e regione, ex adverso, gr. ἐξ ἐναντίας). 2 Reg. III, 22: *viderunt Moabitae e regione* (gegenüber, auf dem jenseitigen Gebiete) *aquas rubras instar sanguinis.* Quae autem *e regione* loci sunt, ea necessario ab eo paullulum remota sunt, quo factum est, ut מִנֶּגֶד simul significet, modico spatio aliquid a loco distare: *eminus*, in einiger Entfernung. Gen. XXI, 16: וַתֵּשֶׁב לָהּ מִנֶּגֶד הַרְחֵק כִּמְטַחֲוֵי קֶשֶׁת *et consedit e regione* (eminus) *intra iactum arcus.* LXX. *μακρόθεν ὡσεὶ τόξου βολήν.* 2 Reg. II, 7: וַיַּעַמְדוּ מִנֶּגֶד מֵרָחוֹק *et constiterunt ex adverso e longinquo* (cf. ad מִן l. c.). IV, 25: *et quum videret eam vir Dei* מִנֶּגֶד *eminus*, quod vix differt a מֵרָחוֹק. Num. II, 2: *castra posuerunt Israelitae* מִנֶּגֶד סָבִיב לְאֹהֶל מוֹעֵד *eminus circumcirca tentorium conventus*, i. e. circa tentorium sacrum, ita quidem ut tentoria eorum modico spatio a tentorio sacro distarent. — Sq. genit. praep. *ex adverso* alic. rei. Neh. III, 19. 25. 27. 1 Sam. XXVI, 20: מִנֶּגֶד פְּנֵי יְהוָה *ex adverso faciei Dei* i. q. לִפְנֵי יי in conspectu Dei, unter den Augen Jehova's (non, ut de Wette: fern vom Angesichte Jehova's). Ps. XXXVIII, 12: *amici mei* מִנֶּגֶד נִגְעִי יַעֲמֹדוּ *e regione plagae meae stant*, quod non magnopere differt a verbis alterius membri: קְרוֹבַי מֵרָחֹק עָמָדוּ, quum מִנֶּגֶד spatium aliquod interiectum ponat. — Pro מִנֶּגֶד לְ *e regione* alic. לְ praemisso legitur Deut. XXVIII, 66: *et vita tua pendebit* לְךָ מִנֶּגֶד *tibi e regione* (nostr. dir gegenüber), e regione tui, quasi in eo sit, ut aufugiat, i. e. in praesentissimo vitae periculo versaberis. Bene Luth. *dein Leben wird vor dir schweben.* Sequitur: לֹא תַאֲמִין בְּחַיֶּיךָ.

c) *ex adverso*, sensu hostili, nostr. gegenüber, auf feindlicher Seite, cf. ὁ ἐξ ἐναντίας de adversario Tit. 2, 8. Obad. 11: בְּיוֹם עֲמָדְךָ מִנֶּגֶד *quum stares ex adverso* i. e. a parte hostium. 2 Sam. XVIII, 13: וְאַתָּה תִּתְיַצֵּב מִנֶּגֶד *tu ipse stares ex adverso*, tu ipse ex adversa parte stares, contra me surgeres.

נֶגֶד chald. *e regione*, *ex adverso.* Dan. VI, 11: *e regione Hierosolymorum* (in der Richtung nach Jerusalem).

נָגִיד *princeps, praefectus,* a praeeundo dictus, vide rad. ibique usum Syrorum, cf. germ. *Fürst*, dan. *Fyrsten, Førsten*, i. q. angl. *first*, dan. *först* primus. (Phoen. נגד lege נָגִד *princeps*, v. inscr. Sard. lin. 2, n. pr. ibid. lin. 7. Chald. נָגִיד, נָגוֹד id., syr. [illegible] principes, arab. [illegible] princeps, animosus, fortis, unde [illegible] strenuus, magnanimus fuit). Usurpatur 1) de quovis *praefecto*, ut templi 1 Par. IX, 11. 2 Par. XXXI, 13.

XXXV, 8. Jer. XX, 1. Neh. XI, 11, sacerdotum 1 Par. XII, 27, aerarii sacri 1 Par. XXVI, 24. 2 Par. XXXI, 12, palatii regii 2 Par. XXVIII, 7, tribuum 2 Par. XIX, 11, militum 1 Par. XIII, 1. XXVII, 4. 2 Par. XXXII, 21. — 2) κατ' ἐξοχὴν de *principe* populi, vocabulum generale, quod etiam *regiam* dignitatem complectitur. 1 Sam. IX, 16: וּמְשַׁחְתּוֹ לְנָגִיד עַל עַמִּי יִשְׂרָאֵל. X, 1. XIII, 14. XXV, 30. 2 Sam. V, 2. VI, 21. VII, 8. 1 Reg. I, 35. XIV, 7. Iob. XXXI, 37. Jes. LV, 4. Ez. XXVIII, 2. Prov. XXVIII, 16: נָגִיד חֲסַר תְּבוּנוֹת *princeps prudentia carens.* Dan. IX, 25: מָשִׁיחַ נָגִיד princeps unctus. XI, 22: נְגִיד בְּרִית princeps confoederatus. Plur. נְגִידִים Iob. XXIX, 10. Ps. LXXVI, 13. — 3) *nobilis, generosus* (v. supra usum Arabum). Plur. abstr. נְגִידִים nobilia, generosa Prov. VIII, 6. LXX. σεμνά. Vulg. res magnae. Syr. et Chald. veritas.

נָגַהּ *splenduit, fulsit.* (Syr. ܢܓܗ luxit, illuxit. Aph. transit. Sed quod lex. Simonisiani editores habent, نجه eminuit et emicuit sol oriens, ortus est sol, auctoritate caret). Dicitur de luce Jes. IX, 1. Iob. XXII, 28, de flamma XVIII, 5.

Hiph. 1) *fulgere fecit* (lucem suam). Jes. XIII, 10. — 2) *collustravit* Ps. XVIII, 29. 2 Sam. XXII, 29.

נֹגַהּ f. (Hab. III, 4) 1) *splendor, fulgor*, ut ignis Jes. IV, 5. Ez. I, 4. 13. 27. 28, lucis Jes. L, 10. Am. V, 20, solis 2 Sam. XXIII, 4, eiusque orientis Prov. IV, 18, lunae Jes. LX, 19, stellarum Joël II, 10. IV, 15, ensis Hab. III, 11; de splendore quo circumfusum cogitabant numen (כְּבוֹד יְהוָה) Ez. X, 4. Hab. III, 4. Ps. XVIII, 13. — 2) n. pr. filii Davidis 1 Par. III, 7. XIV, 6.

נֹגַהּ emphat. נָגְהָא chald. *lux matutina, aurora*, unde כוכב נגהא stella aurorae est Lucifer Jes. XIV, 12. Esth. X, 3 Targ. (Syr. ܢܓܗ, ܢܓܗܐ, ܢܘܓܗ, et ܢܘܓܗܐ, ܢܘܓܗܐ prima lux aurorae, Lex. Adl. صبح فجر شق الفجر). Dan. VI, 20: בִּשְׁפַרְפָּרָא יְקוּם בְּנָגְהָא *sub auroram surrexit ad primam lucem*, ac posterius quidem priore fortius est. Theodot. τὸ πρωῒ ἐν τῷ φωτί.

נְגֹהָה f. *splendor, lux*, plur. Jes. LIX, 9.

נָגַח fut. יִגַּח *feriit* cornu, de bestiis cornutis Ex. XXI, 28. 31. 32. Cod. Sam. pro eo substituit verbum נכה, quod mirandum, quum rad. נגח etiam chaldaeae linguae non incognita sit, v. Onk. l. c. Jon. Deut. XXXIII, 17. (Est haec radix ex onomatopoëticis. Feriendi enim pulsandique notio inest tum in syllaba נג, נכ, cf. נָגַע, נָגַף, נָגַן, נָגַל, tum in altera, quae desinit in ח, cf. נָבַח latravit pr. pulsavit i. q. כָּלַב, נָדַח et نطح cornu petiit).

Pi. id. Ez. XXXIV, 21. Dan. VIII, 4, translate de victore, gentes coram se prosternente Deut. XXXIII, 17. 1 Reg. XXII, 11. Ps. XLIV, 6: בְּךָ צָרֵינוּ נְנַגֵּחַ *te auxiliante hostes nostros prosternimus.* (Cf. Dan. VIII, 7 sqq.). Inde

Hithpa. bellum gessit cum al. Dan. XI, 40, pr. cornibus ferierunt se invicem. Chald. dicitur אַגַּח קְרָבָא, אגיח ק' bellum gessit Num. XXI, 26. Iud. V, 25. XI, 5, sq. עִם cum aliquo 1 Sam. XVII, 32, pass. Ittaph. אִתַּגַּח קְרָבָא Ex. XVII, 16, et omisso קְרָבָא Ez. XXXII, 2. Ps. LVI, 2. 3 Targ. Eodem modo transfertur arab. نطح cornu petiit Conj. III. pugnam commisit, مناطحة arietatio, bellum, vit. Tim. T. II p. 24.

נַגָּח adj. *petulcus*, de bove. Ex. XXI, 29. 36.

נָגַל rad. inusit. Arab. نجل fidit, confodit hasta (cogn. חָלַל?). Addit Simonis aethiop. ነፀለ: „abscidit, resecuit", sed hoc potius est „evulsit, eradicavit." Inde

מַגָּל m. *falx messoria.* Jer. L, 16. Joël. IV, 13. Arab. منجل id. Abulf. Ann. IV p. 600, syr. ܡܓܠܐ, unde paullo corruptius Armeni մանգաղ *mangagh.*

נָגַן pr. ut videtur, pulsavit, feriit (cogn. verbis נָגַח, נָגַע, נָגַף v. ad נָגַח). Inde 1) *pulsavit* fides. Part. נֹגְנִים fidicines Ps. LXVIII, 26. — 2) i. q. arab. وجن (prima radicali emollita) tutudit, contudit, ut fullo pannum, hebr. calcavit, pressit uvas, unde גַּת.

Pi. pulsavit fides. 1 Sam. XVI, 23: וְלָקַח דָּוִד אֶת־הַכִּנּוֹר וְנִגֵּן בְּיָדוֹ. Jes. XXIII, 16: הֵיטִיבִי נַגֵּן הַרְבִּי שִׁיר. 1 Sam. XVI, 16. 17. 18. XVIII, 10. XIX, 9. 2 Reg. III, 15. Ps. XXXIII, 3. Jes. XXXVIII, 20. (Chald. id.). LXX. ψάλλω, κιθαρίζω.

נְגִינָה f. 1) *cantus fidium* Jes. XXXVIII, 20. Thren. V, 14. — 2) *instrumentum pulsatile*, quale erat cithara, nablium, in titulis Psalmorum IV. VI. LIV. LV. LXI. LXVII. LXXVI. Hab. III, 19. — 3) *carmen* ad fidium sonum decantatum, *psalmus* Ps. LXXVII, 7, spec. *dicterium*, carmen irrisorium Iob. XXX, 9: עַתָּה נְגִינָתָם הָיִיתִי. Thren. III, 14.

מַנְגִּינָה f. i. q. נְגִינָה no. 3. *dicterium.* Thren. III, 63.

גַּת (contr. ex גַּנְת pro גְּנֶנֶת, ut בַּת ex בְּנַת) f. (Joël IV, 13) 1) *torcular*, vel potius *cupa*, in qua uvae pedibus conculcantur, (unde succus uvis extortus in lacum torcularem (יֶקֶב) iuxta vel infra positum influit. LXX. ληνός. Joël IV, 13. Iud. VI, 11. דָּרַךְ בְּגַת Jes. LXIII, 2. דָּרַךְ גַּת Thren. I, 15. Neh. XIII, 15 calcavit uvas in torculari, quod poët. refertur ad conculcationem hostium Thren. et Jes. ll. cc. Plur. גִּתּוֹת Neh. l. c.,

in quo ת feminini generis servatum est, ut in קְשָׁתוֹת, דְּלָתוֹת.

2) n. pr., urbs Philistaeorum (LXX. Γέθ, Joseph. Γίττα, Γίττη) ex numero quinque urbium principalium 1 Sam. VI, 17. XXI, 10. XXVII, 2. 2 Sam. I, 20. XV, 18, sed nescio an reliquis paullo obscurior (v. Zeph. II, 4. Am. I, 6—8), in qua Goliath natus est 1 Sam. XVII, 4, ab Hebraeis aliquoties expugnata (v. 1 Par. XVIII, 1. 2 Par. XI, 8. 2 Par. XXVI, 6), sed ita ut mox iugum exuisse videatur (1 Reg. II, 39. Am. VI, 2. Mich. I, 10). Hieron. ad Mich. 1: Geth una est de quinque urbibus Palaestinae vicina Judaeae confinio et de Eleutheropoli euntibus Gazam, nunc usque vicus vel maximus. Eusebius in Onom. Gettam 5 milliaribus ab Eleutheropoli remotam fuisse testatur in via versus Diospolin i. e. Lyddam. Inde patron. גִּתִּי 2 Sam. VI, 10. 11. XV, 18. Jos. XIII, 3.

3) גַּת הַחֵפֶר (cupa fossionis cf. Jes. V, 2) n. pr. oppidi Sebulonitarum Jos. XIX, 13 (ubi cum He locali גִּתָּה חֵפֶר), quod Jonae prophetae incunabulis celebratum est 2 Reg. XIV, 25. Hieron. praef. ad Jonam: Geth in secundo Saphorim milliario, quae hodie appellatur Diocaesarea, euntibus Tiberiadem haud grandis est viculus, ubi et sepulcrum eius (Jonae) ostenditur.

4) גַּת רִמּוֹן (torcular mali punici) n. pr. oppidi Danitarum Jos. XIX, 45, teste Hieronymo villa erat praegrandis in decimo milliario Diospoleos pergentibus Eleutheropolin.

גִּתַּיִם (duo torcularia) n. pr. oppidi Benjaminitarum Neh. XI, 33.

גִּתִּית f. instrumenti musici genus Ps. VIII, 1. LXXXI, 1. LXXXIV, 1, neque a גַּת urbe (Targ.) neque a torculari (גַּת) nomen habens (vide Michaelis suppl. p. 382), sed ut bene observat Redslob de praecepto musico לַמְנַצֵּחַ עַל הַגִּתִּית, Lipsiae 1831 p. 24, instrumentum *pulsatile*, a גַּת pro נְגַת, נְגִנַת *cantus fidium*.

נָגַע fut. יִגַּע inf. נְגֹעַ Gen. XX, 6. Jos. IX, 19. Iob. VI, 7 c. Suff. נָגְעוֹ, נָגְעֵךְ Ruth. II, 9. Lev. XV, 23 (Nun enim in hac radice necessarium haud facile abiici poterat), גַּעַת 2 Sam. XIV, 10. Ez. XVII, 10.

1) *percussit*. (Vicinae radd. sunt נָכָה, נָכָא, neque non נָגַח, נָגַן, נָקַשׁ. Syllaba primaria est נג, נך, quae *pulsandi*, *percutiendi* vim habuisse videtur, v. ad נָכָה. Vel hanc ob caussam *percutiendi* potestatem, quae in Piel, Niph. et in nomine נֶגַע usitata est primariam, *tangendi* i. e. leniter percutiendi vim ex illa paullulum mitigata ortam esse censeo, ut saepe fortior graviorque eaque nativa significatio in Piel servata esse solet v. Lgb. p. 242. Ipsum *tango*, a rad. *tag*, τάγ-ω, θίγ-ω propriam pulsandi vim habuisse videtur). Sq. בְּ Gen. XXXII, 26: וַיִּגַּע בְּכַף יְרֵכוֹ *et percussit acetabulum femoris eius*, statim enim additur: *et luxatum est femur eius.* Comm. 33. Iob. I, 19: *venit ventus e deserto* וַיִּגַּע בְּאַרְבַּע פִּנּוֹת הַבַּיִת *et percussit quattuor angulos domus.* LXX. ἥψατο. Syr. concussit. (Eodem referri possunt plura exempla ad no. 2, a laudata). Inde de Deo, qui plagis aliquem afficit 1 Sam. VI, 9: כִּי לֹא יָדוֹ נָגְעָה בָּנוּ. Iob. XIX, 21. Part. pass. נָגוּעַ plaga divina percussus. Jes. LIII, 4 (additur מֻכֵּה אֱלֹהִים a deo percussus). Ps. LXXIII, 14. Translate: feriit i. e. *laesit* ventus aliquid (arab. ضرب). Ez. XVII, 10.

2) *tetigit* (LXX plerisque locis ἅπτεσθαι). Coniungitur creberrime sq. בְּ (*an*rühren) Gen. III, 3: וְלֹא תִגְּעוּ בּוֹ. Exod. XIX, 12. Lev. V, 3. VI, 11. 20. VII, 19. XI, 24 sqq. Num. XIX, 11. Deut. XIV, 8. Ps. CIV, 32. Dan. VIII, 5. 18. X, 10 al.; sq. עַל Jes. VI, 7: הִנֵּה נָגַע זֶה עַל שְׂפָתֶיךָ. Dan. X, 16; sq. אֶל Num. IV, 15: וְלֹא יִגְּעוּ אֶל הַקֹּדֶשׁ. Hagg. II, 12: וְנָגַע בִּכְנָפוֹ אֶל הַלֶּחֶם *et tangit ora vestis panem*; sq. עַד Iob. IV, 5: *nunc te tangit* (jetzt trifft es dich), sq. acc. Jes. LII, 11: טָמֵא אַל תִּגָּעוּ *immunda ne tangatis*, et omisso acc. ex superioribus repetendo Iob. VI, 7. Thren. IV, 15. — *Tangere* autem aliquem, aliquid spec. est a) eum *violare*, vim ei inferre (jem. antasten). Gen. XXVI, 11: הַנֹּגֵעַ בָּאִישׁ הַזֶּה וּבְאִשְׁתּוֹ *qui violat hunc virum eiusque uxorem.* Vers. 29. Jos. IX, 19: וְעַתָּה לֹא נוּכַל לִנְגֹּעַ בָּהֶם. Zach. II, 12: הַנֹּגֵעַ בָּכֶם נֹגֵעַ בְּבָבַת עֵינוֹ. Ruth II, 9. Jer. XII, 14. Iob. I, 11, sq. אֶל II, 5. — b) *tangere* mulierem, dicitur de tactu minus verecundo, et honeste de concubitu Prov. VI, 29: לֹא יִנָּקֶה כָּל־הַנֹּגֵעַ בָּהּ *non impunis erit quicunque eam tangit*, sq. אֶל Gen. XX, 6 cf. etiam XXVI, 11. (Ita gr. ἅπτεσθαι γυναικός 1 Cor. VII, 1 cf. Fesselii advers. sacra II, 17; lat. tangere mulierem Hor. Serm. 1, 2, 54. Terent. Plaut., arab. مسّ tetigit mulierem, i. e. rem habuit cum ea Cor. 19, 20). — c) *commovere* animum alic. (das Herz jem. rühren). 1 Sam. X, 26: אֲשֶׁר נָגַע אֱלֹהִים בְּלִבָּם.

3) sensu locali: *attigit* aliquid, *pertigit ad* aliquid (an etwas anstossen, daran reichen, eig. es berühren). Sq. בְּ 1 Reg. VI, 27. Hos. IV, 2: דָּמִים בְּדָמִים נָגָעוּ; sq. עַד Mich. I, 9: נָגַע עַד שַׁעַר עַמִּי *pertingit usque ad portam populi mei.* Jes. XVI, 8. Jer. IV, 10: וְנָגְעָה חֶרֶב עַד הַנָּפֶשׁ, cf. comm. 18; sq. אֶל Jer. LI, 9: כִּי נָגַע אֶל הַשָּׁמַיִם מִשְׁפָּטָהּ *nam ad coelum pertingit poena eius.* sq. עַל Iud. XX, 34: *nesciebant* כִּי נֹגַעַת עֲלֵיהֶם הָרָעָה *perniciem iis prope instare.* Comm. 41. Cf. syn. הִשִּׂיג. Inde

4) *pervenit* ad aliquem, aliquid, sq. בְּ 2 Sam. V, 8, sq. אֶל Jon. III, 6: וַיִּגַּע הַדָּבָר אֶל מֶלֶךְ נִינְוֵה. Dan. IX, 21. Absol. *advenit* tempus Esr. III, 1: וַיִּגַּע הַחֹדֶשׁ הַשְּׁבִיעִי. Neh. VII, 73 (VIII, 1). Cf. הִגִּיעַ no. 5.

Niph. pass. no. 1. *percussus, caesus est* (exercitus). Jos. VIII, 15: וַיִּנָּגְעוּ יְהוֹשֻׁעַ וְכָל־יִשְׂרָאֵל לִפְנֵיהֶם וַיָּנֻסוּ *et caesi sunt Josua et Israelitae coram iis et fugerunt.* Vulg. sensum exprimens: cesserunt metu, simulantes metum et fugientes. Masius: fingebant se caedi (cf. in Hithpa. הִתְחַלָּה, הִתְעַשֵּׁר), alii: caedi se patiebantur, sed nil opus est,

a vulgari significatione recedere, fictam enim et cladem et fugam fuisse, ex orationis contextu satis apparet, cf. Iud. XX, 36. Recte Kimchi: ויתכן לפרשו שהיו כן נגועים כי אחר שהיו נסים לא יתכן שלא היו נגועים שהרי לא היו משיבים מלחמה לרדפים אחריהם ואילו היה פירשו שהראו עצמם נגועים מבלתי שהיו נגועים היה אומר בלשון התפעל ויתנגעו כי כן המשפט.

Pi. i. q. Kal no. 1 *percussit*, ubique de plagis divinis alicui inflictis. Gen. XII, 17: וַיְנַגַּע יְיָ אֶת פַּרְעֹה נְגָעִים גְּדֹלִים. 2 Reg. XV, 5: וַיְנַגַּע יְיָ אֶת הַמֶּלֶךְ וַיְהִי מְצֹרָע *et percussit Jova regem et lepra correptus est* (cf. נֶגַע no. 2). 2 Par. XXVI, 20.

Pu. percussus est sc. plagis divinis Ps. LXXIII, 5.

Hiph. 1) causat. Kal no. 2 *tangere, attingere fecit.* Jes. VI, 7: וַיַּגַּע עַל פִּי וַיֹּאמֶר הִנֵּה נָגַע זֶה עַל וגו׳ *et attingere fecit* (lapidem ardentem V. 6) *labia mea et dixit:* simulatque *hoc tangit labia tua.* V, 8: הוֹי מַגִּיעֵי בַיִת בְּבַיִת *vae iis qui domum domui iungunt* i. e. longos domuum ordines vel coemunt vel alio quocunque etiam iniusto modo acquirunt. Saepius in locutione: הִגִּיעַ אֶל הָאָרֶץ Ez. XIII, 14, הִגִּיעַ לָאָרֶץ Thren. II, 2, הִגִּיעַ עַד עָפָר Jes. XXVI, 5, adeoque הִגִּיעַ לָאָרֶץ עַד עָפָר ib. XXV, 12 in pulverem coniicere aedificium, oppidum destructum, inde funditus destruxit.

2) i. q. Kal no. 2 *tetigit*, sq. לְ Ex. IV, 25. 2 Par. III, 11. 12, sq. אֶל Ex. XII, 22, sq. עַל Jer. I, 9.

3) i. q. Kal no. 3 *pertigit* ad aliquid (an etwas reichen). Sq. עַד Jes. VIII, 8: עַד צַוָּאר יַגִּיעַ *usque ad collum pertingit* (fluvius tumidus); עַד לְ 2 Par. XXVIII, 9; לְ Iob. XX, 6; sq. acc. cum He locali Gen. XXVIII, 12: וְרֹאשׁוֹ מַגִּיעַ הַשָּׁמָיְמָה *et caput pertigit ad coelum.* Inde *contigit* alicui fortuna sive prospera sive adversa. Eccl. VIII, 14. Esth. IX, 26 (sq. אֶל). Cf. מָצָא no. 2.

4) *pervenit* ad locum (wohin gelangen). Sq. עַד Ps. CVII, 18: וַיַּגִּיעוּ עַד שַׁעֲרֵי מָוֶת, sq. אֶל 1 Sam. XIV, 9: עַד הַגִּיעֵנוּ אֲלֵיכֶם, sq. לְ Ps. LXXXVIII, 4, sq. acc. Jes. XXX, 4 (den Ort erreichen). Esth. IV, 3. VIII, 17. It. ad tempus. Dan. XII, 12: *beatus ille qui exspectat* וְיַגִּיעַ לְיָמִים וגו׳ *et pervenit ad dies* 1335. Inde *assecutus, consecutus est* aliquid (zu etwas gelangen). Sq. לְ Esth. IV, 14: הִגַּעַתְּ לַמַּלְכוּת, sq. gerundio IX, 1: אֲשֶׁר הִגִּיעַ דְּבַר הַמֶּלֶךְ לְהֵעָשׂוֹת *quum eo perveniret mandatum regium, ut ei satisfieret.* Etiam in hac formula: *manus mea assequitur* aliquid i. e. acquirere potest Lev. V, 7, vide מָצָא no. 2, litt. c.

5) *advenit*, absol. de hominibus Esth. VI, 14, saepius de tempore Ez. VII, 12: בָּא הָעֵת הִגִּיעַ הַיּוֹם. Eccl. XII, 1. Cant. II, 12. Esth. II, 12. 15: הִגִּיעַ תֹּר אֶסְתֵּר.

נֶגַע, in Pausa נָגַע Lev. XIII, 29. Deut. XXI, 5 al., sed c. suff. נִגְעִי Ps. XXXVIII, 12. XXXIX, 11 pl. נְגָעִים cstr. נִגְעֵי m. 1) *percussio, plaga, verber.* Deut. XVII, 8. XXI, 5. Prov. VI, 33: נֶגַע וְקָלוֹן יִמְצָא *verbera et dedecus ei obveniunt.* 2 Sam. VII, 14: וְהֹכַחְתִּיו בְּשֵׁבֶט אֲנָשִׁים וּבְנִגְעֵי בְּנֵי אָדָם, cf. Ps. LXXXIX, 33. Spec. de *plagis* divinis i. e. de calamitatibus a Deo immissis. Gen. XII, 17. Exod. XI, 1: עוֹד נֶגַע אֶחָד אָבִיא עַל פַּרְעֹה *unam insuper plagam Pharaoni immittam.* 1 Reg. VIII, 37. Ps. XCI, 10: וְנֶגַע לֹא יִקְרַב בְּאָהֳלֶךָ. XXXVIII, 12. XXXIX, 11.

2) *nota, macula* in cute, sive a lepra sive ab impetigine et porrigine (lepra enim similesque morbi plagae divinae erant v. 2 Reg. XV, 5, cf. *μάστιγες* de doloribus et morbis Ps. XXXIV, 15. Marc. III, 10, et infra ad צָרַעַת) Lev. XIII, 3 (cf. 2). 5. 6. 29. 30. 42, unde נֶגַע הַנֶּתֶק macula porriginis comm. 31, נֶגַע הַצָּרַעַת comm. 3. 9. 20. 25, et omisso צָרַעַת comm. 22 id., etiam de lepra vestium XIII, 47, et parietum XIV, 34 sqq. Meton. de homine huiusmodi maculis affecto Lev. XIII, 4. 12. 13. 17. Inde נֶגַע הַנֶּתֶק est porrigine affectus Comm. 31, pro quo simpl. נֶתֶק Comm. 33. De veste leprosa Comm. 50.

נָגַף fut. יִגֹּף 1) *percussit.* (Chald. et sam. id. Aeth. ነገፈ: excussit v. c. sinum, decussit, ut pulverem pedibus. Vicina sunt verba a נג et נכ ordientia, ut נָגַע, נָגַשׁ, נָגַח; נָכָה: item נָקַף q. v.). Vox propria est de Deo homines plaga (v. נָגַע no. 1 et נֶגַע) quadam afficiente, sive morbo, sive alia quadam calamitate, sive denique morte. 2 Sam. XII, 15: *et percussit Deus puerum .... et in morbum incidit.* 2 Paral. XXI, 18: נְגָפוֹ יְיָ בְּמֵעָיו לָחֳלִי *percussit eum Jova in visceribus*, ut *in morbum* incideret. — Exod. VII, 27 (VIII, 2): *ecce! percutio terram tuam ranis*, immitto tibi ranas. Jes. XIX, 22. — 1 Sam. XXV, 38: *et percussit Jova Nabalum et mortuus est.* XXVI, 10: יְהוָה יִגָּפֶנּוּ אוֹ יוֹמוֹ יָבוֹא וָמֵת אוֹ בַמִּלְחָמָה יֵרֵד וְנִסְפָּה (*sive dies eius venerit, ut moriatur, sive in proelium descendens perierit*). Exod. XII, 23. 24. 27. XXXII, 35. Ps. LXXXIX, 24. Jos. XXIV, 5. נָגַף מַגֵּפָה בְּ 2 Par. XXI, 14, נָגַף מַגֵּפָה אֶת Zach. XIV, 12. 18 clade affecit populum. — Jova *percussit aliquem coram* (לִפְנֵי) *hostibus* i. e. hostibus caedendum permisit 1 Sam. IV, 3. Iud. XX, 35. 2 Par. XIII, 15. 20. XIV, 11. Cf. Niph.

2) *feriit* bestia cornuta (cf. נָגַח) Exod. XXI, 35, homo hominum XXI, 22.

3) *offendit* pes (anstossen). Ps. XCI, 12: פֶּן תִּגֹּף בָּאֶבֶן רַגְלֶךָ. Prov. III, 23. Vide Hithpa.

Niph. caesus est (exercitus) Iud. XX, 36. 1 Sam. IV, 10. 2 Par. XX, 22. Perfrequens est formula: *caedi coram* hoste, de clade accepta. 1 Sam. IV, 2: וַיִּנָּגֶף יִשְׂרָאֵל לִפְנֵי פְלִשְׁתִּים. Lev. XXVI, 17. Num. XIV, 42. 1 Sam. VII, 10. Deut. I, 42. XXVIII, 25. Iud. XX, 32. 2 Sam. II, 17. X, 15. 19. 1 Par. XIX, 16. 19 al.

Hithpa. impegit pes (sich stossen). Jer. XIII, 16, v. Kal no. 3.

נֶגֶף, in Pausa נָגֶף Num. XVII, 11 m. 1) *plaga* divinitus missa. Ex. XII, 13: לֹא יִהְיֶה בָכֶם נֶגֶף. XXX, 12. Num. VIII, 19. XVII, 11. 12. — 2) *offensio* pedis. Jes. VIII, 14: אֶבֶן נֶגֶף *lapis offensionis*, *λίθος προσκόμματος* Rom. IX, 33. 1 Pet. II, 7.

מַגֵּפָה f. cstr. מַגֵּפַת (Zere impuro) Zach. XIV, 15, pl. c. suff. מַגֵּפֹתַי Ex. IX, 14 1) *plaga* s. calamitas populo divinitus immissa. Ex. l. c. אֲנִי שֹׁלֵחַ אֶת כָּל־מַגֵּפֹתַי אֶל לִבְּךָ וּבַעֲבָדֶיךָ וּבְעַמֶּךָ *immittam plagas meas* i. e. omnis generis calamitates, quas immittere possum *tibi et servis tuis et populo tuo*, max. de *caede* populi Num. XIV, 37. XVII, 13. XXV, 18. XXXI, 16. 2 Sam. XXIV, 21. 1 Sam. VI, 4. נָגַף מַגֵּפָה v. rad. no. 1. — 2) *clades* bellica 1 Sam. IV, 17. 2 Sam. XVII, 9.

נָגַר in Kal inusit. pr. *fluxit* i. q. נָהַר et chald. נְגַר Jer. IX, 18 Targ., נַגְרָא fluvius, rivus, cf. arab. جرى fluxit. Apud Poenos נִגְּרָה et אַגָּרָה (verbalia Pi. et Hiph.) catarrhactam significabant, et repeririuntur in nomm. pr. *Naraggara* נהר אגרה, *Auz-egera* עז אגרה, *Me-neggere* מי נגרה, v. Monumm. Phoenicia p. 418. (Origo fortasse est in *trahendo*, cf. chald. נְגַר et נְגַד traxit et fluxit, syr. ܢܓܪ dolavit, serravit, a trahendo, Aph. produxit, protraxit. Vide Niph. no. 2).

Niph. 1) *effusus est.* 2 Sam. XIV, 14: כַּמַּיִם הַנִּגָּרִים אַרְצָה *sicut aquae in terram effusae.* Thren. III, 49: עֵינִי נִגְּרָה *oculus meus effunditur* sc. fletu. — 2) *expansa est* manus. Ps. LXXVII, 3. נִגָּרוֹת Iob. XX, 28 refero ad rad. גָּרַר Niph.

Hiph. הִגִּיר *effudit* Ps. LXXV, 9, *detrusit* (lapides de monte) Mich. I, 6. Translate: הִגִּיר פ׳ עַל יְדֵי חֶרֶב *effudit* s. detrusit *aliquem in manus* i. e. in potestatem *gladii* (cf. עַל יְדֵי post verba tradendi pag. 567) i. e. gladio tradidit (cf. הֶעֱרָה Jes. LIII, 12). Ez. XXXV, 5: *quoniam aeterna tibi est inimicitia* וַתַּגֵּר אֶת־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל עַל יְדֵי חָרֶב *et tradidisti filios Israëlis gladio.* Targ. וְאַמְסַרְתְּ יָת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל עַל יְדֵי קָטְלֵי חַרְבָּא i. e. *proiecisti* f. *I. in manus occidentium gladio.* Syr. *tradidisti* (ܘܐܫܠܡܬ) filios Israëlis in manum gladii (ܠܐܝܕܝ ܣܝܦܐ). Gr. anon. (fort. Symmachus) apud Theodoretum *συνέκλεισας .... ἐπὶ χεῖρα ῥομφαίας*, ubi non est quod statuatur, hunc pro תַּגֵּר legisse תְּסַגֵּר. Jer. XVIII, 21: *quapropter da* (תֵּן) *liberos eorum fami* וְהַגִּרֵם עַל יְדֵי חֶרֶב. Targ. et Syr. ut supra. Vulg. dedue eos in manus gladii. LXX. *ἄθροισον αὐτοὺς εἰς χεῖρας μαχαίρας.* Ps. LXIII, 11: יַגִּירֻהוּ עַל יְדֵי חָרֶב. LXX. *παραδοθήσονται εἰς χεῖρας ῥομφαίας.* Vulg. tradentur in manus gladii. Syr. ܢܫܬܠܡܘܢ ܠܐܝܕܝ ܣܝܦܐ. Male Rosenm. (et iam olim Kimchius et Jarchius) hanc locutionem interpretatur: fundere *per manus* gladii i. e. *trucidare* gladio, quod (ne dicam de verbo) a sententia vocum עַל יְדֵי prorsus alienum est: sed peius etiam Alb. Schult. (de defectibus ling. hebr. §. 68 sqq. vindic. originum p. 150. Exc. ad Hamas. 323) הִגִּיר illustrabat ex arab. نغر efferbuit olla, redundavit ebulliendo, ut pr. valeret: sanguinem ebullire fecit e vulneribus, quo nihil contortius esse potest, ut taceam, etiam in formula ita accepta עַל יְדֵי vel negligi vel male intelligi. Praetermitto, quae coniectat J. D. Michaëlis suppl. pag. 363. Quae supra de hac formula disputavi et iam prima editione disputaveram, calculo suo probarunt recentiores plerique.

Hoph. *deiici*, *devolvi*, *praecipitari*, de aqua Mich. I, 4. (Vide quae supra de usu Punico dicta sunt).

נָגַשׂ fut. יִגֹּשׂ (semel יִנְגֹּשׂ Jes. LVIII, 3) *impulit*, *ursit*, *adegit.* (Cognatum videtur לָחַץ, נָחַץ. Arab. نجش excitavit, agitavit feram, venandi caussa, compulit camelos, intr. celer, festinus fuit pr. excitatus fuit, cf. נָחוּץ. De nomine نجاشي v. no. 3) 1) impulit ad laborem Jes. LVIII, 3 (v. infra no. 2). Unde part. נוֹגֵשׂ exactor operarum, *ἐργοδιώκτης* (Frohnvogt). Ex. III, 7. V, 6. 10. 13. 14. Iob. III, 18, etiam sq. בְּ, hinc נֹגֵשׂ בּוֹ Jes. IX, 3; de exactore asini, agasone Iob. XXXIX, 7.

2) *debitorem ursit, exegit* debitum c. acc. pers. Deut. XV, 2: לֹא יִגֹּשׂ אֶת רֵעֵהוּ. Comm. 3 *tributum exegit*, sq. duplici acc. civium et tributi 2 Reg. XXIII, 35: אִישׁ כְּעֶרְכּוֹ נָגַשׂ אֶת־הַכֶּסֶף אֶת עַם הָאָרֶץ *exegit pecuniam a populo terrae ..... prout quisque aestimaretur.* De verbis Jes. LVIII, 3: וְכָל עַצְּבֵיכֶם תִּנְגֹּשׂוּ dubitatur, utrum verbum ibi copulatum sit cum accus. personae an rei. Prius statuunt LXX. *καὶ πάντας τοὺς ὑποχειρίους ὑμῶν ὑπονύσσετε.* Vulg. *omnes debitores vestros repetitis*, cui obstat, quod עָצֵב vel עַצָּב operarius sine certa auctoritate sumitur; posterius Kimchi, Aben Esra et recentiorum plures, qui interpretantur: *omnes labores vestros* i. e. omnem quaestum laboribus partum *exigitis.* Posterius praeferendum, sed magis etiam placet Maureri interpretatio: *omnes labores vestros* graves et molestos (id enim significat עֶצֶב) *exigitis*, omnia opera a servis aliisque hominibus imperio vestro subiectis praestanda die ieiunii non minus rigide quam aliis diebus exigitis. Part. נוֹגֵשׂ *exactor* tributi Dan. XI, 20. Zach. IX, 8.

3) *regnavit*, *imperavit*, part. נוֹגֵשׂ *rex*, *tyrannus* Jes. III, 12. XIV, 2. LX, 17. Zach. X, 4. Aethiop. ነገሠ: id., unde ንጉሥ: et ነጋሢ: rex, ንጉሠ: ነገሥት: rex regum, de rege Aethiopiae. Arab. النجاشي rex Aethiopum, v. Gagnier ad vit. Muhammedis p. 24. Ludolf. Lex. p. 315. hist. aeth. 2, 1, no. 7. Sic arab. تُبَّع *Tobba*, qui est titulus regum Arabiae felicis, non est ab arab. تبع successit, sed a ܛܒܥ exegit, ursit, coëgit.

Niph. 1) *pressus*, *vexatus est*, de populo Israëlitico 1 Sam. XIII, 6, de servo Dei (populo Isr.) Jes. LIII, 7; *pressit*, *exagitavit* alter alterum Jes. III, 5. — 2) laboribus exagitatus, inde *defatigatus est* (exercitus) 1 Sam. XIV, 24. Germ. dicas: abgetrieben seyn. Luth, da die Männer matt waren.

נָגַשׁ Praet. Kal inusit., cuius vicem tenet praet. Niph. נִגַּשׁ Gen. XXXIII, 7. Ex. XX, 21. XXIV, 2. XXXIV, 32. Deut. XX, 2 al. fut. Kal יִגַּשׁ, imp. גַּשׁ 2 Sam. I, 15 et גֶּשׁ־ Gen. XIX, 9, cum He parag. גְּשָׁה XXVII, 21. 26, pl. גְּשׁוּ Gen. XLV, 4, et גֹּשׁוּ *goschu* Jos. III, 9. 1 Sam. XIV, 38, inf. גֶּשֶׁת, part. נִגָּשׁ Ex. XIX, 22.

1) *tetigit*, *attigit* (berühren) rem, inde *adhaesit* rei. Sq. בְּ Iob. XLI, 8 de scutis crocodili: אֶחָד בְּאֶחָד יִגַּשׁוּ *alterum alteri adhaerent.* Am. IX, 13. (Origo est in *allidendo*, *illidendo* ad rem: quod ipsum habes in vicino נָקַשׁ, cf. etiam פָּגַשׁ. Adhaerendi significatu finitimum est transp. נָשַׁק).

2) *appropinquavit*, *accessit*, plerumque sq. אֶל ad aliquem vel aliquid Gen. XXVII, 22. XLIII, 19. XLIV, 18. XLV, 4. Num. VIII, 19. XXXII, 16. Jos. XIV, 6. Jer. XXX, 21, בְּ Jes. LXV, 5, לְ Iud. XX, 23, עַד Gen. XXXIII, 3, עַל Ezech. XLIV, 13, sq. acc. Num. IV, 19: בְּגִשְׁתָּם אֶת־קֹדֶשׁ הַקֳּדָשִׁים *si accedunt ad sanctum sanctorum.* 1 Sam. IX, 18. XXX, 21. Absol. Gen. XXVII, 21: גְּשָׁה־נָּא *accede quaeso.* Comm. 26. XXIX, 10. 2 Reg. V, 13. Jos. VIII, 11. Spec. a) *accessit*, ad uxorem, honeste de coitu (cf. קָרַב), sq. אֶל Ex. XIX, 15. b) *accessit* ad Jehovam, de sacerdotibus qui altari appropinquant Ex. XXX, 20. Ez. XLIV, 13, de piis ad deum se convertentibus Jes. XXIX, 13 (ubi 17 codd. et 10 editt. נִגַּשׁ, non bene). Jer. XXX, 21. c) *accessit* ad hostem, de eo qui impetum facere vult 1 Sam. XVII, 40. 2 Sam. X, 13.

3) *retrocessit*, *recessit*. Gen. XIX, 9: גֶּשׁ־הָלְאָה, quod bene LXX. ἀπόστα ἐκεῖ. Vulg. *recede illuc.* Jes. XLIX, 20: גְּשָׁה־לִּי *recede mihi*, ut LXX. ποίησόν μοι τόπον, Hieron. *fac mihi spatium.* Notandum autem, tam veteres quam nostrates in accedendi et abeundi vocabulis recte adhibendis passim minus accuratos esse, iisque passim de motu contrario abuti, v. c. קָרַב de recedendo, סוּר et arab. مضى de accedendo, cf. nostr. *herab*, *herum* vel apud probatissimos scriptores pro *hinab*, *hinum*, quod posterius plerique vix admittunt.

Hiph. 1) *appropinquare fecit* Am. VI, 3 (opp. נִדָּה removit). Inde a) *adduxit* aliquem (aliquid) *ad* aliquem (aliquid), sq. אֶל Gen. XLVIII, 10. 13. Ex. XXI, 6. Lev. II, 8. 1 Sam. XV, 32. 2 Reg. IV, 5. b) *attulit* aliquid alicui, sq. לְ pers. 1 Sam. XXX, 7. 2 Sam. XVII, 29, sq. אֶל pers. 2 Sam. XIII, 11. 2 Reg. IV, 6, לִפְנֵי (bringen und vorsetzen) 1 Sam. XXVIII, 25, omisso acc. rei Gen. XXVII, 25: הַגִּישָׁה לִּי וְאֹכְלָה *affer mihi, ut edam*, omisso dat. pers. 1 Sam. XXIII, 9: הַגִּישָׁה הָאֵפוֹד. c) *protulit.* Jes. XLI, 21: הַגִּישׁוּ עֲצֻמוֹתֵיכֶם *proferte argumenta vestra*, cf. 22. XLV, 21, ubi acc. obiecti omissus est. d) *obtulit* Iob. XL, 19: הָעֹשׂוֹ יַגֵּשׁ חַרְבּוֹ *creator eius obtulit ei gladium eius*, max. Deo sacrificia sq. לְ Am. V, 25. Mal. II, 12, sq. עַל ibid. I, 7. — 2) i. q. Kal no. 2 *appropinquavit* Am. IX, 10.

Hoph. הֻגַּשׁ pass. Hiph. *admotus est.* 2 Sam. III, 34: *pedes non admoti sunt compedibus*, nunquam fuerunt vincti, sq. לְ *oblatus est* Mal. I, 11.

Hithpa. i. q. Kal *appropinquavit* Jes. XLV, 20.

נָדָא v. נָדָה.

נָדַב 1) i. q. arab. نَدَبَ impulit, adegit, instigavit ad aliquid. (Vicinum videtur radici נָדַח. Alb. Schult. ad Hamas. p. 309—311, et ad Menken. ep. I. p. 31 sqq. originem huius verbi ponebat in uviditate et fluxu uvido, quem ab Orientalibus ad liberalitatem et munificentiam transferri constat, v. ندا uvidus fuit, vocavit; liberalis fuit, ندى الكفين madidus manibus i. e. liberalis, opp. sicco i. e. avaro, cf. de hac imagine Lette ad cant. Deb. p. 19—23. Nititur is glossa Golii, qua verbo ندب in VIII. praeter alias haec significatio tribuitur: *i. q.* نَضّ *leviter effluxit seu exsudavit.* Sed hoc ipsum fundamentum incertum est, nihil enim obstat quominus نَضّ, quo utitur Kamûs p. 160, h. l. sit: haud difficulter contigit mihi, fieri potuit, id quod cum reliquis huius speciei significationibus multo melius congruit. Idem statuisse videtur Freytagius, qui illam glossam omisit). Non legitur, nisi in hac formula Ex. XXV, 2: כָּל־אִישׁ אֲשֶׁר יִדְּבֶנּוּ לִבּוֹ *quemcunque impellit animus* h. l. quicunque lubens s. sponte facit. XXXV, 21. 29. — 2) intrans. ut arab. نَدَبَ se ipsum impulit, inde spontaneus, liberalis, generosus fuit, نَدْبٌ equus agilis et promtus, pr. spontaneus Ibn Doreid 205 (186). Tauriz. ad Ham. 310 Schult. v. נָדִיב et Hithpa.

Hithpa. 1) *se ipsum incitavit*, *lubentem se praestitit*, *sponte se obtulit* sq. gerundio Neh. XI, 2: הַמִּתְנַדְּבִים לָשֶׁבֶת בִּירוּשָׁלָםִ, ad dandum 1 Par. XXIX, 5. 6, spec. de militibus spontaneis Iud. V, 2. 9: הַמִּתְנַדְּבִים בָּעָם *spontanei e populo* (cf. arab. ندب spec. evocavit copias ad bellum vit. Tim. II, p. 530, 1. Ham. p. 308 Schult.), cf. Ps. CX, 3, de his qui ad militiam sacram sponte se offerebant 2 Par. XVII, 16: הַמִּתְנַדֵּב לַיהוָה. — 2) *sponte s. lubens dedit*, *obtulit* v. c. donum Jehovae c. acc. 1 Par. XXIX, 9: כִּי בְּלֵב שָׁלֵם הִתְנַדְּבוּ לַיהוָה ib. 14. 17. Esr. I, 6. II, 68. III, 5. (Arab. VIII. annuit vocanti, promtum se gessit, vit. Salad. p. 226. 235).

נְדַב chald. Ithp. i. q. hebr. 1) *promtus fuit ad al.*, sq. לְ Esr. VII, 13. — 2) *sponte dedit*, ib. V. 15. Inf. (more syro) הִתְנַדָּבוּת subst. *sponte oblatum.* V. 16.

נָדָב (spontaneus, liberalis) n. pr. 1) filii Jerobeami (I), regis decem tribuum 954—952 a. C. 1 Reg. XIV, 20. XV, 25. 31. — 2) filii Aharonis primogeniti Ex. VI, 23. XXIV, 1. 9. XXVIII, 1. Lev. X, 1. Num.

III, 2. 4. XXVI, 60. 61; aliorum virorum, 3) 1 Par. II, 28. — 4) ibid. VIII, 30. IX, 36.

נְדָבָה f. 1) *animus promtus* ad aliquid, inde בִּנְדָבָה Num. XV, 3. Ps. LIV, 8 et in acc. נְדָבָה Deut. XXIII, 24. Hos. XIV, 5 animo promto, sponte. — Plur. concr. Ps. CX, 3: עַמְּךָ נְדָבֹת בְּיוֹם חֵילֶךָ *populus tuus promtissimus est die militiae tuae* i. e. si ad bellum evocatur, cf. verbum Iud. V, 2. 9.

2) *donum spontaneum* Esr. I, 4 (cf. V. 7), maxime *sacrificium spontaneum* opp. sacrificio quod ex voto offertur (נֶדֶר Num. XXIX, 39. Deut. XII, 6). Ex. XXXV, 29. XXXVI, 3. Lev. VII, 16. XXII, 21. 23: נְדָבָה תַּעֲשֶׂה אֹתוֹ *ut sacrificium spontaneum eam* (pecudem) *offerre potes*. Esr. III, 5. VIII, 28. Ezech. XLVI, 12. Plur. 2 Par. XXXI, 14: נִדְבוֹת הָאֱלֹהִים Levit. XXIII, 38. Am. IV, 5: קִרְאוּ נְדָבוֹת *proclamate sacrificia spontanea*. Metaph. נִדְבוֹת פִּי Ps. CXIX, 108. Qui sponte dat et animo promto, non parcus est, sed *larga manu* dat (cf. largus, largiri), inde

3) *largitas*. Ps. LXVIII, 10: גֶּשֶׁם נְדָבוֹת *pluvia larga*.

נָדִיב m. 1) *voluntarius*, *spontaneus*, *promtus* 1 Par. XXVIII, 21, plenius: נְדִיב לִבּוֹ animi promti Ex. XXXV, 5. 22. 2 Par. XXIX, 31 (v. נָדַב Kal et Hithp.). Ps. LI, 14: רוּחַ נְדִיבָה *animus promtus*, sc. ad virtutem. — 2) *sponte dans* i. e. *liberalis* Prov. XIX, 6, inde 3) *nobilis, ingenuus* (quoniam Orientales morum praestantiam et generositatem e liberalitate iudicare solent cf. جَادَ, كَرَم), de moribus Jes. XXXII, 5. 8. Prov. XVII, 7. 26. Opp. נָבָל. Cant. VII, 2: בַּת נָדִיב *filia generosi* i. e. generosa, nobilis (v. בֵּן no. 1, adde Eccl. X, 17). Plur. נְדִיבוֹת neutr. generosa, nobilia Jes. XXXII, 8. (Arab. نَدُبَ generosus, pulcher fuit). Transfertur 4) ad generis nobilitatem, et est subst. *princeps* Ps. LXXXIII, 12. CVII, 40. CXIII, 8. CXVIII, 9. Prov. XXV, 7. 1 Sam. II, 8. Plur. Iob. XII, 21. XXXIV, 18, נְדִיבֵי הָעָם Num. XXI, 18. Ps. XLVII, 18. Bis vertitur in malam partem, *tyrannus* Iob. XXI, 28. Jes. XIII, 2, cf. מֹשְׁלִים LXX. τύραννος Prov. VIII, 16. — In plurimis significationibus hoc vc. congruit cum synonymo נָגִיד; sed ordo earum contrarius est. Hoc enim a notione animi promti et liberalis profectum ad generis nobilitatem translatum est: illud a ducis et praefecti notione proficiscens ad eas, quae principem decent, virtutes referri coepit (cf. arab. حُرّ nobilis genere, nobilis moribus).

נְדִיבָה f. *nobilitas, conditio nobilis* atque felix Iob. XXX, 15. Parall. יְשֻׁעָתִי.

נוֹדָב n. pr. filii Ismaëlis 1 Par. V, 19.

נְדַבְיָה (quem Jova impulit) n. pr. viri 1 Paral. III, 18.

נִדְבָּךְ v. rad. דָּבַךְ.

נָדַד praet. non contr. נָדְדָה Jes. X, 31, נָדְדוּ XXII, 3. XXXIII, 3, inf. נְדֹד Ps. LV, 8, fut. (more Aramaeo) יִדּוֹד Nah. III, 7. Ps. LXVIII, 13 et יִדַּד Gen. XXXI, 40

1) *movit*, ut volucris alas. Jes. X, 14: וְלֹא הָיָה נֹדֵד כָּנָף Vulg. *et non erat, qui moveret pennam.*

2) intrans. movit se, inde *oberravit*, *vagatus est*, de ave et homine Prov. XXVII, 8: כְּצִפּוֹר נוֹדֶדֶת מִן קִנָּהּ כֵּן אִישׁ נוֹדֵד מִמְּקוֹמוֹ. Jes. XVI, 2, de homine Hos. IX, 17. Iob. XV, 23: נֹדֵד הוּא לַלֶּחֶם *oberrat panem quaeritans*. Part. נוֹדֵד (homo) *profugus* subst. Flüchtling. Jes. XVI, 3. XXI, 14. Jer. XLIX, 5.

3) *fugit* Ps. LV, 8. LXVIII, 13. Jes. X, 31. XXII, 3, sq. מִן aliquem (vor jem. fliehen, v. מִן no. 3 litt. b) Nah. III, 7. Ps. XXXI, 12. Hos. VII, 13: נָדְדוּ מִמֶּנִּי *fugerunt me*, defecerunt a me. מִפְּנֵי Jes. XXI, 15; *avolavit* (avis) Jer. IV, 25. IX, 9. De somno fugiente Gen. XXXI, 40. Esth. VI, 1. (Vicinae radd. sunt נוּד, נָדָה, נוּט, cf. sanscr. *nat* movere, moveri. Arab. نَدَّ fugit, aufugit, v. c. camelus. II. et IV. dispersit, disgregavit, vit. Tim. II, 250. VI. dispersi sunt, تَنَادِيدُ, أَنَادِيدُ i. q. متفرق dispersae aves. — A fugando (v. Hiph.) est

4) *removit, abiecit* et (ex usu Syrorum) *abominatus est*, unde נִדָּה. (Syr. ܢܕ Pe. et Aph. abominatus est. ܢܕܝܕܐ id., ܢܕܝܕ abominabilis). Cf. נָדָה.

Poal. נוֹדַד fugatus est, *fugit*, *avolavit*. Nah. III, 17, quanquam hoc etiam ad rad. נוּד referri potest.

Hiph. הֵנֵד *fugavit*, *eiecit*. Iob. XVIII, 18.

Hoph. fugatus est. Fut. יֻדַּד Iob. XX, 8. Part. מֻנָד *eiectus*, *eiiciendus* 2 Sam. XXIII, 6, ubi alii libri מֻנָּד, a rad. נוּד.

Hithpo. proripuit se, *aufugit* Ps. LXIV, 9. Aliud v. sub rad. נוּד.

נְדַד chald. *fugit*. Praet. נַדַּת Dan. VI, 19. Etiam in Targg., sed raro.

נְדֻדִים m. pl. *agitationes* et iactationes nocturnae hominis insomnis. Iob. VII, 4. Targ. נְדַדַת שִׁנְתָא pr. *fugae* somni (cf. Gen. XXXI, 40. Esth. VI, 1).

נֵד m. *acervus*, *agger*. Vide rad. נוּד.

נִדָּה f. *abominatio*, *impuritas*. (Vide rad. no. 4). Zach. XIII, 1: *illo tempore aperietur fons* ... לְחַטָּאת וּלְנִדָּה *pro peccato et pro impuritate* i. e. quo abluatur peccatum et impuritas. מֵי הַנִּדָּה aqua impuritatis i. e. qua impuri purgantur, aqua lustratoria Num. XIX, 9. 13. 20. 21. XXXI, 23. Male LXX. Vulg. ὕδωρ ῥαντισμοῦ, *aqua aspersionis*, qs. sit a rad. chald. נְדָה i. q. נָזָה aspersit. Spec. a) impuritas menstruorum mulierbrium (cf. Plin. H. N. 7, 15). Lev. XII, 2: נִדַּת דְּוֹתָהּ

impuritas menstruationis eius. XV, 19. 20. XVIII, 19. Inde de ipsis *menstruis* Levit. XV, 24. 25. Comm. 25, דָּוָה בְּנִדָּתָהּ quae menstruis suis laborat Comm. 33, טְמֵאַת הַנִּדָּה quae immunda est menstruis Ez. XXII, 10. XXXVI, 17. Concr. אִשָּׁה נִדָּה mulier menstruata Ez. XVIII, 6. — b) *abominatio, impuritas*, quae est rerum ad idola pertinentium (i. q. תּוֹעֵבָה). Ez. VII, 19: זְהָבָם לְנִדָּה יִהְיֶה *aurum eorum abominationi erit.* 20. Esr. IX, 11. Thren. I, 17, inde *idola abominanda* 2 Par. XXIX, 5. — c) de peccato quodam nefando, ut incestu Lev. XX, 21.

נִידָה f. i. q. נִדָּה *abominatio* (v. Lgb. p. 145). Thren. I, 8 cf. Comm. 17, ubi est לְנִדָּה.

מְנַדֵּד v. rad. נָדַד Pi.

I. **נָדָה** in Kal inusit. i. q. נָדַד *fugit, recessit.* (Syr. ܢܕܐ sec. Cast. id. Plur. ܢ̈ܕܝܐ Ps. XXXI, 12, licet hoc etiam a rad. ܢܕܝ esse possit, ܢܕܝܐ excrementum, sordes corporis. Sam. נדה recessit. Aph. adduxit, attulit. Pro eo quod ap. Simonem editt. 3 et 4 legitur: „ندا i. q. تفرق separavit Gol. col. 2341" repone: ندا i. q. تفرق separavit se.

Pi. removit. Am. VI, 3: הַמְנַדִּים לְיוֹם רָע *qui removetis diem perniciei* i. e. remotum esse censetis; *exclusit, repudiavit* Jes. LXVI, 5. Eodem referendum וַיַּדָּא 2 Reg. XVII, 21 Chethibh (recedere fecit). (Rabbin. נִדּוּי excommunicatio ex synagoga).

II. **נָדָה** i. q. arab. ندا med. Kesr. uvidus, humidus fuit, inde (cf. جاد) liberalis fuit (v. ad rad. נָדַב), Conj. V. id. Inde

נֵדֶה m. *donum largum*, spec. *meretricium* Ezech. XVI, 33.

נָדָן m. id. (adiecto ־ָן), plur. c. aff. נְדָנַיִךְ ibid. Cod. Koss. 409 נְדָנַיִךְ. Aliud v. ad rad. נָדָן.

נָדַח fut. יִדַּח pr. *trusit* (stossen), v. cognatum דָּחָה p. 333. Inde 1) *detrusit, extrusit* (verstossen), sq. מִן abegit a se. 2 Sam. XIV, 14. — 2) *immisit securim in arborem*, sq. עַל Deut. XX, 19: *ne perdito arbores* לִנְדֹּחַ עָלָיו גַּרְזֶן *immittendo in eas securim.*

Hiph. הִדִּיחַ 1) *detrusit, deiecit.* Ps. V, 11: בְּרֹב פִּשְׁעֵיהֶם הַדִּיחֵמוֹ, sq. מִן LXII, 5. מִשְּׂאֵתוֹ יָעֲצוּ לְהַדִּיחַ *consilia capiunt, ut de fastigio eius deiiciant* eum. — 2) *extrusit, expulit* (verstossen) i. q. Kal no. 1. 2 Par. XIII, 9: הֲלֹא הִדַּחְתֶּם אֶת־כֹּהֲנֵי יְהוָה. Saepe de Deo, qui Israëlitas in alias terras expellit Deut. XXX, 1. Jer. VIII, 3. XXIII, 3. 8. XXIX, 14. 18. XXXII, 37. XLVI, 28. Ezech. IV, 13. Item *dispulit* gregem Jer. XXIII, 2. L. 17. — 3) *abduxit* aliquem *ab* aliqua re, sq. מִן, מֵעַל Deut. XIII, 6: לְהַדִּיחֲךָ מִן הַדֶּרֶךְ אֲשֶׁר צִוְּךָ יְהוָה. Comm. 11: לְהַדִּיחֲךָ מֵעַל יְהוָה אֱלֹהֶיךָ. Absol. *seduxit* aliquem. Ibid. 14: וַיַּדִּיחוּ אֶת יֹשְׁבֵי עִירָם. 2 Par. XXI, 11: וַיַּדַּח אֶת־יְהוּדָה *et seduxit Judam* sc. ad scortandum. 2 Reg. XVII, 21 Keri. Prov. VII, 21: בְּחֵלֶק שְׂפָתֶיהָ תַּדִּיחֶנּוּ *labiis suis blandis seduxit eum.* — 4) *immisit* (malum) alicui, sq. עַל 2 Sam. XV, 14, cf. Kal no. 2.

Niph. נִדַּח part. נִדָּח, sed cum suff. נִדָּחוֹ 2 Sam. XIV, 13, נִדַּחֲךָ, נִדַּחֲכֶם Deut. XXX, 4. Neh. I, 9 1) pass. Kal no. 2 *immissa est* (manus). Deut. XIX, 5: *qui cum socio suo silvam ingreditur, caesurus lignum* וְנִדְּחָה יָדוֹ בַגַּרְזֶן לִכְרֹת הָעֵץ *eiusque manus cum securi immittitur* s. impellitur, tollitur *ad caedendam arborem* (germ. dicas: seine Hand holt aus), ut recte Syrus et Lutherus. — 2) pass. Hiph. no. 2 *expulsus, propulsus est* Jerem. XL, 12. XLIII, 5. XLIX, 5; de pecude dispulsa et oberrante Deut. XXII, 1. Part. נִדָּח *expulsus, profugus.* Jes. XVI, 3. 4. XXVII, 13. Jer. XLIX, 36, fem. expulsa XXX, 17, c. suff. נִדָּחוֹ ab eo expulsus 2 Sam. XIV, 13. Collect. masc. Deut. XXX, 4. Neh. I, 9, fem. נִדָּחָה profugi Mich. IV, 6. Zeph. III, 19, נִדַּחַת pecus dispulsum Ez. XXXIV, 4. 16. — Translate Iob. VI, 13: תֻשִׁיָּה נִדְּחָה מִמֶּנִּי *salus a me expulsa est*, aufugit. (Arab. ندح Conj. V. dispersae et longius a caulibus digressae sunt oves). — 3) pass. Hiph. no. 3 *seductus est*, seduci se passus est Deut. IV, 19. XXX, 17.

Pu. propulsus est. Jes. VIII, 23: וְהִנֵּה צָרָה וַחֲשֵׁכָה מְעוּף צוּקָה וַאֲפֵלָה מְנֻדָּח *et ecce! tenebrae spissae, in noctem spissam et caliginem propulsus* est, propulsum se videt populus. Bene Jarchi: לאפלה מנדח, Jesaias enim in particulis motum indicantibus parcior, accusativo nudo utitur, ubi in pedestri oratione לְ particula aegre careas. Similia sunt haec Jeremiae (XXIII, 12): לָכֵן יִהְיֶה דַרְכָּם לָהֶם כַּחֲלַקְלַקּוֹת בָּאֲפֵלָה יִדַּחוּ וְנָפְלוּ בָהּ *propterea via eorum erit ut loca lubrica in tenebris,* quorsum *propelluntur et cadunt in ea.* Alii *tenebrae, propulsum* s. propulsio; Hitzigius: *caligo*, sed *dispulsum*, quod explicat: caligo eaque tamen dispellenda, dispergenda, *nam* cet., ita ut ab hac voce ordiatur spes melioris temporis: utrumque iusto durius.

Hoph. part. מֻדָּח dispulsus. Jes. XIII, 14: כִּצְבִי מֻדָּח.

מַדּוּחִים m. pl. *seductiones.* Thren. II, 14, v. rad. Hiph. et Niph. no. 3.

נָדָן *vagina* gladii. Cum suff. נְדָנָהּ 1 Par. XXI, 27.

נִדְנֶה (ad formam לִבְנֶה) chald. id. In Targg. נְדָן c. suff. נִדְנֵהּ 1 Sam. XVII, 51. 2 Sam. XX, 8, et לְדָן c. aff. לִדְנֵהּ ibid. Jer. XLVII, 6. Ezech. XXI, 3. 4. 5. Translate de corpore ut vagina et involucro animae. Dan. VII, 15: *animus mihi afflictus est* בְּגוֹ נִדְנֶה *in vagina* i. e. in corpore. Theod. ἐν τῇ ἕξει μου (cf. ἕξις pro גְּוִיָּה Iud. XIV, 9). Vers. Venet. ἐν τῷ κολεῷ. (LXX. Vulg. ἐν τούτοις, *in his*, legebant enim בְּגִין דְּנָה, male

quidem). Sic Talmudici, שלא תהא נשמתא חוזרת לנדנה *ne revertatur animus in vaginam eius*, Sanhedr. fol. 108, 1. Eadem metaphora utitur Plin. N. H. 7, 52 s. 53: „donec cremato eo inimici remeanti animae velut vaginam ademerint", et utebatur philosophus quidam, qui ab Alexandro M. ob vultus deformitatem contemtus, huic respondisse fertur: corpus hominis nil est nisi vagina gladii, in qua anima reconditur (d'Herbelot bibl. orientale p. 642). Alibi corpus comparatur cum veste (Schöttgen hor. hebr. p. 693, arab. نزع ثيابه deposuit vestem suam i. e. vitam vit. Tim. II, 86 lin. 11, النازعات extrahentes i. e. angeli mortis animas hominum ex corporibus extrahentes Cor. 79, 1), cum indusio (v. de Nasairiis Niebuhr. itin. II, 439 sqq.), utre (Schult. Hamas. 368), vase (σκεῦος, Aelian. h. a. 17, 11).

De origine non liquet. Non multum tribuo etymo, quod lex. man. proposui, ab arab. لدن mollis, lentus fuit (vagina enim ex corio confici solebat): magisque placeret nupera opinio, rad. נדן, לדן cavi profundique vim habere, si modo haec certius probari posset, quam cum Fürstio ex talmud. דְּנָא dolium, pers. دان vas, v. c. نمكدان salinum, adeoque nostr. *tonneau*, *Tonne*.

נֵדָן donum meritricium, v. rad. נָדָה.

נָדַף fut. יִנְדֹּף Ps. LXVIII, 3 et יִדְּפֶנּוּ Ps. I, 4 *dispulit*, ut ventus paleam, fumum Ps. ll. cc. (Origo est in trudendo, et vicina sunt הָדַף et דָּפָה q. v. Arab. ندف violenter propulit iumentum. Aethiop. ነደፈ: percussit, feriit, stossen). Inde *fugavit* hostem i. e. vicit, metaph. Iob. XXXII, 13.

Niph. pass. Ps. LXVIII, 3 (ubi הִנָּדֹף est inf. constr. a forma absol. הִנָּדֵף). Jes. XIX, 6. קַשׁ נִדָּף palea dispulsa XLI, 2, עָלֶה נִדָּף folium dispulsum Lev. XXVI, 36. Iob. XIII, 25. הֶבֶל נִדָּף Prov. XXI, 6.

Hiph. passim reperitur in Cod. Sam., ubi textus vulgaris habet verbum הָדַף, ut להדיף (לַהֲדִיף) Deut. VI, 19 pro לַהֲדֹף, בהדיף (בְּהַדִּיף) IX, 4 pro בַּהֲדֹף, cf. Num. XXXV, 22.

I. נָדַר fut. יִדֹּר Num. VI, 21 et saepe, sed c. Vav conv. plerumque וַיִּדַּר Gen. XXVIII, 20. Num. XXI, 2. Iud. XI, 30, semel וַתִּדֹּר 1 Sam. I, 11 *vovit se* aliquid vel daturum vel acturum, opp. אָסַר vovit se aliquid intermissurum. (Apud Phoenices crebra est formula אש נדר i. e. אִישׁ נֹדֵר vir vovens, de eo qui cippum quendam ex voto consecravit v. Monumm. Phoenicia, Melit. 1, 1. Carth. 1, 2. 2, 3. 3, 3. 4, 2. 3. 5, 3. 12, 1, נדר אשרי votum ex opibus meis Melit. 4, 5, sic enim l. c. legendum suadet autographi nova editio, Journal of the R. Asiatic Society No. VII p. 137. Syr. ܢܕܪ fut. ܢܕܪ et ܢܕܘܪ Ferr. id. exempla v. ap. Schaafium. Chald. sam. id. Arab. نَذَرَ vovit, نَذْر votum, نَذِير Deo devotus. Nasiraeus. Origo est in separando et consecrando, quod Hebraei exprimunt rad. finitima נָזַר. Apud Arabes نذر utrumque complectitur). LXX. εὔχομαι, semel ὁμολογέω Jer. XLIV, 25. Dicunt sq. acc. rei, vovit donum Num. VI, 21, vovit votum (נָדַר נֶדֶר) Deut. XII, 11. Iud. XI, 39. 2 Sam. XV, 8. Ion. I, 16, etiam eo omisso, vovit (aliquid) Num. XXX, 11. Eccl. V, 4, saepe addito dat. Gen. XXXI, 13. Deut. XXIII, 24. לַיהוָה Num. XXI, 2. XXX, 4. Iud. XI, 30. Passim adduntur verba voti, praevio לֵאמֹר Gen. XXVIII, 20. 2 Sam. XV, 8, וַיֹּאמַר Num. XXI, 2.

נֶדֶר Lev. XXII, 23. Num. XXX, 10. 14. 2 Sam. XV, 8. Jes. XIX, 21, alibi נֵדֶר, et sic quoque in pausa Gen. XXXI, 13. Lev. XXVII, 2. Deut. XXIII, 19. Ps. LXV, 2, c. suff. נִדְרִי (a נֵדֶר) Num. VI, 21, pl. cstr. נִדְרֵי Lev. XXIII, 38 1) *votum*, v. exx. laudata. LXX. paene constanter εὐχή, bis ὁμολογία Lev. XXII, 18. Jer. XLIV, 25, semel δῶρον Deut. XII, 11. נָדַר נֶדֶר, נְדָרִים v. rad. שִׁלֵּם נְדָרִים Ps. XXII, 26. LXI, 9. LXVI, 13, עָשָׂה נְדָרִים Iud. XI, 39. Jer. XLIV, 25 vota persolvere. בַּר נְדָרָי filius votorum meorum i. e. quem votis conceptis a Deo impetravi Prov. XXXI, 2. — 2) *res voto promissa, sacrificium ex voto oblatum* (opp. נְדָבָה donum voluntarium) Lev. VII, 16. XXII, 18. 21. Num. XXIX, 39. Deut. XII, 6.

II. נָדַר arab. ندر excidit ex alia re, velut granum ex mergite in area, inde

אִדַּר chald. *area*. (Arab. أَنْدَر, syr. ܐܕܪܐ). Plur. cstr. אִדְּרֵי Dan. II, 35. In Targg. saepe pro גֹּרֶן.

נֹהַּ Ez. VII, 11, v. rad. נוּהַּ.

נָהַג 1) *egit*, *agitavit* (treiben), *duxit*. LXX. ἄγω, ἀπάγω, ἐπάγω, εἰςάγω, ἀνάγω. Vulg. novies pro eo utitur verbo *minare* i. e. agere, ducere (pecus, iumenta), quod in vetere lingua perrarum (Appulej. Fest.) mediae Latinitatis est (v. du Fresne h. v.), gall. *mener*. (Arab. نهج incessit, مَنْهَج via. Rabb. נהג egit, duxit, מִנְהָג consuetudo, pr. via. Congruunt indogerm. ἄγω, ἡγέομαι, *ago*, pers. آهنجيدن ducere). Spec. a) *egit* gregem, sq. acc. Gen. XXXI, 18. Ex. III, 1. 1 Sam. XXIII, 5. XXX, 20, sq. בְּ (cf. nostr. *antreiben*, et eum בְּ particulae usum, de quo dictum est s. בְּ no. 10. p. 172). Jes. XI, 6. Cf. Ps. LXXX, 2: נֹהֵג כַּצֹּאן יוֹסֵף *qui ducis Josephum ceu gregem*. — b) *agitavit* iumenta, ad incessum cursumve *impulit*. Absol. 2 Reg. IV, 24: נְהַג וָלֵךְ *impelle* (asinum) *et abi*. IX, 20: כִּי בְשִׁגָּעוֹן יִנְהָג *nam agitat* equos (angl. he drives) *instar insani*. It. נָהַג עֲגָלָה 2 Sam. VI, 3, et נָהַג בָּעֲגָלָה 1 Par. XIII, 7 plaustrum agitavit (auriga). Ad hanc structuram (den Wagen *an-*

treiben) cf. נָהַג בְּ Jes. XI, 6; male enim Winerus 1 Par. l. c. explicat: vexit (aliquid) in plaustro. — c) *abegit*, ut iumenta per vim rapta Iob. XXIV, 3; *abduxit* captivos 1 Sam. XXX, 2. Jes. XX, 4, et sic LX, 11: וּמַלְכֵיהֶם נְהוּגִים *et reges eorum captivos* (Targ. זְקִיקִין vinctos), non: *comitatu stipatos*. — d) *eduxit* exercitum. 1 Par. XX, 1. 2 Par. XXV, 11. — e) *egit*, *duxit* aliquem aliquo. Cant. VIII, 2: אֶנְהָגֲךָ אֲבִיאֲךָ אֶל־בֵּית אִמִּי. Thren. III, 2: אֹתִי נָהַג וַיֹּלַךְ חֹשֶׁךְ *egit ducitque me in tenebras*. Omisso accus. 1 Sam. XXX, 22.

2) intrans. *egit* (pr. egit se, incessit), cf. arab. نهج incessit et nostr. *sich aufführen*, *Führung*, *Aufführung*, de vivendi ratione. Eccl. II, 3: וְלִבִּי נֹהֵג בַּחָכְמָה *et cor meum agebat cum sapientia*, sapienter: quae verba per parenthesin interiecta sunt orationi, h. m. „proposui mihi curare corpus meum vino — ita quidem ut animus sapientiam non deponeret — et prehendere stultitiam cet.“ Editione prima interpretabar ex usu chaldaeo: *et cor meum assuefactum est sapientiae*, quod minus accommodatum est ad orationem contextam. LXX. et Targ. *et cor meum ducebat* (me) *in sapientia*.

Pi. נִהַג 1) *anhelavit*, hinc *gemuit*. (Arab. نَهَجَ et نَهِجَ anhelavit, more currentium et lassorum. IV. id. et trans. anhelum fecit equum eques, نَهْج anhelatio, asthma. Syr. ܢܗܓ i. q. نهج et تلهث [sic enim legendum pro تلهة apud Michaelem] anhelavit lassitudine et siti). Nah. II, 8: וְאַמְהֹתֶיהָ מְנַהֲגוֹת כְּקוֹל יוֹנִים *et ancillae eius gemunt instar columbarum* (cf. Jes. XXXVIII, 14. LIX, 11. Ez. VII, 16). Syr. ܡܢܗܓܢ gementes. Non bene Targ. Hieron. Kimchi: *ancillae abductae* gemebant *ut columbae*. — 2) i. q. Kal a) *agitavit* currum. Ex. XIV, 25: *et removit* (Deus) *rotam* rotas *curruum eius* (Aegyptii), וַיְנַהֲגֵהוּ בִּכְבֵדֻת *et agitavit eum* (currum, non rotam) *cum difficultate*. LXX: *colligavit* (ויאסר συνέδησε i. e. impedivit) *rotas* Deus, *et agitavit eas difficulter* Aegyptius; b) *duxit* aliquem v. c. Deus populum Jes. XLIX, 10. LXIII, 14. Ps. LXXVIII, 52, homines XLVIII, 15, addito loco, duxit aliquem aliquo Deut. IV, 27. XXVIII, 37; c) *adduxit*, ut ventum Ex. X, 13: יְהוָה נִהַג רוּחַ קָדִים בָּאָרֶץ. Ps. LXXVIII, 26; d) *abduxit* Gen. XXXI, 26. — *Agendi* et *anhelandi* (Pi. no. 1) significationes nonnulli ad duas radices prorsus diversas revocant. Equidem malim eas ita inter se conciliare, ut *anhelandi* vis primaria sit (coll. α) הָגָה, β) נהה, syr. ܢܗܐ, aeth. ነሀየ: gemuit; γ) נָאַק, נָהַק, aeth. ነሀከ: anxius, sollicitus fuit et), unde fluxerit *agitandi*, *agendi* potestas (v. max. Kal litt. b); qui enim iumenta ad cursum impellunt, ea anhelare faciunt (v. arab. نهج ad Pi. no. 1).

מִנְהָג m. *rectura* currus. 2 Reg. IX, 20.

נָהַד rad. inusit. Arab. نهد tursit v. c. de mammis sororiantibus puellae, med. Damm. carnosus, magnus et pulcher fuit equus (v. Zach. X, 3), نَهْدٌ mammae turgentes, equus carnosus, res elata. Inde duci videtur

הוֹד (pro נְהוֹד) m. 1) pr. *turgor*, *vigor*, quo turget corpus humanum iuvenile (Prov. V, 9) et vegetum, equus generosior, planta. Hos. XIV, 7: כַּזַּיִת הוֹדוֹ *ut oleae vigor eius* (Israëlis). Zach. X, 3: שָׂם אוֹתָם כְּסוּס הוֹדוֹ בַּמִּלְחָמָה *redditque eos ut equum vigentem* (generosum) *in pugna*, v. supra ad rad. Dan. X, 8: הוֹדִי נֶהְפַּךְ עָלַי *vigor mihi immutatus est*, i. e. turgor vigorque faciei et corporis collapsus est aegritudine et curis. Translate de voce Iob. XXXIX, 20 (23): הוֹד נַחְרוֹ אֵימָה *vigor fremitus eius terror* (terribilis) est. De tonitru Jes. XXX, 30: הוֹד קוֹלוֹ. — 2) *splendor*, *maiestas* (pr. tumor, sed in bonam partem), a) regum principumque. Ps. XLV, 4. 1 Par. XXIX, 25: וַיִּתֵּן עָלָיו הוֹד מַלְכוּת. Dan. XI, 21: וְלֹא נָתְנוּ עָלָיו הוֹד מַלְכוּת. De munere Mosis Num. XXVII, 20: וְנָתַתָּה מֵהוֹדְךָ עָלָיו. b) Dei 1 Par. XVI, 27. XXIX, 11. Ps. VIII, 2. CXLVIII, 13. Iob. XXXVII, 22. Hab. III, 3. Zach. VI, 13, saepe hoc nexu: הוֹד וְהָדָר. Ps. XXI, 6. XCVI, 6. CIV, 1. CXI, 3. Iob. XL, 10. — 3) n. pr. viri 1 Par. VII, 37.

Alii hoc nomen revocant ad rad. יָדָה, ut proprie *laudem* significet, et positum sit pro inf. Hiph. הוֹדָה, ad formam הַרְבֵּה, הַמְשֵׁל (coll. תּוֹר i. q. תּוֹרָה), nulla veri specie (v. exempla ad no. 1 laudata).

הוֹדִיָּה (maiestas Jovae) n. pr. viri Neh. VII, 43, pro quo הוֹדַוְיָה 1 Par. IX, 7.

הוֹדַוְיָה (pro הוֹדוֹ יָהּ Jova decus eius, vel pro הוֹדוּ יָהּ laudate Jovam) n. pr. virorum 1) 1 Par. V, 24. 2) IX, 7. 3) Esr. II, 40.

הוֹדַוְיָהוּ (id.) n. pr. viri 1 Par. III, 24.

נָהָה 1) *eiulavit*, *lamentatus est* pr. clamavit הָהּ, אֲהָהּ. (Syr. ܢܗܐ, aeth. ነሀየ: ingemuit, cf. ላሐወ: lamentatus est). Ez. XXXII, 18: נְהֵה עַל הֲמוֹן מִצְרַיִם Vulg. cane lugubre super multitudinem Aegypti. Mich. II, 4: וְנָהָה נְהִי *canent lugubre carmen* (cf. infra נִהְיָה). — 2) clamavit, vociferatus est. Inde

Niph. congregavit se, pr. convocatus est (cf. זָעַק Ni. congregari), ut chald. אִתְנְהִי. 1 Sam. VII, 2: וַיִּנָּהוּ כָּל בֵּית יִשְׂרָאֵל אַחֲרֵי יי *et congregata est omnis domus Israëlis post Jovam* i. e. omnes uno animo eum sequebantur, cf. מִלֵּא אַחֲרֵי יי, הָלַךְ אַחֲרֵי יי. Bene Targ. וְאִתְנְהִיאוּ כָּל־בֵּית יִשְׂרָאֵל בָּתַר פֻּלְחָנָא דַיי, quae male in Polyglottis ex Vulg. redduntur: *et quieti fuerant* cet. immo: et congregati sunt. Eandem explicationem memorat Kimchius, eaque contextui longe accommodatior est ea, quam primo loco posuit: התאבלו על מעשיהם הרעים ושבו אחרי יי. Sic Jer. III, 17 Targ. יִתְנְהוֹן לְמִפְלַח קֳדָם pro hebr.

נַפְשׁוֹ נְקוּו אֵלֶיהָ; ibid. XXX, 21: יִתְנַהוֹן לְפַלְחֵי pro hebr. אֵלַי, cf. XXXI, 22. XXXIII, 13. Hos. II, 15. 16. III, 3. 5.

נְהִי, in pausa נֶהִי m. *lamentatio, carmen lugubre.* Jer. IX, 9. 17—19. XXXI, 15. Am. V, 16. Mich. II, 4.

נִהְיָה Mich. II, 4 fem. praecedentis esse volunt (ad formam לִוְיָה), ita ut iungantur verba: נָהָה נְהִי נִהְיָה *lamentantur lamentationem lamentationis* i. e. misere lamentantur. Sed praestat, נִהְיָה etiam h. l. non alio sensu accipere, quam certo et usitato (p. 375), quo est Niph. verbi הָיָה. Redde igitur cum Lud. de Dieu: *et canent carmen lugubre, actum est, inquient, perditi sumus.* Ceterum lusus verborum inest in verbis נְהִי נִהְיָה.

נִי incertae auctoritatis vocabulum, quod Hebraei dictum volunt pro נְהִי (ut יהי contr. יו, יִקְטֹל pro יְהַקְטֹל), Ez. XXVII, 32: וְנָשְׂאוּ אֵלַיִךְ בְּנִיהֶם קִינָה, quod reddunt: *tollentque super te in lamentatione sua carmen lugubre.* Sed 11 libri scripti, complures editi veteres, LXX (cum Arabe), Theod. et Syr. vel exhibent vel vertendo exprimunt בְּנֵיהֶם, quod praefero. Nam quum crebrius legatur locutio נָשָׂא קִינָה sq. אֶל vel עַל, Ez. XIX, 1. XXVI, 17. XXVII, 2. XXVIII, 12. XXXII, 2. Am. V, 1, nusquam additur otiosum illud: בְּנִי *in lamentatione* (quanquam קִינָה et נְהִי sibi respondent Jer. IX, 19), contra non inepte carmen lugubre *iuventuti* tribuitur cf. XXXII, 16.

הִי (pro נְהִי) *lamentatio.* Ez. II, 10.

נֹהַּ v. rad. נוּהַּ.

נָהַל rad. in Kal inusit., quae fluendi et eundi significatum habuisse videtur, ut cogn. נָהַר no. 1, cf. נַחַל rivus. Alb. Schult. (Origg. hebr. 1, 7) conferebat arab. نَهِلَ primo haustu bibit, opp. عَلَّ altero hausto bibit (camelus), provocans ad exempla Ps. XXIII, 2. XXXI, 4, sed in his bibendi usus accessorius est. Inde

Pi. נִהֵל, fut. יְנַהֵל 1) *duxit*, Ex. XV, 13. 2 Par. XXVIII, 15: וַיְנַהֲלוּם בַּחֲמֹרִים *eosque ducebant asinis vectos.* Spec. *aquatum duxit* Ps. XXIII, 2: עַל־מֵי מְנֻחוֹת יְנַהֲלֵנִי *ad aquas tranquillas me ducit.* XXXI, 4. Jes. XLIX, 10. Inde cum notione curae et tutelae (Jes. LI, 18). — 2) *tuitus est* 2 Par. XXXII, 22 (cf. הֵנִיחַ 1 Par. XXII, 18) וַיְנַהֲלֵם מִסָּבִיב Vulg. et praestitit iis quietem per circuitum, it. *sustentavit* (nostr. durchbringen) Gen. XLVII, 17: וַיְנַהֲלֵם בַּלֶּחֶם *et sustentavit eos pane*, cf. כִּלְכֵּל comm. 12. LXX. ἐξέθρεψεν. Vulg. sustentabat. Targ. Syr. alebat.

Hithp. incessit Gen. XXXIII, 14. Inde

נַהֲלָל m. 1) *pascuum*, quo pecus *agitur* (ut מִדְבָּר a דָּבַר) Jes. VII, 19. Ita ego proposui in Comment. ad h. l. probantibus Winero, Hitzigio, Maurero al. In alia omnia abeunt et veteres et recentiores interpp. LXX. ῥαγός, Vulg. *foramen* (qs. a חלל). Targ. *domus laudis* (qs. a הלל). Saad. et Abulw. الينبوت siliqua nabataea, ex mera coniectura, ut congrueret cum נַעֲצוּץ. Kimchi: מין ממיני העצים השפלים והפחותים. Alb. Schult. (Origg. l. c.) *locus aquationis* coll. مَنْهَل; sed iam supra diximus, radd. נָהַל et نهل vix ullam inter se necessitudinem habere. — 2) n. pr. oppidi Sebulonitarum Iud. I, 30, quod Jos. XIX, 15 נַהֲלָל vocatur.

נָהַם fut. יִנְהֹם 1) *fremuit* (knurren, brummen), vox propria de voce leonis iuvenis (Prov. XIX, 12. XX, 2), distinguenda illa a rugitu (שָׁאַג), quanquam leoni adultiori quoque tribuitur Prov. XXVIII, 15. (Radix onomat. vic. הָמָה q. v. pag. 383. Arab. نَهَمَ rugiit leo, praesertim, ubi minatur, barrivit elephas, it. graviter anhelavit vir, نَهِيم et نَهَامَة leo: minus est نَأَمَ. Syr. ܢܗܡ itid. de voce leonis iuvenis Ephr. Opp. II, 417, it. de gemitu graviore, v. Cast., ܢܘܗܡܐ fragor Act. Mart. II, p. 195). Transfertur ad fremitum maris Jes. V, 30, ad gementium voces (cf. הָמָה) Ezech. XXIV, 23. Prov. V, 11. Inde

נַהַם m. *fremitus* leonis iuvenis Prov. XIX, 12. XX, 2 et

נְהָמָה f. st. cstr. נַהֲמַת *fremitus* maris Jes. V, 30, gemitus afflictorum Ps. XXXVIII, 9.

נָהַק fut. יִנְהַק *rudit*, de asino esuriente Iob. VI, 5, de hominibus miseris et famelicis XXX, 7. (Chald. et arab. נְהַק, نَهَقَ et نَهِقَ. Radd. cognatae sunt נָאַק, אָנַק, אָנַה).


I. נָהַר *fluxit.* (Arab. نَهَرَ fluxit aqua, max. copiose fluxit. Gauhari: نهر الما اذا جرى في الارض وجعل لنفسه نهرا i. e. نهر *usurpatur de aqua, quae ita fluit per terram, ut sibi rivum fluviumve faciat.* It. aquam effodit, sed hoc est denom. a نَهْر, نَهَر fluvius). In V. T. tantummodo metaph. de populo in locum confluente Jes. II, 2: וְנָהֲרוּ אֵלָיו כָּל־הַגּוֹיִם *et confluent ad eum* (Zionem) *omnes populi* (cf. Mich. IV, 1, ubi עַל pro אֶל). Jer. XXXI, 12. LI, 44.

נָהָר m. cstr. נְהַר pl. נְהָרִים Jes. XVIII, 2. 7. XXXIII, 21. Hab. III, 8, cstr. נַהֲרֵי Jes. XVIII, 1. Iob. XX, 17, saepius נְהָרוֹת (m. Ps. XCIII, 3. Cant. VIII, 7) cstr. נַהֲרוֹת, *flumen* 1) das Strömen, die Strömung. Jon. II, 4: וְנָהָר יְסֹבְבֵנִי *et* (maris) *flumen me circumdat* (cf. ἀψόρροος ῥέεθρα Il. ξ', 245). De aqua maris etiam Ps.

XXIV, 2. Iob. XX, 17: נַהֲרֵי נַחֲלֵי דְבַשׁ וְחֶמְאָה *flumina rivorum lactis et mellis.*

2) *fluvius, amnis.* Gen. II, 10. 14. Iob. XIV, 11. XXII, 16. XL, 23 cet. (Arab. نَهْرٌ, نَهَرٌ, syr. ܢܗܪܐ id.). Ponitur sq. genit. regionis, ut נְהַר מִצְרַיִם fluvius Aegypti i. e. Nilus Gen. XV, 18, נְהַר גּוֹזָן fluvius Gauzanitidis i. e. Chaboras 2 Reg. XVII, 6, נַהֲרֵי כוּשׁ amnes Aethiopiae (Nilus, Astaboras) Jes. XVIII, 1. Zeph. III, 10, נַהֲרוֹת בָּבֶל (Euphrates cum canalibus eius) Ps. CXXXVII, 1, נַהֲרוֹת דַּמֶּשֶׂק 2 Reg. V, 12; it. sq. nomine proprio fluvii per apposit., ut נְהַר פְּרָת fluvius Euphratis Gen. XV, 18. נְהַר כְּבָר Chaboras fluvius Ez. I, 1. 3. Cum art. הַנָּהָר fluvius κατ' ἐξοχὴν dictus est *Euphrates* (etiam arab. passim النهر) Gen. XXXI, 21. Exod. XXIII, 31. 2 Par. IX, 26. Jes. VIII, 7. XI, 15 (unde saepe עֵבֶר הַנָּהָר terra transeuphratensis, v. עֵבֶר), plenius הַנָּהָר פְּרָת 1 Par. V, 9, הַנָּהָר נְהַר פְּרָת Deut. XI, 24, הַנָּהָר הַגָּדוֹל נְהַר פְּרָת Gen. XV, 18. Deut. I, 7. Jos. I, 4, poët. etiam sine art. Jes. VII, 20. Jer. II, 18. Mich. VII, 12. Zach. IX, 10. Ps. LXXII, 8. (Sed כַּנָּהָר Jes. XLVIII, 18. LIX, 19 est: *sicut fluvius*, et articulus ibi positus est ex lege pag. 361 A exposita). Semel contextu iubente נָהָר est Nilus Jes. XIX, 5, et Ps. XLVI, 5 multi intpp. Siloam intelligunt: quod per linguae usum ferri potest, quandoquidem נָהָר etiam de minoris moduli aquis (2 Reg. V, 12, max. Iob. XXVIII, 11) usurpatur: quanquam praestabit, *fluvium, cuius rivi irrigant urbem Dei* per imaginem de templo intelligere, unde salus et tutela redundet in urbem sanctam. Salutis et abundantiae imaginem fluvius praebet etiam Jes. XLVIII, 18. LXVI, 12.

נַהַר id. (arab. نَهْرٌ). Inde dual. נַהֲרַיִם *uterque fluvius* i. e. Tigris et Euphrates, unde אֲרַם נַהֲרַיִם Syria interamnis h. e. Mesopotamia, v. אֲרָם. Syr. ܒܝܬ ܢܗܪ̈ܝܢ quod inter fluvios est, pro gr. *Μεσοποταμία* Act. II, 9. Non alia regio esse potest, quae in monumentis Aegyptiacis signis phoneticis scribitur (v. CHAMPOLLION gramm. p. 150. 159):



i. e. No. 1 NHRINA (fortasse rectius NHRAIN, ex lege a Lepsio exposita, Lettre à Rosellini p. 40), No. 2 NHRN, addito determinativo *terram regionemve* indicante, qua in appellatione ab Aegyptiis recepta prior pars nominis abiecta est, ut אֲרַם מַעֲכָה 1 Par. XIX, 6 et מַעֲכָת Jos. XIII, 13; בֵּית בַּעַל מְעוֹן et בַּעַל מְעוֹן, יְמִינִי pro בִּנְיָמִינִי al.

נְהַר emph. נַהֲרָא, נַהֲרָה chald. *flumen, fluvius* Dan. VII, 10, emphat. de Euphrate κατ' ἐξοχὴν Esr. IV, 10 sqq. V, 3. VI, 6 sqq. VII, 21. 25.

מִנְהָרָה f. semel legitur Iud. VI, 2: מִפְּנֵי מִדְיָן עָשׂוּ לָהֶם בְּנֵי יִשְׂרָאֵל אֶת־הַמִּנְהָרוֹת אֲשֶׁר בֶּהָרִים וְאֶת הַמְּעָרוֹת וְאֶת הַמְּצָדוֹת *metu Midianitarum faciebant sibi Israëlitae antra in montibus et speluncas et arces* i. e. antra et speluncas sibi instruebant, habitabiles fecerunt, arces exstruebant, ut ibi tuti essent a Midianitis. Sic LXX. τρυμαλίας. Vulg. *antra*. Targ. מְטַמּוֹרְיָתָא spelunca subterranea, et sic quoque intpp. Hebraei, quibus מִנְהָרָה est *foramen lucis* (a נָהַר no. II), inde *specus* coll. מְאוּרָה Jes. XI, 8. Sed magis placet Alb. Schult. (ad Iob. p. 49), qui coll. arab. مَنْهَرَةٌ, مَنْهَرٌ, quod *canalem fossamve inter singula praedia* significat, *in quam purgamenta abiiciunt*, מִנְהָרָה interpretatur *fissuram montis rupisve aqua cavatam* (a rad. נָהַר no. I fluxit), qualis graece φάραγξ, ῥαγάς, ῥαγή (Schrund) appellatur (cf. ad rem Jes. II, 19. 21). Quod ed. 1. contuli arab. نَهَرَ fodit, unde מִנְהָרָה possit esse *caverna effossa*, nunc non probo, quum hoc verbum non aliam *fossionem* significet, quam quae ad aquam eliciendam fiat (v. supra rad.): et minus etiam cum Studero ad h. l. arcessiverim arab. نار med. Vav: *fugit, abhorruit a re*, ut מִנְהָרָה sit refugium.

II. נָהַר *splenduit, luxit.* (Chald. id. Pa. et Aph. causat. Syr. et Sam. id. Idem est נוּר arab. نار q. v., cf. ad ה litt. p. 360). In V. T. nonnisi metaph. *exhilaratus est, gavisus est*, a luce s. nitore vultus sereni (v. אוֹר litt. g). Ps. XXXIV, 6. Jes. LX, 5. — Sunt, qui fluendi et lucendi vim inter se concilient, ut Alb. Schult. (ad Iob. p. 49) „quia lumen fluminis instar e sole ceu fonte emanet (Lucret. 5, 282)", et Maurerus „quod aqua fluens luceat": mihi duplex radix esse videtur, altera proprie Hebraea et Arabica, altera Aramaea.

נְהָרָה f. *lux, lumen diurnum.* Iob. III, 4. Ita arab. نَهَارٌ, quod Firuzabadius (p. 677) explicat: ضياء ما بين طلوع الفجر الى غروب الشمس او من طلوع الشمس الى غروبها *lumen, quod ab aurora durat usque ad occasum solis, vel ab ipsius solis ortu usque ad occasum eius*, unde لَيْلًا وَنَهَارًا noctu et interdiu.

נְהוֹר chald. emph. נְהוֹרָא, *lux* Dan. II, 22 Keri, et saepe in Targg., ut Gen. I, 3. 5. 14. 16. In Chethibh est נְהִירָא, ut syr. ܢܘܗܪܐ.

נַהִירוּ f. chald. *illuminatio*, metaph. de intelligentia, sapientia. Dan. V, 11. 14. Syr. ܢܘܗܪܬܐ id.

נוּא rad. in Kal incertae auctoritatis (Num. XXXII, 7 Chethibh), quae *renuendi*, *recusandi*, *negandi* vim habet, ut aliae permultae, quarum syllaba primaria est נא, נע, נח, et quae his vicinae sunt, מא, מה, לא, et transp. אן, ut نأنأ et نهنه prohibuit, impedivit, نها prohibuit, نعنع distitit, recessit, نحنح repulit, مه, مَهْ cave, abstine; מִהְמַהּ negavit, recusavit, Hithp. tergiversatus, cunctatus est, مهمه prohibuit, II. abstinuit, sam. ࠌࠀࠍ noluit, recusavit; Mem et Nun coniunctis: מֵאֵן et מָנַע منع prohibuit, recusavit, ܡܣܠ reiecit, reprobavit; לֹא negare, unde לא non; transp. אין et אַיִן, unde אַיִן, אַיִן cet. Quarum radicum originem si in ipsis linguis Semiticis quaerere placet, non inepte eam revoces ad rad. נוּעַ *nuere*, cum nimirum capitis nutum, quo aliquid *renuere* (durch Kopfschütteln verneinen, abschlagen) solemus. Sed syllabae *ne*, *na*, *an* etiam in linguis Indogermanicis eadem vi pollent, v. sanscr. *na* non, *an* et *a* privativum, pers. نا et نه, zend. *an* et copt. ⲀⲚ non (unde Ⲛ et Ⲙ et ⲘⲚ, litterae et syllabae vocibus praefixae); gr. *νη* in *νήπιος*, *νημερτής*, *ἄνευ*, it. *μή*; lat. *ne*, *non*, *in* adiectivis praemissum; germ. vet. *ni*, *niht* cet.

Hiph. הֵנִיא 1) *renuit*, *recusavit*. Fut. abiecto Aleph יָנִי Ps. CXLI, 5, ubi 36 codd. plenius legunt יָנִיא. — 2) *cohibuit*. Num. XXX, 6: אִם־הֵנִיא אָבִיהָ אֹתָהּ *si cohibet eam pater*. V. 9. 12. Sq. מִן *avertit*, *abalienavit* ab aliquo Num. XXXII, 7: לָמָּה תְנִיאוּן אֶת לֵב בְּנֵי יִשְׂרָאֵל מֵעֲבֹר *cur avertitis animum Israëlitarum*, *ne transeant* cet. Sq. לְבִלְתִּי Comm. 9. Cod. Sam. הנא, ינא, qs. a rad. נאא. — 3) *ad nihilum redegit* (vernichten), irritum fecit. Ps. XXXIII, 10: הֵנִיא מַחְשְׁבוֹת עַמִּים, parall. הֵפִיר.

תְּנוּאָה f. 1) *alienatio*, Dei ab hominibus. Num. XIV, 34: וִידַעְתֶּם אֶת־תְּנוּאָתִי *experiemini alienationem meam* i. e. quid sit, auxilio meo orbari. Gr. Venet. *τὴν ἀνάνευσίν μου*. — 2) *inimicitia*. Iob. XXXIII, 10: הֵן תְּנוּאוֹת עָלַי יִמְצָא *ecce! inimicitias quaerit contra me*. Cf. arab. ناوأ med. Vav. Conj. III. surrexit contra aliquem.

נָא *crudus*, v. rad. נִיא.

נוּב *pullulare*, *germinare*. (Origo est in scaturiendo, ebulliendo, quam vim habet syllaba נב habentque radd. ab ea ordientes, ut נָבַע, نبع, نبغ, نبط, نبج, eaque modo ad pullulandi potestatem translata est, ut نبا, نبت, modo ad proloquendi, ut נָבָא, aeth. ነበበ, arab. نبس, نبص, et eminendi vim, ut נָבַה, نبكى Conj. VIII. eminuit, نبر extulit, accrevit). Varie transfertur a) ad homines in senectute vegetos. Ps. XCII, 15: עוֹד יְנוּבוּן בְּשֵׂיבָה *adhuc senes pullulant*, vegeti sunt instar plantae viridis et succulentae. b) ad opes, quae incrementa capiunt. Ps. LXII, 11: חַיִל כִּי יָנוּב. c) ad os verba qs. propullulans, Prov. X, 31.

Pi. נוֹבֵב *germinare fecit*, *produxit* Zach. IX, 17.

נוֹב Jes. LVII, 19 Chethibh i. q. נִיב q. v.

נִיב m. *proventus* Mal. I, 12. Metaph. נִיב שְׂפָתַיִם *proventus labiorum* Jes. LVII, 19 Keri, pr. quivis sermo (cf. Prov. XVIII, 20: מִפְּרִי פִי אִישׁ תִּשְׂבַּע בִּטְנוֹ תְּבוּאַת שְׂפָתָיו יִשְׂבָּע. X, 31), sed spec. Dei laudes ex ore hominum promanantes, gratiarum actiones, unde Jes. l. c. *creo proventum labiorum* i. e. efficio, ut me celebrent, mihi gratias agant (cf. Ps. XL, 4. XLII, 12. XLIII, 5). Similis locutio erat Hos. XIV, 3: נְשַׁלְּמָה פָרִים שְׂפָתֵינוּ, ubi LXX *ἀνταποδώσομεν καρπὸν χειλέων* e scriptura פְּרִי שְׂפָתֵינוּ, quae haud scio an genuina sit. De gratiarum actione haec habes etiam Hebr. XIII, 15: *ἀναφέρωμεν θυσίαν αἰνέσεως διαπαντὸς τῷ θεῷ, τουτέστι καρπὸν χειλέων ὁμολογούντων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ*. In Chethibh est נוב, quod in Targg. est pro פְּרִי, צֶמַח Hos. VIII, 7. IX, 16.

נֵיבַי (fort. fructifer) n. pr. viri Neh. X, 20.

נָבוֹת (fructus, proventus) n. pr. viri Jesreëlitae, qui Ahabi et Isabellae artibus supplicium passus est, ut vineam ei eriperent 1 Reg. XXI, 2 sqq. 2 Reg. IX, 21. 25. 26. LXX. *Ναβουθαί*.

תְּנוּבָה f. *proventus* Jes. XXVII, 6, arboris Iud. IX, 11, agri Deut. XXXII, 13. Ez. XXXVI, 30, pl. Thren. IV, 9.

נוּד 1) *moveri*, *agitari*, vic. radici נָדַד. (Arab. ناد med. Vav, nutavit, movit caput, ut prae somnolentia. IV. commotus et agitatus fuit ramus. Syr. ܢܳܕ commotus, concussus, territus est. Aph. commovit, ܢܘܕܐ commotio. Adde sanscr. *nud* agere, agitare, incitare, concitare). De arundine vento agitata 1 Reg. XIV, 15. Inde

2) *vagari*, *profugum esse* de ave et homine Prov. XXVI, 2, de homine Jer. IV, 1. Gen. IV, 12: נָע וָנָד *vagus et profugus*. 14. Ps. LVI, 9: נֹדִי סָפַרְתָּה *vagationes meas* (i. e. fugas, exilia mea) *numerasti*; it. fugit Ps. XI, 1: נוּדוּ צִפּוֹר. Jer. XLIX, 30. L, 3. 8. Translate Jes. XVII, 11: נֵד קָצִיר *fugit messis* i. e. ablata est messis, ut Vulg. Sed vide infra ad נֵד.

3) *miserari*, *commiserari*, bemitleiden (quod agitatione capitis significatur cf. Iob. XVI, 4. 5). Sq. לְ Jer. XV, 5. XVI, 5. XLVIII, 17, inde a) *consolari* afflictum, sq. לְ pers. Iob. II, 11: לָנוּד לוֹ וּלְנַחֲמוֹ. XLII, 11. Jes. LI, 19: מִי יָנוּד לָךְ. Jer. XVI. 5. Nah. III. 7. Ps. LXIX, 21. — b) *deplorare* mortuum Jer. XXII, 10. (Syr. ܢܘܕܐ tristitia B. B.).

Hiph. הֵנִיד 1) causat. *vagari fecit*, *expulit*. 2 Reg. XXI, 8. Ps. XXXVI, 12. — 2) i. q. Kal *agitavit* capite

(בְּרֹאשׁ), quod illudentium est (cf. הֵנִיעַ רֹאשׁ) Jer. XVIII, 16 (parall. שְׁרִיקוֹת עוֹלָם).

Hoph. part. מֻנָּד 2 Sam. XXIII, 6 *exagitatus, expulsus*, sed R. b. Ascher habet מֻנָּד, a rad. נָדַד.

Hithp. הִתְנוֹדֵד 1) *huc illuc agitatus est, nutavit*, de terra concussa Jes. XXIV, 20; *caput agitavit* (ad illudendum, cf. Hiph. Jer. XVIII, 16). Jer. XLVIII, 27. Parall. שָׂחַק. — 2) *ploravit* Jer. XXXI, 18.

נוּד chald. *fugit*. Dan. IV, 11.

נוֹד m. *fuga, exsilium* (Ps. LVI, 9), inde n. pr. regionis, in quam fugiebat Kainus extorris factus Gen. IV, 16.

נִיד solatium (v. rad. no. 3, a). Iob. XVI, 5: נִיד שְׂפָתַי *solatium labiorum meorum* i. e. inane (v. שָׂפָה).

נִידָה Thren. I, 8, v. rad. נָדַד. Alii *agitationem, vagationem* interpretantur. Targ. טַלְטוּל. Jarchi: גּוֹלָה.

נֵד m. *acervus, agger* fort. a vacillando et nutando dictus, quoniam acervus v. c. mergitum paullo altior vento agitatur et nutat. (Arab. نَدٌّ collis in altum exsurgens, ingens cumulus aggerve ex luto, quod quidem vc. tum in rad. نَدَّ, tum in ناد, commodo etymo caret). Ubique poet. de fluctibus maris. Ps. XXXIII, 7: כֹּנֵס כַּנֵּד מֵי הַיָּם *coacervat, ut aggerem, aquas maris.* Similiter Ex. XV, 8: נִצְּבוּ כְמוֹ נֵד נֹזְלִים *stabant instar aggeris undae.* LXX. ὡσεὶ τεῖχος, et sic eodem nexu XIV, 22 habes חוֹמָה. Jos. III, 13. 16. LXX. ὡς σωρός. Ps. LXXVIII, 13. Ad rem cf. Virg. Ge. 4, 361: ut illum curvata in montis faciem circumstetit unda cet. — Jarchius ad hanc vocem refert etiam נֵד קָצִיר Jes. XVII, 11 et *acervum mergitum* intelligit, hac sententia: sed *acervus messis* (i. e. messis) *erit tempore aegritudinis et doloris gravissimi*, cui obstat, quod non de messe frugum, sed de vindemia egerat propheta. Malo igitur נֵד cum Vulg. pro 3 praet. verbi habere (v. rad.). Sic etiam Aben Esra et Kimchius, sed hac sententia: *nutat ramus*, quae iusto frigidior esse videtur. Non probabilia de h. l. tentavit Böttcherus, specc. p. 184, cui נֵד est i. q. נִדָּה acervus quisquiliarum a rad. נָדַד i. q. נָדָה removit, et קָצִיר (contra linguae usum) ligna amputata, sarmenta, ut sententia sit: *acervus sarmentorum est die aegritudinis*, vel (quod magis feras): *purgamenta sunt messis* cet.

מָנוֹד m. *agitatio*. Ps. XLIV, 15: מְנוֹד רֹאשׁ *agitatio capitis*, qui gestus est illudentium, concr. is cui agitato capite illudunt. Parall. מָשָׁל.

[נָוָה] rad. inusit. Arab. نَاهَ eminuit, elata fuit res v. c. aedificium, caput extulit camela, procera fuit herba. Transfertur ad honores et dignitates. „In Eutychii Annalibus p. 278 Alex. M. detecturus Darii interfectorem, dixisse legitur انى اقسم بالله قسما لانوهن به ولارفعنه نوف اصحابى كلهم *sancte per Deum iuro, ipsum exaltatum iri et a me super omnes socios meos evehendum.* Non minus evidens est locus Haririi, Cons. 17 (p. 178 de Sacy): ارتفاع الاخطار باقتدام [de Sacy: اقتحام] الاخطار وتنوه الاقدار بمواتاة الاقدار *celsitas bonorum* obtinetur *per suscepta pericula* [temeritatem periculorum], *et altitudo dignitatum per concessionem fatorum.*“ Lentz in dissert. Lugdd. p. 1005. Conj. III. laudibus extulit aliquem, v. c. Saad. Exod. XXXV, 30. „Disertior est locus in Epicediis vetustis ab Ibn Alarabi collectis, quem Cl. Praesidi (N. G. Schroedero) debeo: الا نوّه الداعى بالليل فاسمعا بمخرق [lege بخرق] كريم كان فى الناس اروعا *enimvero dilaudavit praeco noctu atque celebravit munificum, liberalem, inter homines praecellentem.*“ Lentz l. c. (Cf. ad נָוָה Hiph.). Inde esse videtur ἅπαξ λεγόμ.

נֹהַּ m. *res eminens, magnifica, ornamentum.* Ezech. VII, 11: וְלֹא נֹהַּ בָּהֶם *nihil magnifici* remanet *inter illos* i. e. cuncta spoliantur et diripiuntur ab hostibus. LXX cod. Alex. οὐδὲ ὡραϊσμὸς ἐν αὐτοῖς, unde Arabs: ولا التباهى فيهم *et nihil ornati s. pulchri in iis.* Hebraeis נֹהַּ dictum videtur pro נְהִי (formae קֹדֶשׁ) lamentatio, a rad. נָהָה, parum apte ad contextum.

[נָוָה] i. q. נָאָה 1) *sedit, quievit.* Hab. II, 5 de Chaldaeo: גֶּבֶר יָהִיר וְלֹא יִנְוֶה *vir superbus, is non quiescit,* i. e. domi sedere, in otio et pace vivere non potest, semper nova molitur, turbas et bella quaerit; it. *habitavit,* v. נָוֶה, נָוָה. — 2) *decorus fuit* (quod quomodo pendeat ex sedendo, supra monstravimus, rad. נָאָה Pil.).

Hiph. ornavit (laudibus), *celebravit.* Ex. XV, 2: זֶה אֵלִי וְאַנְוֵהוּ *hic est deus meus et celebrabo eum.* Parall. אֲרֹמְמֶנְהוּ. LXX. δοξάσω αὐτόν. Vulg. *glorificabo eum.* Syr. id. Sed Chald. Kimchius al. *aedificabo ei sanctuarium*, contra nexum sententiarum. Lentzius (in diss. Lugdd. p. 1005) אנוהו revocat ad rad. נוּהַ (de qua cummaxime diximus), unde אַנְוֵהוּ vel אֲנוּהֵהוּ eandem sententiam praeberet: *effero eum.* Sed mihi non persuadeo, ה in ista forma radicale esse, et in vulgari sententia acquiescere malo. Inde

נָוֶה cstr. נְוֵה, cum Suff. נָוְךָ, נָוֵהוּ, נְוֵהֶם m. A) adj. 1) *sedens, habitans.* Fem. cstr. נְוַת. Ps. LXVIII, 13: נְוַת בַּיִת *habitatrix domus* i. e. matrona, mater familias, quae domi se continet (cf. Iud. V, 24: נָשִׁים בָּאֹהֶל et 2 Reg. IV, 13 de Sunamitide: בְּתוֹךְ עַמִּי אָנֹכִי יֹשָׁבֶת i. e. *in media familia mea sedeo* i. e. in umbra domus et parietum vivo), opp. tum viris, qui foras bello negotiisque vacant, tum mulieribus impudicis (chald. נָפְקַת בַּר), gr. οἰκουρός, custos domi (quo etiam de cane domum custodiente utuntur) Tit. II, 5. Eurip. Hecub. 1261. Athen. 13 p. 590, οἰκούρημα Eur. Orest. 924, lat. domiseda et casta Inscr. Orell. no. 4639, cf. arab. حَصَان I. II.

domi se continuit mulier i. e. casta, pudica fuit Cor. 24, 33. 66, 12, حَاصِنٌ mulier pudica, مُخَدَّرَةٌ puella in interiore aedium sedens. Fessel. Advers. s. p. 135. In eandem sententiam LXX. ὡραιότης τοῦ οἴκου. Syr. ܫܘܦܪܐ ܕܒܝܬܐ. Vulg. species domus i. e. uxor, ut decus familiae („uxorem olim speciem domus vocatam exemplis probat Roa, p. 2. sing. p. 160" Geier.). Luth. die Haus-Ehre. — *Familiam* interpretatur Munsterus (pr. *habitationem* pro *habitatoribus*), et eodem inclinat Böttcherus, specc. p. 95. 96 („das Gelager des Hauses"): sed vulgaris ratio praestat, quam temere vel sollicitare vel deserere non debebant. — 2) *decorus*, f. נָוָה decora. Jer. VI, 2.

B) subst. *sedes*, inde, sed nonnisi in sermone poëtico et sublimiore (2 Sam. XV, 25), 1) *habitatio* a) hominum. Jes. XXVII, 10. XXXIII, 20. Prov. III, 33. XXI, 20. XXIV, 15. Iob. V, 3. XVIII, 15. Ps. LXXIX, 7. Jer. X, 25, נְוֵה שָׁלוֹם Jes. XXXII, 18, נְוֵה צֶדֶק Jer. XXXI, 23. L, 7, נְוֵה אֵיתָן habitatio perpetua L, 44. b) Dei. 2 Sam. XV, 25. Jer. XXV, 30. Exod. XV, 13: נְוֵה קָדְשֶׁךָ *habitatio tua sancta.* c) bestiarum. Jes. XXXIV, 13: נְוֵה תַנִּים *habitatio thoum.* XXXV, 7. — 2) *pascuum,* in quo greges *consident,* procumbunt. Semel in oratione pedestri. 2 Sam. VII, 8: אֲנִי לְקַחְתִּיךָ מִן הַנָּוֶה. Saepe poët. Hos. IX, 13: *Tyrus* שְׁתוּלָה בְנָוֶה *plantata in pascuo.* Iob. V, 24: פָּקַדְתָּ נָוְךָ *lustras pascuum tuum* i. e. gregem tuum. Sq. genit. נְוֵה צֹאן pascuum gregis Jes. LXV, 10, parall. רֵבֶץ בָּקָר; נְוֵה גְמַלִּים Ez. XXV, 5, נְוֵה רֹעִים Jer. XXXIII, 12. Plur. Jer. XXIII, 3. Pro plur. cstr. utuntur forma נְאוֹת, v. rad. נָאָה.

נָוָה f. A) adj. fem. *habitans*, *decora* v. נָוֶה litt. A.

B) subst. i. q. נָוֶה litt. B. 1) *sedes*, poët. *habitatio*, hominum. Iob. VIII, 6. 2) *pascuum.* Plur. cstr. נְוֹת רֹעִים Zeph. II, 6.

נָוִית 1 Sam. XIX, 18. 19. 22. 23. XX, 1 Chethibh, ubi Keri נָיוֹת (habitationes) n. pr. habitationis prophetarum in Rama.

נוּחַ fut. יָנוּחַ 1) *requiescere*, *considere*, *demittere se* ad quietem in aliquo loco captandam. LXX saepe ἀναπαύω. (Origo est in respirando, spiritum ducendo, הֵשִׁיב רוּחַ, cf. arab. cogn. راح I. II. IV. X requievit, quievit, pr. spiritum duxit, ex quo pendet etiam germ. *ruhen* [ruchen], eiusdem stirpis atque *riechen* [germ. inf. *ruken, rüken*, cf. *ruahen* desiderare]. Arab. ناخ spec. est: in genua procubuit camela, ut iniri possit, vel oneris imponendi caussa. Conj. IV causat. مُنَاخٌ locus, ubi cameli procumbunt. Har. 4, 12. 5, 130 Schult. Syr. et chald. i. q. hebr. Sam. ࠍࠅࠇ pectus in quo requiescunt. Aethiop. ኖኀ: respiravit, requievit, cf. ad נָוֶה). — Dicitur de planta pedis humani Jos. III, 13, de exercitu Jes. VII, 2. 2 Sam. XXI, 10 (arab. ناخ IV. castra posuit), de agmine avium, locustarum, muscarum Ex. X, 14. 2 Sam. XXI, 10. Jes. VII, 19, it. de inanimatis, ut de arca Noachi Gen. VIII, 4, de arca foederis Num. X, 36. Constr. absol. Num. l. c., sq. בְּ Ex. l. c. Jos. III, 13. Jes. VII, 19 et עַל loci Gen. VIII, 4. 2 Sam. XXI, 10. Jes. VII, 2. Metaph. de spiritu divino in aliquem se demittente, sq. עַל Num. XI, 25. 26 (cf. no. 2, c).

2) *quiescere.* Absol. de hominibus et bestiis Exod. XXIII, 12. Deut. V, 14. Iob. III, 26. Jes. LVII, 2, de Deo Exod. XX, 11, de terra Jes. XIV, 7, spec. de quiete mortis Prov. XXI, 16. Iob. III, 17. Dan. XII, 13. Dicunt etiam impers. נוּחַ לִי quies est mihi i. e. quiesco. Iob. III, 13. Jes. XXIII, 12. Neh. IX, 28. Spec. a) quiescere a labore i. q. שָׁבַת Exod. XX, 11. XXIII, 12. Deut. V, 14. b) a vexationibus et calamitatibus Jes. XIV, 7 Iob. III, 26, sq. מִן. Esth. IX, 22. c) i. q. *residere, commorari.* Eccl. VII, 9: *aegritudo residet in sinu stulti.* Prov. XIV, 33. Ps. CXXV, 3: *non residebit improbi sceptrum super sorte probi.* — De spiritu divino, qui quiescit s. commoratur super aliquo, sq. עַל 2 Reg. II, 15. Jes. XI, 2, de manu divina Jes. XXV, 10. — d) *quietus fuit, siluit.* 1 Sam. XXV, 9. Sq. לְ: *tacite ferre*, intueri aliquid (cf. הֶחֱרִישׁ לְ). Hab. III, 16: אָנוּחַ לְיוֹם צָרָה.

Hiph. duplicis et formae est et significationis

A) הֵנִיחַ 1) *demisit*, *deposuit* aliquem in aliquo loco, c. acc. et בְּ et אֶל loci, Ez. XXXVII, 1. XL, 2; *remisit* manum (opp. הֵרִים) Ex. XVII, 11; *immisit* flagellum in aliquid (die Geissel ruhen lassen *auf* etwas) sq. עַל Jes. XXX, 32, sed contra הֵנִיחַ בְּרָכָה אֶל Ez. XLIV, 30. Metaph. הֵנִיחַ חֲמָתוֹ בְּ iram suam sedavit i. e. explevit in aliquo Ezech. V, 13. XVI, 42. XXIV, 13, הֵנִיחַ רוּחוֹ Zach. VI, 8. — 2) *quietem concessit* alicui, sq. dat. Jes. XXVIII, 12: הָנִיחוּ לֶעָיֵף, addito מִן rei XIV, 3: בְּיוֹם הָנִיחַ יְיָ לְךָ מֵעָצְבְּךָ וּמֵרָגְזֶךָ. Saepe de Deo, qui populo suo terrae promissae quietam possessionem concedit. Jos. I, 13: יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם מֵנִיחַ לָכֶם וְנָתַן לָכֶם אֶת־הָאָרֶץ הַזֹּאת. Comm. 15. Ex. XXXIII, 14: הֲנִחֹתִי לָךְ *ad sedem quietam te perducam.* Deut. III, 20 (LXX καταπαύω, et sic κατάπαυσις Hebr. III, 11. IV, 8): max. hac formula Deut. XII, 10: וְהֵנִיחַ לָכֶם מִכָּל אֹיְבֵיכֶם מִסָּבִיב *concedet vobis quietem ab omnibus hostibus circumcirca.* XXV, 19. Jos. XXI, 42. XXIII, 1. 2 Par. XIV, 6. XV, 15. XX, 30 al. (Syr. ܐܢܝܚ deposuit, ἀποτίθημι Eph. IV, 22. Act. XXI, 3. Rom. XIII, 12, et quietem dedit Hebr. IV, 8, refocillavit Matth. XI, 28. 2 Tim. I, 16).

Hoph. הוּנַח pass. Hiph. no. 2. *quies concessa est*, sq. dat. Thren. V, 5.

B) הִנִּיחַ fut. יַנִּיחַ, part. מַנִּיחַ (ut הִסִּית a סוּת, יַלִּין a לִין; מַשּׂוֹשׂ i. q. מְשׂוֹשׂ a שׂוּשׂ cf. gramm. §. 71, not. 9;

non a rad. יָנַח, quam statuebant Kimchi, Simonis al. Syri quoque deponendi significatum habent in ܢܚܶܬ Aph., ut modo dictum est litt. A extr.) 1) *demisit*, *deposuit* (niedersetzen, niederlegen) in aliquo loco sq. אֶל, בְּ loci Jos. IV, 3. 8. 1 Reg. XIII, 29—31; spec. conservandum deposuit Ex. XVI, 24. 2 Par. I, 14. IX, 25. Ez. XLII, 14. XLIV, 19, coram Jehova Ex. XVI, 33. 34. Num. XVII, 22. Deut. XXVI, 4. 10. 1 Sam. X, 25. 1 Reg. VIII, 9 cf. Iud. VI, 18; it. *posuit*, *collocavit*, ut statuam Jes. XLVI, 7, mensam 2 Par. IV, 8. 2 Reg. XVII, 29, populum, milites in aliqua terra (versetzen) Jes. XIV, 1. Ezech. XXXVII, 14. 2 Par. I, 14, הִנִּיחַ בַּמִּשְׁמָר *in custodiam dedit* aliquem Lev. XXIV, 12. Num. XV, 34; et fortius: *deiecit* Num. XIX, 9. Jes. XXVIII, 2: הִנִּיחַ לָאָרֶץ בְּיָד *humum deiicit eam cum robore*. Am. V, 7; *coniecit* (in fornacem) Ez. XXII, 20. — LXX saepe *τίθημι*, *ἀποτίθημι*.

2) *quiescere fecit*, *sedavit*. Eccl. X, 4: *mansuetudo* יַנִּיחַ חֲטָאִים גְּדוֹלִים *sedat* i. e. cohibet *magna delicta*. Inde a) *quietem concessit* alicui, *missum fecit* aliquem, non turbavit, interpellavit (in Ruhe *lassen*), c. acc. הַנִּיחָה אֹתִי *mitte me* Iud. XVI, 26. Esth. III, 8: אֵין שֹׁוֶה לְהַנִּיחָם *non convenit*, *eos missos facere* i. e. tolerare, non curare. LXX. *οὐ συμφέρει τῷ βασιλεῖ ἐᾶσαι αὐτούς*, saepius c. dat. הַנִּיחָה לוֹ 2 Reg. XXIII, 18. Hos. IV, 17, et sq. וְ c. fut. Ex. XXXII, 10. 2 Sam. XVI, 11: הַנִּחוּ לוֹ וִיקַלֵּל *missum facite eum*, *ut exsecretur*, sinite eum exsecrari. Inde b) c. acc. pers. et ger. rei: *concessit* alicui, aliquid facere (pr. eum missum fecit, ut faceret) nostr. jem. etwas thun *lassen*. Ps. CV, 14, c. dat. pers. Eccl. V, 11: אֵינֶנּוּ מַנִּיחַ לוֹ לִישׁוֹן *cum dormire non sinit* (pr. ei quietem non concedit ad dormiendum). 1 Par. XVI, 21. Cf. verba נָטַשׁ et נָתַן concedendi et permittendi significatu eodem modo constructa.

3) *reliquit*, *sivit*, nostr. *lassen*. LXX. *ἀφίημι*, *καταλείπω*. Idque variis modis:

a) *remanere iussit* (lassen i. q. zurücklassen) aliquem in aliquo loco. Gen. XIX, 16. XLII, 33. Deut. XIV, 28. Jos. VI, 23. 1 Reg. XIX, 3, v. c. populum in terra Num. XXXII, 15. Iud. III, 1. 2 Sam. XVI, 21. XX, 3. Jer. XXVII, 11. — De re Gen. XXXIX, 16: *et reliquit vestem suam iuxta eam*.

b) *reliquum fecit* (übrig lassen). Levit. VII, 15: לֹא יַנִּיחַ מִמֶּנּוּ *nihil de eo relinquet*. Ex. XVI, 23. Addito dat. pers. *reliquit* aliquid alicui (hinterlassen, nachlassen), de moriente. Ps. XVII, 14: הִנִּיחוּ יִתְרָם לְעוֹלְלֵיהֶם. Eccl. II, 18. Jes. LXV, 15: הִנַּחְתֶּם שִׁמְכֶם לִשְׁבוּעָה לִבְחִירַי *relinquitis nomen vestrum electis meis ad exsecrationem*, exsecrationi erit nomen vestrum electis meis.

c) *commisit* aliquem alicui (überlassen, Preis geben). Ps. CXIX, 121: בַּל תַּנִּיחֵנִי לְעֹשְׁקָי. LXX. *μὴ παραδῷς με τοῖς ἀδικοῦσί με*.

d) *remisit* (ablassen), ut הִנִּיחַ יָד מִן remisit manum ab re Eccl. VII, 18. XI, 6.

e) *deseruit* (verlassen). Jer. XIV, 9. Eccl. X, 4: מְקוֹמְךָ אַל תַּנַּח *ne deseras locum tuum* (aliquid aegre ferens), noli animo nimis irritabili indulgens a loco tuo recedere, imo potius mansuetum et modestum te praebe.

Hoph. הֻנִּיחַ *depositus*, *collocatus est* Zach. V, 11 (ad formam cf. chald. הֳקִים Dan, VII, 4). Part. מֻנָּח quod *vacuum relictum* est, locus vacuus Ez. XLI, 9. 11.

נוֹחַ m. *quies* Esth. IX, 16—18. Cum suff. נוֹחֶךָ 2 Par. VI, 41.

נֹחַ n. pr. *Noachus* (LXX. *Νῶε*, *Νωέ*, sic in N. T. Mt. XXIV, 37. Hebr. XI, 7. 1 Petr. III, 20, Joseph. *Νώεος*, Vulg. Noë, arab. et pers. نُوح *Núh* Cor. XI, 27 sqq.), Lamechi filius, propter probitatem tempore diluvii magni cum suis servatus Gen. V, 29. 32. VI. VII. VIII. IX. X, 1. 32. 1 Par. I, 4. IX, 2. Ez. XIV, 14. 20. מֵי נֹחַ aquae Noachi, de diluvio Jes. LIV, 9. — Gen. V, 29 etymo nominis alluditur his verbis: *et vocavit nomen eius* נֹחַ *dicens*: זֶה יְנַחֲמֵנוּ מִמַּעֲשֵׂנוּ וּמֵעִצְּבוֹן יָדֵינוּ, sed non est quod statuamus, scriptorem נֹחַ duxisse a נָחַם, recte enim Simonis (Onomast. p. 6): „scriptura sacra sicubi nomina propria explicat, non semper per eandem radicem, unde descendunt, sed interdum per cognatam id facere solet, *non tam verborum quam rerum habita ratione*." Satis certum enim, נֹחַ, si modo Hebraeum est nomen, non aliam radicem habere quam נוּחַ, et idem esse quod נוֹחַ *quies*. Ita LXX. *οὗτος διαναπαύσει ἡμᾶς*, qs. legerint יְנִיחֵנוּ. Quanquam qui Indicam harum traditionum originem statuunt, *Nôh* potius *natatorem* vel *nautam* significare dixerint coll. gr. *νάω*, *ναύω*, *νέω*, *νήχω*, *ναῦς*, lat. *nare*, *navis* (Buttmann Mythologus II, 203, v. Bohlen Genesis p. 70). Ab Arabibus etymo arabico (a نَاحَ planxit) alluditur, vit. Tim. T. I. p. 496 Mang. Praeter V. T. vestigium eius nominis reperisse sibi visi sunt in numis Apameensibus, in quibus super arca fluctibus innatante, ad quam avis advolat, habentur litterae *ΝΩ* (Eckhel doctr. numm. III, 132 sqq. Buttmann l. c. p. 193).

נוֹחָה (quies) n. pr. filii Benjamini 1 Par. VIII, 2.

נַחַת f. (ut שַׁחַת a rad. שׁוּחַ) 1) *demissio* (das Ruhenlassen, Niedersenken, Niedersetzen). a) brachii, quo castigatur. Jes. XXX, 30: נַחַת זְרוֹעוֹ *demissio brachii eius* in castigando, i. e. plaga brachii, cf. V. 32: מַטֵּה מוּסָדָה אֲשֶׁר יָנִיחַ יְיָ עָלָיו, unde efficitur נַחַת esse a נוּחַ, non a נָחַת. Certius enim tam vicinum ipsius Jesaiae locum conferas, quam provoces ad Ps. XXXVIII, 3. b) concr. *quod demittitur* i. e. collocatur, ponitur Iob. XXXVI, 16: נַחַת שֻׁלְחָנְךָ *cibi mensae tuae impositi*, q. d. die Besetzung deiner Tafel. — 2) *quies*. Jes. XXX, 15. Iob. XVII, 16. Prov. XXIX, 9. Eccl. VI, 5. IX, 17. In acc. adv. *in quiete*. Eccl. IV, 6: מְלֹא כַף נָחַת *manipulus in quiete*. (Phoen. c. suff. inscr. Cit. 2, 2: על משכב נחתי super cubili meo quieto. Gesen. Monumm. Phoen. p. 132).

נִיחֹחַ m. pr. *acquiescentia* (sit venia verbo), a rad. נוּחַ, ut arab. كَيْنُونَةٌ a rad. كَانَ, بَيْنُونَةٌ a rad. بَانَ, de Sacy gramm. arab. I. p. 561, h. e. *suavitas* (ut lat. acquiescere in aliqua re pro delectari, syr. ܐܬܢܝܚ ܒ delectatus est aliqua re Barhebr. p. 221, ܢܝܚܐ deliciae ibid. p. 38, Talmud. נִיחָא לָךְ placetne tibi?) Ubique in hac locutione: רֵיחַ נִיחֹחַ odor suavitatis i. e. suavis, de odore sacrificiorum, utpote Jovae grato. Gen. VIII, 21: וַיָּרַח יְהוָה אֶת־רֵיחַ הַנִּיחֹחַ *et odoratus est Dominus suavem odorem.* Lev. II, 12: וְאֶל־הַמִּזְבֵּחַ לֹא־יַעֲלוּ לְרֵיחַ נִיחֹחַ. XXVI, 31: לֹא אָרִיחַ בְּרֵיחַ נִיחֹחֲכֶם *non delectabor odore suavi vestro* i. e. sacrificiis vestris. (Cod. Sam. in Plur. ניחחיכם). Ezech. VI, 13: אֲשֶׁר נָתְנוּ־שָׁם רֵיחַ נִיחֹחַ לְכֹל־גִּלּוּלֵיהֶם *ubi praebuerunt suavem odorem* sacrificiorum *omnibus idolis eorum.* XX, 41. Praeceptis mosaicis de sacrificiis sexcenties additur רֵיחַ־נִיחֹחַ לַיהוָה odor suavis Jehovae Lev. I, 9. 13. 17. II, 2. 9. III, 5. VI, 14. Num. XV, 7 sq. XXVIII, 8. 24. XXIX, 2. 6, et לְרֵיחַ נִיחֹחַ אִשֶּׁה לַיהוָה Num. XXVIII, 6. 13. XXIX, 6: אִשֵּׁה רֵיחַ רֵיחַ נִיחֹחַ לַיהוָה (v. אִשֶּׁה pag. 157). Plur. נִיחֹחֵיהֶם Ezech. XX, 28. Cf. Cod. Sam. Levit. XXVI, 31. LXX. ὀσμὴ εὐωδίας. Vulg. *odor suavitatis*, *odor suavissimus.* Syr. ܪܝܚܐ ܕܢܝܚܐ ,ܢܝܚܐ. — J. D. Michaëlem, qui נִיחֹחַ *sacrificium* significare putabat, a נָחַת deposuit coll. arab. نَخَّ et نَخَّةٌ „camela quae procumbere iubetur coram (eleemosynarum) exactore, ut id quod Deo debetur accipiat", bene refellit VAN WAENEN in diss. Lugdd. p. 749.

נִיחֹחִין chald. plur. etiam omisso רֵיחַ *odores suaves, suffimenta.* Dan. II, 46. Esr. VI, 10.

הֲנָחָה f. verbale Hiph. *quietis concessio, quies* Esth. II, 18. Tributi remissionem intelligunt LXX. et Targ.

יָנוֹחַ (quies) n. pr. oppidi in confiniis Ephraimitarum et Manassitarum. 2 Reg. XV, 29. Cum He locali יָנוֹחָה Jos. XVI, 6. 7.

מָנוֹחַ m. pl. c. suff. מְנוּחָיְכִי Ps. CXVI, 7 1) *demissio, collocatio* (v. rad. Kal et Hiph. no. 1) v. c. arcae. 1 Paral. VI, 16. — 2) *quies.* מָצָא מָנוֹחַ invenit quietem. Gen. VIII, 9. Jes. XXXIV, 14. Thren. I, 3 cf. Deut. XXVIII, 65; בִּקֵּשׁ מָנוֹחַ לְ quaerere alicui (mulieri) quietem i. e. conditionem, matrimonium Ruth III, 1 cf. Liv. 3, 45. — 3) n. pr. patris Simsonis, viri Danitae Iud. XIII, 2 sqq.

מְנוּחָה f. 1) *demissio* (v. נָחַת no. 1), *locus, quo* (aliquid) *demittitur.* Zach. IX, 1: מַשָּׂא דְבַר־יְהוָה בְּאֶרֶץ חַדְרָךְ וְדַמֶּשֶׂק מְנֻחָתוֹ *effatum verbi Dei* pronunciatur *in terram Hadrachi, et Damascus* est *locus, quo se demittat* oraculum vel spiritus divinus (cf. Num. XI, 25. 26. Jes. XI, 2).

2) *quies.* אִישׁ מְנוּחָה vir quietis amans, pacificus (de Salomone) 1 Par. XXII, 9. מֵי מְנֻחוֹת aquae quietae, placidae. Ps. XXIII, 2. Adv. quiete i. e. sine strepitu. Iud. XX, 43: מְנוּחָה הִדְרִיכֻהוּ *quiete* sine strepitu (nocturna enim erat expeditio) *assecuti sunt eum* (Benjaminum) . . . . . *sub solis ortum.* Sic expedienda videntur haec verba, de quibus nuper uberius disputarunt Böttcherus (Winer. Zeitschrift II, 1 p. 62) et Studerus ad h. l. — Quies dicitur etiam de *solatio* (Beruhigung) 2 Sam. XIV, 17, unde מָצָא מְנוּחָה invenire solatium Jer. XLV, 3: sed Ruth I, 9 מָצָא מְנוּחָה est: invenire conditionem s. matrimonium, cf. III, 1 et supra מָנוֹחַ. (In Punicis Plauti plerique hanc vocem agnoverunt Poen. 5, 3, 53: *li minichot* לִי מְנוּחוֹת = לִי מְנוּחוֹת *mihi quies* sit, mitte me, q. d. הַנִּיחָה לִי).

3) *locus quietis, sedes quieta.* Num. X, 33. Mich. II, 10. Plur. מְנוּחוֹת שַׁאֲנַנּוֹת Jes. XXXII, 18. Spec. dicitur a) de templo, ut sede Jovae Ps. CXXXII, 8. 14. בֵּית מְנוּחָה 1 Par. XXVIII, 2. Jes. LXVI, 1. Cf. Jes. XI, 10 (de sede Messiae). b) de terra sancta, in qua requiescat populus Dei. Deut. XII, 9. 1 Reg. VIII, 56. מְנוּחָתִי locus quietis a me (Deo) iis concessus Ps. XCV, 11. Jes. XXVIII, 12: זֹאת הַמְּנוּחָה הָנִיחוּ לֶעָיֵף *haec* terra (Palaestina) est *sedes quietis* vobis data, *quietem concedite* populo *fesso* i. e. vestrum est, tranquille habitare in sede a Deo concessa, non armis prehensis hostes lacessere et adoriri. Cf. Gen. XLIX, 15: וַיַּרְא מְנֻחָה כִּי טוֹב *vidit sedem sibi concessam, quod bona* erat. — שַׂר מְנוּחָה Jer. LI, 59 est munus quoddam in aula Nebucadnezaris, sec. Kimchium *cubicularius* qui regem in cubiculum sequitur, ut cum eo confabuletur unaque requiescat, rectius, ut videtur, *princeps hospitii* regis et exercitus (cf. Num. X, 33), q. d. General-Quartiermeister. Syr. ܪܫ ܡܫܪܝܬܐ princeps castrorum. LXX et Targ. qui reddunt, ἄρχων δώρων, רַב תִּקְרֻבְתָּא, legerunt רַב מִנְחָה.

מָנַחַת (quies) n. pr. loci aliunde non cogniti 1 Par. VIII, 6.

נִיט *moveri, nutare*, i. q. מוֹט, semel Ps. XCIX, 1. LXX. σαλευθήτω ἡ γῆ. Vulg. moveatur terra. Ita etiam Syr. et Chald. (Cognatae significationis est arab. نَاطَ med. Vav. suspendit rem, نَوْطٌ res suspensa et pendula, tales res enim moventur et nutant, it. نَتَّ vacillavit in incessu).

נְוַל chald. Pa. נַוֵּל i. q. נִבֵּל inquinavit, foedavit, unde

נְוָלוּ chald. f. Esr. VI, 11 et

נְוָלִי Dan. II, 5 *sterquilinium.* Dan. l. c. *et domus vestrae sterquilinia* (i. e. cloaca, cf. 2 Reg. X, 27) *fient.* III, 29. Esr. l. c. *domus eius sterquilinium fiet.* Bene intp. hebr. לְדֹמֶן, לְאַשְׁפּוֹת. Gr. Venet. cap. 2. διαχώρημα

i. e. *secessus*; cap. 3 *σπάτιλαι*, *excrementa*. Saad. ישׁ אמרים לשון מנוול כדומן וצואה כאיבוס בהמות. Syr. ap. Esr. ܡܒܠܐ. Factum hoc summae ignominiae caussa, ut domicilia maleficorum in omne aevum hominibus abominationi essent cf. 2 Reg. XXIII, 6. 14. 16. 20. Jes. XXX, 22 ibique notam, et quae eiusdem poenae exempla ex scriptoribus Orientalibus collegerunt Burder, Oriental customs et Haeverniccius ad h. l. (Eutychii Annal. p. 322. Abulf. Syria p. 87. 180. Kemaleddin ed. Lemming. p. 11). — Quod LXX. Syr. (ap. Dan.), al. exprimunt: *diripientur*, Vulg. *publicabuntur* mere coniecturalia sunt et fundamento philologico carent.

נוּם *obdormiscere*, *dormitare* ex lassitudine et languore (einschlummern), quo differt a יָשֵׁן dormivit. Origo esse videtur in *nutando* (einnicken), ut gr. *νυστάζω*, quo LXX sexies hoc verbum exprimunt, pers. نويدن. Sic de custode vigili Ps. CXXI, 4: לֹא יָנוּם וְלֹא יִישָׁן. Comm. 3, cf. eandem phrasin de milite indefesso et strenuo Jes. V, 27, contra de ducibus prophetisque ignavis Nah. III, 18. Jes. LVI, 10. — Ps. LXXVI, 6: נָמוּ שְׁנָתָם *inciderunt in somnum eorum*, moriuntur, pereunt. (Syr. ܢܘܡ, ut hebr. paullulum dormivit Assem. bibl. I, 36. Contra apud Arabes نَامَ est dormivit, وَسِنَ obdormivit).

נוּמָה f. *dormitatio*, *levis somnus*. Prov. XXIII, 21.

תְּנוּמָה f. id. Prov. VI, 4. Ps. CXXXII, 4, pl. Prov. VI, 10. Iob. XXXIII, 15.

נוּן rad. in Kal inusit.

Hiph. fut. יָנִין *sobolescere*. Ps. LXXII, 17 Chethibh: לִפְנֵי שֶׁמֶשׁ יָנִין שְׁמוֹ *dum sol erit*, *sobolescet nomen eius*. Keri in Niph. יִנּוֹן (multiplicabitur). ܢܩܘܡ LXX. *διαμενεῖ*. Hier. perseverabit. Targ. praeparatum erat, sed hi vel legerunt vel coniecerunt יִכּוֹן, quod in duobus quoque codd. mss. legitur.

נוּן syr. et chald. *piscis* (sanscr. *mîn-as*), ab abundantia prolis dictus, in V. T. n. pr. patris Josuae imperatoris Ex. XXXIII, 11. Num. XI, 28 et in Josuae libro persaepe. LXX. hoc nomen scribunt *Ναυή*, manifesto antiquissimorum librariorum vitio (*ΝΑΥΗ* pro *ΝΑΥΝ*): ex nonnullorum autem codd. scriptura *Ναβή* et *Ναβί* (v. Holmes.) colligi potest, posteriores Bibliorum Graecorum lectores illud *Ναυή* ex itacismo pronunciatum pro hebraeo נביא habuisse. Semel נוֹן 1 Par. VII, 27.

נִין m. *soboles*, ubique copulatur cum נֶכֶד (progenies), ut *posteri* significentur. Gen. XXI, 23. Jes. XIV, 22. Iob. XVIII, 19. Vett. interpretes usum utcunque exprimunt. LXX in Gen. *σπέρμα καὶ ὄνομα*, ap. Jes. *σπέρμα*. Targ. *filius et nepos*. Aqu. ap. Iob. *γένος καὶ ἔκγονοι*. Vulg. Gen. posteri et stirps, ap. Jes. germen et progenies, ap. Iob. semen et progenies. Saad. in Gen. et Jes. النسل والعقب.

מָנוֹן m. id. *soboles*, poët. pro *filio*. Semel legitur Prov. XXIX, 21: *si quis servum mollius habet a pueritia* וְאַחֲרִיתוֹ יִהְיֶה מָנוֹן *postremo is erit* (esse volet) *filius*. Ita Hebraei (Gr. Venet. *γόνωσις*) et plerique interpretes antiquiores (v. Poli synopsin), et recte quidem. Lepide Luth. *so will er darnach ein Junker seyn*. Aliis est abstr. *conditio filii*.

נוּס 1) *celeriter ferri*, *festinare*. (Origo est in *volando*, v. נוּץ no. 2. 3, cf. *fliegen* et *fliehen*, sed hoc quoque secundarium est et a *micando* dictum, v. ad rad. נוּץ cf. N. G. Schroeder Origg. hebr. p. 150. Hitzig ad Jes. p. 366). De cursu citato equi et equitis. Jes. XXX, 16: עַל סוּס נָנוּס עַל כֵּן תְּנוּסוּן „*super equis volabimus*,“ *icciirco fugietis*. In duplici verbi potestate (*volare* s. festinare nostr. *jagen*, et *fugere*) inest lusus verborum. Vulg. *ad equos fugiemus* i. e. confugiemus auxilii caussa (coll. X, 3), sed obstat parallelismus. Respondent enim in altero membro verba: עַל קַל נִרְכָּב.

2) *fugere*. Usu non differt a syn. בָּרַח, quocum aliquoties copulatur per pleonasmum (v. בָּרַח): nisi quod נוּס passim absol. positum est *aufugere, effugere* i. q. *elabi*. Am. IX, 1: לֹא יָנוּס לָהֶם נָס. Jer. XLVI, 6: אַל יָנוּס הַקַּל *non effugit celer*. Dicitur tum de singulis hominibus tum de populis, exercitibus Iud. VII, 22, item de rebus inanimatis, ut de undis Ps. CIV, 7. CXIV, 3, de moerore Jes. XXXV, 10. LI, 11, de vigore Deut. XXXIV, 7. Cant. II, 17 et IV, 6 in vespera describenda: נָסוּ הַצְּלָלִים *umbrae fugiunt* i. e. maiores factae protenduntur et quasi fugiunt a nobis. Semel נָס לוֹ gall. *il s'enfuit* Jes. XXXI, 8, v. לְ A, 3, litt. b. — Is (id), quem (quod) quis fugit aut metu cuius fugit, ponitur praevio מִפְּנֵי Ex. IV, 3. Num. X, 35. Jos. X, 11. 2 Sam. X, 18. XXIII, 11. Jes. XXX, 17. Zach. XIV, 5, מִן Jes. XXIV, 18 (מִקּוֹל) Ps. CIV, 7, לִפְנֵי (nostr. *vor* jem. fliehen) Deut. XXVIII, 25. Jos. VII, 4. VIII, 5. 6. 1 Sam. IV, 17, semel לְ Num. XVI, 34 (לְקֹלָם) cf. ad לְ A, 3, litt. e (p. 729). Locus, quo quis fugit, praevio אֶל Deut. XIX, 5. 1 Reg. II, 28. Jes. XIII, 14, לְ 2 Reg. VIII, 21. Jer. XV, 16, et in acc. He locali vel addito Gen. XXXIX, 12. 18. 2 Reg. XIV, 19, vel omisso 2 Reg. IX, 27. — Sq. עַל pers. *confugere* ad aliquem, auxilii caussa Jes. X, 3.

Pil. נוֹסֵס *propulit*. Jes. LIX, 19: sicut *fluvius coarctatus* רוּחַ יְיָ נֹסְסָה בוֹ *quem ventus Jovae propellit*.

Hiph. causat. Kal no. 2. 1) *fugavit*, *in fugam coniecit* Deut. XXXII, 30. 2) *in tuto collocavit* aliquid (nostr. etwas flüchten) Ex. IX, 20 (sq. אֶל loci). Iud. VI, 11 addito מִפְּנֵי eius, qui fugitur.

Hithpal. הִתְנוֹסֵס *in fugam se dedit* Ps. LX, 6. Aliud v. sub rad. נָסַס.

נִיס m. verbale pass. pr. *fugatus*, inde *fugiens* Jer. XLVIII, 44 Chethibh, in Keri est נָס.

מָנוֹס c. suff. מְנוּסִי (v. Lgb. 161) 2 Sam. XXII, 3. Jer. XVI, 19 m. 1) *fuga.* Jer. XLVI, 5. 2) *perfugium, refugium.* Ps. CXLII, 5: אָבַד מָנוֹס מִמֶּנִּי. Iob. XI, 20. Jer. XXV, 35. Am. II, 14. De Deo, refugio hominum 2 Sam. XXII, 3. Jer. XVI, 19. Ps. LIX, 17.

מְנוּסָה f. *fuga.* Jes. LII, 12. Lev. XXVI, 36: נָסוּ מְנֻסַת חֶרֶב *fugient fugam gladii* i. e. ut bene Vulg. *fugient quasi gladium.*

נוּעַ et **נוֹעַ** (non solum inf. absol. Jes. XXIV, 20. Ps. CIX, 10, sed etiam cstr. Jes. VII, 2) 1) *nuere, nutare, vacillare,* gr. νεύω, nostr. *nicken,* wanken, schwanken. (Chald. id. sed raro. Arab. نَاعَ med. Vav commotus est. II. commovit et concussit ramum ventus cf. Jes. VII, 2. V. pass. تَنَوَّعَ rami nutantes, نَاعَ med. Je inclinavit se, nutavit ramus). Dicitur a) de ebriis titubantibus Jes. XXIX, 9. Ps. CVII, 27, inde Jes. XXIV, 20 de terrae motu: נוֹעַ תָּנוּעַ אֶרֶץ כַּשִּׁכּוֹר; de coecis Thren. IV, 14. b) de motu tremulo, tremore, ut foliorum a vento agitatorum Jes. VII, 2, dein hominum terrore correptorum, ibid.: וַיָּנַע לְבָבוֹ כְּנוֹעַ עֲצֵי יַעַר מִפְּנֵי רוּחַ. XIX, 1. Ex. XX, 18, de liminibus contremiscentibus Jes. VI, 4; c) de motu tremulo rerum, quae in aëre haerent et *librantur,* ut metallicorum in puteos dependentium Iob. XXVIII, 4: דַּלּוּ מֵאֱנוֹשׁ נָעוּ *dependent ab hominum* domicilio et *librantur.* *Librari super* arboribus, metaph. dicitur pro arboribus imperare Iud. IX, 9. 11. 13. d) de motu labiorum hominis submisse loquentis 1 Sam. I, 13.

2) *vagari* (cf. נוּד et נָדַד) Ps. LIX, 16 Chethibh: הֵמָּה יְנִיעוּן לֶאֱכֹל *illi vagantur ad victum quaerendum.* CIX, 10. Am. IV, 8. VIII, 12. Thren. IV, 14. 15. Jer. XIV, 10. Part. נָע וָנָד v. נוּד. — Causat. ut Hiph. *vagari fecit* 2 Sam. XV, 20 Chethibh, sed in Keri est Hiphil (cf. שׁוּב reduxit).

Niph. pass. Hiph. *agitatus, concussus est,* de arbore, ut poma decidant Nah. III, 12; de cribro Am. IX, 9.

Hiph. הֵנִיעַ 1) *movit, agitavit* v. c. cribrum Am. IX, 9, manum Zeph. II, 15, quod illudentium et insultantium est. Sed crebrius est hoc sensu locutio: הֵנִיעַ רֹאשׁ motitare caput, LXX. κινεῖν τὴν κεφαλήν, Vulg. *movere caput,* quod insultantium est cum contumelia et de infortunio inimicorum gestientium. Ps. XXII, 8: *quicunque me aspiciunt, subsannant mihi, hiant labio,* יָנִיעוּ רֹאשׁ *motitant caput.* CIX, 25: *contumelia me afficiunt, aspiciunt me et motitant caput.* Sq. עַל pers. Thren. II, 15: *manus complodunt omnes super te transeuntes, sibilant* וַיָּנִעוּ רֹאשָׁם עַל בַּת יְרוּשָׁלָםִ. Sq. אַחֲרֵי (gestu irrisorio discedentem prosequi). Jes. XXXVII, 22: אַחֲרֶיךָ רֹאשׁ הֵנִיעָה בַּת יְרוּשָׁלָםִ. 2 Reg. XIX, 21. Eodem referunt הֵנִיעַ בְּמוֹ רֹאשׁ motitavit capite (ubi בְּ est instrumenti, v. חָבַר Hiph. p. 441. Gramm. p. 240 not. adde gr. νεύειν κεφαλάς Od. 18, 237 et νευστάζω κεφαλῇ ib. 154. 240) Iob. XVI, 4, quo loco equidem misericordiae significationem intelligere malim (cf. ad נוּד). Sed insultantium est etiam הֵנִיד בְּרֹאשׁ Jer. XVIII, 16, הִתְנֹדֵד XLVIII, 27, מְנוֹד רֹאשׁ Ps. XLIV, 15, neque non κινεῖν τὴν κεφαλήν Sir. XIII, 7. Mt. XXVII, 39. Quaeritur iam, qualis capitis motus intelligendus sit? Plerumque eum intelligunt, qui ad utrumque latus fiat (das Schütteln des Kopfes), praeeunte Alex., apud quem κινεῖν τὴν κεφαλήν vix aliter intelligi potest. Convenit hoc *misericordiae* significationi Iob. XVI, 4 (cf. נוּד no. 3), sed non convenit insultantibus et ἐπιχαιρεκάκοις. Ex communi enim gentium more et ex ipsa gestuum natura ea, quam diximus, capitis motitatio tum negantis et abnuentis est (v. ad rad. נוא), tum improbantis, indignantis κινεῖν κάρη Hom. Od. ε', 285. 376. ρ', 465. υ', 184) et miserantis (v. supra): quum contra qui aliqnid affirmant probantque capite antrorsum moto *annuere* soleant (προςνεύειν). Gaudium autem significaturi eundem hunc gestum saepe repetere solent, quo indicent, quam maxime sibi probari, placere et oblectationi esse, quae acciderint. Atque idem ille gestus, crebriores capitis nutus s. nictationes (Nicken mit dem Kopfe), cum risu et subsannatione coniunctae convenit etiam ἐπιχαιρεκάκοις, qui gaudium de aliena calamitate et interitu testificantur: quemadmodum etiam manuum complosione partim approbationem et assensum partim (*explodendo*) ἐπιχαιρεκακίαν et ludibrium significamus (Thren. II, 15. Nah. III, 19). Cf. Lakemacheri observatt. VII p. 56 sqq. — 2 Reg. XXIII, 18: *nemo agitet* i. e. sollicitet, turbet, vexet *ossa eius.*

2) causat. Kal no. 1, b *vacillare fecit.* Dan. X, 10: *ecce! manus tangebat me* וַתְּנִיעֵנִי עַל־בִּרְכַּי וְכַפּוֹת יָדָי *et tollebat me ut vacillarem* (i. e. ut, quanquam vacillans et tremebundus, insisterem) *in genubus et manibus meis.*

3) causat. Kal no. 2 *vagari fecit, in errores egit* (in die Irre treiben), πλάζω Num. XXXII, 13. Ps. LIX, 12. 2 Sam. XV, 20 Keri.

Ad hunc verbi usum Symm. et Targ. referunt etiam perobscurum illud הֵנַע (pro הֵנִיעַ) 2 Reg. XVIII, 34 et XIX, 13 (Jes. XXXVII, 13): *ubi est deus Hamathae, deus Arpadi, et deus Sippharae* הֵנַע וְעִוָּה. De eorum sententia, qui haec verba nomina propria locorum esse putant, iam supra dictum est p. 387. Sed appellative ea accipiunt Symm. ἀνεστάτωσεν καὶ ἐταπείνωσεν, et Targ. הֲלָא טַלְטְלִנּוּן וְאַגְלִי אִנּוּן *ecce expulerunt eos et in captivitatem duxerunt,* possentque ea reddi: *in exilium egit et subvertit* (soliis deturbavit) eos, nisi obstaret contextus loci 2 Reg. XVIII, 34. Quid vero si h. l. verba הֵנַע וְעִוָּה ex simili loco XIX, 13 post סְפַרְוָיִם interpolata censeas?

נֹעָה (motus) n. pr. mulieris Num. XXVI, 33.

מְנַעַנְעִים m. pl. 2 Sam. VI, 5 bene Vulg. *sistra,* i. e. crepitacula aenea, quibus praecipue Aegyptii in sacris Isidis uti solebant, quae *concussa* tinnitum acutum edebant, gr. σεῖστρα, dicta a σείω, ut מְנַעַנְעִים a נוּעַ. Exempla sistrorum hodieque in Museis asservantur, et

depicta habentur ap. WILKINSON Manners and Customs III, 325 al. Targ. רְבִיעִין, Syr. ܪܒܝܥܬܐ, quod Arabs interpretatur طبول المربعة tympana quadrata.

נוּף 1) pr. *tollere*, *attollere*, *efferre* (erheben). Vide נוּף, נָפָה. (Arab. I. IV. intrans. eminuit, longa et elata fuit res. II. excrevit, نَوْف summa pars gibbi camelini). Inde

2) manum attollere et sursum deorsum agitare (v. Hiph.), spec. *conspergere*, quod fit manu sursum deorsum agitata. Sq. dupl. acc. Prov. VII, 17: נַפְתִּי מִשְׁכָּבִי מֹר. Vulg. *aspersi cubile meum myrrha*. LXX. διέῤῥαγκα τὴν κοίτην μου κροκίνῳ. Kimchi: הֵזִיל וְהֵטִיף. (Cf. arab. نفى dissipavit pecuniam, pluviam effudit nubes, utrumque a spargendo). Cf. Hiph. no. 3 et נָפָה. Longe frequentius est

Hiph. הֵנִיף, inf. הָנִיף, semel (more chaldaeo) הֲנָפָה Jes. XXX, 28 1) *sustulit*, max. iterum iterumque sustulit i. e. *sursum deorsum agitavit*. (LXX. αἴρω Jes. X, 15, ἐπαίρω Iob. XXXI, 21, ἐξαίρω Ex. XX, 25 Aqu.). Spec. a) הֵנִיף יָד sustulit et agitavit manum, ad signum dandum et nutu arcessendum Jes. XIII, 2, ad minandum Jes. XI, 15. XIX, 16. Zach. II, 13 sq. עַל, ad verberandum, sq. עַל Iob. XXXI, 21; it. manum admovit membro sanando, sq. אֶל 2 Reg. V, 11. b) sustulit et agitavit baculum Jes. X, 15, ferrum, falcem super aliqua re, i. e. ferrum, falcem ei admovit, Exod. XX, 25 (22). Deut. XXIII, 26. XXVII, 5. Jos. VIII, 31, sq. עַל. LXX. ἐπιβάλλω. (Syr. ܐܢܝܦ ܐܝܕܐ agitavit manum, in N. T. pro κατασείω τὴν χεῖρα, ad signum dandum Act. XIII, 16. XIX, 33, sq. dat. i. q. angl. *shacke hands with* Act. XII, 17, pro ἀποτινάσσω XXVIII, 5, ܢܘܦܐ concussio, nutus manus).

2) *huc illuc agitavit*, de eo motu, qui non sursum deorsum, sed a latere ad latus fit, velut eorum qui serram agitant Jes. X, 15, qui cribrant cribro Jes. XXX, 28. (Chald. נוּף et נפה, aeth. ነፈየ: cribravit). Spec. de certo quodam sacrificandi ritu, quo victimarum partes aut ferta Deo offerenda, antequam altari imponerentur, coram Jova huc illuc, antrorsum et retrorsum, dextrorsum et sinistrorsum, *agitari* solebant, ut numini quasi etiam atque etiam et ab omni parte monstrarentur. Lev. VII, 30: *adipem cum pectore afferat*, et *pectus* quidem לְהָנִיף אֹתוֹ תְּנוּפָה לִפְנֵי יְהוָה *ad agitandum illud agitatione coram Jova*. VIII, 27. 29. IX, 21. X, 15. XIV, 12. 24. XXIII, 11. 12. 20. Ex. XXIX, 24. 26. Num. V, 25. VI, 20. Saepe coniungitur cum tollendi ritu (הֵרִים תְּרוּמָה), quos quidem ritus Rabbini recte ita distinguunt, ut elevationem de motu sursum deorsum (מעלה ומוריד), agitationem de motu huc illuc (התנועה אילך ואילך) intelligant (v. Carpzov. apparat. p. 709 sqq.). Ceterum etiam homines qs. victimae vivae, Levitae nempe ad munus suum initiandi, *agitatione* offerri poterant, quod huc illuc eos circumducendo factum esse videtur Num. VIII, 11—21. LXX modo reddunt: ἀφορίζειν ἀφόρισμα, modo ἀφαιρεῖν ἀφαίρεμα, Syr. ܦܪܫ ܦܘܪܫܢܐ separavit separationem, Targ. אֲרִים אֲרָמָה (quod potius respondet hebraeo הֵרִים תְּרוּמָה): his omnibus praestant Saad., qui, ubi de victimae verbis agitur, reddit حرك تحريكا *agitando agitavit*, ubi de victimis vivis et hominibus: زف زفا *circumduxit circumducendo*, et Luth. qui vertit: *weben* (agitare, non texere), *Webeopfer*. Apud Romanos similis est *porriciendi* ritus, in sacrificio Missae *monstratio* sancti corporis. — Raro de quavis *oblatione* Ex. XXXV, 22.

3) i. q. Kal no. 2 *sparsit* (Deus pluviam). Ps. LXVIII, 10.

Hoph. הוּנַף pass. Hiph. no. 2. Ex. XXIX, 27.

Pi. נוֹפֵף i. q. Hiph. no. 1 *sustulit* manum *contra* aliquid, quod minantis est, sq. acc. Jes. X, 32.

נוֹף m. *eminentia*, *elatio* (v. rad.). Ps. XLVIII, 3: יְפֵה נוֹף מְשׂוֹשׂ כָּל־הָאָרֶץ הַר צִיּוֹן *pulcher elatione* est i. e. pulchre eminet, assurgit *gaudium totius terrae*, *mons Zionis*. Ita Relandus (Palaest. 848), Alb. Schult. ad Har. p. 2 et recte quidem. Veteres intpp. in alia omnia abierunt. a) LXX יפה נוף reddunt εὐρίζων (Vat.) *bene radicatus*. Aqu. καλῷ βλαστήματι. Edit. 5: εὐκλάδῳ. Luth. *ein schön Zweiglein*; ex usu chaldaeo, ubi נוף est *frons*, *ramus* Jes. XXXVII, 31. Ez. XIX, 10. XXXI, 3 [cf. תְּנוּפָה no. 2]. b) Targ. שַׁפִּיר אֵיךְ חַתְנָא *pulcher ut sponsus* v. Raschi, coll. נוֹף = νύμφη ridicule. c) Josephus Kimchi: *pulcher climate*, נוֹף de aëris temperie (coll. נָפָה ventilabrum, הִתְנוֹפֵף ventilari?) interpretatus. d) Menahem ben Saruk et Kimchi: מחוז ופלך *regio*, *terrae tractus*, unde יפה נוף *pulcher situ*. Sic in Targg. נָפָה, נֶפֶת (q. v.) transfertur פֶּלֶךְ regio.

נֹף i. q. מֹף *Memphis* q. v.

נָפָה f. 1) *excelsum*, *clivus*, unde נָפוֹת, נָפַת דּוֹר דּוֹר n. pr. urbis maritimae Cananaeorum, v. דֹּאר, דּוֹר p. 331. — 2) *cribrum*, *ventilabrum*, quo frumentum agitatur Jes. XXX, 28.

נֶפֶת i. q. נָפָה no. 1 *clivus*, *regio edita*, sec. Targ. *regio* quaevis (cf. Jos. XI, 2. XII, 23). Jos. XVII, 11: שְׁלֹשֶׁת הַנָּפֶת. Targ. תְּלָתָא פַּלְכִין *tres regiones*. Syr. *tres anguli*. Videtur autem שְׁלֹשֶׁת הַנֶּפֶת (q. d. Tricollis, trilophus) communis appellatio trium praecedentium cum vicis circumiacentibus fuisse, ut *Decapolis* decem urbium provincia.

נֹפֶת f. (de Prov. XXIV, 13 v. mox) *sparsio*, *destillatio*, inde נֹפֶת צוּפִים *destillatio favorum* i. e. *mel* e favis destillans i. q. יַעַר (q. v.) Ps. XIX, 11. Dein omisso gen. צוּפִים id. Cant. IV, 11. Prov. V, 3. XXIV, 13: נֹפֶת מָתוֹק עַל־חִכֶּךָ *mel dulce* (quiddam est *palato tuo*

(ubi praedicatum מָתוֹק non movetur, neque est quod נֹפֶת gen. masc. esse statuamus, cf. Gen. XLIX, 15).

תְּנוּפָה f. 1) *agitatio* a) manus, quae est minantis Jes. XIX, 16. b) sacrificiorum coram Jova (v. rad. Hiph. no. 2), inde חֲזֵה הַתְּנוּפָה pectus agitationis i. e. agitando oblatum (Luth. die Webebrust). Ex. XXIX, 27. Lev. VII, 34. X, 14. 15, עֹמֶר הַתְּנוּפָה merges agitationis Lev. XXIII, 15, לֶחֶם תְּנוּפָה XXIII, 17, sic de auro Exod. XXXVIII, 24, aere ib. 29. Meton. sacrificium hoc ritu oblatum. Ex. XXXV, 22. Num. XVIII, 11. c) i. q. *tumultus*. Jes. XXX, 32: מִלְחֲמוֹת תְּנוּפָה *bella* s. *proelia tumultuosa*. — 2) in cod. Sam. תנובה Deut. XXXII, 13 habetur pro תְּנוּבֹת. In dialecto enim Samaritana נוף est i. q. נוב et זרע Gen. I, 11. III, 15. IV, 25. VII, 3. XV, 3. 13.

נוּץ 1) pr. *micare*, *splendere*. Arab. نَاصَ med. Vav micuit, splenduit fulmen. Crebrior hoc significatu est rad. נָצַץ, q. v. Transfertur

2) ad *florendi* (v. Hiph.) et

3) ad *volandi* et *fugiendi* significatum, quem habet cognatum נוס. Solet enim micandi notio ad alios motus celerrimos et tremulos referri, cf. בְּנֵי רֶשֶׁף filii fulminis i. e. aves rapaces fulminis quasi aemulae, נָדַד no. 2. 3, lat. *micare*, *emicare*. Schroeder origg. hebr. pag. 144. Threu. IV, 15: נָצוּ גַּם נָעוּ *fugiunt et circumvagantur*.

Hiph. הֵנֵץ pl. הֵנֵצוּ *floruit* Cant. VI, 11. VII, 13. (Targ. אַנֵּיץ id. Ps. XC, 6. CIII, 15. CXXXII, 18). A verbo cognato נָצַץ sunt נֵץ, נִצָּה, נִצָּן flos. De splendoris notione ad virorem et flores translata vide p. 56 A.

נִיצוֹץ v. נָצַץ.

נוֹצָה v. נָצָה.

נוּק verbum paene incertum, licet in syllaba נק sit radix primaria verbi יָנַק *suxit*. (An forte onomatopoëtica est haec syllaba? ut germ. vet. et vulg. *nülken*, *nünken*, *nuckeln* sugere, cf. *nagen*, to *gnaw*, it. prima rad. sibilante *saugen*, *suckeln*, to suck).

Hiph. lactavit. Semel legitur Ex. II, 9: וַתְּנִיקֵהוּ *et lactavit eum.* Ceterum facili vocalium mutatione legeris וַתֵּינִקֵהוּ (a יָנַק), et sic Cod. Sam. ותינקהו.

נוּר *lucere*, *splendere* i. q. נָהַר no. II. Arab. نَارَ med. Vav, luxit, splenduit. II. IV. V. id. نَارٌ ignis, نُورٌ et نَيِّرٌ lux, lumen, نَوْرٌ, نَوْرَةٌ flos, a lucendo dictus (v. p. 56). Syr. et sam. ܢܘܪܐ, ignis, ܢܘܪܐ flos.

נוּר chald. f. (ut solent vcc. lucem et ignem significantia) *ignis* Dan. III, 27. VII, 9. 10, emphat. נוּרָא III, 6. 11. 15. 17. 20—27.

נֵר, semel נִיר 2 Sam. XXII, 29 pl. נֵרוֹת m. 1) *lucerna*. (Syr. ܢܘܗܪܐ lucerna). Zeph. I, 12. אוֹר נֵר lux lucernae Jer. XXV, 10. Prov. XXXI, 18: *lucerna eius non exstinguitur noctu*, per omnem noctem assidue operi invigilat. Saepe de lucernis candelabri sacri Exod. XXV, 37. XXX, 8. XXXV, 14. XXXVII, 23. XXXIX, 37. XL, 4. 25. Lev. XXIV, 4. Num. IV, 9. VIII, 2. 3. 1 Reg. VII, 49 al., semel de ipso candelabro (מְנוֹרָה), quod *lucerna Dei* appellatur 1 Sam. III, 3, quanquam Samuelis tempore candelabrum sacrum fortasse simplicius erat una tantum lucerna instructum. Varie transfertur a) ad felicitatem (cf. אוֹר litt. e), ita quidem ut lucernae imago retineatur. Ps. XVIII, 29: אַתָּה תָּאִיר נֵרִי *tu* (Deus) *lucere iubes lucernam meam*, viam meam prosperam esse iubes. CXXXII, 17: עָרַכְתִּי נֵר לִמְשִׁיחִי *lucernam instruo Uncto meo* i. e. felicitatem ei paro. Iob. XXIX, 3: בְּהִלּוֹ נֵרוֹ עֲלֵי רֹאשִׁי. Contra Prov. XIII, 9: *lux iustorum laetatur* i. e. flamma ardet hilari et serena, *sed lucerna impiorum exstinguitur*, cf. Iob. XXI, 17. Prov. XX, 20: *qui maledicit parentibus*, *eius lucerna exstinguitur in tenebris*, eius fortuna subito perit. Iob. XVIII, 5: *lucerna eius exstinguitur super eo*, imagine petita a lucerna, quae in tentoriis suspensa esse solet. b) ad *gloriam*, ut *lucerna Israëlis*, de Davide 2 Sam. XXI, 17 (cf. de Barhebraeo Assem. II, p. 266). c) ad *doctrinam*. Prov. VI, 23. Ps. CXIX, 105, cf. Prov. XX, 27: *lucerna Dei* (a Deo accensa) est *animus hominis*.

2) n. pr. viri, proavi Sauli 1 Sam. XIV, 50. 51. XXVI, 5. 1 Par. VIII, 33.

נִיר m. *lucerna* i. q. נֵר, ubique de prole regia, qua cavetur ne domus regia exstinguatur. 1 Reg. XI, 36: לְמַעַן הֱיוֹת נִיר לְדָוִיד עַבְדִּי כָּל־הַיָּמִים i. e. ut genus eius maneat in aeternum. XV, 4. 2 Reg. VIII, 19. 2 Par. XXI, 7.

נִר id. Prov. XXI, 4: *lucerna impiorum* i. e. id quo gloriantur impii, v. נֵר no. 1, b. — Aliud v. rad. ניר.

נֵרִיָּה (lucerna Jovae) n. pr. patris Baruchi Jer. XXXII, 12. XXXVI, 4. b) LI, 59.

מָנוֹר v. rad. ניר.

מְנֹרָה f. *candelabrum*, ubique de candelabro in sacrario Mosis Exod. XXV, 31 sqq. XXVI, 35. XXX, 27. XXXV, 14. XXXVII, 17. XL, 4. 24. Num. VIII, 2. 3 al., in plur. de candelabris templi Salomonei 1 Reg. VII, 49. 1 Par. XXVIII, 15. Jer. LII, 19. (Arab. مَنَارَةٌ id.).

נוּשׁ i. q. אָנַשׁ *aegrum esse*, semel translate de animo Ps. LXIX, 21. (Syr. ܢܳܫ languit, debilitatus est Quod Castell. p. 542 scribit *nasch* per Petocho, id firmat Lex. Adl., sed hanc ipsam ob caussam ad rad. med. gem.,

non עָז, referri debebat. In Indogermanicis congruit *νίσος, νοῦσος*).

נָזָה fut. יַזֶּה, יֵז Jes. LXIII, 3, conv. וַיֵּז 2 Reg. IX, 33 1) pr. *saliit*, *assilivit*. (Origo, ut recte observat Schroederus Observatt. ad origg. hebr. p. 8, est in *emicando*, *evolando*, et נָזָה sibilo emollito cognatum est verbis נָצָה, נָצַץ. Eiaculandi, prosiliendi potestate, de rebus fluidis, ut no. 2, finitimae sunt נָצַח et aethiop. ፀሐጠ:. Nihil magis alienum ab interiore huius radicis natura, quam quod nuper originem eius in *rigando* quaesiverunt, coll. nostr. *netzen*, *nass*, *natare*). Late regnat hic usus in lingua Arabica, eumque paullo uberius exponere visum est, quo certius iudicetur de usu Hebraeo in Hiph. no. 1. Teste Firuzabadio (p. 1954), quem passim ex linguae usu aliunde cognito illustrabimus, نزا *saliit*, *assilivit* dicitur a) de bestiis, ut de locusta, de pico, dein de hoedo, de asino, qui prae alacritate assiliunt; dein b) de hominibus, qui aliqua re vel territi vel irati subito assiliunt, cuiusmodi assultus cum bestiarum illarum assultu comparatur. Har. cons. 43 p. 498 Sacy: *tunc avertit se ut iratus* وَنَزَا نَزْوَانَ ٱلْعُنْظُبِ *et assilivit*, *ut locusta*. Simili proverbio germanice dicas: er sprang auf, wie ein Zinshahn, et in Comment. laudatur proverbium Arabum: أَنْزَى مِنَ ٱلْجَرَادِ qui saltat magis quam locusta. Hamas. p. 387 Schult. (p. 39 Freyt.) de homine pervigili dicitur: *si lapillum icceris*, رَأَيْتَهُ يَنْزُو لِوَقْعَتِهَا طُمُورَ ٱلْأَخْيَلِ *cernas eum exilire ad lapsum eius instar pici viridis.* Har. Cons. 27 verba يَنْزُو وَيَلِينُ p. 287, in ipsius Haririi commentario (p. 292 lin. 9) explanantur: وَقَوْلُهُ يَنْزُو وَيَلِينُ هَٰذَا ٱلْمَثَلُ يُضْرَبُ لِمَنْ يَتَعَزَّزُ ثُمَّ يَذِلُّ وَيُقَالُ إِنَّ أَصْلَهُ ٱلْجَدْيُ يَنْزُو وَهُوَ صَغِيرٌ فَإِذَا كَبِرَ لَانَ *dictio* يَنْزُو وَيَلِينُ *usurpatur de eo, qui vehemens est dein mansuetus fit, voluntque proprium eius usum esse de hoedo, qui, dum parvus est, assilit* (prae alacritate), *ubi adolevit, remittit*. Adde Cons. 31 p. 341. Eodem pertinet haec Golii glossa: *exultavit prae hilaritate*, quod proprie asellorum est. Nam pro eo, quod in Kamuso Calcutt. est: ٱلْخَمْرُ وَثَبَتْ مِنَ ٱلْمِزَاجِ *vinum salit a mixtura* teste Freytagio (cf. etiam Giggejum) legendum est: ٱلْحُمُرُ وَثَبَتْ مِنَ ٱلْمِرَاحِ *aselli saliunt prae alacritate.* — Est c) conscendit femellam (nostr. *bespringen*). d) *exsiliit* pro *evasit* fuga, nostr. *entspringen* [cf. exsul, exsilium ab exsiliendo], v. Freytag. h. v. e) نَزَا بِهِ قَلْبُهُ sq. إِلَى assilit ei animus in rem i. e. appetivit rem. f) *ascendit* annona i. e. cara facta est. g) De rebus fluidis: *sanguis exsilit e vena*, das Blut *springt*, *spritzt* aus der Ader. Sic

2) apud Hebraeos vulgo: *prosiliit*, *sparsus* s. *eiaculatus est* sanguis aliudve liquidum (spritzen, intrans.). Sq. עַל, אֶל ad aliquid. Lev. VI, 20: וַאֲשֶׁר יִזֶּה מִדָּמָהּ עַל־הַבֶּגֶד. 2 Reg. IX, 33: וַיִּז מִדָּמָהּ אֶל־הַקִּיר. De succo (sanguine) uvarum Jes. LXIII, 3: וְיֵז נִצְחָם עַל־בְּגָדַי.

Hiph. הִזָּה fut. apoc. וַיַּז 1) *exsilire*, *assilire fecit*, idque, ut videtur, prae admiratione, reverentia et pietate. Sic in loco multum vexato Jes. LII, 14. 15: כַּאֲשֶׁר שָׁמְמוּ עָלֶיךָ רַבִּים .... כֵּן יַזֶּה גּוֹיִם רַבִּים עָלָיו יִקְפְּצוּ מְלָכִים פִּיהֶם *quemadmodum obstupuerunt super te multi* ...... *sic assilire facies* (pr. faciet) *populos multos, de eo reges occludent os*. *Assilire* h. l. non aliud est quam *subito assurgere de sede*, quod facere solent, qui inopinato conspiciunt virum in magna dignitate constitutum, cui honos, reverentia vel pietas praestanda est. Eadem sententia dicitur XLIX, 7: *ita dicit Jova ei, qui contemtus est ab hominibus* ..... מְלָכִים יִרְאוּ וָקָמוּ שָׂרִים וְיִשְׁתַּחֲווּ *reges eum videntes* **assurgent**, *principes prosternent se*. Satis bene, sed paullo liberius LXX *οὕτω θαυμάσονται ἔθνη ἐπ' αὐτῷ* (עָלָיו contra accentus ad praecedentia referentes). Contra ex vulgari radicis usu (no. 2). Vulg. *iste asperget gentes multas*, Syr. ܗܢܘ ܢܕܟܐ ܠܥܡ̈ܡܐ ܤܓܝ̈ܐܐ *hic expiabit gentes multas*, ad quam sententiam commendandam provocari possit (idque a nemine factum esse miror) ad n. pr. יִזִּיָּה quod vix aliter explicaveris quam: *quem consperget* i. e. *expiabit Jova*. Sed fac etiam ex hoc nomine effici, הִזָּה *spargendi* significatione cum acc. personae *conspergendae* dici potuisse (nam ex Lev. IV, 6. 17 hoc non colligas, ubi אֶת־פְּנֵי הַפָּרֹכֶת minime accusativus est), et ita ex parte satisfieri dubitationibus, quas movit Schroederus (Origg. l. c.), sententia tamen illi interpretationi (quam nuper defenderunt Hengstenbergius, Reinkius) non favet. Non bene enim sibi opponuntur haec: *ut nunc horrore percellit multos*, *ita is olim expiabit multas gentes*, egregie contra (ut contraria) sibi respondent horror iste, quo qui corripiuntur a re quam perhorrescunt *resilire* s. repercuti solent, et pia reverentia erga principem doctoremve, qua ductus aliquis de sede sua *assilit*.

2) *sparsit* v. c. aquam, sanguinem, oleum (pr. salire fecit, cf. germ. *sprengen* ab intrans. *springen*). Coniungitur sq. acc. liquidi, quod spargitur (quo etiam referendum מִן־הַדָּם aliquid de sanguine) et עַל pers. reive, quae aspergitur. Levit. V, 9: וְהִזָּה מִדַּם הַחַטָּאת עַל־קִיר הַמִּזְבֵּחַ, vel hoc modo Exod. XXIX, 21: וְלָקַחְתָּ מִן־הַדָּם ... וּמִשֶּׁמֶן הַמִּשְׁחָה וְהִזֵּיתָ עַל־אַהֲרֹן *et sumes de sanguine* .... *et de oleo unctionis eoque asperges Aaronem.* Lev. VIII, 30. XVI, 15. 19. Num. VIII, 7. XIX, 18, item sq. אֶל rei (*versus* rem) Lev. XIV, 51, עַל־פְּנֵי Lev. XVI, 14, לִפְנֵי ibid. et comm. 15, אֶל־נֹכַח פְּנֵי Num. XIX, 4, אֶת־פְּנֵי Lev. IV, 6. 17. V. c. l. c.: וְהִזָּה מִן־הַדָּם לִפְנֵי יְיָ אֶת־פְּנֵי הַפָּרֹכֶת *et sparget de sanguine coram Jehova versus aulaeum*. Lev. XVI, 14: *et accipiet de sanguine iuvenci* וְהִזָּה בְאֶצְבָּעוֹ עַל־פְּנֵי הַכַּפֹּרֶת קֵדְמָה וְלִפְנֵי הַכַּפֹּרֶת יַזֶּה וגו׳ *et sparget digito suo versus operculum orientem versus et coram operculo sparget septies de sanguine*

digito suo. Distinguuntur enim עַל פְּנֵי et לִפְנֵי, cf. Comm. 15: *et faciat sanguini, sicut fecit sanguini iuvenci* וְהִזָּה אֹתוֹ עַל הַכַּפֹּרֶת וְלִפְנֵי הַכַּפֹּרֶת *et sparget eum ad operculum et coram operculo* i. e. partim eo conspergat operculum partim spargat eum (in aërem) coram operculo. Accusativus liquidi post verbum omitti quidem potest, sed ea tamen lege, ut paullo ante memoratus sit. Num. XIX, 18: וְלָקַח אֵזוֹב וְטָבַל בַּמַּיִם אִישׁ טָהוֹר וְהִזָּה עַל הָאֹהֶל. Comm. 19. LXX. ῥαίνω, περιῤῥαίνω, προςραίνω, ῥαντίζω, ἐπιῤῥαντίζω.

יְזִיָּה (quem *adsperget* i. e. expiabit Jova) n. pr. viri Esr. X, 25.

נָזַל fut. יִזַּל 1) *fluxit, manavit.* (Primaria radix est זל, v. זָלַל no. 2. Congruit arab. نزل *descendit*, nam aquae fluentes descendunt. Sed quod conferunt sanscr. *sal* ire, se movere, lat. *salio*, admodum ambiguum est). De aquis Num. XXIV, 7: יִזַּל מַיִם מִדָּלְיָו. Ps. CXLVII, 18: יַשֵּׁב רוּחוֹ יִזְּלוּ מָיִם. Part. pl. נֹזְלִים fluentes, epith. aquarum Jer. XVIII, 14, inde poët. de ipsis aquis, tum marinis Exod. XV, 8, tum aliis Jes. XLIV, 3. Ps. LXXVIII, 16. 44. Prov. V, 15. Poët. aliquid dicitur *fluere aliqua re* i. e. magnam eius copiam demittere, sq. acc. (v. הָלַךְ no. 3). Jer. IX, 17: עַפְעַפֵּינוּ יִזְּלוּ מָיִם *palpebrae nostrae fluunt aquis.* Iob. XXXVI, 28. Jes. XLV, 8. — Metaph. de sermone Deut. XXXII, 2: תִּזַּל כַּטַּל אִמְרָתִי, de suavibus odoribus horti aërem permeantibus Cant. IV, 16. — נָזְלוּ Iud. V, 5 est a rad. זָלַל, ubi vide Niph.

Hiph. הִזִּיל causat. *fluere fecit* Jes. XLVIII, 21. Aliud vide s. rad. זָלַל.

מַזָּלוֹת f. pl. *sidera* (Sternbilder), spec. ut videtur, *signa zodiaci.* 2 Reg. XXIII, 5: *qui suffiebant* לַבַּעַל לַשֶּׁמֶשׁ וְלַיָּרֵחַ וְלַמַּזָּלוֹת וּלְכֹל צְבָא הַשָּׁמָיִם *Baali et Soli et Lunae et signis zodiaci et omni exercitui coelorum.* LXX. μαζουρώθ (qs. legerint מזרות, ut Iob. XXXVIII, 32). Suidas: μαζουρώθ τὰ συστήματα τῶν ἀστέρων, ἃ ἐν τῇ συνηθείᾳ ζώδια καλοῦσιν. Vulg. *duodecim signa.* Targ. מַזָּלָתָא. Syr. ܡܘܙܠܬܐ, quod Arabs reddit الكواكب stellae. Juda b. Karisch: النجوم والكواكب في جميع المشنة والتلمود وهي مזרות. — Idem vocabulum frequentant Chaldaei et Hebraei recentiores et forma nonnihil mutata Aramaei, v. c. מַזָּלֵי שְׁמַיָּא *sidera coeli* Jes. XLVII, 13, תְּרֵיסַר מַזָּלַיָּא *duodecim signa* Esth. III, 7 Targ. sec. Cant. V, 14, גַּלְגַּל מַזָּלוֹת, אֵיפַן מַזָּלוֹת rota siderum, item עִיגּוּל מַזָּלוֹת, אֵיזוֹר מַזָּלוֹת zona siderum i. e. zodiacus, it. de singulis signis, velut מַזַּל טָלֶה signum arietis, מַזַּל שׁוֹר signum tauri cet., maxime de sideribus, quatenus vim habent in fortunam hominum, unde מַזָּל בִּישׁ fortuna mala Eccl. IX, 3, sed crebrius in bonam partem, *fortuna prospera, opes,* Buxtorf. Lex. chald. p. 1322. Etiam de planetis, quatenus vim exercent in naturam et fata hominum, v. Buxtorf. l. c. Apud Syros exstat ܡܘܙܠܬܐ 2 Reg. l. c. et Sap. 7, 17 (pro gr. τὰ στοιχεῖα i. e. *signa zodiaci* apud Alexandrinos, v. Suidam, i. q. στοιχειώματα, unde στοιχειωματικοί astrologi), quod Lex. Adl. explicat: فلك دايرة خرزة *orbis, orbiculus, zodiacus.* Ibid. (ut ap. Cast. p. 543) additur: ܡܘܙܠܬܐ ܡܫܠܟ مسلك النجوم الفلك via stellarum, zodiacus, sed dubito, num genuinum sit Gomal. In cod. Nasaraeo T. II p. 42 l. 14 habetur: *stellae* ܡܙܠܬܐ *et sidera decident ut tabescentia.*

Ut recte observant Hebraei (v. supra I. b. Karisch, adeoque LXX), idem vc. est מַזָּרוֹת Iob. XXXVIII, 32 (l et r permutatis), quaecunque tandem harum formarum primaria est et nativa. Itaque hoc quoque h. l. tractare placet. Iob. l. c. הֲתֹצִיא מַזָּרוֹת בְּעִתּוֹ, quae apte vertas: *num educis zodiacum tempore suo?* Antecesserunt enim et sequuntur alia signa coelestia. LXX. μαζουρώθ, ut supra. Targ. שְׁטְרֵי מַזָּלַיָּא pr. *dominia* duodecim *signorum* i. e. signa zodiaci, quae dominantur in res humanas (cf. Iob. comm. 33, ubi שְׁטָרֵי גַּלְגַּלַּיָּא et IX, 9). Aben Esra: כוכבים, sed Vulg. Lucifer. Syr. plaustrum. R. Levi b. Gerson *sidus* aliquod *boreale* intelligendum coniicit. — Per r scriptum hoc vc. praeterea reperisse mihi videor in nummis Ciliciis Phoenicio sermone inscriptis (Monumm. Phoen. tab. 36 pag. 279), in quibus formula bene precandi orditur a verbis: מזרך זך על *sidus tuum purum* (quae verba fortasse ad Jovem referuntur in his nummis conspicuum) splendeat *super* cet.

His ita disputatis, de *significatione* et *usu* non multum dubitationis supererit. Iis enim, qui utroque loco *sidera, signa coelestia,* spec. *zodiaci signa* intelligunt non solum utriusque loci (maxime 2 Regg.) contextus favet, sed etiam linguae Aramaeae usus et paene constans veterum interpretum traditio. Perexigua, ut videmus, eorum est auctoritas, qui *planetas* maluerunt (ut Jahnius, Fürstius), vel qui *utramque coronam* interpretati sunt, coll. נֵזֶר (Michaëlis, Ewald).

Difficilior visa est quaestio de origine et propria significatione vocabuli, praesertim quum incertum haberetur, utra forma primaria et nativa esset. Qui a molliore forma proficiscebantur, מַזָּלוֹת *sidera* dicta censebant vel ab *influxu* in fata hominum (a נָזַל fluxit, sed nunquam *vim habuit in* aliquid, ut lat. *influxus stellarum* Firmic.); vel ab *eundo, circumeundo* (a rad. אָזַל v. lex. man. h. v. et append., ad analogiam formae מַכֹּלֶת a rad. אָכַל, cf. syr. ܡܘܙܠܬܐ); vel *signa zodiaci* solis hospitia et mansiones appellata esse censuerunt coll. arab. مَنْزِلٌ, مَنْزِلَةٌ statio, hospitium q. d. Absteigequartier (a rad. نزل descendit), ut Arabes eandem ob caussam zodiacum appellant فلك البروج orbem palatiorum. Sed rectius haud dubie statuerunt, qui duriorem formam מַזָּרוֹת apud Iobum (et in numis Ciliciis, qui omnium nummorum Phoeniciis litteris

inscriptorum antiquissimi sunt) obviam antiquiorem et nativam censerent, licet in origine indicanda minus prosperi essent. Neque enim *coronae* sunt מַזָּרוֹת (coll. נֵזֶר diadema), neque *zonae*, *cingula* (a rad. אָזַר), sive cingulum Orionis intelligis sive zodiaci zonam, sed ex certo linguae Hebraeae et Arabicae usu: *praemonitiones*, concr. (astra) *praemonentia*, *praesaga* (Stat. Theb. 8, 145), rerum futurarum praescia et, quid futurum sit, mortalibus praesignificantia, vide ad נָזַר Hiph. no. 1, ibique usum Arabum.

נָזַם rad. inusit. i. q. arab. نَظَمَ perforávit, seruit margaritas in filum, unde نَظْمٌ funiculus margaritarum, vel, quod praefero, i. q. chald. זמם capistravit, unde syr. ܙܡܳܡܳܐ annulus nasi, et aeth. ሐመም: annulus bestiarum domandarum nares perforans i. q. חָח. Inde

נֶזֶם c. suff. נִזְמָהּ Hos. II, 15, pl. cstr. נִזְמֵי m. *annulus* a) a mulieribus (et viris? Iob. XLII, 11) ornatus caussa in naso gestatus, sive is de ipso naso perforato, sive ex fronte dependebat naribusque imminebat. Gen. XXIV, 47: וָאָשִׂם הַנֶּזֶם עַל אַפָּהּ. Jes. III, 21: נִזְמֵי הָאָף. Prov. XI, 22. Ez. XVI, 12. Male LXX et Vulg. etiam his locis ἐνώτια, *inaures* reddunt, rectius Theod. Symm. ἐπιῤῥίνιον. Hieron. ad Ezech. l. c. „Verbum *nezem* excepto Symmacho, qui interpretatus est ἐπιῤῥίνιον, omnes *inaures* transtulerunt, ... quod circulus in similitudinem factus inaurium eodem vocabulo nuncupetur, et usque hodie inter cetera ornamenta mulierum solent aurei circuli in os ex fronte pendere et imminere naribus." Schroederum (de vest. mul. Hebr. pag. 191), qui narium annulos Hebraeis mulieribus abiudicare solisque Americanis populis tribuere volebat, recte refellit Seb. Rau ad varia V. T. loca p. 32: is enim mos, quem nuper Lipsiae in saltatricibus Indicis ipsis oculis nostris usurpavimus, late regnat in Oriente, v. itineratorum commentarios ap. Jahnium (Archaeol. 1 §. 153), Hartmannum (Hebräerin II, 166. III, 205 sqq.), Winerum Realwörterb. II, 162). b) in auribus gestatus, *inauris* Gen. XXXV, 4. Exod. XXXII, 2. Aliis locis, qualis (utrum narium an aurium) annulus fuerit, non additur Iudd. VIII, 24. 25. Iob. XLII, 11. Prov. XXV, 12. Hos. II, 15. (Etiam in Mischna, Schabb. 6, 1. Kelim 11, 8).

נְזַק chald. *damnum*, *iacturam fecit* (intrans.). (In Targg. saepe, in Pe. et Aph., max. pro hebr. נָגַע, ubi in malam partem sumitur, מַזִּיקִין daemones nocivi). Part. נָזִק Dan. VI, 3.

Aph. הַנְזִק *damno affecit* aliquem Esr. IV, 13. 15. 22. Inde

נֵזֶק m. *damnum*, *detrimentum* Esth. VII, 4.

נָזַר in Kal inusit. Arab. نَذَرَ consecravit, vovit. Complectuntur igitur Arabes hoc uno verbo, quod Hebraei duobus verbis cognatis נָדַר et נָזַר exprimunt. Origo est in separando, cf. arab. حَرُمَ separavit a communi usu.

Niph. 1) *separavit se* ab al., sq. מֵאַחֲרֵי יְהוָה a cultu Jehovae defecit. Ez. XIV, 7. — 2) *abstinuit* aliqua re, sq. מִן Lev. XXII, 2; absol. de abstinentia a cibo potuque Zach. VII, 3, cf. V. 5, ubi est צוּם ieiunare. (Syr. Ethpe. ܐܬܢܙܪ id. Assem. III, 2 p. 263: ܐܬܢܙܪ ܚܡܫܝܢ ܝܘܡܝܢ continentiam servavit per quinquaginta dies, ܢܙܝܪܘܬܐ abstinentia monachalis et a concubitu BH. 76. 92). — 3) *consecravit se* alicui rei, sq. לְ Hos. IX, 10: וַיִּנָּזְרוּ לַבֹּשֶׁת *consecrarunt se idolis*.

Hiph. הִזִּיר 1) *separavit*, inde *prohibuit*, *arcuit* aliquem ab aliqua re, inde *dehortatus est*. Levit. XV, 31: וְהִזַּרְתֶּם אֶת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל מִטֻּמְאָתָם *prohibete igitur Israëlitas a pollutione eorum*, arcete s. *dehortamini* eos, quominus se polluant. LXX. εὐλαβεῖς ποιήσετε τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἀπὸ τῶν ἀκαθαρσιῶν αὐτῶν. Vulg. *docebitis f. I. ut caveant immunditiam*. Syr. ܬܙܗܪܘܢ — ܡܢ. Fuerunt, qui הִזַּרְתֶּם dictum censerent pro הִזְהַרְתֶּם *admonebitis* (quod ipsum habet Cod. Sam. et exprimit Vers. Sam. ותזהרון), sed eundem usum habet etiam arab. نذر IV. praemonuit, ut sibi caveret, unde Conj. I. med. Kesr. scivit et cavit sibi, pr. praemonitus est نَذِرَ, نَذْر, نُذْرى, إِنْذَار praemonitio, dehortatio, نَذِير et مُنْذِر praemonitor, dehortator, prius Cor. 5, 22. 32, 2, de Muhammede 7, 182. Vide supra מַזָּרוֹת.

2) *consecravit*, sq. לַיהוָה Num. VI, 12.

3) intrans. i. q. Niph. no. 2 *abstinuit* ab aliqua re, sq. מִן Num. VI, 3, et i. q. Niph. no. 3 *consecravit se*, sq. לַיהוָה Num. VI, 2. 5. 6 (de Nasiraeo).

נָזִיר m. *sacratus*, *consecratus*, spec. 1) *Nasiraeus*, ascetarum genus apud Hebraeos, qui, dum voto obstricti erant, a vino ac temeto, a novaculae usu, et ab omni pollutione abstinebant (v. legem Num. VI, 2 sqq.). Am. II, 11. 12, plenius נְזִיר אֱלֹהִים Deo consecratus Iud. XIII, 5. 7. XVI, 17. — נֶדֶר נָזִיר votum Nasiraei Num. VI, 2. LXX in Num. εὐξάμενος, ἡγνισμένος, ap. Amos. ἡγιασμένος, sed Iudd. l. c. Ναζίρ, al. codd. Ναζιραῖος, Ναζηραῖος, Ναζειραῖος. Fuerunt, ut Simson, Samuel (Iud. l. c. 1 Sam. I, 11), qui Nasiraeatus voto per omnem vitam obstricti erant, quos Talmudici appellant נזירי עולם opp. נזירי ימים. Apud hos memorantur etiam mulieres Nasiraeae (נזירה). V. tractatum talmud. *Nasir*, Carpzov apparat. 151 sqq. Winer Realwörterb. II, 163. Vatke bibl. Theol. P. I, p. 281.

2) A Nasiraeo, qui capillos non tondebat, transfertur ad *vitem* anno quovis septimo itemque quinquagesimo ex lege *non putatam*. Lev. XXV, 5: אֶת־עִנְּבֵי נְזִירֶךָ לֹא

חבצר. Comm. 11: לֹא חִבְּצְרוּ אֶת־נְזִירֶיהָ. Simili translatione dicunt בתולת שקמה virginitas sycomori Nidda 8, 2. Buxtorf lex. p. 370. Cf. נֵזֶר Jer. VII, 29.

3) *princeps*, utpote Deo consecratus (cf. מָשִׁיחַ). Gen. XLIX, 26: נְזִיר אֶחָיו *princeps fratrum eius* de Josepho. Deut. XXXIII, 16. — Thren. IV, 7: זַכּוּ נְזִירֶיהָ מִשֶּׁלֶג.

נֵזֶר c. suff. נִזְרוֹ m. 1) *consecratio*, ut sacerdotis Lev. XXI, 12: כִּי נֵזֶר שֶׁמֶן מִשְׁחַת אֱלֹהָיו עָלָיו, spec. Nasiraei (v. נָזִיר). Num. VI, 4: כֹּל־יְמֵי נִזְרוֹ *omne tempus consecrationis eius*. Comm. 5: נֶדֶר נִזְרוֹ. Comm. 9: רֹאשׁ נִזְרוֹ *caput eius consecratum*. Comm. 12: טָמֵא נִזְרוֹ *polluta est consecratio eius*. Meton. *caput sacratum Nasiraei* comm. 19, inde (prima significatione neglecta) *coma non tonsa* (mulieris) Jer. VII, 29.

2) *diadema* (pr. consecratio), quo ornatur, qui *consecratus* est, ut sacerdos summus, cuius diadema appellatur נֵזֶר הַקֹּדֶשׁ Exod. XXIX, 6. XXXIX, 30. Lev. VIII, 9, rex 2 Sam. I, 10. 2 Reg. XI, 12. 2 Par. XXIII, 11. Ps. LXXXIX, 40. CXXXII, 18. Prov. XXVII, 24. אַבְנֵי נֵזֶר gemmae diadematis Zach. IX, 16 de re admodum pretiosa.

מִנְּזָרִים m. pl. (cum Dag. euphon.) *principes* i. q. נְזִירִים, forma abstr. pro concr. Nah. III, 17. Parall. טַפְסְרִים. Bene Syr. ܢܘܙܪܝܐ. Kimchi: שרים אשר נזר ועטרה על ראשיהם. LXX. ὁ συμμικτός σου (qs. sit i. q. ממזרים).

מַזָּרוֹת *astra* v. מַזָּלוֹת p. 869. 870 A.

נֹחַ v. rad. נוּחַ.

נחג rad. Samaritana potius quam Hebraea, quam Pent. Sam. (plures certe eius codd.) Ex. XIV, 25 habet pro נהג *duxit*. Castellus ex lit. Dam. laudat מנחג via i. q. hebr. מִנְהָג.

נָחָה in Kal praet. נָחָה, imp. נְחֵה, et in

Hiph. fut. יַנְחֶה inf. הַנְחוֹת 1) *duxit*. (Cognatae radd. sunt נָהַג, נָהַל). LXX plerisque locis ὁδηγέω, καθηγέω, aliquoties ἄγω, ἐπάγω al. Constr. sq. אֶל ad aliq. Exod. XXXII, 34, עַד Ps. LX, 11, אֶת פְּנֵי (in conspectum alic., *vor jem. hin*) 1 Sam. XXII, 4, לִפְנֵי (id.) Prov. XVIII, 16; contra sq. מִן (de loco, *unde* quis ducitur) Num. XXIII, 7; absol. Iob. XXXVIII, 32, i. q. regere, moderari XXXI, 18. — Persaepe de Deo, qui vel populum vel singulos homines aliquo ducit Gen. XXIV, 27: בַּדֶּרֶךְ נָחַנִי יְי בֵּית אֲחֵי אֲדֹנִי. Comm. 48. Ex. XIII, 17: לֹא נָחָם אֱלֹהִים דֶּרֶךְ אֶרֶץ פְּלִשְׁתִּים. 21. Neh. IX, 12. Ps. LXXVIII, 14, sq. אֶל Ps. CVII, 30, sq. בְּ LXI, 3, vel (absol.) eos regit et gubernat instar gregis Ex. XV, 13. Deut. XXXII, 12. Ps. XXXI, 4. LXXVII, 21. LXVII, 5. CXXXIX, 10. Jes. LVII, 18. Saepe etiam Deus dicitur ducere aliquem in via salutis Ps. XXIII, 3, in via antiqua (religionis et pietatis maiorum) CXXXIX, 24, in iustitia sua i. e. in via iustitiae, quae Deo placet Ps. V, 9, in consilio suo LXXIII, 24, in via aequa XXVII, 11. — 2) spec. *deduxit* aliquid aliquo. 1 Reg. X, 26: וַיַּנְחֵם בְּעָרֵי הָרֶכֶב *et deduxit eos in urbes curruum; deduxit* populum (in exilium) 2 Reg. XVIII, 11 (copulatur cum הִגְלָה). Iob. XII, 23: שֹׁטֵחַ לַגּוֹיִם וַיַּנְחֵם *expandit populos et* (contra) *deducit eos* in captivitatem.

נָחַל 1) *cepit, accepit* aliquid *possidendum, possedit*, in Besitz nehmen, zum Besitz erhalten, besitzen, fere i. q. יָרַשׁ. (Origo mihi videtur esse in *ducendo, trahendo*, ita ut נָחַל similis significationis sit atque נָהַל. A *ducendo* autem proficiscitur partim *fluendi* significatus, unde נַחַל rivus, partim *capiendi* et *accipiendi* potestas. Etiam nos dicimus: Geld woher ziehen, Nutzen von etwas ziehen pro: einnehmen, entnehmen, erhalten von etwas). Dicitur a) creberrime de Israëlitis, qui Cananaeam vel partem eius possidendam nanciscuntur et possident. Sq. accus. Ex. XXIII, 30: וְנָחַלְתָּ אֶת־הָאָרֶץ *et possidebis terram*. Jos. XIV, 1: אֵלֶּה אֲשֶׁר נָחֲלוּ בְנֵי יִשְׂרָאֵל בְּאֶרֶץ כְּנָעַן *haec sunt, quae acceperunt Israëlitae in Cananaea*. Jes. LVII, 13. Ps. LXIX, 37; omisso acc. *accepit, capessivit* (possessionem, fundos). Jos. XVI, 4: וַיִּנְחֲלוּ בְנֵי יוֹסֵף. Num. XXXII, 19: לֹא נִנְחַל אִתָּם מֵעֵבֶר לַיַּרְדֵּן *nolumus accipere cum iis* (possessionem) *trans Jordanem;* omisso acc. et addito בְּ loci, accepit (possessionem) *in* aliquo loco, *in* medio cet. Num. XVIII, 20: *et dixit Jova Aharoni* בְּאַרְצָם לֹא תִנְחָל *non possidebis* quicquam *in terra eorum*, plenius נָחַל נַחֲלָה בָּאָרֶץ Deut. XIX, 14, נָחַל נַחֲלָה בְּתוֹךְ וגו׳ accepit possessionem in medio (fratrum, filiorum) Num. XVIII, 23. 24. Jos. XVII, 6. XIX, 9. — b) de Deo, qui Israëlem ut sibi proprium accipit et iccirco tuetur et defendit. Exod. XXXIV, 9: *condona peccatum nostrum* וּנְחַלְתָּנוּ *et accipe nos* ut sibi proprios. Zach. II, 16. Sq. בְּ loci (v. supra litt. a). Ps. LXXXII, 8: אַתָּה תִנְחַל בְּכָל הַגּוֹיִם *tu possessionem habes in omnibus gentibus*. — Dicunt c) *nancisci, impetrare* ad possidendum) v. c. gloriam Prov. III, 35, bona XXVIII, 10, et contra stultitiam XIV, 18, ventum XI, 29. — Jer. XVI, 19: שֶׁקֶר נָחֲלוּ אֲבוֹתֵינוּ *mendacium* i. e. idola falsa *impetrarunt* (ad colendum) *patres nostri*. Ps. CXIX, 111: נָחַלְתִּי עֵדְוֹתֶיךָ לְעוֹלָם *nactus sum* et possideo et veneror *praecepta tua in aeternum*. — d) c. acc. pers. *occupavit* aliquem i. e. bona eius occupavit, eum *eiecit* e possessione (cf. יָרַשׁ no. 1, b). Zeph. II, 9. Parall. spoliavit.

2) *hereditate accepit*. Sq. בְּ loci (ut supra) Iud. XI, 2: לֹא תִנְחַל בְּבֵית אָבִינוּ. LXX etiam plerisque locis sub no. 1 laudatis reddunt κληρονομέω, sed propria hereditatis notio in hoc verbo perrara est.

3) causat. i. q. Pi. *possidendum dedit* s. *distribuit* aliquid, sq. acc. rei et dat. pers. Num. XXXIV, 17: אֲשֶׁר יִנְחֲלוּ לָכֶם אֶת הָאָרֶץ *qui distribuent vobis terram*. Comm. 18. Jos. XIX, 49.

Pi. possidendum dedit s. *distribuit* (v. Kal no. 3). Jos. XIII, 32, sq. acc. pers. et rei Jos. XIV, 1: אֲשֶׁר נִחֲלוּ אוֹתָם אֶלְעָזָר וגו׳ *quae iis distribuerunt Eleasar* cet. sq. בְּ loci Num. XXXIV, 29. Sq. dat. pers. Jos. XIX, 51.

Hiph. 1) *possidendum dedit*, sq. acc. pers. et rei 1 Sam. II, 8. Zach. VIII, 12, saepe hoc nexu: Cananaeam *possidendam distribuit* Israëlitis, Deut. I, 38. III, 28. XIX, 3. XXXI, 7. Jer. III, 18. XII, 14. Jos. I, 6, sq. acc. pers. omisso acc. rei: *possidendas dedit* (possessiones, opes). Deut. XXXII, 8: בְּהַנְחֵל עֶלְיוֹן גּוֹיִם *quum Altissimus possessiones* (sedes) *assignaret populis*. Prov. VIII, 21: לְהַנְחִיל אֹהֲבַי יֵשׁ *est quod possidendum dem amicis meis*, sunt mihi opes, quas amicis meis impertiar (v. יֵשׁ p. 637) et cum solo acc. rei: *distribuit* possessiones. Jes. XLIX, 8.

2) *hereditare fecit* i. e. a) *heredem reliquit* aliquem Prov. XIII, 22. b) *hereditandum reliquit* aliquid alicui, sq. dat. pers. 1 Par. XXVIII, 8. c) *hereditandum distribuit*, sq. acc. hominum et rei Deut. XXI, 16.

Hoph. possidere factus est, i. e. nactus est s. accepit aliquid, sed coactus et invitus. Sq. acc. (Gramm. §. 140, 1, a) Iob. VII, 3: הָנְחַלְתִּי לִי יַרְחֵי שָׁוְא *mihi assignati sunt menses miseriae*, ich musste mir Monden des Wehes zutheilen lassen.

Hithp. i. q. Kal, *a se possidendum accepit*, *possedit*, sq. acc. Num. XXXII, 18. Jes. XIV, 2. Sq. dat. pers. possedit aliquid heredi relinquendum Levit. XXV, 46: וְהִתְנַחַלְתֶּם אֹתָם לִבְנֵיכֶם אַחֲרֵיכֶם *eosque* (servos) *possidebitis* relinquendos *filiis vestris post vos*, ut recte omnes vett. intpp. Eodem modo expediendi sunt loci Num. XXXIII, 54. XXXIV, 13. Ez. XLVII, 13. Cf. Ewaldi gramm. crit. p. 204.

Quod supra de cognatione verborum נחל נחל et נהל diximus, confirmatur lectione Cod. Samar. qui Gen. XXXIII, 14, pro אתנהלה *incedam* habet אתנחלה, et similiter נחל pro נהל Gen. XLVII, 17. Exod. XV, 13, quae intp. Chald. Sam. male ita accipit, quasi essent a נָחַל possedit.

נַחַל, c. He parag. locali (Num. XXXIV, 5) et poëtico (Ps. CXXIV, 4) נַחְלָה (Milêl), dual. נַחֲלַיִם Ez. XLVII, 9, plur. נְחָלִים, cstr. נַחֲלֵי m. 1) *rivus*, ab eundo et fluendo dictus (v. supra ad rad. in Kal no. 1). Lev. XI, 9. 10. Deut. VIII, 7. X, 7. 1 Sam. XVII, 40. 2 Sam. XVII, 13. 1 Reg. XVII, 4. 6. 7. 2 Par. XXXII, 4. Jes. XI, 15. XXXV, 6. Ezech. XLVII, 5 sqq. Ps. LXXVIII, 20. CX, 7. Eccl. I, 7 al. נַחַל אֵיתָן rivus perennis Am. V, 24. Deut. XXI, 4 (ubi additur: *in quo neque aratur neque seritur*, nam in alveo *torrentis*, qui per aestatem exsiccatur, frumentum seri poterat). נַחַל שׁוֹטֵף rivus inundans Jes. XXX, 28. LXVI, 12. Jer. XLVII, 2, נַחַל נֹבֵעַ rivus scaturiens Prov. XVIII, 4, צוּר נְחָלִים silices rivorum Iob. XXII, 24 cf. 1 Sam. XVII, 40. Jes. LVII, 6, עַרְבֵי נַחַל salices rivi Levit. XXIII, 40. Iob. XL, 22, inde נַחַל הָעֲרָבִים rivus salicum Jes. XV, 7 n. pr. rivi ab austro maris mortui, hodie وادى الاحسا *Wadi el-Ahhsa*. — *Torrens*, qui sola hieme fluit (*χειμάῤῥους*), cuius generis sunt permulti Palaestinae rivi, intelligendus est Iob. VI, 15: *fratres mei perfidi sunt instar torrentis*, qui praeter exspectationem exsiccatus spem viatoris fallit, v. אַכְזָב. — Palaestinae rivi, qui נַחַל appellantur, sunt נַחַל אַרְנוֹן, נ׳ הַבְּשׂוֹר, נ׳ יַבֹּק, נ׳ קָנָה, נ׳ קִישׁוֹן, נ׳ קִדְרוֹן, נ׳ כְּרִית, v. sub his vcc. נ׳ הָעֲרָבָה rivus deserti Am. VI, 14 i. e. Kedron, qui in borealem sinum maris mortui infunditur cf. 2 Reg. XIV, 25, non i. q. נַחַל הָעֲרָבִים, ut putat Hitzigius ad Jes. XV, 7. — נַחַל מִצְרַיִם *rivus Aegypti* rivus est, qui in confiniis Palaestinae et Aegypti in mare internum influit, Num. XXXIV, 5. Jos. XV, 4. 47, unde universa terra sancta patere dicitur *ab Hamatha usque ad rivum Aegypti* 1 Reg. VIII, 65, vel *ab rivo Aegypti usque ad Euphratem* 2 Reg. XXIV, 7. Jes. XXVII, 12, etiam *κατ' ἐξοχὴν* נַחַל appellatus Ez. XLVII, 19. XLVIII, 28 (ubi נַחְלָה legendum est pro נַחֲלָה) cf. Num. l. c. Ex vett. intpp. Alex. ap. Jes. l. c. et Saadias Num. et Jes. ll. cc. recte reddiderunt hic وادى العريش, ille *Ῥινοκόρουρα*, et sic Hieron. ad Ez. l. c. „iste enim est torrens, qui ingreditur mare magnum Rhinocorurae. Omnisque terrae sanctae hereditas ab australi plaga usque ad terminos Aegypti Rhinocorura et torrente finitur." Abusaides in Comment. ad Pent. Sam. „fluvius Aegypti est rivus el-Arisch, qui ab ista parte Syriam terminat (Eichhorn Bibl. X pag. 176)." Epiphan. haeres. 66 p. 703: *Ῥινοκόρουρα γὰρ ἑρμηνεύεται Νεέλ* (נַחַל). *Rhinocorura* enim s. *Rhinocolura* et *el-Arisch* idem oppidum designant, in confiniis Aegypti et Syriae ad vallem cum rivulo cognomine situm, quod etiamnum vocabulo primitus aegyptiaco (ⲁϫⲣⲏϫ, ⲁⲣⲏϫ terminus, extremum) العريش appellatur (Diod. 1, 60. J. D. Michaëlis ad Abulf. Aegyptum p. 68. Ejusd. suppl. 1626. Relandi Palaest. p. 969 sqq. Volney itin. II, 255 al.). Fuerunt iam ex vett. Hebraeis, ex recentioribus Dav. Millius in diss. selectis p. 196. Shaw. al., qui נַחַל מִצְרַיִם *Nilum* interpretarentur, quippe qui Gen. XV, 18: נְהַר מִצְרַיִם *fluvius Aegypti* appelletur, sed debebant hi inter utrumque distinguere. Nilus enim, qui recte *fluvius Aegypti* appellatur, *rivus* s. *torrens Aegypti* dici non poterat. Vide Iken. symb. litt. T. III. p. 222—225. 388—519. Relandi Palaest. p. 285. 286. Harmari Beobachtungen, ed. Faber II, p. 209. — Poët. נַחַל גָּפְרִית rivus sulphuris Jes. XXX, 33, *rivi mellis* Iob. XX, 17, *rivi olei* Mich. VI, 7, נַחֲלֵי בְלִיַּעַל torrentes exitii Ps. XVIII, 5.

2) *vallis* rivo vel torrente irrigua, arab. وادى, واد. (Syr. ܢܚܠܐ pro gr. *φάραγξ* Luc. III, 5. Simil. ܢܚܠܐ est torrens, dein vallis Assem. III, 1 p. 460. 472). Gen. XXVI, 19. Num. XXIV, 6. 2 Reg. III, 16. Jes. VII, 19. Iob. XXI, 33. XXX, 6. Ps. CIV, 10: הַמְשַׁלֵּחַ מַעְיָנִים בַּנְּחָלִים. Cant. VI, 11. Hoc nomen gerunt נַחַל אֶשְׁכֹּל vallis Escol s. uvarum, נַחַל הַשִּׁטִּים, נַחַל שׂוֹרֵק Joël IV, 18, נַחַל גְּרָר, נַחַל זֶרֶד v. sub his vocc. — Quum נַחַל utrumque significet, *torrentem* et *vallem*, eadem locutione modo haec modo ille intelligi potest (v. c. נַחַל זֶרֶד de rivo Deut. II, 13. 14, de valle Num. XXI, 12), nec desunt exempla, in quibus incertus haereas, utrum eligendum

sit (v. Jos. XV, 7. XIX, 14 cf. 11): sed recte observat Relandus pag. 298, in locis ambiguis, maxime in descriptionibus geographicis, nisi aliae rationes obstent, praeferendam esse *rivi* significationem, quum pro valle scriptores Hebraei vcc. עֵמֶק et גַּיְא uti soleant. — LXX נַחַל signif. 1 interpretari solent χειμάῤῥους, rarius ποταμός, signif. 2 φάραγξ, semel νάπη Num. XXIV, 6; sed nemo mirabitur, eos passim in vera potestate eligenda errasse. Passim enim φάραγξ posuerunt in primi generis exemplis Jes. XI, 15. XXX, 28. 33. XXXIV, 9, et contra χειμάῤῥους, ubi *vallem* significat 2 Reg. III, 16. Cant. VI, 10. Sic χειμάῤῥους Ἀβρωνᾶ Judith II, 24 est נַחַל עַבְרֹנָה i. e. *vallis* Abrona Num. XXXIII, 34.

3) prob. *puteus metallicus*. Iob. XXVIII, 4: פָּרַץ נַחַל *fodiunt puteum* (man bricht einen Schacht). Al. prorumpit torrens, invito contextu.

נַחֲלָה f. pl. נְחָלוֹת Jes. XLIX, 8 1) *occupatio* rei possidendae. Ita reddunt Jes. XVII, 11: בְּיוֹם נַחֲלָה *die occupationis* sc. speratae, messis speratae. LXX. Aqu. Symm. Vulg. Sed propter verba sequentia כְּאֵב אָנוּשׁ praeferenda est scriptura נַחְלָה (vulnus) *aegrum*, vid. Niph. rad. חָלָה.

2) *possessio, id quod quis possidet*. Num. XVIII, 21: *et Levitis ecce do omnem decimam Israëlitarum* לְנַחֲלָה *in possessionem*. Ps. II, 8: וְאֶתְּנָה גוֹיִם נַחֲלָתֶךָ *et possidendas tibi dabo gentes*, inde de *opibus* Prov. XX, 21. Eccl. VII, 21, sed plerumque de *possessione agri* et de *dominio* (vom *Grundbesitz*) Num. XVI, 14: נַחֲלַת שָׂדֶה וָכָרֶם. XXXVI, 7—9. Ruth IV, 5. 6. 10. Jos. XIX, 49. — Spec. a) de *agro* singulis tribubus Israëlis sorte assignato, v. c. נַחֲלַת בְּנֵי רְאוּבֵן Jos. XIII, 23, נ׳ בְּנֵי גָד Comm. 28 cf. XVIII, 20. 28. XIX, 1. 8. 9. 16. 23. 31. 39. 48, unde de Levitis Num. XVIII, 23: בְּתוֹךְ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל לֹא יִנְחֲלוּ נַחֲלָה *inter reliquos Israëlitas non habebunt possessionem*. 24. XXVI, 62. Jos. XIII, 14. 33. XIV, 3. — b) de universa terra sancta Israëli a Deo in possessionem data. Deut. IV, 38. XV, 4. XIX, 10. XX, 16. XXI, 23. XXIV, 4. XXV, 19. XXVI, 1. נַחֲלַת יַעֲקֹב Jes. LVIII, 14. In utriusque generis (a. b) exemplis saepe terra dicitur *dari Israëlitis in possessionem* (לְנַחֲלָה) Num. XVIII, 21. 24. Deut. XXIX, 7. Jos. XI, 23. 1 Reg. VIII, 36, vel *esse possessioni* (הָיָה לְנַחֲלָה) XIV, 9. XXIV, 32. Ezech. XXXVI, 12. XLIV, 28; sed eadem sententia frequentatur etiam נָתַן בְּנַחֲלָה Num. XXXVI, 2, הָיָה בְנַחֲלָה Jos. XIX, 2, נָפַל בְּנַחֲלָה (zum Besitz zufallen) Num. XXXIV, 2, נִחֵלֶק בְּנַחֲלָה XXVI, 53, הִפִּיל בְּנַחֲלָה (sorte distribuit in possessionem) Jos. XIII, 6. 7. XXIII, 4. Iud. XVIII, 1. Ez. XLV, 1. XLVII, 14. 22, qua in locutione singularis בְּ particulae usus pro *ut* (כְּ) notandus est. cf. supra ad בְּ no. 14. 21. — c) נַחֲלַת יְהוָה *peculium Jovae* appellatur Israëlitarum populus, quem Jova tanquam sibi proprium et carum curat et tuetur Deut. IV, 20. IX, 26. 29. 1 Sam. XXVI, 19. 2 Sam. XIV, 16. XX, 19. XXI, 3. 1 Reg. VIII, 51. Jes. XIX, 25. XLVII, 6. Joël II, 17. IV, 2. Jer. XII, 7—9. L, 11. Ps. XXVIII, 9. XXXIII, 12. LXVIII, 10. LXXVIII, 62. 71. LXXIX, 1. CVI, 40. Sed Ps. CXXVII, 3 נַחֲלַת יְיָ est *possessio a Deo concessa* i. e. donum Dei. — d) De formula: יֵשׁ לִי חֵלֶק וְנַחֲלָה עִם v. חֵלֶק no. 2 litt. a.

3) spec. *possessio hereditate* accepta, *patrimonium*. Num. XXVII, 7. Iob. XLII, 15. נַחֲלַת הָאָבוֹת patrimonium a patribus acceptum 1 Reg. XXI, 4. Prov. XIX, 14. Ibid. XVII, 2: בְּתוֹךְ אַחִים יַחֲלֹק נַחֲלָה *in medio fratrum dividet patrimonium*, accipiet partem patrimonii distributi.

4) i. e. חֵלֶק no. 2, d, *sors* alicui a Deo assignata. Iob. XXVII, 13: נַחֲלַת עָרִיצִים מִשַּׁדַּי *sors impiis a Deo assignata*. Jes. LIV, 17. Paullo aliter XX, 29: נַחֲלַת אִמְרוֹ מֵאֵל *sors ei iussa* (imposita) *a Deo*. Sed sq. genit. Dei ib. XXXI, 2: נַחֲלַת שַׁדַּי מִמְּרוֹמִים (Ps. CXXVII, 3).

LXX raro simpliciter reddunt *possessionem*, κατάσχεσις Num. XXXIII, 54. XXXVI, 3, κτῆμα Iob. XX, 29. XXVII, 13, plerumque *sortem* s. *possessionem sorte attributam*, qualis erat tum ager a patribus hereditate transmissus, tum terra sancta sorte Israëlitis divisa (κλῆρος sexies et quadragies, κληρονομία plus quam centies).

נַחֲלִיאֵל (vallis Dei) n. pr. stationis Israëlitarum in deserto Num. XXI, 19. Cod. Sam. נחלאל.

נַחֲלַת i. q. נַחֲלָה f. *possessio*, *sors* Ps. XVI, 6.

* * *

נְחִילוֹת f. pl. Ps. V, 1 instrumentum musicum, *tibiae*, pro חֲלוֹת (pr. part. Niph. a rad. חָלַל) *perforatae* i. q. חָלִיל. Male nonnulli Hebraei instrumentum intelligunt, quod bombum edat instar apum, coll. talm. נחיל examen apum, arab. نَحْلَة apis.

נָחַם in Kal inusit. pr. vehementer spiritum duxit, *anhelavit*, *ingemuit*, ut arab. نَحَمَ, cogn. radd. נָהַם, הָמָה. (Syr. ܢܚܶܡ est vivificavit, Ethpa. revixit, resurrexit, itidem a respirando).

Niph. נִחַם 1) *ingemuit*, inde *doluit* (de usu formae passivae et mediae in verbis affectuum v. ad rad. נָבָא, cf. נֶאֱנַח, ὀδύρομαι, contristari), a) de miseria aliena, *misertus est*. Jer. XV, 6: נִלְאֵיתִי הִנָּחֵם *taedet me misericordiae*, sq. עַל Ps. XC, 13: וְהִנָּחֵם עַל עֲבָדֶיךָ *et misereat te servorum tuorum*, sq. אֶל Iud. XXI, 6, לְ ib. 15, it. sq. מִן caussae Iud. II, 18: וַיִּנָּחֵם יְיָ מִנַּאֲקָתָם *et misertus est Jova* eorum *propter gemitum eorum*. — b) *doluit* aliquid a se factum i. e. *poenituit eum* (cf. germ. *reuen*, ap. Helvetios et vet. germ. sup. *riuwan*, angl. *to rue* dolere, dein spec. de poenitentia). Exod. XIII, 17: פֶּן יִנָּחֵם הָעָם בִּרְאֹתָם מִלְחָמָה *ne populum poeniteat, ubi videt bellum*. Iob. XLII, 6. Ps. CX, 4, sq. כִּי Gen. VI, 6. 7. 1 Sam. XV, 11. XXIX, 35. Saepe de eo, quem poenitet mali, quod alteri inflixit Ps. CVI, 45. Jer. XX, 16. Jon. III, 9. Joël II, 14, sq. עַל Exod. XXXII, 12. 14:

וַיִּנָּחֶם יי עַל הָרָעָה. Jer. VIII, 6. XVIII, 8. 10. Jon. III, 10. Joël II, 13. Am. VII, 3. 6. 2 Par. XXI, 15, sq. אֶל 2 Sam. XXIV, 16. Jer. XXVI, 3. 13. 19. XLII, 10.

2) pass. Pi. *consolari se* Gen. XXXVIII, 10. Ps. LXXVII, 3, sq. עַל de aliqua re. 2 Sam. XIII, 39: כִּי נִחַם עַל אַמְנוֹן כִּי מֵת. Jer. XXXI, 15. Jes. LVII, 6: הַעַל אֵלֶּה אֶנָּחֵם *num de hisce me consolari possum?* i. e. dolorem deponere. Ez. XXXII, 31 (cf. XXXI, 16), sq. אַחֲרֵי consolari se de morte alic. Gen. XXIV, 67. A consolando proficiscitur

3) *ultus est*, *vindictam sumsit*, quia, ut Aristotelis verbis utar (Rhet. 2, 2), τῇ ὀργῇ ἕπεται ἡδονή τις ἀπὸ τῆς ἐλπίδος τοῦ τιμωρήσασθαι. Sq. מִן Jes. I, 24: הוֹי אֶנָּחֵם מִצָּרַי *vae! vindictam sumam ab hostibus meis*, ut recte Targ. et Syrus. Cf. Ez. V, 13. XXXI, 16. XXXII, 31. Vide Hithpa. no. 3.

Pi. solatus est (pr. dolorem, misericordiam significavit). Iob. XVI, 2. Eccl. IV, 1: אֵין לָהֶם מְנַחֵם *non erat iis consolator*. Thren. I, 2. 9. 16. 17. Sq. acc. pers. Gen. XXXVII, 35. L, 21. Ruth II, 13. 2 Sam. X, 3. XII, 24. Jes. XL, 1. LXVI, 13. Iob. II, 11. XXI, 34. XXIX, 25, et עַל rei, de qua aliquem consolamur 1 Par. XIX, 2: לְנַחֲמוֹ עַל אָבִיו (de iactura patris). Jes. XVI, 7. XXII, 4. Ez. XIV, 22. Iob. XLII, 11. Saepe Deus aliquem *consolari* dicitur, ubi miseret eum hominis eumque denuo favore suo amplectitur Jes. XII, 1. XLIX, 13. LI, 3. 12. LII, 9. Jer. XXXI, 13. Zach. I, 17. Ps. XXIII, 4. LXXI, 21. LXXXVI, 17. CXIX, 82.

Pu. solatio erigi. Part. נִחָמָה pro מְנֻחָמָה Jes. LIV, 11.

Hithp. הִתְנַחֵם, semel הִנֶּחָם Ez. V, 13, i. q. Niph., sed paulo rarius 1) *doluit*, a) de aliquo, *misertus est*, sq. עַל Deut. XXXII, 36. Ps. CXXXV, 14. b) *poenituit eum* Num. XXIII, 19. — 2) *se consolatus est* Gen. XXXVII, 35. Ps. CXIX, 52. — 3) *vindictam sumsit ab aliquo*, sq. לְ (cf. נָקַם לְ). Gen. XXVII, 42: הִנֵּה עֵשָׂו אָחִיךָ מִתְנַחֵם לְךָ לְהָרְגֶךָ *en Esavus, frater tuus, vindictam sumet a te interficiendo te.*

נַחַם (solatium) n. pr. viri 1 Par. IV, 19.

נֹחַם m. *poenitentia* Hos. XIII, 14.

נֶחָמָה f. (Kamez impuro) *solatium* Iob. VI, 10. Ps. CXIX, 50.

נַחוּם (misericors, solatii plenus, ad formam רַחוּם) n. pr. Nahumi prophetae. Nah. I, 1. Idem n. pr. (נחם, lege נַחֻם) reperitur apud Phoenices, inscr. Cit. 3, lin. 2. Monumm. Phoen. pag. 133, gr. Νάουμος, nomen viri Aradii, Böckh Corp. inscr. gr. II, p. 393.

נִחוּמִים m. pl. 1) *consolationes* Jes. LVII, 18. Zach. I, 13 (ubi plures scripti et editi נִחֻמִים, contra analogiam). 2) *misericordia* Hos. XI, 8.

נְחֶמְיָה (quem *Jehova consolatur* i. e. cui auxilium praebet) *Nehemias*, gr. Νεεμίας, n. pr. quod gesserunt 1) filius Hacaliae, qui regnante Artaxerxe Longimano Judaeae praefectus (פֶּחָה) erat Neh. I, 1. VIII, 9. X, 2. XII, 26, cf. תִּרְשָׁתָא. Alii viri, ut 2) Neh. III, 16. 3) Esr. II, 2. Neh. VII, 7.

נַחֲמָנִי (misericors, ad formam רַחֲמָנִי) n. pr. viri Neh. VII, 7.

מְנַחֵם (consolator) n. pr. regis Israëlitarum (772 — 761 a. Chr.) 2 Reg. XV, 17 sqq. LXX. *Μαναήμ*. Vulg. *Manahem.*

תַּנְחוּמִים m. pl. 1) *misericordia* Ps. XCIV, 19. 2) *consolationes* Jes. LXVI, 11. Jer. XVI, 7.

תַּנְחוּמוֹת f. pl. *consolationes* Iob. XV, 11. XXI, 2.

תַּנְחֻמֶת (solatium) n. pr. viri 2 Reg. XXV, 23. Jer. XL, 8. Inter doctores Judaeorum perclarus est *Tanchum* Hierosolymitanus.

נַחְנוּ *nos* v. pag. 125 B.

נָחַס v. פִּינְחָס.

נָחַץ i. q. לָחַץ *ursit, institit.* (Arab. نحص ursit institique rogando, vicc. sunt نحز trusit, pepulit, نخس id.). Part. pass. נָחוּץ concitatus, festinus. 1 Sam. XXI, 9: כִּי דְבַר הַמֶּלֶךְ נָחוּץ *nam verbum regis festinum est.* LXX. κατασπεῦδον.

נָחַר rad. onomatopoët. arab. نخر (Ibn Zeid. p. 4) syr. ܢܚܪ *ronchissavit, anhelavit*, cf. aethiop. ነሐረ: stertuit (schnarchen), gr. ῥέγχω, ῥόγχος. Vide Bocharti Hieroz. I, p. 72 Lips.

נְחִירַיִם dual. *nares*, a ronchissando dictae Iob. XLI, 2. Syr. ܢܚܝܪܐ nasus, arab. مَنْخِر, مِنْخَر, نُخْرَة foramen nasi, Boch. Hieroz. I, 68 Lips. Hamas. Schult. p. 364.

נַחַר m. Iob. XXXIX, 20 et **נַחֲרָה** f. Jer. VIII, 16 *ronchus, fremitus* (equi). Iob. l. c. הוֹד נַחְרוֹ אֵימָה *vigor fremitus eius terror* est i. e. fremitus eius vigens, validus (sein kräftiges Schnarchen) terrorem excitat. LXX reddunt δόξα στηθέων αὐτοῦ cet. cf. نخر et منخور pars pectoris (in quo anhelatur) v. Bochartum l. c. p. 69.

נָחוֹר (anhelans, ronchissans) n. pr. 1) patriarchae postdiluviani Gen. XI, 22. 2) fratris Abrahami, ibid. XXVI, 27.

נַחֲרַי 2 Sam. XXIII, 27 et **נַחְרַי** 1 Par. XI, 37 (id.) n. pr. viri.

I. נחשׁ in Kal inusit. vc. onomatopoët. i. q. לָחַשׁ *sibilavit*, *susurravit* (zischeln), spec. de susurro praestigiatorum (Ps. LVIII, 6). Nasor. susurravit. Lib. Adam. III, 88 lin. 16: ܢܚܫܐ ܠܡܠܟܐ ܕܡܠܟܐ *adsusurrans regi regum*, lin. 18: ܢܚܫ ܠܟ ܒܐܕܢܟ *susurravit tibi in aurem tuam* (ita enim explicandum, non c. Norb. augur futurus). Syr. ܢܚܫ incantavit, coniectavit, perspexit. Lex. Adler. سحر رقى نجّم بصر حزر. Pa. ܢܚܫ id. Barhebr. p. 68 (de Juliano) 174: *expulit ... astrologos* ܘܠܗܘܢ ܕܡܢܚܫܝܢ ܥܠ ܦܪܫܓܢܐ *eosque qui ad vias publicas auguria exercebant*, ܢܚܫܐ augurium, auspicium Ephr. II, 450, ܢܚܫܐ augur. Quod ex Castello addunt arab. تَنَحَّشَ praestigiis usus est 2 Reg. XVII, 17. XXI, 6, in Vers. Arab. ll. cc. ponitur pro syr. ܢܚܫ, et magis Syriacum est quam Arabicum, ignorant certe Lexicographi veteres. Rectius huc referas arab. نَحِسَ infaustus fuit, de die, de sidere, pr. incantatus, diris devotus est.

Pi. auguria captavit, divinavit. Levit. XIX, 26. Deut. XVIII, 10. 2 Reg. XVII, 17. XXI, 6. Plerique veteres intpp. (v. Boch. Hieroz. I, p. 20 Lugd., nam in Lipsiensi haec desunt) hoc vc. referunt ad *auguria* ex avibus capta (gr. *οἰωνίζω*, lat. *auguror*, chald. et arab. تَطَيَّر, טַיֵּר), Bochartus l. c. ad omen ex *serpentibus* petitum, ita ut נִחֵשׁ sit denom. a נָחָשׁ, equidem vc. generalius esse censeo, a carmine magico dictum, quod leni *susurro* proferri solet. Kimchi: *interpretantur Rabbini*, מנחשׁ *est qui dicit: buccella excidit ei ex ore, baculus excidit e manu, filius eius vocavit eum a tergo, corvus eum acclamavit, caprea cum interrupit (in via), serpens venit a dextra eius vel vulpes a sinistra, ne incipias hoc, mane est, initium mensis est, egressus Sabbati est. Porro dicunt in locum Lev. XIX, 26:* לֹא תְנַחֲשׁוּ *hi sunt qui augurantur per mustelam et aves et stellas.*

Ampliore significatu de *divinatione* et *augurio* dicitur Gen. XLIV, 15: *nonne putatis* כִּי נַחֵשׁ יְנַחֵשׁ אִישׁ אֲשֶׁר כָּמֹנִי *virum, qualis ego sum, auguria captaturum fuisse?* iisque facile exploraturum, quis fur fuerit. Quale fuerit augurandi genus Josepho familiare, intelligitur ex Vers. 5: *nonne is* (calix) est, *ex quo dominus meus bibit* וְהוּא נַחֵשׁ יְנַחֵשׁ בּוֹ *et in quo* adeo *augurari solet*, ut bene Vulg. LXX. *αὐτὸς τε οἰωνισμῷ οἰωνίζεται ἐν αὐτῷ.* Chald. הוּא בָדֵק בֵּיהּ *ipse explorat* futura *in eo*, cf. de divinatione ex cyatho apud veteres, maxime Persas, adeoque apud recentiores Aegyptios, usitata Jamblich. de mysteriis Aegypt. 3, 14 p. 78. Varro ap. August. civ. dei 7, 35. Norden Voyage 3 p. 68. Rosenm. Morgenland I, p. 212. — Eodem pertinet Gen. XXX, 27: נִחַשְׁתִּי וַיְבָרְכֵנִי יְהוָה בִּגְלָלֶךָ *auguria captavi et Jova benedixit mihi propter te* i. e. auguriis doctus sum, Jovam mihi benedixisse propter te. Hieron. *experimento didici* i. e. augurio (cf. experiri augurio Liv. 1, 36). 1 Reg. XX, 33: וְהָאֲנָשִׁים יְנַחֲשׁוּ *viri augurium* (faustum) *capiebant* ex his verbis Ahabi, bene inde sperabant, cf. *οἰωνίζομαι* faustum augurium capio. Bene Vulg. *et acceperunt viri pro omine.* Arabs, qui haec quidem ex Hebraeo transtulit: القوم استفالوا الرأي *divinando assequebantur mentem eius* (sie erriethen seine Meinung). — Arab. نَحَسَ Conj. VI est: diligenter sciscitatus est nuncios ab aliquo sq. عن, sec. Kamusum (p. 805) i. q. تَخَبَّرَ, تَتَبَّعَ, quod a sciscitando per auguria ad aliam quamcunque sciscitationem diligentiorem translatum est, possitque etiam hoc verbis 1 Reg. l. c. adhiberi, hac sententia: *et diligenter sciscitati sunt viri* (quae esset sententia eius), sed malo in certo linguae Hebraeae usu acquiescere, cui et universa loci ratio favet.

נַחַשׁ m. 1) *incantatio* Num. XXIII, 23. 2) *augurium, omen*, quod quis captat Num. XXIV, 1 cf. XXIII, 3. 15.

נָחָשׁ m. 1) *serpens* a sibilando dictus (v. rad. cf. Jer. XLVI, 22) Gen. XLIX, 17. Ex. IV, 3. VII, 15. Deut. VIII, 15. Jes. XIV, 29. Prov. XXX, 19 al. חֲמַת נָחָשׁ venenum serpentis Ps. LVIII, 5. Crebra est mentio morsus eius mortiferi Num. XXI, 17 sqq. Am. V, 19. IX, 3. Eccl. X, 11. Prov. XXIII, 22. De astutia serpentis ad Gen. III, 1 sqq. cf. Mt. X, 16 et Boch. Hieroz. III p. 246 Lips. De sidere serpentis s. draconis in borealis coeli regione (arab. حَيَّة) Iob. XXVI, 13. — 2) n. pr. a) oppidi alias ignoti 1 Par. IV, 12. b) regis Ammonitarum 1 Sam. XI, 1. 2 Sam. X, 2, et complurium virorum c) 2 Sam. XVII, 27. d) ibid. Vers. 25.

II. Alia rad. **נחשׁ** statuenda videtur, unde dicatur נְחֹשֶׁת aes, cuprum. Ex coniectura *splendendi* significatum ei tribuunt, ut congruat cum חָשַׁן, sed saltem in linguarum Semitarum usu nihil est, quod hanc rationem firmet.

נְחֹשֶׁת comm. (f. 1 Par. XXVIII, 8, m. Ez. I, 7. Dan. X, 6) c. suff. נְחֻשְׁתְּךָ 1) *aes, cuprum.* LXX. *χαλκός*. (Syr. et chald. v. infra. Arab. نُحَاس aes, cuprum, quod accuratius distinguunt addito colore: *aes rubrum* est cuprum, *aes flavum* orichalcum, *aes album*; nostr. Prinzmetall). Gen. IV, 22. Exod. XXVI, 11. 37. XXVII, 2 sqq. XXXV, 2 sqq. et persaepe. Metaph. Jer. VI, 28: *aes et ferrum* sunt *omnes illi* i. e. impuri, viles. Haec enim metalla vilia sunt. Contra aurum et argentum, metalla pura, ad morum nobilitatem transferuntur (Jes. I, 22).

2) quod *ex aere factum* est. a) *pecunia*. Ez. XVI, 36: יַעַן הִשָּׁפֵךְ נְחָשְׁתֵּךְ Vulg. *quia effusum est aes tuum.* Quum comm. 15 simili contextu legatur: *profudisti scortationem tuam*, וַתִּשְׁפְּכִי תַזְנוּתַיִךְ (cf. XXIII, 8), fuerunt, qui etiam נְחֹשֶׁת Comm. 36 obscoeni quid significare putarent. Nonnulli *aeruginem* interpretantur (ex usu Talmud.) et virulentas sordes intelligunt ex assidua scortatione profluentes. Alb. Schult. (Opp. min. p. 509) laudat arab. ابن نخسة, quod Firuzabadius interpretatur ابن زنية scortatione natus, spurius, quod ita explico, ut نخسة (si modo certa est Firuzabadii scriptura) sit pro نجسة impuritas, spurcities (de خ et ج permutatis v. 254. 436). Sed aliud haud dubie est *aes profundere* et *scortationes profundere:* illud dicitur de muliere quae aere profuso amasios conducit (XVI, 33. 34), hoc de mulieribus (XVI, 36) et viris (XXIII, 8), qui scortationibus profuse indulgent. b) dual. נְחֻשְׁתַּיִם *vincula aenea* Iud. XVI, 21. 2 Sam. III, 34. 2 Reg. XXV, 7. Jer. XXXIX, 7. LII, 11.

נְחָשׁ chald. *aes*, *cuprum* Dan. II, 32. 45. IV, 20. V, 4. 23. VII, 19, syr. ܢܚܫܐ.

נָחוּשׁ m. adj. *ex aere factus*, *aeneus*. Metaph. Iob. VI, 12. Fem. נְחוּשָׁה a) *aenea*, ut קֶשֶׁת נְחוּשָׁה arcus aeneus vel aeratus. Ps. XVIII, 35. Iob. XX, 24. b) neutr. *aeneum* quid, *ex aere factum* Lev. XXVI, 19. Iob. XLI, 19. Jes. XLVIII, 4. Mich. IV, 13, inde ipsum *aes* (poët.) Iob. XXVIII, 2. אֲפִיקֵי נְחוּשָׁה XL, 18, דַּלְתוֹת נְחוּשָׁה Jes. XLV, 2.

נַחְשׁוֹן (incantator) n. pr. filii Amminadab Exod. VI, 24. Num. I, 7. Ruth IV, 20.

נְחֻשְׁתָּא (aes) n. pr. matris Jojachini regis 2 Reg. XXIV, 8.

נְחֻשְׁתָּן m. (a נְחֹשֶׁת et syllaba formativa ָן) serpens *aeneus*, a Mose erectus, ab Ezechia fractus, quem Israëlitae divino cultu prosecuti erant 2 Reg. XVIII, 4.

נָחַת fut. יִנְחַת Ps. XXXVIII, 3 et יֵחַת Prov. XVII, 10 *descendit*, rad. Aramaeis usitata i. q. יָרַד, in V. T. nonnisi poët. (Chald. נְחַת fut. יִחוֹת, syr. ܢܚܬ fut. ܢܶܚܘܬ. Videtur autem haec radix secundaria esse, orta illa ex נַחַת demissio a rad. נוּחַ, cuius ח in litteram radicalem abiit. Cf. שָׁחַת). Jer. XXI, 13: מִי־יֵחַת עָלֵינוּ *quis descendet contra nos* sc. nos oppugnaturus? Ps. XXXVIII, 3: וַתִּנְחַת עָלַי יָדֶךָ *et descendit manus tua super me*, castigando me. Plur. יֵחַתּוּ Iob. XXI, 13, pro יֵחֲתוּ c. Dag. euphon. cf. Lgb. p. 85. Trop. Prov. XVII, 10: תֵּחַת גְּעָרָה בְמֵבִין *castigatio descendit in animum prudentis* (cf. XVIII, 8. XXVI, 22). תֵּחַת est penacutum (Lgb. §. 51, 1 not. 1). Cf. Sallust. Iug. 11: verbum — in pectus Iugurthae descendit. Liv. 2, 52: curam in animos descensuram. Hamas. p. 364 Schult. *non ita firmi propositi vir est* الذى ليس نازلا به الخطب *in quem nulla res descendat.*

Niph. נִחַת i. q. Kal Ps. XXXVIII, 3: כִּי־חִצֶּיךָ נִחֲתוּ בִי *nam sagittae tuae in me descenderunt*, perfoderunt me. Cf. Liv. 1, 41: ferrum in corpus descendit.

Pi. נִחַת *depressit* a) arcum, h. e. tetendit Ps. XVIII, 35 (cf. غرق descendit, demersus est in aquam. II. IV. summa qua potuit vi tetendit arcum). b) sulcos, h. e. complanavit Ps. LXV, 11: נַחֵת גְּדוּדֶהָ *deprime sulcos eius* sc. pluvia larga.

Hiph. *deduxit* i. q. הוֹרִיד. Imp. Joël IV, 11: שָׁמָּה הַנְחַת יְיָ גִּבּוֹרֶיךָ *eo deduc, Jova, heroes tuos.* Cf. וְהוֹרַדְתִּים Comm. 2. Alii: *ibi prosterne*, sed obstat tum שָׁמָּה (quod h. l. differt a שָׁם comm. 2. 12) tum parallelismus commatis secundi.

נְחַת chald. *descendit*, part. נָחֵת Dan. IV, 10. 20. *Aph.* fut. יַחֵת, imp. אַחֵת, part. מַחֵת 1) *detulit* Esr. V, 15. 2) *deposuit* asservandum Esr. VI, 1. 5.

Hoph. (more Hebraeo) הָנְחַת *deiectus est.* Dan. V, 20.

נַחַת, v. rad. נוּחַ.

נְחִתִּים m. pl. *descendentes* 2 Reg. VI, 9. Qui ita vocales posuit, vocabulum duxisse videtur a rad. חָתַת (cf. Iob. XXI, 13), sed descendendi potestas necessaria est nec dubia.

נָטָה fut. יִטֶּה, apoc. יֵט, תֵּט Zeph. II, 13. Prov. IV, 5. 27, וַיֵּט, sq. Makk. וַיֶּט־ Gen. XXVI, 25

1) *tetendit*, *pandit* (arab. نطا extendit fila; cognata sunt נָחַת, מָתַח, לָתַח q. v.). a) *tetendit*, *extendit* (ausstrecken), v. c. manum Ex. VIII, 2. 13. X, 12. 21. Jos. VIII, 26: יָדוֹ אֲשֶׁר נָטָה בַּכִּידוֹן *manum, quam extendit cum iaculo* (unde comm. 18 ellipt. נְטֵה בַּכִּידוֹן *extende* manum *cum iaculo*), saepe de manu Jovae ad plagas infligendas extensa Jes. V, 25. IX, 11. 16. 20. X, 4, sq. עַל contra aliq. Zeph. I, 4: וְנָטִיתִי יָדִי עַל יְהוּדָה ... וְהִכְרַתִּי מִן־הַמָּקוֹם הַזֶּה. Jer. LI, 25. Ez. VI, 14. XIV, 9. 13. XVI, 27. XXV, 7. 13. 15. XXXV, 3, vel hominis Deum impugnaturi Iob. XV, 25, sq. אֶל: כִּי נָטָה אֶל אֵל יָדוֹ; it. extendit funiculum s. decempedam ad mensurandum (sq. עַל, die Messschnur an etwas legen) Iob. XXXVIII, 5. Jes. XLIV, 13. Thren. II, 8. It. *extendit*, *protendit* (ausdehnen), tendendo diduxit. Jes. III, 16: נְטוּיוֹת גָּרוֹן *extenso collo.* Ps. CII, 12: צֵל נָטוּי *umbra protensa*, i. e. sub vesperam longior facta, cf. CIX, 23.

b) *expandit*, *explicuit* (ausbreiten, ausspannen) v. c. tentorium Gen. XII, 8. XXVI, 25. XXXIII, 19. Ex. XXXIII, 7. 2 Sam. VI, 17, coelum Jes. XL, 22: הַנּוֹטֶה כַדֹּק שָׁמַיִם *expandens coelum ut pannum.* XLV, 12. Jer. X, 12. LI, 15. Iob. IX, 8. Metaph. נָטָה רֶשֶׁת עַל tendere alicui insidias, metaphora a retibus petita Ps. XXI,

12. — 1 Par. XXI, 10: שָׁלוֹשׁ אֲנִי נֹטֶה עָלֶיךָ *tria ego expando coram te* h. e. propono tibi, elige unum, cf. 2 Sam. XXIV, 12 (ubi pro נוֹטֶה est נוֹטֵל). Vulg. *trium tibi optionem do.* Intrans. *expandit* i. e. diffudit *se* (grex alicuius in terra) Iob. XV, 29.

2) *inclinavit* v. c. humerum ad portandum Gen. XLIX, 15, pedes alic. ad lapsum XVII, 11 (cf. LXXIII, 2), animum Ps. CXIX, 112, deus coelum Ps. XVIII, 10. Part. pass. Ps. LXII, 4: קִיר נָטוּי *paries inclinata* ad ruinam. Intrans. de pedibus inclinantibus ad lapsum Ps. LXXIII, 2, de die inclinante Iud. XIX, 8, de umbra (gnomonis) deorsum vergente 2 Reg. XX, 10.

3) *flexit*, *deflexit*, *declinavit* (ad latus). Jes. LXVI, 12: *ecce deflectam* i. e. derivabo *ad eam*, *ceu flumen*, *pacem.* Gen. XXXIX, 21: וַיֵּט אֵלָיו חָסֶד *flectebat in eum gratiam*, i. e. ei conciliabat gratiam. — Sed saepius intrans. *flexit*, *deflexit.* Num. XX, 17: לֹא נִטֶּה יָמִין וּשְׂמֹאל. XXII, 23. 26. 33. 2 Sam. II, 19. Jer. XIV, 8, sq. אֶל (ad aliquem) Gen. XXXVIII, 16, sq. מִן et מֵעִם ab aliquo (a via) Ps. XLIV, 19. CXIX, 51. 157. Iob. XXXI, 7. 1 Reg. XI, 9, sq. אַחֲרֵי deflexit ad partes alic. easque sectatus est Exod. XXIII, 2. Iud. IX, 3. 1 Reg. II, 28, cf. 1 Sam. VIII, 3. Inde

4) *abiit* 1 Sam. XIV, 7.

Niph. pass. Kal no. 1 *extensus est* (funis mensorius) Zach. I, 16; *extendit se* (rivus) Num. XXIV, 6; *se protendit* (umbra vespertina) Jer. VI, 4, cf. Virg. Ecl. 1, 84.

Hiph. הִטָּה fut. יַטֶּה, apoc. 1 pers. אַט Hos. XI, 4, in pausa אָט Iob. XXIII, 11, וָאַט Jer. XV, 6, 2 pers. תַּט Ps. XXVII, 9. CXLI, 4, 3 pers. וַיֵּט 2 Sam. XIX, 15, imp. apoc. הַט Ps. XVII, 6

1) i. q. Kal no. 1 (quanquam illud usitatius) a) *tetendit*, *extendit* v. c. manum Jes. XXXI, 3. Jer. VI, 12. XV, 6; se in lectulo, omisso acc. Am. II, 8: עַל בְּגָדִים חֲבֻלִים יַטּוּ. — b) *expandit*, ut saccum 2 Sam. XXI, 10, tentorium 2 Sam. XVI, 22. Jes. LIV, 2.

2) *inclinavit* (deorsum) Gen. XXIV, 14: הַטִּי־נָא כַדֵּךְ וְאֶשְׁתֶּה, Ps. CXLIV, 5 (deus coelum), spec. aurem i. e. auscultavit, morem gessit Jer. VII, 24. 26. XI, 8. XVII, 23. XXXIV, 14, sq. לְ ad aliquem aliquid i. e. aurem praebuit alicui Ps. XVII, 6: הַט אָזְנְךָ לִי. XXXI, 3. LXXI, 2. LXXVIII, 1. CXVI, 2. Prov. IV, 20. V, 1.

3) *flexit*, *deflexit*, *declinavit* (ad latus) i. q. Kal no. 3. 2 Sam. III, 27: וַיַּטֵּהוּ יוֹאָב *scorsum duxit eum Joabus.* Num. XXII, 23: לְהַטֹּתָהּ הַדָּרֶךְ *ut flecteret eam* (asinam) *in viam.* Iob. XXXVI, 18: רָב כֹּפֶר אַל יַטֶּךָּ *summum pretium te non declinabit* a castigatione divina. Locutio petita est ab iis, qui periculum quoddam imminens evitaturi a via deflectunt.

Spec. a) הִטָּה לֵב פ׳ flexit animum alic. 2 Sam. XIX, 15, sq. עַל ad aliquid Prov. XXI, 1, sq. אֶל Ps. CXIX, 37, sq. לְ CXLI, 4, sq. אַחֲרֵי (ut sequeretur, sectaretur aliquid) 1 Reg. XI, 2. 3. 4. In malam partem: *seduxit* aliquem Prov. VII, 21. Jes. XLIV, 20: *animus deceptus seducit eum.* הִטָּה לִבּוֹ אֶל פ׳ animum suum applicuit ad aliq. Jos. XXIV, 23. 1 Reg. VIII, 58, לַתְּבוּנָה ad sapientiam Prov. II, 2.

b) הִטָּה חֶסֶד עַל פ׳ deflexit favorem in aliq. i. e. conciliavit ei favorem Esr. VII, 28. IX, 9 cf. Kal Gen. XXXIX, 21.

c) הִטָּה מִשְׁפָּט 1 Sam. VIII, 3 flexit ius, quod cum via recta comparatur, a qua dextrorsum vel sinistrorsum deflectere nefas est. Inde *flectere vias iustitiae* Prov. XVII, 23. Sq. genit. הִטָּה מִשְׁפַּט פ׳ flectere ius alic. (de iudice) Ex. XXIII, 6. Deut. XXVII, 19. Thren. III, 35, in quam sententiam dicitur quoque: הִטָּה דֶּרֶךְ פ׳ *flexit alicui viam* iustitiae Am. II, 7. Omisso acc. Ex. XXIII, 2: לִנְטֹת אַחֲרֵי רַבִּים לְהַטֹּת *ut multos secutus flectas* ius. Cf. etiam litt. d extr.

d) *declinavit*, *detrusit* aliquem de via. Iob. XXIV, 4: יַטּוּ אֶבְיוֹנִים מִדָּרֶךְ. Inde metaph. de via iuris s. iudicii (cf. litt. c). Jes. X, 2: לְהַטּוֹת מִדִּין דַּלִּים, etiam omissa viae s. iuris mentione. XXIX, 21: יַטּוּ בַתֹּהוּ צַדִּיק *mendaciis detrudunt* de via iustitiae *iustum.* Am. V, 12: אֶבְיוֹנִים בַּשַּׁעַר הִטּוּ. Prov. XVIII, 5.

e) declinavit i. e. *avertit* ab aliquo (bonum) Jer. V, 25.

f) declinavit petentem i. e. repulsam dedit petenti Ps. XXVII, 9.

g) intrans. *deflexit*, *declinavit* a via, sq. מִן Jes. XXX, 11. Iob. XXIII, 11: *viam meam custodio* וְלֹא אָט *et non deflecto* ab ea. Sq. acc. loci, quo quis deflectit. Ps. CXXV, 5: הַמַּטִּים עֲקַלְקַלּוֹתָם *qui deflectunt ad vias curvas eorum.*

יֻטָּה, **יוּטָּה** (expansa, vel inclinata) n. pr. oppidi in tribu Judae Jos. XV, 55. XXI, 16.

מַטֶּה m. (semel f. Mich. VI, 9) pl. מַטּוֹת Num. I, 16. Jos. XIV. 1. 2 al., semel c. suff. מַטָּיו Hab. III, 14 1) *ramus*, *palmes* (vitis) ab extendendo (cf. נְטִישָׁה a נָטַשׁ) Ezech. XIX, 11 sqq.

2) *virga*, *baculum*, quod manu gerere quoque inniti solent viri Gen. XXXVIII, 35 (cf. quae de Babyloniis narrat Herod. 1, 195). Exod. IV, 2. 4. 17. VII, 15 sqq. Num. XVII, 21 sqq. 1 Sam. XIV, 43, quo frumentum excutitur Jes. XXVIII, 27, max. quo castigatur (Zuchtruthe) Jes. X, 5. 15. 24. IX, 3: מַטֵּה שִׁכְמוֹ *baculum tergi eius*, quo tergum eius verberatum est. XIV, 5. XXX, 32. Inde Ez. VII, 11: הֶחָמָס קָם לְמַטֵּה רֶשַׁע *violentia* hostium *surgit ad castigandam impietatem.* Comm. 10: צִץ הַמַּטֶּה *efflorescit virga* sc. vos castigatura. Theodoretus ad h. l. ῥάβδον δὲ τὴν τιμωρίαν ἐκάλεσεν. (Abulwalidi מַטֶּה h. l. idem valet quod מֻטֶּה i. e. inclinatio iuris). Hab. III, 9: שְׁבֻעוֹת מַטּוֹת אֹמֶר *iureiurando firmatae sunt castigationes promissae* (zugeschworen sind die angedroheten Zuchtruthen d. i. Züchtigungen). Mich. VI, 9: שִׁמְעוּ מַטֶּה *audite virgam* i. e. castigationem, poenam. — Locutio: שָׁבַר מַטֵּה לֶחֶם *fregit scipionem panis* est i. q. panis inopiam effecit (panis enim Hebraeis fultura cordis appellatur, v. סָעַד), pr. igitur: *fregit*

cordis humani *fulturam*, quae *panis* est Lev. XXVI, 26. Ps. CV, 16. Ez. IV, 16. V, 16. XIV, 13. — Spec. dicitur a) de baculo regis s. sceptro Ps. CX, 2, inde pro *imperio* Jer. XLVIII, 17; b) de hasta militis 1 Sam. XIV, 27. Hab. III, 14.

3) *tribus* populi Israëlitici (pr. ramus no. 1) i. q. שֵׁבֶט Num. XXXIV, 11. 15. XXXVI, 3. 4. מַטֵּה לֵוִי Num. I, 49, מַטֵּה יְהוּדָה Num. XIII, 2 sqq. Jos. XX, 8 sqq. XXI, 4 sqq., saepe etiam hoc modo: מַטֵּה בְנֵי שִׁמְעוֹן, מַטֵּה בְנֵי דָן Num. XXXIV, 20. 22. 24 sqq. Jos. XIII, 29. XV, 20. XVI, 8. XVIII, 11. רָאשֵׁי הַמַּטּוֹת capita tribuum 1 Reg. VIII, 1, רָאשֵׁי אֲבוֹת הַמַּטּוֹת capita familiarum in tribubus Jos. XIV, 1. XXI, 1.

מַט (pro מַטָּה, ut מַעַל pro מַעְלָה) inclinatio, locus inferior, nonnisi cum He locali:

מַטָּה (Milêl) adv. *deorsum* (opp. מַעְלָה sursum). Prov. XV, 24, מַטָּה מַטָּה Deut. XXVIII, 43.

Cum praefixis: 1) לְמַטָּה a) *deorsum* 2 Par. XXXII, 30. Ez. I, 27. VIII, 2. Eccl. III, 21. Opp. לְמַעְלָה. — 1 Par. XXVII, 23: לְמִבֶּן עֶשְׂרִים שָׁנָה וּלְמָטָּה *ab eo qui viginti annos natus est et deorsum.* Huc referas etiam Deut. XXVIII, 13: וְהָיִיתָ רַק לְמַעְלָה וְלֹא תִהְיֶה לְמָטָּה *eris semper sursum, non deorsum*, nostr. es geht mit dir immer aufwärts, nie abwärts. — b) *infra.* 2 Reg. XIX, 30 (Jes. XXXVII, 31). Jer. XXXI, 37. (Opp. מִלְמַעְלָה). Sq. מִן Esr. IX, 13: *tu, deus noster, pepercisti* לְמַטָּה מֵעֲוֹנֵנוּ *infra peccatum nostrum.* Opp. esset: punivisti nos supra peccatum nostrum.

2) מִלְּמַטָּה *ab inferiore parte, infra* (opp. מִלְמַעְלָה) Ex. XXVI, 24. XXVII, 5. XXVIII, 27. XXXVI, 29. XXXVIII, 4. XXXIX, 20.

מִטָּה f. 1) *lectus* (ut gr. *κλίνη* a *κλίνω*) a) dormientium et aegrotantium Gen. XLVII, 31. XLVIII, 2. XLIX, 33. Exod. VII, 28. 1 Sam. XIX, 13. 16. 2 Sam. IV, 7. 1 Reg. XXI, 4. 2 Reg. I, 4. 6. 16. IV, 30. Ps. VI, 7. b) in quo ad mensam accumbebant Esth. I, 6. Ezech. XXIII, 41, vel otio et quieti se dabant (Sopha) 1 Sam. XXVIII, 23. Esth. I, 6. VII, 8. Prov. XXVI, 14. Am. III, 12. VI, 4. — 2) *lectica*, sella gestatoria Cant. III, 7. — 3) *feretrum* s. lectica in qua mortui efferuntur 2 Sam. III, 31.

מֻטֶּה vel **מֻטָּה**, pl. וֹת (pr. part. Ho.) 1) *extensio, expansio* Jes. VIII, 8. 2) *inclinatio* s. *flexio iuris* Ez. IX, 9. Vide rad.

נָטַל fut. יִטֹּל 1) *sustulit.* (Chald. id., chald. et sam. etiam profectus est, pr. sich aufmachen, sich erheben. Syr. gravis fuit, quod a tollendo ductum est. Rad. cognatae sunt תָּלָה ,תָּלַל, in linguis indogerm. sanscr. *tul* i. q. lat. *tollere*). Jes. XL, 15: אִיִּים כַּדַּק יִטּוֹל *insulas* (magnas terras) *ut pulvisculum tollit.* Al. insulas *portat*, quae significatio nonnisi in Chaldaismo invenitur. Al. *insulae* sunt *ut pulvisculus* quem aliquis *tollit*, frigente sententia. Al. denique: ut pulvisculus, *qui proiicitur*, ut יִטּוֹל sit fut. Niph. a טוּל, quod non minus languidum est. — 2) *imposuit* alicui, sq. עַל. Thren. III, 28: כִּי נָטַל עָלָיו *quia* (Deus) *ei imposuit* sc. calamitatem. 2 Sam. XXIV, 12: שָׁלֹשׁ אָנֹכִי נוֹטֵל עָלֶיךָ *tria tibi impono* (vel *propono*) בְּחַר לְךָ אַחַת מֵהֶם *elige tibi unum ex illis.* Quum aliquid difficultatis habere videretur haec locutio, auctor Paralipomenon in loco gemino 1 Par. XXI, 10 hanc optavit scripturam: שׁ' אָנֹכִי נוֹטֶה עָלֶיךָ. In eandem sententiam Jer. XXI, 8 dictum est נָתַן לִפְנֵי.

Pi. i. q. Kal no. 1. Jes. LXIII, 9. Copulatur cum נִשָּׂא, ut nostr. heben und tragen.

נָטִיל verb. pass. *onustus* (cui aliquid impositum est). Zeph. I, 11: נְטִילֵי כֶסֶף *argento onusti.*

נְטַל chald. *sustulit* Dan. IV, 31. Praet. pass. VII, 4. (In Targg. saepe pro hebr. נָשָׂא tollendi, neque non portandi significatu).

נֵטֶל m. *gravitas, onus* Prov. XXVII, 3.

נָטַע fut. יִטַּע, inf. נְטוֹעַ et טַעַת pr. *statuit* rem erectam, quod ita fit, ut solo *infigatur, inseratur.* Radd. cognatae sunt יָצַע ,ܣܥ posuit, יָצַג Hi. הִצִּיג id. neque non נצב et יָצַב. In linguis indogerm. conferri potest, sanscr. *dhâ*, gr. *τίθημι.* Spec.

1) *plantavit* arborem, hortum, vineam Gen. II, 8. IX, 20. Lev. XIX, 23. Num. XXIV, 6. Deut. XX, 6. Jes. XLIV, 14. Jer. XXIX, 5. 28. Eccl. III, 2 (opp. עָקַר) et saepe. Arbores silvestres *Deus plantasse* dicitur Num. XXIV, 6. Ps. CIV, 16. Locus, in quo aliquid plantatur, ponitur praevio בְּ Jer. XXXII, 41, עַל Am. IX, 15, it. in acc. (bepflanzen, plantis conserere locum) Ezech. XXXVI, 36, inde sq. dupl. acc. *consevit* hortum aliqua re Jes. V, 2. Jer. II, 21. Translate dicunt: a) *plantare populum*, h. e. sedes stabiles ei assignare (cf. nostr. ein Volk *verpflanzen*, die Pflanzstadt). Am. IX, 15. Jer. XXIV, 6: *eos plantabo, neque evellam.* XXXII, 41. XLII, 10. XLV, 4. Ps. XLIV, 3. LXXX, 9. Ex. XV, 17. 2 Sam. VII, 10, cf. opp. נָתַשׁ it. מַטָּע et יָתֵד Esr. IX, 8. b) Ps. XCIV, 9: (Deus) *qui plantavit aurem* i. e. qui creavit, finxit.

2) *fixit*, clavum Eccl. XII, 11; *fixit* tentorium Dan. XI, 45, inde coeli tentorium Jes. LI, 16: *statuit* simulacrum Deut. XVI, 21 (cf. syr. ܢܨܒ plantavit, fixit tentorium BH. 563).

Niph. plantatus est, metaph. Jes. XL, 24.

נֶטַע, in Pausa נָטַע Iob. XIV, 9, sed c. suff. נִטְעֵי Jes. XVII, 11, cstr. sing. נְטַע Jes. V, 7, pl. נִטְעֵי XVII, 10 1) *plantatio* (das Pflanzen) Jes. XVII, 11. — 2) *planta* eaque recens plantata. Iob. XIV, 9. Bene Alex. *νεόφυτον.* — 3) *plantarium, locus consitus* Jes. V, 7. XVII, 10. 1 Par. IV, 23.

נְטִעִים m. pl. *plantae* Ps. CXLIV, 12.

מַטָּע pl. cstr. מַטָּעֵי Mich. I, 6 m. *plantatio*, *plantarium*. Ez. XVII, 7. XXXI, 1. XXXIV, 29: *erigam iis plantarium* לְשֵׁם i. e. nomini eorum sedem fixam dabo. Jes. LXI, 3. LX, 21 Keri: נֵצֶר מַטָּעַי *surculus plantationum mearum* i. e. a me plantatus.

נָטַף fut. יִטֹּף *stillavit*. (Arab. نَطَفَ id., نُطْفَة gutta. Syr. et chald. ܢܛܦ, נְטַף, unde etiam ܢܛܘܦܐ, נִטְפָא gutta, nisi hoc est a cogn. טפף. Aeth. ነጠበ: stillavit, sed ነጠፈ: est percolavit, quod fit stillando. Syllaba primaria טף est ex onomatopoëticis, ut germ. et angl. inserto r, *to drop*, *tropfen*. Alius originis sunt זוּב, זוּף, צוּף). Metaph. de sermone Iob. XXIX, 22: *sermo meus stillabat super eos*, iis gratus erat instar pluviae. Plerumque c. acc. rei: *guttatim demisit* aliquid (cf. הָלַךְ, נָזַל no. 3) Joël IV, 18: יִטְּפוּ הֶהָרִים עָסִיס *montes stillant mustum*, de summa vini abundantia Cant. V, 5. 13. Iud. V, 4. Omisso acc. Ps. LXVIII, 9. Translate Cant. IV, 11: נֹפֶת תִּטֹּפְנָה שִׂפְתוֹתַיִךְ *mel stillant labia tua*, de sermonis dulcedine. Prov. V, 3. Similiter Arabes rigandi notionem transferunt ad orationem fecundam, dulcem, v. روى et alia verba synonyma.

Hiph. destillare fecit, *stillavit* (act.) c. acc. Am. IX, 13, spec. *stillavit* orationem, unde omisso acc. *locutus*, *vaticinatus est*. Mich. II, 6. 11. Ez. XXI, 2. 7. Am. VII, 16. Cf. נָבַע, נָבָא.

נָטָף m. 1) *gutta*. Iob. XXXVI, 27. — 2) *resina* quaedam suaveolens suffitui sacro adhibita, a stillando dicta, ut gr. στακτή a στάζω. Exod. XXX, 34. LXX. στακτή i. e. tum resina myrrhae recentis (Dioscorid. 1, 74), tum resina styracis (לְבֹנָה), instar thuris suffitui adhibita (Salmas. exerc. 1, 540 sqq. homonym. hyl. iatr. p. 149 sqq.). Atque haec quidem h. l. intelligenda est.

נְטֹפָה (destillatio) n. pr. loci in vicinia Bethlehemi Esr. II, 22. Neh. VII, 26. Memoratur etiam in Targg. (Ruth IV, 20) et in Talmud. Scheb. 9: עד שיכלו סרניות מבקעת בית נטופה *donec consumantur cardui ex valle Beth-Netopha*, Pea c. 7: כזית הנטופה *ut oliva Netophea*. Νεταφά scribitur Esr. apocr. V, 32. „Nomen affine est Natapha, quae dicitur esse solitudo in Palaestina in actis Sanctorum II, p. 309." Reland. — N. gent. est נְטֹפָתִי 2 Sam. XXIII, 28. 29. 2 Reg. XXV, 23. 1 Par. II, 54. IX, 16. Jer. XL, 8.

נְטִיפוֹת pl. f. *inaures*, ita dictae quod ex unica fere margarita oblongiore confectae *guttarum* instar de auribus dependere guttaeque destillantis imaginem referre viderentur. Iud. VIII, 26. Jes. III, 19. Arab. نُطْفَة inauris, margarita pura et pellucida, تَنَطَّفَ inauribus se ornavit puella, cf. gr. σταλάγμιον Salmas. exerc. II, p. 1334, lat. stalagmium (Plaut. Menaecchm. 4, 3, 18), quod est inaurium genus a stillando (σταλάζω) dictum. Schroeder de vest. p. 46 sqq. Plerique vett. intpp. *torquem*, *monile* reddunt, non bene.

טָפַת (pro נְטָפַת gutta cf. syr. ܛܘܦܬܐ) n. pr. filiae Salomonis 1 Reg. IV, 11.

נָטַר fut. יִטֹּר et יִנְטוֹר Jer. III, 5 *custodivit* i. q. vic. נָצַר (quod multo frequentius est) et שָׁמַר, sed fere poët. (Chald. et syr. נְטַר, ܢܛܪ, arab. نطر id. v. c. custodivit hortum, vineam, ناطر custos horti, vineae). V. c. vineam Cant. I, 6. VIII, 11. 12.

2) Spec. *servavit* sc. iram, quod vc. subaudiendum (cf. φυλάσσειν χόλον Il. 16, 30). Ps. CIII, 9: לֹא לָעוֹלָם יִטּוֹר *non perpetuo servat* (iram). Jer. III, 5. 12; sq. לְ pers. Nah. I, 2: נוֹטֵר הוּא לְאֹיְבָיו *servans* iram *hostibus suis*, et אֶת Lev. XIX, 18: לֹא תִטֹּר אֶת־בְּנֵי עַמֶּךָ *ne sis memor iniuriarum apud populares tuos*. Eadem ellipsis est in verbo שָׁמַר Jer. III, 5. Iob. X, 14.

3) i. q. arab. نظر speculatus est (quod a custodiendo ductum), v. מַטָּרָה no. 2.

נְטַר chald. *servavit*, addito בְּלִבִּי in animo suo. Dan. VII, 28, cf. Luc. II, 19.

מַטָּרָה et **מַטָּרָא** Thren. III, 12 f. 1) *locus custodiae*, *carcer* Neh. III, 25. XII, 39. Jer. XXXII, 2. 8. 12. XXXIII, 1. XXXVII, 21. XXXVIII, 6. 13. 28. XXXIX, 14. 15.

2) *meta*, *scopus*, quem iaculando petunt (v. rad. no. 3), ut σκόπος a σκέπτομαι 1 Sam. XX, 20. Iob. XVI, 12. Thren. l. c. Sed arab. مَنْظَرَة non scopum significat (ut est in Sim. lex. ed. 3 et 4), sed speculam.

נָטַשׁ fut. יִטֹּשׁ, plene יִטּוֹשׁ 1) pr. *contudit*, *percussit*, max. *discussit*, *diffregit* (stossen, zerstossen), unde *disiecit*, *proiecit*, *reiecit* (verstossen). Hanc, quam dixi potestatem habet syllaba טשׁ in monosyllabo טוּשׁ tutudit, stossen, tum in bisyllabis وطس, fregit, confregit, percussit, לְטַשׁ malleo percussit chald. dispersit, sparsit, arab. لطس contudit, percussit, diffregit, denique رطس percussit, רְטַשׁ hebr. et chald. diffregit, quod apud Chaldaeos eodem modo ad abiiciendi et derelinquendi potestatem transfertur, atque hebr. נָטַשׁ. Ex vett. vel hanc vel similem vim exprimunt LXX verbis ῥάσσω Jer. XXIII, 33. 39, ἀποσκορακίζω Ps. XXVII, 9, ἀποτινάσσω 1 Reg. X, 2, ῥηγνύω aliis, neque non Targg., qui persaepe utuntur verbo cognato רְטַשׁ, רְטַשׁ diffregit, v. Buxtorf h. v. Inde

a) *percussit*, de pugna (cf. נָגַח). 1 Sam. IV, 2: וַתִּטֹּשׁ הַמִּלְחָמָה *et percussit pugna* i. e. utrinque manus conseruerunt pugnantes, germ. *die Schlacht stiess* auf

einander, vel *die Schlacht schlug* i. e. *wurde geschlagen.* Bene Chald. אִתְרְטִישׁוּ אֱנָשֵׁי קְרָבָא *percusserunt se invicem pugnatores.* Liberius, sed recte ad sententiam Vulg. *inito certamine.* Syr. ܗܘܐ ܩܪܒܐ, unde Arabs اشتبك الحرب *conserta est pugna.* Male contra LXX ἔκλινεν ὁ πόλεμος i. e. inclinata est acies (die Schlachtordnung kam zum Weichen). Al. *diffudit s. explicavit se acies* (cf. litt. b), frigidius hoc contextu.

b) *disiecit*, dein *dispersit*, *diffudit.* Part. pass. 1 Sam. XXX, 16: הִנֵּה נְטֻשִׁים עַל פְּנֵי כָל־הָאָרֶץ. LXX. διακεχυμένοι ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς. Theod. ἐσκορπισμένοι. Vide Niph.

c) *proiecit.* Num. XI, 31: *et ventus profectus est a Jova et transvexit coturnices a mari* וַיִּטֹּשׁ עַל הַמַּחֲנֶה *et proiecit eas super castra.* LXX. ἐπέβαλεν ἐπὶ τὴν παρεμβολήν. Targ. רְמָא. Syr. ܘܫܕܐ, Saad. ألقتهُ على العسكر *proiecit eas super castra.* — Ezech. XXXI, 12 de arbore: וַיִּכְרְתֻהוּ זָרִים .... וַיִּטְּשֻׁהוּ *et exciderunt eam peregrini .... et proiecerunt.* LXX. κατέβαλον. Vulg. *proiicient.* Targ. רְטַשׁוּהִי. Syr. ܢܫܕܘܢܗ. — Ez. XXIX, 5: וּנְטַשְׁתִּיךָ הַמִּדְבָּרָה Vulg. *et proiiciam te in desertum.* LXX. καταβαλῶ. Targ. אֲרַטְּשִׁנָּךְ. Syr. ܘܐܫܕܝܟ. XXXII, 4: וּנְטַשְׁתִּיךָ בָאָרֶץ (parall. אֲטִילְךָ) Vulg. *et proiiciam te in terram.* Targ. אֲרַטְּשִׁנָּךְ. Syr. ܘܐܫܕܝܟ, minus bene LXX. ἐκτενῶ σε. — Eodem retulerim Hos. XII, 14: דָּמָיו עָלָיו יִטּוֹשׁ *sanguinem eius* (Ephraimi) *proiiciet super eum* (Deus), parall. וְחֶרְפָּתוֹ יָשִׁיב לוֹ. LXX paullo liberius: τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπ' αὐτὸν ἐκχυθήσεται. Vulg. sanguis eius super eum veniet. Recentiores plerique: sanguinem eius super eo relinquet, frigidius.

d) *reiecit, repudiavit* (verstossen, verwerfen) α) Deus populum suum. Iud. VI, 13: עַתָּה נְטָשָׁנוּ יְיָ וַיִּתְּנֵנוּ בְּכַף מִדְיָן *nunc reiecit nos Jova deditque nos in potestatem Midianitarum.* (LXX. ἐξέῤῥιψεν. Theod. ἀπώσατο. Targ. רְטַשׁ. Sed Vulg. Syr. dereliquit). 1 Sam. XII, 22: כִּי לֹא יִטֹּשׁ יְיָ אֶת־עַמּוֹ. (LXX. ἀπώσεται. Targ. רְחַק. Sed Vulg. Syr. derelinquet). 1 Reg. VIII, 57: אַל יַעַזְבֵנוּ וְאַל יִטְּשֵׁנוּ (LXX. ἀποστρέψοιτο. Vulg. proiiciet. Targ. אַרְחֵק). 2 Reg. XXI, 14: וְנָטַשְׁתִּי אֵת שְׁאֵרִית נַחֲלָתִי (LXX. ἀπώσομαι. Vulg. dimittam. Targ. רְטַשׁ. Sed Syr. deseram). Ps. XXVII, 9, ubi sequitur עָזַב. (Targ. תְּטַלְטֵל. Symm. ἀποῤῥίψης, Al. ἀποσκορακίσῃς. Syr. ܬܫܒܘܩ, sed LXX. ἐγκαταλίπῃς). XCIV, 14: לֹא יִטֹּשׁ יְיָ עַמּוֹ, sequitur וְנַחֲלָתוֹ לֹא יַעֲזֹב (LXX. ἀπώσεται. Vulg. repellet. Targ. eodem verbo יִטּוֹשׁ. Syr. ܢܫܒܘܩ). Jes. II, 6: נָטַשְׁתָּה עַמְּךָ. Symm. ἀπέῤῥιψας. Vulg. proiecisti. Sed LXX. ἀνῆκε. Targ. Syr. dereliquisti. — Jer. VII, 29: *tonde capillum tuum et proiice eum* (הַשְׁלִיכִי) ...... כִּי מָאַס יְהוָה וַיִּטֹּשׁ אֶת־דּוֹר עֶבְרָתוֹ *nam reprobavit Jova et reiecit generationem irae suae.* *Proiectione* enim capillorum tonsorum significatur reprobatio et *reiectio* populi. LXX. ἀπώσατο. Targ. רְטַשׁ. XII, 7: נָטַשְׁתִּי אֶת־נַחֲלָתִי, praecesserat עָזַבְתִּי אֶת־בֵּיתִי. (Targ. רְטַשִׁית. LXX. ἀνῆκα. Vulg. *dimisi*). XXIII, 33: וְנָטַשְׁתִּי אֶתְכֶם נְאֻם יְיָ Vulg. *proiiciam quippe vos.* LXX. ῥάξω ὑμᾶς. Targ. אֲרַטֵּשׁ יַתְכוֹן. Syr. adeo ܐܥܩܪܟܘܢ *eradicabo vos.* Ibid. 39: וְנָטַשְׁתִּי אֶתְכֶם וְאֶת הָעִיר ...... מֵעַל פָּנָי *et abiiciam vos et urbem quam dedi vobis patribusque vestris a facie mea.* LXX. καὶ ῥάσσω ὑμᾶς. Targ. אַרְחֵיק יַתְכוֹן. Syr. ܐܪܡܝܟܘܢ. Semel refertur ad sanctuarium Ps. LXXVIII, 60: וַיִּטֹּשׁ מִשְׁכַּן שִׁלוֹ Vulg. *et repulit tabernaculum Silo.* LXX. ἀπώσατο. (Targ. Syr. neglexit). — β) *reiecit* homo Deum, Deut. XXXII, 15: וַיִּטֹּשׁ אֱלוֹהַּ עָשָׂהוּ *et reiecit Deum creatorem suum.* (Vett. intpp. reliquit). Parall. וַיְנַבֵּל. Jer. XV, 6: אַתְּ נָטַשְׁתְּ אֹתִי LXX. σὺ ἀπεστράφης με. (Vulg. Targ. Syr. dereliquisti me). It. *reiecit* praecepta parentum. Prov. I, 8: אַל תִּטֹּשׁ תּוֹרַת אִמֶּךָ LXX. μὴ ἀπώσῃ θεσμοὺς μητρός σου. Vulg. ne dimittas. Eadem verba VI, 20. — γ) *abiecit* negotium, curam. 1 Sam. X, 2: נָטַשׁ אָבִיךָ אֶת דִּבְרֵי הָאֲתֹנוֹת *abiecit* iam *pater tuus res asinarum* i. e. asinarum quaerendarum negotium (hae enim inventae erant) *et metuit vobis.* Graphice LXX. ὁ πατήρ σου ἀποτετίνακται τὸ ῥῆμα τῶν ὄνων.

In prioribus lexx. editionibus cum recentioribus paene omnibus in exemplis sub litt. d laudatis *relinquendi* potestatem admisi, non alienam illam a contextu plerorumque locorum, et a Vulgato Syroque (rarius ab Alex.) passim admissam. Sed fortiorem *abiiciendi reiiciendi*que potestatem non solum suadet et primaria verbi potestas (v. supra) et veterum interpretum auctoritas, qui plerisque locis hanc vim exprimunt (LXX. ἀπώθω, ῥάζω, ἐκρίπτω, ἀποτινάσσω. Targ. רְטַשׁ, רְטַשׁ, טַלְטֵל, semel נְטַשׁ. Syr. ܫܕܐ), sed adeo flagitant loci Jer. VII, 29, ubi נָטַשׁ respondet verbo הִשְׁלִיךְ, et XXIII, 39, ubi coniunguntur verba נָטַשׁ מֵעַל פְּנֵי et relinquendi potestatem non admittunt.

e) *eiecit s. emisit, eduxit* gladium, cf. cogn. נָתַשׁ evulsit arborem. Jes. XXI, 15: מִפְּנֵי חֶרֶב נְטוּשָׁה וּמִפְּנֵי קֶשֶׁת דְּרוּכָה *a gladio educto et ab arcu tenso.* Sic Targ. חַרְבָּא שְׁלִיפָא, sed Syr. ܣܝܦܐ ܡܚܫܠܐ gladius malleatus i. e. politus, ut Saad. مَصْقُول. Uterque נָטַשׁ accepit pro cognato לָטַשׁ, quod et ipsum a contextu alienum non esset.

f) sq. עַל *iecit super* aliquem i. e. *commisit* curae et tutelae alicuius (cf. הַשְׁלֵךְ עַל יְיָ Ps. LV, 23). 1 Sam. XVII, 20: וַיִּטֹּשׁ אֶת־הַצֹּאן עַל שֹׁמֵר *et commisit gregem custodi.* LXX. ἀφῆκε τὰ πρόβατα φύλακι. Comm. 28. Plenius Comm. 22: וַיִּטֹּשׁ דָּוִד אֶת־הַכֵּלִים מֵעָלָיו עַל יַד שׁוֹמֵר הַכֵּלִים *et deposuit Davides vasa a se et commisit custodi impedimentorum.* LXX. ἀποθέμενος. — Ab abiiciendo proficiscitur

2) *misit, dimisit, missum fecit* (*lassen*) aliquid. Spec.

a) *omisit*, *missum fecit* (liegen lassen) v. c. agrum incultum iacere sivit. Ex. XXIII, 11: וְהַשְּׁבִיעִת תִּשְׁמְטֶנָּה וּנְטַשְׁתָּהּ *et anno septimo dimittas et omittas eum* i. e. incultum iacere sinas. Verba שָׁמַט et נָטַשׁ synonyma sunt, ut saepe, et sic Neh. X, 32 cum acc. temporis: נִטֹּשׁ אֶת־הַשָּׁנָה הַשְּׁבִיעִית *mittamus annum septimum* i. e. omittamus agri culturam anno septimo; *missam fecit* litem Prov. XVII, 14.

b) *remisit* debitum. Neh. l. c. *mittamus* ...... *et omne debitum*.

c) sq. acc. pers. et לְ rei: *admisit* aliquem ad aliquid faciendum i. e. *permisit* ei aliq. Gen. XXXI, 28: לֹא נְטַשְׁתַּנִי לְנַשֵּׁק לְבָנַי וְלִבְנֹתָי *non es passus ut oscularer filios meos et filias meas*. Targ. לָא שְׁבַקְתַּנִי לְנַשָּׁקָא. Syr. id. LXX liberius: οὐκ ἠξιώθην καταφιλῆσαι. Cf. eandem structuram in verbis הֵנִיחַ Ps. CV, 14 et נָתַן Gen. XX, 6 al.

Niph. 1) pass. Kal 1, *disiectus, discussus est* (zerschlagen seyn). Jes. XXXIII, 23: נִטְּשׁוּ חֲבָלָיִךְ בַּל יְחַזְּקוּ כֵן־תָּרְנָם *disiecti sunt funiculi tui, neque firmant malum*. LXX. ἐῤῥάγησαν. Symm. ἐξεῤῥίφη. Targ. אִתְפְּסַקוּ, sed Vulg. laxati sunt (vide Kal no. 2), quod et ipsum ferri potest.

2) pass. Kal no. 1, b, *diffudit se*, de palmitibus vitis Jes. XVI, 8: שְׁלֻחוֹתֶיהָ נִטְּשׁוּ עָבְרוּ יָם *palmites eius diffundebant se, transiebant mare* (al. *disiecti sunt*, ut no. 1), de exercitu Iud. XV, 9: וַיִּנָּטְשׁוּ בַּלֶּחִי LXX. ἐξεῤῥίφησαν. Vulg. effusus est exercitus. Targ. אִתְרְטִישׁוּ. 2 Sam. V, 18. 22.

3) pass. Kal no. 1, c, *proiectus est*. Am. V, 2: *virgo Israël* נִטְּשָׁה עַל אַדְמָתָהּ אֵין מְקִימָהּ Vulg. *proiecta est in terram suam, non est qui suscitet eam*. LXX. ἔσφαλεν ἐπὶ τῆς γῆς αὐτοῦ. Chald. אִתְרְטִישַׁת.

Priores lexicographi et interpretes tantum non omnes (Kimchius, Buxtorfius, Coccejus, Alb. Schultens, Simonis), quos et ipse edit. 1 et in lexx. min. secutus sum, huic verbo primariam *mittendi, missum faciendi* et *relinquendi* potestatem tribuunt, eamque paene omnibus exemplis adhibent, nisi quod in paucis *diffundendi* potestatem agnoscunt, quam a *dimittendo* ductam volunt. Unus oblocutus est H. E. G. Paulus, qui in uberiore de hoc vc. disputatione (Clavis über die Psalmen pag. XLVIII sqq.) recte quidem *mittendi* et *relinquendi* potestatem (*lassen*) primariam nedum unicam esse negavit, sed in Scyllam fere incidit vitaturus Charybdin, quippe qui *omittendi, remittendi, permittendi* potestatem (v. no. 2, a—c) huic verbo prorsus abiudicet. Cuncta enim, quibus legitur verbum, exempla in duas classes dispescit, quarum alteri (Num. XI, 31. Ps. LXXVIII, 60. Prov. I, 8. VI, 20. Jer. VII, 29. 1 Sam. IV, 3. Ezech. XXXI, 12) coll. وطس *diffringendi* (Jes. XVI, 8. XXXIII, 23), hinc *repellendi, reiiciendi* vim tribuit, et recte quidem: alteri maiori autem significationem verbi arabici نطس *scientia polluit* pluresque novas inde deductas vindicatum it, quantumvis obnitente contextu, v. c. Gen. XXXI, 28: *non prudenter egisti, ut osculari possim filios filiasque meas*. Exod. XXIII, 11: *anno septimo* תִּשְׁמְטֶנָּה וּנְטַשְׁתָּהּ *omittas eum* (agrum) et *diligenter id observes*. Neh. X, 32: *et annum septimum diligenter observabimus*. Iud. VI, 13: *deus exploravit nos* i. e. animadvertit in nos, et sic Jes. II, 6. Jer. XII, 7. XXIII, 33. 39. Ps. XCIV, 14. 2 Reg. XXI, 14. — Quod equidem supra de origine posui, id tum verborum cognatorum (טוּשׁ, לָטַשׁ, רָטַשׁ, وطس) analogia tum consona fere veterum interpretum auctoritate nititur: ab *reiiciendo* et *abiiciendo* autem facilis transitus est ad *mittendi, dimittendi, omittendi* vim, nam quae abiicimus, ea dimittimus, earum curam omittimus, eaque sibi relinquimus. Egregie autem huius verbi usus illustratur cognato רָטַשׁ, chald. רְטַשׁ, quod pr. *diffringendi, discutiendi, proiiciendi* Jes. XIV, 12. Exod. XXVIII, 17 Targ., Buxtorf. no. II), inde *dimittendi, deserendi, relinquendi* vim habet, qua ponitur non solum pro hebr. נָטַשׁ (v. supra) sed etiam pro עָזַב, נָשָׁה, מָאַס (Buxtorf. no. I).

נְטִישׁוֹת f. pl. *palmites* vitis Jes. XVIII, 5. Jer. V, 10. XLVIII, 32, ita dicti, quippe qui se diffundant et expandant (v. rad. Jes. XVI, 8).

ניא rad. in verbo inusit. Arab. نَاءَ med. Je, cruda, non bene cocta fuit caro. II. IV. non bene coxit carnem, نِيءٌ crudus, semicoctus, de carne. Inde

נָא adj. *crudus*, de carne. Ex. XII, 9. LXX. ὠμός. Vulg. crudus. Targ. et Syr. vivus. Saad. eodem vc. نِيّ.

נִי lamentatio, v. rad. נָהָה.

נִיב proventus, v. נוּב.

נֵיבַי n. pr. v. ibid.

נִיד solatium, v. נוּד.

נִידָה immunditiеs, v. נָדַד.

נָיוֹת n. pr. v. rad. נָוָה.

נִיחֹחַ suavitas (odoris), v. rad. נוּחַ.

נִין proles, v. rad. נוּן.

נִינְוֵה Gen. X, 11. 12. 2 Reg. XIX, 36. (Jes. XXXVII, 37). Nah. I, 1. II, 9. III, 7. Jon. I, 2. III, 3. IV, 11, gr. et lat. Νινευή Tob. I, 10. VII, 3. XI, 1. XIV, 4 sqq. Judith I, 1. II, 21, Νινευί Luc. XI, 32. Ptolem. 6, 1 (utramque formam exhibent Vers. Alex. codices), lat. Nineve Ammian. 23, 6, Vulg. *Ninive*, et ita Augustin. Paulin. Prudent. (Ninive), sed multo

frequentius *Νῖνος*, *Ninus* Herod. Diod. Josephus (Ant. 1, 6 §. 4. 9, 1 §. 3), Strabo, Plin. Tac., arab. نينوى (Abulf. Kazwini, Jakut), in Aegyptiorum monumentis *NNIA* vel *NNIE* *), vetus Assyriae metropolis regumque Assyriorum sedes (Jes. l. c.), in ripa orientali Tigridis e regione Mosul hodierni sita, ambitu ingens et maior Babylone (Jon. I, 2. III, 3. IV, 11. Diod. 2, 3. 7. Herod. 1, 193. 2, 150. Strabo XVI p. 737), tum moenibus tum Tigridis aquis munita (Nah. II, 2. 9. III, 12. 14), mercaturae commercio florentissima (ib. III, 16). A Nimrodo (Gen. l. c.), auctoribus Graecis scriptoribus (Diod. l. c.) a Nino condita erat, et regnante Josia rege adhuc superstes (Zeph. II, 13), dein post irritos Phraortis Medi conatus (Herod. 1, 102) a Cyaxare, qui et ipse iam prius (anno 625 a. Chr.) frustra eam oppugnaverat, altero bello Scythis profligatis suscepto expugnata est anno a. Chr. 597 (Herod. 1, 106) **). Quod recentiores addere solent (Beck allgem. Weltgeschichte 1, 614. 617. 621. 638. Rosenmüller Alterthumskunde I, 2 p. 38. 109. Wineri Reallex. II, 188 et in tabb. chronol., Hitzig kl. Proph. p. 211), Cyaxarem in Ninive expugnanda Nabopolassarum, Babyloniae regem, socium et adiutorem habuisse, ex ipsis scriptoribus veteribus non constat (uni Nebucadnezaro vastationem Ninives tribuit Syncell. p. 210 Goar. 396 Dind.; Nabopalassaro, duci Assyriorum et Astyagi Medo Abydenus ap. Euseb. chron. armen. I, p. 54, Arbaci et Belesy Ctesias ap. Diod. 2, 21. 32, Nebucadnezaro et Asvero Tob. XIV, 15) et a Bocharti coniectura profectum videtur, qui (Geogr. s. IV, 20 p. 254) libri Tobiae verbis l. c. ita utitur, ut Nebucadnezarum (I) eundem atque Nabopolassarum, Asverum autem Cyaxarem esse sumat: imo a solis Medis, non sine Babyloniorum invidia, Ninum captam esse, apparet ex his, quae Herodotus (1, 185) de Nitocri, Babyloniorum regina, tradit. Ninum a Medis dirutam (τῆς Νίνου κατεσκαμμένης ὑπὸ Μήδων) memorant etiam Diodorus (2, 7) et Eusebius in Chronico ad annum 597: „Cyaxares Medus subvertit Ninum.“ Inde ab eo tempore deserta iacebat (Herod. 1, 178. Diod. 2, 7. Strab. l. c.), quanquam Tacitus (Ann. 12, 13) eius nominis castellum et Ammianus (18, 7. 23, 6) ipsam Nineven memorat, adeoque apud Abulpharagium (hist. dynast. p. 404. 441. Chron. syr. p. 464) mentio est castelli Ninives (حصن نينوى), quam ipsam ob caussam ab Arabum Geographis de situ eius dubitatum non est (v. Abulf. Mesopot. p. 31. Rosenm., Ibn-Alwardi p. 114), veteremque famam nostrae aetatis itineratores confirmarunt, v. Niebuhrii itin. II, p. 353. 368 et tab. 46, prae ceteris Claudius James Rich Narrative of a residence in Koordistan and on the site of ancient Nineveh. London 1836. (2 Voll. 8. Vol. 2 pag. 29 sqq.). Et his quidem testibus antiquae urbis area, in qua passim lapides titulis cuneatis inscripti effossi sunt, exstat e regione Mosul urbis circa vicum oppidumve *Nebbi Junes* appellatum et clivum *Koyunjuk*, qui idem esse videtur atque *Kalla Nunia* (قلعة نونيه) Niebuhrii. — Priscum urbis nomen נִינְוֵה vulgo *Nini habitaculum* explicant q. d. נִין נָוֶה, quod vel propter verborum collocationem ferri non potest (exspectes enim נְוֵה נִין): rectius origo in lingua sanscrito-zendica quaerenda erit, qua de re vide append.

ניס v. rad. נוס.

נִיסָן mensis primus anni Hebraei, qui in Pentateucho חֹדֶשׁ הָאָבִיב appellatur (pag. 4), plene חֹדֶשׁ נִיסָן Esth. III, 7. Neh. II, 1. Sic in Targg. Ex. XII, 8. 18. 40. Lev. XXV, 5, syr. ܢܝܣܢ Michaëlis ad Cast. p. 555, palmyr. ניסן (inscr. Palmyr. ed. Swinton, in Philos. Transactions T. LI, no. 13, lin. 3), arab. نيسان Avic. Alferg., praeterea apud Curdos et Heliopolitanos (*Νεισάν*, *Νυσάν*, Benfey über die Monatsnamen p. 21. 23). Qui Semiticam voci originem tribuunt, נִיסָן vel dictum censent a נֵס, syr. ܢܝܣܐ signum, vexillum, ut mensem significet, quo signa in hostes primum efferantur (Boch. Hieroz. I, 631 Lips.), vel quod praefero, pro נִצָּן, נִיצָן, ut sit *mensis florum* (ἑρμηνεύεται δὲ Νισσὰν ὁ ἀνθῶν, νισσὰ γὰρ λέγεται παρ' Ἑβραίοις τὸ ἄνθος Anastasius apud Meursium, variis divinis pag. 27): sed Persicam ei originem probabiliter vindicat Theod. Benfey (l. c. p. 131 sqq.) a zend. *navaçan* i. e. novus dies, a *nav* novus et *açan* i. q. sanscr. *ahan* dies. *Novus dies* autem, pariter atque pers. *nauruz*, appellatur *primus anni dies*, alibi *novus annus* (de calendis primi mensis), idque in hac voce ad *primum mensem* (pers. *Mah-nau* novus mensis) translatum videtur.

נִיצוֹץ scintilla, v. rad. נָצַץ.

נִיר *novellare* agrum, fortasse rad. secundaria ducta a Hiph. verbi נוּר (cf. Ewaldi gramm. §. 235), pr. nitere fecit. Hos. X, 12: נִירוּ לָכֶם נִיר *novellate vobis novale* i. e. exstirpatis sentibus novum agrum vobis parate, qui virtutis semina concipiat s. remota imagine: depositis pravis studiis novos eosque bonos mores induite. Jer. IV, 3.

נִיר m. *novale* Hos. et Jer. ll. cc. Prov. XIII, 23. Sed וַנִּירָם Num. XXI, 30 est a rad. יָרָה. — Aliud vide ad rad. נוּר.

---

*) Quod ibi scriptum exstat (Champoll. gr. 150)  *NNIA* cum signo determinativo *terram* s. *regionem* (non *urbem*) indicante, *terram Nineves* i. e. Assyriam significare videtur.

**) Alterum hoc bellum cum priore confundunt recentiores, qui Niniven anno 625 a. Chr. expugnatam esse volunt.

מנור *iugum*, idque proprie *aratorium* (a rad. ניר), dein translate מנור ארגים iugum textorium 1 Sam. XVII, 7. 2 Sam. XXI, 19. (Syr. ܢܝܪܐ iugum aratorium, textorium et servile, v. Cast., arab. نير iugum bubus arantibus impositum, نيرة iugum textorium, melit. *nîr* licium iugo textorio annexum. Usitatiores fere sunt formae per l, ut ܢܘܠܐ iugum textoris, textrina, etiam de tela araneae. Lex. Adl. ܢܘܠܐ ܕܥܦܪܝܢܐ نول الحبايكة ܢܘܠܐ ܕܥܟܒܝܬܐ نسيج نول العنكبوت. Arab. نول iugum textoris Jes. XXXVIII, 12. Iud. XVI, 14. 1 Sam. XVII, 7 vers. arab., Hariri Cons. 2 p. 98 Schult. ibique not., منوال id. Melit. *neul* textrina. Suspiceris forte, exstitisse radicem نال texendi significatu, sed huius nullum vestigium exstat).

נכא forma rarior i. q. נכה *percussit.* Arab. نكع percussit, spec. nates alic.

Niph. percussus, verberatus est. Iob. XXX, 8: נִכְּאוּ מִן הָאָרֶץ *verberantur ex terra* i. e. verberibus expelluntur ex terra.

נכא pl. נְכָאִים (al. codd. נִכְאִים) percussi i. e. *afflicti* Jes. XVI, 7, ut recte Targ. Saad. (ad sententiam cf. XV, 4).

נָכֵא adj. id. *afflictus;* fem. רוּחַ נְכֵאָה animus afflictus, aeger. Prov. XV, 13. XVII, 22. XVIII, 14, cf. נָכֶה.

נכאת f. Gen. XXXVII, 25. XLIII, 11 (pro נְכֹאת) pr. inf. formae שְׂאֵת, קְרֹאת, בְּלֹאת (neque vero cum Ewaldi gr. p. 327 plur. pro נְכָאִית) contusio, confractio, inde *pulvis aromaticus* (cf. ܡܟܘܟܐ contritum, aroma, et quae observavimus ad rad. מלח), quod generale nomen dein ad *certum* quoddam *aromatis genus* translatum videtur. Generaliore vc. utuntur LXX. θυμίαμα, Vulg. c. 37 *aromata*, sed speciali Aqu. et Vulg. c. 43 στύραξ *styrax*, probante Bocharto in Hieroz. II p. 532, Targ. שַׁעֲוָא non cera, sed i. q. שְׁעַף balsamum, Sam. ࠒࠈࠐ i. q. קִטְפָא resina odorata, Syr. ܪܗܛܝܢܐ resina, minus bene Saad. et Abulw. خرنوب siliqua. — Conferunt arab. نكاة, quod lexicographi explicant نكاة i. e. extremitas rubra plantae سرقوت (rubri tinctorum) a نكع ruber fuit, it. gummi tragacanthae, sed utrum haec in Palaestina nascatur, non constat.

Eodem pertinere videtur בֵּית נְכֹתֹה 2 Reg. XX, 13. Jes. XXXIX, 2, quod nescio an proprie sit *domus aromatum eius* (ut Aqu. Symm. Vulg.), quanquam ad sensum recte Chald. Syr. Saad. et Arabs Polygl. (hic etiam Jes. l. c. pro gr. νεχωθᾶ): *gazophylacium.* Etenim in hac domo videntur recondita fuisse, quae statim sequuntur „argentum et aurum et aromata et unguenta pretiosa", ita tamen ut ab his, non ab illis, nomen haberet. Minus probo, quod Lorsbachius observabat (Ephem. litt. Jen. 1815, no. 59), נכת esse vc. persicum a نگهیدن deponere, نگاه custodia.

נכד rad. inusit. unde

נֶכֶד m. *progenies*, ut bene Vulg., ubique copulatum cum syn. נִין q. v. (rad. נון). Congruit aethiop. ንገድ: genus, cognatio, tribus, כ et ג permutatis, cf. Gen. XXI, 23, ubi cod. Sam. נגד scribit pro נֶכֶד. Quod Iob. XXXI, 3 in 12 codd. et multis editt. vett. (v. Rossii scholia crit. ad h. l.) נֵכֶד legitur pro vulg. נֵכֶר, possit esse i. q. arab. نكد calamitas vit. Tim. 371. 393 Gol., a verbo نكد العيش dura et angusta fuit vita Tebl. ad Har. VI p. 248 Schult. نكاد الدهار durae fortunae ibid. II, 116, sed non est quod a vulgari scriptura recedamus.

נכה rad. in Kal inusit. *percussit.* (Arab. et aeth. نكع, نكى, ነከየ: id., sed raro usurpatum, max. laedendi significatu. Syr. ܢܟܐ Pe. et Aph. laesit, nocuit. Vicina sunt verba a נג ordientia, ut נָגַח, נָגַן, נָגַף. In linguis indogerm. congruunt *nec*-o, *noc*-eo, et n emollito *ic*-o, qs. a יָכָה = נָכָה).

Niph. pass. Hiph. *percussus est*, occisus est 2 Sam. XI, 15.

Pi. non reperitur, nam quod nonnulli huc retulerunt et inf. Pi. esse voluerunt, נַכֶּה Num. XXII, 6, nihil aliud est quam 1 pl. fut. Hiph., ut alibi (Jos. X, 4). Vide ad rad. יָכֹל p. 593.

Pu. pass. *percussus est* Ex. IX, 31. 32; longe usitatius est Hophal.

Hiph. הִכָּה 2 pers. constanter הִכִּיתָ, sed 1 pers. הִכֵּיתִי, nonnisi c. suff. הִכִּיתִיךָ 1 Sam. XVII, 46, הִכִּיתִיךְ Jes. LX, 10. Jer. XXX, 14, inf. הַכּוֹת, absol. הַכֵּה Deut. XIII, 16, imp. הַכֵּה Ez. VI, 11, apoc. הַךְ, fut. convers. וַיַּכֶּה, sed saepius וַיַּךְ

1) *percussit, feriit,* gr. πλήσσω a) caedendo (*schlagen*) v. c. aliquem baculo (c. accus. pers. et בְּ instr.) Num. XXII, 23. 27, pugno vel manu lapide munita Exod. XXI, 18, omisso instr. Exod. II, 11. 13. 1 Reg. XX, 35. 37. Deut. XXV, 3: אַרְבָּעִים יַכֶּנּוּ *quadragies caedat eum* i. e. quadraginta verbera ei infligat, inde *castigavit* Jer. II, 30. Neh. XIII, 25. It. percussit genam alic. (colaphum ei inflixit) Iob. XVI, 10 cf. Mich. IV, 14. 1 Reg. XXII, 24, percussit rupem c. accus. Ps. LXXVIII, 20, sq. בְּ (er schlug an den Felsen) Exod. XVII, 6, percussit aquam pallio 2 Reg. II, 8. Sq. מִן *excussit* alicui aliquid Ez. XXXIX, 3: הִכֵּיתִי קַשְׁתְּךָ מִיַּד

שִׁנּאֹכָךְ, et sq. acc. excussit oculum alic. Ex. XXI, 26. — b) *feriit pungendo* re acuta et cuspidata (*stechen*, *stossen*), ut cornu Dan. VIII, 7, fuscina 1 Sam. II, 14: וְהִכָּה בַכִּיּוֹר *et punxit* fuscina *in pelvim*, hasta 2 Sam. II, 23: וַיַּכֵּהוּ אַבְנֵר בְּאַחֲרֵי הַחֲנִית אֶל הַחֹמֶשׁ *et feriit eum Abner posteriore parte hastae in abdomen*. IV, 6. XX, 10, et cum acc. III, 27: וַיַּכֵּהוּ שָׁם הַחֹמֶשׁ. Levius: *punxit* vermis plantam Jon. IV, 7, sol caput hominis, sq. עַל Jon. IV, 8 (cf. nostr. Sonnenstich), sq. acc. pers. Jes. XLIX, 10, etiam de luna Ps. CXXI, 6, ubi luna pungi dicuntur, qui frigore nocturno laeduntur (cf. Gen. XXXI, 40. Hos. IX, 16. Anderson orient. Reisebeschreib. ed. Olearius p. 8). (Sic arab. ضرب feriit, it. punxit scorpius, it. med. Kesr. frigore tactus, laesus est). — c) *feriit re iacta* (*werfen*, *treffen*), sive lapide e funda iacto 1 Sam. XVII, 49: וַיַּךְ אֶת הַפְּלִשְׁתִּי אֶל מִצְחוֹ. Comm. 50 cf. 2 Reg. III, 25; sive sagitta 1 Reg. XXII, 34: וַיַּכֶּה אֶת־מֶלֶךְ יש׳ בֵּין הַדְּבָקִים. 2 Reg. IX, 24. — Spec. observentur hae locutiones *α*) הִכָּה כַף 2 Reg. XI, 12. Ez. XXII, 13 et הִכָּה בְכַף (ubi בְּ est instrumenti, v. gramm. p. 240 not. et quae observavimus ad rad. חָבַר Hiph.) Ez. VI, 11 complosit manum, plene הִכָּה כַף אֶל כַּף XXI, 19. 22, quod modo exsultantium est 2 Reg. l. c., modo indignantium (sq. אֶל propter) Ez. XXI, 22. XXII, 13 et plangentium ib. VI, 11. XXI, 19. — *β*) 1 Sam. XXIV, 6: וַיַּךְ לֵב דָּוִד אֹתוֹ *cor Davidis percussit eum* h. e. vehementer palpitando praecordia eius percussit. 2 Sam. XXIV, 10, cf. Aesch. Prometh. 887: *κραδία φόβῳ φρένα λακτίζει*. לבו נוקפו cor eius percutit eum i. e. laesam vel malam conscientiam habet. Vide quae laudat Lex. Aruch ed. Land. pag. 1055. — *γ*) Saepe Deus vel legatus eius dicitur *percutere* hominem, populum, terram plaga vel morbo i. e. plagam ei infligere (cf. נָגַע, נָגַף), v. c. הִכָּה פ׳ בַּסַּנְוֵרִים percussit aliquem coecitate i. e. coecitatem ei inflixit, immisit Gen. XIX, 11. 2 Reg. VI, 18, peste Num. XIV, 12, mariscis 1 Sam. V, 6, furore et insania Zach. XII, 4 cf. Deut. XXVIII, 22. 27. 28. 35, sterilitate et morbo frugum Am. IV, 9: הִכֵּיתִי אֶתְכֶם בַּשִּׁדָּפוֹן וּבַיֵּרָקוֹן. Hagg. II, 17, sed sq. dupl. acc. Mal. III, 24 (IV, 6): וְהִכֵּיתִי אֶת־הָאָרֶץ חֵרֶם *et* (ne) *percutiam terram anathemate*. Saepe etiam omisso ablat. Jes. V, 25: *et percutit eum* (populum) ..... *iacentque cadavera instar sordium in plateis*. IX, 12. Lev. XXVI, 24. 2 Sam. XXIV, 17 (int. peste). Jer. V, 3. Ez. VII, 9. Ps. CV, 33: *percussit vites* sc. grandine. Sic Exod. VII, 25: *postquam Jova percusserat Nilum* i. e. in sanguinem converterat (cf. Comm. 20). VIII, 13: *percussit pulverem isque mutatus est in sciniphes*. Jes. XI, 15: וְהִכָּהוּ לְשִׁבְעָה נְחָלִים *et percutiet eum* (Euphratem) ut *in septem rivos* se dividat. Zach. X, 12. — *δ*) הִכָּה שָׁרָשִׁים Hos. XIV, 6 radices egit, nostr. Wurzeln *schlagen*, *schiessen*, pr. incussit, immisit in terram, cf. שִׁלַּח שׁ׳ emisit ramos, radices. Jer. XVII, 8.

2) gravius: feriendo sive fregit sive transfodit sive evertit sive occidit sive in fugam coniecit. Spec.

a) *contudit*, *confregit* (zerschlagen). Ex. IX, 25: וַיַּךְ הַבָּרָד אֵת כָּל־אֲשֶׁר בַּשָּׂדֶה *et contudit grando quidquid in agro erat*. Ps. III, 8: הִכִּיתָ אֶת־כָּל אֹיְבַי לֶחִי *confregisti maxillam omnibus hostibus meis*, quae imago a feris rapacibus petita est. Confregit domos Am. III, 15, sq. dupl. acc. VI, 11: הִכָּה הַבַּיִת הַגָּדוֹל רְסִיסִים *confringit domum magnam in ruinas*.

b) *transfodit*, *perfodit* (durchstossen), cf. no. 1, b. 1 Sam. XIX, 10: וַיְבַקֵּשׁ שָׁאוּל לְהַכּוֹת בַּחֲנִית בְּדָוִד וּבַקִּיר *studuitque Saulus hasta transfodere Davidem et parietem* i. e. hastam Davide transfosso parieti affigere. XVIII, 11. XXVI, 8: אַכֶּנּוּ־נָא בַחֲנִית וּבָאָרֶץ *eum transfossum terrae affigam*.

c) *evertit* (umstossen, umwerfen), v. c. tentorium Iud. VII, 13. 1 Par. IV, 41. 2 Par. XIV, 14, praegn. Zach. IX, 4: הִכָּה בַיָּם חֵילָהּ *evertit* et coniicit *in mare munimentum eius*.

d) *plaga letali affecit*, *cecidit*, *occidit* aliquem (erschlagen). Gen. IV, 15: לְבִלְתִּי הַכּוֹת אֹתוֹ כָּל־מֹצְאוֹ *ne eum occideret omnis inveniens eum*. Ex. II, 12. Jos. XX, 5. 1 Sam. XVII, 36. 2 Sam. I, 15. XXI, 21. 1 Reg. XI, 15. 2 Reg. X, 25. XIV, 5. XV, 14. 25. XXI, 24. XXV, 21 al. Additur בֶּחָרֶב Jos. XI, 10. Jer. XXVI, 23, saepius לְפִי חֶרֶב (ore gladii) Jos. VIII, 24. X, 39. XI, 11. XIX, 47. Iudd. I, 25. XVIII, 27. XX, 48. 2 Reg. X, 25. Ubi copulatur cum הֵמִית, הִכָּה ad plagam letalem refertur, illud ad ipsam necem 1 Reg. XVI, 10: וַיַּכֵּהוּ וַיְמִיתֵהוּ. 2 Sam. XVIII, 15. 2 Reg. XV, 10. 30. Jos. X, 26. XI, 17, sic cum verbo moriendi 2 Reg. XXV, 25: וַיַּכֻּהוּ וַיָּמֹת. — In eandem sententiam additur etiam acc. נֶפֶשׁ (quod ad vitam attinet), הִכָּה פ׳ נֶפֶשׁ *cecidit aliquem* ita ut *vitam* amittat (jemanden am Leben schlagen). Gen. XXXVII, 21. Deut. XIX, 6. 11. XXVII, 25. Jer. XL, 14. 15, paullo aliter Lev. XXIV, 18: מַכֵּה נֶפֶשׁ בְּהֵמָה *qui occidit pecudem*. De Deo 2 Sam. VI, 7: *et percussit eum Deus et mortuus est*. Ps. LXXVIII, 51. CV, 36, de angelo Dei 2 Reg. XIX, 35: *egressus est ea nocte angelus Dei et percussit in castris Assyriorum* 185000 *et postridie mane omnes erant cadavera mortua*. — In clade describenda, si *pars* tantum hostium occiditur, uti solent מִן partitivo v. c. Iud. XIV, 19: וַיַּךְ מֵהֶם שְׁלֹשִׁים אִישׁ *et occidit ex iis triginta viros*. XX, 45. Jos. VII, 5, et בְּ partitivo 1 Sam. XVIII, 27: וַיַּךְ בַּפְּלִשְׁתִּים מָאתַיִם *et occidit e Philistaeis ducentos*. VI, 19. 2 Sam. VIII, 5. Iud. XV, 15. Etiam omisso accus. numeri dicunt הִכָּה בְאֹיְבִים (Niederlage anrichten unter den Feinden) 2 Sam. XXIII, 10. XXIV, 17. 2 Par. XXVIII, 5. 17. Num. XXII, 6, et sic 1 Sam. XVIII, 7: הִכָּה שָׁאוּל בַּאֲלָפָיו. XXI, 12. XXIX, 5. — Tribuitur etiam feris, quae aliquem dilaniando occidunt 1 Reg. XX, 36. Jer. V, 6. — Trop. *lingua* aliquem *occidere* dicuntur, qui calumniis ei supplicium parant Jerem. XVIII, 18. — Sed

3) *cecidit* hostes saepe nihil aliud est quam *fugavit*, *proelio vicit* (die Feinde schlagen, werfen), plene הִכָּה אָחוֹר Ps. LXXVIII, 66. — Gen. XIV, 15: וַיַּכֵּם וַיִּרְדְּפֵם

עַד חוֹבָה *et fugavit eos eosque persecutus est usque ad Chobam.* Comm. 5. 7. Jos. XIII, 12. Iud. I, 5. III, 13. VIII, 11. XII, 4. 1 Sam. XIII, 4. XIV, 48. XV, 7. XXXI, 2. 2 Sam. VIII, 1. 2. 3. 10. Passim, ut supra Gen. XIV, 15, additur spatium, per quod fugati sunt 2 Sam. V, 25: *et fugavit Philistaeos a Geba usque ad Geser.* Jos. X, 10. 41. Num. XIV, 45. Iud. XI, 33. 1 Sam. XIV, 31, vel tempus, per quod dimicatum est 1 Sam. XXX, 17: וַיַּכֵּם דָּוִד מֵהַנֶּשֶׁף וְעַד הָעֶרֶב. XI, 11. 2 Sam. XXIII, 10, et sic Jos. X, 33. VIII, 22. Iud. III, 29 (ubi dimicatum est ad internecionem hostium). Denique addi solet numerus hostium caesorum et fugatorum (non occisorum). Iud. III, 31: וַיַּךְ אֶת־פְּלִשְׁתִּים שֵׁשׁ מֵאוֹת אִישׁ בְּמַלְמַד הַבָּקָר. I, 4. 1 Sam. IV, 2. Ps. LX, 2. — Etiam oppida *caedi* s. *vinci* dicuntur i. e. *expugnari*. Jos. VII, 3. X, 4. 1 Sam. XXX, 1. 1 Reg. XV, 20. 2 Reg. III, 19. 1 Par. XIV, 15. XX, 1. Sed aliud est הִכָּה עִיר לְפִי חָרֶב i. e. incolas urbis occidere Iud. XX, 37.

Hoph. הֻכָּה et הוּכָּה Ps. CII, 5 1) pass. Hiph. no. 1 *percussus est* a) *verberatus est* Exod. V, 14. 16. Num. XXV, 14. b) a Deo *percussus* i. e. *plaga affectus est.* 1 Sam. V, 12. Jes. I, 5. LIII, 4. Hos. IX, 16. — Ps. CII, 15: הוּכָּה כָעֵשֶׂב וַיִּבַשׁ לִבִּי *cor meum* (vis vitalis mea) *exaruit, ut herba* sole ventove *tacta.* — 2) pass. Hiph. no. 2 a) *occisus est* Num. XXV, 14. 15. 18. Jer. XVIII, 21. — b) *expugnata est* urbs Ez. XXXIII, 21. XL, 1.

נָכֶה m. *percussus*, hinc נְכֵה רַגְלַיִם percussus pedibus i. e. claudus 2 Sam. IV, 4. IX, 3, נְכֵה רוּחַ percussus animo, afflictus Jes. LXVI, 2.

נֵכֶה, unde pl. נֵכִים Ps. XXXV, 15: נֶאֶסְפוּ עָלַי נֵכִים וְלֹא יָדַעְתִּי sec. LXX. Vulg. Syr. *flagella.* Symm. πλήκται, Hieron. *percutientes*, Targ. *impii*, *qui percutiunt me verbis suis* i. e. calumniatores (cf. Jer. XVIII, 18. Iob. V, 21), sequitur enim: קָרְעוּ וְלֹא דָמּוּ. Fürstius interpretatur: *nugatores* coll. arab. ناكَ desipuit, stultus fuit, contra contextum. Iust. Olshausen coniicit: נָכְרִים peregrini.

נָכוֹן Iob. XII, 5 *plagam* interpretatur Alb. Schult., sed etiam h. l. non aliud est quam part. Niph. a כּוּן, q. v.

מַכָּה pl. מַכּוֹת, sed bis מַכִּים 2 Reg. VIII, 29. IX, 15 f. 1) *percussio* (das Schlagen). Jes. XXX, 26: מַחַץ מַכָּתוֹ *vulnus percussionis eius* i. e. quod inflixit. Esth. IX, 5: *percusserunt eos* מַכַּת חֶרֶב *percussione gladii* i. e. gladio. Jer. XXX, 14: מַכַּת אוֹיֵב הִכִּיתִיךְ *more hostili percussi te.* Jes. X, 26. XIV, 6. a) *verberatio* Deut. XXV, 3. — b) *excussio.* Ita 2 Par. II, 9 verba חִטִּים מַכּוֹת reddunt *triticum excussiones* (appos.), triticum ex aristis excussum, sed nil dubito quin ibi legendum et iungendum sit: חִטִּים מַכֹּלֶת לַעֲבָדֶיךָ *triticum* quod *cibo* sit *servis tuis*, ut 1 Reg. VI, 25 (11): חִטִּים מַכֹּלֶת לְבֵיתוֹ. Ita LXX. εἰς βρώματα δέδωκα σῖτον τοῖς παισί σου. Vulg. *servis tuis dabo in cibaria tritici* cet. Syr. id. Targ. פַּרְנוֹס. Judaei nonnulli, ut Josephus Kimchi, מַכּוֹת formam vere hebraeam ex מַכֹּלֶת contractam esse existimant (cf. monumm. Phoen. pag. 431). — 2) *plaga* (Schlag, Streich), sive baculo inflicta Prov. XX, 30. Jer. XXX, 17 (cf. Jes. XIV, 6), sive gladio aliove instrumento ferreo, inde *vulnus* 1 Reg. XXII, 35. Jes. I, 6. Zach. XIII, 6. Jer. VI, 7. XIV, 17. XV, 18. XXX, 12. Mich. I, 9. Nah. III, 19, ubi saepe metaph. de vulneribus civitatis (cf. Jes. l. c.). Spec. de *plagis* i. e. calamitatibus a Deo inflictis Lev. XXVI, 21. Deut. XXVIII, 59. 61. XXIX, 21. 1 Sam. IV, 8. Jer. X, 19. XIX, 8. XLIX, 17. — 3) *caedes*, *strages* (Schlacht, Niederlage) 1 Sam. IV, 10. XIV, 14. הִכָּה פ׳ מַכָּה גְדֹלָה magna clade aliquem affecit Jos. X, 10. 20. Iud. XI, 33. XV, 8. 1 Sam. VI, 19.

* * *

נְכֹה 2 Reg. XXIII, 29. 33 et **נְכוֹ** Jer. XLVI, 2. 2 Par. XXXV, 20. XXXVI, 4 n. pr. regis Aegypti, qui Josia rege in proelio ad Megidduntem fuso Judaeae regnum paullo post filio eius natu maiori Jojakimo tradidit. LXX nomen scribunt Νεχαώ, eodem modo Manetho ap. Iul. Afric. et Eusebium, Jos. Archaeol. 10, 5 §. 1 (nonnulli codd. Νεχαώς), sed Herodotus (2, 158. 159. 4, 42) et Diodorus (1, 33) Νεκώς, sed apud Diod. aliquot libri Νέχως, al. Νεχαῦς. Herodoto auctore is Psammetichi filius erat, fossa ex Nilo in Erythraeum mare ducta et Phoenicibus ad Africam circumnavigandam emissis nobilis: ex Manethone (v. Routh rell. sacras II p. 147) discitur, eum *sextum* regem fuisse dynastiae sextae et vicesimae i. e. Saïticae secundae, Psammetichi filium, Nechaonis (primi) nepotem. In monumentis Aegyptiacis integrum nomen cum praenomine duplici modo scriptum reperitur (v. Rosellini monumm. dell' Egitto, Monumm. storici II p. 131 sqq. tab. 9, no. 143 et 143 a):



Utrumque legendum est: ⲤⲞⲨⲦⲚ (ⲢⲎ … ϨⲎⲦ vel ⲦⲘⲎⲈ) ⲤⲒⲢⲎ (ⲚⲔⲀⲨ vel ⲚⲔⲞⲨ) i. e. *rex* (*Sol in corde* vel *in aequitate*) *filius Solis* (*Necho*), nisi quod no. 2 in praenomine addita est *noctua* Ⲙ i. e. praepositio ϨⲘ *in.* — Etymon nominis quum in vetere lingua aegyptiaca quaerendum sit, ridiculi sunt Targ. et Syr., qui נְכֹה, נְכוֹ vertunt חֲגִירָא *claudus* (coll. hebr. נְכֵה רַגְלַיִם), et sine ulla auctoritate Ibn Batrik (apud Io. Simon. p. 598)

observat, *Nachu* (نكو) etiam apud Aegyptios idem significare. Hoc satis certum, licet de vero etymo non constet.

נָכַח rad. inusit., pr. i. q. נֹכַח *coram, ante oculos, e regione fuit* (v. נֹכַח), *rectâ ivit*. Nihil est, quod nuper contulerunt germ. *nahjan, nahen*. Inde

נָכֹחַ adj. *rectus*, pr. de via rectâ procedente (nostr. *gerade aus*). Jes. LVII, 2: הֹלֵךְ נְכֹחוֹ *qui ambulat viam suam rectam* (nostr. der seinen geraden Weg geht), i. e. vir probus. Ad usum pronominis possessivi cf. Gen. XX, 5. 6. 1 Reg. XXII, 34. 2 Sam. XV, 11. Sq. לְ: quod *rectum* est alicui i. e. ei placet Prov. VIII, 9. Fem. נְכֹחָה *ius fasque, rectum*. Am. III, 10. Jes. LIX, 14, pl. נְכֹחוֹת id. Jes. XXVI, 10. XXX, 10.

נֹכַח pr. subst. *quod oculis oppositum est*, abit in praep. 1) *e regione* Ex. XXVI, 35. XL, 24. Jos. XVIII, 17. 1 Reg. XX, 29. XXII, 35. Esth. V, 1. נֹכַח לְ Jos. XV, 7 id. — 2) *coram, ante*. נֹכַח יְהוָה i. q. לִפְנֵי יְהוָה ante Jehovam, h. e. ei gratum Iud. XVIII, 8. נֹכַח פְּנֵי יְהוָה coram Jehova Thren. II, 19, metaph. ei cognitum Jer. XVII, 16, et sic נֹכַח עֵינֵי יְיָ Prov. V, 21. שׂוּם נֹכַח פָּנִים ponere (aliquid) ante faciem suam, h. e. prae se ferre aliquid, eo delectari. Ez. XIV, 7 (V. 3 pro שׂוּם est נָתַן).

C. Praeff. 1) אֶל נֹכַח pr. versus faciem l. frontem rei, *versus* Num XIX, 4. — 2) לְנֹכַח a) adv. versus oppositum i. e. *rectâ ante se* (gerade vor sich, Luth. stracks) Prov. IV, 25. b) *ante* Gen. XXX, 38, inde c) *pro* (cf. germ. *vor* et *für*, quorum posterius quoque pr. locale est), post verbum intercedendi Gen. XXV, 21. LXX. *περί*. Magis etiam respondet *ἀντί*, nam qui pro aliquo intercedunt, ante eum stare eumque defendere videntur. — 3) עַד נֹכַח *usque ad* (locum qui) *e regione* (est). Iud. XIX, 10. XX, 43. Ez. XLVII, 20.

נֶכַח cum Suff. נִכְחוֹ id. *e regione* Exod. XIV, 2. Ezech. XLVI, 9.

נָכַל *decepit, fraudulenter egit*. (Syr. Pe. et sec. Lex. Adl. Pa. decepit, sq. ܠ insidiatus est BH. 221, 2. Ethpe. pass., ܢܟܠܐ chald. נִכְלָא dolus, fraus, ܢܟܘܠܐ, נְכִילָא fraudulentus, dolosus, non, ut in edit. Gotting., ܢܟܠܐ fraudulentus, et ܢܟܠܐ fraus. Sam. Pe. et Ethp. id. Radicem bilitteram esse volunt כל clausit, vide ad כֶּלֶא et נָכַל, ut pr. sit tecte egit). Part. נוֹכֵל qui fraudulenter agit. Mal. I, 14.

Pi. id. sq. לְ pers. Num. XXV, 18: בְּנִכְלֵיהֶם אֲשֶׁר נִכְּלוּ לָכֶם.

Hithp. id. sq. בְּ Ps. CV, 25, adeoque c. acc. (fraudulenter habuit aliquem) *insidiatus est* alicui Gen. XXXVII, 18.

נֵכֶל pl. c. suff. נִכְלֵיהֶם Num. XXV, 18 *fraus, dolus*.

כִּילַי Jes. XXXII, 5 et **כֵּלַי** ib. 7 (pro נְכִילַי, נְכִלַי) adj. *fraudulentus, dolosus*, ut recte Hieron., a כִּיל (נְכִיל) addita terminatione adjectivorum (chald.) ־ַי. Rabbini interpretantur *avarus* (Saad. بخيل), ducuntque a rad. כּוּל, quia avarus bona firmiter *teneat* (q. d. tenax) vel omnia accurate *metiatur*, sed ad Comm. 7 haec significatio non apta est, neque ista *tenendi* vis in rad. כּוּל inest.

נָכַס rad. inusit. i. q. כָּנַס et גָּנַז (quas vide) *collegit, coacervavit*, unde

נֶכֶס m. plur. נְכָסִים *opes, divitiae*, serioris Hebraismi vc. Syr. ܢܟܣܐ id. Jos. XXII, 8. 2 Par. I, 11. 12. Eccl. V, 18. VI, 2.

נְכַס chald. plur. נִכְסִין id. Esr. VI, 8: נִכְסֵי מַלְכָּא *thesaurus regius*. VII, 26: עֲנָשׁ נִכְסִין mulcta. In Targg. saepe.

נָכַר rad. in Kal inusit. Arab. نكر 1) subtili ingenio fuit, et contra 2) nescivit, non cognovit, pro suo non habuit, inde improbavit, reprobavit; نكر gravis et difficilis fuit res, rectius: molesta, ingrata, invisa fuit res, cf. منكر incognitus, ingratus, نكراء res ingrata et iniqua, res inaudita et multum admiranda, calamitas, انكر maxime ingratus, iniquus, نكير id. نوازر res durae, ingratae. Conj. IV. nescivit, abnegavit, repudiavit. V. mutatus est, ut non cognosceretur. X. nescivit. A Conj. I, no. 1 sunt نكر, نكر intelligentia, acumen ingenii, نكر, نكر intelligens; a Conj. IV. نكرة, نكير abnegatio, انكار negatio. Aethiop. አንከረ: miratus, admiratus est, ተንከረ: admirationi fuit, ተናከረ: alienus factus est ab aliquo, ንኩር: mirus, mirabilis, ንክረ: admiratio, res mira, መንክር: miraculum, sed ነኪር: extraneus, alienigena. — In usu Hebraeorum exponendo proficiscamur ab

Hiph. הִכִּיר (quae species usitatissima est). Haec (similis significationis atque יָדַע) est 1) pr. *intuitus est, contemplatus est* (ansehen). Gen. XXXI, 32: הַכֶּר־לְךָ מָה עִמָּדִי *intuere tibi, quid penes me sit*. XXXVII, 32. XXXVIII, 25. 26. Neh. VI, 12: וְאַכִּירָה וְהִנֵּה *et intuitus sum et ecce!* cet. Jer. XXIV, 5: כֵּן אַכִּיר אֶת־גָּלוּת יְהוּדָה .... לְטוֹבָה *sic intueor captivos Judae .... in bonam partem* i. e. cum gratia et favore (לְטוֹבָה p. 546 et cf. formulas שׂוּם עֵינַיִם, שׂוּם פָּנִים). Inde a) הִכִּיר פָּנִים intuitus est personam (die Person ansehen) i. e. personae rationem habuit (iudex), partium studiosus fuit, i. q. נָשָׂא פָּנִים. Deut. I, 17. XVI, 19. Prov. XXIV, 23.

XXVIII, 21 (cf. Jes. III, 9). b) animum advertit ad aliquem (auf jem. merken), inde *curavit* aliquem. Ruth II, 10. 19: יְהִי מַכִּירֵךְ בָּרוּךְ. Ps. CXLII, 5, *coluit* (numen) Dan. XI, 39.

2) a) *agnovit* aliquem, aliquid (erkennen). Gen. XXVII, 23: וְלֹא הִכִּירוֹ *et non agnovit eum*. XXXVII, 33. XLII, 7. 8. Ruth III, 14. Iud. XVIII, 3. 1 Sam. XXVI, 17. 1 Reg. XVIII, 7. XX, 41. Iob. II, 12. — b) *agnovit* (anerkennen). Deut. XXI, 17: אֶת הַבְּכוֹר בֶּן־הַשְּׂנוּאָה יַכִּיר *primogenitum, filium exosae, agnoscat*. XXXIII, 19. Sq. כִּי Jes. LXI, 9. — 2 Sam. III, 36: וַיַּכִּירוּ כָל־הָעָם *et agnovit universus populus* sc. innocentiam regis.

3) *novit* i. q. יָדַע no. 4. Iob. IV, 16: לֹא אַכִּיר מַרְאֵהוּ *non noveram speciem eius*. VII, 10: לֹא יַכִּירֶנּוּ עוֹד מְקוֹמוֹ *non novit eum amplius locus eius*. Ps. CIII, 16. Iob. XXIV, 13: לֹא הִכִּירוּ דְרָכָיו *non noverunt vias eius* lucis (cf. יָדַע XVIII, 21). Ibid. 17: כִּי יַכִּיר בַּלְהוֹת צַלְמָוֶת *novit enim terrores tenebrarum*. XXXIV, 25. Jes. LXIII, 16.

4) *scivit* i. q. יָדַע no. 5, sed raro et in recentioribus libris. Sq. gerundio Neh. XIII, 24: אֵינָם מַכִּירִים לְדַבֵּר יְהוּדִית *non sciunt iudaice loqui*. Esr. III, 13: אֵין הָעָם מַכִּירִים קוֹל תְּרוּעַת הַשִּׂמְחָה לְקוֹל בְּכִי *et populus non poterat distinguere vocem iubili et gaudii a voce fletus*, pro pleniore בֵּין קוֹל — לְקוֹל.

Pi. 1) i. q. Hiphil no. 1, a, *intuitus est* aliquem, ut eius rationem haberet, ei faveret. Job. XXXIV, 19: לֹא נִכַּר שׁוֹעַ לִפְנֵי דָל *non intuetur divitem prae paupere*. Sed 2) *nescivit, ignoravit* rem. (Arab. conj. I). Iob. XXI, 29: *agite! interrogate transeuntes* וְאֹתֹתָם לֹא תְנַכֵּרוּ *et signa eorum non ignorabitis* i. e. non ignorabitis, quem digitis quasi monstrent. Inde 3) *abnegavit, scire se negavit*. (Arab. conj. IV). Deut. XXXII, 27: פֶּן יְנַכְּרוּ צָרֵימוֹ וגו׳ *ne abnegent hostes eorum, neve dicant: manus nostra potens est, Jova ista non fecit*. Bene Saad. لئلا ينكر ذلك اعداؤهم. (LXX. Vulg. Targ. e contextu coniicientes: ne superbiant). — 4) *repudiavit* aliquid (Arab. conj. IV). Jer. XIX, 4: וַיְנַכְּרוּ אֶת הַמָּקוֹם הַזֶּה *et repudiarunt hunc locum*, praecedit: עֲזָבֻנִי *dereliquerunt me*. LXX. Vulg. ἀπηλλοτρίωσαν, *abalienarunt* (mihi) hunc locum sc. diis alienis eum consecrando. (Arab. conj. V. alienatus est ab aliquo). Targ. et Syr. inquinarunt. — Praegn. 1 Sam. XXIII, 7: נִכַּר אֹתוֹ אֱלֹהִים בְּיָדִי *repudiavit eum Deus* et tradidit *in manum meam*. LXX. πέπρακεν (מָכַר)

Niph. 1) pass. Hiph. no. 2, a. *agnosci*. Thren. IV, 18. 2) i. q. Hithpa. no. 2. *dissimulavit* (et *simulavit*), sich verstellen. Prov. XXVI, 24: בִּשְׂפָתָיו יִנָּכֵר שׂוֹנֵא *labiis suis dissimulat osor*.

Hithpa. 1) *agnosci* pass. Hiph. no. 2, a, sq. בְּ aliqua re (an etwas). Prov. XX, 11. — 2) *ignorare se fecit* i. e. non agnoscendum se praebuit, *dissimulavit* quis sit. Gen. XLII, 7. 1 Reg. XIV, 5. 6.

In significationibus paene contrariis *agnoscendi sciendique* et contra *nesciendi* inter se conciliandis et ad communem quandam notionem revocandis diu multumque laboratum est variaque tentata sunt ab etymologis, licet non deessent, qui antiphrasin quandam admitterent et ad similia exempla in lingua Arabica provocarent. Equidem in lex. man. huic verbo primariam *ignoti* et *peregrini* potestatem tribui (coll. נָכְרִי, נֵכָר), unde in coniugg. causativis: adspexit rem tanquam ignotam et peregrinam a) *ignoravit* rem, Pi. no. 2. b) *contemplatus est* rem (to strange at some thing), Hiph. et Pi. no. 1. Sed haud scio an rectius varios huius radicis usus ita dispescas: 1) *intuitus est acriter* Hiph. no. 1 (an proprie: perforavit oculis? coll. נָקַר et כּוּר), unde *agnovit, novit, scivit* Hiph. no. 2—4, ut יָדַע = εἴδω et οἶδα. Translate نكر perspicax, subtili ingenio fuit, scharfsichtig seyn. Quoniam res ignotas, novas, inauditas acriter oculisque defixis intueri et vel mirari vel admirari solemus 2) est: *non novit, ignoravit* (Pi. no. 2), arab. نكر I. IV, et ኣንከረ: *miratus, admiratus est*, arab. نكرا aeth. ንክር: res mira, መንክር: miraculum. Inde נֵכָר ignotum, terra ignota, peregrina, נָכְרִי peregrinus. Quoniam autem res nobis cognitae et familiares gratae, incognitae contra ingratae et invisae esse solent, 3) est: ingrata et molesta fuit res, unde נֵכֶר, נֹכֶר, نُكْر، نَكْرَاء res ingrata, molesta, calamitas, مُنْكَر incognitus, ingratus. (Duritiei et firmitatis significatio, quam primariam facit Ewaldus, gr. cr. p. 200, commenticia est et Arabibus quoque incognita).

נֵכָר constr. נֵכַר Deut. XXXI, 16 m. 1) *ignotum*, inde *peregrinum* (das Fremde, die Fremde). Neh. XIII, 30 (ubi refertur ad cultum exterum s. peregrinum). אַדְמַת נֵכָר terra peregrina Ps. CXXXVII, 4. אֵל נֵכָר Deut. XXXII, 12. Ps. LXXXI, 10 deus peregrinus, pl. אֱלֹהֵי נֵכָר Gen. XXXV, 2. Jos. XXIV, 20. 23. מִזְבְּחוֹת הַנֵּכָר altaria deorum peregrinorum 2 Par. XIV, 2. Inde 2) *regio peregrina*, s. extera. בֶּן־נֵכָר peregrinus, exterus Gen. XVII, 12. 27. Ex. XII, 43. Lev. XXII, 25, בְּנֵי נֵכָר Ps. XVIII, 45. 46. Jes. LX, 10. Neh. IX, 2.

נֵכֶר Iob. XXXI, 3 et **נֹכֶר** Obad. 12 *calamitas*. Arab. نُكْر، نَكْرَاء id. Vide supra ad rad. Ex. c. عذاب نكر poena gravis et inaudita Cor. 8, 86. 65, 8, شيء نكر res inaudita (de iudicio extremo) 54, 6.

נָכְרִי f. נָכְרִיָּה pl. נָכְרִים adj. (a נֵכָר peregrinum addita terminatione ־ִי) chald. נֻכְרָי, נוּכְרָאָה syr. ܢܘܟܪܝܐ *peregrinus*, a) alius terrae et populi Deut. XVII, 15. Esr. X, 2 sqq. Deut. XIV, 21. XV, 3. XXIII, 21. 1 Reg. VIII, 41. 43, de populo Ex. XXI, 8, de terra II, 22, de urbe Iud. XIX, 12, de vite Jer. II, 21, vestimento Zeph. I, 8. — b) alius familiae, *alienus* Gen. XXXI,

15. Prov. XX, 16. אִישׁ נָכְרִי Eccl. VI, 2 (opp. filio et heredi legitimo). Fem. נָכְרִיָּה *mulier aliena*, opp. propriae coniugi, max. ratione illegitimae consuetudinis, inde *adultera* (v. זָרָה p. 412) Prov. V, 20. VI, 24. VII, 5. XXIII, 27. De domo aliena Prov. V, 10. Sq. dat. Ps. LXIX, 9: הָיִיתִי . . . נָכְרִי לִבְנֵי אִמִּי *alienus factus sum fratribus meis* cf. Iob. XIX, 15: נָכְרִי הָיִיתִי בְעֵינֵיהֶם. — c) *alius* ab aliquo ipso Prov. XXVII, 2. — d) *novus*, *inauditus* Jes. XXVIII, 21.

מַכָּר n. pr. abstr. *consuetudo*, *familiaritas* (Bekanntschaft), sed concr. *notus* (ein Bekannter), *amicus* 2 Reg. XII, 6. 8.

הַכָּרָה f. verbale Hiph. Jes. III, 9: הַכָּרַת פְּנֵיהֶם i. e. *partium studium*, *quo in iudicio indulgent* (ihr Personenansehen), vide de locutione הִכִּיר פָּנִים verbum in Hiph. no. 1, a. Bene Targ. אִשְׁתְּמוֹדְעוּת אַפֵּיהוֹן בְּדִינָא. Syr. ܢܣܒ ܒܐܦ̈ܐ. In Comment. cum Rosenm. al. interpretatus sum: *agnitio vultus eorum* i. e. quod agnoscendum se dat in vultu eorum, sed contra certum loquendi usum. De loco suffixi vide Lgb. 733.

נָכַת rad. spuria. Quas huc referunt, formae sunt a כָּתַת.

נְכֹת Jes. XXXIX, 2 v. נְכֹאת, rad. נָכָא.

נָלָה rad. in textu masoretico bis obvia, sed a suspicione tamen non libera. In verbo semel legitur

Hiph. Jes. XXXIII, 1: כַּהֲתִימְךָ שׁוֹדֵד תּוּשַּׁד כַּנְּלֹתְךָ לִבְגֹּד יִבְגְּדוּ בָךְ *ubi desieris vastator esse*, *ipse vastaberis*, *ubi perfeceris* i. e. desieris *rapere*, *ipse rapieris*. Ita enim e verbo parallelo coniiciunt Hebraei. Kimchi: כַּנְּלֹתְךָ משפטו כַּהַנְלוֹתְךָ ופירוש כהשלימך i. e. *plena et legitima forma esset* כַּהַנְלוֹתְךָ *et significatio est*, *ubi perfeceris*. Haec ipsa, quam Kimchius postulat, forma כהנלותך, in 4 codd. exstat: de Dag. euphon. in Nun vide Lgb. p. 87 et Comment. ad Jes. l. c. Jarchi: *Menahem* כנלותך *coniungit cum illo* (Iob. XV, 29): לֹא יִטֶּה בָאָרֶץ מִנְלָם .... *atque convenit ei significatio* כליון *consummatio iuxta materiem subiectam*, *ita ut illius* כנלותך *significatio sit* ככלותך*) *quum desieris*, *verborum autem istorum*: *nec extendet se in terra perfectio eorum*, *sententia est*: *consummatio*, *quae super illos decreta est*, *non extendet se ad terram*, *ut illa cesset et desinat*, *sed subinde invalescet*. E recentioribus Alb. Schultensius (Opp. min. p. 276. Comment. ad. Iob. l. c.) radici נָלָה tribuit vim arab. نال med. Je, *consecutus est*, cuius verbi usum is illustravit his exemplis: „Tim. p. 53: إن نصرت نلت تصدى *si victor evado*, *inceptum meum perfecero* [imo, consecutus ero]. Pag. 402: نيل الأماني *damnari voto*. Abulph. p. 247: *studium suum adhibent* [فضائل] الى نيل النفس الناطقة *ad acquirendas virtutes animae rationalis*. Toph. p. 197: او لذة ينالها او شهوة يقتضيه *aut voluptas*, *qua fruatur*, *aut libido*, *quam expleat*. In his نال respondet lat. *consequi*, *acquirere*, *perficere* [?], ut et in Toph. انتهى الى النيل *pertigit ad summum*. Notat etiam *acquirere divitias*. Ut in Cor. Sur. 9, 75. Et in illo Poëtae: ينال الفتى من عيشة وهو جاهل ويكدى الفتى فى دهره وهو عالم *est qui bonis vitae affluit quamvis insipiens*, *et est quem dure habet fortuna quamvis sapientem*.“ Adde ex lexx. نال med. Je consecutus est, compos factus est, c. c. a., it. Conj. I. IV. compotem fecit c. dupl. acc. vel cum a. rei et ل pers. نَيْلٌ, نَيْلَةٌ, نَوْلَةٌ, نَائِلٌ res, quam quis consequitur, bonum. Sed ex his omnibus nihil aliud efficitur, quam *consequendi*, *obtinendi*, non *perficiendi* significatus i. q. הֵתֵם, quem flagitat locus Jesaiae. Itaque admodum probabilis est Lud. Cappelli (Opp. p. 513) coniectura כְּכַלֹּתְךָ, quae etiam Lowtho, Doederleinio, Maurero al. placuit. Quod enim Hitzigius huic coniecturae obstare dicit parall. כַּהֲתִימְךָ, id ipsum ei ita favet, ut magis non possit. Nam duobus etiam aliis locis sibi respondent כָּלָה et תָּמַם, כִּלָּה et הֵתֵם. Dan. IX, 24: לְכַלֵּא הַפֶּשַׁע וּלְהָתֵם חַטָּאוֹת, ubi כַּלֵּא est pro כַּלֵּה, et Jes. XVI, 4: אָפֵס הַמֵּץ כָּלָה שֹׁד תַּמּוּ רֹמֵס מִן הָאָרֶץ (cf. XXIX, 20: אָפֵס עָרִיץ כָּלָה לֵץ). Nun et Caph litteras in scriptura et antiqua et quadrata sibi similes saepe permutatas esse, profecto non est, quod doceamus (vide כֵּס pro נֵס Exod. XVII, 16). Radici נָלָה praeterea obstat quod litterae נל *ln* in linguis Semiticis nunquam in radice se excipiunt. Eadem autem medela adhibenda erit alteri loco, ubi Rabbini statuunt formam

מִנְלָה c. suff. מִנְלָם Iob. l. c. לֹא יִטֶּה לָאָרֶץ מִנְלָם, quod interpretantur: *non diffundunt se in terram opes eorum* (int. greges). Juda b. Karisch eadem illa, de qua supra dictum est, radice usus: منالهم, quam formam ignorant lexx., licet idem esse videatur quod نيل *quod quis consequitur*, *bonum*. Kimchi et Jarchi: תכליתם, qs. נלה sit i. q. כלה. Equidem haud scio an (cum 1 cod. Ross.) scribendum sit: מִכְלָם a מִכְלָה = מִכְלָא, מִכְלָה *caula eorum* i. e. grex eorum. Vett. interpretes ex mera coniectura transtulerunt LXX. *umbra eorum* (צִלָּם), Vulg. *radicem suam* (אצלם), Syr. *verbum eorum* (מִלָּם pro מִנְלָם).

נְמִבְזָה v. rad. בָּזָה.

נְמוּאֵל (fort. pro יְמוּאֵל dies Dei) n. pr. viri Num. XXVI, 9. Patron. נְמוּאֵלִי ib. 12. Vide יְמוּאֵל.

---

*) Errant igitur, qui nuper retulerunt, iam Jarchium memorasse interpretes, qui pro כנלתך *coniecerint* ככלותך: non coniecit ita, sed interpretatus est Menahem.

נָמַךְ radix spuria e lexx. eliminanda, unde nonnulli ducebant formas הַמְּכוּ, יִמַּךְ, quae sunt a מָכַךְ.

נָמַל radix in verbo dubiae auctoritatis, cuius formae, quotquot exstant, ad radd. מָלַל et מוּל revocari possunt vel potius debent. A rad. מָלַל no. II abscidit, abscissus est, est fut. יִמֹּלוּ, יִמַּל (v. hac rad. p. 796) et ad Niph. referendum est נִמַּלְתֶּם (pro נְמַלֹּתֶם) *abscindemini* i. e. circumcidemini Gen. XVII, 11 (quod vulgo accipitur pro Praet. Kal rad. נָמַל circumcisus est). — Ad rad. מוּל haud dubie pertinet praet. Niph. נִמּוֹל i. q. נָמוֹל circumcisus est Gen. XVII, 26. 27, part. נִמֹּלִים XXXIV, 22. Cf. מִשְׁאוֹת et מְשׁוֹט, מִשּׁוֹט pro מַשְּׁאוֹת et quae observavimus ad has vcc. — Est tamen ab hac rad. nomen

נְמָלָה f. Prov. VI. 6 pl. נְמָלִים ib. XXX, 25 *formica*, vel ab abscindendo s. absumendo dicta (נָמַל i. q. מָלַל no. II), vel a rependo. Rad. enim arabica نَمَلَ „1) clam obtrectavit 2) conscendit pec. proreptando arborem" *reptandi* vim habuisse videtur, unde obtrectandi potestas profecta est (cf. דִּבָּה a דָּבַב). Arab. نَمْلَة n. gener. نَمْل, نُمْل, نُمُل id. Cf. Boch. Hieroz. III, 478 sqq. Lips.

נָמַר rad. in verbo inusit. I) i. q. arab. نَمِرَ maculosus fuit, it. iratus fuit, sed hoc secundarium videtur et a pardo petitum, أَنْمَرُ maculosus. Syr. ܢܡܰܪ variegavit.

II) i. q. arab. نَمُرَ limpida, pura, salubris fuit aqua, IV. invenit talem aquam, نَمِرٌ, نَمِيرٌ limpidus, saluber, de aqua. Fort. pr. aqua *fluens* (coll. rad. מָרַר مَرَّ).

נָמֵר m. *pardus* a maculis dictus (Kamus: سُمِّيَ للنُّمَرِ الَّتِي فِيهِ) Jes. XI, 6. Jer. V, 6. XIII, 23. Hos. XIII, 7, pl. Hab. I, 8. Cant. IV, 8. Arab. نَمِرٌ, نِمْرٌ, نَمْرٌ, syr. ܢܶܡܪܳܐ pardus, aethiop. ነምር: ambar. ነብር: tigris, pardus. Ludolf. Lex. aethiop. pag. 293. LXX ubique πάρδαλιν reddunt, Hieron. *pardum* et vicissim gr. πάρδαλις redditur نمر, ܢܶܡܪܳܐ (Apoc. XIII, 2). — Ceterum credibile est hoc vc. (ut in lingua Aeth.) *tigridem* etiam complecti, qui peculiari nomine Hebraeo caret, licet haec bestia in monte Libano reperiatur (de la Roque voyage du mont Liban, 1, 37), possitque tigris intelligi Cant. l. c. et Jer. XIII, 23, ubi *virgae* et *striae* (חֲבַרְבֻּרוֹת) τῷ נָמֵר tribuuntur, quae tigridi melius conveniunt. Sed fatendum tamen, id necessarium non esse, quum etiam pardus subtus striatus sit, et חברברות etiam *maculas* significare possit. [Quae p. 443 de leopardo dixi, retractanda sunt, nam etiam hic maculosus est].

נְמַר chald. id. Dan. VII, 6.

נִמְרָה, נִמְרִים v. בֵּית נִמְרָה p. 195 B.

נִמְרֹד *Nimrodus*, v. rad. מָרַד.

נָסַג rad. incerta. Vide סוּג.

נָסָה in Kal inusit. pr. (observante Alb. Schult. ad Iob. IV, 2 et ad Haririum p. 162) i. q. arab. نَشَا percepit odorem, inde odore exploravit, tentavit. Explorandi igitur significatus in Pi. origine differt a בָּחַן q. e. tactu exploravit l. ad lapidem Lydium examinavit. Gauhari: النشا ... تنسم الريح الطيبة يقال نشيت منه ريحا .... ويقال ايضا نشيت الخبر اذا تخبرت ونظرت من اين جآ يقال من اين نشيت هذا الخبر اى من اين علمته .... ورجل نشيان للخبر بين النشوة *substantivum* נשא *est aura boni odoris, dicunt* נשית מנה ריחא *percepi ab eo odorem ...... dicitur quoque: olfeci nuntium, ubi exploro et dispicio unde veniat, unde formula, undenam olfecisti hunc nuncium? i. e. undenam scis eum? ... item vir* נשין *qui res novas statim olfacit i. e. explorat.* Adde glossam Firuzabadii: تنشّى بالشى عاوده مرة بعد اخرى Conj. V. *olfecit rem i. e. iterum iterumque sciscitatus est et examinavit.* Num eiusdem radicis sit sanscr. *nasa,* lat. *nasus*, alii iudicent. (נְסָה Ps. IV, 7 v. sub נָשָׂא).

Pi. נִסָּה 1) *exploravit* aliquem (jem. prüfen, auf die Probe stellen). 1 Reg. X, 1: *veniebat regina Sabae* לְנַסֹּתוֹ בְּחִידוֹת *eum* (Salomonem) *exploratura aenigmatis* propositis i. e. ingenium eius exploratura. 2 Par. IX, 1. Eccl. II, 1: אֲנַסְּכָה בְשִׂמְחָה *explorabo te* (anime mi) *gaudio*, explorabo, quam vim in animum meum habeat gaudium et laetitia. Dan. I, 12. 14. Spec. a) Deus *explorare* dicitur *homines* (prüfen, auf die Probe stellen) i. e. virtutem (Ps. XXVI, 2), pietatem (Deut. XIII, 4), fidem et obedientiam eorum Exod. XV, 25. XX, 17 (20). 2 Par. XXXII, 31, quod fieri potest tum magnis facinoribus (Exod. XX, 17), tum impositis legibus et mandatis observatu arduis (Gen. XXII, 1 cf. Ex. XVI, 4), tum immissis calamitatibus Deut. VIII, 2. 16 (ubi copulatur cum עִנָּה). XXXIII, 8. Iud. II, 22. III, 1. 4. (Cf. verba arab. بَلَا, مَحَنَ, فَتَنَ tentavit et probavit i. e. afflixit Deus homines, مِحْنَة tentatio, calamitas, hebr. מַסָּה). — b) Contra *homines* dicuntur *explorare* s. *tentare Deum*, ubi de potestate et auxilio eius dubitant Ex. XVII, 2. Num. XIV, 22. Deut. VI, 16. Ps. LXXVIII, 18. 41. 56. XCV, 9. CVI, 14. Jes. VII, 12: *non poscam neque tentabo Deum* i. e. non dubitabo de auxilio divino (iron.). Cf. Act. V, 9. XV, 10.

2) *tentavit aliquid* (etwas versuchen), *periculum fecit.* Sq. acc. rei Eccl. VII, 23. Iob. IV, 2: הֲנִסָּה דָבָר אֵלֶיךָ תִּלְאֶה *an, si verbum ad te tentabit* aliquis, *aegre feres?* (Aqu. Symm. Theod. Hieron. Syr. compluresque Hebraei נִסָּה h. l. accipiunt pro נָשָׂא, coll. נָשָׂא דָבָר: sed nil opus est hac litterarum permutatione). Sq. gerundio Deut. IV, 34. XXVIII, 56. Omisso accus. 1 Sam. XVII, 39: כִּי לֹא נִסִּיתִי *nam nunquam tentavi,* ich habe es nie versucht. Iud. VI, 39: אֲנַסֶּה־נָּא רַק הַפַּעַם בַּגִּזָּה *unum adhuc periculum faciam in vellere.* (Chald. נַסִּי, syr. ܢܣܳܐ tentavit, exploravit, sam. ܢܣܝ id., ܢܶܣܝܳܢܳܐ tentatio, ܡܢܰܣܝܳܢܳܐ tentatus. Aeth. መንሰወ: tentavit).

מַסָּה pl. מַסּוֹת f. *tentatio* a) hominum a Deo, quae fit tum magnis facinoribus, quibus fidem populi et explorare et excitare volebat Deut. IV, 34. VII, 19. XXIX, 2, tum calamitatibus immissis, inde *calamitas* Iob. IX, 23 (ut πειρασμός in N. T.). — b) *tentatio* Dei a hominibus est dubitatio de vi et potentia eius, quiritatio contra eum Ps. XCV, 8, unde n. pr. loci in deserto Ex. XVII, 7. Deut. VI, 16. IX, 22. XXXIII, 8.

נָסַח fut. יִסַּח *evellit* (cogn. נָסַע) a) aliquem e tentorio suo, sq. מִן Ps. LII, 7, e terra h. e. in exilium egit Prov. II, 22. b) domum i. e. destruxit Prov. XV, 25. Plantarum instar homines domusque plantari dicuntur et evelli, cf. נָטַע et נָתַשׁ. (Arab. نسخ delevit, abolevit, sed hoc ab Hebraeorum usu remotius est).

Niph. evulsus h. e. expulsus *est* (e terra) Deut. XXVIII, 63.

נְסַח chald. Ithpe. *evelli* Esr. VI, 11.

מַסַּח m. *amotio, depulsio.* 2 Reg. XI, 6: וּשְׁמַרְתֶּם אֶת מִשְׁמֶרֶת הַבַּיִת מַסָּח *et vos agetis custodiam templi ad depellendum* sc. populum (zum Abwehren). מַסָּח cum מִשְׁמֶרֶת per appositionem coniunctum est q. d. die Abwehr-Wache. Male alii: vicissitudo, qua alter alterum excipiat in statione, quod e notione verbi repeti non potest.

I. נָסַךְ fut. pl. יִסְּכוּ pr. *fudit, effudit.* (Cogn. est סוּךְ unxit, v. no. 3). Jes. XXIX, 10: נָסַךְ עֲלֵיכֶם יְיָ רוּחַ תַּרְדֵּמָה *effudit super vos Jova spiritum soporis.* Huic tam similis est locus XIX, 14: יְיָ מָסַךְ בְּקִרְבָּהּ רוּחַ עִוְעִים, ut paene oriatur suspicio, in hoc quoque legendum esse נָסַךְ, quo in verbo effundendi notio certior est. Spec. 1) *effudit* libationes, *libavit* numini, gr. σπένδειν. (Chald. Syr. Sam. id.). Exod. XXX, 9: וְנֶסֶךְ לֹא תִסְּכוּ עָלָיו *et libationem ne effundetis super illud.* Hos. IX, 4: לֹא יִסְּכוּ לַיְיָ יַיִן. Inde נָסַךְ מַסֵּכָה σπένδεσθαι σπονδήν, foedus inire, quoniam in foederibus pangendis libationes effundere solebant (cf. Feithii antiquitt. Hom. IV, 17 §. 3), unde σπονδή libatio et foedus, lat. spondeo. Alex. ποιεῖν συνθήκας. — 2) *fudit* statuam e metallo. Jes. XL, 19. XLIV, 10. — 3) *unxit* (regem). Ps. II, 6. Cf. נָסִיךְ no. 3.

Niph. pass. no. 3 *unctus est*, de sapientia Dei, quae cum regina comparatur. Prov. VIII, 23.

Pi. i. q. Kal no. 1 *libavit* Jovae (לַיהוָה), semel legitur 1 Par. XI, 18, idque more linguae Chaldaeae, in qua Paël usitatissimum est. In loco parallelo 2 Sam. XXIII, 16 habetur Hiphil.

Hiph. i. q. Pi. et Kal no. 1 *effudit libationem, libavit*, plene הִסִּיךְ נֶסֶךְ Gen. XXXV, 14, sive Jovae Num. XXVIII, 7. 2 Sam. XXIII, 16. 2 Reg. XVI, 13, sive idolis Jer. VII, 18. XIX, 13. XXXII, 29. XLIV, 17 sqq. Ez. XX, 28. Ps. XVI, 4.

Hoph. pass. *effundi, libari* Exod. XXV, 29. XXXVII, 16.

II. נָסַךְ i. q. cogn. סָכַךְ 1) *plexuit, texuit, sepsit*, i. q. arab. نسج, inde מַסֶּכֶת stamen texturae. A sepiendo proficiscitur 2) *texit, protexit.* Jes. XXV, 7, cf. מַסֵּכָה no. II.

נְסַךְ chald. *fudit, libavit*, max. in Pa. Dan. II, 46, ubi per zeugma refertur etiam ad מִנְחָה, cf. arab. نسك sacrificavit Deo.

נֶסֶךְ Gen. XXXV, 14. Num. XXVIII, 7 et נֵסֶךְ Exod. XXIX, 40. XXX, 9, in Pausa נָסֶךְ Num. IV, 7. Joel I, 13 m. c. Suff. נִסְכּוֹ Jes. XLVIII, 5, pl. נְסָכִים cstr. נִסְכֵּי 1) *libatio* Gen. XXXV, 14. Jer. VII, 18 et saepe. מִנְחָה וָנֶסֶךְ fertum et libatio Joel I, 9. 13. II, 14. Num. XV, 24. Dicunt שָׁפַךְ נֶסֶךְ לְ Jes. LVII, 6 et נָסַךְ נֶסֶךְ לְ v. verbum. LXX. σπονδή. — 2) *statua fusilis* i. q. מַסֵּכָה Jes. XLI, 29. XLVIII, 5. Jer. X, 14. LI, 17.

נְסַךְ pl. c. suff. נִסְכֵּיהוֹן *libatio.* Esr. VII, 17.

נָסִיךְ m. 1) *libatio* Deut. XXXII, 38. 2) *simulacrum fusum* i. q. מַסֵּכָה Dan. XI, 8. 3) *Unctus* i. e. *princeps* ungendo consecratus i. q. מָשִׁיחַ, sed usitatius in poësi Jos. XIII, 21. Ps. LXXXIII, 12. Ez. XXXII, 30. Mich. V, 4.

מַסֵּכָה cstr. מַסֵּכַת Jes. XXX, 22, pl. c. suff. מַסְּכֹתָם Num. XXXIII, 52 f. I) *fusio, effusio* (a rad. no. I). Inde 1) σπονδή, *foedus.* Jes. XXX, 1. — 2) *fusio* metalli. עֵגֶל מַסֵּכָה vitulus fusus Exod. XXXII, 4. 8, אֱלֹהֵי מַסֵּכָה idola fusilia Ex. XXXIV, 17. Lev. XIX, 4. Inde: *statua fusilis.* Deut. IX, 12. XXVII, 15. Iud. XVII, 3. 4. XVIII, 14. 17. 18. 2 Reg. XVII, 16. Jes. XXX, 22. XLII, 17.

II) *tegumentum* (a rad. no. II). Jes. XXV, 7. XXVIII, 20.

מַסֶּכֶת f. *fila, stamen* texturae. Iud. XVI, 13. 14. LXX. δίασμα (Aufzug des Gewebes). Vulg. *licium.* Male Targ. אַכְסְנָא דְמַשְׁתִּיתָא (ἄξων) *iugum textorium* (hoc enim est מְנוֹר אֹרְגִים). De integro hoc loco adi Braun. de vestitu sacerd. p. 235 (cum tab. 272) et Studerum in Comment.

I. נָסַס i. q. מָסַס *contabuit, aegrotavit*, cf. hebr. אָנַשׁ, נוּשׁ. (Syr. ܢܫ Ethpa. id. ܢܫܫܐ aeger, it. ܢܣ Pe. Ethpa. aegrotavit, ܢܣܝܣܐ aeger. In lingua Arabica conferri potest نَشَّ defecit aqua in stagno, max. exhalatione). Jes. X, 18: כִּמְסֹס נֹסֵס *sicut contabescit aeger.*

II. נָסַס in Kal inusit. prob. i. q. arab. نَصَّ *extulit* rem in altum, ut eam monstraret et exhiberet. VIII. elatus, erectus fuit, نَصٌّ solium elatum. (Cogn. est נָשָׂא).

Hithpo. Zach. IX, 16: *erunt* (ut) אַבְנֵי נֵזֶר מִתְנוֹסְסוֹת עַל־אַדְמָתוֹ *lapides diadematis attollentes se* i. e. exsurgentes *in terra eius*. Cf. Cod. Nasar. I p. 320: ܢܫܫܐ ܕܝܡܐ *alta maris* opp. profundis. Sed הִתְנוֹסֵס Ps. LX, 6 est a rad. נוּס.

נֵס c. suff. נִסִּי n. pr. *res elata et erecta, quae procul conspici potest*, 1) *columna* s. *pertica alta* Num. XXI, 8. 9. 2) *vexillum* s. *velum* navium (Flagge). Jes. XXXIII, 23. Ez. XXVII, 7. 3) *vexillum*, quod in montibus collibusve late conspicuis (Jes. XIII, 2. XXX, 17) erigi solebat ad populum quacunque de caussa eo convocandum (Jes. V, 26. XI, 10. 12. XLIX, 22, LXII, 10), sive ut ibi convenirent fugitivi Jer. IV, 6. Ps. LX, 6, sive ut copiae in unum locum contractae hostem adorirentur Jes. XVIII, 3. Jerem. IV, 21. LI, 27 (quibus locis copulatur cum תָּקַע שׁוֹפָר), sive ut certiores fierent de aliqua re Jer. L, 2. Curt. 5, 2: (Alexander) tuba, cum castra movere vellet, signum dabat, cuius sonitus plerumque tumultuantium fremitu exoriente haud satis exaudiebatur. Ergo *perticam*, quae undique conspici posset, supra praetorium statuit, ex qua signum eminebat, pariter omnibus conspicuum. Caes. b. gall. 2, 20. Lydus de re milit. 1, 2. Michaëlis (suppl. 1648) malos intelligere volebat, in quorum summo picis copia accensa fuerit, ita ut ignibus signum datum sit (cf. arab. منار Schult. imp. Joctanid. p. 7. 53, gr. φρυκτοί Aeschyl. Agam. 30. 291), sed נֵס perticam velo instructam fuisse ex reliquo vc. usu (no. 2) colligi potest. — 4) *signum, quo quis admonetur* Num. XXVI, 10. (Syr. ܢܝܫܐ signum, vexillum, ܢܝܫܝ̈ܐ ܕܩܪܒܐ signa militaria Ephr. Opp. II, 107, ܢܝܫܐ ܕܨܠܝܒܐ signum crucis ib. II, 356).

נָסַע inf. נְסֹעַ Num. IV, 5. 15, c. suff. נָסְעָם Gen. XI, 2. Num. X, 34 1) pr. *vellit, evellit.* (Cogn. נָסַח. Arab. نزع evellit, dimovit e loco, med. E calvus fuit i. e. evulsis crinibus fuit, cf. نشع violenter evellit et amovit). V. c. clavum e pariete Iud. XVI, 14, paxillos tentorii Jes. XXXIII, 20, postes (einreissen) Iud. XVI, 3. — Paxillos tentorii evellunt, qui tentorium detendere et castra movere volunt, inde 2) *castra movere, proficisci*, vox propria de Nomadibus Gen. XXXIII, 12. XXXV, 21. XLVI, 1, saepe addito loco, unde castra moventur (praevio מִן) Gen. XX, 1: וַיִּסַּע מִשָּׁם אַבְרָהָם. XXXV, 16. XXXVII, 17. Exod. XIII, 20. XVI, 1. XVII, 1. XIX, 2. Num. X, 12. XX, 22. XXI, 4. XXXIII, 3. 5, it. loco, quorsum pergitur (in acc. et c. He locali) Num. XI, 35. Deut. II, 1. X, 7. Tribuitur etiam exercitui Ex. XIV, 10. 2 Reg. XIX, 8. 36. Jer. IV, 7, et translate angelo Dei Ex. XIV, 19, columnae fumi ibid., tentorio sacro Num. I, 51. II, 17, arcae foederis ib. X, 35, adeoque vento ib. XI, 31. Dicitur etiam 3) non solum de discessu et profectione, sed de ipso itinere, *profectus est* i. e. *migravit.* (Arab. نسع abiit per terram, peragravit eam, نِسْعٌ peregrinatio). Gen. XII, 9: וַיִּסַּע אַבְרָם הָלוֹךְ וְנָסוֹעַ הַנֶּגְבָּה. Num. X, 33: וַיִּסְעוּ דֶּרֶךְ שְׁלֹשֶׁת יָמִים וַאֲרוֹן בְּרִית יְיָ נֹסֵעַ לִפְנֵיהֶם *et profecti sunt trium dierum iter et arca foederis Jovae profecta est ante eos.* C. dat. pleonast. סְעוּ לָכֶם Num. XIV, 25. Deut. I, 7. — Jer. XXXI, 24: נָסְעוּ בָּעֵדֶר *migrant cum grege.* Zach. X, 2: נָסְעוּ כְמוֹ צֹאן *migrant instar gregis.* — 4) *tetendit* arcum, ut arab. نَزَعَ. Vide מַסָּע no. 2.

Niph. evulsus est, de funiculis tentorii Iob. IV, 21: נִסַּע יִתְרָם בָּם (v. h. v. יֶתֶר p. 646), de ipso tentorio Jes. XXXVIII, 12, utrumque metaph. de morte. Priore loco I. Olshausen (Observatt. crit. in V. T. p. 12) pro נִסַּע יִתְרָם suadet נָסַע יְתֵדָם *evellit paxillos eorum*, quum non funiculi evelli dicantur, sed paxilli (Jes. XXXIII, 20). Sed quidni etiam illi, quum adeo tentorium ipsum evelli dicatur, ubi detenditur? Vide insuper Jes. l. c. חֲבָלָיו בַּל יִנָּתֵקוּ.

Hiph. 1) causat. Kal no. 2. *castra moveri* s. *proficisci iussit* Ex. XV, 22, poët. de vento Ps. LXXVIII, 26. — 2) causat. Kal no. 3. *migrare iussit, duxit* (populum, gregem) Ps. LXXVIII, 52, it. *abstulit* rem 2 Reg. IV, 4. — 3) i. q. Kal *evellit* vitem Ps. LXXX, 9, arborem et translate *irritam fecit* spem Iob. XIX, 10: וַיַּסַּע כָּעֵץ תִּקְוָתִי; *excidit* lapides 1 Reg. V, 31 (ubi vide Targ.). Eccl. X, 9 (ubi vett. intpp. reddunt: transferre lapides).

מַסַּע (per Patach) n. act. a verbo no. 2. *profectio, castrorum motio* (das Aufbrechen), de exercitu Nomadum, dein de singulis hominibus. Deut. X, 11 de Mose: לְמַסַּע לִפְנֵי הָעָם *ad proficiscendum coram populo.* Num. X, 2: לְמַסַּע אֶת־הַמַּחֲנוֹת *ad proficiscendum cum castris* (nisi interpretari mavis: לְהַסִּיעַ אֶת־הַמ׳). Plur. *profectiones* (die Aufbrüche), sc. singularum tribuum et catervarum, quae deinceps altera post alteram proficisci solebant (Num. X, 4 sqq. 14 sqq.). Num. X, 28: אֵלֶּה מַסְעֵי בְנֵי יִשְׂרָאֵל לְצִבְאֹתָם *hae* sunt *profectiones Israëlitarum secundum cohortes eorum* i. e. his igitur ducibus proficiscebantur. Exod. XL, 36: *ubi adsurgebat nubes* יִסְעוּ בְּנֵי יִשׂ׳ בְּכֹל מַסְעֵיהֶם *proficiscebantur Israëlitae in omnibus profectionibus eorum*, quoties proficiscebantur. Num. X, 6. 12. Inde *loca profectionis, stationes* itineris. Ex. XVII, 1: *et proficiscebantur ex deserto Sin* לְמַסְעֵיהֶם *secundum stationes eorum* (quae fuerint illae, narratur Num. XXXIII, 12—14) ....

et castra posuerunt in Rephidim. Gen. XIII, 3: וַיֵּלֶךְ לְמַסָּעָיו *et ivit secundum stationes suas* (non: *ad loca profectionis suae* i. e. eo unde profectus erat. LXX. ὅθεν ἦλθεν. Vulg. reversus est per iter, quo venerat). Num. XXXIII, 1. 2.

מַסָּע (per Kamez) m. 1) *lapicidina*, v. rad. Hiph. no. 3. 1 Reg. VI, 7: אֶבֶן שְׁלֵמָה מַסָּע *lapides integri* (non caesi) *lapicidinae* (de adjectivo in st. absol. v. gramm. §. 113, 1). Bene LXX. λιθοῖς ἀκροτόμοις ἀργοῖς. Kimchi: פירוש שהיו מסיעים האבנים שלמות מההר. Male Vulg. lapides dolati. (In agro Carthaginensi erat oppidum cum lapicidinis *Missua* appellatum Strabo XVII p. 838. Shaw Voyages I, 199, quod מַסּוּעַ vel מַסּוּעָה olim scriptum fuisse non dubito).

2) genus telorum. Iob. XLI, 18: חֲנִית מַסָּע וְשִׁרְיָה. LXX et Vulg. חֲנִית מַסָּע arcte iunctum transferunt uno verbo: δόρυ, *hasta*, intelligentes nimirum cum R. Mose al. *hastam profectionis* s. proiectionis i. e. *hastam missilem*. Idem etymon sequitur Targ. קַלְעָא דְמַטְלָא אַבְנָא *funda quae proiicit lapidem*, et Kimchi, qui מַסָּע seorsim acceptum *missile* interpretatur. E recentioribus Bochartus (Hieroz. II, 785) conferebat نشغ confodit hasta (pr. hausit hasta), quod ab usu Hebraei נָסַע nimis alienum est, rectius Alb. Schult. *sagittam* interpretatur, a نزع (quod respondet hebraeo נָסַע) attraxit s. tendit arcum, plene نزع في القوس, نازع tendens arcum, منزع sagitta, qua utuntur ad iaculandum Hamas. p. 278 Freyt., ubi Schol. المنزع السهم يقال نزعت في القوس نزعا وانتزعت له بمنزع ونزعت اى بسهم وفى المثل عاد السهم الى النزعة فى معنى رجع الحق الى اهله *dicunt* נזעת פי אלקוס *traxi in arcu et Conj. VIII. traxi eum cum sagitta, et traxi sc. cum sagitta, et proverbio dicunt: rediit sagitta in locum suum i. e. rediit ius ad eum, cui competit.* Unum obstat, quod paullo post Comm. 20 a *sagitta* memoretur (בֶּן־קֶשֶׁת), sed plures in hoc capite sunt eiusdem rei repetitiones.

נָסַק fut. יִסַּק *adscendit*, semel Ps. CXXXIX, 8. Haec radix, modo talis statui potest, apud Syros et Chaldaeos usitatissima est, sed in solo fut. imp. inf. Kal (ܢܶܣܰܩ, ܣܰܩ, ܠܡܶܣܰܩ) et in conj. Aph. (ܐܰܣܶܩ); in reliquis formis, praet. et part. Pe. et Conj. Ethp. utuntur verbo ܣܠܶܩ, ita ut prima rad. Nun nunquam compareat. Atque profecto rad. נסק nunquam exstitisse videtur: imo nescio an recte dudum observaverit Castellus (temere notatus a J. D. Michaële ad Lex. syr. p. 600), יִסַּק, ܢܶܣܰܩ, et אַסֵּק, ܐܰܣܶܩ contracta esse ex יִסְלַק, אַסְלֵק. Adde quae observat Roedigerus, Zeitschr. für Kunde des Morgenl. II, 91. Alia exempla vocabulorum ita contractorum, ut duarum consonantium prior geminetur, sunt מִתְּתָה, מַתְּתִיָּה; מַתְּתָה; قدر vulg. قد v. Caussin gramm. arab. vulg. p. 12 al. Videtur igitur haec radix נָסַק ex Lexx. eliminanda esse.

נְסַק chald. id. (v. hebr.) Aph. הַסִּיק, inf. הַנְסָקָה *ascendere fecit* Dan. III, 22. VI, 24.

Hoph. (more hebraeo) הֻסַּק Dan. VI, 24.

נִסְרֹךְ n. pr. idoli Ninivitarum 2 Reg. XIX, 37. Jes. XXXVII, 38. Si Semitica vocis origo est, orta esse potest a نسر נֶשֶׁר aquila et syllaba *ôch*, *âch*, quae in Persicis intensiva est, unde *Nisr-och* aquila magna, cf. אַרְיוֹךְ: aquilam enim apud Persas Oromazdi et regi sacrum fuisse, item Arabum gentilium numen fuisse constat (Jurieu hist. des dogmes IV, 4. c. 11, Creuzer Symbolik I, 723. 724. Geuhari v. نسر). Quum vero in veterum Assyriorum numine sanscrito-zendicum potius etymon expectes, Bohlenium consului, qui has proposuit coniecturas: 1) *nisroka* lumen noctis (luna?), a *nis* nox et *roka* ant. pro *rocis* lumen, licet in hodierna lingua Sanscrita genitivus in talibus postponi soleat. 2) *nrisroka* (pro *srvaka*) exaudiens homines. 3) *nissroka* exaudiens, quod, pariter atque no. 2, possit attributum numinis esse.

נָסַת rad. spuria; formas יַסִּית, מַסִּית, quae videri possint ad eam pertinere, v. ad סוּת.

נָעַל 1) *repagulavit, pessulo clausit* portam, c. acc. 2 Sam. XIII, 17. 18. Iud. III, 23. 24. גַּן נָעוּל *hortus clausus*, גַּל נָעוּל *fons clausus* Cant. IV, 12. 2) *calceavit*, quod fit pedem funiculis constringendo et qs. repagulando. (Arab. نعل et Conj. II. IV. calceavit, نعل calceatus est, Conj. V. VIII. id.). Sq. dupl. acc. Ez. XVI, 10: וָאֶנְעֲלֵךְ תָּחַשׁ *et calceavi te pelle phocarum* i. e. calceos tales tibi dedi.

Hiph. i. q. no. 2. 2 Par. XXVIII, 15.

נַעַל f. (Deut. XXIX, 4) *calceus*, *solea*. (Arab. نعل calceus, tum solea, tum calceus qui vocatur cavus, etiam de calceo equorum et camelorum. Syr. ܢܰܥܠܳܐ id.). Jos. V, 15. 1 Reg. II, 15 al. *Calceum induere* est שׂוּם נַעַל בְּרַגְלַיִם Ez. XXIV, 17, *exuere* חָלַץ נַעַל מֵעַל ר׳ Deut. XXV, 9. Jes. XX, 2, שָׁלַף Ruth IV, 7. 8, נָשַׁל Jos. V, 15. Exod. III, 5. — In translatione dominii symbolice *calceus tradi* solebat (quemadmodum medio aevo chirotheca cf. Targ. Ruth l. c.), inde proiectio calcei in aliam regionem symbolum erat occupationis. Ps. LX, 10: *in Edomitarum terram proiicio calceum meum*, h. e. eam occupo, mihi tanquam propriam vindico (v. Rosenm. altes und neues Morgenland no. 483). Ps. CVIII, 10. Eodem pertinet, quod is, qui fratris viduam ducere legique

satisfacere nolebat, calceum ei tradebat et per convicium חֲלוּץ הַנָּעַל appellabatur. Deut. Ruth ll. cc. Talis enim sponte abiecit dominium idque fere sacrum a fratre defuncto sibi traditum. (Non apte Jahnius, Archaeol. I, 2 p. 104, hanc locutionem *prodigum* significare existimabat, quippe cui ne calcei quidem supersint). Alibi *corrigia calcei* (Gen. XIV, 23 v. חוּט) et *par calceorum* (Am. II, 6. VIII, 6) de re admodum vili dicuntur.

Dual. נַעֲלַיִם Am. l. c. pl. נְעָלִים Jes. XI, 15, semel נְעָלוֹת Jos. IX, 5.

מַנְעוּל m. *pessulus*, *repagulum* Neh. III, 3. 6, 13—15. Cant. V, 5.

מִנְעָל id. Deut. XXXIII, 25, ut recte Saad. Reliqui vett. male *calceum* reddunt.

נָעֵם (Gen. XLIX, 15. Ps. CXLI, 6), fut. יִנְעַם 1) pr. *dulcis fuit*. Prov. IX, 17: לֶחֶם סְתָרִים יִנְעָם. Cf. מַנְעַמִּים. (Cognatum est verbis לָחַם, לָחַם, לָעַם gustavit, pr. linxit, suxit, unde proficiscitur notio dulcis saporis, v. מָצַץ). Inde 2) *suavis, iucundus* fuit, de amico 2 Sam. I, 26 (sq. dat., alicui), de amica Cant. VII, 7, de sapientia Prov. II, 10 (sq. dat.); *amoena fuit* regio Gen. XLIX, 15. Impers. Prov. XXIV, 25: לַמּוֹכִיחִים יִנְעָם *punientibus* (iudicibus) *suave erit* i. e. bene erit, cf. טוֹב לִי, יִיטַב לִי bene est mihi. Parall. עֲלֵיהֶם תָּבוֹא בִרְכַּת טוֹב. (Arab. نَعِمَ et نَعُمَ iucundus fuit, id. et نَعِمَ commoda et iucunda vitae ratione usus est, vitae bonis abundavit).

נָעִים adj. 1) *suavis*, *iucundus* Ps. CXXXIII, 1. Prov. XXII, 18. XXIV, 4, de cantu Ps. CXLVII, 1. 2 Sam. XXIII, 1, de cithara Ps. LXXXI, 3, de verbis Prov. XXIII, 8, de iuvene amato Cant. I, 16. Plur. נְעִימִים *iucunda* i. e. gaudia Iob. XXXVI, 11, נְעִימוֹת id. Ps. XVI, 11. — 2) *amoenus*, pl. נְעִימִים regiones amoenae Ps. XVI, 6. — 3) *benignus*, *gratiosus*, de Deo Ps. CXXXV, 3.

נַעַם (suavitas) n. pr. viri 1 Par. IV, 15.

נֹעַם m. 1) *suavitas* Prov. III, 17. אִמְרֵי נֹעַם verba suavia h. e. decentia XV, 26. XVI, 24. — 2) *pulchritudo*, *splendor*. נֹעַם יְהוָה de sacrorum splendore Ps. XXVII, 4 cf. טוּב יְהוָה V. 13. Ex. XXXIII, 19. — 3) *gratia*, *favor* Dei (cf. *χάρις*, gratia, nostr. *Huld* a voce *hold*). Ps. XC, 17. Zach. XI, 7, ubi baculorum unus appellatur נֹעַם cf. Comm. 10.

נַעֲמָה (suavis) n. pr. 1) duarum mulierum a) filiae Lamechi Gen. IV, 22. b) matris Rehabeami 1 Reg. XIV, 21. 31. 2 Par. XII, 13. — 2) oppidi tribus Judae Jos. XV, 41, cf. נַעֲמָתִי.

נַעֲמִי patron. n. pr. נַעֲמָן no. 2 pro נַעֲמָנִי (quod est in cod. Sam.) Num. XXVI, 40.

נָעֳמִי (suavitas mea) n. pr. socrûs Ruthae. Ruth I, 2 sqq.

נַעֲמָן 1) *amoenitas*. Jes. XVII, 10: נִטְעֵי נַעֲמָנִים *plantationes amoenitatum* i. e. amoenae. — 2) n. pr. a) filii Benjamin Gen. XLVI, 21. b) Num. XXVI, 40. c) praefecti bellici Syrorum 2 Reg. V, 1.

נַעֲמָתִי n. gent. a נַעֲמָה, oppido aliunde haud cognito, sed alio ab illo, quod supra commemoravimus (נַעֲמָה no. 2). Iob. II, 11. XI, 1.

מַנְעַמִּים m. pl. *cibi dulces*, *cupediae* Ps. CXLI, 4.

נָעַץ rad. inusit. chald. נְעַץ pupugit, fixit, infixit, unde نَعْض spinae genus loto silvestri (سِدْر) simile corio depsendo adhibitum. Hinc

נַעֲצוּץ m. *vepretum*, *senticetum* Jes. LV, 13. Plur. VII, 19. Generale nomen esse statuunt Vulg. Pesch. Jarchi al. Alii peculiare spinae genus intelligunt. Saad. سِدْر lotus silvestris et spinosa. LXX. Symm. *στοιβή*. Aqu. Theod. *κόνυζα*.

I. נָעַר *rugiit* (leo iuvenis) Jer. LI, 38, onomat., ut נָחַר, rugiendi sonum raucum exprimens ex gutture prolatum. (Syr. ܢܥܪ id. Lex. Adl. (نيق نعر شهنق). In Gem. etiam de ruditu asini et cameli.

II. נָעַר *quassit*, spec. 1) *excussit*, ut sinum vestis Neh. V, 13, manum Jes. XXXIII, 15: נֹעֵר כַּפָּיו מִתְּמֹךְ בַּשֹּׁחַד *excutiens manum ne prehendat donum*, quae verba depingunt hominem honestum, qui manu quassa arcet et quasi propulsat donum sibi oblatum. — 2) *decussit*. Jes. XXXIII, 9: נֹעֵר בָּשָׁן וְכַרְמֶל *decutiunt Basan et Carmel* folia i. e. ea deiiciunt.

Niph. 1) pass. Pi. *excussus* i. e. eiectus *est* e terra Iob. XXXVIII, 13. Ps. CIX, 23. Cf. verba Neh. l. c. et arab. نَفَضَ quassit, excussit, VIII. expulsus est, نَفْض expulsio. — 2) *excussit se* vinculis, abiecit ea, Iud. XVI, 20.

Pi. excussit Neh. V, 13. Praegn. Exod. XIV, 27: וַיְנַעֵר יְהוָה אֶת־מִצְרַיִם בְּתוֹךְ הַיָּם *et excussit Jehova Aegyptios in medium mare* i. e. ex terra excussos deiecit in mare. Ps. CXXXVI, 15.

Hithp. se excussit aliqua re, sq. מִן. Jes. LII, 2. — LXX plerisque locis *ἐκτινάσσω*. Inde

נַעַר m. *dispulsio*, concr. *dispulsum* (pecus). Zach. XI, 16. LXX. *τὸ ἐσκορπισμένον*. Vulg. *dispersum*. Syr. *errantes*. Cf. Boch. Hieroz. I p. 435. 446. Aliud v. no. III.

נְעֹרֶת f. *stupa*, quae ex lino *excutitur*. Iud. XVI, 9. Jes. I, 31.

III. נַעַר 1) m. *puer.* (Nomen, ut videtur, primitivum, quod in linguis indogermanicis de *viro* frequentatur, sanscr. *nri* et *nara* vir, homo; fem. *nari*, *nârî* mulier, zend. *naere* pers. نر, نار, gr. *ἀνήρ*, fort. *mas*, *maris*). Usurpatur tum de puero recens nato Ex. II, 6. Iud. XIII, 5 sqq. 1 Sam. I, 22. II, 21. IV, 21, tum de puero tenerae aetatis et nondum adulto Gen. XXI, 16 sqq. XXII, 12. 2 Reg. IV, 31 sqq. Jes. VII, 16. VIII, 4 (quod magis definiunt addito קָטֹן 1 Sam. XX, 35. 2 Reg. II, 23. V, 14. Jes. XI, 6, licet hoc per superlationem adeo de Salomone iam rege dicatur 1 Reg. III, 7, de Hadado XI, 17), tum de adolescentulo ad annum fere vigesimum Gen. XXXIV, 19. XLI, 12 (cf. XXXVII, 2. XLI, 2). XLIII, 8. XLIV, 22. 2 Sam. XVIII, 5. 12. 29. 32. Ceterum duplex est vocabuli usus. Aliis enim locis a) est nomen aetatis eiusque et puerilis et iuvenilis. 1 Sam. I, 24: וְהַנַּעַר נָעַר Vulg. *et puer erat adhuc infantulus.* Jer. I, 6: לֹא יָדַעְתִּי דַּבֵּר כִּי נַעַר אָנֹכִי *non scio loqui, nam adolescentulus ego.* Comm. 7. Iud. VIII, 20: כִּי עוֹדֶנּוּ נָעַר. 1 Sam. XXX, 17: אַרְבַּע מֵאוֹת אִישׁ נַעַר *quadringenti viri adolescentes.* 2 Reg. IX, 4: הַנַּעַר הַנַּעַר הַנָּבִיא *adolescentulus ille, propheta adolescentulus* (der Jüngling, der junge Prophet): erat enim ex filiis prophetarum Comm. 1 (male al. servus prophetae). 1 Sam. XVII, 42. Eccl. X, 16. Jes. LXV, 20. Plenius dicitur נַעַר וָרַךְ puer isque tener (jung und zart) 1 Par. XXII, 5. XXIX, 1 cf. 2 Par. XIII, 7. Opp. זָקֵן Gen. XIX, 4. Jes. III, 5. Ps. XXXVII, 25. Thren. II, 21. LXX. *νέος*, *νεανίας*, *νεανίσκος*. Alibi b) est potius nomen conditionis, et puerum vel adolescentulum *famulum* significat (ut gr. *παῖς*, nostr. Junge, Knappe, Bursche). Gen. XXXVII, 2: וְהוּא נַעַר אֶת־בְּנֵי בִלְהָה *is famulus erat apud filios Bilhae* (er war Hirtenknabe, Hirtenknecht bey den S. B.). Ita de *famulo* quocunque, max. iuvenili Exod. XXXIII, 11. Ruth II, 5. 1 Sam. II, 13. 15. IX, 5 sqq. XX, 21. 38. XXX, 13. 2 Sam. IX, 9. XVI, 1. 2 Reg. IV, 12. V, 20. VI, 16 sqq. VIII, 4, pl. de familia pastorum (von den Hirtenknechten) Gen. XIV, 24. XXII, 3. 5. 19. 1 Sam. XXV, 14, etiam de militibus gregariis (die Burschen) 1 Reg. XX, 15 sqq. 2 Reg. XIX, 6. Sq. genit. et suff. ubique est *famulus* alic. Iud. VII, 11. IX, 54. XIX, 13. Esth. II, 2. VI, 3. 5. Num. XXII, 22 al., sed Iob. XXIX, 5: נְעָרַי *pueri mei* sunt filii mei pueri. De iuvenili aetate populi Israelitici Hos. XI, 1. Cf. נְעוּרִים.

2) Ex singulari nonnullorum librorum sive idiotismo sive archaismo, ut gr. *ἡ παῖς*, נַעַר ut commune (non epicoenum, ut volebat Simonis) usurpatur pro נַעֲרָה *puella*, cum verbo fem. constr. Gen. XXIV, 14. 16. 28. 55. 57. XXXIV, 3. 12. Deut. XXII, 15 sq., ita quidem ut in margine ubique legatur נַעֲרָה (cf. הוּא p. 368 A). In Pentateucho ita bis et vicies, praeterea huc refero pl. נְעָרִים de *puellis* usurpatum Ruth II, 21 cf. 8. 22. 23 (LXX. *κοράσια*) et de pueris puellisque Iob. I, 19. Similiter Arabes in sermone elegantiore nominibus masculinis etiam de altero sexu utuntur, et abstinent a terminatione feminina, quae in vulgari sermone usitata est, ut عَرُوس sponsus et sponsa, quae posterior vulgo est عَرُوسَة, عَجُوز anus, vulg. عَجُوزَة, cf. بَعْل pro vulg. بَعْلَة domina, زَوْج Cor. 2, 33 pro زَوْجَة uxor, بِكْر et بِكْرَة virgo, primipara, وَالِد et وَالِدَة genitrix, sic germ. *Gemahl* pro Gemahlin, *Gatte* pro Gattin.

נֹעַר m. *pueritia*, *adolescentia* i. q. נְעוּרִים, sed raro et poët. Iob. XXXIII, 25. XXXVI, 14. Ps. LXXXVIII, 16. Prov. XXIX, 21. — Iob. XXXVI, 14 et Ps. l. c. fuerunt qui *expulsionis* significatum adoptarent (a נָעַר no. II), citra necessitatem.

נַעֲרָה f. pl. נְעָרוֹת 1) *puella*, a) de puella parva, adhuc infantula Iob. XL, 29; b) de puella adulta, *adolescentula* maturae aetatis et nubili Iud. XIX, 3 sqq. Am. II, 7, נַעֲרָה יָפָה puella pulchra 1 Reg. I, 3. 4, נַעֲרָה בְתוּלָה puella virgo 1 Reg. I, 2. Esth. II, 3. Adeoque de *νεογάμῳ* Ruth II, 6. IV, 12. LXX. *νεᾶνις*. Vide etiam נַעַר no. 2. — 2) *famula*, *ancilla* Gen. XXIV, 61. Ruth II, 8. 22. III, 2. Prov. IX, 3. XXVII, 27. XXXI, 15. Esth. II, 9. IV, 4. 16. Ita max. sq. genit. (famula alic.). — 3) n. pr. a) oppidi in finibus tribus Ephraim (Jos. XVI, 7), quod 1 Par. VII, 28 נַעֲרָן appellatur. (Cf. *Nora*, Sardiniae oppidum a Phoenicibus conditum, v. Monumm. Phoen. p. 154). b) mulieris 1 Par. IV, 5.

נְעוּרִים m. pl. *pueritia*, *adolescentia*, *iuventus*, eaque utriusque sexus a) de prima pueritia Ez. XVI, 22. — מִנְּעוּרַי 1 Sam. XII, 2. 1 Reg. XVIII, 12, מִנְּעוּרֵינוּ Gen. XLVI, 34, מִנְּעוּרָיו VIII, 21 a pueritia. b) de aetate adolescentuli et adolescentulae: בַּעַל נְעוּרֶיהָ maritus iuventutis eius Joël I, 8, אֵשֶׁת נְעוּרֶיךָ Prov. V, 18. Jes. LIV, 6. Mal. II, 14. 15, בְּנֵי הַנְּעוּרִים liberi, quos quis iuvenis generavit Ps. CXXVII, 4, אַלּוּף נ׳ amicus iuventutis, de marito Jer. III, 4, שְׁדֵי נְעוּרִים Ez. XXIII, 21. — De iuventute populi Jes. XLVII, 12. 15. Jer. II, 2. III, 4. Ez. XVI, 22. 60.

נְעוּרוֹת f. pl. id. Jer. XXXII, 30.

נְעַרְיָה (famulus Jovae) n. pr. virorum 1) 1 Par. III, 22. 23. 2) IV, 42.

נַעֲרָן v. נַעֲרָה no. 3, a.

נָעַשׁ rad. inusit. Arab. نَعَشَ sustulit, unde نَعْش lectica, feretrum Luc. VII, 14. Abulph. p. 375. Eutych. p. 277. Schult. imp. Joctan. p. 10. 32, it. sidus ursae, tum maioris الكبرى, tum minoris الصغرى; utriusque quadrangulum vocatur نعش, tres reliquae stellae بنات نعش filiae, quae funus comitantur, singulae stellae ابن نعش,

unde etiam integrum sidus بنات نعش, poët. بنو نعش, v. Boch. Hieroz. II, 680 Lips. Alferg. p. 8. 65. Ideler Unterss. über die Stern-Namen p. 3. 19. Inde auctore Bocharto l. c. plerique ducunt hebr.

עָשׁ (pro נְעָשׁ arab. نعش) *sidus Ursae maioris.* Iob. IX, 9: עֹשֶׂה עָשׁ כְּסִיל וְכִימָה *qui fecit Ursam et Orionem et Pleiades*, et **עַיִשׁ** ibid. XXXVIII, 32: וְעַיִשׁ עַל בָּנֶיהָ תַנְחֵם *et Ursam cum filiabus eius num deducis eas?* Sed licet a recentioribus paene recepta et non improbabilis sit ista ratio, tamen ne significatio quidem omnino certa est et indubitata, nedum etymon quo probetur. In tanto veterum recentiorumque dissensu (v. Hyde ad Ulugh-Beii tabb. stell. p. 22. 23. Mich. Suppl.. p. 1907. Schult. ad Iob. 239) audiamus primum vett. interpretum et Hebraeorum, si qua est, auctoritatem, quorum plerique עָשׁ et עַיִשׁ idem sidus esse statuunt, licet alii inter utramque formam distinguant. Intelligunt autem 1) *ursam maiorem s. septem triones* Saad. ms. بنات نعش, Aben Esra: דב, עגלה, שבעה כוכבים. 2) *Pleiadem* LXX c. 9, et Targ. זַגְתָא c. 38 (in Venet. et Londin.) i. e. gallina v. Bochart. l. c. 3) *Hesperum* LXX. Vulg. c. 38. 4) *caudam arietis* (זנב טלה) vel *caput tauri* (ראש דעגלא) Talmudici, Berachoth fol. 58 b, quae sententiae ita inter se conciliandae videntur, ut intelligatur stella lucida in oculo tauri (Al-debaran), quae etiam ad caudam arietis referri poterat. 5) *Arcturum* Vulg. c. 9. 6) Prae ceteris memorabilis est Syrus, qui utroque illo loco ponit ܥܝܘܬܐ, quod quidem ve. non pauci eiusdem originis esse voluerunt atque Hebraeum. Quum significatio eius et ipsa valde obscura sit, et tum spicilegium admittant tum correctione egeant, quae de eo disputarunt Hyde et Mich. ll. cc., hanc causam paucis retractare placet. Legitur vox praeter utrumque illum Iobi locum etiam Iob. XV, 27 (pro כְּסִל). Am. V, 8 (pro כְּסִיל) et Eph. Opp. II, 449 A, ubi haec memorantur sidera a nautis diligenter observata: ܟܝܡܐ ܘܥܓܠܬܐ ܥܝܘܬܐ ܘܓܢܒܪܐ *pleiades et plaustrum et Ijutho et Orion*, et hoc certe apparet, ursam s. plaustrum intelligi non posse. Ab interprete Arabico tribus Iobi locis ܥܝܘܬܐ vertitur العيوق i. e. *Capella*, primae magnitudinis stella in sidere aurigae, et eadem sententia etiam Lexicographorum Syro-Arabicorum fuisse videtur, licet hi etiam alias addant. Bar Ali: ܥܝܘܬܐ العيوق وهو احد من الكواكب الثور ويقال الجوزا *Ijutho est Capella, una stellarum tauri* *): *secundum alios Orion* (v. Ideler l. c. pag. 214). Bar Bahlul: ܥܝܘܬܐ هي العيوق وهو كوكب من الثور او الهقعة ܘܐܝܬܝܗ̇ ܒܟܬܒܐ ܕܚܢܝܢ ܟܘܟܒܐ ܕܬܘܪܐ. العيوق ܕܒܪܢ الدبران *Ijutho in libro* Honaini **) *Capella*, *quae stella tauri est, aut al-Hekaa* (tres stellae in facie Orionis), *quae Gimel litterae figuram refert et post Pleiades currit****). *Aliis Capella sec. quinque libros Aldebaran* (i. e. stella lucida in oculo tauri). Lex. Adl. ܥܝܘܬܐ عيوق ijutho *Capella* احد الكوكب جوزا او ثريا *una stellarum, Orion vel Pleiades.* (Quod additur lat. *Gemini* falsum est et a Ferrario p. 455 desumtum, ut multa in hoc codice). Novar. p. 311: ܥܝܘܬܐ الثريا *Pleiades.* De hac sive traditionum sive coniecturarum farragine iudicaturis nobis ex earum stellarum numero, quae praeter Capellam memorantur ab his Grammaticis, haud dubie eximendae sunt Pleiades (الثريا), quae syr. ܟܝܡܐ appellantur: etiam reliquae (caput Orionis, Orion, et Aldebaran) exiguam auctoritatem habent: omnes autem *Capellae* vicinae sunt, quam quidem stellam voce Syriaca intelligi verisimillimum est, licet in etymo nullum praesidium sit †).

Abiectis iam iis, quae vel merae coniecturae debentur (Arcturo, Hespero) vel alias ob caussas intelligi non possunt (ut Pleiadibus, quae hebr. כִּימָה appellantur), supersunt *Ursa maior s. plaustrum* et *Capella*, quae ipsae recentiorum paene omnium suffragia tulerunt. Ac plerique (Bochartus, Schultensius, Simonis, Ideler p. 21) *Ursam* praeferunt, cui hae rationes favent. 1. *Ursa maior* maxime conspicuum est totius coeli borealis sidus idque nunquam occidens, ita ut vix credibile sit, nullam

---

*) Consensu singulari in errore manifesto Capellam Tauri stellam faciunt Bar Ali et Bar Bahlul, cum Aurigae sit. Videtur enim auctor eius glossae (prob. Honainus) zodiaci sideribus, ut nobilissimis, etiam stellas iis vicinas in orbe quasi et ditione eorum sitas attribuisse. Etiam Firuzabadius in Capellae descriptione Aurigam non memorat: العيوق نجم احمر صغير مضيّ في طرف المجرة الايمن يتلو الثريا لا يتقدمها *Capella est stella rutilans parva et lucida in dextro latere viae lacteae, quae sequitur Pleiades, nunquam praecedit.*

**) Vide Anecdott. orient. II, p. 37.

***) De الهقعة adi Idelerum l. c. p. 212. Triangulum referunt istae stellae, quam ipsam figuram cum Gimel littera (int. alphabeti Nestoriani figuram) comparat B. Bahlul. Verba *quae post Pleiadas currit* exprimunt arab. تالي النجم *qui sequitur Pleiadas* et حادي النجم *agaso s. agitator Pleiadum*, quod quidem et *Al-debarani* attributum est, quippe qui Pleiadum vestigia premat (Ideler p. 135. 142), et eandem ob caussam *Capellae* (ib. p. 91. 96 et supra locum Kamusi not. *)). Ipsa stella الدبران a *sequendo* nomen habet (ib. p. 142). H. l. (si modo sanus est contextus) ad caput Orionis ea referuntur, quod et ipsum Vergilias sequitur.

†) Temere enim Lach (Eichhorn Bibl. 7, 431) ܥܝܘܬܐ syr. *hoedum* significare et arab. عتود respondere putat. A radice ܥܘܐ possit *ululatus* s. *latratus* esse (an Sirius *latrator?*).

eius mentionem factam esse Iobi ll. cc., vel, quod fere idem est, tale sidus in lingua Hebraea nomen non habuisse, quo minora sidera (v. כִּימָה, כְּסִיל) non careant. Praemittitur autem עָשׁ reliquis sideribus Iob. IX, 9. 2. Quod altero Iobi loco sideri עַיִשׁ dicto tribuuntur *filii* (בָּנִים) illud comitantes, id optime profecto congruit arabico نَعْش (apud Judaeos Sanaenses أم النعش Niebuhr Beschreib. v. Arabien p. 114) et بنو نعش, بنات نعش. Si Niebuhrio fides (l. c. nachher hatte ich noch Gelegenheit zu Bagdad mit einem Manne bekannt zu werden, der von den dasigen Juden für den grössten Astrologen gehalten ward, und dieser nannte *Asch* die vier grössten Sterne im Sternbilde *Nâsch.* Pag. 115: also ist *Nâsch* oder *Benath Nasch*, welches Sternbild die Juden zu Sana und Bagdad, ingleichen die Araber am persischen Meerbusen auch *Asch* nannten, der grosse Bär), ipsi Arabes in hac voce nonnunquam abiiciunt *Nun* initiale: fac autem eum errasse, nihil obstat, quominus ab Hebraeis ita factum esse statuamus (ut תֵּן pro נְתַן, כִּילַי pro נְכִילַי al.). Contra unum huic explicationi obstat. Ut enim עָשׁ recte dicitur pro נַעַשׁ a rad. نعش, נָעַשׁ, ita עַיִשׁ eo referri vix potest nisi (cum Michaële) עַיִשׁ formam diminutivam more Arabum formatam (عَبْد servus, عُبَيْد servulus) esse suspiceris, quod ipsum difficultate sua non caret. Ponamus enim, rariorem hunc declinatum excusationem suam habere in hoc vocabulo, quod Hebraei cum Arabibus commune habeant et fortasse ab iis acceperint, illa diminuendi forma parum apta est ad *ursam maiorem*, et contra non credibile, poëtam *minorem ursam* commemorasse omissa maiore. Quodsi igitur utraque voce, עָשׁ et עַיִשׁ, *ursa maior* significatur, non prorsus contemnenda est Schultensii coniectura, qui radicem statuit עוּשׁ i. q. عَاسَ et عَسَّ noctu circuivit, unde عَاسٌ esset *vigil nocturnus, excubitor, περίπολος*, haud ineptum ursae coelestis nomen. Qui vel utraque forma, עָשׁ et עַיִשׁ, vel certe altera, *capellam* intelligere maluerunt (Hyde, Lach, Ewald), has formas utcunque depravatas censent ex עֵז *capra* et syr. ܥܙܐ eiusdem originis esse existimant (שׁ in ח mutato). Addi possit arab. عَيُّوق, *αἴξ*: sed praeter audacem litterarum permutationem obstat, quod Capellae mentionem vix expectes, ubi Ursa omissa sit. Ceterum *filiis capellae* hi duos hoedulos intelligunt, quos manu sinistra gerit auriga, licet hae ipsae imagines recentioris originis esse videantur (Ideler l. c. p. 92). Taceo alias coniecturas minus etiam probabiles, ut eorum, quibus עָשׁ, עַיִשׁ est *congregatio* stellarum a rad. עוּשׁ q. v. (Kimchi), vel sidus *piscis* coll. aethiop. ዐሣ: piscis (Lud. de Dieu) al.

נֹף Memphis v. מֹף p. 812.

נָפַג rad. inusit., arab. نَفَجَ prodiit, vicina verbis נָפַק exiit et נָבַג germinavit, unde

נֶפֶג (germen) n. pr. virorum 1) Exod. VI, 21. 2) 2 Sam. V, 15. 1 Par. III, 7. XIV, 6.

נָפַח fut. יִפַּח, inf. פַּחַת Ez. XXII, 20 i. q. פּוּחַ *flavit, spiravit.* (Rad. onomatop. Cf. nostr. fachen, anfachen. Arab. نفخ et نفج flavit; فَخَّ et فَحَّ rauciorem ronchissandi sonum exprimunt. Syr. ܢܦܚ, aeth. ነፍሐ: flavit, spiravit, inflavit buccinam. Aegyptii eundem significatum duabus prioribus litteris exprimunt ⲛⲓϥⲓ theb. sufflare, spirare, anhelare). Gen. II, 7: וַיִּפַּח בְּאַפָּיו נִשְׁמַת חַיִּים *et inflavit in nares eius spiritum vitae.* Spec. 1) *afflavit* aliquem, sq. בְּ Ez. XXXVII, 9. — 2) נָפַח בְּאֵשׁ ignem *sufflavit*, flando excitavit Jes. LIV, 16. Ez. XXII, 21, omisso בְּ ibid. V. 20. דּוּד נָפוּחַ olla sufflata h. e. super igne sufflato aestuans Iob. XLI, 12. Jer. I, 13. — 3) *flando dispersit*, *disiecit*, sq. בְּ Hagg. I, 9. — 4) *efflavit* (animam, vitam) Jer. XV, 9.

Pu. sufflatus est ignis Iob. XX, 26.

Hiph. 1) addito נֶפֶשׁ *animam exspirare fecit* Iob. XXXI, 39, locutio hyperbolica pro enecavit, misere excruciavit aliquem, suspiria ei extorsit. — 2) *flando disiecit*, metaph. i. q. *vilipendit*, *contemsit.* Mal. I, 13.

נֹפַח (fort. locus, quem ventus perflat) n. pr. oppidi Moabitarum Num. XXI, 30, quod idem esse volunt atque נֹבַח q. v.

מַפָּח m. *exspiratio.* Iob. XI, 20: *exspiratio animae* i. e. mors, cf. rad. Jer. XV, 9. Iob. XXXI, 39.

מַפֻּחַ m. *follis*, quo ignis sufflatur Jer. VI, 29. Arab. مِنْفَاخ id. Talmud. נַפָּח faber ferrarius.

תַּפּוּחַ m. *pomum*, *malum* (a fragrando dictum, cf. Cant. VII, 9 et arab. نفح exhalavit odorem, fragravit) Cant. II, 5. VII, 9. Prov. XXV, 11, it. *malus arbor* Joël I, 12. Cant. II, 3. VIII, 5. (Arab. تُفَّاح malum idque non solum commune, sed etiam cydonium, citreum, Medicum). — 2) n. pr. (locus pomis ferax) a) oppidi in tribu Judae Jos. XII, 17. XV, 34, quod hodieque appellatur تفوح, v. Robinson in Zeitschr. f. d. Morgenl. II, 366. b) in confiniis Ephraimitarum et Manassitarum Jos. XVI, 8. c) viri 1 Par. II, 43.

נָפַךְ rad. inusit. incerti significatus (fort. conferenda rad. פּוּךְ), unde

נֹפֶךְ m. *gemmae* species Ex. XXVIII, 18. XXXIX, 11. Ez. XXVIII, 13, ex Syria Tyrum allata ib. XXVII, 16. LXX. Josephus et Epiphanius *ἄνθρακα* interpretantur

i. e. *carbunculum*, et sic Targ. Hieros. כרכדנא, Pseudo-Jonath. כרכידין, quod utrumque *Carchedonium* significat i. e. carbunculum (Plin. 37, 7). Vide quae disputarunt Braunius de vest. sacerdd. p. 523 sqq. Bellermann über die Urim und Thummim p. 43 sqq.

נָפַל fut. יִפֹּל inf. נְפֹל, c. suff. נָפְלוֹ 2 Sam. I, 10, et נָפְלוֹ 1 Sam. XXIX, 3

1) *cecidit*, *lapsus est*. (Syr. chald. id. Syllabam primariam *fal* habes in germ. *fallen*, angl. to *fall*; apud Graecos et Latinos respondet *fallo*, σφάλλω i. e. facio ut aliquis cadat, supplanto, insidior. Apud Arabes cadendi significatu frequentantur synn. وقع et سقط). Dicitur pr. de homine, qui in terram cadit Iud. V, 27. Jes. VIII, 15. Ps. XXXVII, 24, de equo, de sella decidit Gen. XLIX, 17. 1 Sam. IV, 18 (מֵעַל הַכִּסֵּא), in foveam incidit (בְּשַׁחַת Ps. VII, 16. Prov. XXVI, 27. Eccl. X, 8, vel in laqueum אֶל הַפַּחַת Jes. XXIV, 18, עַל פַּח Am. III, 5. Saepe etiam de inanimatis, ut de aedificiis collabentibus Iud. VII, 13. XVI, 30. Jes. IX, 9. XXX, 25. Ezech. XIII, 12. Am. IX, 11, de monte Iob. XIV, 18, de fulmine, quod de coelo decidit Iob. I, 16 (sq. מִן), de rore 2 Sam. XVII, 12. Locus, *in quem aliquis cadit*, ponitur in acc. max. addito He paragogico (אַרְצָה), vel praevio עַל (super aliqu.) Lev. XI, 32. Hos. X, 8, בְּ, אֶל (*in* aliquid) v. supra, תַּחַת (Ps. XLV, 6); contra locus, ex, de quo aliquis (aliquid) decidit praevio מִן, מֵעַל. — Part. נֹפֵל est part. praes. *cadens* Iob. XII, 3. XIV, 18; praeteriti, *qui cecidit*, *iacens* Deut. XXI, 1. Iud. III, 25. IV, 22. 1 Sam. V, 3. XXXI, 8. Esth. VII, 8: הָמָן נֹפֵל עַל הַמִּטָּה *Haman iacebat ad lectulum*; futuri, *casurus*, ruinam parans Jes. XXX, 13. De propheta, qui in somno vel ἐν πνεύματι visiones videt sibi divinitus oblatas, intelligenda sunt verba Num. XXIV, 4: *qui visiones Dei videt* נֹפֵל וּגְלוּי עֵינָיִם *iacens* (in somno vel in exstasi) *et reclusis oculis* (sc. mentis). Recte LXX. Onk. Saad., nec profecto audiendus vir doctus, qui (Ephemerid. Ienens. 1830, IV p. 381) נֹפֵל de morbo caduco intelligere volebat.

Spec. *cadere* dicuntur:

a) qui vel in bello vel alibi interfecti cadunt s. occidunt (cf. *πίπτειν*, *cadere*, fallen). Iud. XX, 44. 46. 1 Sam. IV, 10. 2 Sam. I, 4. II, 23. III, 38. Jes. X, 4. Ps. LXXXII, 7 al., saepe addito בַּחֶרֶב ense occidit Num. XIV, 43. 2 Sam. I, 12. III, 29. Jes. III, 25. XXXI, 8. Ez. XI, 10. Ps. LXXVIII, 64 et persaepe, it. periit fame, peste Ez. VI, 11. Dicitur etiam נָפַל בְּיַד פ׳ cecidit per manum alic. i. e. ab eo interfectus est Iud. XV, 18. 2 Sam. XXI, 22. 1 Par. V, 10. Thren. I, 7 (sed 2 Sam. XXIV, 14 est potius: *incidit in manum* alic.). נָפַל לִפְנֵי *cadere coram* aliquo dicuntur, qui (magna copia) ense eius pereunt 1 Sam. XIV, 13. 2 Sam. III, 34.

b) qui in morbum incidunt (qui *tombent malade*) s. in lectum coniiciuntur. Exod. XXI, 18: נָפַל לְמִשְׁכָּב *in lectum coniicitur*, nostr. bettlägerig werden. (Sic Arab. وقع, v. c. وقع ومات aegrotavit et mortuus est Elmac. 224, syr. ܢܦܠ ܥܠ ܡܫܟܒܗ 1 Macc. I, 5, ܡܚܒܠ ܕܐܪܡܝܗ morbus, qui in lectum coniicit Eph. I, 74, πίπτειν ἐπὶ τὴν κλίνην Judith VIII, 3).

c) (De matre vel in terram) *cadere* dicitur fetus, qui nascitur (v. הִפִּיל partu emisit, peperit). Jes. XXVI, 18: בַּל יִפְּלוּ יֹשְׁבֵי תֵבֵל *non nascuntur* (reviviscunt) *habitatores orbis*. (Arabes dicunt: سقط من بطن امه decidit fetus de utero matris, pro egreditur ex eo Kam. p. 940, it. سقط الى الارض decidit in terram vit. Tim. I, 19 et مَسْقَط الرأس locus ubi cecidit caput alic. i. e. locus natalis Har. p. 302. Hamas. p. 719 Freyt. Sed nunquam hoc sensu utuntur verbo وقع. Ita *πίπτειν* et *cadere*. Il. 19, 110: ὅς κεν ἐπ' ἤματι τῷδε πέσῃ μετὰ ποσσὶ γυναικός, ubi Schol. πέσῃ, γεννηθῇ. Sap. 7, 3: γενόμενος .... ἐπὶ τὴν ὁμοιοπαθῆ κατέπεσον γῆν. Basil. M. Opp. I, p. 24: οὐχὶ γυμνὸς ἐξέπεσας τῆς γαστρός. Stat. Theb. 1, 60: si me de matre cadentem Fovisti gremio. Silv. 1, 2, 109. 110: tellure cadentem Excepi fovique sinu. 5, 5, 69. 70. Val. Flacc. 1, 355, et similiter Hom. hym. in Merc. 20: ἐπειδὴ μητρὸς ἀπ' ἀθανάτων θόρε γυίων. Ovid. Ib. 221: matris delapsus ab alvo. Etiam germ. *fallen*, *werfen* dicitur pro *nasci*, *parere*, sed non nisi de bestiis. Chald. נְפַל spec. de abortu dicitur, v. נֵפֶל).

d) membra corporis, quae prae macie *concidunt*, *collabuntur* (einfallen) Num. V, 21. 27.

e) facies ob tristitiam demissa Gen. IV, 5. 6. Opp. נָשָׂא פָנִים tollere faciem, cf. Hiph. no. 1, litt. d. (Pers. سر در نشيب كردن caput demittere, de eo qui pudefactus et tristis est).

f) animus alic. (der Muth entfällt ihm), ubi animum despondet. 1 Sam. XVII, 32. (Cic. fam. 6, 1, 4: non debemus ita *cadere animis* cet., gr. πίπτει θυμός, πίπτει τὰ φρονήματα Joseph. Similiter venti dicuntur cadere, ubi remittunt Od. 19, 202).

g) homines, qui in calamitates incidunt. Prov. XXVIII, 14: מַקְשֶׁה לִבּוֹ יִפּוֹל בְּרָעָה, et simpl. 2 Sam. I, 10: *bene noveram, eum in vita non mansurum* אַחֲרֵי נִפְלוֹ *post casum eius*, post cladem, post gloriam amissam. 2 Reg. XIV, 10. Prov. XXIV, 16.

h) regna, civitates, quae evertuntur. Jes. XXI, 9: נָפְלָה נָפְלָה בָּבֶל. Jer. LI, 8. Am. V, 2. 2 Reg. XIV, 10.

i) sors, quae iacitur Ez. XXIV, 6: לֹא נָפַל עָלֶיהָ גּוֹרָל *ne iaciatur sors super ea*, et cadit in aliquem (עַל), vel aliquo, auf jem. fallen. Jon. I, 7: וַיִּפֹּל הַגּוֹרָל עַל יוֹנָה *et cecidit sors in Jonam*. 1 Par. XXVI, 14: וַיִּפֹּל הַגּוֹרָל מִזְרָחָה לְשֶׁלֶמְיָהוּ. Inde sq. לְ *alicui cadere* (jemandem zufallen, gr. πίπτειν τινί) dicuntur, quae sorte ei obtingunt. Num. XXXIV, 2: *haec est terra* אֲשֶׁר תִּפֹּל לָכֶם בְּנַחֲלָה *quae vobis obtinget in possessionem*. Iud. XVIII, 1: לֹא נָפְלָה לוֹ .... בְּנַחֲלָה. Ez. XLVII, 14. 22. — Ps. XVI, 6: חֲבָלִים נָפְלוּ לִי בַּנְּעִמִים *hereditas mihi obtigit in regio-*

nibus amoenis, cf. Jos. XVII, 5. Hiph. no. 1, c. (Ita lat. *cadere*, de sortis et tesserarum iactu Ter. Ad. 4, 7, 22 sqq. prae ceteris Sil. Ital. 7, 368: *quis tunc cecidit custodia sorti* i. e. quibus custodia sorte obtigit, gr. *τὰ πεσόντα*, was beym Würfeln gefallen ist).

k) *Decidere* dicuntur quae coelitus descendunt in terram, velut *spiritus Dei decidit* (descendit) *in* aliq. Ez. XI, 5, *manus Dei descendit* in aliq. VIII, 1. Inde de oraculis divinitus revelatis. Jes. IX, 7: דָּבָר .... נָפַל בְּיִשְׂרָאֵל *oraculum ..... decidit* (de coelo) *in Israëlem*, cf. Dan. IV. 28: קָל מִן שְׁמַיָּא נְפַל *vox decidit de coelo.* (Sic apud Nasor. נפל de eo quod coelitus descendit in terram lib. Adam. 1, 66, et arab. نزل descendit de rebus, quae divinitus revelantur Cor. 16, 48. 97, 1).

l) נָפַל עַל (überfallen, befallen) dicitur de sopore aliquem opprimente Gen. XV, 12. 1 Sam. XXVI, 12. Iob. IV, 13. XXXIII, 15, de terrore, quo aliquis corripitur Exod. XV, 16. Jos. II, 9. 1 Sam. XI, 7. Esth. VIII, 17. IX, 2. Ps. LV, 5. CV, 38. Dan. X, 7. Iob. XIII, 11, de calamitate, quae alicui *accidit* Jes. XLVII, 11. Eccl. IX, 12. Cf. Ps. LXIX, 10: חֶרְפּוֹת חוֹרְפֶיךָ נָפְלוּ עָלָי *convicia conviciantium te in me incidunt*, mihi accidunt (treffen mich). (Ita syr. *timor* ܢܦܠ ܥܠ ܓܒܪ̈ܐ corripuit viros BH. 217. Arab. وَاقِعَةٌ quod alicui accidit, calamitas).

m) *cadere* i. q. accidere, evenire. Ruth III, 18: אֵיךְ יִפֹּל דָּבָר *quomodo res cadat* i. e. eveniat cf. chald. Esr. VII, 20 et Cic. Brut. 40.

n) *irrita cecidit* res, max. de vanis promissis Jos. XXI, 43. XXIII, 14. Plenius dicitur נָפַל אַרְצָה 2 Reg. X, 10 cf. gr. *πίπτειν εἰς γῆν*, *πίπτειν ἔραζε*, *διαπίπτειν* Judith VI, 9, *χαμαιπετὲς ἔπος* Pind. Pyth. 6, 37. Nem. 4, 65. Plato Eutyphr. §. 17: *ὥςτε οὐ χαμαὶ πεσεῖται, ὅτι ἂν εἴποις*, et lat. irrita cadunt promissa Liv. vota cadunt i. e. irrita sunt Prop. 1, 17, 4, licet eadem locutio etiam contrarium significet Tibull. 2, 2, 17 (rata sunt vota). — Dicitur etiam de eo quod *locum non habet, in rationem non venit* (was wegfällt). Num. VI, 12: *dies priores* יִפְּלוּ *cadent*, non computabuntur. Metaphora ducta est a calculis, quae intercidunt.

o) *excidit* consilio, sq. מִן. Ps. V, 11: יִפְּלוּ מִמֹּעֲצוֹתֵיהֶם *excidunt consiliis suis*, cf. Ov. Met. 2, 308: magnis tamen excidit ausis.

p) sq. מִן comparativo: cecidit prae aliquo i. e. cessit ei, eo inferior fuit Iob. XII, 3. XIII, 2, et sq. לִפְנֵי Esth. VI, 13. Cf. سَاقِطٌ, سَاقِطَةٌ, سَقِيطٌ cadens i. e. vilis, ignobilis, de hominibus et rebus.

2) dicitur etiam de his, qui consulto in aliquem locum vel ex aliquo loco *se coniiciunt*, *demittunt*, *ruunt* (cf. syr. ܢܦܠ, quod in N. T. ponitur pro *πίπτειν* et *βάλλεσθαι* Mt. III, 10. VII, 19. XIII, 47. XXI, 21 al. v. Schaaf. Lex. p. 350. 351, et arab. وقع descendit avis in terram arboremve, procubuit camelus, it. وقع في obtrectavit aliq. pr. invasit eum, über jem. herfallen). Spec.

a) *procidit*, *prostravit se*. 2 Sam. I, 2: וַיִּפֹּל אַרְצָה *prostravit se in terram.* Iob. I, 20, saepe addito עַל פָּנָיו Gen. XVII, 3. 17. Num. XVI, 4. 22. Lev. IX, 24. Jos. VII, 6. 10. Ruth II, 10. 1 Sam. XXV, 23. Ez. I, 28. III, 23. IX, 8. XI, 13. Dan. VIII, 17 (sed Gen. L, 1 est *coniecit se in faciem* patris mortui), עַל אַפָּיו אַרְצָה 2 Sam. XIV, 4, לְאַפָּיו אַרְצָה 1 Sam. XX, 41, etiam לִפְנֵי פ' Gen. XLIV, 14. L, 18. 2 Sam. XIX, 19, לִפְנֵי רַגְלֵי פ' Esth. VIII, 3.

b) נָפַל עַל צַוְּארֵי פ' ruit in amplexus alic. Gen. XXXIII, 4. XLV, 14. XLVI, 29.

c) נָפַל עַל חַרְבּוֹ ruit in gladium suum, gladio incubuit. 1 Sam. XXXI, 4. 5. 1 Par. X, 4. — Joël II, 8 de locustis: בְּעַד הַשֶּׁלַח יִפֹּלוּ *in media tela ruunt.*

d) *irruit* hostis, *invasit* Iob. I, 15, sq. בְּ Jos. XI, 7. (Arab. وقع sq. ب irruit in hostem. Conj. III. id. c. acc.).

e) *desiliit* de iumento, curru, sq. מֵעַל Gen. XXIV, 64. 2 Reg. V, 21.

f) *demisit se* i. e. *consedit*, *castra posuit* exercitus Iud. VII, 12, populus Gen. XXV, 18 (cf. XVI, 12, ubi eodem contextu est שָׁכַן). LXX. *κατῴκησε.* Targ. Syr. שְׁרָא, ܫܪܐ.

g) נָפְלָה תְחִנָּתִי לִפְנֵי preces meae (litterae supplices) coram aliquo deponuntur, quae formula bifariam significat α) suppliciter rogavit Jer. XXXVI, 7, β) exoratus est XXXVII, 20. XLII, 2 (pr. litteras coram se deponi passus est, accepit eas, quod qui faciunt, ad exorandum proclives sunt).

h) *defecit* (abfallen), gr. *πίπτειν*, *διαπίπτειν* 1 Sam. XXIX, 3, sq. עַל 2 Reg. XXV, 11. 1 Par. XII, 19. 20. 2 Par. XV, 9. Jer. XXI, 9. XXXVII, 14. XXXIX, 9. Jes. LIV, 15, אֶל 2 Reg. VII, 4. Jer. XXXVII, 13. XXXVIII, 19. LII, 15 *ad* aliq.

Hiph. הִפִּיל, raro sine contractione, ut לַנְפִּל Num. V, 22 1) *cadere fecit*, *cadere iussit*, Gen. II, 21. Jer. XV, 8. Ezech. XXX, 22. Ps. LXXIII, 18. LXXVIII, 28, vario modo, velut *cadere iussit* gladio Jes. XXXVII, 7. Jerem. XIX, 7, et omisso בַּחֶרֶב Ezech. VI, 4, *cadere fecit* aliq. manu alic. 1 Sam. XVIII, 25 cet. *cadere* s. collabi *fecit* (membra) Num. V, 22 (v. Kal 1, d). Inde a) *iecit*, *proiecit* v. c. ligna in ignem (עַל אֵשׁ) Jer. XXII, 7, *deiecit* murum 2 Sam. XX, 15, sidera de coelo Dan. VIII, 10; *prostravit* aliquem Deut. XXV, 2, *cecidit* gladio Dan. XI, 12, *cecidit* arbores 2 Reg. III, 19. 25. VI, 5. — b) proiecit partum i. e. *peperit* (nostr. werfen), v. Kal no. 1, c. Jes. XXVI, 19: *terra proiiciet* ex se *manes*, eos denuo pariet. — c) *iecit* sortem (cf. Kal no. 1, i). 1 Par. XXIV, 31. XXV, 8. XXVI, 13. Esth. III, 7. IX, 24. Jon. I, 7. Ps. XXII, 19. Prov. I,

14, sq. לְ sorte iacta alicui attribuit Jes. XXXIV, 17. Omisso גּוֹרָל 1 Sam. XIV, 42: הַפִּילוּ בֵּינִי וּבֵין יוֹנָתָן *iacite* sortem, quae decernet *me inter et Jonathanum.* Iob. VI, 27: אַף עַל יָתוֹם תַּפִּילוּ *adeo de orphano iacitis* sc. sortem i. e. orphanos in servitutem detrusos ceu praedam inter vos dividitis, dura et immania quaevis committitis. Al. supplent מוֹקֵשׁ *rete iaciunt super*, sed illi favet certus loquendi usus. Denique: הִפִּיל דָּבָר לְ sorte distribuit, attribuit alicui aliquid. Jos. XIII, 6: רַק הַפִּלֶהָ לְיִשְׂרָאֵל. XXIII, 4. Ez. XLV, 1. XLVII, 22, omisso dat. Ps. LXXVIII, 55. — d) *demisit* faciem suam prae tristitia, ira (v. Kal no. 1, e). Jer. III, 12: לֹא אַפִּיל פָּנַי בָּכֶם *non demittam faciem meam in vos* i. e. vobis non amplius irascar (gestus tristitiae refertur ad iram cf. עָצַב). Sed Iob. XXIX, 24: אוֹר פָּנַי לֹא יַפִּילוּן *vultum meum serenum non cadere faciebant* i. e. non contristabant. (Deiectionem oculorum ut signum irae habes Il. 3, 217 cf. 220, tristitiae et poenitentiae Tac. Ann. 1, 34). — e) *deposuit preces* (litteras supplices) coram aliquo i. e. supplex rogavit Jer. XXXVIII, 26. XLII, 9. Dan. IX, 18. 20, v. Kal 2, g.

2) *cadere sivit, passus est* v. c. lapidem Num. XXXV, 23, inde a) הִפִּיל אַרְצָה in terram cadere sivit (promissum), non implevit 1 Sam. III, 19, omisso אַרְצָה Esth. VI, 10, v. Kal 1, n. — b) *omisit* aliquid (nostr. eine Sache fallen lassen, aufgeben), sq. מִן Iud. II, 19: לֹא הִפִּילוּ מִמַּעַלְלֵיהֶם *nihil omittebant de facinoribus eorum* (patrum), nihil erat facinorum a patribus commissorum, quod non commiserint.

Hithp. 1) *proiecit se* Deut. IX, 18. 25. Esr. X, 1. 2) sq. עַל *irruit* in al. Gen. XLIII, 18.

Pil. נִפְלֵל semel ap. Ezechielem (qui formis minus usitatis abundat) XXVIII, 23 i. q. נָפַל, quod eodem contextu legitur XXX, 4. XXXII, 20 et h. l. reponere volunt Ewald. (gr. crit. 201), et Hitzig (Begr. der Kritik p. 137). LXX. πεσοῦνται. Vulg. *corruent.*

נְפַל chald. fut. יִפֵּל (cf. syr. ܢܦܠ, in Targg. frequentatur יִפֵּיל) i. q. hebr. 1) *cecidit* a) *decidit, delapsus est* Dan. VII, 20. IV, 28: קָל מִן־שְׁמַיָּא נְפַל *vox coelitus delapsa est* (cf. Jes. IX, 7). b) *accidit* Esr. VII, 20.

2) *deiectus est* Dan. III, 23 (syr. ܢܦܠ ܒܝܬ ܐܣܝܪ̈ܐ in carcerem coniectus est Act. Mart. II, 85); *proiecit, prostravit se* Dan. III, 6. 7. 10. 11, addito עַל אַנְפּוֹהִי Dan. II, 46.

נֵפֶל, in Pausa נָפֶל Eccl. VI, 3 m. *partus praematurus*, qui ex utero excidit, *abortus*, Iob. III, 16. Ps. LVIII, 9. Eccl. l. c. Cf. rad. de partu usurpatam Kal no. 1, c. Hiph. no. 1, b, de partu praematuro נפל usurpatur in Talmude, et arab. سقط cecidit, IV. abortivit, سِقْطٌ, سُقْطٌ, سَقْطٌ abortus.

נְפִיל, tantum in pl. נְפִילִים m. Gen. VI, 4. Num. XIII, 33 *gigantes.* Ita omnes vett. Verss., flagitatque hunc significatum posterior locus. Congruit chald. נִפְלָא i. e. gigas in coelo, Orionis sidus Iob. IX, 9. XXXVIII, 31 pl. Oriones, maiora sidera Ies. XIII, 10 Targ. De etymo ambigitur et permulta aliena adeoque peregrina arcessiverunt interpretes et lexicographi, ut نَبِيلٌ, نَبِيلَةٌ „magnus, magno corpore“ Gigg. Cast., sed rectius: ingeniosus, sollers, artis peritus; vel فال med. Je V. adulta fuit planta, incrementum cepit adolescens, pinguis fuit vir; vel فيل pers. پيل elephas, unde استفيل elephanti similis factus est; vel hebr. פָּלָא, פָּלָה Niph. insignis fuit. Equidem in rad. נָפַל acquiescere malim, sed non ita, ut נְפִילִים sint i. q. מַפִּילִים *qui faciant ut* homines prae metu et terrore *concidant* (Kimchi), vel angeli mali, qui a Deo *defecerint*, quod olim Theologis placuit: sed ut נָפִיל sit i. q. מִתְנַפֵּל *qui irruit* in hostem, pr. *heros*, vir violentus et grassans, coll. Gen. XLIII, 18, et supra rad. in Kal no. 2, d, arab. وقع irruit, adortus est. Sic Aqu. ἐπιπίπτοντες, Symm. βιαῖοι.

מַפָּל 1) *deciduum* (Abfall). Am. VIII, 6: מַפַּל בַּר *deciduum frumenti*, palea. — Inde 2) *pendulum, laxum.* (Sil. Ital. Pun. 13, 333: imoque cadit barba hispida mento i. e. dependet. Etiam aliis poëtis *cadere* dicuntur, quae laxa dependent, Gronov. ad Stat. silv. c. 38. Gr. προπετής est quicquid prominet, v. c. venter pendulus). Iob. XLI, 15: מַפְּלֵי בְשָׂרוֹ *partes pendulae* carnis in ventre crocodili, *palearia* (die Wammen).

מַפָּלָה f. Jes. XVII, 1 et **מַפֵּלָה** XXIII, 13. XXV, 2 *aedificia collapsa, rudera.* Syr. ܡܦܘܠܬܐ id.

מַפֶּלֶת f. c. suff. מַפַּלְתּוֹ 1) *casus, ruina*, hominis Prov. XXIX, 16, regni Ez. XXVI, 15. 18. XXVII, 27. XXXI, 16. — 2) *id quod corruit* Ez. XXXI, 13 (de trunco collapso). — 3) *cadaver*, a cadendo dictum, ut πτῶμα a πίπτω Iud. XIV, 8.

נָפַס rad. inusit. syr. et chald. נְפַס expandit. Inde

נְפוּסִים (expansiones) n. pr. viri Esr. II, 50 Keri, pro quo in Chethibh est נְפִיסִים, et Neh. VII, 52 נְפִישְׁסִים, quae posterior scriptura haud dubie falsa est et ex duabus scribendi rationibus (נְפִישִׁים et נְפִיסִים) conflata.

נָפַץ praeter perf. in inf. absol. נָפוֹץ Iud. VII, 19, part. pass. Jer. XXII, 28, imp. et fut. a verbo cogn. פּוּץ 1) *diffregit, discussit*, v. c. vas figlinum Iud. VII, 19. Jer. XXII, 28. Inde 2) *dispersit* gregem, populum Jes. XI, 12. 3) reflex. *dispersit se, dispersus est* (populus). 1 Sam. XIII, 11: נָפַץ הָעָם מֵעָלַי *dispergit se populus a me.* Jes. XXXIII, 3. Gen. IX, 19: מֵאֵלֶּה נָפְצָה כָל־הָאָרֶץ *ab his dispersa est universa terra*, h. e. disperserunt se gentes universae terrae (cf. X, 5). (Aeth. ነፍጸ: dispersa est palea. Arabes in verbo نفض habent

significationem cognatam *excussit*, significatui hebr. נָפַץ respondet cogn. فَضَّ fregit cum separatione partium; separavit, disgregavit populum. V. VII. dispersus, dissipatus fuit, de gente. Tertia huius familiae radix est فاض med. Je. *redundavit*, unde hebr. נֶפֶץ. Unum נְפַץ habent Aramaei, idque tamen trium verborum Arabicorum significationes, excutiendi, dispergendi et effundendi, comprehendit. Ceterum peculiarem utriusque dialecti, Hebraeae et Arabicae, usum prorsus neglexit Alb. Schult. Origg. hebr. 1, 3 p. 42—53. Vind. Origg. p. 485 sqq., qui Hebraeo נָפַץ excutiendi vim vindicatum it, ut congruat cum arab. نفض, verbo פּוּץ autem redundandi vim tribuit, quam habet فاض, quantumvis reclamante singulorum locorum contextu).

Pi. 1) i. q. Kal no. 1 *diffregit* vas fictile Ps. II, 9, rates 1 Reg. V, 9 (23), infantes petrae illisos Ps. CXXXVII, 9. — 2) *dissipavit*, *dispersit* populum Jer. XIII, 14. LI, 23. Eodem referendum Dan. XII, 7: *iuravit* (angelus) .... כִּי לְמוֹעֵד מוֹעֲדִים וָחֵצִי וּכְכַלּוֹת נַפֵּץ יַד עַם קֹדֶשׁ תִּכְלֶינָה כָל־אֵלֶּה *haec omnia completum iri* post *tempus*, (duo) *tempora, et dimidium* (tres annos et dimidium) *et ubi consummata erit dispersio manus populi sancti* i. e. ubi consummata, ad summum gradum perducta erit clades et oppressio piorum (Maccabaeorum). נַפֵּץ עַם קֹדֶשׁ non aliud esse potest quam dispersio populi instar gregis post acceptam cladem (v. Jes. XI, 12. Jer. XIII, 14. LI, 20. 23); ab עַם קֹדֶשׁ autem non multum differt יַד עַם קֹדֶשׁ i. e. *manus* s. *manipulus* (die Mannschaft, das Häuflein) *populi Israëlitici*, nimirum Hasidaei s. Maccabaei et quicunque pro religione avita pugnabant. Al. ut Bertholdtus: *ubi consummata erit dispersio partis populi sancti* i. e. ubi consummatum erit exilium populi, quam rationem, ut a contextu alienam recte refellit Maurerus. Contra displicent quicunque נַפֵּץ יַד עַם alia atque *dispergendi* potestate (Theod. διασκορπισμός. Vulg. dispersio) accipiunt, velut *diffringere vires* populi (Rosenm. Maurer.), vel adeo *excutere manum*, arab. نفض اليد i. e. societatem et consortium alic. repudiare [cf. Jes. XXXIII, 15, et ἀποτινάσσειν τὸν κονιορτὸν ἀπὸ τῶν ποδῶν Luc. IX, 5], quod Schult. proposuit (Origg. hebr. p. 46), ut sententia sit: ubi consummatum erit „dirum illud et acerbum repudium, quo genti olim adamatae renunciavit Deus." Licet enim haec non inepta sint [inepta Schultensio affingit Haeverniccius ad Dan. p. 531, qui haec verba ab eo ad defectionem Judaeorum a Romanis referri narrat], tamen non credibile est scriptorem Hebraeum *repudium* ita expressisse, praesertim quum *excutiendi* potestas in hac rad. ab Hebraeorum usu aliena et linguae Arabicae propria sit.

Pu. disiectus est, de lapidibus Jes. XXVII, 9.

נֶפֶץ m. *inundatio*, *imber* Jes. XXX, 30, a *redundandi* significatu, quem radix habet apud Chaldaeos, v. ad rad. in Kal. Vett. interpp. vulgarem radicis usum secuti *dispersionem* vertunt, unde recentiorum plurimi *ventum dispergentem* intelligunt [cf. מְזָרִים rad. זָרָה], sed illud praefero.

מַפָּץ m. *diffractio*, unde כְּלִי מַפָּץ Ez. IX, 2 instrumentum diffractionis i. e. telum letiferum i. q. כְּלִי מַשְׁחֵת Comm. 1 (cf. Comm. 5. 6).

מַפֵּץ m. *malleus*, a diffringendo dictus. Jer. LI, 20. Cf. מֵפִיץ a rad. פּוּץ.

נְפַק fem. נִפְקַת Dan. II, 13 (per Syriasmum pro נְפָקַת) imp. פֻּקוּ III, 26 chald. *exiit*, *egressus est* Dan. ll. cc. et II, 14. V, 5. VII, 10. דָּתָא נִפְקַת *exiit* i. e. promulgatum est *edictum* II, 13, cf. Luc. II, 1: ἐξῆλθε δόγμα. (In Targg. sexcenties pro hebr. יָצָא, syr. ܢܦܩ, sam. ࠍࠐࠒ id. Rarum est ܢܦܩ).

Haph. הַנְפֵּק pl. הַנְפִּקוּ al. הַנְפִּיקוּ Dan. V, 3 *eduxit*, *extulit* ibid. 2. 3. Esr. V, 14. VI, 5. Inde

נִפְקָא chald. emph. נִפְקְתָא f. *sumtus*, qui expenduntur Esr. VI, 4. 8. Cf. ad יָצָא litt. m.

נָפַשׁ in Kal inusit. *spiravit*, *respiravit*. (Arab. نَفَّسَ II. recreavit aliquem. III. et VI. adspiravit ad rem, desideravit eam. IV. causat. V. respiravit, spiritum duxit, recreatus est. Idem valet aethiop. ኣንፈሰ: et trans. refocillavit, it. ኣስተንፈሰ: recreavit, odoratus est (quod fit respirando). Melit. *mynfes* nares. Syr. ܢܦܫ Ethpe. respiravit, ܢܦܫܐ respiratio. Zab. Aph. recreavit, amplificavit, cf. רָוַח).

Niph. respiravit, *recreatus est* (a labore). Exod. XXIII, 12. XXXI, 17. 2 Sam. XVI, 14.

נֶפֶשׁ, in Pausa נָפֶשׁ Gen. XXXVII, 21. XLVI, 18. Ex. I, 5. XXIV, 23 al. c. suff. נַפְשִׁי, plur. נְפָשׁוֹת, semel נְפָשִׁים Ez. XIII, 20 comm. licet raro masc. (Gen. II, 19, de quo loco v. no. 4; ib. XLVI, 25: כָּל־נֶפֶשׁ שִׁבְעָה. Cod. Sam. שבע. Comm. 27: נֶפֶשׁ שְׁנָיִם *duae animae*. Num. XXXI, 28: אֶחָד נֶפֶשׁ מֵחֲמֵשׁ הַמֵּאוֹת Cod. Sam. אחת), arab. نَفْس, syr. ܢܦܫܐ, aethiop. ነፍስ:

1) *halitus*, *anima*. Iob. XLI, 13: *halitus eius accendit prunas*. נֶפֶשׁ חַיָּה halitus vitae Gen. I, 20. 30. Inde *odor*, qui exhalatur, max. suavis. עֲצַת נֶפֶשׁ lignum odoratum, בָּתֵּי נֶפֶשׁ Jes. III, 20 Vulg. olfactoriola, qualia e collo et cingulo suspendere solebant mulieres, v. Schroeder de vestitu p. 142 sqq.

2) *anima* (ψυχή), qua corpus vivit quaeque cernitur in *spiritu* ducendo (cf. רוּחַ et lat. *anima* coll. ἄνεμος), inde *vis vitalis*, *vita*. — Gen. XXXV, 18: וַיְהִי בְּצֵאת נַפְשָׁהּ *quum exiret anima eius* i. e. quum animum efflaret. 1 Reg. XVII, 21: תָּשָׁב־נָא נֶפֶשׁ הַיֶּלֶד הַזֶּה עַל קִרְבּוֹ *redeat vita huius pueri in corpus eius*. Exod. XXI, 23:

נֶפֶשׁ תַּחַת נָפֶשׁ *vita pro vita.* Deut. XIX, 21. (Arab. النَّفْسَ بِالنَّفْسِ Cor. 5, 49). Ps. LXIX, 2: בָּאוּ מַיִם עַד נָפֶשׁ *pertingunt aquae usque ad vitam*, in vitae periculum me adducunt, cf. CXXIV, 4: נַחְלָה עָבַר עַל נַפְשֵׁנוּ, et Jer. IV, 10: נָגְעָה חֶרֶב עַד הַנָּפֶשׁ. — *Anima* et vivere dicitur Gen. XII, 13. Ps. CXIX, 175 (cf. iurandi formulam חֵי נַפְשְׁךָ p. 470), et mori Iud. XVI, 30, effundi (quatenus cum sanguine effuso efflatur) Thren. II, 12. Jes. LIII, 12, efflari (v. נָפַח), adde has locutiones: בִּקֵּשׁ נֶפֶשׁ פ' insidiari vitae alic. (v. בִּקֵּשׁ no. 2), לָקַח נ' abstulit vitam (v. לָקַח no. 1, b), *vitam gessit in manu* (v. כַּף no. 1, c), הִכָּה פ' נָפֶשׁ v. נָכָה Hi. no. 2, d, et ita רָצַח נֶפֶשׁ Deut. XXII, 26, הֵשִׁיב נֶפֶשׁ recreavit (v. שׁוּב), de quibus alibi dictum est. Sed huius loci sunt hae formulae, quae ad vitam vel amittendam vel servandam pertinent, a) אֶל־נַפְשׁוֹ propter vitam, ad vitam servandam 1 Reg. XIX, 3. 2 Reg. VII, 7, cf. gr. *τρέχειν περὶ ψυχῆς* Od. 9, 423. Valk. ad Herod. 7, 56. 9, 36, adeoque (de lepore) *περὶ κρεῶν.* Sed Jer. XLIV, 7 est *contra* vitam, in detrimentum vitae. — b) בְּנֶפֶשׁ *cum vitae periculo* (ubi בְּ est part. pretii, pr. um den Preis des Lebens, so dass es das Leben kostet oder kosten kann) 2 Sam. XXIII, 17. XVIII, 13 (Keri). 1 Reg. II, 23: בְנַפְשׁוֹ דִּבֶּר אֲדֹנִיָּהוּ אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה *cum vitae suae periculo Adonias hoc dixit.* Jer. XLII, 20. Thren. V, 9. Prov. VII, 23, cf. בְּרָאשֵׁינוּ 1 Par. XII, 19. Alibi: *pro vita* (ademta) i. e. propter caedem alicuius Jon. I, 14. 2 Sam. XIV, 7. — c) לְנֶפֶשׁ פ' in commodum vitae alic. Gen. IX, 5. Deut. IV, 15. Jos. XXIII, 11.

Alibi *animae* tribuuntur quaecunque ad vitam cibo potuque sustentandam pertinent, vel his opposita sunt. Dicunt igitur *anima mea* cibo potuque *satiatur* Prov. XXVII, 7. Jes. LV, 2, *pinguefit* Prov. XI, 25. XIII, 4, *explevit animam* i. e. satiavit Prov. VI, 30, et contra: *anima mea esurit* (Prov. X, 3. XXVII, 7), *marcescit* Ps. XXXI, 10, *sitit* (Prov. XXV, 25), *ieiunat* (Ps. LXIX, 11), *abstinet* a cibis quibusdam (Lev. XXX, 3), iis *inquinatur* Ez. IV, 14, *taedet animam* Num. XXI, 5. Iob. VI, 7. X, 1. Zach. XI, 8, neque non *anima vacua* h. e. esuriens Jes. XXIX, 8 (arab. على ريق نفسي quum anima mea vacua esset i. e. quum ieiunus essem), *anima arida* h. e. sitiens Num. XI, 6, *animam* (h. e. fauces esurientes) *magno hiatu diduxit.* Jes. V, 14. Hab. II, 5. Trop. נֶפֶשׁ est id quo vita sustentatur, *alimentum*, *βίος* Jes. LVIII, 10, cf. Deut. XXIV, 6.

Passim נֶפֶשׁ et רוּחַ ita opponuntur, ut illud bestiis, hoc hominibus tribuatur (Iob. XII, 10), sed alibi רוּחַ ad bestias quoque refertur (Eccl. III, 21). De anima a corpore separata (umbra, manibus) נֶפֶשׁ dicitur Iob. XIV, 22. Ceterum quod Hebraei animae sedem in sanguine esse putabant (Lev. XVII, 11: כִּי נֶפֶשׁ הַבָּשָׂר בַּדָּם הוּא, quam ipsam ob caussam sanguinis esus vetitus erat Gen. IX, 4. 5. Deut. XII, 23), id mirum videri non potest, quum profuso sanguine etiam vita profusa sit (Ovid. Fast. 5, 469: animam *per vulnera* reddit), eademque opinio Graecorum quoque poëtis adeoque philosophis et medicis placuit (v. Sprengel Beiträge zur Gesch. d. Arzneikunde I, fasc. 3. p. 202 sqq.). Sic etiam Arabes dicunt: *fluit anima eius* (سالت نفسه) pro: sanguis eius, *profundere animam* pro *sanguinem* poët. ap. Abulf. Ann. 1, 336. Hamas. 468. Ibn Doreid. p. 88. Et Cod. Nasar. 1, 192 lin. 14 sanguis memoratur in corpore loquens.

3) *animus*, utpote sedes sensuum, affectuum et commotionum varii generis i. q. לֵב no. 1, b, quocum saepe copulatur, v. c. Deut. IV, 29: *colas deum tuum* בְּכָל־לְבָבְךָ וּבְכָל־נַפְשֶׁךָ XXVI, 16. XXX, 10. 1 Reg. II, 4. Ita ei tribuitur amor (Jes. XLII, 1. Cant. I, 7. III, 1—4. Gen. XXXIV, 3), gaudium (Ps. LXXXVI, 4), timor (Jes. XV, 4. Ps. VI, 4), pietas in Deum (Ps. LXXXVI, 4. CIV, 1. CXLIII, 8), fiducia (Ps. LVII, 2), desiderium (Ps. XLII, 3. LXIII, 2), concupiscentia tum cibi Ps. LXXVIII, 18. Prov. VI, 30. X, 3. Mich. VII, 1. Deut. XII, 20. 21 (unde בַּעַל נֶפֶשׁ homo avidus Prov. XXIII, 2, canes עַזֵּי נֶפֶשׁ Jes. LVI, 11) tum rei venereae Jer. II, 24. Ez. XXIII, 18, tum denique caedis et vindictae Ps. LXXVII, 9. XXVII, 12. XLI, 3. CV, 22. Exod. XV, 9, cf. Prov. XXI, 10, it. odium Jes. I, 14. Ps. XVII, 9, contemtus Ez. XXXVI, 5. Jes. XLIX, 7, ultio Jer. V, 9, tristitia Iob. XXVII, 2. XXX, 25. Virtutis bellicae sedes est in his, quibus poëta animum suum alloquitur Iud. V, 21: תִּדְרְכִי נַפְשִׁי עֹז *conculca, anima mea, robustos.* Jer. IV, 19: כִּי קוֹל שׁוֹפָר שָׁמַעַתְּ נַפְשִׁי *quia vocem tubae audis, o anima mea.* De animi sensibus in universum dr. Ex. XXIII, 9: יְדַעְתֶּם אֶת־נֶפֶשׁ הַגֵּר *vos novistis animum peregrini,* quid animi sit hominibus peregrinis. Iob. XVI, 4: לוּ יֵשׁ נַפְשְׁכֶם תַּחַת נַפְשִׁי *utinam sentiretis vos quod ego sentio,* wäre euch nur zu Muthe, wie es mir ist. 1 Sam. I, 15: *animum meum effudi coram Jehova*, h. e. intimos animi sensus Jehovae aperui. Prov. XII, 10.

Voces etiam, quibus animi sensus significantur, animo tribui solent, itaque animus lacrimari dicitur Ps. CXIX, 28, in lacrimas effundi Iob. XXX, 16, vindictam clamare XXIV, 12, et contra fausta adprecari Gen. XXVII, 4. 25. Paulo rarius *animo* tribuuntur, quae pertinent a) ad *sentiendi et agendi rationem*, ut fastus (רְחַב נֶפֶשׁ Prov. XXVIII, 25), patientia et impatientia (אָרְכָה נַפְשִׁי patiens sum, קָצְרָה נַפְשִׁי impatiens sum, v. אָרַךְ, קָצַר; b) ad *voluntatem et consilium* Gen. XXIII, 8: אִם־יֵשׁ אֶת־נַפְשְׁכֶם *si est apud animum vestrum* h. e. si constituistis apud animum vestrum. 2 Reg. IX, 15. 1 Paral. XXVIII, 9: בְּנֶפֶשׁ חֲפֵצָה *lubenti animo.* c) ad *intellectum* et *cogitandi facultatem* Ps. CXXXIX, 14: *bene novit animus meus.* Prov. XIX, 2: בְּלֹא דַעַת נֶפֶשׁ *ubi deest intellectus* (wo kein Verstand ist). 1 Sam. XX, 4: *quid cogitat animus tuus.* Deut. IV, 9: *custodi animum tuum, ne obliviscaris.* Thren. III, 20; quae omnia de *corde* magis frequentantur (v. לֵב no. 1, litt. c—e).

4) concr. *animans*, cui anima (נֶפֶשׁ) inest. Jos. X, 28: כָּל־הַנֶּפֶשׁ *omne animans* V. 30. 32. 35. 37. Passim

plenius dr. נֶפֶשׁ חַיָּה Gen. I, 24. II, 7. 19. Ez. XLVII, 9, additoque articulo נֶפֶשׁ הַחַיָּה Gen. I, 21. IX, 10 pr. *animans vitae* i. e. vita praeditum (lebendige Seele = lebendiges Wesen), *animans vivum* II, 7, saepius collect. *animantia viva*, de animalibus excepto homine Gen. I, 21. 24. IX, 10. 12. 15. Lev. XI, 10 (semel eo incluso Gen. IX, 16), in qua formula bene observandum, חַיָּה esse genit. substantivi חַיָּה (*vitae*), non fem. adiectivi חַי (*viva, vivum*), ita ut נֶפֶשׁ חַיָּה (ψυχὴ ζωῆς Apoc. XVI, 3, non ψυχὴ ζῶσα 1 Cor. XV, 45), aeque ac נֶפֶשׁ, utriusque sexus sit, et cum masculino coniungi queat. His illustrantur verba Gen. II, 19, in quibus haeserunt interpretes: וְכֹל אֲשֶׁר יִקְרָא לוֹ הָאָדָם נֶפֶשׁ חַיָּה הוּא שְׁמוֹ *et quomodocunque Adamus appellaret ea, animalia, hoc nomen eorum*, namque לוֹ et שְׁמוֹ referuntur ad נֶפֶשׁ חַיָּה, quod per appositionem additum est pronomini לוֹ. Spec. est *homo* max. in certis quibusdam formulis, in quibus etiam nos *animae* vc. utimur, ut גָּנַב נֶפֶשׁ furari hominem (cf. nostr. Seelenverkäufer) Deut. XXIV, 7, אָכַל נֶפֶשׁ vesci hominibus Ez. XXII, 25, praeterea a) in legibus. Lev. IV, 2: נֶפֶשׁ כִּי תֶחֱטָא *si qua anima* (i. e. si quis) *peccaverit* Lev. V, 1. 2. 4. 15. 17. VI, 2, cf. formula נִכְרְתָה הַנֶּפֶשׁ הַהִיא מֵעַמֶּיהָ s. v. כָּרַת Niph. no. 2. — b) in censu populi, ut שִׁבְעִים נֶפֶשׁ septuaginta capita Ex. I, 5. XVI, 16. Gen. XLVI, 18. 27. Deut. X, 22 al. (gr. ψυχαί Act. II, 41. VII, 14. XXVII, 37. 1 Petr. III, 20), ubi opponuntur pecudes, plenius נֶפֶשׁ אָדָם Num. XXXI, 46. 1 Par. V, 21. Opp. bonis, opibus Gen. XIV, 21: תֶּן־לִי הַנֶּפֶשׁ וְהָרְכֻשׁ קַח־לָךְ *da mihi animas* (captivos intelligit), *opes tibi habeto*. (Sic arab. نفوس homines, opp. انفاس bonis vit. Tim. II, 100 Mang.). — c) de mancipiis, Gen. XII, 5: הַנֶּפֶשׁ אֲשֶׁר־עָשׂוּ בְחָרָן *mancipia Charane acquisita*, plenius נֶפֶשׁ אָדָם Ez. XXVII, 13, gr. ψυχαὶ ἀνθρώπων Apoc. XVIII, 13. 1 Macc. X, 33. — d) נֶפֶשׁ מֵת pr. anima mortui i. e. *mortuus quis* (cf. litt. a), cadaver. Num. VI, 6: עַל־נֶפֶשׁ מֵת לֹא יָבֹא *ad mortuum ne veniat*. מֵת in hac formula genitivum esse, apparet ex his Lev. XXI, 11: עַל כָּל־נַפְשֹׁת מֵת לֹא יָבֹא *ad cadavera ne accedat*. Inde formula טָמֵא לָנֶפֶשׁ Num. V, 2. IX, 6. 7. 10 et טְמֵא נֶפֶשׁ Lev. XXII, 4. Hagg. II, 13 pollutus mortuo, qui tactu cadaveris se contaminavit. Cf. Num. XIX, 13: כָּל הַנֹּגֵעַ בְּמֵת בְּנֶפֶשׁ הָאָדָם אֲשֶׁר יָמוּת *quicunque appropinquat mortuo, homini qui mortuus est*. (Fortasse ab hoc usu pendet talmud. נֶפֶשׁ Buxt. p. 1337 et syr. ܢܦܫܐ 1 Macc. XIII, 28 monumentum sepulcrale, quod dictum videtur pro בֵּית נֶפֶשׁ).

5) Cum suff. נַפְשִׁי, נַפְשְׁךָ cet. passim est: ego *ipse*, tu *ipse*. (Cf. arab. نَفْس de personis et rebus; sanscr. *âtman* anima, ipse; et germ. *selb*, selber, selbst, suec. *sjel*, quae eiusdem stirpis sunt atque *Seele* anima, v. Adelung. lex. IV, 47). Jes. XLVI, 2: נַפְשָׁם בַּשְּׁבִי הָלָכָה *ipsi in captivitatem migrant*. Hos. IX, 4 (sed cf. Prov. XXVII, 7. Jes. LV, 2). Etiam reflex. נַפְשִׁי me ipsum. Iob. IX, 21: לֹא אֵדַע נַפְשִׁי. Praeterea saepe annotant interpretes, נַפְשִׁי, נַפְשְׁךָ dici pro pronomine pers. אֲנִי, אַתָּה, sed paene cuncta, quae laudant, exempla expedienda sunt ex iis, quae observavimus no. 2. 3. Creberrime ponitur in eiusmodi sententiis quae ad vitam in discrimen vocatam pertinent. Ps. III, 3: *multi dicunt de me* (לְנַפְשִׁי), *auxilium ei non superest*. XI, 1: *cur mihi* (לְנַפְשִׁי) *dicitur: aufuge in montes*. Jes. III, 9: אוֹי לְנַפְשָׁם *vae iis* (pr. vitae eorum). Ps. VII, 3. XXXV, 3. 7. CXX, 6, cf. Jes. LI, 23: *qui dicunt tibi* (לְנַפְשֵׁךְ): *prosterne te, ut transeamus*. Ps. CV, 18: בַּרְזֶל בָּאָה נַפְשׁוֹ *in vincula ingressa est anima eius* i. e. in vincula eam coniecerunt, in quibus langueret anima eius. Semel נַפְשִׁי et רוּחִי ad pronominis naturam tam prope accedunt, ut adeo cum primae personae verbo construantur Jes. XXVI, 9, cf. עַבְדְּךָ sq. 1 pers. Gen. XLIV, 32.

נָפִישׁ (recreatus) n. pr. filii Ismaëlis Gen. XXV, 15, et posterorum eius 1 Par. V, 19.

נֹפֶת v. נוּף.

נֹפֶת v. נוּף.

נַפְתּוּלִים v. rad. פָּתַל.

נַפְתֻּחִים n. pr. gentis aegyptiacae Gen. X, 13. 1 Par. I, 11, idque satis obscurum, quod etiamnum nemo felicius explicavit quam Bochartus (Phaleg IV, 29) et, qui eius vestigiis institerunt, Jablonskius (Panth. Aegypt. lib. 5 c. 3. Opuscc. T. I. p. 161) et J. D. Michaëlis (spicileg. I, 269). Conferunt hi nomen deae Aegyptiacae Νέφθυς, quae uxor Typhonis erat, cui una cum marito eae Aegypti partes, quae mare rubrum attingebant, consecratae erant, imo Nephthyos nomen id ipsum significare tradit Plutarchus de Iside p. 355 extr. p. 96 ed. Squire): Νέφθυν καλοῦσι τῆς γῆς τὰ ἔσχατα καὶ παρόρια καὶ ψαύοντα τῆς θαλάττης. Διὸ καὶ τελευταίην ἐπονομάζουσι τὴν Νέφθυν καὶ Τυφῶνι δε συνοικεῖν λέγουσιν, quod quidem etymon Jablonski illustrat ex aegypt. ⲠⲈϤ-ⲐⲀϢ terminalis, a ⲐⲀϢ, ⲐⲞϢ finis, terminus [etiam provincia Aegypti, νομός, Peyron Lex. p. 56]. Fuerint igitur *populi terminales* ad mare rubrum habitantes, possitque hoc nominis etymon etiam ab iis retineri, qui Nephthyn deam arcessere nolint. Vett. intpp. vix habent, quod bonae frugis sit. LXX. Νεφθαλιείμ, sed Compl. Νεφθουείμ. Targ. Jonath. et Targ. Paralipom. פנטסכנאי i. e. Pentaschoenitae a Pentaschoeno, qui pagus fuit inter Pelusium et Casium montem.

נַפְתָּלִי Naphtali, v. rad. פָּתַל.

נָצָא v. נָצָה no. I.

נָצַב i. q. יָצַב *statuit, posuit*. Arab. نصب Conj. I. II. id. Conj. V. VIII. positus, statutus est, نُصْب, نَصْب res erecta, statua, نَصْبَة id. (Conjugationis Kal

exemplum exstare videtur in lingua Phoenicia, inscr. Melit. 3, lin. 1). Chald. et syr. plantavit.

Niph. נִצַּב 1) *positus est*, sq. עַל *praepositus est* alicui 1 Sam. XXII, 9: וְהוּא נִצָּב עַל עַבְדֵי שָׁאוּל. Ruth II, 5. 6. Part. נִצָּב subst. *praefectus* 1 Reg. IV, 5. 7. V, 30. IX, 23. 2 Par. VIII, 10. — 2) *adstitit*, *constitit* (sich hinstellen, hintreten) Exod. VII, 15. XVII, 9. XXXIII, 21; sq. dat. *stitit se* alicui, ib. XXXIV, 2: וְנִצַּבְתָּ לִי שָׁם *ibique siste te mihi*; it. *surrexit* (auftreten) de Deo ad iudicium surgente Jes. III, 13. Ps. LXXXII, 1. — 3) *stetit*, de personis Gen. XVIII, 2. XXIV, 13. 43. XXVIII, 13. Ex. XVIII, 14. Num. XXII, 23. 31. XXIII, 6. 17. Iud. XVIII, 17. 1 Sam. I, 26. Ps. XLV, 10. Prov. VIII, 2 al., de rebus, ut de mergite Gen. XXXVII, 7, de aquis Exod. XV, 8: נִצְּבוּ כְמוֹ נֵד נֹזְלִים. Sq. עַל stetit *super* aliqua re Jes. XXI, 8, apud aliquem (vel aliquid) Gen. XLV, 1. 1 Sam. IV, 20. XIX, 20. XXII, 7. 17. Spec. *firmiter stetit*. Ps. XXXIX, 6: כָּל־הֶבֶל כָּל־אָדָם נִצָּב *halitus est omnis homo* utut *firmiter stans*. Alex. ζῶν. Quum Comm. 12 eadem verba brevius repetantur omisso נִצָּב, sunt qui נִצָּב vi sua carere et paene abundare putent, hac sententia: halitus *statutus est* s. *est* homo, quod non probo. Ps. CXIX, 89: לְעוֹלָם יְיָ דְּבָרְךָ נִצָּב בַּשָּׁמָיִם *in aeternum*, *Jova*, *verbum tuum perstat in coelis*. Zach. XI, 16: *pastor* ..... הַנִּצָּבָה לֹא יְכַלְכֵּל (qui) *non sustentat quod stat* i. e. pecus *quod bene valet*, sanum est. Ita LXX. τὸ ὁλόκληρον. Vulg. id quod stat. Sed vide sitne accommodatius ad contextum *non sublevat* (pecus) *quod substitit in via* i. e. *remanet* prae lassitudine, debilitate et morbo, *debile* igitur et *aegrotum*, coll. arab. نَصِبَ lassus fuit, laboravit (pr. substitit, nicht fort können). — Aliud est nomen נִצָּב, q. v.

Hiph. הִצִּיב *stare fecit*. Ps. LXXVIII, 13: וַיַּצֶּב מַיִם כְּמוֹ נֵד *fecit ut starent aquae instar aggeris*, inde a) *erexit*, *statuit* (aufrichten, aufstellen), velut columnam, cippum Gen. XXXV, 14. 20. 1 Sam. XV, 12. 2 Sam. XVIII, 18. 2 Reg. XVII, 10. Jer. XXXI, 21, altare Gen. XXXIII, 20, acervum lapidum 2 Sam. XVIII, 17. Translate 1 Par. XVIII, 3: לְהַצִּיב יָדוֹ בִּנְהַר פְּרָת *ut statueret* fundaret *potentiam suam ad flumen Euphratis*. Dicunt etiam: *erigere* i. e. acuere stimulum, quippe qui cuspide retroflexo obtusus fiat. 1 Sam. XIII, 21. b) *constituit* v. c. fines, terminos Deut. XXXII, 8. Ps. LXXIV, 17. Prov. XV, 25. c) *posuit*, *collocavit* aliquem, aliquid Gen. XXI, 28. 29. Ps. XLI, 13. Thren. III, 12, v. c. portas (die Thore, Thüren einsetzen) Jos. VI, 26. 1 Reg. XVI, 34, laqueum Jer. V, 26.

Hoph. הֻצַּב i. q. Niph. 1) *positus*, *collocatus est* Gen. XXVIII, 12. De loco Iud. IX, 6 v. infra מֻצָּב. Addunt 2) *constitutus est*, laudato loco Nah. II, 8: וְהֻצַּב גֻּלְּתָה הֹעֲלָתָה quem vertunt auctoribus Lud. de Dieu: *sed constitutum est! captiva abducitur* (Ninive). Sed vix dubito, quin וְהֻצַּב ad praecedens comma referendum et a rad. צָבַב repetendum sit, ubi vide.

נִצָּב (pr. part. Niph.) *manubrium*, pugionis Iud. III, 22, ab infigendo dictum (cf. rad. Jos. VI, 26. 1 Reg. XVI, 34). LXX. λαβή. Vulg. capulus. (Arab. نِصَابٌ manubrium cultri).

נִצְבָּא chald. emph. נִצְבְּתָא f. *firmitas*, *durities*. Dan. II, 41: מִן נִצְבְּתָא דִּי פַרְזְלָא לֶהֱוֵא בַהּ *de duritie ferri erit in eo*. Cf. Comm. 42: ex parte erit *firmum* s. *forte* (תַּקִּיף). Gr. Venet. κραταιότης. Aben Esra: נצבתא כמו כח. Etiam Saad. memorat interpretationem per תוקף. — In Targg. נִצְבָּא, נִצַּב est plantatio, planta Jes. V, 7. LX, 21. Iob. XIV, 8. 9. Ez. XVII, 7, f. נִצְבָא Jes. VI, 13, ut syr. ܢܨܒܬܐ, unde Theod. h. l. ῥίζα. Vulg. plantarium. Syr. ܢܨܒܐ. Saad. et Vers. hebr. מצבת (truncus, stirps), quod et ipsum aptam sententiam offert, si modo *stirps* s. *radix* (cf. arab. نِصَابٌ radix, origo, principium rei) metaph. de genere et indole accipiatur, q. d. vom Stamme des Eisens i. e. vom Wesen.

נְצִיב m. pr. positus, positum, inde 1) *praepositus*, *praefectus* (v. rad. no. 1) i. q. נִצָּב. 1 Reg. IV, 19. 2 Par. VIII, 10 Chethibh. — 2) *statio militaris*, *praesidium* (Posten, Besatzung) i. q. מַצָּב, מֻצָּב 1 Sam. X, 5. XIII, 3. 4. 2 Sam. VIII, 6. 14. 1 Par. XI, 16. XVIII, 13. 2 Par. XVII, 2. — 3) *statua*, *cippus* i. q. מַצֵּבָה, arab. نَصْبٌ, نُصْبٌ, نُصُبٌ, نَصِيبَةٌ. Gen. XIX, 26: וַתְּהִי נְצִיב מֶלַח. Cod. Sam. [Samaritan] omisso Jod more Arabum in hoc vc. LXX. καὶ ἐγένετο στήλη ἁλός. Onk. הֲוָת קָמָא דִמְלַחָא. Vulg. *et versa est in statuam salis* sc. fossilis, cuius frusta varie formata in vicinia maris mortui sparsa iacent. Vide Legh in Macmichael Journey (p. 205): „the sides of high mountain-ridges were sometimes formed of pure rock-salt, fragments of which had rolled down or were seen hanging in other places as stalactites from the perpendicular sections of the rocks.“ De statua salis verba ista constanter acceperunt recentiores quoque (Sap. 10, 7. Joseph. Ant. I, 11 §. 4. Iren. haeres. IV, 51), neque profecto est quod hodie refellantur interpretationes, quales in medium protulerunt Clericus (fuit infixa in solo salso, sie blieb stecken im Salze, pro וַתְּהִי נְצִיב בַּמֶּלַח), Ilgenius (incidit in lacum salis, pro ותהי בנציב מלח, a הָיָה = هَوِيَ cecidit, نَصِيبٌ receptaculum aquae) al. — 4) n. pr. oppidi in tribu Iudae, quod teste Eusebio novem (sec. Hieron. septem) miliaria aberat ab Eleutheropoli Hebronem versus. Jos. XV, 43.

צוֹבָה, raro **צֹבָה** 2 Sam. XXIII, 36, **צוֹבָא** X, 6 (pro נְצוֹבָה statio, Nun abiecto) n. pr. civitatis Syrae, plene אֲרַם צוֹבָה dictae 2 Sam. X, 6. 8. Ps. LX, 2, cuius regibus a Saulo (1 Sam. XIV, 47), Davide (2 Sam. VIII, 3. 5. X, 6. 1 Par. XVIII, 5. 9), Salomone (2 Par. VIII, 3) bellum illatum est. Damasco vicina fuisse, Hamatham (v. חֲמָת) comprehendisse (1 Par.

XVIII, 3, unde חֲמַת צוֹבָה 2 Par. VIII, 3) et ad Euphratem usque pertinuisse videtur 2 Sam. VIII, 3. 1 Reg. XI, 23, licet vetus nomen Graecorum tempore perierit. Syri quidem et medii et recentioris aevi (v. Assem. bibl. III, 2 p. DCCLXVII) Zobam *Nesibin* esse existimabant, haud scio an utriusque nominis similitudine communique etymo decepti (nam *Nesibis* s. *Nisibis*, نصيبين, ܢܨܝܒܝܢ *stationes* significat, ut צוֹבָה pro נְצוֹבָה, quam sententiam nostra aetate ita tuitus est J. D. Michaëlis (de Syria Sobaea, in Comment. Soc. Gott. per annos 1763—1768 praelectis, no. 12. Supplemm. 2073), ut a plerisque probaretur: sed huius urbis situm in septentrionali Mesopotamia cum V. T. locis laudatis conciliari non posse, recte observarunt Hyde ad Peritsol itin. mundi p. 60 not. 5 et Rosenmüller, bibl. Alterthumskunde I, 2 p. 144. 249. Non magis probandi sunt Josephus, qui *Sophenen* interpretatur, et Rabbini, ut Benjamin Tudelensis, qui *Halebum* intelligebant.

צִיבָא (pro נְצִיבָא statua) n. pr. servi Sauli regis 2 Sam. IX, 2. XVI, 1.

מַצָּב cstr. מַצַּב, et sic semel absol. 1 Sam. XIV, 15 m. *statio*, a) locus ubi aliquid stat Jos. IV, 3. 9. b) *statio militaris*, *praesidium* i. q. נְצִיב no. 2. 1 Sam. XIII, 23. XIV, 1. 4. 6. 11. 15. 2 Sam. XXIII, 14. c) *munus* alicui demandatum (nostr. Posten) Jes. XXII, 19.

מֻצָּב (pr. part. Hoph.) m. *statio militum*, *praesidium*, στάσις Jes. XXIX, 3. Eodem referas Iud. IX, 6: אֵלוֹן מֻצָּב אֲשֶׁר בִּשְׁכֶם *quercus stationis quae est in Sichem*, ita appellata, ut videtur, a statione militari, quae ibi esse soleret. Aliis מֻצָּב h. l. est i. q. מַצֵּבָה quercus monumenti coll. Jos. XXIV, 26. Hieron. *quercus quae stabat in Sichem*, quasi scriptum esset אֵלוֹן אֲשֶׁר נִצָּב בִּשְׁכֶם.

מַצָּבָה f. 1 Sam. XIV, 12 et **מְצָבָה** f. Zach. IX, 8 i. q. מַצָּב litt. b. *statio* militaris.

מַצֵּבָה cstr. מַצֶּבֶת f. 1) *statua*, max. idoli. מַצֶּבֶת הַבַּעַל statua Baalis 2 Reg. III, 2. X, 27, מַצְּבוֹת בֵּית הַבַּעַל statuae templi Baalis 2 Reg. X, 26, eiusdemque statuae intelligendae sunt, ubi iunguntur מַצֵּבוֹת וַאֲשֵׁרִים statuae (Baalis) et Astartae (ut alibi בְּעָלִים וַאֲשֵׁרִים) Deut. VII, 5. XII, 3. 1 Reg. XIV, 23. 2 Reg. XVII, 10. XVIII, 4. XXIII, 14. 2 Par. XIV, 2. XXXI, 1. Omnino de statuis idolorum Ex. XXIII, 24. Lev. XXVI, 1. Deut. XVI, 22. Hos. III, 4. X, 1. Mich. V, 12. מַצְּבוֹת עֻזֵּךְ statuae tuae splendidae Ezech. XXVI, 11. — 2) *cippus* lapideus Gen. XXVIII, 18. 22. XXXI, 13. 45. Ex. XXIV, 4. Jes. XIX, 19. מַצְּבוֹת בֵּית שֶׁמֶשׁ cippi Heliopoleos, de obeliscis Jer. XLIII, 13.

מַצֶּבֶת absol. 2 Sam. XVIII, 18. Jes. VI, 13 et cstr., c. suff. מַצַּבְתָּהּ Jes. l. c. f. 1) i. q. מַצֵּבָה *cippus* Gen. XXXV, 14, spec. sepulcralis ib. Comm. 20, de monumento in vivis posito 2 Sam. XVIII, 18. (De cippo sepulcrali persaepe in cippis Phoeniciis, v. monumm. Phoen. p. 353). — 2) *truncus* arboris Jes. VI, 13.

נָצַג v. יָצַג.

נָצָה 1) pr. *volavit* i. q. נוּץ et נָצַץ no. 3. Bis in verbo. Jer. XLVIII, 9: *date alam Moabo, nam* נָצֹא תֵּצֵא *avolando exibit*, נָצֹא pro נָצֹה, ut magis congrueret cum תֵּצֵא. Est enim lusus verborum in צִיץ, נָצֹא, תֵּצֵא. Thren. IV, 15: כִּי נָצוּ גַּם נָעוּ, quod huc referendum est cum Kimchio al., non ad נוּץ, ut feci p. 867 invitis certe accentibus, quum נָצוּ sit Milra. Inde נוֹצָה penna avium, et arab. ناصية pluma avium, dein antiae s. capronae, coma frontis propendula et qs. volitans. Ab hoc nomine ductum est

2) arab. نصا et نصا antiis aliquem prehendit et vellit, Conj. III. antiis prehensis altercavit, aeth. ነጸየ: evellit barbam (Haare und Bart zausen). Inde aram. ܢܨܐ, נְצָא i. q. רִיב (raufen) altercatus est, rixatus est, arab. تناصا Conj. VI. id. (pr. sich zausen, raufen), v. Hiph. et Niph. Inde

3) *vastavit* oppidum, pr. domos *divellit*, *disiecit* (pr. zerzausen, zerwerfen). In Kal pass. Jer. IV, 7: עָרַיִךְ תִּצֶּינָה *oppida tua vastabuntur*. LXX. καθαιρεθήσονται, v. Niph. no. 2.

Hiph. הִצָּה *rixatus est*, *disceptavit*. Vide rad. no. 2. Num. XXVI, 9: בְּהַצֹּתָם עַל־יְיָ *quum disceptarent cum Jehova*; inde *bellum gessit*. Ps. LX, 2: בְּהַצּוֹתוֹ אֶת־אֲרַם נַהֲרַיִם *quum bellum gereret cum Mesopotamia*.

Niph. נִצָּה 1) *altercatus est* alter cum altero. Deut. XXV, 11: כִּי יִנָּצוּ אֲנָשִׁים יַחְדָּו *si viri invicem rixantur*. Ex. II, 13. XXI, 22. Lev. XXIV, 10. 2 Sam. XIV, 6. — 2) *divulsus*, *vastatus est*, vide rad. no. 3. 2 Reg. XIX, 25: גַּלִּים נִצִּים *rudera divulsa* s. disiecta. Jes. XXXVII, 26.

נוֹצָה f. I) *penna* Ez. XVII, 3. 7. Iob. XXXIX, 13. Sed II) נֹצָה Lev. I, 16 est *excrementum* in ingluvie avis i. q. נוֹצָא quod excernitur (a rad. יָצָא). Ita iam Onk. Targ. Hieros. Pesch. Saad. Cf. Boch. Hieroz. II p. 238.

מַצָּה f. *lis*, *rixa*. Prov. XIII, 10. XVII, 19. Jes. LVIII, 4. Aliud v. sub rad. מָצַץ.

מַצּוּת f. id. Jes. XLI, 12: אַנְשֵׁי מַצֻּתֶךָ *qui tecum litigati sunt*, adversarii tui. (Zab. ܡܨܘܬܐ rixa).

I. נָצַח in Kal inusit. 1) pr. ut videtur, *nituit*, *splenduit*, quam vim habet tum syllaba צח (v. צָחַח et fortasse מָצַח, فصح), tum נץ (v. נָצַץ, נוּץ). Syr. ܢܨܚ vicit, sed pr. splenduit, unde ܢܨܝܚܐ illustris, λαμπρός, κράτιστος, vox crebra in titulis virorum illustrium, v. Michaëlis

ad Castell. p. 562, et ܢܨܘܚܐ vox canora pr. clara, Lex. Adl. صوت رايق. Inde נֵצַח no. 1 splendor. Primaria illa notio 2) refertur ad *splendide facta*, ad *victoriam*, *maiestatem*, *robur*, quod cum splendore coniunctum esse solet (cf. עֹז, עָזַז). Inde chald. et syr. *vicit* (v. infra ad rad. chald.), et hebr. Pi. potens fuit, praefuit. Eadem refertur 3) ad *puritatem*, *sinceritatem* et *fidem*. Aeth. ንጽሐ: purus, mundus fuit, ንጹሕ: purus, castus. Arab. نصح purus, sincerus, fidelis fuit. Vide נֵצַח no. 2. — Accedit in Hebraismo 4) notio *firmitatis* et *perpetuitatis*, perfrequens in nomine נֵצַח no. 3, quae vel a robore proficiscitur (no. 2), vel a fide, cui inniti aliquid potest (cf. נֶאֱמָן perennis). Hebraeorum lexicographi *roboris* significatum (no. 2) primarium faciunt.

Pi. נִצַּח 1) *praefuit*, ut ministerio templi, operariis 2 Paral. XXXIV, 12, sq. עַל 1 Paral. XXIII, 4: לְנַצֵּחַ עַל מְלֶאכֶת בֵּית יְהוָה *ut praeessent negotio domus Dei.* Esr. III, 8. 9: לְנַצֵּחַ עַל עֹשֵׂה הַמְּלָאכָה *ut praeessent operariis.* Part. מְנַצֵּחַ praefectus 2 Par. II, 1. 17. XXXIV, 13. In libris Regum pro eo dicitur נִצָּב. — 2) spec. *cantum praeivit.* 1 Par. XV, 21: *et Mattathias .... canebant citharis in octava* (i. e. tono gravi, ima voce, *nel basso*) לְנַצֵּחַ *ita ut praecinerent* i. e. cantum regerent. Luth. *vorzusingen.* (Opposita sunt V. 19 לְהַשְׁמִיעַ Luth. helle zu singen, et V. 20: עַל עֲלָמוֹת *voce virginea*, nel soprano). Hinc לַמְנַצֵּחַ, quod est in titulis 53 psalmorum et Hab. III, 19 praeeuntibus Abulwalide, Kimchio, Raschio, Aben Esra plerique reddunt: *praecentori* sc. tradendum est hoc carmen, ut eo duce canatur; quo redit quoque Targ. לְשַׁבָּחָא *ad canendum.* Abulw. للرئيس praefecto. Kimchi: לבעל השיר וניגון. Atque haec sententia reliquis praestat. Modo enim absolute ponitur addito tantummodo auctore carminis ut לַמְנַצֵּחַ לְדָוִד Ps. XI. XIII. XIV. XVIII — XXI. XXXI. XXXVI. XL. XLI. XLII. XLIV. XLVII. XLIX. LI. LII. LXIV — LXVI. LXVIII. LXX. LXXXV. CIX. CXXXIX. CXL, modo addi solet vel instrumentum (בִּנְגִינוֹת Ps. IV. VI. LIV. LV. LXVII. LXXVI, עַל הַגִּתִּית VIII. LXXXI. LXXXIV, עַל שֹׁשַׁנִּים Ps. XLV. LXIX. LXXX, אֶל הַנְּחִילוֹת Ps. V, עַל מָחֲלַת Ps. LIII), vel initium carminis ad cuius modos psalmus canendus est (v. Ps. XXII. LVI — LIX. LXXV), vel denique vox tonusque gravior acutiorve, עַל עֲלָמוֹת Ps. XLVI, עַל הַשְּׁמִינִית Ps. XII (bis sequitur עַל יְדוּתוּן Ps. LXII, 1. LXXVII, 1, semel לִידוּתוּן XXXIX, 1, ubi iungunt: *praefecto Jeduthunaeorum;* nisi ידותון in hac formula etiam pro instrumenti vel modi musici nomine habendum): neque negligendum est, hanc inscriptionem a sequioris aetatis carminibus post interitum templi et cultus sacri compositis prorsus fere abesse. Non recentioris aevi terminum esse, ex eo etiam colligi potest, quod significatio eius interpretes Graecos prorsus latuit, quippe qui in alia omnia abeant. LXX. εἰς τὸ τέλος, quo alibi reddunt לָנֶצַח. Aqu. Ps. IV pro לַמְנַצֵּחַ בִּנְגִינוֹת τῷ νικοποιῷ ἐν ψαλμοῖς ex usu linguae chaldaeae (q. v.), neque enim audiendus Fischerus (spec. clavis in Verss. gr. 66), qui gr. νικοποιός h. l. magistrum organorum musicorum interpretatur, graecae voci contra originem eam significationem tribuens, quae hebraeae conveniret. Idem etymon sequuntur Symm. ἐπινίκιος (sc. ψαλμός). Theod. εἰς τὸ νῖκος, vid. Orig. Hexapla I, p. 476. Montf. Plane abiicienda videtur ea sententia, de qua מְנַצֵּחַ non part., sed infinitivus more Chaldaeo formatus esse statuitur (cf. chald. Dan. V, 12): obstat enim articulus in forma לַמְנַצֵּחַ (pro לְהַמְנַצֵּחַ) latens.

Niph. perpetuus fuit, v. Kal no. 4. Jer. VIII, 5: מְשֻׁבָה נִצַּחַת *defectio perpetua.*

II. **נָצַח** arab. نضح et نضخ *sparsit*, max. aquam Amrulk. 64. Koseg. chr. 24, lin. 9. نضح ما على وجه, aeth. ንዝሐ: 1 Petr. I, 2. Hebr. XI, 28. XII, 24 id. Cognatum est נָזָה. Congruit aegypt. idque memphit. ⲛⲟϫϧ et ⲛⲟⲩϫϧ aspergere, ῥαίνειν. Vide נֵצַח no. II.

נְצַח chald. *vicit.* Pe. et Pa. in Targg. saepe. Ithpe. id. Dan. VI, 4, cf. Ez. XXXI, 7. 8 Targ., נִצְחָן victoria, triumphus. Syr. ܢܨܚ id. quod Lex. Adl. explicat غلب ظفر انتصر. Pa. vincere fecit, ܢܨܚ, ܢܨܘܚܐ victor, ܢܨܚܢܐ victoria, splendide factum.

I. **נֵצַח** Ps. XLIX, 20. 1 Sam. XV, 29. Jes. XXXIV, 10, vulgo

נֶצַח, etiam in Pausa נָצַח Ps. XIII, 2. X, 11. XVI, 11. XLIV, 24. XLIX, 10. LXVIII, 17. LXXIV, 1. 10. 19, c. suff. נִצְחִי Thren. III, 18 m. 1) *splendor* 1 Par. 29, 11: לְךָ יְיָ הַגְּדֻלָּה וְהַתִּפְאֶרֶת וְהַנֵּצַח. LXX. Vulg. νίκη, *victoria* (ex usu syr.), sed bene Pesch. ܙܗܘܐ *splendor.* — 2) *sinceritas*, *fides*, vide rad. no. 3 (arab. نصوح sincerus). Hab. I, 4: לֹא יֵצֵא לָנֶצַח מִשְׁפָּט *non exit* i. e. pronunciatur, dicitur *ius secundum sinceritatem.* Pesch. ܒܬܪܝܨܘܬܐ cum sinceritate. Jarchi: לאמתו secundum veritatem. Simile est Jes. XLII, 3: לֶאֱמֶת יוֹצִיא מִשְׁפָּט. It. *fiducia.* Thren. III, 18: אָבַד נִצְחִי *periit fiducia mea.* Parall. תּוֹחַלְתִּי. Targ. תוקפי robur meum. Abulw. رجائي *spes mea.* Translate *is in quo fiducia reponitur*, de Deo. 1 Sam. XV, 29: וְגַם נֵצַח יִשְׂרָאֵל לֹא יְשַׁקֵּר *et fiducia Israëlis non mentitur.* (Vulg. triumphator in Israël, ex usu Syro). Nonnulli huc referunt etiam Prov. XXI, 28, sed ibi sententia est: *testis mendax perit, sed qui vere audivit* (testis verax) *loquetur in perpetuum*, diu vivet. — 3) *perpetuitas*, *perpetuum* (v. rad. no. 4). Inde עַד נֶצַח Ps. XLIX, 20, et לָנֶצַח in perpetuum 2 Sam. II, 26. Iob. IV, 20. XIV, 20. XX, 7. XXIII, 7. XXXVI, 7. Ps. IX, 7. 19. X, 11. XLIV, 24. LXVIII, 17. LXXIV, 1. 19. LXXVII, 9. CIII, 9. Prov. XXI, 28. Jes. XIII,

20. XXXIII, 20. LVII, 16. Jer. III, 5. L, 39. Thren. V, 20. Am. VIII, 7, rarius נֵצַח (acc.) id. Ps. XVI, 11. Jer. XV, 18. Am. I, 11. Targ. fere ubique: לְעָלְמָא, לעלמין. LXX. εἰς τέλος. Vulg. in finem. — Jes. XXXIV, 10: לְנֵצַח נְצָחִים *in omne aevum*. Passim, pariter atque לְעוֹלָם, עַד עוֹלָם, non *perpetuum*, sed *diuturnum* tempus significat. Ps. XLIX, 10: ויחי עוד לָנֶצַח *ut vivat adhuc diu*. Iob. XXXIV, 36. Quod in perpetuum fit, id perficitur, absolvitur, unde 4) LXX et Vulg. נֵצַח saepissime τέλος, *finis*, interpretantur, recentiores non pauci *perfectio*, adv. לָנֶצַח, נֵצַח *prorsus* (ganz und gar). Ps. XIII, 1: עַד אָנָה יְיָ תִּשְׁכָּחֵנִי נֶצַח *quousque, Jova, oblivisceris mei penitus?* Luth. wie lange willst du mein *so gar* vergessen? Et ita לָנֶצַח post *quousque?* LXXIV, 10. LXXIX, 5. LXXXIX, 47. Sed nescio an recte observet Maurerus (ad Jer. VIII, 5), etiam his locis longe creberrimum perpetuitatis significatum retineri posse, si hunc illorum locorum sensum esse statuimus: *quousque* a consilio tuo, perpetuo mei obliviscendi, nobis perpetuo irascendi, te perpetuo abscondendi non desistes? Idem dicendum est de aliis locis, quos primo obtutu ad *perfectionis* significatum referas, velut Ps. LXXIV, 3. Iob. XXXIV, 36. Contra eidem viro docto etiam Hab. I, 4 vulgarem illum significatum adhibenti non assentio. Sinceritatis enim et fidei notionem tuentur tum etymon tum loci similes supra (no. 2) laudati.

II. נֵצַח c. suff. נִצְחִי m. *succus*, *liquor*, quem *spargunt* uvae calcatae, Jes. LXIII, 3. 6, v. rad. no. II. A *spargendo* hanc vocem primus duxit Alb. Schult. Opp. min. p. 287. Hebraei observant, *succum* uvae poët. *robur* eius (v. rad. no. 2) appellatum esse (cf. כֹּחַ Gen. IV, 12. Iob. XXXI, 39), quod etiam ipsum haud ineptum est. Abulw. נִצְחָם أراد دمهم لان به تكون القوة والحياة *dicere vult sanguinem eorum, quia in eo inest robur et vita.*

נְצִיחַ (i. q. نَصِيح i. e. λαμπρός, κράτιστος) n. pr. viri Esr. II, 54. Neh. VII, 56.

נָצַל in Kal inusit. pr. *extraxit*, *evellit*, cogn. שָׁלַל, נָשַׁל. Arab. نصل II. exemit, eduxit rem v. c. festucam ex oculo, dentem (v. Reiske ad Abulf. Ann. IV p. 334): detraxit cuspidem de hasta (Pococke ad Togr. p. 100). IV. V. id. et translate Conj. II. liberavit a crimine, Conj. I. V. liberatus est; نصل exemit. Aeth. ፈጸለ: avellit, abrupit.

Pi. 1) *diripuit*, *spoliavit* a) 2 Par. XX, 25: וַיְנַצְּלוּ לָהֶם לְאֵין מַשָּׂא *et diripuerunt sibi* tantum quantum *ferre vix poterant.* b) sq. acc. pers. (jemand plündern). Ex. III, 22. XII, 36. — 2) *eripuit* ex periculo, *servavit*, ut vitam suam Ez. XIV, 14, v. Hiph. no. 3.

Hiph. 1) *avellit* 2 Sam. XIV, 6: *altercabantur* (pueri) *in agro* וְאֵין מַצִּיל בֵּינֵיהֶם *neque erat inter eos avellens* (unum ab altero) i. e. divellens eos. — 2) *eripuit*, *abstulit* Hos. II, 11, v. c. praedam l. c. praedam egit 1 Sam. XXX, 22. Sq. מִן Gen. XXXI, 9. 16: *omnes divitiae* אֲשֶׁר הִצִּיל אֱלֹהִים מֵאָבִינוּ *quas eripuit Deus patri nostro*. Ps. CXIX, 43: אַל תַּצֵּל מִפִּי דְבַר אֱמֶת *ne auferas ex ore meo verbum veritatis.* It. *avertit* aliquem ab aliqua re, a via mala, a commercio cum adultera Prov. II, 12. 16. Singulare est הִצִּיל עַיִן פ׳ auferre oculum alic. i. e. eum fallere, subtrahere se oculis eius i. q. גָּנַב לֵב פ׳ (v. גָּנַב). 2 Sam. XX, 6. LXX. σκιάζειν τοὺς ὀφθαλμούς. — 3) *eripuit* aliquem e periculo, *liberavit*, *servavit* aliquem, sq. acc. Ex. XII, 27. 1 Sam. XXX, 18. Jes. XIX, 20. XXXI, 5. XXXVI, 18. XXXVII, 12. Ps. LXXII, 12 al., raro sq. dat. Jon. IV, 6. Saepe in formula: אֵין מַצִּיל non est (erat, erit) liberator Deut. XXXII, 39. Ps. VII, 3. L, 22. LXXI, 11. Jes. V, 29. XLII, 22. Dan. VIII, 4. Hos. V, 14. הִצִּיל נַפְשׁוֹ servavit vitam suam Jos. II, 13. Jes. XLIV, 20. XLVII, 14. Ezech. III, 19. 21. XXXIII, 9. Saepe sq. מִן a) personae, ex cuius potestate aliquis eripitur Ps. XVIII, 49: מֵאִישׁ חָמָס תַּצִּילֵנִי. VII, 2. XVIII, 18. XXXV, 10. LIX, 2. 3. Mich. V, 5, b) rei, *a* qua vel *ex* qua aliquis liberatur v. c. ex aquis Ps. CXLIV, 7, e luto LXIX, 15, e laqueo XCI, 3, ex angustiis 1 Sam. XXVI, 24. Ps. XXXIV, 18, e servitute Exod. VI, 6, ex ore (alic.) 1 Sam. XVII, 35. Ez. XXXIV, 10, vel a morte Ps. LVI, 14. Prov. X, 2. XI, 4. XXIV, 11, a caede Ps. LI, 16, ab orco LXXXVI, 13, a gladio XXII, 21. Saepe dicitur הִצִּיל מִיַּד פ׳ liberavit e manu s. potestate alic. Gen. XXXII, 12. XXXVII, 21. 22. Exod. II, 19. III, 8. XVIII, 10. 1 Sam. XVII, 37, מִכַּף פ׳ 2 Sam. XIX, 10. Ps. XVIII, 1. Jes. XXXVIII, 6.

Hoph. הֻצַּל *ereptus*, *liberatus est*, ut ex igne Am. IV, 11. Zach. III, 2.

Niph. *servatus*, *liberatus est* 2 Reg. XIX, 11. Ps. XXXIII, 16. Jer. VII, 10, sq. מִן, מִיַּד, מִכַּף ex potestate alic. Ps. LXIX, 15. Hab. II, 9. Prov. VI, 5, sq. מִפְּנֵי (ut post verba fugiendi) Jes. XX, 6. Sq. אֶל, liberatus est confugiendo *ad* aliquem, fugit *ad* aliquem Deut. XXIII, 16.

Hithpa. *sibi detraxit* s. *exuit aliquid*, velut mundum, ornamentum Exod. XXXIII, 6. Vide gramm. §. 53, 3 litt. d.

נְצַל chald. Aph. (vel potius Haph.) הַצֵּל i. q. hebr. הִצִּיל *liberavit* Dan. VI, 28. Inf. הַצָּלָה c. suff. הַצָּלוּתֵהּ ib. III, 29. VI, 15. In Targg. ita non reperitur et apud Danielem ex Hebraismo positum est.

הַצָּלָה f. (verbale Hiphilicum) *liberatio* Esth. IV, 14.

נָצַע v. יָצַע.

נָצַץ 1) *splenduit*, *micuit* i. q. נוּץ, נָצַח. (Sam. ꟷ splenduit, scintillavit, sed ꟷ translate succensuit, iratus est, ab oculis scintillantibus. Part. נֹצְצִים *splendentes*, qs. scintillantes Ez. I, 7. Vide נִיצוֹץ scintilla.

Targ. מְנַצְנְצָן. Syr. et Symm. in Hexaplis, ܡܨܛܨܨܢ (blitzend, funkelnd).

2) *floruit*, ut chald. Splendendi enim verba ad virendi et florendi potestatem transferuntur, v. ad אור p. 56 A et זָהַר. Inde נֵץ, נִצָּה, נִצָּן flos. — Efflorescendi autem notio porro transfertur ad *plumas* et *pennas* avium pullulantes (cf. פָּרַח), unde

3) *volavit*, ut נָצָה, et arab. نَصَّ motitavit avis alas ad volandum. Cf. פָּרַח pullulavit, syr. volavit. Inde נֵץ no. 2.

נֵץ m. 1) *flos* Gen. XL, 10. Vide rad. no. 2. (In Targg. saepius, ut Ps. CIII, 15. Jes. XL, 7). — 2) avis immunda, cuius plures sunt species Lev. XI, 16. Deut. XIV, 15, eaque migratoria et celeri volatu nobilis Iob. XXXIX, 26. Magno consensu veteres *accipitrem* intelligunt (LXX. ἱέραξ), avem et migratoriam (Plin. 10, 8) et velocissime volantem (ὤκιστος πετεηνῶν Il. ό, 237. ἐλαφρότατος πετεηνῶν Od. ν', 86), cuius sedecim species recenset Plinius (N. H. 10, 8), decem Aristoteles (hist. anim. 8, 3). Accedit etymon a *volando* (v. rad. no. 3) et linguarum cognatarum auctoritas. Onk. et Pesch. eodem vc. utuntur נִצָּא, ܢܨܐ, quod posterius in Lex. Adler. redditur باز, باشق, accipiter, falco (sed pl. ܢܨܐ عصافير طيور gener. aves), Pseudojon. et Sam. נצצא. Kimchius *nisum* intelligit (אשפרוייר), Baal Aruch *asturum* (gall. autour). Vide Bochart. Hieroz. III. p. 5 sqq. Lips.

נִצָּה f. i. q. נֵץ no. 1. *flos* Iob. XV, 33. Jes. XVIII, 5.

נִצָּן m. id. fortasse *flosculus*. Plur. Cant. II, 12. LXX. ἄνθη. Vulg. flores.

נִיצוֹץ (formae קִיטוֹר) m. *scintilla*, a micando dicta (vicissim *funkeln* a *Funke*) Jes. I, 31 et in Talmude. Sic omnes vett. Versiones. Chald. נֵץ, נִצָּא id. Sam. ࠍࠍࠉࠑࠅࠑ pupilla oculi, a scintillando.

נָצַק v. יָצַק.

I. נָצַר fut. יִצֹּר (sed אֶצָּרְךָ Jes. XLII, 6. XLIX, 8 est a יָצַר v. pag. 618), rarius יִנְצֹר Deut. XXXIII, 9. Ps. LXI, 8. LXXVIII, 7. CV, 45. CXL, 2. 5. Prov. V, 2, imp. נְצֹר, c. He parag. נִצְּרָה Ps. CXLI, 3, c. suff. נִצְּרֶהָ Prov. IV, 13 (utrumque c. dag. euphon.)

1) *custodivit* i. q. נָטַר. (Arab. نطر custodivit hortum, vineam, cf. نظر aspexit, intuitus est ut lat. tueri et intueri, et نصر tuitus est, liberavit, defendit. Aeth. ንጸረ: intuitus est, aspexit, respexit. IV. id. In Indogermm. conferri possunt sanscr. *trai* gr. τηρεῖν). V. c. vineam Iob. XXVII, 18. Jes. XXVII, 3, arborem Prov. XXVII, 18. Part. pl. נֹצְרִים custodes Jer. XXXI, 6, מִגְדַּל נֹצְרִים turris custodum, turris excubitoria 2 Reg. XVII, 9. XVIII, 8. Sq. עַל Ps. CXLI, 3: נִצְּרָה עַל דַּל שְׂפָתָי *invigila ianuae labiorum meorum* i. e. ori meo, ne verba temeraria effundam. Prov. XX, 28: חֶסֶד וֶאֱמֶת יִצְּרוּ מֶלֶךְ *clementia et fides custodiunt regem* i. e. eum tutum praestant ab iniuriis vel seditionibus civium. XIII, 6. Jes. XLIX, 6: נְצוּרֵי יִשְׂרָאֵל *custoditi Israëlis* i. e. ex periculis servati, erepti. Sq. מִן Ps. XXXIV, 14: נְצֹר לְשׁוֹנְךָ מֵרָע *defende linguam tuam a malo.*

Spec. a) de Jova homines custodiente et tuente. Deut. XXXII, 10: יִצְּרֶנְהוּ כְּאִישׁוֹן עֵינוֹ *custodit eum, ut pupillam oculi sui.* Ps. XXXI, 24. Prov. XXII, 12: עֵינֵי יְיָ נָצְרוּ דָעַת *oculi Jovae custodiunt sapientiam* i. e. sapientem, addito מִן pers. vel rei: *defendit*, *tutum praestitit* ab hoste, a periculo. Ps. XXXII, 7: מִצַּר תִּצְּרֵנִי. CXL, 2: מֵאִישׁ חֲמָסִים תִּנְצְרֵנִי. XII, 8. LXIV, 2.

b) *custodivit* pro *diligenter observavit.* Prov. XIII, 3: נֹצֵר פִּיו *qui os suum custodit* (wer seinen Mund hält). XVI, 17: נֹצֵר דַּרְכּוֹ *qui vitam suam* diligenter *observat.* IV, 23. XXIV, 12. In malam partem α) observavit urbem i. e. obsedit. Part. נֹצְרִים Jer. IV, 16 custodes i. e. obsessores, qui Comm. 17 cum custodibus agri comparantur. Cf. שָׁמַר 2 Sam. XI, 16. β) Iob. VII, 20 Jova per convicium fere compellatur נֹצֵר הָאָדָם observator hominum, i. e. qui hominibus quasi insidietur, ut culpam in iis inveniat. — Inde

2) *observavit*, *servavit* (beobachten, halten) v. c. foedus Deut. XXXIII, 9. Ps. XXV, 10, legem Prov. XXVIII, 7, vias iustitiae ibid. II, 8, mandata patris VI, 20, mandata Dei Ps. LXXVIII, 7. CV, 45. CXIX, 2. 22. 33. 34. 100. 129, consilium Prov. III, 21. (Cf. lat. custodire modum, regulam, praecepta, morem apud Quinctil. et Plin. pro servare. Vide Freundii lex. lat. h. v.). Sq. dat. pers. servavit alicui aliquid. Exod. XXXIV, 7: נֹצֵר חֶסֶד לָאֲלָפִים *servat favorem millibus.* Jes. XXVI, 3: יֵצֶר סָמוּךְ תִּצֹּר שָׁלוֹם שָׁלוֹם *animus firmus* i. e. animi firmi homo, huic *servas salutem, salutem.* Intellige לוֹ.

3) Quum quae custodire velimus saepe occultare soleamus, est etiam *occultavit*, *abdidit.* Jes. XLVIII, 6: נְצֻרוֹת וְלֹא יְדַעְתָּם *occulta*, *quae non noveras.* LXV, 4: בַּנְּצוּרִים יָלִינוּ *qui in locis occultis pernoctant.* Parall. in sepulcris. LXX et Pesch. in speluncis, Hitzigius: in speculis (v. infra נְצוּרָה), quae ut in deserto exstructae daemonum sedes fuerint. Fem. נְצֻרַת לֵב (mulier) animi occulti i. e. astuta. Prov. VII, 10.

II. נָצַר rad. inusit. arab. نضر *nituit*, *laete viruit*, unde נֵצֶר.

Custodiendi et *virendi* significatus, quos eosdem in radice נָצַר coniunctos habes, seorsum posui, quanquam nescio an utriusque sit communis origo, nimirum a *splendendo* (نضر), quod refertur ad *intuendi* notionem (نظر, cf. שָׁזַף, gr. φάος δέδορκε, nostr. *Blick* de splendore et obtutu), a qua proficiscitur *observandi*, *custodiendi* significatus.

נֵצֶר m. 1) *surculus*, a virendo dictus, v. rad. no. II. Jes. LX, 21. Metaph. de sobole (cf. de hac metaphora Wetsten. ad Luc. I, 78. de Sacy mémoires sur div. antiquités de la Perse p. 94). Jes. XI, 1. Dan. XI, 7. 2) *ramus* Jes. XIV, 19.

נְצוּרָה f. (formae שְׁבוּעָה, יְשׁוּעָה, מְלוּכָה) *custodia*. Nil dubitans inde interpretor verba vexatissima Jes. I, 8: עִיר נְצוּרָה *turris custodiae* i. e. turris excubitorum in deserto i. q. מִגְדַּל נֹצְרִים 2 Reg. XVII, 9. De vocabulo עִיר *proprie* turrim speculatoriam significante vide infra h. v., flagitat autem et contextus et totius oraculi indoles, ut verba כְּעִיר נְצוּרָה eodem modo accipiantur atque ea quae praecesserunt: כְּסֻכָּה בְכָרֶם *sicut tugurium in vinea* et כִּמְלוּנָה בְמִקְשָׁה *sicut casa in cucumerarie* et rem significent, quacum urbs ab hostibus obsessa et qs. solitaria comparatur, quemadmodum in universo hoc capite tum verba tum sententiae synonymae et parallelae *ter* repeti solent, vide Comm. 4: עָזְבוּ אֶת יְיָ נִאֲצוּ קְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל נָזֹרוּ אָחוֹר. Comm. 6: פֶּצַע וְחַבּוּרָה וּמַכָּה טְרִיָּה, et ibid. לֹא זֹרוּ וְלֹא חֻבָּשׁוּ וְלֹא רֻכְּכָה בַּשָּׁמֶן et sic Comm. 7, a. b. c. 11, c. 13, c. 14, a. b. c. 17, a. Ex hoc ipso parallelismo efficitur, כְּ non alio significatu accipi posse, quam vulgari comparativo, et נְצוּרָה non adiectivum esse et epitheton nominis עִיר sed substantivum in genitivo positum et ex eo pendens. *Turrim speculatoriam*, qualis in deserto exstrui solebat (v. 2 Reg. l. c.), hac orationis serie aptissimam esse, profecto non est quod demonstremus, unumque dicendum superest, hanc interpretationem, quam nuper proposuit Hitzigius, iam dudum in medium prolatam et exornatam esse a Tingstadio, supplemm. ad lexx. hebr. p. 22, cuius haec sunt verba: „עיר נצורה *turris speculatoria* pastorum Jes. I, 8 .... De voce נצורה dubium nobis non est, quin observationem studiosam l. custodiam denotet, ab eadem profecta radice ac נוצר custos 2 Reg. XVII, 9. Iob. XXVII, 18, et מצור (?) arab. منظرة specula, locus custodum Hab. II, 1. ..... Videant autem interpretes, anne notio *castelli* in id etiam apte quadret עיר, quo in cod. s. saepius indicatur *aedes* regia Davidis in monte Zione undique munita 2 Sam. V, 9. 1 Reg. II, 10. 2 Par. VIII, 11 cet. Scilicet non erraverimus forte, si ab eadem ac עִיר *vigil* Dan. IV, 10 origine derivatam hanc vocem primo *speculam vigilum*, deinde *arcem* quamvis *munitam* denotasse existimemus. Hoc pacto parallelis *tugurio in vinea* et *casae in horto cucumerum* convenientissimum videtur in delineatione Esaiana *praesidium custodum* in pascuis exstructum, cuius generis *turres* apud Hebraeos in usu quoque fuisse docet 2 Par. XXVI, 10 coll. Mich. IV, 8.“

נָצַת v. יָצַת.

נקא rad. in solo cod. Sam. obvia. I) i. q. נָקָה, unde ࠀࠌࠍࠒࠊࠀ fut. Hiph. pro תְּנַקֶּה Gen. XXIV, 41. Sic alibi quoque in hoc cod. Hiphil passive positum exstat pro Niph. (Gen. XVIII, 5), more linguae Samaritanae (v. Morini Opusc. Sam. pag. 43. Cellar. pag. 85). — II) i. q. נָאַק clamavit. Ex. II, 24. VI, 5.

נְקֵא chald. *purus* Dan. VII, 9.

נָקַב fut. יִקֹּב, semel יִנְקָב Iob. XL, 24 pr. cavavit, excavavit, ut verba cognata נָקַב, קָבַב, it. כָּוָה s. כָּפַף, כָּנָה (ubi vide plura), inde

1) *foravit*, *terebravit* (foramen) 2 Reg. XII, 10, sq. acc. *perforavit*, ut manum 2 Reg. XVIII, 21. Jes. XXXVI, 6, maxillam Iob. XL, 24. 26 (al. 19. 22). Hagg. I, 6: צְרוֹר נָקוּב *sacculus perforatus*. It. *confodit* (hasta). Hab. III, 14: נָקַבְתָּ בְמַטָּיו רֹאשׁ פְּרָזָו *confodis hastis caput ducum eorum*. (Arab. نقب, syr. ܢܩܒ, chald. sam. נקב id.).

2) *discrevit*, *distinxit*, inde *distincte dixit*, *nominatim appellavit*. (Cf. פָּרַשׁ qua rad. Targg. reddunt נָקַב no. 1. 2, chald. קְצַב incidit, distincte nominavit, aethiop. determinavit; ኀለቀ perforavit, et ኀለቀ acutus fuit, distinxit, determinavit). Gen. XXX, 28: נָקְבָה שְׂכָרְךָ עָלַי Vulg. constitue mercedem tuam. Targ. פָּרֵישׁ אַגְרָךְ עֲלַי. Jes. LXII, 2: *dabunt tibi novum nomen* אֲשֶׁר פִּי יְיָ יִקֳּבֶנּוּ Vulg. *quod os domini nominabit*. — Part. נְקֻבִים *nominatim appellati* Am. VI, 1 i. e. proceres, nobiles populi q. d. אַנְשֵׁי שֵׁם, opp. plebi ignobili (בְּנֵי בְלִי שֵׁם) Iob. XXX, 8). Cf. 1 Par. XII, 31: אֲשֶׁר נִקְּבוּ בְּשֵׁמוֹת, quod Comm. 30 exprimitur גִּבּוֹרֵי חַיִל, אנשי שמות. (Non alienum est ab hoc loco, quod de Litthuanis ad rem christianam conversis memoriae proditur. Apud hos enim plebeji homines, qui ad baptismum admitti gestiebant, turmatim in littoribus aqua conspersi sunt, singulisque turmis idem nomen Christianum vel Petri vel Pauli vel Ioannis impositum est: soli nobiles sigillatim baptizati suum quisque nomen adepti sunt). Arab. نَقِيبٌ dux, tribunus Cor. 5, 15. Abulf. Ann. III, 236. 694, نُقِّبَ dux electus est.

3) i. q. קָבַב no. 2. *maledixit* (pr. *proscidit*, cf. سَبَّ secuit, perforavit, metaph. maledixit, et quae observavimus ad rad. קָלַל p. 691 A. Adde وسم stigmate notavit, it. insignivit aliquem nomine, unde وَسْمٌ signum, nomen). V. c. nomini Dei Lev. XXIV, 11: וַיִּקֹּב בֶּן־הָאִשָּׁה הַיִּשְׂרְאֵלִית אֶת־הַשֵּׁם וַיְקַלֵּל *et maledixit filius mulieris Israëliticae Nomini et exsecratus est*. Comm. 16: נֹקֵב שֵׁם יְיָ מוֹת יוּמָת *maledicens nomini Jovae moriatur*. (Recte ita Vulg. Saad. sed alii vett. verbum h. l. *pronunciandi* significatu acceperunt, v. no. 2, unde fluxit nota Judaeorum superstitio, qua a Jovae nomine pronunciando abhorrent. Pag. 55 B 7. LXX. ἐπονομάζω. Targ. et Pesch. פָּרֵישׁ, ܦܪܫ. Venet. ἑρμηνεύω). Num. XXIII, 8. 25. Iob. III, 8. V, 5. Prov. XI, 26. XXIV, 24.

Niph. pass. no. 2 *nominatim appellatus est* (cf. arab. نَقَبَ nominavit, n et l permutatis). Num. I, 17: *hi viri*, אֲשֶׁר נִקְּבוּ בְּשֵׁמוֹת *qui nominatim appellati sunt.* 1 Par. XII, 31. XVI, 41. 2 Par. XXVIII, 15. XXXI, 19.

A primaria *excavandi* significatione est נֶקֶב pala, מַקֶּבֶת fovea petrae, lapicidina, a *perforando* sunt נְקֵבָה, קֵבָה, a *confodiendo* מַקֶּבֶת malleus.

נֶקֶב m. 1) *pala gemmarum* (ut recte Hieron.), a *cavitate* dicta. Ez. XXVIII, 13. Cf. תֹּף. All. fistulam interpretantur, a perforando (v. rad. no. 1), ut חָלִיל a rad. חָלַל, invito verborum contextu. 2) *caverna* (ut syr. ܢܩܒܐ) unde c. art. הַנֶּקֶב n. pr. oppidi Naphtalitarum. Jos. XIX, 33.

נְקֵבָה f. *femina*, *femella* (a genitalium figura dicta, cf. זָכָר), de hominibus Gen. I, 27. V, 2. Lev. XII, 5. XXVII, 4 sqq. Num. V, 3. XXXI, 15. Deut. IV, 16. Jer. XXXI, 22, et brutis Gen. VI, 19. VII, 3. 9. Lev. III, 1. 6. IV, 28. 32. V, 6. (Syr. ܢܩܒܬܐ, chald. נוּקְבָא id.).

קֵבָה (pro נְקֵבָה) f. *ventriculus* ruminantium asper, *echinus*, qui quattuor stomachorum secundus est (Arist. hist. anim. 2, 17). Deut. XVIII, 3. Vulg. *ventriculus*. Onk. et Saad. vc. synonymo קַבְתָּא, قِبَّة. Kimchius: הכיס שבמעי הבהמה שבו כנוס חלב היונק וקרוש בו *marsupium in intestinis pecoris in quo colligitur lac lactentis et coagulatur in eo:* eodem modo describitur انفحة, quo explicant قِبَّة et قُبَّة, sc. ventriculus agni, hoedi aut leporis lactentis, et lactis coagulum, quod in eo concrescit. LXX. ἔνυστρον i. q. ἤνυστρον (quod duo libri exhibent) ventriculus ruminantium quartus s. omasum, a veteribus in cupediis habitus, et ita Joseph. Ant. 4, 4. Philo T. II. p. 235 Mang. Vide Bochart. Hieroz. I, 571 Lips.

קֻבָּה (pro נְקֻבָּה, a masc. נָקֹב Cholem puro = נָקוּב) f. *genitalia muliebra* (cf. נְקֵבָה). Num. XXV, 8: *et confodit ambos, virum et mulierem* אֶל־קֳבָתָהּ. LXX. διὰ τῆς μήτρας. Vulg. in locis genitalibus. Gr. Venet. ἐν τῇ κύστει. Kimchi: רז״ל פירשו מקום הערוה באשה. (Talm. נְקִיבָה *anum* significat, Pesach. c. 7 ineunte, et arab. قَبّ pars dorsi prominens inter duas nates, sed neutrum voci Hebraeae adhibendum videtur). Aqu. Symm. Onk. קֻבָּה l. c. ita interpretantur, ut idem sit quod קֻבָּה thalamus, quod quidem a contextu alienum.

מַקֶּבֶת f. *malleus*, pr. malleus acutus lapicidarum 1 Reg. VI, 7, dein etiam fabri ferrarii et lignarii Jes. XLIV, 12. Jer. X, 4.

מַקֶּבֶת f. 1) i. q. מַקֶּבֶת Iud. IV, 21. 2) *fovea petrae*, *lapicidina*. Jes. LI, 1.

נָקַד rad. inusit. 1) *pupugit*, *punctis signavit*, chald. id., unde נַקָּד qui (librum manu scriptum) punctis signat, arab. نَقَدَ pupugit serpens, sed نقط punctis notavit. Syr. ܢܘܩܙܐ punctum, ד et ז permutatis.

2) *selegit*, *discrevit* quae melioris notae essent a sequioribus (quod fit punctis notando), arab. نقد. Inde نَقَد (non نَقْد, نَقِد, نُقْد v. Kamûs p. 424) genus ovium caprarumque deforme et brevipes, sed pilis lanaque insigne, نَقَّاد talis pecoris pastor. Vide infra נֹקֵד.

נָקֹד m. pl. נְקֻדִּים *punctis* s. maculis minoribus *distinctus*, de ovibus et capris. Gen. XXX, 32 sqq. XXXI, 8 sqq.

נְקוֹדָא (insignis) n. pr. viri Esr. II, 48. 60. Neh. VII, 50. 62.

נֹקֵד pr. i. q. arab. نَقَّاد pastor ovium praestantioris lanae نَقَد dictarum (v. supra ad rad.) dein ampliore significatu *opilio* Am. I, 1. Aqu. ποιμνοτρόφος. Targ. מרי גתין *dominus pecoris*. Dein de rege Moabitarum gregum multitudine nobili. 2 Reg. III, 4. Aqu. ποιμνιοτρόφος. Symm. τρέφων βοσκήματα. Anon. gr. ἀρχιποίμην. Syr. ܢܩܕܐ (quod Lex. Adl. explicat راعي رئيس الرعاة pastor, princeps pastorum. Eodem modo Ephraem. Opp. 1, 523). Targ. מָרֵי גִיתָא et Arabs (Hebraea transferens) صاحب ماشية *dominus pecoris*. Digna praeterea sunt quae adscribantur verba Tanchumi Hierosol. ad h. l. נֹקֵד *interpretantur possessorem ovium* (غالب غنم), *quales sunt nostro tempore Emiri Arabum et Emiri Turcomanorum hoc est Arabum in Turcarum terris degentium, qui possident oves, quas pascunt ipsorum servi et pueri. Talis enim est, cui maxime desiderium ovium est neglectis opibus* ceteris, *cuius studium in illis sibi augendis positum est.* Cf. Bocharti Hieroz. I, 483 Lips.

נְקֻדָּה f. *punctum*, de *micis sphaerulisve* argenteis ornatus caussa consertis. Cant. I, 11.

נִקֻּדִים m. pl. 1) *micae* panis. Jos. IX, 5: *et omnis panis commeatus eorum siccus erat* הָיָה נִקֻּדִים *abierat in micas*. Comm. 12. Aqu. ἐψαθυρωμένος. Symm. κάπυρος. Vulg. in frusta comminuti. Sed alii panes *mucidos* intelligunt vel *mucore maculosos*. LXX. εὐρωτιῶν. Theod. βεβρωμένοι, Kimchi: לחם מעופש, quod minus placet.

2) species *crustularum* s. *placentarum*. 1 Reg. XIV, 3: לֶחֶם וְנִקֻּדִים וּבַקְבֻּק דְּבַשׁ. LXX. κολλυρίδα. Vulg. crustulam. Targ. et Pesch. כַּסְנִין, ܟܣܢܐ crustulae v. Buxt. 1064. Talmud. נקודים orbiculi parvi panis instar dimidii ovi, Buxt. p. 1386.

מַקֵּדָה (locus pecuariorum) n. pr. oppidi in campestribus Judae, olim urbis regiae Cananaeorum Jos. X, 10. XII, 16. XV, 41.

נָקָה *purus fuit*, arab. نَقِىَ id., syr. sparsit aquam lustratoriam (pr. *purgavit*), libavit, sacrificavit, unde מְנַקִּית patera sacrifica. Sam. נקה albus. (Sunt qui conferant indogermm. *nackt* nudus, goth. naquaths, angl. naked; sed eius notio ab huius rad. potestate aliena est). In Kal tantummodo Jer. XLIX, 12, ubi נָקֹה inf. pleon. coniugationi Niph. adiectus est.

Niph. 1) *purus fuit*, metaph. *insons fuit* Jer. II, 35. Sq. מִן vacuus fuit a culpa. Num. V, 31: וְנִקָּה הָאִישׁ מֵעָוֹן. Ps. XIX, 14. Sq. מִן pers. Iud. XV, 3: נִקֵּיתִי הַפַּעַם מִפְּלִשְׁתִּים *nunc quidem vacuus sum a culpa in Philistaeos*, non mea sed ipsorum culpa est, si Philistaeis vim infero. Inde saepe a) *poena vacavit, impunis fuit*. Ex. XXI, 19: וְנִקָּה הַמַּכֶּה *impunis erit, qui* eum *percussit*. Num. V, 28. 1 Sam. XXVI, 9. Prov. VI, 29: לֹא יִנָּקֶה כָּל־הַנֹּגֵעַ בָּהּ *non impunis erit, quicunque eam tanget*. XI, 21. XVI, 5. XVII, 5. XIX, 5. 9. XXVIII, 20. Jer. XXIX, 1. XLIX, 12. Sq. מִן Num. V, 19: הִנָּקִי מִמֵּי הַמָּרִים *impunis eris ab aquis amaris* i. e. tibi non nocebunt aquae. b) *immunis fuit* a iureiurando, ab officio. Gen. XXIV, 8. 41.

2) *vacuum*, *evacuatum est* oppidum i. e. incolis eiectis et praeda acta *exinanitum est*. Jes. III, 26 de Hierosolymis: וְנִקָּתָה לָאָרֶץ תֵּשֵׁב. LXX. καταλειφθήσῃ μόνη. Targ. evacuabitur. (Sic arab. نقى Conj. X. vit. Tim. 1, 576 Mang., et synn. خلص purus fuit. Conj. X. populatus est urbem, vit. Tim. p. 307 Gol. II, 460 Mang., صفى X. Abulf. p. 234. vit. Tim. 262 Gol. II, 269 Mang. „Persae eodem modo loquuntur. Sadi in Gulistan: دزد بر كاروان زدند وپاك ببردند *praedones caravanam invadunt et cuncta diripiunt*. In persico est *en zy namen' t' er rein, of schoon weg*. Dicere etiam possemus: *zy maakten 'er 't schoon*." Schult. Opp. min. p. 253. 254). Refertur etiam ad homines, qui *delentur, exstirpantur*. Zach. V, 3: *haec est exsecratio, quae exit super universam terram* כִּי כָל־הַגֹּנֵב מִזֶּה כָּמוֹהָ נִקָּה *nam quicunque furatur secundum illam* exsecrationem *exstirpabitur*. LXX. ἐκδικηθήσεται. Vulg. indicabitur. Targ. לקי vapulabit. Fortasse hi legebant נִכָּה.

Pi. נִקָּה 1 pers. נִקֵּיתִי 1) *insontem declaravit* i. e. *absolvit*, sensu forensi i. q. הִצְדִּיק Iob. IX, 28. Sq. מִן culpae. Ps. XIX, 13. Iob. X, 14. Inde *impunem sivit, impunem dimisit* (v. Niph. 1, a), sq. acc. pers. Exod. XX, 7: כִּי לֹא יְנַקֶּה יְיָ אֵת אֲשֶׁר וגו׳ *nam non impunem sinet Jova eum qui* cet. Deut. V, 11. 1 Reg. II, 9. Jer. XXX, 11. XLVI, 28: וְיִסַּרְתִּיךָ לַמִּשְׁפָּט וְנַקֵּה לֹא אֲנַקֶּךָּ *castigo te cum aequitate, nam impunem te non sinam*. Omisso accusativo absolute Ex. XXXIV, 7: *qui remittit culpam et delictum et peccatum* וְנַקֵּה לֹא יְנַקֶּה *sed non semper impunes sinit* (peccatores). Num. XIV, 18 (quo utroque loco Cod. Sam. ונקה לו ינקה i. e. וְנָקָה לוֹ יִנָּקֶה *et innocens ab eo absolvitur*. Vers. Sam. וזכאה לה יזכי, cf. Comment. nostr. de Pent. Sam. p. 40). Nah. I, 3. — Joël IV, 21 verba: וְנִקֵּיתִי דָמָם לֹא נִקֵּיתִי interpretari solent (ex signif. 1): *insontem declarabo sanguinem eorum* (i. e. Israëlitarum ab hostibus profusum), quem adhuc *non declaraveram* i. e. *ulciscar* sanguinem Israëlis, quem diu inultum siveram: sed ulciscendi significatus sine ratione sumitur, absolvendi autem potestas, quae per linguae usum licet, frigida et ab hoc loco aliena esset. Equidem nescio an legendum sit: וְנִקַּמְתִּי דָמָם לֹא נִקֵּיתִי et interpretandum cum Alex. et Syro: καὶ ἐκζητήσω τὸ αἷμα αὐτῶν καὶ οὐ μὴ ἀθῳώσω, ܘܐܬܒܥ ܕܡܗܘܢ ܘܠܐ ܐܙܟܐ. Formulam נִקַּם דָּמִים, נָקַם דָּם habes Deut. XXXII, 43. 2 Reg. IX, 7, nusquam נִקָּה דָם, contra נִקָּה ubique c. acc. pers. coniungitur: ex נקמתי autem pronus erat error in נקיתי, quum hoc ipsum sequeretur. Graecum ἐκζητέω nunquam quidem in Vers. Alex. exstat pro ipso נקם, sed persaepe pro synn. בִּקֵּשׁ, דָּרַשׁ (v. Trommium). Si quis vulgatam tueri malit, is certe נִקָּה דָם interpretetur καθαρίζειν τὸ αἷμα i. e. sanguinem inultum e terra removere, ne ad coelum clamare pergat, sed, licet ita a certo linguae usu recedatur, vel sic friget sententia.

נָקָה i. q. hebr. נָקִי, chald. נְקֵא in Cod. Sam. Ex. XXXIV, 7. Num. XIV, 18, vide ad rad. in Pi. Eandem formam נָקָה *insons*, *iustus* reperire mihi videor in Inscr. Melit. 2 lin. 2, vide monumm. Phoen. p. 106.

נקוא (lege נָקוּא) pl. נְקוּאִים, in Cod. Sam. est pro נְקִיִּם Gen. XLIV, 10. Num. XXXII, 22. Eandem formam habes in Vers. Sam. Gen. XXIV, 41. Deut. XIX, 10. 13. XXI, 9. XXVII, 25.

נָקִי m. pl. נְקִיִּם adj. 1) *purus*, נְקִי כַפַּיִם puris manibus i. e. insons Ps. XXIV, 4. Inde 2) metaph. *innocens*, *insons*. LXX. ἀθῷος, δίκαιος, Targ. זַכַּאי Ex. XXIII, 7. Iob. IV, 7. IX, 23. XVII, 8. XXII, 19. XXVII, 17. Ps. X, 8. XV, 5. Jer. II, 34. דָּם נָקִי sanguis innocens, et דַּם נָקִי sanguis innocentis v. דָּם p. 27. אִי־נָקִי non innocens Iob. XXII, 30. Sq. מִן culpae 2 Sam. III, 28: נָקִי אָנֹכִי מֵעִם יְיָ ... מִדְּמֵי אַבְנֵר *vacuus sum ego estque regnum meum apud Deum a culpa caedis Abneri*. (Ad מֵעִם יְיָ vide מִן no. 2, c). Inde (cf. verbum in Niph.) a) *impunis* Gen. XLIV, 10. Ex. XXI, 28. b) *immunis* v. c. a iureiurando Gen. XXIV, 41. Jos. II, 17. 20 (sq. מִן), a militia Deut. XXIV, 5. 1 Reg. XV, 22, ab officio in aliquem (sq. מִן pers.) Num. XXXII, 22.

נָקִיא (adiecto Aleph) id. Joël IV, 19. Jon. I, 14 Chethibh.

נִקָּיוֹן cstr. נִקְיוֹן m. *puritas*, *munditiès*, velut dentium i. e. fames Am. IV, 6, manuum i. e. innocentia Gen. XX, 5. Ps. XXVI, 6. LXXIII, 13, omisso כַּפַּיִם id. Hos. VIII, 5.

מְנַקִּית pl. מְנַקִּיּוֹת f. *paterae libatoriae* Exod. XXV, 29. XXXVII, 16. Num. IV, 7. Jer. LII, 19. Syr. ܡܢܰܩܝܳܬܳܐ id.

נָקֹט i. q. קוּט, קוּץ *fastidivit.* Semel Iob. X, 1: נָקְטָה נַפְשִׁי בְּחַיָּי. Sunt qui נָקְטָה pro נָקֹטָה (malim certe pro נָקְטָה cf. Ez. VI, 9) dictum et hanc radicem eliminandam putent (Fürst, Hirzel), sed in lingua chald. saltem certissima est eius auctoritas, נְקַט Iob. XXXIII, 20, נְקַט Esth. VI, 1, Pa. תְּנַקְּטִין Iob. XIX, 2 Targ., quare in hanc sententiam concedere cunctor.

נָקַם fut. יִקֹּם *ultus est, vindicavit, iniuriarum poenas sumsit.* (Arab. نَقِمَ et نَقَمَ Conj. VIII. sq. مِن pers. vindicavit se ab aliquo, iniuriae sibi illatae poenam sumsit ab eo, punivit eum, نَاقِم vindex, نِقْمَة, نَقِمَة, نَقْمَة ultio. Syr. ܢܩܰܡ sq. ܡܶܢ id. BH p. 52, ܢܶܩܡܬܳܐ ultio. Chald. id. sed raro). Ponitur a) absol. Lev. XIX, 18. b) is quem (id quod) quis ulciscitur, ponitur in acc. Deut. XXXII, 43: דַּם עֲבָדָיו יִקּוֹם *sanguinem cultorum suorum ulciscitur*, semel praevio עַל Ps. XCIX, 8: נֹקֵם עַל עֲלִילוֹתָם *ulciscens facinora eorum* pr. poenas sumens *propter f. e.* Dicunt etiam: נָקַם נְקַם פ׳, Lev. XXVI, 25: חֶרֶב נֹקֶמֶת נְקַם בְּרִית *gladius qui ulciscitur foedus.* c) Is a quo ultio petitur, ponitur praevio מִן 1 Sam. XXIV, 13, מֵאֵת Num. XXXI, 2, item לְ (sich rächen *an*) Nah. I, 2. Ez. XXV, 12, et in acc. (ut lat. ulcisci aliquem pro iniuriis acceptis i. e. punire). Jos. X, 13: עַד יִקֹּם גּוֹי אֹיְבָיו. Utramque structuram (b. c) copulatam habes in his exemplis 1 Sam. l. c: נְקָמַנִי יְיָ מִמֶּךָּ *Deus vindicabit me a te* (cf. Senec. benef. 6, 5), wird mich an dir rächen. Num. XXXI, 2: נְקֹם נִקְמַת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל מֵאֵת הַמִּדְיָנִים *vindica Israëlitas a Midianitis*, ulciscere iniurias Israëli a Midianitas illatas.

Niph. 1) *punitus est.* Exod. XXI, 20: *si quis servum suum percussit* .... נָקֹם יִנָּקֵם *is punietur* (cf. lat. ulcisci *aliquem*, pro punire eum propter iniuriam scelusve commissum). LXX. δίκῃ ἐκδικηθήσεται. — 2) *vindicavit se.* Ez. XXV, 15: וַיִּנָּקְמוּ נָקָם. Is a quo ultio petitur, ponitur praevio מִן 1 Sam. XIV, 24. Esth. VIII, 13. Jes. I, 24. Jer. XLVI, 10, et בְּ (sich rächen *an*). Iud. XV, 7. 1 Sam. XVIII, 25. Jer. L, 15. Ez. XXV, 12. — Iud. XVI, 28: וְאִנָּקְמָה נְקַם אַחַת מִשְּׁתֵי עֵינַי מִפְּלִשְׁתִּים *ut vindicem* saltem *unum duorum oculorum meorum a Philistaeis*, ut unius saltem oculi mei mihi erepti poenas expetam a Philistaeis. Veteres interpretes et plerique recentiores (quos secutus sum p. 62 A) interpretantur: *et ultionem unam s. unicam petam a Philistaeis propter duos oculos meos* (cf. מֵחָמָס propter iniuriam Joël III, 24 et alia exempla s. מִן 2, f), quam quidem rationem falsitatis vix arguas (v. Studer ad h. l.): sed illud tamen (quod Talmudicis etiam placuit) praeferendum, quum *ulcisci ultionem* alic. rei ubique sit ulcisci aliquam rem, et אַחַת מִשְּׁתֵי עֵינַי arcte iungenda videantur, ut XVII, 5: אַחַד מִבָּנָיו. Jer. XV, 15: הִנָּקֶם לִי מֵרֹדְפַי *vindica te pro me a persecutoribus meis*, iniuriarum mihi illatarum poenas sume a persecutoribus meis.

Pi. i. q. Kal. 2 Reg. IX, 7: נִקַּמְתִּי דְּמֵי עֲבָדַי הַנְּבִיאִים מִיַּד אִיזָבֶל *vindicabo caedem prophetarum, servorum meorum, ab Isebel.* Jer. LI, 36.

Hoph. 1) *punitus est.* Gen. IV, 15: כָּל־הֹרֵג קַיִן שִׁבְעָתַיִם יֻקָּם Vulg. *omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur.* Saad. يُقَادُ بِهِ كَثِيرًا punietur valde. Onk. יִתְפְּרַע מִנֵּיהּ *ultio petetur ab eo.* Sunt, duce Vatero, qui negent, הֻקַּם significare *puniri*, et propterea ista verba interpretentur: *si quis occiderit Cainum, id vindicabitur*, sed in Niph. Ex. XXI, 20, nisi argutias captare velis, illa potestas manifesta est, eaque sponte sequitur ex ea structura verbi activi, qua coniungitur c. acc. et, ut apud Latinos, valet *ulcisci aliquem* (Caes. b. gall. I, 14. Terent. Eun. 5, 4, 20. Andr. 3, 5, 18. Cic. in Caecil. 6. Catil. 2, 8). Sic etiam לֹא יֻקַּם Exod. XXI, 21. LXX. οὐκ ἐκδικηθήτω. Vulg. non subiacebit poenae. Saad. لا يُقَادُ بِهِ. Hebraei: תלקח נקמתו ממנו sumetur poena eius ab eo. Cod. Sam. Comm. 20 מות יומת. 21 יומת — 2) *vindicatus est* Gen. IV, 24.

Hithpa. vindictam explevit (quod tribuitur animo) Jer. V, 9. 29. IX, 8. Part. vindictam explens, vindictae explendae cupidus (rachgierig), inde *inimicus* Ps. VIII, 3. XLIV, 17. Cf. נָקַם.

נָקָם m. *ultio, vindicta.* Deut. XXXII, 35. יוֹם נָקָם dies vindictae. Prov. VI, 34. Jes. XXXIV, 8. LXI, 2. LXIII, 4. נָקַם נָקָם ultionem petiit, v. rad. הֵשִׁיב נָקָם לְ vindictam reddere alicui i. e. alicui rependere iniuriam Deut. XXXII, 41. 43, לָקַח נָקָם vindictam sumere Jes. XLVII, 3, cf. לָקַח נְקָמָה מִן Jer. XX, 10; עָשָׂה נָקָם אֶת id. Mich. V, 14.

נְקָמָה f. c. suff. נִקְמָתִי pl. נְקָמוֹת 1) i. q. נָקָם *ultio, vindicta.* יוֹם נְקָמָה Jer. XLVI, 10, עֵת נְקָמָה LI, 6. אֵל נְקָמוֹת deus vindex, ultor Ps. XCIV, 1. Sq. genit. *ultio Jovae*, quam Jova petit ab aliquo Jer. L, 15. 28. LI, 11, *ultio tua* i. e. quam tu petis (sq. מִן) ab aliq. ib. XI, 20. XX, 12, it. sq. genit. eius, pro quo vindicta sumitur, ut נִקְמַת דָּם vindicta pro caede Ps. LXXIX, 10, נִקְמַת הֵיכָלוֹ Jerem. L, 28. LI, 11. Nota formulas: a) עָשָׂה נְקָמָה בְּ (Rache üben an, cf. עָשָׂה חֶסֶד עִם) Ps. CXLIX, 7, עָ׳ נְקָמוֹת בְּ Ez. XXV, 17. b) נָתַן נִקְמָתִי בְּ vindictam effundere, explere in aliquo Ez. XXV, 14, cf. Num. XXXI, 3: לָתֵת נִקְמַת יְיָ בְּמִדְיָן. c) נָתַן נְקָמוֹת לְ Ps. XVIII, 48 et עָשָׂה נְקָמוֹת לְפ׳ Iud. XI, 36 ultionem concessit alicui, effecit ut ei satisfieret (sq. מִן ab hostibus Iud. l. c.).

2) *vindictae cupido* Thren. III, 60. עָשָׂה בִּנְקָמָה egit cum vindictae cupidine Ez. XXV, 15.

נָקַע i. q. יָקַע (q. v., unde ducitur futurum) *avulsus*, transl. *abalienatus est* ab aliquo, sq. מִן Ezech. XXIII, 22. 28, מֵעַל Comm. 18. In solo praeterito reperitur.

נָקַף 1) *percussit*, *cecidit*, v. Pi. et נָקַף. (Chald. נְקַף percussit v. c. bovem mactandum, ut collaberetur, cecidit, it. impulit ad lapsum, raro levius: percussit aliquem cor, v. Buxt. 1390. 1391. Arab. نقف I. III. percussit v. c. caput, ut frangeretur, diffregit avicula ovum, percolavit, nostr. durchschlagen. Vic. נָגַף, levius est aethiop. ΛՈՃ: tetigit. Inest autem percutiendi potestas tum in syllaba נג, נכ, נק v. נָכָה, tum in קף cf. *κόπτω*, תְּקוּפָה).

2) clavis fixis *compegit*, *coniunxit*, nostr. *zusammenschlagen* (syr. et sam. ܐܬܢܩܦ, ᏗᏅᏘ adiunxit, Pa. ܢܰܩܶܦ apud Grammaticos: suffixit, ܢܘܩܳܦܳܐ suffixio, unde מַקָּף linea coniungens. Pe. ܢܩܦ adhaesit, cohaesit). Inde, ut videtur, *complicavit* (nostr. zusammenschlagen, z. B. den Mantel) v. c. rete (Iob. XIX, 6), spec. ita ut in orbem redeat res (cf. وقف limbus, armilla). Vide הִקִּיף circumdedit, נִקְפָּה zona, et in Kal

3) *in orbem ivit*. Jes. XXIX, 1: חַגִּים יִנְקֹפוּ *festa in orbem eant* h. e. festorum annuorum orbe absoluto. Eadem potestas est in nom. תְּקוּפָה a קוּף. Editione prima hanc *circumeundi* potestatem a no. 1. seiunxi et a rad. bilittera קף repetii (cf. תְּקוּפָה): idque etiamnunc nonnullis placet. Quod supra posui, etiam Schultensio placuit ad Iob. I, 5.

Pi. נִקֵּף 1) *cecidit* silvam Jes. X, 34. — 2) *discussit* (zerschlagen), percutiendo *disiecit*, inde i. q. כָּרַת *destruxit* (zerstören). Ita in loco vexato Iob. XIX, 26: אַחַר עוֹרִי נִקְּפוּ זֹאת, in quo verbi significatio certa est, de structura autem ambigi potest, sitne iungendum: *postquam destruxerint* (destructa erit) *cutem meam*, *hoc* erit s. eveniet, nimirum id quod praecesserat Comm. 25, adventus Dei; an: *post cutem meam*, quam *destruxerunt*, *hoc* erit, quod praeferunt nonnulli, qui אַחַר, si coniunctio esset, quum verbo iungendum fuisse observant. Priorem rationem expressit Targ. מִן בָּתַר דְּאִתְּפַח מַשְׁכִּי יְהֵי דָא *postquam convaluerit* (id significare videtur אִתְּפַח Buxt. p. 2619, non *inflata* erit, ut in Polygl.) *cutis mea*, *erit hoc*, Levi b. Gerson: עד שאחר שנקפו עורי שברו את העצם (et quidni statui possit, inter coniunctionem et verbum insertum esse obiectum? cf. Ps. VI, 2), posteriorem Saadias ms. qui אַחַר עוֹרִי interpretatur بعد بلى جلدى, hebr. אַחַר בְּלוֹת עוֹרִי, *postquam consumta erit cutis mea*.

Hiph. 1) *circumiecit* alicui aliquid (nostr. umschlagen). Sq. acc. rei et עַל pers. Iob. XIX, 6: מְצוּדוֹ עָלַי הִקִּיף *rete suum mihi circumiecit* (er hat sein Netz um mich geschlagen), iniecit. Metaph. Thren. III, 5: וַיַּקַּף רֹאשׁ וּתְלָאָה *circumducit* mihi *amaritudinem et aerumnam*, suppl. עָלַי. Inde 2) *circumduxit*, *in orbem duxit* (im Kreise umgehen lassen). Iob. I, 5: כִּי הִקִּיפוּ יְמֵי הַמִּשְׁתֶּה pr. *postquam in orbem duxerunt* (filii Iobi) *dies conviviorum* i. e. absoluto mutuorum conviviorum orbe, nachdem sie die Gastmäler hatten rings umgehen lassen. Lev. XIX, 27: לֹא תַקִּיפוּ פְּאַת רֹאשְׁכֶם *ne in orbem ducatis extremitatem capitis vestri* i. e. ne in orbem detondeatis capillos extremi capitis. Symm. *οὐ περιξυρήσετε κύκλῳ τὴν πρόσοψιν τῆς κεφαλῆς ὑμῶν*. Vulg. *neque in rotundum attondebitis comam*. Respici videtur mos quidam Arabum, qui capillos circumcirca detondere in medio autem occipite salvos relinquere solebant (Herod. 3, 8. 4, 175). Apte etiam LXX. *οὐ ποιήσετε σισόην ἐκ τῆς κόμης τῆς κεφαλῆς ὑμῶν* cf. ad *σισόη* glossatores apud Bielium et Schleusnerum, et de tonsura sacra veterum populorum Spencer de legg. Hebraeorum ritual. II, 18 sect. I. Bocharti Canaan p. 379. Schneideri lex. gr. s. *περιτρόχαλα*, *σκαφίς*. Inf. הַקֵּף Jos. VI, 3 et הַקֵּף VI, 11 circumducendo, adv. *circumcirca*. — 3) *circumdedit*, sq. acc. Ps. XXII, 17: עֲדַת מְרֵעִים הִקִּיפוּנִי *turma maleficorum circumdat me*. 1 Reg. VII, 24. Jes. XV, 8; sq. עַל 2 Reg. VI, 14. XI, 8. Ps. XVII, 9. LXXXVIII, 18.

נֹקֶף m. *decussio olivarum* Jes. XVII, 6. XXIV, 13. Talmud. נקף est: decussit olivas Cholin fol. 7, 1, quae quidem decussio ut racematio opponitur primae strictioni, quae legitima messis est; illa autem pauperibus relinquitur, inde נִיקוּף decussio olivarum secunda.

נִקְפָּה f. *funiculus* mulieri captivae tanquam *zona* circumligatus. Jes. III, 24: תַּחַת חֲגוֹרָה נִקְפָּה. LXX. *σχοινίον*. Vulg. funiculus. Luth. *loses* (i. e. schlechtes) *Band*. — Targ. et Talmudici (Schabb. 62, 2) *plagas* s. *vulnera* intelligunt, a נָקַף no. 1 percussit: contra antithesin (חֲגוֹרָה). Eadem obstat Crednero (ad Joël p. 147), qui veteramenta (בְּלוֹיִם) interpretatur, quum נָקַף Iob. XIX, 26 sit i. q. בָּלָה.

נָקַק rad. inusit., quae perforandi, effodiendi vim habuisse videtur, ut vicinae נָקַב (unde chald. נְקַב, syr. ܢܩܒܐ, ܢܩܒܬܐ foramen, caverna), נָקַר (unde נְקָרָה fissura petrae), et נָקַע (aram. נְקַע, ܢܩܥܐ fovea, fossa). Ipsius radicis vestigium est in Carm. Samarit. (Anecdd. orient. p. 88): ᏗᏅᏘᏗ · ᏗᏅᏘᏗ confodiet me hostis, nisi forte legendum ᏗᏅᏘᏗ a נָקַר.

נָקִיק m. *foramen*, *caverna*, נְקִיק הַסֶּלַע Jer. XIII, 4, pl. נְקִיקֵי הַסְּלָעִים Jes. VII, 19. Jer. XVI, 16.

נָקַר *fodit, effodit, excidit.* (Chald. id. ut oculum, foramen, cavernam. נִקְרָא caverna, מַקּוֹר terebra. Syr. id. Arab. نَقَرَ excavavit saxum, lignum; perfodit avis rostro, نَقَرَ et VIII. excavatus est, نُقْرَة caverna terrae, cavitas oculi, foramen ani, gulae, نَقِير excavatus, de candice. Aeth. ነቀረ፡ unum oculum effossum habuit, luscus fuit, ነቋር፡ luscus, ነቀለ፡ evulsit. Radix primaria et monosyllaba est קר, quae pariter atque כר fodiendi vim habet, v. קיר, חָקַר, דָּקַר, בָּקַר, עָקַר; it. כּוּר, כָּרָה, אָכַר al.). Spec. נָקַר עַיִן לְ effodit oculum alicui 1 Sam XI, 2, de avibus Prov. XXX, 17: יִקְּרוּהָ עֹרְבֵי־נַחַל *effodient eum* (oculum) *corvi torrentis.*

Pi. i. q. Kal *effodit* oculum alic. Num. XVI, 14. Iud. XVI, 21. Metaph. Iob. XXX, 17: לַיְלָה עֲצָמַי נִקַּר מֵעָלָי praegn. *nox ossa mea perfodit a me*, i. e. ita perfodit et corrodit, ut *a me* decidant. Nocti tribuuntur a poëta, quae noctu fiunt, ut III, 3.

Pu. effossus est. Jes. LI, 1: מַקֶּבֶת בּוֹר נֻקַּרְתֶּם *caverna s. lapicidina* ex qua *effossi estis* metaph. de auctoribus gentis.

נְקָרָה vel **נִקְרָה** *caverna.* Cstr. נִקְרַת הַצּוּר *caverna s. fissura petrae* Ex. XXXIII, 22, pl. נִקְרוֹת הַצֻּרִים Jes. II, 21.

נָקַשׁ i. q. יָקֹשׁ, קוּשׁ, sed intrans. *illaqueatus est.* Ps. IX, 17: בְּפֹעַל כַּפָּיו נוֹקֵשׁ רָשָׁע *opere manuum suarum illaqueatur impius.*

Niph. illaqueatus, irretitus est. Deut. XII, 30: פֶּן תִּנָּקֵשׁ אַחֲרֵיהֶם *ne illaqueeris* i. e. seducaris *sequi eos.*

Pi. trans. *laqueos posuit.* Ps. XXXVIII, 13, sq. לְ *laqueos iniecit* alicui. CIX, 11: יְנַקֵּשׁ נוֹשֶׁה לְכָל־אֲשֶׁר־לוֹ *fenerator laqueos iniiciat omnibus opibus suis* i. e. retineat omnia sua, nostr. mit Beschlag belegen, pfänden, cf. חָבַל no. 2. Eo pertinere videtur arab. نقش II. IV. ursit instando debitorem, pr. bona eius occupavit pro pignore.

Hithpa. laqueum posuit alicui, *insidiatus est*, sq. בְּ 1 Sam. XXVIII, 9.

נְקַשׁ chald. *percussit, pulsavit* v. c. portam, *incussit* clavum. Sic in Targg. et Talmude, v. Buxtorf. Syr. ܢܩܫ id. etiam complosit manus, pulsavit campanam, unde ܢܳܩܽܘܫܳܐ, نَاقُوس campana, arab. نقس percussit ligno lignum ad crepitandum (klappern). — Dan. V, 6: *eiusque genua* דָּא לְדָא נָקְשָׁן *collidebant* sc. prae tremore et terrore. Cf. Targ. Ez. III, 13: גַּפֵּי בְרִיָּתָא נָקְשָׁן חַד לְחַד *alae bestiarum complodentes.* Eccl. XII, 3: בְּיוֹמָא דִּי יְזוּעוּן אַרְכּוּבָתָךְ וְיִתְנַקְּשׁוּן אֶדְרָעָךְ *quo die contremiscent genua tua et collident* (prae tremore) *brachia.* Magis etiam congruit Ephr. Syr. Opp. gr. II, 399: ܢܩܫܝܢ ܫܢܝ dentes mei collidunt (crepitant, klappern), adde arab. نبصت فريصة contremiscit scapula alic., de timente Har. 1, 36 Schult.

נָרַג rad. in verbo inusitata i. q. מָרַג pr. cito volvit se, inde celeriter et multum locutus est, calumniatus est. Arab. quadril. نَوْرَجَ cito vertit se in incessu et sermone, calumniatus est, unde نَوْرَج tribulum, Dreschwalze, hebr. מוֹרַג; نَيْرَجَ i. q. نورج, unde نَيْرَج celeriter se convertens, calumniator, susurro. Unde

נִרְגָּן (ad formam כִּבְשָׁן, מִגְדָּן) m. *garrulus, calumniator, susurro* Prov. XVI, 28. XVIII, 8. XXVI, 20. 22. Addo Bohlenii coniecturam, qui ad نيرج confert pers. نيرنگ, نيرنگ res nova, fraus, ex sanscr. *nava ranga* novus color, fraus, unde נִרְגָּן novarum rerum inventor et venator, Neuigkeitskrämer.

* * *

נֵרְגַל n. pr. idoli Cuthaeorum, Assyriae Persiaeque populi 2 Reg. XVII, 30. Quod Rabbini hoc idolum sub galli specie cultum fuisse somniant (coll. תַּרְנְגוֹל gallus), nugae sunt: nec felicius est Gorresii etymon (ad Ferdus. 1, p. 38) a pers. *ner-gal* mas gallus (?). Propius ad veri speciem accedit, quod Norbergius (Onom. ad Cod. Nasar. p. 105 sqq.) נרגל idem censet quod zab. ࡍࡉࡓࡉࡂ Mars planeta, deus belli Cod. Nas. 1, 212 lin. 7. 224, 8. 112, 18, quod congruit cum arab. مِرِّيخ Mars planeta, cuius statua ferrea una manu gladium, altera caput cruentum crinibus prehensum tenens a Sabaeis in templis quadratis et rubris colebatur (v. Muhammed Ali Taleb ap. Norberg. l. c.). L litteram in lex. man. conieci vim diminutivi habuisse, de cuius usu in rebus sacris v. s. v. דָּגוֹן. Sed magis placet Bohlenius, qui de נֵרְגַל et מְרֹדַךְ, Martis nominibus, nunc cummaxime hanc mecum communicavit coniecturam multorum, ut puto, suffragia laturam. נֵרְגַל, inquit, est sanscr. *Nrigal* devorans homines, de bellatore strenuo, ut *nrijagdha* [vide quae observavimus ad rad. לָחַם), et congruit cum מְרֹדַךְ i. e. *martâdaka* (ut purushâdaka anthropophagus) vel *martâk* comedens homines (t more Persarum in d mutato) i. q. مردخور, a rad. *aś* comedit, cuius *ś* extremum transiit in k, ut *diś*, *dik* al.

נֵרְגַל שַׁרְאֶצֶר n. pr. 1) praefecti militum imperante Nebucadnezaro Jer. XXXIX, 3. 2) archimagi eiusdem regis, ibid. Comm. 13. שַׁרְאֶצֶר etiam seorsum reperitur, v. suo loco. Utrumque coniunctum idem nomen est, quod gr. scribitur Νεριγλισσάρ et regis Babylonici nomen est.

נֵרְדְּ c. suff. נִרְדִּי Cant. I, 12, pl. נְרָדִים ib. IV, 13. 14 *nardus*, gramen Indicum cum spica spicae triticeae viridi simili (unde arab. سنبل هندى spica indica), ex quo oleum nardi et odoratissimum et pretiosissimum conficiebatur (Athen. 15, 686—688. Strabo 15 p. 695. Theophr. hist. pl. 9, 7. Dioscorid. 1, 6. Plin. 12, 25. 26. 16, 59). Guil. Jonesio et Roxburghio testibus (Recherches asiatiques ed. Langl. II no. 28 adde T. IV no. 5. 33 ed. Calc.) planta, ex cuius radice genuinum nardi oleum percipitur, Valerianae species est in Bengalia *Jâtamansi* (cincinnus) appellata (v. imaginem eius Recherches asiatiques ad p. 455); sed et aliae graminum odoratorum species (max. Andropogon Nardus) sub *nardi* specie venibant (v. Diosc. 1, 6 ibique Sprengel. Avic. II, 225), quae etiam Cant. IV, 13. 14 intelligendae videntur, quum contra I, 12 potius „nardi parvus onyx" (Hor. Carm. 4, 12, 16. 17) e collo suspensus cogitandus sit. Indice nomen est *narda*, *nartaka* (species eius est *gonarda* nardus vaccinus), pers نارد، ناردين، نرد (quod pr. *truncum*, *caulem* plantae significat, v. Ferhang Gihankiri ap. Langlesium l. c. p. 447), sic etiam arab. sed vulgo سنبل، سنبل هندى, gr. *νάρδος, ναρδόσταχυς, spica nardi.* Vide Celsii Hierobot. II, 1 sqq. Salmas. homonym. c. 89. Sprengel ad Diosc. l. c. et hist. rei herb. 1, 8. Jones et Roxburgh ll. cc.

נָשָׂא fut. יִשָּׂא, inf. absol. נָשׂוֹא Jer. X, 5. Hos. I, 6, constr. נְשׂא Jes. I, 14, שׂוֹא Ps. LXXXIX, 10, c. suff. נָשְׂאִי Ps. XXVIII, 2, sed longe frequentius שְׂאֵת c. praef. בִּשְׂאֵת Ex. XXVII, 7, et לָשֵׂאת (persaepe), c. Suff. שְׂאֵתוֹ, שְׂאֵתִי; imp. נְשָׂא (semel נְסָה Ps. IV, 7) et שָׂא Gen. XXVII, 3. Num. III, 40; part. pass. נָשׂוּא (semel נְשׂוּי more quiescentium לה Ps. XXXII, 1), sed Ps. CXXXIX, 20 נָשׂוּא est pro נְשׂוּ, נָשְׂאוּ, addito א more Arabum (Jes. XXVIII, 12).

1) *sustulit*, *extulit*. LXX. *αἴρω, ἐξαίρω, ἐπαίρω, ὑψόω.* (Congruunt aeth. ነሥአ: sumsit, accepit, v. no. 3, et arab. نشأ elatus est, crevit, accrevit, II. extulit, educavit. IV. produxit; sed tollendi, ferendi, sumendi significatu aliis radicibus utuntur, ut رفع, حمل). Gen. VII, 17: *crescebant aquae et tollebant arcam.* XXIX, 1: *et pedes sustulit Jacobus et abiit.* Exod. X, 19: *ventus sustulit locustas.* Iud. IX, 48. 2 Sam. II, 32 al. נָשָׂא נֵס sustulit i. e. erexit vexillum Jer. IV, 6. L, 2. LI, 12. 27. Sq. עַל praegn. *sustulit* et posuit *super* al. (auf etwas setzen, laden). Gen. XXXI, 17: וַיִּשָּׂא אֶת־בָּנָיו ... עַל הַגְּמַלִּים (er lud seine Kinder auf Kameele), sic נָשָׂא עָלָיו חֵטְא imposuit sibi ipsi culpam i. e. contraxit culpam (er lud eine Sünde auf sich) Lev. XXII, 9. Num. XVIII, 32, quoniam peccatum oneri comparari potest, נָשָׂא אָלָה בְּ imposuit iusiurandum alicui 2 Par. VI, 22. — Intrans. *sustulit se* Ps. LXXXIX, 10: בְּשׂוֹא גַלָּיו *ubi attollunt se fluctus eius.* Nah. I, 5: וַתִּשָּׂא הָאָרֶץ מִפָּנָיו *et tollit se* assurgit *terra coram eo.* Hab. I, 3: מָדוֹן יִשָּׂא *lis surgit,* oritur. — Potiores loquendi formulae sunt:

a) נָשָׂא יָד (et נָשָׂא כַף) *sustulit manum*, quod est iurantis Deut. XXXII, 40 (cf. הֵרִים יָד Gen. XIV, 22. Dan. XII, 7 et Virg. Aen. 12, 195), inde *iuravit*, sq. dat. pers. et gerundio verbi Ez. XX, 6: נָשָׂאתִי יָדִי לָהֶם לְהוֹצִיאָם. XLVII, 14. Exod. VI, 8. Num. XIV, 30. Ps. CVI, 26. Neh. IX, 15. Alibi est vim illaturi 2 Sam. XX, 21 (sq. בְּ), poenas sumturi Ps. X, 12, precantis et adorantis Ps. XXVIII, 2. LXIII, 5. CXXXIV, 2 (cf. Thren. III, 41), nutu advocantis Jes. XLIX, 22, sq. אֶל (cf. XIII, 2).

b) נָשָׂא רֹאשׁוֹ *extulit caput suum*, *α*) de eo qui hilaris est et laeti animi Iob. X, 15. Zach. II, 4; *β*) de eo qui opibus crescit, invalescit (cf. lat. caput extollere in civitate, syr. ܐܪܝܡ ܪܫܐ aliquem ad dignitatem evehere BH. 438) Iud. VIII, 28. Ps. LXXXIII, 3: sed *γ*) נָשָׂא רֹאשׁ פ׳ מִבֵּית כֶּלֶא *sustulit caput alic. ex carcere* est i. q. eum ascendere fecit ex carcere (qui sub terra esse solet), eduxit ex eo 2 Reg. XXV, 27, et omissis verbis מִבּ׳ כ׳ Gen. XL, 13. 20. Aliam eius locutionis potestatem v. no. 2.

c) נָשָׂא פָנָיו *sustulit vultum suum*, de eo qui bene sibi conscius hilari animo est et fiducia plenus Iob. XI, 15. Ellipt. Gen. IV, 7: *si bene egisti* שְׂאֵת *elatio* erit sc. vultûs, i. e. vultu hilari incedere potes. Opp. הִפִּיל פָּנָיו Comm. 5. 6. Sq. אֶל *intuitus est* in aliquid 2 Reg. IX, 32, metaph. fiduciam in aliquo posuit Iob. XXII, 26. 2 Sam. II, 22, etiam de Deo benigne homines respiciente Num. VI, 26.

d) נָשָׂא עֵינַיִם *sustulit oculos* (LXX octies et decies: *ἀναβλέπω τοῖς ὀφθαλμοῖς*), saepe, quae est Hebraeorum in talibus verbositas (cf. sustulit pedes Gen. XXIX, 1, sustulit vocem litt. e., et s. v. לָקַח), ante verba conspiciendi, ut Gen. XIII, 10: *sustulit oculos suos et vidit.* 14. XVIII, 2. XXII, 4. XXIV, 63. XXXI, 10. XXXIII, 1. 5. XLIII, 29; sq. אֶל et לְ *oculos coniecit* in aliquem, aliquid i. e. amore, desiderio eius captus est Gen. XXXIX, 7: וַתִּשָּׂא אֵשֶׁת אֲדֹנָיו אֶת־עֵינֶיהָ אֶל יוֹסֵף. Ps. CXXI, 1; translate de desiderio Dei et fiducia in eum Ps. CXXIII, 1, in idola Ezech. XVIII, 12. XXIII, 27. XXXIII, 25. Deut. IV, 19. Cf. litt. g. (Arab. مدّ عينيه الى pr. extendit oculum in aliq. Cor. 20, 131).

e) נָשָׂא קוֹל *sustulit vocem*, pleonast. (cf. litt. d) ante verba plorandi Gen. XXVII, 38. XXIX, 11. Iud. II, 4. 1 Sam. XXIV, 17. XXX, 4, clamandi Iud. IX, 7, iubilandi Jes. XXIV, 14, etiam omisso קוֹל (nostr. anheben). Jes. III, 7, adeoque absol. *clamandi* et *iubilandi* sensu. Iob. XXI, 12: *tollunt* vocem (i. e. iubilant, canunt) *ad sonum tympani et citharae.* Jes. XLII, 11. Ibid. V. 2: לֹא יִשָּׂא *non tollit* vocem i. e. non clamat alta voce, i. q. לֹא יִצְעַק. — Inde

f) *voce protulit*, *extulit* aliquid, ut carmen Num. XXIII, 7. Ps. LXXXI, 3. Iob. XXVII, 1, preces Jes. XXXVII, 4, fletum Jer. IX, 9, convicia Ps. XV, 3, nomen Dei Ex. XX, 7: לֹא תִשָּׂא אֶת־שֵׁם יְיָ אֱלֹהֶיךָ לַשָּׁוְא *ne efferto nomen Jovae dei tui ad mendacium* sc. comprobandum i. e. ne peierato. XXIII, 1: לֹא תִשָּׂא שֵׁמַע שָׁוְא *ne proferas rumorem falsum.* 2 Reg. IX, 25. Eodem referenda sunt haec Ps. CXXXIX, 20: יֹאמְרוּךָ לִמְזִמָּה נָשׂוּא לַשָּׁוְא עָרֶיךָ *dicunt te* (nomen tuum) *ad scelus*, *efferunt* sc. te s. nomen tuum *ad mendacium adversarii tui* i. e. peierant. נָשׂוּא pro נָשְׂאוּ, v. supra.

g) נָשָׂא נֶפֶשׁ אֶל *sustulit animum ad* aliquid h. e. optavit, desideravit aliquid Deut. XXIV, 15. Hos. IV, 8. Prov. XIX, 18, max. אֶל יְהוָֹה i. e. anxie desideravit auxilium Dei Ps. XXV, 1. LXXXVI, 4. CXLIII, 8. Sq. לְ Ps. XXIV, 4: לֹא נָשָׂא לַשָּׁוְא נַפְשׁוֹ qui *non effert animum suum ad malum*, qui non appetit malum. Sunt qui coll. Ex. XX, 7 interpretentur: *qui non effert animum* i. e. nomen *eius* (Jovae) *ad mendacium* i. e. qui non peierat; sed nemo dixerit *pronuntiare animum* alic. pro *pronunciare nomen* eius. (Schult. in Opp. min. p. 316 ad formulam hebraeam confert „arab. حُمِلَ الى شئ desiderio ferri ad aliquam rem", imo: حمل على شئ impulit ad rem, VII. impulsus est ad aliquid.

h) נָשָׂא לֵב אֶל יְיָ *animum sustulit ad Jovam* Thren. III, 14 dr. de homine Deum pie invocante, sed לִבִּי נְשָׂאַנִי est: *animus meus effert me* i. e. α) incitat me ad aliquid i. e. promtus et paratus sum ad aliquid agendum Ex. XXXV, 21. 26. XXXVI, 2. Eadem locutione utuntur β) de superbia. 2 Reg. XIV, 10: נְשָׂאֲךָ לִבֶּךָ *tollit te animus tuus* i. e. effers te, superbis. 2 Par. XXV, 19. (Cf. tollere animos Plaut., animi sublati i. e. superbi Ter., animus se tollit Cic. fragmm.).

i) *tollere* in bilance i. e. ponderare Iob. VI, 2. Cf. lat. *pendo* et hebr. סָלָא.

2) *abstulit* (quod plerumque *tollendo* fit, ut lat. *tollere*, *e medio tollere*, sexcenties pro *auferre*). 1 Sam. XVII, 34: *abstulit ovem de grege.* Iud. XVI, 31. 2 Sam. V, 21: וַיִּשָּׂאֵם דָּוִד וַאֲנָשָׁיו *et abstulit ea* (idola) *Davides cum servis suis.* 1 Reg. XV, 22. 2 Reg. VII, 8. Cant. V, 7: נָשְׂאוּ אֶת רְדִידִי מֵעָלַי *abstulerunt mihi velum.* Eccl. V, 14: מְאוּמָה לֹא יִשָּׂא *nil secum aufert* (moriens). Jerem. LII, 17. Mich. II, 2. Dan. I, 16. Ezech. XXIX, 19. נָשָׂא נֶפֶשׁ פ׳ auferre vitam alic. 2 Sam. XIV, 14. — Gen. XL, 19: *tribus abhinc diebus* יִשָּׂא פַרְעֹה אֶת רֹאשְׁךָ מֵעָלֶיךָ *Pharao auferet caput tuum a te* i. e. capite te mulctabit, ubi est verborum lusus coll. formula simili quidem sed contrariae significationis נָשָׂא רֹאשׁ פ׳ 13. 20. Vide no. 1, b, γ. Similem lusum habes Cic. ep. ad div. 11, 20 init. „adolescentem (Octavianum) *tollendum*", quod esse poterat vel *honoribus augendum* vel *necandum*. — Fortius: *abstulit* ventus 2 Reg. II, 16. Iob. XXVII, 21, *e medio sustulit*, *perdidit* aliquem (Deus) ib. XXXII, 22; *eradicavit* arborem Ez. XVII, 9 (ubi מַשְׂאוֹת est inf. aram. Kal, pro מִשָּׂא, more verborum לה in ות cadens cf. מִלְאוֹת).

Spec. *sustulit* s. *abstulit* peccatum (חַטָּאת, פֶּשַׁע, עָוֹן פ׳) alic. est a) *expiavit* peccatum (sacerdos) Lev. X, 17. b) *condonavit* peccatum, de hominibus Gen. L, 17: שָׂא־נָא פֶּשַׁע אַחֶיךָ. Exod. X, 17, de Deo Gen. IV, 13. Exod. XXIII, 21. XXXIV, 7. Num. XIV, 18. Ps. XXXII, 5. LXXXV, 3. Iob. VII, 21. Dicunt etiam נָשָׂא לְחַטָּאת (ignoscere peccato) Exod. XXIII, 21. Jos. XXIV, 19. Ps. XXV, 18, et sq. dat. pers. ignoscere alicui. Gen. XVIII, 24. 26: וְנָשָׂאתִי לְכָל־הַמָּקוֹם בַּעֲבוּרָם. Num. XIV, 19. Jes. II, 9. Hos. I, 6: *non miserebor amplius domus Israëlis* כִּי נָשֹׂא אֶשָּׂא לָהֶם *ut iis ignoscam.* Part. pass. נְשׂוּא עָוֹן cuius peccatum remissum est Jes. XXXIII, 24, et נְשׂוּי פֶּשַׁע id. Ps. XXXII, 1. In N. T. dicitur αἴρω τὴν ἁμαρτίαν pro *expio* (litt. a) Joh. I, 29, Alexandrini in exemplis no. 2. ponunt ἐξαίρω ἁμάρτημα Exod. XXVIII, 38, ἀφαιρέω τὴν ἁ. Lev. X, 17. Num. XIV, 18, ἀνίημι Jes. I, 14, ἀφίημι Gen. IV, 13. — Ab auferendo proficiscitur

3) *cepit*, *sumsit* (nehmen) i. q. לָקַח. Gen. XXVII, 3: *sume arma tua ... et egredere.* Jos. VI, 4. 6. 2 Reg. IX, 25. 26. Jes. XXXVIII, 21. Am. VI, 10. Ps. CXXXIX, 9. Gen. XLV, 19: *sumite patrem vestrum et venite.* Jon. I, 12: *capite me et proiicite me in mare*, ubi passim sermonis abundantiae inservit (v. ad לָקַח p. 759 B), it. *accepit* α) i. q. *obtinuit*, *reportavit* (empfangen, bekommen). Eccl. V, 18: לָשֵׂאת אֶת־חֶלְקוֹ. Ps. XXIV, 5: יִשָּׂא בְרָכָה מֵאֵת יְיָ. CXVI, 13. נָשָׂא חֵן, חֶסֶד gratiam obtinuit, reportavit. Esth. II, 9. 15. 17. V, 2. β) *accepit* (annehmen) i. q. *admittere rem* oblatam, ubi opponitur *reiicere*, *repudiare* (v. infra b). 1 Par. XXI, 24: לֹא אֶשָּׂא אֲשֶׁר לְךָ לַיהוָֹה *non accipiam*, *quae tua sunt*, *pro Jehova* (nicht werde ich, was dein ist, für Jehova nehmen). Cf. Comm. 23, ubi Ornan agrum obtulerat. Nota has locutiones:

a) נָשָׂא אִשָּׁה *mulierem duxit* uxorem, i. q. לָקַח אִשָּׁה, sed crebrius apud recentiores scriptores Iud. XXI, 23. Ruth I, 4. 2 Par. XI, 21. XIII, 21. Esr. X, 44, et ellipt. Esr. IX, 2: כִּי נָשְׂאוּ מִבְּנֹתֵיהֶם לָהֶם וְלִבְנֵיהֶם *nam sumserunt* uxores *de filiabus eorum sibi et filiis suis.* Comm. 12. Neh. XIII, 25. Sed 2 Par. XXIV, 3: וַיִּשָּׂא לוֹ יְהוֹיָדָע נָשִׁים שְׁתַּיִם *et sumsit ei* i. e. dedit ei *Jojadas duas mulieres.* (Syr. dicunt ܢܣܒ ܐܢܬܬܐ 2 Macc. XIV, 25. BH. 201. 270. Neohebraei נָשׂוּא, נְשׂוּאָה coniuge iunctus, a; הִשִּׂיא despondere filium vel filiam).

b) נָשָׂא פְּנֵי פ׳ *personam alicuius excepit* locutio propria de rege et iudice, qui admittit salutatum venientes et dona ferentes et causae eorum favet, opp. הֵשִׁיב פָּנִים non admisit salutationem alicuius. Gen. XXXII, 21: אוּלַי יִשָּׂא פָנָי *fortasse me benigne excipiet.* Mal. I, 8: הַקְרִיבֵהוּ נָא לְפֶחָתֶךָ הֲיִרְצְךָ אוֹ הֲיִשָּׂא פָנֶיךָ *offer istud quaeso praefecto tuo*, *num te excipiet ieque ad se admittet.* Inde α) in bonam partem *preces* alic. *admisit*, *respexit* petentem vel deprecantem pro aliis, eique *gratificatus est.*

Gen. XIX, 21: הִנֵּה נָשָׂאתִי פָנֶיךָ גַּם לַדָּבָר הַזֶּה *ecce respiciam preces tuas etiam in hac re.* 1 Sam. XXV, 35: *et accepit Davides e manu eius quaecunque ei attulerat dixitque: ..... exaudiam te* וָאֶשָּׂא פָּנָיִךְ *tibique gratificabor.* 2 Reg. III, 14: לוּלֵי פְּנֵי יְהוֹשָׁפָט אֲנִי נֹשֵׂא *nisi Josaphati rationem haberem.* Iob. XLII, 8: כִּי אִם פָּנָיו אֶשָּׂא לְבִלְתִּי וגו' *nam eius preces respiciam ita ut non* cet. Translate Prov. VI, 35: לֹא יִשָּׂא פְּנֵי כָל־כֹּפֶר *non respicit ullum pretium redemtionis*, nostr. er sieht kein Lösegeld an. — It. *respexit* dignitatem alicuius, *reveritus est* aliquem. Thren. IV, 16: פְּנֵי כֹהֲנִים לֹא נָשָׂאוּ *sacerdotes non reverentur,* altero membro: זְקֵנִים לֹא חָנָנוּ, et eadem sententia semel נָשָׂא פָנִים לְ, Deut. XXVIII, 50: אֲשֶׁר לֹא יִשָּׂא פָנִים לְזָקֵן וְנַעַר לֹא יָחֹן. Inde part. pass. נְשׂוּא פָנִים vir *spectatus, honestus* (nostr. angesehen, arab. وجيه Saad.). 2 Reg. V, 1. Iob. XXII, 8. Jes. III, 3. IX, 14. — *β*) in malam partem: *temere favit alicui* iudex partium studio ductus vel muneribus corruptus. Lev. XIX, 15: לֹא תִשָּׂא פְנֵי דָל וְלֹא תֶהְדַּר פְּנֵי גָדוֹל *ne faveto tenui neve reverearis personam nobilis.* Iob. XXXII, 21: אַל־נָא אֶשָּׂא פְּנֵי אִישׁ *nemini temere favebo* pace vestra (v. ad נָא p. 834), altero membro: וְאֶל אָדָם לֹא אֲכַנֶּה *et nemini adulabor.* XXXIV, 19: אֲשֶׁר לֹא נָשָׂא פְּנֵי שָׂרִים parall. וְלֹא נִכַּר שׁוֹעַ לִפְנֵי דָל. XIII, 8. Ps. LXXXII, 2. Prov. XVIII, 5: שְׂאֵת פְּנֵי רָשָׁע לֹא טוֹב. Omisso genit. Deut. X, 17: אֲשֶׁר לֹא יִשָּׂא פָנִים וְלֹא יִקַּח שֹׁחַד *qui partium studio non ducitur, neque munera capit.* (Cf. 2 Par. XIX, 7). Iob. XIII, 10: אִם בַּסֵּתֶר פָּנִים תִּשָּׂאוּן *an forte clam unius partis rebus studetis?* (pr. an clam unius partis salutationes et munera admisistis?). Mal. II, 9: נֹשְׂאִים פָּנִים בַּתּוֹרָה *partium studio ducti in lege* administranda.

Ceterum quae de origine et propria vi eius locutionis exposuimus paullo copiosius iam vindicanda, a vulgari eius acceptione, quam nuper nonnulli revocarunt, paullulum deflectunt. Plerique enim hanc formulam interpretantur: *attollere vultum* alic. i. e. eum suspicere, revereri pro dignitate: „vultus honorati extollitur vel demissione voluntaria aliorum vel aequatione cum excelsis" (Gusset. lex. p. 1310). „In supplicibus vultus demissi exaltationem prae gaudio intelligunt" (ibid.). „*Faciem* alic. *elevare* s. *extollere* est *personam suspicere* et *magni facere.*" Simonis in lex. ed. 1—3. „נָשָׂא פְּנֵי פ' attollere vultum alic., facere ut vultum attollat aliquis, ut *animo sit confidenti, fiduciam afferre alicui,* hinc favere, studere rebus alicuius. Oppositum est הִפִּיל פְּנֵי פ' Iob. XXIX, 24 cf. Gen. IV, 5 sqq." Maurer ad Ps. LXXXII, 2. Eadem dixerat de Wette ad h. l., insuper addens, נָשָׂא non significare *accipere* (quod sit לָקַח). Sed non desunt argumenta, quae rationem supra commendatam stabiliant, hanc refellant. Ac *primum* ipse V. T. usus multis in locis ita manifestus est, ut contextu rite perpenso de vera natura locutionis vix dubitari possit. Pro significatione *excipiendi* supplicem et dona ferentem vide Gen. XXXII, 21. 1 Sam. XXV, 35. Mal. I, 8, donum vel *λύτρον* accipiendi Prov. VI, 35, prae ceteris rem quasi ob oculos ponunt verba Iob. XIII, 10: אִם בַּסֵּתֶר פָּנִים תִּשָּׂאוּן. Pingunt enim iudicem venalem, qui in iudicio litigantes sibique munera ferentes *clam* apud se benigne excipit, ut contra iudex integer et incorruptus graphice describitur Jes. XXXIII, 15: נֹעֵר כַּפָּיו מִתְּמֹךְ בַּשֹּׁחַד *excutiens manus, ne accipiant donum.* — 2) *Faciem personam*ve *excipiendi* (non *tollendi*) vim exprimunt plerique veteres interpretes tum orientales (chald. נְסַב אַפֵּא, syr. ܢܣܒ ܒܐܦ̈ܐ) tum Graeci, qui, licet variis verbis utantur, vel ad verbum reddunt *excipere faciem* s. *personam*, vel ad sensum *revereri personam.* Illud LXX exprimunt his verbis: *προςδέχομαι τὸ πρόςωπον τινός* Gen. XXXII, 21 (cf. Mal. I, 8: *εἰ προςδέξεταί σε, εἰ λήψεται πρόςωπόν σου*), *λαμβάνω πρόςωπον τινός* Lev. XIX, 15. 2 Reg. III, 14. Iob. XLII, 8. Ps. LXXXI, 2. Thren. IV, 16. Mal. II, 9, Theod. Prov. VI, 35 (cf. N. T.), *ἀρετίζω τὸ πρός.* 1 Sam. XXV, 35; hoc his formulis: *θαυμάζω* (revereor, non: miror, admiror) *τὸ πρόςωπον* Gen. XIX, 21. Deut. X, 17. XXVIII, 50. 2 Par. XIX, 7. Iob. XIII, 10. XXII, 8. Prov. XVIII, 5, *αἰσχύνομαι πρόςωπον* (itidem reverendi significatu) Iob. XXXII, 21. XXXIV, 19, *δυσωποῦμαι* Mal. II, 9 et Symm. Gen. XIX, 21. Vulg. variis modis reddit, qui tamen eodem redeunt omnes, ut *considerare personam* Lev. XIX, 15, *accipere personam* Deut. X, 17, *suscipere preces* Gen. XXXII, 21 cet. Unus Aquila habet *ἦρα τὸ πρόςωπον* Gen. l. c. Temere autem dixeris, hos omnes eam locutionem perperam et perverse interpretatos esse: neque recte dicitur, נָשָׂא *accipiendi* potestate carere (v. 1 Par. XXI, 24). — 3) Illi rationi favent etiam locutiones tum synonymae tum similes apud Hebraeos et Arabes. Apud Hebraeos ea significatione, qua in malam partem accipitur, paene syn. est הִכִּיר פָּנִים (p. 886), quod manifesto significat *intuitus est personam*, et eadem הָדַר פְּנֵי revereri personam (Lev. XIX, 15): plus etiam ad rem facit locutio contraria: הֵשִׁיב פְּנֵי פ' repulsam dedit petenti, pr. repulit personam alic. (vel si mavis: fecit ut averteret faciem) i. e. salutationem alic. non accepit (jem. abweisen).

Apud Arabes in hunc censum veniunt a) verbum وَجَهَ denom. a وَجْهٌ facies, Conj. III. facie obversa excepit aliquem c. a. p., obviam ei ivit eum intuens vultu in eum directo (jem. freundlich ansehen und entgegenkommen) i. q. נָשָׂא פָנִים, Conj. I. spectabilis fuit honore et auctoritate, verb. pass. وَجِيهٌ spectabilis (nostr. angesehen, dem man das Gesicht zukehrt, dem man mit zugekehrtem Gesicht entgegenkommt, opp. dem man den Rücken kehrt, den man abweist). b) formula, qua viris sanctis bene precantur: كَرَّمَ اللّٰه وجهه honoret Deus faciem eius i. e. eum ad se excipiat, preces eius exaudiat. Syr. ܢܣܒ ܒܐܦ̈ܐ est etiam *ὑποκρίνειν* (v. Schaaf. h. v. p. 346) et intelligitur ea simulatio, qua quis benigue et blande praesentem excipit (in das Gesicht freundlich ist), etsi aliter sentiat.

c) נָשָׂא רֹאשׁ *cepit summam* alicuius rei (die Summe aufnehmen), i. e. *numerum inivit*, *numeravit*. Exod. XXX, 12: כִּי תִשָּׂא אֶת־רֹאשׁ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל לִפְקֻדֵיהֶם. Num. I, 2. 49. IV, 2. 22. XXVI, 2. XXXI, 26. 49. Idem valet נָשָׂא בְּמִסְפָּר Num. III, 40. 1 Par. XXVII, 23.

4) *tulit*, *portavit* Exod. XII, 34. XXV, 14. 27. XXXVII, 14. Ps. CXXVI, 6. Jes. LII, 11 al. velut onera in dorso (de iumentis) Gen. XLV, 23. Jes. XXX, 6, *gestavit* infantem in ulnis sinuve Deut. I, 31. Jes. XLVI, 3, vestes 1 Sam. II, 28. XIV, 3, clypeum 2 Par. XIV, 7; *tulit* arbor fructus Ez. XVII, 8. Joël II, 22. Hagg. II, 19, ager fruges, inde Ps. LXXII, 2: יִשְׂאוּ הָרִים שָׁלוֹם לָעָם *ferant montes salutem populo.*

Spec. est a) i. q. *attulit*, *apportavit*, Exod. X, 13: *et Eurus attulit locustas.* 1 Reg. X, 11: *navis Hirami, quae aurum afferebat ex Ophira.* 1 Sam. IV, 4. נָשָׂא מִנְחָה munera attulit 1 Par. XVI, 29. XVIII, 2. Ps. XCVI, 8; it. *abstulit* (v. supra no. 2). — b) *tulit* i. q. *toleravit* (ertragen), *sustinuit* v. c. dolores Jes. LIII, 4, ignominiam Ps. LXIX, 8. Ezech. XVI, 52. Jes. I, 14: נִלְאֵיתִי נְשֹׂא. Jer. XLIV, 22: לֹא יוּכַל יְיָ עוֹד לָשֵׂאת מִפְּנֵי רֹעַ מַעַלְלֵיכֶם *non potuit Jova amplius ferre prava facinora vestra* (*er konnte es nicht mehr aushalten wegen der Bosheit* etc.). Mich. VII, 9: זַעַף יְהוָה אֶשָּׂא. Ps. LV, 13. Prov. XXX, 21. Sq. בְּ partitivo (v. בְּ no. 2, d). Iob. VII, 13: יִשָּׂא בְשִׂיחִי מִשְׁכָּבִי *feret partem moeroris mei lectus meus* (mein Bette wird mir meinen Kummer tragen helfen). Inde *sivit*, *passus est* aliquid. Sq. inf. Gen. XIII, 6: לֹא נָשָׂא אֹתָם הָאָרֶץ לָשֶׁבֶת יַחְדָּו *non tulit eos terra, ut una habitarent*, non passa est terra eos una habitare, propter regionis angustiam una habitare non poterant. Iob. XXI, 3: שָׂאוּנִי וְאָנֹכִי אֲדַבֵּר *sinite iam me loqui.* — c) *tulit* aliquid i. q. curam rei in se suscepit. Num. XI, 14: *ego solus populum ferre non possum* i. e. eius curam et imperium in me suscipere. Comm. 17. Deut. I, 9. 12. Solent enim Hebraei imperium sub oneris imagine repraesentare (v. ad Jes. IX, 5). — d) נָשָׂא חֵטְא, עָוֹן פ׳ *peccatum* alic. *tulit* i. e. peccati poenam in se suscepit Jes. LIII, 12. Ez. IV, 5. XIV, 10, נָשָׂא בְעָוֹן פ׳ id. Ez. XVIII, 19. 20. נָשָׂא חֶטְאוֹ, עֲוֹנוֹ peccati sui poenas luit Lev. V, 1. 17. XVII, 16. XX, 19. XXIV, 15. Num. V, 31. IX, 13. XIV, 34. XVIII, 22. XXX, 16. Sic *tulit scortationes* alic. i. e. earum poenas luit. Num. XIV, 33. Ez. XXIII, 35. Absol. Iob. XXXIV, 31: נָשָׂאתִי לֹא אֶחְבֹּל *poenas dedi*, *non* amplius *peccabo.* De alio eius formulae usu v. supra no. 2, a. b. (Sic arab. حمل Cor. 29, 11, وزر 6, 164 in se suscepit alterius peccata).

Niph. נִשָּׂא 1) *sublatus*, *elatus*, *exaltatus est*, pass. Kal no. 1. Jes. XL, 4: כָּל־גֶּיא יִנָּשֵׂא *omnis vallis tolletur* s. efferetur. LII, 13: וְנִשָּׂא וְגָבַהּ מְאֹד *et efferetur et valde altus erit.* Part. נִשָּׂא i. q. רָם *elatus*, *altus* Jes. II, 2. 12—14. VI, 1. XXX, 25. LVII, 7. 15. Jer. LI, 9. Reflex. *extulit se.* Ez. I, 19—21. Ps. XCIV, 2: הִנָּשֵׂא שֹׁפֵט הָאָרֶץ *effer te* surge, *iudex terrae.* VII, 7. Prov. XXX, 13: וְעַפְעַפָּיו יִנָּשֵׂאוּ parall. רָמוּ עֵינָיו. Dan. XI, 12. — 2) *portatus*, *gestatus est* Exod. XXV, 28. Jes. XLIX, 22. LXVI, 12; *abductus est* 2 Reg. XX, 17.

Pi. נִשֵּׂא 2 Sam. V, 12 et נִשָּׂא 1 Reg. IX, 11 1) *extulit* aliquem, aliquid 2 Sam. l. c. Esth. III, 1. V, 11. נִשֵּׂא נֶפֶשׁ לְ i. q. Kal no. 1, litt. g. valde desideravit aliquid Jer. XXII, 27. XLIV, 14. — 2) *sublevavit* aliquem (unterstützen), *adiuvit.* Esth. IX, 3. Esr. VIII, 36. Ps. XXVIII, 9. Jes. LXIII, 9. Sq. בְּ aliqua re, velut munere. 1 Reg. IX, 11: *Hiramus* .... נִשָּׂא אֶת־שְׁלֹמֹה בַּעֲצֵי אֲרָזִים *adiuvit Salomonem lignis cedrinis.* Esr. I, 4. Inde 3) *obtulit munus.* 2 Sam. XIX, 43: אִם נִשֵּׂאת נִשָּׂא לָנוּ *an munus obtulit nobis?* — 4) *abstulit*, i. q. Kal no. 2. Am. IV, 2.

Hiph. הִשִּׂיא 1) causat. Kal no. 4, d *ferre fecit* aliquem culpam, i. e. peccatum suum luere iussit Lev. XXII, 16. — 2) sq. אֶל *imposuit*, *iniecit* alicui aliquid, v. c. funem 2 Sam. XVII, 13.

Hithp. הִתְנַשֵּׂא et הִנַּשֵּׂא Num. XXIV, 7. Dan. XI, 14 1) *elatus*, *exaltatus est*, sq. לְ super aliquid 1 Par. XXIX, 11. — 2) *extulit se* i. e. a) potenter surrexit Num. XXIII, 24. XXIV, 7. 1 Reg. I, 5. Dan. l. c. b) superbiit Ezech. XVII, 14. Prov. XXX, 32; sq. עַל extulit se super al. Num. XVI, 3. Ez. XXIX, 15.

נְשָׂא chald. 1) *abstulit* (ventus) Dan. II, 35. — 2) *cepit*, *sumsit* Esr. V, 15. (In Targg. raro, ibi enim pro hebr. נָשָׂא frequentant נְסַב).

Ithpa. *extulit se*, *surrexit* contra al., sq. עַל Esr. IV, 19.

נִשֵּׂאת pr. part. Ni. f. *donum* (cf. rad. Pi. no. 3) 2 Sam. XIX, 43.

נְשׂוּאָה f. id quod portatur, *onus* Jes. XLVI, 1.

נָשִׂיא m. adj. verbale pass. *elatus*, 1) *princeps* (LXX plerumque ἄρχων, aliquoties ἡγεμών, ἡγούμενος), nomen generale, tam de regibus usurpatum (cf. נָגִיד) 1 Reg. XI, 34. Ez. XII, 10. XXX, 13. XXXVIII, 2. XLV, 7 sq. XLVI, 2 sq., quam de singularum tribuum praefectis, ut de phylarchis Israëlitarum Num. VII, 10 sqq., XXXIV, 18 sqq. (plene נְשִׂיאֵי יִשְׂרָאֵל Num. I, 44. IV, 46, נְשִׂיאֵי הָעֵדָה IV, 34. XXXI, 13. XXXII, 2), Ismaëlitarum Gen. XVII, 20, Midianitarum Jos. XIII, 21, Hevitarum Gen. XXXIV, 2, adeoque de principibus familiarum Num. III, 24: נְשִׂיא בֵית אָב לַגֵּרְשֻׁנִּי. 30. 35, pl. נְשִׂיאֵי הָאָבוֹת 1 Reg. VIII, 1. 2 Par. V, 2 pro נְשִׂיאֵי בֵית הָאָבוֹת, quare totius tribus leviticae princeps appellatur נְשִׂיא נְשִׂיאֵי הַלֵּוִי Num. III, 32, cf. 1 Par. VII, 40. נְשִׂיא אֱלֹהִים princeps s. phylarcha a Deo constitutus, de Abrahamo Gen. XXIII, 6. (In numis Maccabaicis Simon Maccabaeus appellatur שמעון נשיא ישראל *Simeon princeps Israëlis*, v. F. P. Bayer de numis hebraeo-samaritanis p. 171, append. p. XV).

2) pl. נְשִׂיאִים *vapores* e terra *adscendentes*, ex quibus nubes oriuntur Jer. X, 13. LI, 16, unde de *nubibus*

ipsis Ps. CXXXV, 7. Prov. XXV, 14. (Arab. نَشَأ et نَشْءٌ nubes elata vel primum concrescens).

שִׂיא (pro נְשִׂיא) m. *elatio, eminentia* Iob. XX, 6.

שִׂיאוֹן (pro נְשִׂיאוֹן elatus) n. pr. montis, qui vulgo Hermon appellatur Deut. IV, 48.

שְׂאֵת pr. inf. fem. (v. supra rad.), sed alibi subst. 1) *elatio* sc. vultus i. e. vultus hilaris, serenus. Gen. IV, 7. V. rad. נָשָׂא no. 1, litt. c. (Syr. ܢܣܒ ܐܦܐ facies aperta i. e. hilaris, sibi bene conscia. BH. 328). — 2) *eminentia, locus eminens* in cute, inde *macula* quaevis Levit. XIII, 2. 10. 19. 28. 43. XIV, 56, adeoque quae cute est profundior. Cf. XIII, 2. 3. 4. — 3) *excellentia, praestantia* Gen. XLIX, 3, *dignitas* (regis) Ps. LXII, 5, *maiestas* Dei Iob. XIII, 11. XXXI, 23. Eo etiam referri potest Hab. I, 7: מִמֶּנּוּ מִשְׁפָּטוֹ וּשְׂאֵתוֹ יֵצֵא *ab ipso proficiscitur iudicium suum et dignitas sua* i. e. nullum praeter se iudicem agnoscit, nullam praeter se dignitatem. In prioribus editt. שְׂאֵת *decretum* iudicis interpretatus sum i. q. מִשְׁפָּט coll. מַשָּׂא no. 1, b, sed certe non opus est nova hac significatione.

שֵׂת i. q. שְׂאֵת c. suff. שֵׂתוֹ (al. codd. שאתו). Iob. XLI, 17: מִשֵּׂתוֹ יָגוּרוּ אֵלִים *ubi surgit* (Leviathan), *contremiscunt fortes.*

מַשָּׂא m. pr. inf. chaldaizans (v. no. 2, a), dein subst.

1) a tollendi et efferendi significatu (v. rad. no. 1) *elatio*, a) *vocis* (v. no. 1, e. f.), inde *cantus*. 1 Par. XV, 27: הַשַּׂר הַמַּשָּׂא *cantus* l. concentus musici *moderator*. LXX. cod. Vatic. ἄρχων τῶν ᾠδῶν, et ita etiam Kimchius. Sic 1 Par. XV, 22: שַׂר הַלְוִיִּם בְּמַשָּׂא יָסֹר בַּמַּשָּׂא *princeps Levitarum in cantu erudiendo in cantu* l. musica sacra. Al. utroque loco *portationem* sc. arcae sacrae intelligunt. Sed longe frequentius b) *quod profertur, effatum* (Ausspruch), *sententia*. Prov. XXX, 1. Collect. XXXI, 1: מַשָּׂא אֲשֶׁר יִסְּרַתּוּ אִמּוֹ *sententiae quas eum docuerat mater*. Spec. *effatum divinum, vaticinium*. 2 Reg. IX, 25: וַיהוָה נָשָׂא עָלָיו אֶת הַמַּשָּׂא הַזֶּה. Jes. XIV, 28: *anno quo mortuus est Ahasus rex* הָיָה הַמַּשָּׂא הַזֶּה. Hab. I, 1: הַמַּשָּׂא אֲשֶׁר חָזָה חֲבַקּוּק *effatum quod revelatum est Habacuco*. Plene מַשָּׂא יְהוָֹה Jer. XXIII, 33. 34. 38, מַשָּׂא דְבַר יְיָ Zach. IX, 1. XII, 1. Mal. I, 1. Plerumque sq. genit. obiecti, ut מַשָּׂא בָּבֶל *vaticinium in Babylonem* Jes. XIII, 1. מַשָּׂא צֹר XXIII, 1 et sic XV, 1. XVII, 1. XIX, 1. XXI, 1. 11. XXII, 1. XXX, 6. Nah. I, 1, it. sq. בְּ obiecti Zach. IX, 1. Jes. XXI, 13, עַל Zach. XII, 1, אֶל Mal. I, 1. Quum מַשָּׂא saepe reperiatur in titulis oraculorum minacium, Hieronymus prol. ad Hab. et ad Jes. XIII, 1), Luth. adeoque recentiores nonnulli, ut Hengstenbergius (Christologie II, p. 102) et Rückertus, etiam his in locis (ut no. 2) *onus* reddiderunt idque *oraculum molestum* et minax interpretati sunt. Sed, ut alia taceam, מַשָּׂא dicitur etiam de vaticiniis non minacibus Zach. XII, 1. Mal. I, 1. Ceterum in utroque, *vaticinii* et *oneris*, significatu luditur apud Jer. XXIII, 33 sqq. quo loco vetantur Israëlitae uti hac voce, qua ut ambigua profani homines abuti soleant, ut prophetis irrideant. Comm. 33: *si quis de plebe .... interrogat te dicens: ecquid* datur *oneris divini? dicas iis quid oneris* detur, scil. *repudiavi vos, inquit Jova.* 34: *Quodsi quis .... de onere Jovae loquatur, animadvertam in eum et familiam eius.* 35: *Sic dicetis inter vos: quid respondit Jova? aut, quid locutus est Jova?* 36: *Onus Jovae ne memorate amplius. Nam sua cuique verba erunt onus, dum dei viventis, Jovae dei nostri verba invertitis.* Similem lusum vide Ez. XII, 10. De Wettius protervum illum iocum germanice ita imitatus est, ut irrisoribus istis tribuant ve. *Wehsagung* pro *Weissagung*. — c) מַשָּׂא נֶפֶשׁ id quod desiderat animus Ezech. XXIV, 25, cf. rad. no. 1, g.

2) a portandi significatu: a) inf. *portare*. Num. IV, 24: לַעֲבֹד וּלְמַשָּׂא *ad laborandum et ad portandum*. 2 Par. XX, 25: לְאֵין מַשָּׂא *ut portari non posset*, cf. XXXV, 3. b) subst. *portatio*. Num. IV, 19: אִישׁ אִישׁ עַל עֲבֹדָתוֹ וְאֶל מַשָּׂאוֹ. Comm. 27. 31. 32. 47: לַעֲבֹד עֲבֹדַת מַשָּׂא. c) *id quod portatur, onus*. 2 Reg. V, 17. Neh. XIII, 15. 19. Jes. XXII, 25. XLVI, 1. 2. Jer. XVII, 21 sqq. 2 Reg. VIII, 9: מַשָּׂא אַרְבָּעִים גָּמָל *onus quadraginta camelorum*. הָיָה לְמַשָּׂא עַל oneri esse alicui 2 Sam. XV, 33. Iob. VII, 20, sq. אֶל 2 Sam. XIX, 36. Metaph. de cura. Num. XI, 11: לָשׂוּם אֶת־מַשָּׂא כָּל־הָעָם הַזֶּה עָלָי *ut mihi imponas omnem curam huius populi.*

3) *munus* (v. rad. Pi. no. 3), inde *tributum* i. q. מִנְחָה. 2 Par. XVII, 11.

4) n. pr. filii Ismaëlis Gen. XXV, 14. 1 Par. I, 30.

מַשֹּׂא (l. *masso*) m. 2 Par. XIX, 7: מַשֹּׂא פָנִים *partium studium*, v. נָשָׂא no. 3, litt. b.

מַשָּׂאָה f. *incendium*, ab elatione fumi dictum Jes. XXX, 27, cf. מַשְׂאֵת no. 1, b.

מַשְׂאֵת f. (pro מַשָּׂאת) cstr. מַשְׂאַת Gen. XLIII, 34. pl. מַשְׂאֹת 1) *elatio* a) manuum Ps. CXLI, 2. b) fumi in incendio (v. מַשָּׂאָה). Ind. XX, 38: מַשְׂאַת הֶעָשָׁן *elatio fumi*. Comm. 40: הַמַּשְׂאֵת הֵחֵלָּה לַעֲלוֹת מִן הָעִיר עַמּוּד עָשָׁן. Inde c) concr. *res elata, signum* quod erigitur Jerem. VI, 1. Fortasse est signum igne datum, coll. talmud. משיאות signa igne data, quibus novilunium indicasse dicuntur veteres Hebraei, Mischna Rosch haschana 2 §. 2. — d) i. q. מַשָּׂא 1, b *effatum* Thren. II, 14. — e) מַשְׂאַת חֶרְפָּה ingestio contumeliae, concr. tales in quos contumeliam ingerunt Zeph. II, 14, v. de h. l. s. v. חֶרְפָּה p. 524.

2) *munus* i. q. מַשָּׂא no. 3. Esth. II, 18. Jer. XL, 5. Am. V, 11, impr. cibi portio convivae oblata vel in domum eius missa (Hom. γέρας) Gen. XLIII, 34. 2 Sam. XI, 8, it. *tributum* (Auflage). 2 Par. XXIV, 6. 9: מַשְׂאַת מֹשֶׁה tributum a Mose impositum. Ez. XX, 40. — De מַשְׂאוֹת Ez. XVII, 9 v. supra in rad. no. 2 extr.

נָשַׂג in Kal inusit.

Hiph. הִשִּׂיג 1) *assecutus est*, pr. de persequente, qui assequitur vel fugientem vel eum qui quocunque modo ei praecurrit Gen. XXXI, 25. XLIV, 6. Ex. XIV, 9. XV, 9. Deut. XIX, 6. Jos. II, 5. 1 Sam. XXX, 8. 2 Sam. XV, 14. 2 Reg. XXV, 5. Ps. VII, 6. XVIII, 38. Jer. XXXIX, 5. LII, 8. Hos. II, 7 (9). De gladio persecutoris, qui aliquem assequitur 1 Par. XXI, 12. Jer. XLII, 16, de fluctibus et terroribus Iob. XXVII, 20: תַּשִּׂיגֵהוּ כַמַּיִם בַּלָּהוֹת *assequuntur eum instar fluctuum* inundantium *terrores*, et metaph. de benedictione et maledictione Deut. XXVIII, 45: וּבָאוּ עָלֶיךָ כָּל־הַקְּלָלוֹת הָאֵלֶּה וּרְדָפוּךָ וְהִשִּׂיגוּךָ. Comm. 2. 15, de culpa peccati Ps. XL, 13, de ira divina LXIX, 25, de minis divinis Zach. I, 6, et contra de salute Jes. LIX, 9, quae omnia hominem persequi cogitantur. Sic dicunt: *assequi tempus*, quippe quod quasi fugiat. Gen. XLVII, 9: וְלֹא הִשִּׂיגוּ אֶת־יְמֵי שְׁנֵי חַיֵּי אֲבֹתַי *et non assequuntur* (dies mei) *dies vitae patrum meorum*. Lev. XXVI, 5: הִשִּׂיג לָכֶם דַּיִשׁ אֶת־בָּצִיר *et assequetur vobis tritura vindemiam* i. e. pertinget usque ad vindemiam. Contra homines dicuntur *assequi* gaudium Jes. XXXV, 10. LI, 11: שָׂשׂוֹן וְשִׂמְחָה יַשִּׂיגוּן נָסוּ יָגוֹן וַאֲנָחָה *gaudium et laetitiam assequuntur, fugiunt moeror et suspiria* (quae qs. assequi non potuerant); vias vitae Prov. II, 19 (opp. orco). — Singularis formula est: *manus mea assecuta est* aliquid i. e. acquisivi, comparavi aliquid (pecuniam), conquirere et cogere potui (ich konnte das Geld auftreiben, aufbringen), i. q. מָצְאָה יָדִי דָּבָר p. 813, quibus in locutionibus pecuniam avide comparans cum eo comparatur, qui praedam persequitur et sectatur. Lev. XXV, 26: *si quis redemtore caret* וְהִשִּׂיגָה יָדוֹ וּמָצָא כְּדֵי גְאֻלָּתוֹ *sed ipse sibi comparat quantum sufficit ad redemtionem*. XIV, 21: אִם דַּל הוּא וְאֵין יָדוֹ מַשֶּׂגֶת *si quis pauper est et impar est huic sumtui*. Comm. 22. 30. 31 sqq. Ezech. XLVI, 7: כַּאֲשֶׁר תַּשִּׂיג יָדוֹ *quantum habet s. possidet*. Etiam sq. לְ Lev. V, 11. Absol. Lev. XXV, 47: כִּי תַשִּׂיג יַד גֵּר וְתוֹשָׁב עִמָּךְ *si peregrinus et inquilinus sibi comparat* aliquid, i. e. opibus crescit, ditescit.

2) causat. *assequi fecit* i. e. *admovit*. 1 Sam. XIV, 26: וְאֵין מַשִּׂיג יָדוֹ אֶל פִּיו *nemo manum ori admovit*. Sq. dupl. acc. Iob. XLI, 18: מַשִּׂיגֵהוּ חֶרֶב *admovens ei gladium* (nom. absol.), si quis ei gladium admovet.

Not. הִשִּׂיג Iob. XXIV, 2 est pro הִסִּיג removit (terminos), v. סוּג.

נָשַׁק in Kal inusit.

Hiph. הִשִּׁיק *accendit* Jes. XLIV, 15. Ez. XXXIX, 9. (Chald. אַסִּיק id. in Targg. saepe de igne in altari accenso).

Niph. accensus est Ps. LXXVIII, 21.

נָשַׁר rad. inusit. i. q. chald. נְסַר *serravit, serram duxit*, vc. onomatop., arab. نشر, unde مِنْشار serra, aeth. ወሠረ: et መሰር: melit. *naschar* serravit, *munschar*, *monschar* serra, syr. ܢܣܰܪ dissecuit serra, ܡܰܣܳܪܳܐ serra, ܢܶܣܪܳܐ asser. Inde

מַשּׁוֹר m. *serra*. Jes. X, 15.

I. נָשָׁא in Kal inusit., pr., ut mihi quidem videtur, *dimovit* de loco, i. q. נָסַע نسع (unde etiam: luxavit membrum, nervum, v. ad נָשָׁה). Inde

Hiph. 1) *seduxit*. Gen. III, 13. Jer. XLIX, 16. — 2) *decepit*, *imposuit* alicui sq. dat. 2 Reg. XVIII, 29: אַל־יַשִּׁיא לָכֶם חִזְקִיָּהוּ *ne decipiat vos Hiskias* i. e. ne ab eo decipi patiamini. (2 Par. XXXII, 15 pro לָכֶם est acc. אֶתְכֶם). Jer. XXIX, 8; acc. 2 Reg. XIX, 10. Obad. 7. Jer. XXXVII, 9: אַל־תַּשִּׁאוּ נַפְשֹׁתֵיכֶם *ne vosmet ipsos decipiatis*. Sq. עַל praegn. Ps. LV, 16 Keri: יַשִּׁיא מָוֶת עָלֵימוֹ *mors decipiat* (et obruat) *eos*, h. e. subito eos opprimat praeter opinionem. In Chethibh: יְשִׁימוֹת עָלֵימוֹ *exitium super eos*, quod magis placet.

Niph. pass. no. 2. Jes. XIX, 13.

מַשָּׁאוֹן m. *fraus*, *simulatio* Prov. XXVI, 26.

II. נָשָׁא i. q. נָשָׁה no. II (ubi vide), sed rarius, *feneratus est*, pecuniam dedit pro fenore, fort. fenus *imposuit* alicui; coniungitur enim sq. בְּ pers. Neh. V, 7: מַשָּׁא אִישׁ בְּאָחִיו אַתֶּם נֹשְׁאִים *num fenus vobis invicem imponitis?* Vulg. *usurasne exigitis?* Unde נֹשֵׁא בוֹ creditor eius Jes. XXIV, 2, et simpl. נֹשֶׁא creditor 1 Sam. XXII, 2.

Hiph. oppressit, *vexavit* aliquem instar feneratoris, sq. בְּ Ps. LXXXIX, 23: לֹא יַשִּׁא אוֹיֵב בּוֹ. Inde

מַשָּׁא m. 1) *fenus*, *usura*. Neh. V, 7. Sic etiam Comm. 10, nam מַשָּׁא videtur idem quod מֵאָה centesima Comm. 11. Alii ipsum *debitum* intelligunt, ut no. 2. — 2) *quod aliquis mutuum accepit* (Darlehn) i. q. מַשָּׁאָה. Neh. X, 32: מַשָּׁא כָל־יָד (remittere) *debita omnis manus* i. e. omne debitum. Quid sibi velit יָד in hac locutione vide mox s. v. מַשֶּׁה pag. 920 B. Ceterum pro מַשָּׁא, quod habent Athias et alii, v. d. Hooght l. l. male dat מַשָּׁא.

מַשָּׁאָה f. i. q. מַשָּׁא no. 2. *quod quis mutuum dedit* alteri (Darlehn), *aes alienum*. Deut. XXIV, 10: מַשַּׁאת מְאוּמָה (Darlehn worin es auch bestehe). Prov. XXII, 26: עֹרְבִים מַשָּׁאוֹת *qui spondent pro debitis* aliorum.

מַשּׁוּאוֹת Ps. LXXIV, 3 v. rad. שׁוֹא.

נָשַׁב *flavit*. (Syr. ܢܫܰܒ, chald. נְשַׁב id. Verbum onomatop. ut cogn. נָשַׁף, נָשַׁם, et שָׁאַף). Sq. בְּ *adflavit* (ventus) Jes. XL, 7. Praeterea in cod. Sam. Ex. XV, 10 נשבת est pro נָשַׁפְתָּ.

Hiph. flare fecit (ventum). Ps. CXLVII, 18, *flando abegit* (eig. durch Windmachen verscheuchen) Gen. XV, 11.

I. נָשָׁה 1) pr., si quid video, *exaruit* aqua (vic. arab. نَسَّ aridus fuit panis, نَشَّ defecit aqua stagni), inde de robore exarescente Jer. LI, 30: נָשְׁתָה גְבוּרָתָם, de lingua siti exarescente Jes. XLI, 17: לְשׁוֹנָם בַּצָּמָא נָשָׁתָּה, ubi Dagesch vel euphonicum est (ut Hebraei volunt) vel delendum. Cf. ad rad. נָשַׁת. Arescendi notio autem translata est partim ad torporem membrorum, gr. νάρκη, ναρκάω, quo factum est, ut LXX גיד הנשה interpretati sint νεῦρον ὃ ἐνάρκησεν (Gen. XXXII, 32), partim ad oblivionem, quae cernitur in memoria deficiente et quasi exarescente (cf. Jer. XVIII, 15: num *exarescunt* aquae peregrinae, recentes, fluentes? sed me *obliviscitur* populus meus cet. lat. exarescit facultas orationis Cic. fem. 9, 18, defecit memoria ib. fin. 2, 14, 44). Itaque

2) *oblitus est* rei Thren. III, 17, hominis i. e. *deseruit, neglexit* eum Jer. XXIII, 39. Inf. absol. נָשֹׁא pro נָשֹׁה ibid. (Syr. ܢܫܐ id. Arab. نَسِيَ id., it. neglexit, omisit, missum fecit, نِسْيٌ, نَسْيٌ res oblita. Aethiop. quadril. ረሰረየ: inserto ረ id.).

Niph. oblivioni traditus est. Jes. XLIV, 21: לֹא תִנָּשֵׁנִי *oblivioni non traderis a me*, pro תִּנָּשֶׁה לִּי. Kimchi: תִּנָּשֶׁה מִמֶּנִּי. Targ. et Jarchi Niphal idem esse volunt quod Kal, ut vertendum sit *ne obliviscaris me*, quod non probo.

Pi. oblivisci fecit, sq. dupl. acc. Gen. XLI, 51, ubi נַשַּׁנִי scriptum est pro נִשַּׁנִי, ut magis etiam alludatur ad nomen מְנַשֶּׁה.

Hiph. הִשָּׁה i. q. Pi. Iob. XXXIX, 17: *Deus eum* (struthionem) *oblivisci fecit sapientiae.* XI, 6: *scias* — כִּי יַשֶּׁה לְךָ אֱלוֹהַּ מֵעֲוֹנֶךָ *Deum tibi oblivioni tradere de culpa tua*, h. e. tibi remittere partem culpae. — Inde

נְשִׁיָּה f. *oblivio.* Ps. LXXXVIII, 23.

מְנַשֶּׁה (qui oblivioni tradit, dicitur de puero, qui ortu suo parentibus exoptatissimo pristinam eorum moestitiam et aegritudinem oblivioni tradit, v. Gen. XLI, 51) n. pr., Alex. *Μανασσῆς*, quod gesserunt 1) filius Josephi et Asnath mulieris Aegyptiae (Gen. XLI, 51. XLVI, 20), frater Ephraimi a Jacobo avo adoptatus (ibid. XLVIII, 1 sqq.), et propterea, pariter atque ipsius Jacobi filii, auctor tribus Israeliticae Num. I, 10. II, 20. VII, 54. Iud. I, 27. VI, 15. VII, 23. 2 Par. XXX, 1. 10. 11. 18. Ps. LX, 9, quae saepe copulatur cum tribu Ephraimitica Num. XXVI, 28. Jes. IX, 20. Pars eius ab ipso Mose sedes obtinuit in terra transiordanensi Num. XXXII, 39 sqq. XXXIV, 14. Jos. XII, 6. XIII, 29 sqq., pars in citeriore Cananaea ad latus Ephraimitarum, tribus fraternae, habitabat Jos. XVI, 1 — XVII, 12. Patron. מְנַשִּׁי Deut. IV, 43. — 2) rex Judae (699 — 644 a Chr.), Ezechiae filius, idolorum cultu, superstitione et erga pios crudelitate famosus 2 Reg. XXI, 1 — 18. 2 Par. XXXIII, 1 — 20. — 3) Iud. XVIII, 30 Chethibh. — 4) Esr. X, 30. — 5) V. 33. (Idem nomen gessit Numida quidam, Iubae socius, Appian. b. civ. 4, 54).

II. נָשָׁה i. q. נָשָׁא no. II, *mutuam dedit* alicui pecuniam, aliasve res max. accepto pignore Deut. XXIV, 11, et imposito fenore Jer. XV, 10. (Origo esse videtur in differendo, *moram dando*, arab. نَسَأَ distulit, tardavit, moram produxit, dein I. IV. credidit rem venditam postea solvendam. Castellus, heptagl. col. 2330, ex Bedwelli schedis etiam arabico نَسَى tribuit fenerandi, mutuum dandi vim, sed tacentibus Arabum lexx. exigua eius auctoritas est). Sq. acc. rei et בְּ pers. cui *mutuum datur.* Neh. V, 10: *etiam ego et fratres servique mei* נֹשִׁים בָּהֶם כֶּסֶף וְדָגָן *iis mutuum dedimus pecuniam et frumentum.* Omisso acc. Deut. XXIV, 14: הָאִישׁ אֲשֶׁר אַתָּה נֹשֶׁה בוֹ *vir cui tu mutuum dedisti.* Jer. XV, 10: לֹא נָשִׁיתִי וְלֹא נָשׁוּ בִי וגו׳ *neque mutuum accepi neque mutuum dederunt mihi*, tamen *omnes maledicunt mihi.* Sed נָשָׁה מֵאָה בְּ est: imposuit alicui usuram centesimae (v. מֵאָה). Neh. V, 11: *reddite iis agros et vineas eorum* (pro pignore a vobis acceptos), *et centesimam pecuniae et frumenti* .... אֲשֶׁר אַתֶּם נֹשִׁים בָּהֶם *quam iis imposuistis* (Vulg. quam exigere soletis ab iis) i. e. usuram iam solutam iis reddite. Congruit נָשָׁא מַשָּׁא בְּ ibid. Comm. 7. Inde Part. נוֹשֶׁה *creditor* isque durus et immisericors, *fenerator.* Ex. XXII, 24. (Cod. Sam. ☐). 2 Reg. IV, 1. Ps. CIX, 11. Jes. L, 1 (accuratius נֹשֵׁא בוֹ Jes. XXIV, 2).

2) *mutuum accepit* (ut lat. *fenero, feneror* i. e. pecuniam fenori do, sed rarius etiam: ita accipio). Absol. Jer. XV, 10 (v. supra no. 1). Part. נוֹשֶׁה debitor (opp. נֹשֵׁא בוֹ debitor eius). Jes. XXIV, 2. — Verba לָוָה et נָשָׁה, נָשָׁא Kimchius ad Jes. XXIV, 2 ita distinguit, ut לוה usurpetur de pecunia mutuum data, נשא de frumento, vino, oleo cet. Neh. V, 7 [sed cf. Comm. 10. 11]: rectius dixeris, in radd. נָשָׁא, נָשָׁה fenerandi vim inesse, qua caret לָוָה.

Hiph. i. q. Kal no. 1, *mutuum dedit* alicui, sq. בְּ pers. Deut. XV, 2: אֲשֶׁר יַשֶּׁה בְּרֵעֵהוּ *id quod mutuum dedit proximo suo.* XXIV, 10. (Cod. Sam. utroque loco habet א pro ה).

נְשִׁי m. *debitum* 2 Reg. IV, 7.

מַשֶּׁה m. *debitum*, alicui creditum. Deut. XV, 2: שָׁמוֹט כָּל בַּעַל מַשֵּׁה יָדוֹ אֲשֶׁר יַשֶּׁה בְּרֵעֵהוּ *remittendo* sc. remittat *omnis possessor debiti* i. e. creditor *id quod mutuum dedit* s. credidit *proximo suo.* Clericus et Rosenm. male ita coniungunt: *remittat omnis creditor manum suam*, qs. scriptum sit מַשֶּׁה. Arcte cohaerent מַשֵּׁה יָדוֹ, quod quomodo accipiendum sit, docent similes locutiones מַשָּׁא כָל־יָד Neh. X, 32 et Lev. V, 21: פִּקָּדוֹן אוֹ תְשׂוּמֶת יָד *depositum aut in manus positum*, in quibus יָד non abundat, sed pertinet ad *committendi, credendi, concredendi*

significatum, qui coniungi solet cum בְּיַד, עַל יַד, velut הִפְקִיד עַל יַד 2 Par. XII, 6. 10, בְּיַד ה׳ Ps. XXXI, 6. Tob. I, 16 Munst. (ubi agitur de pecunia alicui credita). Est igitur מַשֵּׁה יָד, מַשָּׁא יָד quod *manibus* alic. creditum est. Maurerus suffixum in יָדוֹ retulit ad manum creditoris (h. m. *mutuum manus eius* i. e. quod manus eius mutuum dedit), sed, ut ex ll. cc. colligitur, refertur potius ad notionem compositam מַשֵּׁה יָד q. d. sein Handlehen = sein Darlehn, ut integra sententia sit: erlassen soll jeder Besitzer eines Hand-Darlehns das was er seinem Nächsten anvertraut hat. Non tacebo duas alias rationes, quae de hac locutione meditanti mihi succurrerunt. Possint enim מַשֵּׁה יָד, מַשָּׁא יָד et תְּשׂוּמֶת יָד etiam *debita* esse sub *dextrae* fide alicui concredita, ut nos dicimus: einen Kauf handfest machen, et *eine Handfeste* de pacto data dextra confirmato (cf. hebr. תָּקַע Jes. II, 6): vel יָד esse possit *chirographum* (Tob. I, 17. Vulg.: sub chirographo dedit illi memoratum pondus argenti. Suet. Gell.) s. syngrapha debitoris, χειρόγραφον, χειρογράφημα, neohebr. משה יד, שטר אמנה, שטר חוב, ita ut משא יד, משה יד esset debitum chirographo obligatum, et כָּל־בַּעַל מַשֵּׁה יָדוֹ Deut. l. c. *quicunque possidet debitum chirographo obligatum* (wer eine Schuldverschreibung inHänden hat).

נָשֶׁה (Pent. Sam. נשא, 3 codd. נשיא) m. *nervus ischiadicus*, et *locus eius* (femur), inde גִּיד הַנָּשֶׁה *nervus femoris*. Eius mentio est Gen. XXXII in narratione de lucta nocturna Jacobi cum Deo, ubi Comm. 26: *et cum videret* (vir ille), *se ei* (Jacobo) *parem non esse*, *percussit eum in acetabulo femoris, et luxatum est acetabulum femoris Jacobi* ... Comm. 32 .... *et claudicavit in femore suo.* 33. *Propterea non comedunt Israëlitae* אֶת־גִּיד הַנָּשֶׁה אֲשֶׁר עַל כַּף הַיָּרֵךְ *nervum femoris*, *qui est ad acetabulum femoris*, *ad hunc usque diem*, *quia percusserat* Jova *acetabulum femoris Jacobi* בְּגִיד הַנָּשֶׁה *in nervo femoris.* Significatio vocis נָשֶׁה certissima est ex usu Arabum, apud quos نَسًا dual. نَسَيَانِ, نَسَوَانِ, أَنْسَاءٌ est „nervus, qui per femur et crus ad talos fertur" i. e. *nervus ischiadicus*, crassissimus ille totius corporis humani nervus in ipso femore, ubi nascitur, digiti fere crassitiem attingens, quo qui laborant, claudicare solent (minime: *tendo Achillis*, qui ad talos est, et ad femur non pertinet), it. pars corporis in quo hic nervus est i. e. femur, unde نَسَى percussit, laesit hunc nervum, نَسِىَ doluit, laboravit ex eo i. e. ischiade laboravit, cuius sedes in hoc nervo est, نَسٍ, أَنْسَى hoc malo laborans. De ipso nervo et de doloribus eius s. de ischiade (وجع النسا) agit Avic. I, p. 602, de عرق النسا vena femoris .... id. p. 106 (in capite de venae sectione), sed in hac locutione نسا iam ipsum femur significat, et ita etiam poëtae hoc vocabulo utuntur. Meidani ap. Reisk. ad Abulf. III p. 218 in descriptione cameli: كان على انسايها عذق خصبة *quasi esset super femoribus eius racemus palmae fructibus onustae*, et Ibn Doreid 74 ed. Scheid (78 ed. Haitsma) de equo: *protuberantis pectoris* عَرِّ ٱلنَّسَا *rigidi femoris* (von praller Hüfte). Sic hebr. גִּיד הַנָּשֶׁה interpretatus sum *nervum femoris* (den Nerven der Hüftgegend), neque vero, quod olim placuit, *ligamentum nervi ischiadici* vel *femoris*, ita ut ligamentum acetabuli (capsulare vocant recentiores) intelligatur: nervus enim iste ob crassitiem et colorem a carnis colore diversum oculis facile se offert poteratque cum carne comedi, ligamentum illud vel sine lege nemo comedisset.

Ex vett. interpretibus nonnulli vocem hebraeam retinent. Onk. גִּידָא דְנַשְׁיָא, Sam. גיד נסיה, it. Saad., quanquam hic male عِرْق ٱلنَّسَا i. e. *vena* sciatica (v. supra Avic.); alii rem alio nomine designant, ut Josephus (Archaeol. 1, 20 §. 2): τὸ νεῦρον τὸ πλατὺ *nervus latus* s. planus, quae appellatio ischiadico satis apta est, quippe qui ex pluribus nervorum ramis coeat et, ubi oriatur, planum fere nervorum plexum (ein breites Nervengeflecht) efficiat (vide Fr. Meckelii Anatomiam T. III §. 1818). Syr. ܓܺܝܕܳܐ ܕܢܶܫܝܳܐ, quod (de origine v. infra) lexicographi reddunt: عرق النسا (Novar. pag. 179): vel ita descripserunt, ut agnosci posset a rei peritis, ut Hebraeus quidam apud Fagium ad h. l. גיד הזה הוא גיד ארוך וראשו מחובר בעצם האליה ויורד ומתפשט על הכף ... ונקרא בתלמוד חיצון כי היא נתון כלו בצד חיצון של ירך ולא נמצא בעוף *hic nervus perlongus est, et caput eius adhaeret ossi caudae, unde descendit et dispergit se super iuncturam femoris* .... *et appellatur in Talmude externus eoquod exteriorem femoris partem occupat. In avibus is non reperitur.* Pauci *ligamentum* s. *tendinem* intellexerunt, ut Luth. *Spannader* (i. e. Sehne), et nonnulli Judaei (v. Fagium): die springendig Ader (i. e. die Springsehne, tendo Achillis).

In etymo propriaque potestate vocabuli investiganda magni momenti esse videntur LXX. et Vulg. qui Comm. 33 ita transferunt: ἕνεκεν τούτου οὐ μὴ φάγωσιν υἱοὶ Ἰσραὴλ τὸ νεῦρον ὃ ἐνάρκησεν ὅ ἐστιν ἐπὶ τοῦ πλάτους τοῦ μηροῦ ...... ὅτι ἥψατο τοῦ πλάτους τοῦ μηροῦ Ἰακὼβ τοῦ νεύρου ὃ ἐνέρκησεν, Vulg. quam ob causam non comedunt nervum filii Israël, qui *emarcuit* in femore Jacob usque in praesentem diem: eo quod tetigerit nervum femoris eius et *obstupuerit*. Cf. Comm. 25. Nimirum גיד הנשה hi interpretabantur *nervum torporis* (q. d. den Lähmungs-Nerven od. Krampf-Nerven) idem fere etymon secuti, quod Talmudici habent (Cholin fol. 91, a) et Kimchius, a rad. נָשָׁה, „proprie *viribus defecit* (laudatis verbis Jer. LI, 30: נָשְׁתָה גְבוּרָתָם, quae explicant היתה לנשים *)) ", dein *oblitus est*: illumque nervum

*) Ex his intelligitur, quid causae sit, quod *nervum muliebrem* eum appellent nonnulli antiquiores.

torporis et spasmi sedem causamque *) esse existimabant, quae opinio etiam Syris haesisse videtur, apud quos ܢܫܝܬܐ est *tetanus*, ܓܝܕܐ ܕܢܫܝܬܐ *nervus ischiadicus*, pr. nervus tetani (Starrkrampf-Nerve). Nec profecto inepta est ista ratio **). Nam etsi recentiores נְשִׁיָּה l. c. pariter atque נְשִׁיָּה Jes. XLI, 17, quae *exarescendi* et *evanescendi* vim habent vel ad נָשַׁת vel ad שחת referre soleant, non dubium est, ea (si modo Jes. XLI, 17 Dagesch mittitur) etiam ad rad. נָשָׁה recte referri, et *obliviscendi* vim ab *exarescendo* (Jes. XLI, 17) satis ingeniose deduci. Vide ad radd. נָשָׁה no. 1, et נָשַׁת.

נָשַׁךְ fut. יִשֹּׁךְ Eccl. X, 11, et יִשַּׁךְ Prov. XXIII, 32 *momordit*, max. serpens Gen. XLIX, 17. Num. XXI, 8. 9. Am. V, 19. IX, 3. Prov. XXIII, 32. Eccl. X, 8. 11, homo Mich. III, 5. (Aethiop. ነስከ፡ id., syr. transp. ܢܟܬ). Metaph. a) *vexavit*, oppressit Hab. II, 7. (Cf. aeth. መናስከን፡ mordentes i. e. opprimentes Hen. 10, 13, ubi vid. Laurencii not.). b) *feneratus est* Deut. XXIII, 20, quandoquidem non solum fenerari sed adeo usuram capere hominis sordidi et inopes vexantis esse censebant (cf. aram. נְכַת, ܢܟܬ momordit, unde נוֹכְתָא fenus; arab. قرض rosit, conj. III feneratus est, gr. δάκνεσθαι ὑπὸ τῶν χρεῶν Arist. Nub. 1, 12, lat. usura vorax Lucan. 1, 171). — Cf. Hiph.

Pi. i. q. Kal *momordit*, de serpentibus Num. XXI, 6. Jer. VIII, 17.

Hiph. causat. Kal litt. b. הִשִּׁיךְ *usuras imposuit alicui*, sq. dat. pers. Deut. XXIII, 20. 21.

נֶשֶׁךְ, in Pausa נָשֶׁךְ Ex. XXII, 24. Lev. XXV, 37 m. *fenus*, *usura*. Prov. XXVIII, 8. נָתַן כֶּסֶף בְּנֶשֶׁךְ dedit pecuniam pro fenore Lev. l. c. Ps. XV, 5. Ez. XVIII, 8. 13. שׂוּם נֶשֶׁךְ עַל Exod. l. c. et הִשִּׁיךְ נֶשֶׁךְ לְ Deut. XXIII, 30 fenus imposuit alicui, it. לָקַח נֶשֶׁךְ מִן sumsit fenus ab aliquo Levit. XXV, 36. Ezech. XVIII, 17. XXII, 12.

נִשְׁכָּה i. q. לִשְׁכָּה q. v. *cella*, *conclave*.

נָשַׁל fut. יִשַּׁל (signif. intrans. no. 2, b), imp. שַׁל Exod. III, 5. Jos. V, 15 1) a) trans. *extraxit*, *exuit*, ut calceum (addito מֵעַל רֶגֶל) Exod. et Jos. l. c. b) *expulit* gentes, sq. מִפְּנֵי coram aliquo (pr. a facie alic.) Deut. VII, 1. 22. (Radices vicinae sunt שָׁלַל, שָׁלָה, נָצַל. Arab. نشل extraxit, exemit v. c. carnem ex olla; نثل exuit thoracem, extraxit sagittas e pharetra Har. 6, p. 288 Schult.).

2) intrans. a) *elapsus est*. Deut. XIX, 5: וְנָשַׁל הַבַּרְזֶל מִן הָעֵץ *et si ferrum e manubrio elapsum fuerit*. b) *delapsus est*, de olivis Deut. XXVIII, 40 (fut. A.) (Respondet arab. نسل excidit pluma, pilus, lana).

Pi. i. q. Kal no. 1, b. *expulit* populum ex terra, sq. מִן 2 Reg. XVI, 6.

נָשַׁם *spiravit*. (Chald. syr. spiravit, respiravit, ܢܫܡܬܐ aura lenis, ܢܫܡܐ halitus, sam. Aph. animavit; arab. نسم leniter spiravit ventus et odor. IV. vivificavit. V. spiravit, spiritum duxit. Vicinae radices sunt נָשַׁב, נָשַׁף, transp. נָפַשׁ, cf. arab. نفس anhelavit, it. parturivit, peperit). In verbo non reperitur, nam אֶשֹּׁם Jes. XLII, 14, ut alibi יָשֹׁם, est a rad. שָׁמַם, et verba שָׁמַם et שׁאף h. l. copulantur, ut Ez. XXXVI, 3. Sententia est: *diu tacui, silui et continui me*, כַּיּוֹלֵדָה אֶפְעֶה אֶשֹּׁם וְאֶשְׁאַף יָחַד iam vero *ut parturiens clamo*, *et vasto atque inhio* (devoro), i. e. ut mulier represso diu spiritu tandem clamorem emittit, ita ego irae, quam diu cohibui, tandem habenas remitto. Ita omnes vett. interpretes, LXX. Vulg. Syr. Chald. Saad.

נְשָׁמָה f. 1) *spiritus*, *halitus*, de halitu Dei, qui est a) ventus (i. q. רוּחַ יי) Iob. XXXVII, 10; b) anhelitus irae eius Jes. XXX, 33. Iob. IV, 9. Ps. XVIII, 16. c) spiritus Dei vitam et sapientiam praebens. Iob. XXXII, 8: נִשְׁמַת שַׁדַּי תְּבִינֵם. XXXIII, 4: נִשְׁמַת שַׁדַּי תְּחַיֵּנִי cf. XXVI, 4: נִשְׁמַת מִי יָצְאָה מִמֶּךָּ *cuiusnam spiritus prodit* (loquitur) *ex te?* ironice, an forte divino spiritu exagitatus talia proloqueris?

2) *vitalis spiritus* hominis et bestiarum. Gen. II, 7: וַיִּפַּח בְּאַפָּיו נִשְׁמַת חַיִּים *et inflavit in nares eius spiritum vitae*. Plenius נִשְׁמַת רוּחַ חַיִּים VII, 22. Iob. XXVII, 3: כָּל־עוֹד נִשְׁמָתִי בִי *quamdiu spiritus vitalis in me inest*. Jes. XLII, 5. Dan. X, 17. Cum notione rei fugacis et fluxae Jes. II, 22: *cave fiduciam ponas in homine* אֲשֶׁר נְשָׁמָה בְּאַפּוֹ *in cuius naso spiritus est* facile aufugiens. Inde *anima* i. q. נֶפֶשׁ no. 2 (ψυχή), quae cernitur in spiritu. Plur. Jes. LVII, 16.

3) *animus*, *mens* i. q. נֶפֶשׁ no. 3 Prov. XX, 27.

4) concr. i. q. נֶפֶשׁ no. 4, *animans*, כָּל־נְשָׁמָה omnia animantia Deut. XX, 16. Jos. X, 40. XI, 11. 14. 1 Reg. XV, 29. XVII, 1. Ps. CL, 6.

נִשְׁמָא f. chald. i. q. hebr. no. 2. *spiritus vitalis*. Dan. V, 23.

---

*) Huic igitur nervo, quem solum fortasse cognitum habebant, tribuebant, quod omnibus potius nervis tribuendum erat.

**) Nimis putide etymon expressit Gr. Venet. τὸ νεῦρον τὸ ἐπιλελησμένον.

תִּנְשֶׁמֶת f. 1) Lev. XI, 30 bestia impura, cum aliis lacertarum speciebus coniuncta, auctore Bocharto (Hieroz. I, p. 1083) *chamaeleon*, a *spirando* dictus, quippe qui solo aëre vivere credatur (Plin. VIII, 33. Hasselquist itin. p. 350). Lacertarum species expresserunt Pseudojon. *salamandra*, Saad. سام ابرص lacerta gecko. Sed Sam. כשותא mustela, LXX. Vulg. talpa.

2) Lev. XI, 18. Deut. XIV, 16 avis aquatica impura, si ex etymo iudicandum est, fort. *onocrotalus*, ab ingente ingluvie dictus, quam *inflando* extendere solet (Oedmann verm. Samml. III, 50). Sed LXX. *πορφυρίων* i. e. fulica porphyria. Vulg. cygnus. Gr. Venet. ardea. Syr. ܩܒܘܣܐ i. e. *ἀστερίας*, ardeae species. V. Bochart. l. c. II p. 287, qui quidem ipse noctuae speciem intelligit, nulla veri specie.

נָשַׁף *flavit*, *spiravit*. Ex. XV, 10 de Deo: נָשַׁפְתָּ בְרוּחֲךָ. Sq. בְּ adflavit (ventus) aliquid. Jes. XL, 24. (Cognata sunt נָשַׁב, נָשַׁם, it. שָׁאַף, transp. נָפַשׁ. Arab. نسف ventilavit frumentum).

נֶשֶׁף, in Pausa נָשֶׁף Iob. VII, 4. Jer. XIII, 16 c. suff. נִשְׁפּוֹ Iob. III, 9 m. *crepusculum*, tum vespertinum tum matutinum, quo aura frigidior *spirare* solet (de vespertino vide infra ad רוּחַ הַיּוֹם s. v. רוּחַ). De crepusculo vespertino Iob. XXIV, 15. Prov. VII, 9 (LXX. *σκότος*), de sera *vespera* Jes. V, 11. XXI, 4, et tenebris Jer. XIII, 17. Jes. LIX, 10; sed de crepusculo matutino Iob. III, 9: כּוֹכְבֵי נִשְׁפּוֹ, VII, 4. 1 Sam. XXX, 17. 2 Reg. VII, 5. 7. Ps. CXIX, 147.

יַנְשׁוֹף Jes. XXXIV, 11 et **יַנְשׁוּף** Lev. XI, 17. Deut. XIV, 16 avis impura, eaque, ut videtur palustris in locis desertis degens. LXX et Vulg. *ibin* reddunt i. e. ardeam Aegyptiacam, Targ. Syr. *noctuam*, *ululam*, probante Bocharto (Hieroz. II, p. 281 sqq.), qui a crepusculo tenebrisve eam dictam esse suspicatur. Nobis etymo duce *ardeae* vel *gruis* species intelligenda videtur ac talis quidem, quae vocem edat cornu *inflato* similem, ut *ardea stellaris* (Rohrdommel), *ardea Agami* (Trompetervogel) vel *grus vulgaris*. In indice avium impurarum Levit. l. c. hanc avem excipit תִּנְשֶׁמֶת, cuius etymon simile est.

I. נָשַׁק fut. יִשַּׁק, rarius יִשֹּׁק Cant. VIII, 1, unde אֶשְּׁקָה 1 Reg. XIX, 20 *osculatus est*. (Syr. ܢܫܩ id. Sam. id. De origine v. infra pag. 924 A. B). Sq. dat. pers. Gen. XXVII, 27. XXIX, 11. XLVIII, 10. L, 1. Exod. IV, 7. XVIII, 1. Ruth I, 9. 14. 2 Sam. XV, 5. XX, 9 (ubi Joabus osculatur barbam Amasae) 1 Reg. XIX, 20, rarius c. acc. 1 Sam. XX, 41. Gen. XXXIII, 4. 1 Sam. X, 1. Cant. VIII, 1. Dicunt etiam נָשַׁק פּ׳ נְשִׁיקָה, unde Cant. I, 2: יִשָּׁקֵנִי מִנְּשִׁיקוֹת פִּיהוּ *osculetur me osculis oris sui* (de usu מִן particulae v. h. v. p. 800 b). — Prov. XXIV, 26: *labia osculatur*, *qui scite respondet*. — De manu dicitur Iob. XXXI, 27: וַתִּשַּׁק יָדִי לְפִי ut *osculetur manus mea os meum* ubi describitur adoratio, qua manum osculabantur, osculumque iaciebant versus numen (Plin. 28, 2 §. 5). Poët. dicitur Ps. LXXXV, 11: צֶדֶק וְשָׁלוֹם נָשָׁקוּ *iustitia et felicitas osculantur* sc. se (in altero membro: *sibi obviam veniunt*) i. e. se contingunt, excipiunt, iustitiae vestigia sequitur felicitas. Ceterum apud Hebraeos *osculari* aliquem solebant etiam venerationem, fidem et obsequium testificaturi, velut a) regem tum cives 1 Sam. X, 1, tum principes populique devicti Ps. II, 12; b) homines idola 1 Reg. XIX, 18. Hos. XIII, 2 (Iob. XXXI, 27), ritu apud multos populos tum in re civili tum sacra solemni (cf. Cic. Verr. 4, 43 it. adorationem sanctorum in vetere ecclesia, osculationem lapidis nigri in Caaba Meccana al. v. Cloppenburg et L. de Dieu in Crit. sacris. IX, 39. 84. Comment. nostr. ad Jes. XLIX, 23), cuiusmodi osculum venerationis antiquissimo tempore et ab honoratioribus fortasse ipsi principis ori (1 Sam. X, 1. Aben Esra et R. Dav. Kimchi ad Ps. II, 12), dein vero vel manui, vel genibus (Mich. chrest. syr. p. 36. Niebuhrii itin. I, 414) et humero, vel pedibus (pers. پابوس v. ad Jes. l. c.) applicari solebat. Atque tale osculum fidei et obsequii (נשיקה של גדולה) Hebraei intelligunt etiam Gen. XLI, 40, ubi Pharao ad Josephum: עַל־פִּיךָ יִשַּׁק כָּל־עַמִּי *super os tuum osculetur universus populus meus* i. e. tibi obsequium praestet universus populus, id quod vett. interpretes ad unum omnes expresserunt. Kimchi: להודותו לאדון *ut eum profiterentur dominum*. Obvertunt quidem huic interpretationi, quod non credibile sit, universum populum, etiam plebeios homines, ad tantae dignitatis viri os osculandum admissos esse, et contra regi, non regis administro tale sacramentum praestandum fuisse: sed nil impedit, quominus ceremoniam de re ipsa accipiamus, quae hoc ritu declaretur, ut sententia sit: tibi obsequium praestet universus populus meus, quod ipsum exprimunt veteres interpretes. Maiorem scrupulum alicui iniiciat usus verbi נָשַׁק, quod alibi coniungitur sq. accus. et לְ, cui addunt עַל פִּי saepissime quidem sensu translato esse: *ad iussum*, *mandatum*, nunquam proprio sensu dici: sed hoc posterius minus recte observant (v. Nah. III, 12. Iud. XVIII, 19) et nemo facile negabit, recte dici potuisse: נָשַׁק עַל פִּי פ׳, licet hoc alibi non legatur. Nescio igitur an in hac interpretatione acquiescendum sit, nisi quis malit c. Lud. de Dieu יִשַּׁק interpretari *currat* (fut. chald. a שָׁקַק: *ad verbum tuum currat populus meus*. Reliquas certe interpretationes, quae recentiorum paene omnium suffragia tulerunt, ut: ad verbum tuum *componet se* populus, vel: *armabit se* populus, neque hebraeae neque arabicae linguae usu firmari posse, infra videbimus. Ex *serendi* significatione, quae apud Arabes certa est, fortasse milites serendi s. disponendi potestatem elicere possis, ut sententia sit: nutu tuo in ordines se collocet populus meus, sed recte iam priores interpretes observarunt, civile potius quam militare Josephi munus fuisse.

Pi. i. q. Kal *osculatus est*. Gen. XXXI, 28, de

osculo, quo victores victori fidem et obsequium promittunt Ps. II, 12.

Hiph. id. Ez. III, 13: *alae animalium* מַשִּׁיקוֹת אִשָּׁה אֶל אֲחוֹתָהּ *quae se osculabantur invicem* i. e. quarum altera pertingebat ad alteram, i. q. חֹבְרוֹת אִשָּׁה אֶל אֲחוֹתָהּ I, 9. Cf. Ps. LXXXV, 11. Vulg. *percutientes altera ad alteram*, qs. נשק sit idem quod נָקַשׁ Dan. V, 6.

נְשִׁיקָה f. *osculum*, *basium*. Cant. I, 2. Prov. XXVII, 6.

II. נָשַׁק non, ut vulgo statuunt, *armavit se* (Kimchi: arma tulit), sed flagitante contextu et confirmantibus et Verss. antiquis et etymo: *tetendit arcum*. 1 Par. XII, 2: נוֹשְׁקֵי קֶשֶׁת Compl. ἐντείνοντες τόξον. Vulg. *tendentes arcum*. Targ. אומנין למיגר בקשתא *periti trahendi arcum* i. e. iaculandi. 2 Par. XVII, 17: נֹשְׁקֵי קֶשֶׁת וּמָגֵן *tendentes arcum et* gerentes *clypeum*, per zeugma. LXX. τοξόται καὶ πελτασταί. Perbene Targ. נָגְדֵי קַשְׁתָּא וְאָחֲדֵי תְּרֵיסִין *trahentes arcum et tenentes clypeum*. Ps. LXXVIII, 9: בְּנֵי אֶפְרַיִם נוֹשְׁקֵי רוֹמֵי קֶשֶׁת LXX. υἱοὶ Ἐφραῒμ ἐντείνοντες καὶ βάλλοντες τόξον. Vulg. *intendentes et mittentes arcum*. Syr. ܕܡܫܬܘܢ ܝܬܪܐ ܘܫܕܝܢ ܒܩܫܬܐ *qui intendebant nervum et iaculabantur arcu*. Recte iam dudum Castellus contulit aeth. ቀስቀ: tetendit arcum (v. Ludolf. Lex. p. 422), quo aethiopicus interpres etiam Ps. l. c. usus est pro gr. ἐντείνω; vicinum radd. hebraeis נָקַשׁ, יָקַשׁ, קוּשׁ laqueos tetendit (Sprenkel spannen, quod itidem fit arcum tendendo), unde קֶשֶׁת arcus. Vide נֶשֶׁק.

Vulgarem *armandi se* s. *arma induendi* significatum plerique lexicographi Belgarum auctoritatem secuti (v. Schult. ad Prov. XXIV, 26. diss. Lugd. pag. 1000. 1001. Haitsma ad Ibn Doreid. p. 276) cum *osculandi* potestate (no. I) ita conciliant, ut originem ponant in *pangendo*, *appingendo* (Ezech. III, 13), arab. نسق unde a) sit appingere os ori, b) appingere armaturam corpori: arma induere, armare se. Atque hanc primariam notionem iidem reperire sibi videntur in verbis Gen. XLI, 40: עַל פִּיךָ יִשַּׁק כָּל־עַמִּי, quae interpretantur: *ad mandatum tuum compingat se* i. e. disponat, componat se, mandato tuo obediat *totus populus meus*, quam ipsam sententiam expresserunt veteres intpp. Sed ut plerisque placuit ista ratio (etiam nobis olim in lex. man.), ita multa sunt, quae ei obstent. Ac primum *armandi se* et *armaturae quae induitur* significatio tum verbo tum nomini נֶשֶׁק (q. v.) temere tribuitur, quae voces ad *arcum* et *tela* potius pertinent: dein arab. نسق non eam vim habet, unde duas illas notiones facile ducas et Geneseos verba laudata eo quo diximus modo expedias. Non enim in universum est: appingere, iungere, sed *seruit* a) margaritas in filo, b) sermonem, rythmos, unde vel *osculandi* notionem ducere iusto durius et coactius videtur. Vide igitur, sitne נשק osculandi significatu plane diversum a נָשַׁק no. II i. q. נָקַשׁ, et onomatopoëticae potius originis, ut osculandi et basiandi verba in multis linguis esse solent, ut germ. *küssen*, angl. *kiss*, gr. κύω (κύσσω, κύσσα, κύσσαι Hom.); pers. بوس, germ. et suec. *Puss*, unde lat. *basium*, ital. *bacio*; vulg. angl. *smack*, *smick-smack*, germ. *Schmatz*. Credibile est, syllabam שק *sugendi* potestatem habuisse, unde שָׁקָה bibit; saltem plures radices arabicae (زق, نغم, cf. كعم) *sugendi* et *basiandi* mulierem (in utroque idem fere sonus auditur, angl. to smack) vim communem habent, neque ignorant linguarum scrutatores, huiusmodi vcc. in vulgi potius et plebeiorum hominum vita moribusque originem cepisse et ad politiorem humanitatem translata esse, quam contra.

נֶשֶׁק 1 Reg. X, 25. Neh. III, 19. Iob. XX, 24. Jes. XXII, 8 (ita certe in nostris editt., licet Kimchius observet ex Masora, ubique sex punctis scribi; de ipsius Masorae dissensu v. J. H. Mich. ad ll. cc.), et נֵשֶׁק Ez. XXXIX, 9. 10, in Pausa נָשֶׁק 2 Reg. X, 2. Ps. CXL, 8 m. 1) *telum* et collect. *tela* (ita rectius quam *arma*, Angriffswaffen). Iob. XX, 24: יִבְרַח מִנֵּשֶׁק בַּרְזֶל *fugit tela ferrea*, parall. קֶשֶׁת נְחוּשָׁה. XXXIX, 21 de equo bellatore: יֵצֵא לִקְרַאת נָשֶׁק LXX. Alex. et Compl. συναντῶν βέλει, Ald. βέλῃ, vulgo male βασιλεῖ. Ps. CXL, 8: בְּיוֹם נָשֶׁק *die telorum* i. e. pugnae. Ampliore significatu de *telis armisque* dicitur 1 Reg. X, 25 (2 Par. IX, 24). 2 Reg. X, 2. Ez. XXXIX, 10, sed Comm. 9 copulatur cum aliis telorum armorumque speciebus, arcu etiam et sagittis. — 2) *domus armorum*, *armamentarium* Neh. III, 19 cf. s. v. יַעַר.

נָשַׁר rad. in verbo inusit. Arab. نسر rostro vulsit, carpsit (avis rapax), منسر, منسر rostrum avis rapacis. Inde

נֶשֶׁר, in Pausa נָשֶׁר Deut. XXVIII, 49. Iob. XXXIX, 27. Prov. XXX, 17. Ez. X, 14, pl. נְשָׁרִים cstr. נִשְׁרֵי Thren. IV, 19 m. *aquila*. (Syr. ܢܫܪܐ, aeth. ንስር: id., arab. نسر aquila, vultur, aegypt. dial. Said. ⲚⲞϢⲈⲢ vultur). Exod. XIX, 4. Deut. XXXII, 11. 2 Sam. I, 23. Iob. IX, 26. XXXIX, 27. Obad. 4. Jer. IV, 13. XLVIII, 40. XLIX, 16. 22. Ez. I, 10. XVII, 7 al. Quum plures aquilarum species sint (Plin. h. n. 10, 3), נֶשֶׁר, ubi ab aliis distinguitur, praestantissimam earum speciem, aquilam auream (χρυσαίετον), significare videtur Lev. XI, 13. Deut. XIV, 12; contra in vulgari linguae usu *aquilae* vocabulum etiam latius patuisse et vulturis quasdam species comprehendisse videtur, velut Mich. I, 16, ubi aquilae calvities tribuitur (quod in vulturem barbatum cadit), et Iob. XXXIX, 27. Prov. XXX, 17. (Matth. XXIV, 28), ubi aquilae cadaveribus vesci dicuntur, quod vulturi percnoptero convenit (Plin. l. c. quarti generis [aquilarum] est percnopterus .... vulturina specie ..... sola aquilarum exanima fert corpora): quanquam sunt, qui ipsas aquilas a cadaveribus minimo

abhorrere tradant (v. Rosenm. ad Boch. II pag. 759). Etiam arab. نَسْر praeter varias aquilarum species plures vulturum species includit (v. Boch. Hieroz. III, 67 sqq. Lips. et Rosenm. ibid. II, 743): contra nimii profecto sunt Oedmannus (Verm. Samml. 1, 5) et Freytagius (lex. arab.), qui נֶשֶׁר et نَسْر ubique vulturem esse affirmant *).

— Ad aquilam ipsam, quae mutat pennas, ut serpens cutem, referenda sunt verba Ps. CIII, 5: תִּתְחַדֵּשׁ כַּנֶּשֶׁר נְעוּרָיְכִי *innovabitur, ut aquilae, iuventus tua.* Sed cave ad hanc pennarum ἀνακαίνωσιν referas etiam Jes. XL, 31: יַעֲלוּ אֵבֶר כַּנְּשָׁרִים i. e. attollunt alam sicut aquilae, ubi LXX. πτεροφυήσουσιν ὡς ἀετοί. Hieron. *assument pennas sicut aquilae*, nedum his locis adhibeas Rabbinorum et Arabum commenta, de quibus v. Boch. l. c. II, 747 sqq.

נְשַׁר pl. נִשְׁרִין chald. id. Dan. IV, 30. VII, 4.

נָשַׁת *exaruit* aqua (v. Niph.), lingua, *defecit* robur. Ita certe Kimchius de hac radice statuit, ad quam tria haec exempla revocat a veteribus iam interpretibus in hanc sententiam accepta. In Kal Jes. XLI, 17: לְשׁוֹנָם בַּצָּמָא נָשָׁתָּה LXX. ἡ γλῶσσα αὐτῶν ἀπὸ τῆς δίψης ἐξηράνθη. Vulg. *lingua eorum siti aruit.* Ita etiam Pesch. Dagesch in syllaba pausali Kimchius euphonicum esse observat. Jer. LI, 30: נָשְׁתָה גְבוּרָתָם *defecit robur eorum.* LXX. ἐθραύσθη ἡ δυναστεία αὐτῶν. Pesch. et Targ. fractum est robur eorum. Niph. Jes. XIX, 5: וְנִשְּׁתוּ מַיִם מֵהַיָּם Vulg. *et arescet aqua de mari* (int. de Nilo). Symm. ἀφανισθήσεται. Targ. יִצְדּוּן delebuntur i. e. peribunt. Saad. ينضب deficiet, evanescet. Syr. ܘܢܶܚܣܪܘܢ ܡ̈ܝܐ ܡܶܢ ܝܰܡܳܐ *et deficiet aqua de mari.* (Aqu. ἀναποθήσονται pro נִשְׁתּוּ, LXX. πίονται οἱ Αἰγύπτιοι). Cf. Jerem. XVIII, 14: אִם יִנָּתְשׁוּ מַיִם זָרִים, et aethiop. ነሠተ: destruxit, delevit. De uno exemplo Jer. LI, 30 ambigit R. David idque etiam ad נָשָׁה radicem referri posse affirmat. — E recentioribus fuerunt, qui de huius auctoritate dubitarent, et trium illorum exemplorum alia aliis radicibus assignarent, velut J. D. Michaëlis (suppl. no. 1673) qui נשתו Jes. XIX, 5 refert ad שָׁתָה (נִשְׁתּוּ ebibentur); נָשַׁתָּה (quod legit נָשְׁתָה) Jes. XLI, 17 ad נָשָׁה (obliviscitur sc. loqui); נָשְׁתָה Jer. LI, 30 ad נָשָׁה denom. a נָשִׁים: *effeminata est fortitudo eorum*, quoniam sequatur: הָיוּ לְנָשִׁים; et Eichhornius (ad Sim. lex.), qui נִשְׁתּוּ refert ad نَشَّ נָשַׁשׁ computruit aqua [imo caro], נָשַׁתָּה, (quod legit נָשְׁתָה) ad נָשָׁה luxatus est (?): sed neuter horum probabilia sumsit: probabiliora Hitzigius (ad Jes. XIX, 5), qui, quod per grammaticam licet, tres formas ad Niph. rad. שָׁתַת revocat, ut significatus sit: *sidit* inde *defecit* aqua, robur, *exaruit* lingua: sed displicent locutiones sidit robur, sidit lingua, et ipsa rad. שָׁתַת haud ita certo nititur fundamento. Ceterum et ego tria illa exempla divellerim, sed ita ut duo exempla in Kal referam ad rad. נָשַׁת pr. *exaruit*, *defecit* aqua, it. *torpuit* membrum (LXX. ναρκάω, ναρκόω, v. ad נָשָׁה, נָשֶׁה) et נִתְּשׁוּ legam pro נִשְּׁתוּ; נשתו in Niph. ad נָתַשׁ = נָשַׁת Jer. XVIII, 14, licet h. l. etiam thema שָׁתַת ferri possit.

* * *

נִשְׁתְּוָן hebr. Esr. IV, 7. VII, 11, et chald. emphat. נִשְׁתְּוָנָא ib. IV, 18. 23. V, 5 *epistola.* R. Salomo: אִגֶּרֶת. Vox origine persica, quam iam Opitius (lex. chald. p. 43) recte duxit a نوشتن *nowischten*, نوستن *nowisten*, نبشتن *nebischten* scribere, نوشته *newischte* epistola, littera sibilante transposita.

נָתַב rad. inusit. prob. *calcavit*, *proculcavit*, gr. στείβω, a syllaba primaria *tab*, *tap* (v. דָּבַב, טָפַף) quae pariter atque *pat* (sanscr. *patha* via, *path* ire, *pad*, *pâd*, pes, gr. πάτος, πατέω) calcandi sonum imitatur.

נָתִיב m. et **נְתִיבָה** f. 1) adj. *pedibus tritus.* דֶּרֶךְ נְתִיבָה via trita Prov. XII, 28 i. e. via recta (virtutis). — 2) subst. *via pedibus trita*, *semita* (Pfad, Fusspfad). LXX plerumque τρίβος aliquoties ἀτραπος. Vc. poët., forma masc. Iob. XVIII, 10. XXVIII, 7. Ps. LXXVIII, 50. CXIX, 35. Prov. XII, 28, translate de via in aqua natantis Iob. XLI, 24, fem. נְתִיבָה ib. XXX, 13. Ps. CXIX, 105. CXLII, 4. Prov. I, 15, pl. fem. Iud. V, 6. Jes. LVIII, 12. LIX, 8. Iob. XIX, 8. XXIV, 13. Prov. III, 17. VII, 25 al. Sq. genit. נְתִיבוֹת בֵּיתוֹ viae, quae ducunt ad domum eius Iob. XXXVIII, 20, cf. דֶּרֶךְ. SIMONIS נָתִיב repetebat ab arab. نتب „eminuit, intumuit“, ut pr. sit via aggesta et munita i. q. מְסִלָּה, sed repugnat usus vocabuli, quod ubique de via pedibus trita usurpatur, cf. prae ceteris Jer. XVIII, 15, ubi ad דֶּרֶךְ לֹא סְלוּלָה נְתִיבוֹת per epexegesin additur.

נָתַח in Kal inusit.

Pi. נִתַּח *in frusta dissecuit*, animal mactatum Exod. XXIX, 17. Lev. VIII, 20. 1 Sam. XI, 7. 1 Reg. XVIII, 23, cadaver humanum Iud. XX, 6, plenius נִתַּח לִנְתָחִים Lev. I, 6. 12. LXX. μελίζω, διχοτομέω. (In linguis cognatis haec radix non reperitur). Inde

---

*) Ne multus sim in re manifesta, unum observabo, Arabicos interpretes quum in N. tum in V. T., ubi versionem Alexandrinam exprimunt, gr. ἀετός nunquam non interpretari نَسْر. Ceterum nescio an apud Freytagium *aquilae* vox inconsulto omissa sit, quum mox sequatur النسر الطاير aquila, sidus coeleste.

נֵתַח Ez. XXIV, 4 (Kimchi: נֶתַח) pl. נְתָחִים m. *frustum* carnis dissectae. Ex. XXIX, 17. Lev. I, 8 sqq. Iud. XIX, 29. Ez. XXIV, 4. 6. LXX. *μέλος, διχοτόμημα.*

נָתַךְ nonnisi fut. יִתַּךְ (pro praet. utuntur forma Niphal) *effudit se.* (Vic. est נָסַךְ. Chald. נְתַךְ respondet hebr. נָסַךְ fudit metallum, liquefecit, מַתֵּךְ simulacrum fusile). Proprie de aqua Iob. III, 24, sed plerumque translate, ut de rugitu Iob. l. c. וַיִּתְּכוּ כַמַּיִם שַׁאֲגֹתָי, de ira se effundente super aliq., sq. בְּ 2 Par. XII, 7. XXXIV, 25. Jer. XLIV, 6, עַל ibid. XLII, 18, de maledictione Dan. IX, 11: וַתִּתַּךְ עָלֵינוּ הָאָלָה, de poena a Deo decreta ib. 27: עַד כָּלָה וְנֶחֱרָצָה תִּתַּךְ עַל שֹׁמֵם.

Niph. (in solo praet. obvium) 1) i. q. Kal, *effudit se* aqua, pluvia Exod. IX, 33. 2 Sam. XXI, 10, de ira 2 Par. XXXIV, 21. Jer. VII, 20. XLII, 18. Nah. I, 6. — 2) *liquefactus, solutus est.* Ez. XXII, 21. XXIV, 11: וְנִתְּכָה בְתוֹכָהּ טֻמְאָתָהּ *et ut solvatur impuritas in ea.*

Hiph. הִתִּיךְ, inf. semel הַנְתִּיךְ Ez. XXII, 20 1) *effudit.* Iob. X, 10: *nonne instar lactis effudisti me?*, effudit pecuniam 2 Reg. XXII, 9. 2 Par. XXXIV, 17. — 2) *liquefecit* Ez. XXII, 20.

Hoph. הֻתַּךְ pass. Hiph. no. 2. Ez. XXII, 22.

הִתּוּךְ *liquefactio* metalli. Ez. XXII, 22.

נָתַל rad. in verbo inusit. Aram. ܢܬܠ i. q. hebr. נָתַן dedit. Inde

תִּילוֹן (sec. Io. Simon. pro נְתִילוֹן donum) n. pr. viri 1 Par. IV, 20 Keri, Chethibh תּוּלוֹן.

נָתַן, 1 et 2 pers. נָתַתִּי, נָתַתָּ (semel תַּתָּה 2 Sam. XXII, 41, ut רַד pro יָרַד Iud. XIX, 11), pl. נָתַנּוּ, נְתַתֶּם; inf. absol. נָתוֹן, constr. נְתֹן, נְתָן־ sed bis tantum Num. XX, 21. Gen. XXXVIII, 9, vulgo תֵּת, praemisso Lamed לָתֵת, ante monosyllaba passim tono extracto לָתֶת לוֹ, לָתֶת לָךְ Gen. XV, 7. Deut. VI, 10. VII, 13. X, 18 et c. Makk. Deut. IV, 38. Ex. V, 21, c. suff. תִּתִּי, תִּתּוֹ [de forma geminata תתן pro נָתַן, quam nonnulli agnoscunt 1 Reg. VI, 19 et XVII, 14 Chethibh v. p. 733 B); imp. תֵּן, sq. Makk. תֶּן־ Gen. XIV, 21. XLVII, 19, c. He parag. תְּנָה, quod plerumque emphasin habet (gib her! cedo!), Ps. VIII, 2 (v. no. 2, aa): fut. יִתֵּן, sq. Makk. יִתֶּן־, 1 pers. etiam נָתַן Iud. XVI, 5

1) *dedit.* (Chald. Sam. id. Syr. ܢܬܠ, sed nonnisi in futuro, v. infra chald. Origo esse videtur in *porrigendo, manum extendendo,* a rad. monosyllaba *ta*, unde תָּנַן extendit, יָתַן protendit se, duravit, תָּנָה dedit: quam eodem dandi significatu habent etiam linguae indogermanicae, nisi quod t passim emollitum est in d, Nun extremum, quod etiam Hebraei praeter vulgarem legem eiiciunt in תַּתָּה, תֵּת, plerumque evanuit, licet vestigia eius non desint. Sic sanscr. *da* dare, gr. *δόω, δίδωμι,* lat. *da*-re, sed servato n *donum, dono,* et ant. *danit, danunt* Enn. Pacuv., adde aegypt. ϯ, ⲦⲀⲀ, ⲦⲈⲒ, ⲦⲎⲒ, ⲦⲞ, ⲦⲞϤ dare, quod in scriptura hieroglyphica *manu* extensa et aliquid porrigente exprimitur). Coniungitur pr. sq. acc. rei et לְ pers. Gen. XXIV, 35: וַיִּתֶּן לוֹ צֹאן וּבָקָר. XXIX, 28. 33. XXX, 6 et sexcenties, it. sq. אֶל pers. Gen. XVIII, 7. XXI, 14. Jes. XXIX, 11. Jer. XXXVI, 32, raro c. acc. pers. Jos. XV, 19: כִּי אֶרֶץ הַנֶּגֶב נְתַתָּנִי *nam terram siccam dedisti mihi.* Iud. I, 15. Jer. IX, 1 et Jes. XXVII, 4: מִי יִתְּנֵנִי *quis dabit mihi?* i. e. utinam adesset. Sunt, ut Studerus ad Iud. l. c., qui hanc structuram admittere nolint, et Jos. et Iudd. ll. cc. cum Alex. interpretentur: *εἰς γῆν νότου ἐκδέδοσαί με,* sed eodem modo etiam alia dandi et donandi verba apud Hebraeos et Arabes (v. חָנַן, מִגֵּן; عطا IV. et نال, ناول v. c. تعطيها قدحا dabit ei calicem, ناولها دينارين dedit ei denarios duos, MI noct.) c. acc. coniunguntur, neque ulla in eo inest difficultas, si modo pro *dedit* cogitando substituis *accipere fecit,* cf. etiam *donare* aliquem. Praeterea coniungitur etiam sq. acc. pers. et עִם i. e. dedit ut mecum esset, socium adiunxit (jemandem beygeben) Gen. III, 12; sq. acc. rei et בְּ pretii: dedit *pro* aliquo pretio Joël IV, 3. Ez. XVIII, 13, absol. *dedit* i. e. liberalis, munificus fuit Prov. XXI, 26. Ps. XXXVII, 21: צַדִּיק חוֹנֵן וְנוֹתֵן. — Praeter vulgarem verbi usum notentur hae locutiones:

a) נָתַן יָד manus victas dedit, v. יָד no. 1, litt. e, sed נָתַן יָדוֹ בְּ vide ib. litt. b.

b) נָתַן בְּיַד פ׳ *dedit* aliquid *in manum* alic. Gen. XL, 13, sed saepius: tradidit in potestatem alic. (LXX. *παραδίδωμι εἰς χεῖρας τινός,* etiam *παραδίδωμι τινὰ ὑποχείριον*) v. יָד litt. aa, β, Exod. XXIII, 31. Num. XXI, 2. 3. 34. Deut. I, 27. II, 24. VII, 2. XIX, 12. XX, 13. XXI, 10. XXIII, 14. XXVIII, 7. Jos. VI, 2 al., a quo non multum differt נָתַן לִפְנֵי פ׳ (LXX. *παραδίδωμι ἐνώπιον τινός*), licet illud de personis usitatius sit, hoc de rebus v. c. terra, regione Deut. I, 8. 21. II, 31. 33. XXXI, 5. Iud. XI, 9. 1 Reg. VIII, 46. 2 Par. VI, 36, et נָתַן sq. dat. tradere (Preiss geben, dahingeben) v. c. gladio Mich. VI, 14, lanienae Jes. XXXIV, 2, morti Ps. CXVIII, 18, vastationi Mich. VI, 16, dorsum percutientibus Jes. L, 6. Sed נָתַן עַל יַד est potius: curae alicuius commisit (s. v. יָד no. 1, litt. ee), et sic נָתַן עַל tradidit alicui (imperium) Dan. XI, 21.

c) נָתַן בְּמִשְׁמָר *in custodiam dedit* aliquem (v. מִשְׁמָר), ut etiam lat. dicitur, quoniam captivus carcerum custodibus committitur traditurque. Vide etiam Gen. XXXIX, 20. Jer. XXXVII, 14.

d) נָתַן פְּרִי fructum dedit (arbor, ager) Lev. XXV, 19. Ps. I, 3. Ezech. XXXIV, 27, cf. Gen. IV, 12. XLIX, 20.

e) נָתַן עֹרֶף terga dedit, fugit, v. עֹרֶף, contra נָתַן פָּנִים בְּ dedit (direxit) faciem contra aliquid i. e. invexit

in rem (v. פָּנִים), sed נָתַן פְּנֵי פ׳ אֶל vultum alic. direxit in aliquid Gen. XXX, 40: וַיִּתֵּן פְּנֵי הַצֹּאן אֶל עָקֹד *et dirigebat faciem arietum in oves striatas.*

f) נָתַן חֵן favorem exhibuit (Gunst gewähren) Ps. LXXXIV, 12, sq. לְ alicui Prov. III, 34, sed נָתַן חֵן פ׳ לִפְנֵי פ׳ *conciliavit* alicui favorem alic. (v. חֵן no. 1, c). Easdem locutiones v. s. רַחֲמִים. Etiam alibi est: *conciliare* alicui aliquid. Iob. XXXVI, 3: לְפֹעֲלִי אֶתֵּן צֶדֶק *ius* (iustificationem) *conciliabo creatori meo*, cf. נָתַן מִשְׁפָּט Comm. 6.

g) Dicunt: *dare* (tribuere, praestare) alicui honorem, laudem Ps. LXVIII, 35. Jer. XIII, 16, amorem Cant. VII, 13, dare alicui votum, desiderium, spem i. e. satisfacere voto cet. Ps. XXI, 3 (cf. 5). XX, 5. CXL, 9. Iob. VI, 8. In malam partem: dare i. e. parare aegritudinem Prov. X, 10.

h) יִתֵּן, וַיִּתֵּן (nostr. es gibt, es gab) impers. ponitur pro: *apparet*, *oritur* (es erscheint, es entsteht). Gen. XXXVIII, 28: *et quum pareret* (Thamar) וַיִּתֶּן יָד ecce *apparuit manus.* Iob. XXXVII, 10: מִנִּשְׁמַת אֵל יִתֶּן קָרַח *a spiritu Dei oritur frigus.* Prov. XIII, 10: בְּזָדוֹן יִתֵּן מַצָּה *ex superbia oritur rixa* (bey Uebermuth gibt es Streit).

i) Formula: מִי יִתֵּן bifariam accipitur α) *quis mihi dabit* s. monstrabit hoc illudve? ubi est? i. e. nemo mihi dabit s. monstrabit. Iob. XXXI, 31: מִי יִתֵּן מִבְּשָׂרוֹ לֹא נִשְׂבָּע *ubi est, qui non satiatus sit epulis eius?* i. e. neminem facile mihi monstrabis, qui non satiatus a foribus eius prohibitus sit. XIV, 4: מִי יִתֵּן טָהוֹר מִטָּמֵא *cedò purum*, qui *ab impuro* genitus sit. β) *utinam detur* (cf. Virg. Ge. 2, 488: *quis me sistat* cet. utinam sisterer) i. e. *utinam detur*, *utinam esset.* Deut. XXVIII, 67: מִי יִתֵּן עֶרֶב *utinam vespera esset.* Iud. IX, 29: מִי יִתֵּן אֶת הָעָם הַזֶּה בְּיָדִי *utinam esset hic populus sub potestate mea.* Ps. XIV, 7: מִי יִתֵּן מִצִּיּוֹן יְשׁוּעַת יִשְׂרָאֵל *utinam oriatur ex Zione salus Israëlis.* 2 Sam. XIX, 1: *quis dat mortem meam pro tua*, utinam ego morerer loco tui; inde מִי יִתֶּן־לִי *utinam haberem* Ps. LV, 7. Alibi nomini adiectum est verbum in inf. (acc. c. inf.) Iob. XI, 5: מִי יִתֵּן אֱלוֹהַ דַּבֵּר *utinam Deus loquatur.* XIII, 5; vel sequitur verbum in inf. Ex. XVI, 3: מִי יִתֵּן מוּתֵנוּ, in fut. Iob. VI, 8: מִי יִתֵּן תָּבוֹא שֶׁאֱלָתִי. XIV, 13, in praet. XXIII, 3, in praet. et futuro praevio Vav Deut. V, 26: מִי יִתֵּן וְהָיָה לְבָבָם זֶה לָהֶם. Iob. XIX, 23: מִי יִתֵּן וְיִכָּתְבוּן מִלָּי. — Ceterum distinguendi sunt loci, in quibus מִי יִתֵּן est: *quis faciet?* (v. rad. no. 3) i. e. utinam fiat. Jer. VIII, 23: מִי יִתֵּן רֹאשִׁי מַיִם *utinam caput meum fiat aqua.* Iob. XXIX, 2: מִי יִתְּנֵנִי כְיַרְחֵי קֶדֶם *utinam fierem ut mensibus praeteritis.* Num. XI, 29. (Etiam aegypt. ⲘⲀ da, fortius ⲘⲀⲢⲈ, item ⲘⲞⲒ, ⲀⲘⲞⲒ, hierogl. ⲘⲀⲒ sunt optandi formulae pro: utinam. Peyron lex. 90. Champoll. gr. p. 423).

Praeterea *dare* dicitur aa) pro *concedere*, *permittere*, *potestatem dare* (zugeben), sq. acc. pers. et gerundio verbi, pr. dedit s. admisit aliquem ad aliquid faciundum, cf. הִנִּיחַ s. v. נוּחַ. Gen. XX, 6: לֹא נְתַתִּיךָ לִנְגֹּעַ אֵלֶיהָ *tibi non permisi eam tangere.* XXXI, 7: לֹא נְתָנוֹ אֱלֹהִים לְהָרַע עִמָּדִי. Iud. I, 34. XV, 1. 1 Sam. XVIII, 2. XXIV, 8. Iob. XXXI, 30. Ps. XVI, 10. LV, 23. LXVI, 9. Eccl. V, 5. Omisso לְ Iob. IX, 18: לֹא יִתְּנֵנִי הָשֵׁב רוּחִי. Num. XX, 21. Cum dat. pers. 2 Par. XX, 10: אֲשֶׁר לֹא נָתַתָּה לְיִשְׂרָאֵל לָבוֹא בָהֶם, et Ps. LV, 23: לֹא יִתֵּן לְעוֹלָם מוֹט לַצַּדִּיק *nunquam vacillare sinet iustum.* (Ita arab. وهب dedit, concessit, syr. ܝܗܒ id., licet haec significatio absit a Castello. Assem. I, p. 27: ܗܒ ܠܗ ܕܢܐܙܠ concede ei ut abeat. II p. 318; gr. et lat. *δίδωμι*, *dare*, *largiri*, vide max. formulam: dedit mihi facere, Hor. Sat. 2, 3, 119. Epist. 1, 16, 61. Etiam aegypt. ⲘⲀ est: da, concede Marc. X, 37).

bb) *edere* (von sich geben), ut vocem (quod duplici modo exprimunt: נָתַן קוֹל et נָתַן בְּקוֹל, v. קוֹל), verba Gen. XLIX, 21, impie dicta Iob. I, 22, odorem Cant. I, 12. II, 13, edere i. e. operari miraculum Ex. VII, 9, *διδόναι σημεῖον* Mt. XXIV, 24. Audacius dictum est נָתַן תֹּף tympano pulsato sonum edidit i. e. tympanum pulsavit. Ps. LXXXI, 3.

cc) dare accepto pretio, *vendere* (gr. *ἀποδίδομαι*, nostr. weggeben opp. לָקַח emit, cf. p. 760 B. 761 B). Prov. XXXI, 24.

dd) *docere*, doctrinam communicare. Opp. לָקַח discere, לֶקַח quod discitur, doctrina. Prov. IX, 9: *da sapienti* (edoce eum), *et magis etiam sapiet.* (Ita lat. dare pro docere, narrare, indicare. Vide Freundii lex. h. v. litt. B, 6).

ee) fort. *retribuere.* Ps. X, 14: לָתֵת בְּיָדֶךָ *ad retribuendum manu tua*, vel: retributio est in manu tua i. e. potestate tua.

2) *posuit*, *collocavit* in aliquo loco (wohin setzen, versetzen, thun). LXX. *τίθημι.* Gen. I, 17: וַיִּתֵּן אֹתָם אֱלֹהִים בִּרְקִיעַ הַשָּׁמַיִם *et posuit eos* (solem, lunam et stellas) *in firmamento coeli.* IX, 13: אֶת קַשְׁתִּי נָתַתִּי בֶּעָנָן *arcum meum collocavi in nubibus.* Dicitur quum de personis (nostr. stellen). 2 Sam. XI, 16: וַיִּתֵּן אֶת־אוּרִיָּה אֶל הַמָּקוֹם אֲשֶׁר יָדַע וגו׳ *et collocavit Uriam in loco, de quo sciebat* cet. et de rebus quae erectae stant, ut collocare statuam Dan. XI, 31, mensam Ex. XXVI, 35. XXX, 6, aliave vasa sacra ibid. 18. XL, 5—7. 1 Reg. VII, 38, arcam in curru 1 Sam. VI, 8, erigere monumenta Ez. XXVI, 8 (metaph. constituere foedus Gen. IX, 12. XVII, 2); tum maxime de rebus, quae in loco ponuntur et reponuntur quocunque modo. Ezech. III, 20: נָתַתִּי מִכְשׁוֹל לְפָנָיו ponam offendiculum coram eo. Lev. XIX, 14. XXVI, 1. Ps. CXIX, 110: *improbi laqueos mihi ponunt.* Gen. XLI, 48: וַיִּתֶּן אֹכֶל בֶּעָרִים *et reposuit frumentum in urbibus.* Etiam de rebus quae sparguntur, ut de suffitu (Ex. XXX, 36. Lev. II, 1) et funduntur, ut de aqua, oleo. Ex. XXX, 18: וְנָתַתָּ שָׁמָּה מָיִם *et infundas aquam* (nostr. sie geben od. thun Wasser hinein).

Lev. II, 15: וְנָתַתָּ עָלֶיהָ שֶׁמֶן. LXX. *καὶ ἐπιχεεῖς ἐπ' αὐτὴν ἔλαιον.* Num. XIX, 17. Ex. XII, 7: *et accipiant de sanguine* וְנָתְנוּ עַל שְׁתֵּי הַמְּזוּזוֹת *et illinant duobus postibus;* adeoque de rebus acutis, quae infiguntur alteri, v. c. נָתַן חח בּ infixit hamum maxillae Ez. XXIX, 4, et Deut. XV, 17: *accipias subulam* וְנָתַתָּה בְאָזְנוֹ וּבַדֶּלֶת *eamque infigas auri et ianuae* i. e. aurem ea perforatam ianuae affigas.

Pro natura loci, in quo aliquid ponitur, coniungitur a) sq. בְּ posuit *in* loco, adeo *infixit*, v. exempla modo laudata. — b) sq. אֶל immisit *in* aliquid. Deut. XXIII, 25: אֶל כֶּלְיְךָ לֹא תִתֵּן *in sacculum tuum ne immittas.* Num. IV, 10: נָתְנוּ אֹתָהּ ... אֶל מִכְסֵה עוֹר תָּחַשׁ *et immittant* i. e. involvant *illud* (candelabrum) *in tegumentum ex pellibus phocinis.* Ex. XXV, 21. Atque sic accipiendum Exod. XXVIII, 30: וְנָתַתָּ אֶל חֹשֶׁן הַמִּשְׁפָּט אֶת הָאוּרִים וְאֶת הַתֻּמִּים *et immittas in pectorale Urim et Thummim.* Lev. VIII, 8. LXX quidem priore loco ἐπιθήσεις ἐπὶ τὸ λογεῖον, posteriore ἐπέθηκεν ἐπὶ τὸ λογεῖον (et sic Pesch. ܥܠ), sed, ut vidimus, renitente certo linguae usu (de quo argutius quam doctius disputat Theilius, krit. Journal der Theol. V p. 197, cf. Winer. Reallex. II, 749), de quo נָתַן אֶל est: immisit *in*, נָתַן עַל imposuit rei, applicavit ad rem, v. litt. c. Recte et distincte Saad. جعل في. Adde usum metaphoricum infra litt. ee. — c) sq. עַל, *imponere* aliquid rei (LXX saepissime ἐπιτίθημι) v. c. ignem altari Levit. I, 7. Num. XVI, 18, pileum, galeam capiti Exod. XXIX, 6. 1 Sam. XVII, 38, pectorale humerali Lev. VIII, 7, tegumentum Ex. XXXIV, 33. Num. IV, 6, iugum 2 Par. X, 9, metaph. spiritum Jes. XLII, 1; it. *applicare* rei v. c. annulum manui Gen. XLI, 42. Ez. XVI, 11, annulos angulis arcae foederis Exod. XXV, 26 cf. 12. XXVIII, 14. Num. XV, 38; *admovere* rei v. c. sanguinem cornibus arae (daran bringen) Levit. IV, 7. 18, lobo auris ibid. XIV, 14. — Praeterea notandi sunt nonnulli usus vel speciales vel metaphorici: aa) Dicunt *ponere* s. *collocare* pro *figere, plantare*, ut surculum arboris Ez. XVII, 22, populum in terra (cf. נָטַע) ib. XXXVII, 26. Ita Prov. XII, 12: *appetit impius praedam malorum*, וְשֹׁרֶשׁ צַדִּיקִים יִתֵּן *sed radicem iustorum* firmiter *figit* Deus, cf. Comm. 3. Targ. radix *iustorum firmatur* יִתְקַיַּם. Nil opus est coniectura יָתֵן *perennis*, quae vox et ipsa coniecturalis est. Huic propinqua est aedificium *collocandi* i. e. *fundandi* significatio, quae adhibenda videtur loco tantopere et temere vexato Ps. VIII, 2: *Jova, domine noster, quam magnificum est nomen tuum in universa terra* אֲשֶׁר תְּנָה הוֹדְךָ עַל הַשָּׁמָיִם i. e. *quam tuam gloriam pone* etiam *super coelos* i. e. utinam gloria tua, quae in his terris fundari coepit, per universam rerum naturam fundetur, agnoscatur, celebretur. Imago repetita est ab aedificio gloriae fundando, ut Comm. 3: יִסַּדְתָּ עֹז. Temerarias et quaesitas interpretum coniecturas, de quibus referre piget, vide si lubet ap. Rosenm., de Wettium al., neque vero immemor sis, תְּנָה voculam tot commentis sollicitatam nunquam non (ter et vicies) in V. T. non aliud esse quam imp. parag. verbi נָתַן. — bb) sq. acc. pers. et עַל pers. vel rei: *praefecit* aliquem alicui Gen. XLI, 41. 43. Deut. XVII, 15; sed c. acc. rei et עַל pers. *imposuit* alicui peccatum i. e. *imputavit* peccatum, poenas eius ab eo repetiit. Jon. I, 14: אַל־תִּתֵּן עָלֵינוּ דָּם נָקִיא *ne imputes nobis sanguinem innocentem* i. e. mortem Jonae, hominis a quo nulla iniuria affecti sumus. (Cf. Deut. XXI, 8). Ez. VII, 3: נָתַתִּי עָלַיִךְ אֵת כָּל־תּוֹעֲבוֹתָיִךְ *imponam tibi omnes abominationes tuas* i. e. faciam ut poenae eorum in caput tuum recidant, cf. Comm. 4. 8. 9. — cc) נָתַן לִפְנֵי est: *tradidit* alicui v. c. leges 1 Reg. IX, 6, iudicium exercendum Ezech. XXIII, 24. — dd) נָתַן לֵב לְ animum advertit ad aliquid Eccl. VII, 21, i. q. שׂוּם לֵב עַל, et paulo fortius: animum applicavit ad aliquid faciundum sq. gerundio, Eccl. I, 13. 17. VIII, 9. 16. Dan. X, 12. — ee) נָתַן דָּבָר אֶל לֵב פ' indidit s. immisit (Deus) aliquid in animum alic. i. e. ei suggessit Neh. II, 12. VII, 5, et נָתַן אֶל לִבּוֹ (Hom. ἐν φρεσὶ θεῖναι) immisit in animum suum i. e. memor fuit rei, eam animo agitavit et perpendit Eccl. VII, 2. IX, 1.

3) *fecit*, ut שִׂים, שִׁית, arab. جعل. Lev. XIX, 28: שֶׂרֶט לֹא תִתְּנוּ בִּבְשַׂרְכֶם *ne faciatis incisionem in carne vestra.* Similiter נָתַן מוּם בּ noxa aliquem affecit Lev. XXIV, 20. Imprimis a) *fecit* s. *constituit* aliquem aliquid c. dupl. acc. Gen. XVII, 5: אַב הֲמוֹן גּוֹיִם נְתַתִּיךָ *patrem multorum populorum te faciam.* Ex. VII, 1. Jer. I, 5. XXIX, 26. Thren. I, 13. Ps. XXXIX, 6. LXIX, 12. LXXXIX, 28; c. acc. et לְ praedicati Gen. XVII, 20: נְתַתִּיו לְגוֹי גָּדוֹל. XLVIII, 4. Jes. XLII, 6. XLIX, 6. Jerem. XX, 4. b) נָתַן דָּבָר כּ *fecit aliquid instar* alic. rei, alicui rei *simile.* Jes. XLI, 2: יִתֵּן כֶּעָפָר חַרְבּוֹ *fecit gladium eorum* (populorum) *pulveri similem* Ez. XVI, 7; inde *habuit aliquid instar* alius rei, *eodem loco habuit atque* (behandeln als). 1 Reg. X, 27: וַיִּתֵּן אֶת־הַכֶּסֶף כָּאֲבָנִים *et argentum habebat instar lapidum.* XXI, 22. Gen. XLII, 30: וַיִּתֵּן אֹתָנוּ כִּמְרַגְּלִים *et habebat nos pro exploratoribus*, er behandelte uns wie Kundschafter (cf. habere pro hoste Liv. II, 20). Ez. XXVIII, 2. 6. Sq. לִפְנֵי de mero iudicio: *habuit aliquem pro tali* i. e. iudicavit eum talem. 1 Sam. I, 16: *noli me habere pro muliere nequam.* Cf. gr. τίθεσθαι pro νομίζειν, ἡγεῖσθαι Passow h. v. A, no. 5.

Niph. נִתַּן pass. Kal 1) *datus est* alicui, sq. לְ Gen. XXXVIII, 14. Exod. V, 16. Jes. IX, 5. XXXV, 2 et persaepe; *traditus est*, sq. בְּיַד Iob. IX, 24. Jer. XXXII, 24. 25. 36. 43. XLVI, 24 al., *data* i. e. lata *est* lex Esth. III, 14. — 2) *positus*, *collocatus est* Eccl. X, 6. — 3) *factus est*, sq. בְּ Lev. XXIV, 20: כֵּן יִנָּתֶן בּוֹ *ita fiet in eo.* Jes. LI, 12: *homo* חָצִיר יִנָּתֵן qui *fit instar graminis*, i. e. qui graminis instar marcescit.

Hoph. in solo fut. יֻתַּן i. q. Niph. no. 1. 2 Reg. V, 17. Iob. XXVIII, 15; no. 2. positus, collocatus est, variis modis. 2 Sam. XVIII, 9: וַיֻּתַּן בֵּין הַשָּׁמַיִם וּבֵין הָאָרֶץ *et positus* (suspensus) *erat inter coelum et terram.* Lev. XI, 38: כִּי יֻתַּן מַיִם עַל זֶרַע *si aqua infusa est semini.*

נְתַן chald., cuius fut. solum legitur יִנְתֵּן Esr. VII, 20, sq. makk. יִנְתֶּן Dan. II, 16, inf. מִנְתַּן, i. q. hebr.

dedit Esr. IV, 13, sq. לְ (alicui) Dan. II, 16. IV, 14. 22. 29. Reliqua tempora a verbo יְהַב repetuntur.

נָתָן (quem Deus *dedit*) *Nathan* n. pr. 1) prophetae tempore Davidis 2 Sam. VII, 2. XII, 1. 1 Reg. I, 8. Ps. LI, 2, quorsum Hieron. et Jarchi referunt etiam מִשְׁפַּחַת בֵּית נָתָן Zach. XII, 12. Sed alii filium Davidis (no. 2) intelligunt. 2) filii Davidis 2 Sam. V, 14, aliorum virorum 3) XXIII, 36. 4) et 5) 1 Reg. IV, 5. 6) 1 Par. II, 36. 7) Esr. VIII, 16. 8) X, 39.

נְתַן־מֶלֶךְ (quem Rex posuit i. e. constituit) n. pr. aulici Josiae 2 Reg. XXIII, 11.

נָתוּן v. נְתִינִים.

נְתִינִים m. pl. *mancipia templi*, *ἱερόδουλοι* Joseph. ant. 11, 5 §. 1, qui Levitis in ministerio sacro ad manus erant 1 Par. IX, 2. Esr. II, 43. 58. 70. VIII, 20. Neh. III, 26. 31. VII, 46. 60. 73. X, 29. XI, 3. 21, semel in Chethibh נתונים Esr. VIII, 17. Ita appellati sunt ut Deo *dati* s. *donati* (cf. Num. VIII, 19 de Levitis: וָאֶתְּנָה אֶת־הַלְוִיִּם נְתֻנִים לְאַהֲרֹן וגו'). Apud Esram VIII, 20 hoc institutum ad Davidem revocatur: ac videntur Nethinaei partim Cananaei fuisse in servitutem redacti (Jos. IX, 23. 27) partim peregrini bello capti: de viliore eorum conditione v. Talmud. Jebamoth 2, 4. Kiddus. 4, 1.

נְתִינִין chald. id. Esr. VII, 24.

נְתַנְאֵל (quem Deus dedit) gr. *Ναθαναήλ*, n. pr. complurium virorum, ut 1) phylarchae Issacharitarum Num. I, 8. II, 5. — 2) aliorum, quorum semel fit mentio his locis 1 Par. II, 14. XV, 24. XXIV, 6. XXVI, 4. 2 Par. XVII, 7. XXXV, 9. Esr. X, 22. Neh. XII, 21. 36.

נְתַנְיָה et **נְתַנְיָהוּ** (quem Jehova dedit) n. pr. virorum 1) filii Asaphi 1 Par. XXV, 12. 2) 2 Reg. XXV, 23. 25. Jer. XL, 8. 14. 3) Jer. XXXVI, 14. 4) 2 Par. XVII, 8.

מַתָּן m. cstr. מַתַּן (Kamez impuro) Prov. XVIII, 16 1) *donum* Gen. XXXIV, 12. Num. XVIII, 11. Prov. l. c. XXI, 14. אִישׁ מַתָּן largus, liberalis. Prov. XIX, 6. — 2) n. pr. a) sacerdotis Baalis (pro pleniore מַתַּנְבַּעַל donum Baalis, v. infra ad מַתַּנְיָה) 2 Reg. XI, 18. 2 Par. XXIII, 17. b) viri Hebraei. Jer. XXXVIII, 1. Etiam simpl. מַתָּן apud Phoenices et Poenos reperitur ut *Μάττην* rex Tyrius Herod. 7, 98 in 4 codd. pro vulg. *Μάπην*; it. *Μέττην*, *Metenus*, *Μάττηνος*, quod reponendum ap. Jos. c. Ap. 1, 18 pro *Μάτγηνος*, cf. etiam *Masintha*, *Μασσάθης* (Monumm. Phoen. 410), quae fortasse sunt מַתַּת, מַתְּנַת, מַתָּנָה, ת per sibilum pronunciato. In eandem sententiam nunc inclino de nomine *Mastanabal*, ut sit מַתַּן הַבַּעַל priore ת sibilato.

מַתְּנָא chald. f. i. q. hebr. מַתָּנָה *donum*, pl. מַתְּנָן Dan. II, 6. 48. V, 17.

מַתָּנָה f. 1) *donum*, quale datur pauperibus Esth. IX, 22, liberis pro hereditate Gen. XXV, 6. 2 Par. XXI, 3, iudici, itaque largitio i. q. שֹׁחַד Prov. XV, 27. Eccl. VII, 7, Deo Ex. XXVIII, 38. Lev. XXIII, 38. Num. XVIII, 6. 7. 29. Ps. LXVIII, 19, idolis Ezech. XX, 31. 39. Plenius מַתְּנַת יָד Deut. XVI, 17.

2) n. pr. loci desertum inter et Moabitin. Num. XXI, 18. 19. Hieron. in Onomast. *Mathane, quae nunc dicitur Mathana* (Euseb. *Μασχάνη*), *sita est autem in Arnone, duodecimo milliario procul contra orientalem plagam Medebat* (מֵידְבָא).

מַתַּנְיָה et **מַתַּנְיָהוּ** (donum Jehovae) n. pr. complurium virorum 2 Reg. XXIV, 17. 1 Par. IX, 15. XXV, 4. 16. 2 Par. XX, 14. XXIX, 13. Esr. X, 26. 27. 30. 37. Neh. XI, 17. XII, 8. 25. XIII, 13. (Congruit n. pr. Punicum et Numidicum מתנבעל inscr. Numid. 7, lin. 1, et in alia inedita nuper in regno Algeritano reperta. Apud Poenos id pronunciasse videntur *Muthumbal*, v. Monumm. Phoen. p. 411, nisi hoc est מַתַּנְבַּעַל, apud Numidas fortasse *Mastanabal*, v. ad מַתָּן). Gr. *Ματθανίας* Esr. gr. IX, 27. 31.

מַתְּנַי (decurtatum ex מַתַּנְיָה) n. pr. virorum 1) Neh. XII, 19. 2) Esr. X, 33. 3) X, 37.

מַתָּת, in Pausa **מַתָּת** 1 Reg. XIII, 7 (pro מַתֶּנֶת) f. *donum*. 1 Reg. l. c. Prov. XXV, 14. מַתַּת אֱלֹהִים donum Dei Eccl. III, 13. V, 18. מַתַּת יָדוֹ donum manus eius i. e. quantum manus eius dare s. sibi comparare potest i. e. pro opibus suis Ez. XLVI, 5. 11 cf. Vers. 7, ubi eodem contextu est: כַּאֲשֶׁר תַּשִּׂיג יָדוֹ.

מַתַּתָּה (ex מַתִּתְיָה) n. pr. viri Esr. X, 33, gr. *Ματταθά* Luc. III, 31.

מַתִּתְיָה (donum Jovae) n. pr. virorum post exilium frequentius 1) Esr. X, 43. 2) Neh. VIII, 4. 3) 1 Par. IX, 31. XVI, 5 qui etiam מַתִּתְיָהוּ ib. XV, 18. 21. Respondet gr. *Ματταθίας* 1 Macc. II, 1. XIV, 29. XVI, 14, ex quo contractum est *Ματθίας* Act. I, 23. 26, et *Ματθαῖος* (מַתַּי ex מַתִּתְיָה) nomen apostoli et evangelistae.

נָתַס *proscidit* terram, vic. verbis נָתַץ et נָתַשׁ. Semel legitur Iob. XXX, 13: נָתְסוּ נְתִיבָתִי, ubi 4 codd. per interpretamentum נתצו. Targ. צַדִּיאוּ vastarunt. Kimchi: ענין הריסה.

נָתַע *excussit* dentes, i. q. נָתַץ (Ps. LVIII, 7), ץ more Aramaeorum in ע mutato.

Niph. pass. Iob. IV, 10: שִׁנֵּי כְפִירִים נִתָּעוּ. Veteres intpp. Hebraei hoc referunt ad rad. לָתַע q. v. Alii conferunt נָסַע evellere: male, nam, ut alia taceamus, dentium evulsio illo contextu nemini facile placebit.

נָתַץ fut. יִתֹּץ *destruxit, diruit*, ut domos, aedificia Lev. XIV, 45. Iud. VIII, 9. 17. 2 Reg. XXIII, 7. Jes. XXII, 10. Ez. XXVI, 9, moenia Jer. XXXIX, 8. LII, 14, urbem Iud. IX, 45, statuam 2 Reg. X, 27, altare Deut. VII, 5. Iud. VI, 30 sqq., sacellum in excelso (בָּמָה) 2 Reg. XXIII, 15. Translate *excussit* dentes Ps. LVIII, 7, it. de personis (imagine petita ab aedificio) Iob. XIX, 10: יִתְּצֵנִי סָבִיב וָאֵלַךְ. Ps. LII, 7.

Niph. pass. Jer. IV, 26. Ez. XVI, 39, *diruta est* rupes Nah. I, 6.

Pi. i. q. Kal, sed praeter Deut. XII, 3 non nisi in Paralipomenis 2 Par. XXXI, 1. XXXIII, 3. XXXIV, 4. 7. XXXVI, 19.

Pu. semel in praet. Iud. VI, 28, et *Hoph.* semel in fut. Lev. XI, 35 pass. Kal et Pi.

נָתַק *avellit*, ut annulum a digito Jer. XXII, 24. Translate ad rem militarem *interclusit* aliquem a loco sq. מִן Iud. XX, 32 (ubi Dag. in נְתַקְּנֻהוּ euphonicum est). Cf. Niph. et Hiph. Part. pass. נָתוּק avulsis testiculis *castratus* Lev. XXII, 24. (Arabes s. rad. نتق habent: detraxit de corpore pellem, extraxit ex puteo urnam: sed ad Hebraeorum usum propius accedunt نتك evulsit crines, trahendo fregit rem, نتخ evulsit dentem, vulsit et carpsit carnem accipiter, مِنْتَاخ volsella. Similia significant radd. نتر, نتش, نتف, unde apparet vellendi significatum inhaerere syllabae נת).

Pi. divellit funem Iud. XVI, 9; *rupit* vincula Ps. II, 3. CVII, 14. Jer. II, 20. V, 5. XXX, 8. Nah. I, 13, iugum Jes. LVIII, 6; divellendo laniavit (mammas) Ez. XXIII, 34; *avellit* ab aliqua re (מֵעַל) Iud. XVI, 12; *revellit* radices Ez. XVII, 9.

Hiph. interclusit a loco (abschneiden) Jos. VIII, 6 (cf. in Kal Iud. XX, 32); sq. לְ: *seiunxit* e grege et destinavit *ad* aliquid Jer. XII, 3.

Hoph. i. q. Niph. no. 3. Iud. XX, 31.

Niph. 1) *divulsus, ruptus est*, v. c. de filo, funiculo Jes. V, 27. Jer. X, 20. Iud. XVI, 9. Eccl. IV, 12, fune Jes. XXXIII, 20. Metaph. Iob. XVII, 11: זִמֹּתַי נִתְּקוּ *animi mei consilia rupta sunt* i. e. irrita facta. — 2) *evulsus est*, e tentorio Iob. XVIII, 14. Praegn. Jos. IV, 18: וַיְהִי ... נִתְּקוּ כַּפּוֹת רַגְלֵי הַכֹּהֲנִים אֶל הֶחָרָבָה *et quum sacerdotes plantas pedum* ex alveo fluvii limoso *evulsas* posuissent *in arido*. 3) *seiunctus est* Jer. VI, 29, sq. מִן *interclusus est* Jos. VIII, 16.

נֶתֶק, in Pausa נָתֶק Levit. XIV, 54 m. *porrigo, impetigo* (Grind, Schorf) in capite et barba, quae vel benigna erat vel maligna, leprosa et contagiosa. Utramque speciem ita dignoscere iubet lex Mosaica (Lev. XIII, 30—37), ut in porrigine maligna macula porriginis (נֶגַע הַנֶּתֶק) reliqua cute depressior sit, mox latius serpat et plerumque pilos flavos tenuesque habeat, licet hoc posterius non ubique et necessario fiat; in benigna contra macula non latius serpat, pili nigri maneant. Concr. נֶגַע הַנֶּתֶק Comm. 31 et נֶתֶק Comm. 33 dicitur de homine, qui porrigine laborat. Cf. נֶגַע no. 2. Saad. كَلَف lentigo faciei colore inter nigrum et rufum medio, et ita Niebuhrius (descr. Arabiae p. XLIV) ex ore Judaei Mascatensis. — De origine satis credibilia docent, qui *porriginem* a defluxu capillorum (v. verba arab.) repetunt: neque tamen tacendum, Levit. l. c. de eiusmodi porrigine agi, in qua pili integri manent, non decidunt. Non bene Rosenm. radicem facit arab. نتق ,,percussit'', nam haec significat: ,,excussit ignem, commovit, quassit.''

נָתַר fut. יִתַּר 1) *tremuit, trepidavit* (cor) Iob. XXXVII, 1. (Vc. onomatop. ut *τρέω, τρέμω, tremo*). — 2) i. q. arab. نَتَرَ ,,decidit, excidit, praesertim sonum edendo, volitando''. Intellige foliorum, quae sicca decidunt, strepitum, inde chald. et syr. נְתַר, ܢܬܰܪ decidit folium, fructus, flos. Vide chald. et Hiph. no. 2.

Pi. trepidavit i. e. *saliit* (locusta) Lev. XI, 21. Trepidandi enim verba ad saltationem transferuntur, cf. הִרְגִּל, חָרַג.

Hiph. 1) causat. Kal no. 1 *trepidare fecit* (populos) Hab. III, 6. — 2) i. q. aram. Aph. pr. *decussit* folia arboris, inde *decussit, abiecit* iugum Jes. LVIII, 6, et adeo הִתִּיר אֲסוּרִים decussit iugum captivorum, solvit captivos Ps. CV, 20. CXLVI, 7. (Rabbin. הִתִּיר solvit, dimisit liberum, permisit, opp. אסר, part. Hoph. מוּתָּר permissum, concessum, הֶתֵּרָה permissio). Poët. Iob. VI, 9: יַתֵּר יָדוֹ וִיבַצְּעֵנִי *solvat manum suam* (Deus) *meque abscindat* i. e. occidat. Manus enim Dei, quamdiu otiosa est, quasi vincta cogitatur et ligata, ubi extenditur, vinculis soluta. — וַיַּתֵּר 2 Sam. XXII, 33, in quo temere laborarunt interpretes; v. s. rad. תּוּר.

נְתַר chald. *decidit* folium, flos, fructus arboris, it. pilus, dens hominis, in Targ. saepissime pro hebr. נָבֵל. *Pa.* abiecit folia. Syr. ܢܬܰܪ id. etiam de pilis decidentibus.

Aph. decussit folia. Dan. IV, 11.

נֶתֶר m. *nitrum* (*νίτρον, λίτρον* Graecorum), *natron* recentiorum, *alcali fossile*, germ. *Potasche*, diversum a בֹּרִית (q. v.) alcali vegetabili, quod oleo admixto instar saponis vestibus purgandis adhibebant Jer. II, 22. Aceto infuso effervescit, male olet et vim suam amittit, unde Prov. XXV, 20: *qui vestes exuit die frigido, et acetum infundit nitro*, ita *qui cantica canit afflicto*: hae enim res sibi contrariae sunt et a se alienae (mit einander unverträgliche Dinge), ipsumque nomen hebraeum ab *exsiliendo* et fermentando mihi dictum videtur. Maxima eius copia in Aegypto nascitur in duobus lacubus inter Memphin

et Naucratin interiectis, de quibus vide Plin. H. N. 31, 10 §. 46. J. D. Michaëlis de nitro Plinii, in Comment. Soc. Gott. per annos 1758—62 oblatis no. 6. Andreossy et Berthollet in Mémoires sur l'Égypte II, p. 276 sqq. 310 sqq. Description de l'Égypte XXI, p. 205 sqq. Hasselquist itin. p. 548 ed. germ. „Natron in Aegypto hodie vocatur sal e fodina prope Mansuram extractum, lapidi calcareo mixtum, *aceto effervescens*, coloris albido-rufescentis. Usus eius est in Aegypto, quod pani immittant fermenti loco, et ad *lintea lavanda* saponis loco.“ Plura dabunt Buxtorf. lex. chald. p. 1411. 12 (ex Talmude et Maimonide). Beckmann Beyträge zur Geschichte der Erfindungen IV p. 15 sqq. Id. ad Aristotel. de mirab. auscultationibus c. 54.

נָתַשׁ inf. נְתוֹשׁ, fut. יִתּשׁ pr. *evellit* plantam, v. Hoph. (Arab. نتش evellit v. c. spinam. Syr. ܢܬܫ sec. Lex. Adl. نتش قلع فسخ نهش استاصل evellit, extraxit, luxavit, momordit [dente vellit], eradicavit: ibid. laudantur Pa. causat., ܢܬܫܐ eradicatio, et cincinnus intricatior, fort. a divellendo; ܢܬܫܐ f. ܢܬܫܬܐ evellens). Inde a) *evellit* i. e. exstirpavit, expulit populum ex terra (opp. נָטַע v. hanc rad. 1, a, cf. aeth. ነቀለ: evulsit, eradicavit, arab. نقل transtulit populum in aliam terram, deportavit). Deut. XXIX, 27: וַיִּתְּשֵׁם יי מֵעַל אַדְמָתָם *et expulit eos Jova ex terra eorum.* 1 Reg. XIV, 15. 2 Par. VII, 20. Frequens est locutio: נְטַעְתִּים וְלֹא אֶתּוֹשׁ *plantabo eos, non evellam.* Jer. XXIV, 6. XLII, 10. XLV, 4. XII, 14 sqq. Alibi copulatur cum נָתַץ (evertit aedificia) Jer. I, 10. XVIII, 7. XXXI, 28. b) eradicavit i. e. funditus delevit oppida Ps. IX, 7, idola Mich. V, 13.

Niph. 1) *exstirpatus est*, de populo Am. IX, 15. Jer. XXXI, 40, de regno Dan. XI, 4. — 2) *exsiccata est* aqua Jer. XVIII, 14 (i. q. נָשַׁת Jes. XIX, 5, v. rad. נָשַׁת).

Hoph. evulsus est Ez. XIX, 12.

ס

Samech, quinta decima Hebraeorum littera, ubi numeri nota est, i. q. *sexaginta*. Nomen huius elementi, סָמֶךְ, *fulcrum* significat, eiusque figuram (fortasse aedificium fultum) refert huius litterae forma apud Phoenices, v. Monumm. Phoen. p. 39. De origine formae rotundae in scriptura quadrata v. ibid. p. 83. E nomine phoenicio *Samech* ortum est gr. *Σίγμα* (סִמְכָא), quam formam nescio an propterea optaverint Graeci, ut sibilum significare videretur (a σίζω), et syr. ܣܡܟܬ.

Quod ad *sonum* eius attinet, leniore id sibilo antiquitus pronunciatum esse videtur, quam שׂ, quod ante punctorum diacriticorum usum a שׁ distingui non poterat (v. Ephodaeum et Balmes. ap. Buxt. de vocal. antiqu. p. 237). Quo factum est, ut plurimae radices constanter uno modo scribantur, aut ס aut שׂ littera, ut סָבַב, סָגַר et contra שִׂים, שָׂמַח, adeoque plures ס littera scriptae prorsus differant a radicibus per שׂ scriptis, ut סָכַל stultus fuit, שָׂכַל intelligens, felix fuit; סָבַר et שָׂבַר; רָמַס et רָמַשׂ; סוּר et שׂוּר; סָפָה et שָׂפָה. Sensim tamen illud pronunciandi discrimen evanuisse videtur, ita ut in recentiore Hebraismo non raro pro ס scriberent שׂ et contra: v. c. כַּעַס aegritudo, et כַּעַשׂ; הִסִּיג semel pro הִשִּׂיג Iob. XXIV, 2, סָדַר et שְׂדֵרָה ordo; סָבַר pro שָׂבַר Esr. IV, 5, שִׂכְלוּת pro סִכְלוּת stultitia Eccl. I, 17, סוּג et שׂוּג 2 Sam. I, 22 recedere; פָּרַס et פָּרַשׂ fregit, רָפַס et רָפַשׂ pedibus calcavit al. et tandem ita sublatum est, ut Syri sola Samech littera (ܣ), Arabes solo Sin (س) uterentur: Chaldaei utramque quidem litteram servarunt, sed plerumque tamen more Syrorum pro שׂ substituunt ס, ut שְׂאֹר chald. סְאַר fermentum, שִׂבֵּר chald. סַבַּר exspectavit.

Arabes, qui pro hebraeo שׂ plerumque ش ponunt et contra, pro ס plerisque exemplis retinent س, velut סְבָא سبا potavit, סָגַד سجد adoravit, cf. סָבַב, סִיר, סָחָה, סָחַב, סָגַר اسر אסר ligavit, בֹּסֶר بسر uva acida, סָפַק, סָפַר, סָרַס; סָכָה سكن texit, מִסְכֵּן مسكين pauper, רֶסֶן رسن frenum; rarius habent ش, ut סְתָו شتوة hiems, סְבָךְ شبك. Aethiopes habent quidem ሠ (Saut) litteram, quae Hebraeorum Samech respondeat, sed rarius ea utuntur in radd. utrique linguae communibus, ut סְאוֹן, ሠእን: calceus; saepius ea ponitur, ubi Hebraei שׂ habent, vide radd. שָׂחַק, שִׂים, שָׂכַר, vel שׂ, v. שְׁלֹשׁ, שָׁלֵם, שֶׁרֶץ, שָׁפַךְ, שִׁין. et contra pro hebr. ס habent ሰ, v. c. סָחַב ሰሐበ: סָפַק ሰፈቀ:

In ipsa lingua Hebraea ס haud raro permutatur a) cum sibilo densiore שׁ, et ita etiam, ubi Hebraea comparantur cum Aramaeis (licet hi in universum in usu litterarum *s* et *sch* cum Hebraeis facere solent contra Arabes), ut שִׁרְיוֹן et סִרְיוֹן lorica, אֶשְׁכֹּל chald. סִגּוּלָא uva; כָּנַס chald. כְּנַשׁ collegit, נֵס ܢܝܫܐ signum, ܣܐܢ et ܣܢܐ aegrotavit, שׁוּט ܫܛ contemsit, שֶׁבַע sam. ᛋᛒᛖ septem, סָפַח et שָׁפַח fudit al. vide סָבַךְ, סָכַל, כִּרְסֵם, סָכַר, סָפַר. Ephraimitas adeo שׁ constanter pronunciasse instar ס et densiore illo sibilo prorsus caruisse, colligitur ex Iud.

XII, 6. b) cum ז v. pag. 400 et ץ v. suo loco. c) cum dentalibus, v. c. סִין chald. טִין lutum, cf. סָמַךְ et תָּמַךְ, סָלַל et תָּלַל.

סאה rad. inusit. Arab. سَأَّ pro سَأَوَ est: extendit vestem ita ut dilaceraretur, Kamus (pag. 1891): سَأَّ الثَّوبَ مَدَّهُ فانشقّ (male Castellus: extensum *divi-dit* pannum, quod ortum videtur ex Goliano: extensum *diffidit* pannum). Ab *expandendi* significatu esse possit: *mensus est* (ut מָדַד مَدَّ, quo utitur Firuzabadius), inde סְאָה *mensura.* Ceterum nescio an סְאָה *mensura aridorum* possit etiam esse شَأْوٌ canistrum, corbis, مِشْآة id., siquidem certae magnitudinis *corbis* frumento mensurando adhiberi poterat.

סְאָה 2 Reg. VII, 1. 16. 18 (quo postremo loco complures codd. c. Mas. Erf. et Kimchio habent סָאָה) f. 1) *mensura* quaedam frumenti, ex veterum interpretum sententia *tertia pars Ephae* (v. אֵיפָה p. 83 A) i. e. duo modii mensurae Romanae, quanquam Hesych. Suidas (v. σάτον) et Hieron. ad Mt. XIII, 33 nonnisi *sesquimodium* ei tribuunt. Dual. סָאתַיִם 2 Reg. ll. cc. et 1 Reg. XVIII, 32. Plur. סְאִים Gen. XVIII, 6. 1 Sam. XXV, 18. (Chald. סְאָה id., emph. סָאתָה, dual. סָאתָן, pl. סְאִין, סָאוִין, סָאוָן v. Buxt. Syr. ܣܐܬܐ et ܣܐܬܐ pro hebr. אֵיפָה Exod. XVI, 36. Lev. V, 11 et pro gr. μόδιος Mt. V, 15. Lex. Adl. ܣܐܬܐ [خلجة] ܣܐܬܐ ܣܐܬܐ *scutella lignea quae metiri solent, modius,* [al.] *quattuor modii.* Ex syriaco factum est gr. σάτον Aqu. Symm. Gen. XVIII, 6. Aqu. 1 Sam. XXV, 18, in N. T. Mt. XIII, 33. Luc. XIII, 21. Hesych. et Suid. h. v., unde *satum* Hieron. ll. cc.). LXX plerumque reddunt μέτρον, semel μετρητής, dual. δίμετρον.

2) gener. *mensura.* (Ita chald. סָאתָא saepius, v. c. Jes. XXVII, 8. Iob. XX, 27 Targ.). Atque hinc explico cum plerisque veteribus vocabulum vexatum בְּסַאסְּאָה Jes. XXVII, 8, quod contractum est ex בִּסְאָה־סְאָה, unde בְּסַאסְאָה, בְּסַאסְּאָה (cum Dag. forti coniunctivo, ut מַלָּכֶם ex מַה־לָּכֶם; מַזֶּה ex מַה־זֶּה, v. מָה not. c. pag. 771 A) i. e. *ad mensuram, mensuram* (je nach dem Maasse) i. e. modice. Redde igitur: בְּסַאסְּאָה בְּשַׁלְחָהּ תְּרִיבֶנָּה *modice dimittendo eum* (instar uxoris) *punivisti eum* (populum), cf. Jer. X, 24. XXX, 11. XLVI, 28, ubi eadem sententia, qua h. l. בסאסאה, habetur בְּמִשְׁפָּט, לַמִּשְׁפָּט secundum iustitiam. Opp. est: in ira tua Jer. X, 24. E veteribus hanc vocem ita explicaverunt Aqu. et Symm. ἐν σάτῳ σάτον. Theod. ἐν μέτρῳ μέτρον. Hieron. in mensura contra mensuram, et similiter a סאה vocabulo Targ. Syr. Saad., neque non Abulwalides, R. Parchon, qui etiam grammaticam rationem exposuerunt. Alias de hoc vc. coniecturas parum idoneas diiudicavimus in Comment. ad h. l., neque magis placent recentissima eius explicandi pericula, ut Ewaldi (gr. min. §. 235) et Hitzigii, quibus בסאסאה dictum videtur pro בְּזַעְזְעָהּ (a rad. זוּעַ) *commovendo s. terrendo eam*, et Maureri ad Jes. l. c., cui quadril. סאסא idem fere videtur quod צאצא syr. ܨܐܨܐ foedavit, inde *foede* i. e. sceleste *egit* cum aliquo. Atque hoc posterius ne ad contextum quidem aptum est, qui vocabulum flagitat, quod, pariter atque בְּשַׁלְחָהּ, hoc dicat, populum a Deo leniter, non severe, habitum et punitum esse. De scripturae varietate in vocalibus (סאסאה, סַאסְאָה, סַאסְּאָה, etiam omisso Dagesch in altero ס) vide de Rossium in scholl. crit.

סָאַן 1) pr., ut mihi quidem videtur, *lutosus fuit,* unde chald. סָאַן, סְיָן syr. ܣܝܢܐ lutum i. q. hebr. סִין et vic. טִין, طِين, et סְאוֹן calceus cavus, quo in luto utuntur. Inde 2) denom. *calceavit*, ut syr. ܣܐܢ Pe. et Aph. (v. Castell.). Part. סֹאֵן, v. סְאוֹן.

סְאוֹן m. *calceus,* isque altior et cavus (ὑπόδημα κοῖλον) loris fibulaque adstrictus, qualem rustici viatores et *milites* gestabant et quorumcunque erat in luto ambulare, opp. soleae et nudae calcis calceo (נַעַל, نَعْل): dictus a luto, in quo gestatur (coll. rad. et ܣܐܘܢܐ sordes calceo ocreaeque adhaerescens B. Ali), item *ocrea, caliga militum* (v. Bynaeum de calceo Hebraeorum p. 83. 84). Syr. ܣܐܘܢܐ et ܡܣܐܢܐ calceus in luto gestatus, ocrea, it. lutum ocreae adhaerens, v. quae adhibitis B. Bahluli et B. Alii testimoniis disputavimus in Anecdd. orient. II, p. 53. 54, adde BH. 333. 425. Chald. מְסָנָא, סֵינָא, calceus, zab. ܡܣܐܢܐ Norb. lexid. p. 123, sam. ࠎࠀࠍ id. Aeth. ሣእን፡ calceus, ተሣአነ፡ calceavit. — Jes. IX, 4: כָּל־סְאוֹן סֹאֵן *omnis caliga caligati* i. e. militis, sequitur: *vestis eius volutata in sanguine.* Ex veteribus primus ita Josephus Kimchius, ex recentioribus Hoheisel, Funkius (symb. ad interpr. s. cod. I, p. 29), Rosenm. al. Unus Targumista certe etymon recte expressit, סאון ad *sordes* peccati referens, Vulg. et Syr. סאון confundunt cum שָׁאוֹן.

סַאסְּאָה Jes. XXVII, 8 v. סְאָה.

סָבָא *potavit*, idque intemperantius, *ingurgitavit.* (De usu linguae Chald. et Arab. v. infra ad סְבָא. Origo esse videtur in *sorbendo*, quod onomatopoëticis vcc. exprimunt, ut شَرِبَ, *sorbere*, inserto l *schlürfen*, abiecto r anglosax. *supan* [nostr. *saufen*], et gr. abiecto sibilo ῥοφέω. Eiusdem originis videtur צִבְעֹן). Jes. LVI, 12. Part. סֹבֵא *potator* Deut. XXI, 20. Prov. XXIII, 20. 21. Part. pass. סָבוּא *potus, inebriatus.* Nah. I, 10: *nam instar*

spinarum perplexi וּכְסָבְאָם סְבוּאִים וגו' *et inebriati sicut vino eorum comedentur ut stipula.* Duas imagines coniunxit propheta, unam, qua impii spinis perplexis comparari solent (v. סִיר), alteram de poculo inebriante, quod hostibus propinatur, ut in perniciem ruant (v. s. v. כּוֹס p. 695 B). Dicit: vino *eorum*, quippe quod in deliciis haberent potatores illi, סָבְאָם in accus. ponit, cum סָבוּא sit participium verbi copiae. Hitzigius: *et madidi sicut vinum eorum*, quippe quod *madeat:* frigide, si quid iudico, in vino enim omnes alias virtutes prius a poëtis memoratas reperias, quam quod madidum sit. Praeterea in סבא non inest vis *humoris* et *madidi.* Inde

סָבָא Ez. XXIII, 42 Keri i. q. סוֹבֵא Chethibh, et

סֹבֶא m. c. Suff. סָבְאֵךְ 1) *vinum* Jes. I, 22. Nah. I, 10. — 2) *compotatio* Hos. IV, 18. (Chald. סַבַּי potator Deut. XXI, 20. Targ. Talmud. סבאים caupones, מסובייתא cauponaria. Arab. سِبَاءٌ vinum, سَبِيئَةٌ id., unde سَبَأَ vinum emit, سَبَّاءٌ vini venditor).

* * *

סְבָא (fortasse i. q. aeth. ሰብእ: homo, homines, cf. סַבְתָּא ,סַבְתָּה) n. pr. primogeniti Cuschi (v. כּוּשׁ) Gen. X, 7, i. e. gentis regionisque Aethiopicae mercatura et opibus florentis (Jes. XLIII, 3. XLV, 14. Ps. LXXII, 10), praeterea virorum proceritate nobilis (Jes. XLV, 14: סְבָאִים אַנְשֵׁי מִדָּה cf. Herod. 3, 20 de Macrobiis Aethiopiae: λέγονται εἶναι μέγιστοι καὶ κάλλιστοι ἀνθρώπων πάντων). Teste Josepho (Archaeol. 2, 10 §. 2) Sabae (Σαβά) nomen gessit antiqua metropolis regni Meroëtici, in fertilissima regione (insulam appellant veteres) Nilum inter et Astaboram siti, donec a Cambyse, Persarum rege, Meroës sororis nomen ei impositum sit (cf. Strab. XVII p. 790 Casaub. Diod. 1, 33). Quae quidem de Cambyse memoria licet non immerito in dubium vocata sit, quum Meroës nomen domesticae potius originis esse videatur a ሞረወ: *terra irrigata* (v. Tuch ad Genes. p. 221): hoc tamen satis credibile est, סְבָא vetus Meroës nomen esse, cunctaque Sabae attributa ad Meroës regnum apte conveniunt, quod et ipsum opibus et mercatura florentissimum erat, v. Strab. XVII p. 821 sqq. Casaub. Diod. l. c. Plin. 2, 73. 5, 9. 6, 29. Ludolf. Comment. ad hist. aeth. p. 88 sqq. Heeren hist. Werke XIII p. 352 sqq. Veteris Meroës reliquias hodieque superesse in antiquae urbis ruderibus, quae quattuor fere milliaribus germanicis aquilonem versus (nordöstlich) distat a *Shendy*, Nubiae oppido, nunc vix est quod dubitetur, v. Bruce Travels T. IV p. 538 (p. 542 ed. Gott.) Burckhardt Travels in Nubia p. 275 (p. 368. 369 ed. germ.). Leake ad Burckhardt Travels in Syria p. 28 ed. germ. Ed. Rüppell Reisen in Nubien und dem peträischen Arabien 1829, tab. 5. S. A. Hoskins Travels in Ethiopia . . . exhibiting the state of that country under the dominion of Meroë. London 1835. Adde Heeren l. c. p. 361 sqq. — Quod Ez. XXIII, 42 habet in Keri סָבָאִים, id Syrus quidem *Sabaeos* interpretatur, sed pro contextu non differre potest a Chethibh סוֹבְאִים.

סָבַב praet. plene et defect. סָבַב, סַבּוּ, סַבּוֹתֶם, inf. סֹב, semel לִסְבֹב Num. XXI, 4, imp. סֹב, fut. יָסֹב pl. יָסֹבּוּ et יִסּוֹב ,וַיִּסֹּב ,תִּסֹּב (quod male nonnulli referunt ad Niph.)

1) *vertit se* v. c. Prov. XXVI, 14: *ianua vertit se* עַל צִירָהּ *super cardine suo.* 1 Sam. XV, 27: וַיִּסֹּב שְׁמוּאֵל לָלֶכֶת *et vertit se Samuel ad eundum.* Sq. אֶל 2 Sam. XIV, 24. Eccl. I, 6, לְ 1 Reg. II, 15. Ps. CXIV, 3. 5, עַל Hab. II, 16. 2 Par. XVIII, 31 hominis locique *ad* quem nos convertimus, et מִן ,מֵעַל ,מִפְּנֵי eius *a* quo nos avertimus. 1 Sam. XVII, 30: וַיִּסֹּב מֵאֶצְלוֹ אֶל מוּל אַחֵר *et convertit se ab hoc ad alium.* XVIII, 11. Gen. XLII, 24; sq. אֶל אַחֲרֵי *retro se vertit* ut alium sequatur 2 Reg. IX, 18. 19; sq. gerundio, convertit se ad aliquid faciendum Eccl. II, 20. VII, 25 et absol. *reversus est* Cant. II, 17. Ps. LXXI, 21. Alibi *convertere se* absol. dicitur pro *accedere* 1 Sam. XXII, 17. 18. 2 Sam. XVIII, 15. 30. Ubi de *rebus* dicitur, est i. q. *ferri, deferri, transferri* ad aliquem, vel in aliquem locum 1 Sam. V, 8: גַּת יִסֹּב *Gittham deferatur* arca. Num. XXXVI, 7: וְלֹא תִסֹּב נַחֲלָה לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל מִמַּטֶּה אֶל מַטֶּה *ne transferatur hereditas . . . . a tribu ad tribum.* Hab. II, 16: תִּסּוֹב עָלֶיךָ כּוֹס יְמִין יי *defertur ad te poculum in dextra Dei.* Cf. 1 Reg. II, 15: וַתִּסֹּב הַמְּלוּכָה וַתְּהִי לְאָחִי *et vertit se imperium et translatum est in fratrem meum.*

2) *circumivit* (quod fit continuo se vertendo) in aliquo loco, *obivit* locum, sq. בְּ v. c. urbem Cant. III, 3. V, 7, urbes 2 Par. XVII, 9. XXIII, 2, it. acc. Jes. XXIII, 16: סֹבִּי עִיר *obi urbem.* 1 Sam. VII, 16: *et obibat* urbes *Bethel et Gilgal et Mizpa.* 2 Reg. III, 9: *et obibant* דֶּרֶךְ שִׁבְעַת יָמִים *viam septem dierum*, it. *ivit circum* locum (umgehen), sq. acc. Deut. II, 1. 3. Jos. VI, 3. IV, 7. Ps. XLVIII, 13, ad eum vitandum Num. XXI, 4. Iud. XI, 18.

3) *circumdedit, cinxit,* de personis et rebus, sq. acc. Gen. II, 11. 13. 1 Reg. VII, 24. 2 Reg. VI, 15. 2 Par. IV, 2. Jer. LII, 21. Iob. XL, 22. Ps. XVIII, 6. XXII, 17, sensu hostili Eccl. IX, 14, etiam sq. אֶל 2 Reg. VIII, 21, et עַל Iob. XVI, 13. Iud. XX, 5. — Gen. XXXVII, 7: וְהִנֵּה תְסֻבֶּינָה אֲלֻמֹּתֵיכֶם וַתִּשְׁתַּחֲוֶיןָ לַאֲלֻמָּתִי *et ecce cingebant manipuli vestri et venerabantur manipulum meum* i. e. manipuli vestri meum circumstantes eum venerabantur. Absol. circumdare (mensam) est i. q. *accumbere* mensae. 1 Sam. XVI, 11: לֹא נָסֹב. Vulg. non discumbemus. LXX. οὐ μὴ κατακλιθῶμεν. Cf. מֵסַב. (Talmud. הֵסֵב id., הֲסִבָּה ,מְסִבָּה accubitus ad mensam. Chald. et zab. סחר i. q. סבב et: discubuit, v. 1 Sam. XX, 24. Gen. XXXVII, 25 Targ., unde אִסְחֲרוּתָא consessus, triclinium, Buxt. lex. chald. p. 1458. Accedunt duae significationes translatae:

4) *conversus* i. e. *mutatus est*, sq. כְּ *factus est instar* al. rei Zach. XIV, 10.

5) *causa fuit* alicuius rei (cf. arab. سَبَبٌ causa, سَبَّبَ causa fuit, effecit, Talmud. סִבָּה causa, pr. res s. momentum in quo alia res versatur, cf. nostr. *Umstand*, *circonstance*, cf. אוֹדוֹת). 1 Sam. XXII, 22: אָנֹכִי סַבֹּתִי בְּכָל־נֶפֶשׁ בֵּית אָבִיךָ. LXX. ἐγώ εἰμι αἴτιος τῶν ψυχῶν οἴκου τοῦ πατρός σου. Vulg. *ego sum reus omnium animarum* sc. quas occiderat Saulus (Comm. 21).

Niph. נָסַב et נָסֵב Ez. XXVI, 2 fem. נָסַבָּה pro נָסַבָּה (v. Lgb. p. 372, Gr. §. 66, not. 11) ib. XLI, 7 fut. יִסֹּב, יִסַּבּוּ 1) i. q. Kal no. 1 *vertit se* Ez. I, 9. 12. 17. X, 11. 16, saepe de termino Num. XXXIV, 4. 5. Jos. XV, 3. 10. XVI, 6. XVIII, 14 cf. Jer. XXXI, 39, i. q. *transferri* ad aliquem sq. לְ Jer. VI, 12: וְנָסַבּוּ בָתֵּיהֶם לַאֲחֵרִים *et transferentur domus eorum ad alios*, cf. in Kal Num. XXXVI, 7. — 2) i. q. Kal no. 2 *circumdedit* Iud. XIX, 22, sq. עַל sensu hostili Gen. XIX, 4. Jos. VII, 9.

Pi. סִבֵּב i. q. Kal no. 4 *convertit* i. e. *mutavit*. 2 Sam. XIV, 20: לְבַעֲבוּר סַבֵּב אֶת־פְּנֵי הַדָּבָר *ad mutandam faciem rei*.

Po. סוֹבֵב 1) i. q. Kal no. 2 *circumivit, ambivit*, sq. בְּ Cant. III, 2, sq. acc. *obivit locum* (im Orte umhergehn) Ps. LIX, 7. 15, circumivit locum (einen Ort umgehn) Ps. XXVI, 6, sq. עַל sensu hostili Ps. LV, 11. 2) i. q. Kal no. 3 *circumdedit* Jon. II, 4. 6, sq. dupl. acc. (aliquem aliqua re) Ps. VII, 8. XXXII, 7. 10, max. tuendi et defendendi gratia Deut. XXXII, 10. Jer. XXXI, 22: נְקֵבָה תְּסוֹבֵב גָּבֶר *mulier tuetur virum*. (Cf. Il. 1, 37: ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας, et verba arabica حاط, دار, اطر, quae circumdandi et tuendi vim habent).

Hiph. הֵסֵב, fut. יָסֵב et יַסֵּב 1) causat. Kal no. 1 *se convertere iussit* Ex. XIII, 18: וַיַּסֵּב אֱלֹהִים אֶת־הָעָם דֶּרֶךְ הַמִּדְבָּר; trans. *vertit* 1 Reg. VIII, 14: וַיַּסֵּב הַמֶּלֶךְ אֶת־פָּנָיו *et convertit rex faciem suam*. XXI, 4. 2 Reg. XX, 2. הֵסֵב עֵינָיו מִן avertit oculos ab al. Cant. VI, 5. Transl. הֵסֵב לֵב פ׳ עַל convertit s. direxit animum al. ad aliquem vel aliquid Esr. VI, 22 cf. 1 Reg. XVIII, 37 et omisso לֵב 2 Sam. III, 12: לְהָסֵב אֵלֶיךָ אֶת־כָּל־יִשְׂרָאֵל *ad omnes Israëlitas tibi conciliandos*. A convertendo est *transtulit*, sq. לְ pers. *ad* aliquem 1 Par. X, 14: וַיַּסֵּב אֶת־הַמְּלוּכָה לְדָוִיד *et* (Jova) *transtulit imperium ad Davidem*, sq. אֶל loci (in al. locum) 1 Sam. V, 8. 9. 10. 1 Par. XIII, 3, acc. loci 2 Sam. XX, 12: וַיַּסֵּב אֶת עֲמָשָׂא מִן הַמְסִלָּה הַשָּׂדֶה. — 2) causat. Kal no. 2 circumire s. ambire fecit i. e. *circumduxit*, v. c. hominem Ezech. XLVII, 2, muros 2 Par. XIV, 6. (Cf. syr. ܣܰܝܶܓ circumdedit, munivit, حائط murus, a حاط). —

3) causat. Kal no. 4 *convertit, mutavit*. 2 Reg. XXIII, 34: וַיַּסֵּב אֶת־שְׁמוֹ יְהוֹיָקִים *et mutavit nomen eius in Jojakimum*. XXIV, 17. — 4) intrans. a) i. q. Kal no. 1 *vertit se* 2 Sam. V, 23, b) i. q. Kal no. 2 *circumivit* locum, c. acc. Jos. VI, 11. c) i. q. Kal no. 3 *cinxit* idque hostiliter Ps. CXL, 10.

Hoph. הוּסַב fut. יוּסַב 1) *vertit se, versavit se*, valva ianuae Ez. XLI, 24, rota plostelli Jes. XXVIII, 27. — 2) *cinctus est* Exod. XXVIII, 11. XXXIX, 6. 13. — 3) *conversus, mutatus est*. Num. XXXII, 38.

סִבָּה f. *conversio, directio* rerum (eine Schickung) a Deo proficiscens 1 Reg. XII, 15, i. q. נְסִבָּה 2 Par. X, 15.

סָבִיב m. subst. *circuitus* 1 Par. XI, 8. Hinc מִסָּבִיב *a circuitu, undiquaque, circumquaque* (rings von allen Seiten) Iob. I, 10. Ezech. XXXVII, 21. Jos. XXI, 42 et saepe. LXX. κυκλόθεν. מָגוֹר מִסָּבִיב terror undiquaque Ps. XXXI, 14. Jer. VI, 25. XX, 3. 10. XLVI, 5. מִסְּבִיב לְ e circuitu alic. rei, *rings von* (einer Sache) *weg* Num. XVI, 24. In Acc. סָבִיב adv. *circum* Gen. XXIII, 17. Ps. III, 7. XII, 9. XCVII, 3. Iob. X, 8. XVIII, 11. XIX, 10 et saepe. LXX. κύκλῳ. Post verbum motus (rings hin) Jes. XLIX, 18. LX, 4. סָבִיב סָבִיב *circumcirca* Ezech. XL, 5 sq. סָבִיב לְ praep. *circum* (aliquid) v. c. סָבִיב לַמִּשְׁכָּן circum tentorium Ex. XL, 33. Num. I, 53. II, 2. Iud. VII, 21. Ps. LXXVIII, 28. CXXV, 2. CXXVIII, 3. Cant. III, 7. Nah. III, 8. Iob. XIX, 12, סָבִיב עַל id. Jer. XII, 9. Semel sq. genit. (praep.) סָבִיב הָאָרֶץ circa terram Am. III, 11.

Pl. m. סְבִיבִים 1) (homines) *qui sunt circa* al., i. e. *vicini* Jer. XLVIII, 17. 39. — 2) *loca circumiacentia* (les environs), *vicina*. Jer. XXXIII, 13: בִּסְבִיבֵי יְרוּשָׁלַםִ *in vicinia Hierosolymae*. XXI, 14: אָכְלָה כָּל־סְבִיבֶיהָ. Ps. LXXVI, 12. LXXXIX, 8. XCVII, 2. — 3) cum Suff. praep. *circum* (aliquem). Ps. L, 3: סְבִיבָיו נִשְׂעֲרָה מְאֹד *circa eum tempestas saevit*. Jer. XLVI, 14. Thren. I, 17.

Pl. f. סְבִיבוֹת 1) *circuitus* (die Umläufe), *circuli, orbes*, quos aliquis percurrit. Eccl. I, 6: וְעַל סְבִיבֹתָיו שָׁב הָרוּחַ *et ad circulos suos redit ventus*, denuo orditur orbes suos, denuo in orbem ire incipit. — 2) i. q. סְבִיבִים no. 2 *loca circumiacentia* (Umkreis) sq. genit. סְבִיבוֹת יְרוּשָׁלַםִ quae circum Hierosolyma sunt. Neh. XII, 28. Num. XXII, 4: אֶת־כָּל סְבִיבֹתֵינוּ *quidquid est* circa *nos*. Dan. IX, 16. Ps. XLIV, 14. LXXIX, 4. — 3) in st. cstr. in praep. abit, *circum, circa*. Num. XI, 24: סְבִיבוֹת הָאֹהֶל *circum tentorium*. Ex. VII, 24: סְבִיבוֹת הַיְאֹר. Ez. VI, 5. Ps. LXXIX, 3. Iob. XLI, 6. Saepe c. suff. סְבִיבוֹתַי circa me Iob. XXIX, 5. Ps. XXVII, 6, סְבִיבֹתֵינוּ circa nos Neh. V, 17. VI, 16, סְבִיבֹתֶיךָ circa te Iob. XXII, 10, סְבִיבֹתַיִךְ Ez. V, 12. 14. 15, סְבִיבֹתָיו circa eum Ps. XVIII, 12, סְבִיבֹתֵיהֶם Gen. XXXV, 5 et סְבִיבֹתָם 2 Reg. XVII, 15.

מֵסַב m. 1) subst. *consessus, triclinium, pulvinaria* more Orientalium *in orbem posita* Cant. I, 12, cf. ad rad. no. 3 extr. — 2) adv. *circumcirca* 1 Reg. VI, 29. Pl. מְסִבּוֹת id. Iob. XXXVII, 12. — 3) pl. cstr. praep. *circa*. 2 Reg. XXIII, 5: מְסִבֵּי יְרוּשָׁלָםִ circa Hierosolyma.

מוּסָב m. *circuitus* domus, id quod aedificium *cingit* (Umgang). Ez. XLI, 7.

נְסִבָּה pr. part. Niph. i. q. סִבָּה q. v.

סָבַךְ *plexuit, perplexuit, implicuit*, max. ramos. (Vide שָׂבַךְ. Arab. شبك II. id. V. VI. VIII. pass. شَبَكَة rete, شُبّاك cancelli. Melit. *schebbek* texuit, *schibke* rete. Zab. סבך Ithpe. implexus fuit. Cognata sunt אָבַךְ, בּוּךְ. Emollita littera ב ex hac rad. orta est (ע״ו quiesc. שׂוּךְ). Part. pass. Nah. I, 10: סִירִים סְבֻכִים *spinae perplexae*, cf. de h. l. ad rad. סָבָא.

Pu. pass. de radicibus perplexis. Iob. VIII, 17. Hinc

סְבָךְ m. (Kamez impuro) *rami perplexi, dumetum* Gen. XXII, 13. Eodem pertinet בִּסְבָךְ־עֵץ Ps. LXXIV, 5, ut (ָ) sit Kamez longum, quanquam Metheg in oditt. desideratur. Simile exemplum est מְנָת־חֶלְקִי Ps. XVI, 5, quod omnia exempla sine Metheg scribunt, quanquam *menât* legendum esse certissimum est cf. XI, 6. Pauci codd. בִּסְבַךְ, v. סְבַךְ. Ben Ascher בִּסְבָךְ.

סְבַךְ id. unde pl. cstr. סִבְכֵי הַיַּעַר Jes. IX, 17 et X, 34, quo loco Kimchius et nonnulli codd. ap. J. H. Mich. legunt סִבְּכֵי, סִבְכֵי, סְבֻכֵי (v. de huius generis Schwa compos. Lgb. p. 77).

סֹבֶךְ id. Cum suff. סֻבְּכוֹ (Dag. forti euphon.) Jer. IV, 7, ubi alii (v. Kimchium) סֻבְכוֹ, ut רֻטֲפַשׁ Iob. XXXIII, 25).

סַבְּכָא chald. f. Dan. III, 5 et שַׂבְּכָא ibid. 7. 10. 15 *sambuca* gr. σαμβύκη, σαμβύκης (Athen. IV, 175), σάμβυξ, ζαμβύκη Hesych. adeoque ἰαμβύκη (v. Salmas. in not. ad Polluc. IV, 59 p. 280), instrumentum pulsatile harpae vel nablio simile, soni acuti, sed quattuor tantum fidibus munitum. De origine eius Athenaeus IV p. 175 d. e postquam hos Philemonis versus laudavit: οὐκ οἶσθα νάβλαν; οὐδὲν οὖν οἶσθ' ἀγαθόν. οὐδὲ σαμβυκίστριαν; ita pergit: καὶ τὸ τρίγωνον δὲ καλούμενον ὄργανον Ἰόβας ἐν τετάρτῳ θεατρικῆς ἱστορίας Σύρων εὕρημά φησιν εἶναι, ὡς καὶ τὸν καλούμενον λυροφοίνικα [ita etiam p. 183 c., an forte συροφοίνικα?] σαμβύκην. Quibuscum conveniunt haec Strabonis (X p. 471 Casaub.): καὶ τῶν ὀργάνων ἔνια βαρβάρως ὠνόμασται, νάβλας καὶ σαμβύκη κ. τ. λ., neque profecto audiendi, si qui de Sambyce eius inventore somniabant (Athen. XIV, p. 637 b). Idem Athenaeus alibi (XIV p. 633 f): μετὰ δὲ ταῦτα ζητήσεως γενομένης περὶ σαμβύκης, ἔφη ὁ Μασούριος ὀξύφθογγον εἶναι μουσικὸν ὄργανον τὴν σαμβύκην, διειλέχθαι τε περὶ αὐτοῦ Εὐφορίωνα τὸν ἐποποιὸν .... χρῆσθαι φήσας αὐτῷ Πάρθους καὶ Τρωγλοδύτας, τετραχόρδῳ ὄντι. Hesych. Σαμβύκη, οὐ μόνον τὸ μουσικὸν ὄργανον, οὗ μέμνηται Ἰόβας, ἀλλὰ καὶ πολιορκητικὸν κ. τ. λ. Vide eund. v. ζαμβύκη ibique Albertium. Suid. v. σαμβῦκαι. Phavor. h. v. Pers. 5, 95: sambucam citius caloni aptaveris alto. Vitruv. 6, 1. 10, 22. Du Fresne Glossar. gr. et Glossar. lat. his vcc. Apud Graecos et Romanos muliebre et meretricium fere instrumentum fuisse videtur, quod quae pulsabant, σαμβυκίστριαι Plut. Anton. 9, *sambucinae* Plaut. Stich. 2, 2, 57, *sambucistriae* Liv. 39, 6. Arnob. 2, 42. Fest. h. v., etiam σαμβῦκαι Polyb. 5, 37, *sambucae* Spartian. Hadr. 26 appellatae sunt, sed hoc tamen improprie, ut nos dicimus: bey der Lustbarkeit waren zwei Harfen und zwei Flöten. — Quod de Semitica vocis origine memoriae produnt Athenaeus et Strabo (v. supra), id etymo quoque et re ipsa firmatur, quum harpae genus a similitudine *retis* (شَبَكَة) facile appellari posset (ex duplici ב factum est mb, ut אַבּוּב ambubaja; יְרֻבַּעַל Ἱερόμβαλος): contra aptam eius originem in lingua Graeca vix invenias, nam lat. *sambucus, sabucus* (Hollunder), quod comparavi ed. 1, respondet gr. σάμψυχον, ex Latina autem lingua id vocabuli petitum esse non credibile est. Ceterum hanc originem significat Isidor. Origg. 2, 20: „Sambuca in Musicis, species est symphoniarum. Est enim genus ligni fragilis, unde et tibiae componuntur." Eodem redit, quod *Samhuca* etiam de baculo pastorali dicitur (sc. sambucino).

סִבְּכַי (pro סְבַךְ יָהּ silva Jehovae i. e. turba populi Dei, cf. סְבַךְ) n. pr. tribuni militum Davidis 2 Sam. XXI, 18. 1 Par. XI, 29 (pro quo 2 Sam. XXIII, 27 corrupte מְבֻנַּי) XX, 4. XXVII, 11.

סָבַל fut. יִסְבֹּל *baiulavit, portavit* grave onus. (Syr. chald. zab. id. Finitimae radices sunt שָׁבַל, שׁוּל post se trahere, *schleppen*, unde שֹׁבֶל, שׁוּל syrma, *Schleppe* des Kleides, et סָבַל pr. dictum esse videtur de gravissimis oneribus, quae non in humeros sublata portamus, sed ita ut terram verrant, nostr. *schleppen*, quanquam Chaldaeorum usus ab hac origine deflectit, v. infra. Apud hos *portandi* significatu usitatius etiam est סְבַר). Jes. XLVI, 4. 7. Gen. XLIX, 15. Translate *tulit dolores, peccata* alic. i. e. poenas dedit, quas alius commeruit Jes. LIII, 4. 11. Thren. V, 7.

Pu. part. *onustus* sc. fetu, inde *gravidus*, de bubus Ps. CXLIV, 14. Cf. arab. حامل portans, in utero gestans, ثَقُلَ gravis fuit, in utero gestavit. Syr. ܡܣܝܒܠܬܐ onusta, gravida. BH. 421, l. 14. Plura dabit Bochartus Hieroz. I, 296 Lips.

Hithp. הִסְתַּבֵּל *molestus factus est.* Eccl. XII, 5. Vid. de h. l. sub v. חָגָב p. 444.

סְבַל chald. i. q. hebr. it. *sustulit* (cf. נְשָׂא), *erexit.*

Poal. pass. *erectus est.* Esr. VI, 3: וְאֻשּׁוֹהִי מְסוֹבְלִין *et fundamenta eius erigentur.* Sic chald. Deut. XXIV, 15 Targ. (ubi סְבַל נַפְשֵׁיהּ לְ est i. q. hebr. נָשָׂא נֶפֶשׁ אֶל efferre animam ad), et sam. ࠎࠁࠋ erexit Gen. XIII, 10.

XXXI, 17. Male Vulg. et (ut ponantur) fundamenta portantia i. e. firma, ferendis structuris apta. Sed ita etiam Aben Esra.

סֵבֶל m. *baiulatio*, *labor gravis* et molestus Ps. LXXXI, 7, grave onus Neh. IV, 11, inde *grave negotium* 1 Reg. XI, 28.

סֹבֶל c. suff. סֻבֳּלוֹ (cum dag. forti euphon. et Schwa comp. pro סָבְלוֹ) *baiulatio*, inde *onus grave*. Jes. X, 27. XXIV, 25. עֹל סֻבֳּלוֹ iugum quod (populus) portat, quod ei oneri est, ibid. IX, 3. De vocalium ratione in סֻבֳּלוֹ v. Lgb. p. 87, quibuscum consentit Kimchi in Michlol p. 212. Neque iis assentire possum, qui ducant a forma Pualica סֻבַּל (Simon.), unde c. suff. esset סֻבָּלוֹ, neque his, qui statum absol. ponunt סֹבֶל (Ewald. gr. §. 426).

סַבָּל m. *baiulus* 2 Par. II, 1. 17. XXXIV, 13. Neh. IV, 4. — 1 Reg. V, 29 (15) per appositionem dictum est נֹשֵׂא סַבָּל.

סִבְלָה vel **סְבָלָה** f. tantum in pl. cstr. סִבְלוֹת *baiulationes*, labores molesti et operosi Exod. I, 11. II, 11. V, 4. 5. VI, 6. 7.

* * *

סִבֹּלֶת ex Ephraimitarum dialecto i. q. שִׁבֹּלֶת *spica* Iud. XII, 6.

סְבַר chald. 1) pr. portavit (vic. סבל), sustinuit, sustentavit. Ita saepe in Targg., Po. סוֹבַר syr. ܣܰܒܰܪ, ܣܰܒܰܪ id. — 2) certo *speravit*, *confisus est*, it. *credidit*, *putavit* (cf. dafür halten). Vide Buxt. h. v. no. 2. 3. Saepe enim in Targg. ponitur pro hebr. קִוָּה, בָּטַח. Syr. ܣܰܒܰܪ in Pe. putavit, pro gr. *νομίζω*, *δοκέω*, Pa. speravit. Semel in V. T. Dan. VII, 25: יִסְבַּר לְהַשְׁנָיָה *sperat* (confidit) *se mutaturum esse*. Theod. *ὑπονοήσει τοῦ ἀλλοιῶσαι*. Alex. *προςδέξεται*. Vulg. putabit quod possit mutare. Hebr. ויחשב לשנות.

סִבְרַיִם (spes gemina) n. pr. oppidi Syriae Damascum inter et Hamatham siti, aliunde non cogniti Ez. XLVII, 16. Vulg. Sabarim.

סַבְתָּה Gen. X, 7 (21 codd. שַׁבְתָּה) et **סַבְתָּא** 1 Par. I, 9 n. pr. gentis et regionis Cuschiticae. Ex veteribus Josephus (Ant. 1, 6 §. 2) intelligit *Ἀσταβόρους* i. e. Astborae accolas, et eodem redit Pseudoj., apud quem pro סמראי non dubitans (ex Targ. in Paralipp.) repono סמראי i. e. *Sembritas* s. Sebritas, de quibus Strabo XVI p. 786 Casaub.: *ἄλλην δ' εἶναι νῆσον ὑπὲρ τῆς Μερόης, ἣν ἔχουσιν οἱ Αἰγυπτίων φυγάδες οἱ ἀποστάντες ἐπὶ Ψαμμετίχου, καλοῦνται δὲ Σεμβρῖται* (al. *Σεβρῖται*), *ὡς ἂν ἐπήλυδες*. Plin. 6, 35 s. 30: „proximae insulae oppidum Semberritarum sub regina.“ Admodum probabilia autem docet Pseudojonathan: namque in ipsa hac Sembritarum regione erat urbs antiqua *Σαβάτ*, vel (ה enim in his radicale non est) *Σαβά*, *Σαβαί* ad oram sinus arabici, ibi fere sita, ubi nunc Arkiko, in cuius vicinia elephantos venari solebant Ptolemaei v. Strabo p. 770 et Ptolem. IV, 10, qui *Σαβάτ* ad sinum Adulitanum ponit longit. 68, lat. 12', 20. Non placent, qui *Sabotham* intelligunt, Atramitarum (v. הֲדֹרָם) in Arabia felice metropolin Solis cultu ac thure ibi collecto nobilem (Theophr. hist. plant. 9, 4. Plin. 6, 28 s. 32 et 12, 14 s. 32: thus collectum Sabotha camelis convehitur): nam metropolin Cuschaeam in medio populo Joctanitico (vide Gen. X, 26) vix exspectaveris. Remotius etiam est, quod Niebuhrius (Arabien p. 289) confert شبام, Hadramauti metropolin (v. Abulf. Arabiam p. 36 ed. Rommel).

סַבְתְּכָא (cod. Sam. סבתכה) Gen. X, 7. 1 Par. I, 9, ut praecedens, n. pr. gentis et regionis Cuschiticae, in Aethiopia, ut videtur, quaerenda, sed admodum incerta. LXX. Vat. *Σαβαθακά*, sed plerique codd. *Σαβακαθά*, *Σεβακαθά*. Pseudoj. reddit זנגאי, et Targ. Paralip. דנגאי i. e. الزنج Nigritas in Africae littore orientali. Saad. دمس, quod quid sit ignoro. Ceterum de SBTK s. *Sabatoca*, nomine proprio Aethiopum in monumentis Aegyptiacis v. infra s. v. סוֹא, quo hoc certe efficitur, סבתכא vix aliunde quam in Aethiopia quaerendum esse. Eo minus credibilia docent Bochartus (Phaleg IV, 4), qui pro falsa sua de Cuschaeis opinione *Samydacem*, Caramaniae urbem, arcessit, et Schulthessius (Paradies p. 109), qui *Sabochostam*, Persiae propriae urbem (Assem. bibl. III, 1 p. 773) confert.

סִגִים v. סִיגִים s. rad. סוּג.

סָגַד fut. יִסְגֹּד *procubuit* adorandi caussa, sq. לְ Jes. XLIV, 15. 17. 19. XLVI, 6, recentioris Hebraismi et Chaldaismi verbum, ubique de idolorum cultu usurpatum (v. quae observavimus hist. ling. hebr. p. 58). Vide chald.

סְגִד Dan. II, 46 (cf. Jes. XLIV, 16 Targ.), fut. יִסְגֻּד chald. *procubuit* ad adorandum idolum, sq. לְ Dan. III, 5. 6. 10—12. 14. 15. 28, ad honorem exhibendum homini ib. II, 46. (In Targg. saepius utroque sensu, pro hebr. קָדַד et הִשְׁתַּחֲוָה. Syr. et zab. ܣܓܶܕ id. Arab. سجد caput deorsum inclinavit cum animo submisso, quod fieri solet in precibus faciendis, ubi terram fronte tangunt, it. adoravit hominem; intrans. humilis, depressus fuit IV. inclinavit caput, مَسْجِدٌ, مَسْجَدٌ, non مَسْجَدٌ, gall. la Mosquée, omissa dentali, quam servarunt Itali et Hispani in *moscheta*, *meschita*. Aethiop. ሰገደ: inclinavit et prostravit se, coram hominibus et numine, መስገድ: Mosquea. De origine radicis si coniectura

facienda est, גר dixerim convenire cum קָדַר inclinavit se, praemisso sibilo).

סָגַל rad. inusit. chald. סִיגֵּל (pro סַגֵּל) acquisivit, סְגוּלְתָא peculium. Vicinum est verbo סָגַר et origo in claudendo, concludendo opes.

סְגֻלָּה f. *peculium*, *opes*. 1 Par. XXIX, 3. Eccl. II, 8. Saepius de populo Israëlitico, ut *Dei peculio* Ex. XIX, 5. Deut. VII, 6. XIV, 2. XXVI, 18. Ps. CXXXV, 4. Mal. III, 17. Cf. נַחֲלָה no. 2, c.

סָגָן vel **סֶגֶן**, tantum in pl. סְגָנִים m. *praefectus*, *praetor*, in V. T. 1) de summis quibusdam magistratibus Babyloniorum, ut videtur, *praefectis provinciarum* Jer. LI, 23. 28. 57 (ubi copulatur cum פַּחוֹת). Ez. XXIII, 6. 12. 23, cf. Jes. XLI, 25. — 2) de praefectis et antistitibus populi Hierosolymitani tempore Esrae et Nehemiae, Esr. IX, 2. Neh. II, 16. IV, 8. 13. V, 7. 17. VII, 5. XII, 40. XIII, 11, ubi saepe copulatur cum חֹרִים nobilibus. In Targg. redditur שִׁלְטֹנִים dominatores Jes. l. c. טוּרְנִין principes Jer. LI, 23, sed ipsi Targumistae סְגַן כָּהֲנַיָּא *praefectus sacerdotum* adhibent de vicario summi sacerdotis, כֹּהֵן הַמִּשְׁנֶה Jer. LII, 24, aliisque sacerdotibus principibus 2 Reg. XXIII, 4. Jer. XX, 1 (pro נָגִיד בְּבֵית יְיָ. XXIX, 26 (pro פָּקִיד בֵּית יְיָ). Esth. I, 2 Targ. sec., et ita Talmudici de viris principibus Sanhedr. fol. 106, 1, et de vicario summi sacerdotis (Gem. Hieros. Joma 3 fol. 41, 1). Quod ad originem attinet, sunt qui pro Semitica habeant hanc vocem, cognatam vc. סָכַן: sed rectius a plerisque peregrina censetur ex vetere lingua Persica petita. In recentiore lingua Persica respondet شَحْنَه praetor, satrapa Cast., quod etiam in Arabicam et Syriacam transiit. Et illi quidem scribunt شِحْنَة, unde شحّن satrapam fecit vit. Salad. 50, 65. Abulph. 427, شِحْنِيَة munus satrapae Abulf. Ann. III, 428. 448, hi ܫܚܢܐ, quod de *satrapa*, s. praefecto provinciae eoque militari legitur BH. 305, 13. 311, 2. 314, 4. 316, 1. 467, 2. 530, 5. Ex vetere Persismo alia eius vestigia esse videntur in פַּתְשֶׁגֶן (q. v.) i. e. edictum *principis*, et in gr. ζωγάνης Athen. XIV p. 639 c, quod nomen in feriis Saceis gessit servus regio cultu ornatus. Verba sunt: ... ἐν αἷς [πέντε ἡμέραις τῆς ἑορτῆς] ἔθος εἶναι ἄρχεσθαι τοὺς δεσπότας ὑπὸ τῶν οἰκετῶν, ἀφηγεῖσθαί τε τῆς οἰκίας ἕνα αὐτῶν ἐνδεδυκότα στολὴν ὁμοίαν τῇ βασιλικῇ, ὃν καὶ καλεῖσθαι ζωγάνην. Etymon tamen incertum. BENFEY (Monatsnamen p. 193. 194) suspicatur sub שֶׁגֶן, סָגָן latere sanscr. *çangha*, vel potius *çâsana* iussum, quod zendice esset *çâoghana*: sed magis placet BOHLENIUS, qui vocem scribit (in observatt. inedit.) *sugana* (cf. ζωγάνης) q. d. εὐγενής nobilis, generosus (cf. חֹרְשֹׁתָא). LXX. στρατηγός, ἄρχων.

סְגַן chald. id., pl. סִגְנִין *praefectus provinciae* Dan. III, 2. 27. VI, 8 (ubi copulatur cum satrapis et subpraefectis פַּחֲוָתָא). Sed Dan. II, 48 רַב סִגְנִין dicitur de summo praefecto (Magorum). LXX. στρατηγός.

I. סָגַר fut. יִסְגֹּר *clausit*. (Vic. est סָכַר, sed illud usitatius, cf. etiam סָגַל. Syllaba primaria est גר, cf. חָגַר. Aethiop. አሥገረ: reti cepit, illaqueavit feras et pisces, pr. reti inclusit, መሥገርት: rete. Constr. sq. acc., ut clausit ianuam Gen. XIX, 10. 2 Par. XXIX, 7. Neh. VI, 10. Mal. I, 10, portam Jos. II, 7. Ez. XLVI, 12, uterum feminae 1 Sam. I, 5. Iob. III, 10 (sc. ne conciperet, i. e. sterilem eam reddidit), hiatum moenium 1 Reg. XI, 27, translate cor suum Ps. XVII, 10 (cf. 1 Joh. III, 17). Dicunt: סָגַר הַדֶּלֶת אַחֲרָיו clausit portam post se (si quis intravit in domum s. locum clausum) Gen. XIX, 6, sed saepius eodem sensu סָגַר הַדֶּלֶת בַּעֲדוֹ 2 Reg. IV, 33. Jes. XXVI, 21, et ellipt. סָגַר אַחֲרָיו clausit post se Iud. IX, 51, it. סָגַר הַדֶּלֶת בְּעַד פ׳ clausit ianuam post aliq., de eo, qui alium includit in locum clausum 2 Reg. IV, 4. 5, et omisso הַדֶּלֶת Gen. VII, 16. Vide בַּעַד, בְּעַד no. 2. Similiter Iud. III, 22: וַיִּסְגֹּר הַחֵלֶב בְּעַד הַלַּהַב *et clausit adeps post laminam* pugionis i. e. adeps statim implevit vulnus pugionis ictu ortum et ita inclusit pugionem, sed Gen. II, 21: וַיִּסְגֹּר בָּשָׂר תַּחְתֶּנָּה *et clausit* (Deus) *carnem loco eius* (costae). Cave autem cum hac structura confundas eam, in qua בְּעַד est: *circum*, de qua statim. Namque pro acc. ponitur etiam a) בְּעַד circum (v. h. v. no. 3), pr. circumclusit. 1 Sam. I, 6: כִּי־סָגַר יְהוָה בְּעַד רַחְמָהּ *nam Jehova clauserat uterum eius* (cf. Comm. 5: יְהוָה סָגַר רַחְמָהּ); b) sq. עַל Exod. XIV, 3: סָגַר עֲלֵיהֶם הַמִּדְבָּר *concludit* s. *circumcludit eos desertum* (v. עַל Iob. XXVI, 9. XXXVI, 30). Iob. XII, 14: יִסְגֹּר עַל־אִישׁ *claudit super viro* (sc. carcerem subterraneum); c) sq. לִקְרַאת praegn. Ps. XXXV, 3: *stringe hastam* וּסְגֹר לִקְרַאת רֹדְפָי *et interclude viam in occursum persecutorum meorum* i. e. te obiiciens persecutoribus meis. (De alia vocis סְגֹר in h. l. explicatione v. infra h. v.). d) absol. *claudere* pro *claudere ianuam* vel portam. Jes. XXII, 22 et exempla supra laudata ad locutionem סָגַר בְּעַד פ׳. — Jos. VI, 1: וִירִיחוֹ סֹגֶרֶת וּמְסֻגֶּרֶת *et Jericho clauserat* (portas) *et obserata erat*, ubi Kal refertur ad portas clausas (opp. apertis), Pu. utpote intensivum eas pessulis vectibusque obseratas fuisse significat. Vulg. *Jericho autem clausa erat atque munita.* Chald. *et Jericho erat clausa foribus ferreis et roborata vectibus aeneis.*

Part. pass. סָגוּר *clausus* Ez. XLIV, 1. 2. XLVI, 1, dein *pretiosus*, inde זָהָב סָגוּר aurum pretiosum, i. e. purum, sincerum, opp. vulgari, adulterato 1 Reg. VI, 20. 21. VII, 49. 50. X, 21. 2 Par. IV, 20. 22. IX, 20. Idem est subst. סְגוֹר Iob. XXVIII, 15. Kimchi: היא הזהב הסחר הנקי. Vulg. aurum purum. Chald. aurum bonum. J. D. Michaëlis (suppl. pag. 1718 coll. سَجَرَ

arbor, intelligere volebat aurum dendroides i. e. nativum: sed arab. شَعَر convenit potius cum hebr. שֵׂעָר crinis, a nostra certe radice alienum est. Minus etiam probandum, quod Ewaldus (ad Iob. l. c.) confert arab. سجر „schwellen, sieden, kochen“, unde ז׳ סָגוּר aurum depuratum. Coquendi enim vel potius liquefaciendi vis illi radici temere tribuitur.

Niph. pass. Kal *clausus est*, de ianuis, portis Jes. XLV, 1. LX, 11. Neh. XIII, 19. Ez. XLVI, 2; *conclusus, inclusus est*, de hominibus Num. XII, 14. 15. 1 Sam. XXIII, 7, et reflex. *conclusit se* Ez. III, 24.

Pi. סִגֵּר i. q. Hiph. no. 2 *tradidit*, sq. בְּיַד פ׳ in potestatem alic. (pr. concludendum tradidit) 1 Sam. XVII, 46. XXIV, 19. XXVI, 8, absol. 2 Sam. XVIII, 28. (Ita gr. συγκλείω Rom. XI, 32. Gal. III, 22. Diod. 19, 19 et κατακλείω ib. 20, 74 ibique Wesselingium).

Pu. *clausus est* Jos. VI, 1 (v. ad Kal). Jes. XXIV, 10. Jer. XIII, 19.

Hiph. הִסְגִּיר 1) *clausit* domum Levit. XIV, 38, *conclusit* aliquem Lev. XIII, 4. 5. 11. 21. 26. 31. 33. 50. 54. — 2) *concludendum tradidit* aliquem, pr. *in custodiam tradidit*, tradidit ergastuli custodibus Iob. XI, 10, inde *tradidit* in potestatem alic., sq. בְּיַד Jos. XX, 5. 1 Sam. XXIII, 12. 20. Ps. XXXI, 9. Thren. II, 7, sq. אֶל Deut. XXIII, 16. Iob. XVI, 11, לְ Am. I, 6. 9, passim fortius: permisit potestati et arbitrio alic. (jemandem Preis geben) Ps. LXXVIII, 48: וַיַּסְגֵּר לַבָּרָד בְּעִירָם. Comm. 50. 62. Absol. *arbitrio* (aliorum) *permisit rem, proiecit, deseruit* eam. Deut. XXXII, 30: יְהוָה הִסְגִּירָם. Am. VI, 8: הִסְגַּרְתִּי עִיר וּמְלֹאָהּ. Obad. 14. (Sunt, qui hanc tradendi potestatem in Pi. et Hiph. no. 2 aliunde quam a claudendo profectam putent, velut a profundendo et effundendo, ut סִגֵּר idem valeat quod נִגֵּר, מִגֵּר coll. סַגְרִיר; sed propriam vim monstrat usus verbi Iob. XI, 10, eademque ratio est graeci συγκλείω, κατακλείω).

סְגַר chald. *clausit*. Dan. VI, 23. (In Targg. אַסְגַּר, sed utuntur hoc verbo tantum de leproso, alibi verbo אֲחַד, unde סְגִיר leprosus, סְגִירוּ lepra. Syr. ܣܓܪ clausit, sepivit, prohibuit).

סְגוֹר m. 1) *clausura*. Hos. XIII, 8: סְגוֹר לִבָּם *clausura cordis eorum* i. e. praecordium. — 2) i. q. זָהָב סָגוּר aurum pretiosum Iob. XXVIII, 15, v. rad. in Kal ad Part. — 3) In verbis Ps. XXXV, 3: וְהָרֵק חֲנִית וּסְגֹר לִקְרַאת רֹדְפָי fuerunt iam inter veteres, qui סגר telorum genus esse suspicarentur (Kimchi: חשוב מכלי מלחמה), idque recentiores vindicare studuerunt coll. arab. شَجَار hasta lignea, gr. σάγαρις (bipennis, ensis anceps Orientalium) Herod. 1, 215. 4, 5. 70. 7, 64, quod esse videtur armen. սակր *sacr*. Sed non opus est ista peregrina arcessere, quum vulgaris linguae usus aptam sententiam efficiat, v. ad rad. Addit Kimchius: ויש לפרש סְגר צווי מהענין הראשון כלומר סגר לקראתם שלא יעברו וירדפו אחרי.

סוּגַר m. *cavea* leonis gr. κλεῖθρον Ezech. XIX, 9, LXX. κημός. V. Bochart. Hieroz. I, p. 765. Talmud. dicitur de capistro Schabb. fol. 51, 2: sed nihil hoc ad locum Ezechielis.

מַסְגֵּר m. pr. part. Hi. claudens, 1) *claustrarius* (opifex), qui claustra et pessulos facit 2 Reg. XXIV, 14. 16. Jer. XXIV, 1. XXIX, 2. — 2) *quod claudit, claustrum, carcer* Jes. XXIV, 22. XLII, 7. Ps. CXLII, 8.

מִסְגֶּרֶת f. pl. מִסְגְּרוֹת 1) *claustra*, poët. de urbibus munitis Ps. XVIII, 46. Mich. VII, 17. — 2) *taeniae, margines* (Randleisten), ab *includendo* dictae Ex. XXV, 25 sq. XXXVII, 14. — 3) 1 Reg. VII, 28. 29. 31. 32. 35. 36. 2 Reg. XVI, 17 ornamenta in basibus aeneis pelvium, quae *scuta* quadrata opere caelato ornata a quattuor basium lateribus fuisse apparet, vide 1 Reg. VII, 28. 29. 31.

* * *

סַגְרִיר *pluvia vehemens, imber*. Semel legitur Prov. XXVII, 15: *stillicidium* בְּיוֹם סַגְרִיר *tempore imbris*. LXX. ἐν ἡμέρᾳ χειμερινῇ die pluviali, non ut Vulg. *die frigoris*. Targ. סַגְרִירָא. Syr. ܣܓܪܝܪܐ, sec. Lex. Adl. برد شديد مطر *frigus vehemens et pluvia*, et hoc quidem rectius, cf. sam. ࠀࠎࠂࠓ (lege אַסְגַּר) pro hebr. גֶּשֶׁם imber Lev. XXVI, 4. Originem vocis Kimchius revocat ad claudendi potestatem, „quoniam tempore imbris homines in domibus inclusi teneantur“ [cf. Iob. XXXVII, 7]; alii ab arab. سجر aqua implevit fluvium, effudit aquam (in guttur), II. ad fluxum dimisit aquam; mihi סַגְרִיר ortum videtur a rad. جَرَّ גָּרַר verrit, rapuit, abripuit, arab. spec. abripuit aqua terram, جارور torrens, praemisso sibilo, velut chald. סַגַלְגַּל i. q. גַּלְגַּל; ܣܓܪܝܪܐ = נָגִיר al. quae laudavimus Lgb. p. 862.

סָדַד in verbo inusit. Arab. سَدَّ *obstruxit, occlusit*, velut obice, vide Schult. ad Iob. 340. Muntinghe in diss. Lugdd. p. 1166.

סַד *nervus, cippus* i. q. מַהְפֶּכֶת (p. 388. 389), lignum, quo pedes captivi concludebantur Iob. XIII, 27. XXXIII, 11. Talmud. סַדְיָא prelum (a similitudine cippi). Zab. ܣܕܐ i. q. hebr. Norb. Lex. 149. Syr. ܣܕܐ pro gr. ξύλον Act. XVI, 24, ܣܕܐ ܕܥܩܐ Act. Mart. II, 178. Bar Bahlul: ܣܕܐ ... مقطرة ادهم *cippus captivorum, compes*, et dein: ܣܕܐ ܠܘܬ ܕܝܘܢܝܐ ܟܘܒܠܐ ܗܘ ... المقاطر . ܣܕܐ ܗܘ ܕܥܠ ܐܝܕܐ ܕܡܫܬܕܝܢ ܪ̈ܓܠܐ i. e. *in pl. id in quod iniiciuntur pedes captivorum, in sing. species quaedam compedum*.

סָדַם rad. in verbo inusit., unde

סְדֹם (vel i. q. שְׁרֵמָה arvum, vinea cf. *uvae Sodomae* Deut. XXXII, 32, et עֲמֹרָה; vel ustio, conflagratio coll. שְׁרֵמָה i. q. שְׂרֵפָה, erat enim Sodoma in solo bituminoso exstructa et propterea crebris soli incendiis obnoxia, ut ea Phrygiae pars, quam *κατακεκαυμένην* appellant) *Σόδομα, Sodoma* n. pr. urbis regiae Cananitarum, in valle Siddim austrum versus (v. Gen. X, 19. XIX, 15) sitae, quae Abrahami aetate propter mira civium scelera (Gen. XIII, 13. XVIII, 20. XIX, 1 sqq.) cum tribus aliis (Gomorrha, Adma, Zeboim) igne coelesti conflagrata in mari mortuo submersa est (Gen. XIX, 24 sqq.). Et huic poenae divinitus immissae (Deut. XXIX, 23. Jes I, 9. XIII, 19. Jer. XLIX, 18. L, 40) et Sodomitarum flagitiis (Jes. I, 10. Jer. XXIII, 14. Thren. IV, 6. Ez. XVI, 46 sqq.) atque impudentiae (Jes. III. 9) saepius alluditur in V. T., unde *principes Sodomae* Jes. I, 10 sunt Sodomiticis similes i. e. iniusti, flagitiosi: *uvae Sodomae* (quae degeneres fuisse videntur, cf. de pomis Sodomae Jos. bell. jud. IV, 8 §. 4) imaginem praebent conditionis degeneris Deut. XXXII, 32. Praeter V. T. et Josephum (bell. jud. 5, 5) eius memoria est apud Strabonem XVI, p. 764 et Stephan. Byz. *Σόδομα, μητρόπολις ἦν τῶν δέκα πολέων τῶν ἐν τῇ Ἀσφαλτίτιδι λίμνῃ καταστραφεισῶν.* De urbium illarum incendio, sed nomine non memorato, vide etiam Tac. hist. 5, 7. Cf. Relandi Palaest. p. 254. 1019.

סָדַן arab. سَدَنَ i. q. سدل *laxavit, dimisit vestem* (v. ל litteram), unde سَدَنٌ, سِدَانٌ, سَدِينٌ velum. Inde

סָדִין m. *indusium*, vestis ampla et lintea, nudo in corpore sub reliquis vestibus gestata Iud. XIV, 12. 13. Jes. III, 23. Prov. XXXI, 24. Kimchi in Lex. הוא כסות הלילה הסמוך לבשר עשוי מפשתים ויש להם עשויים להתעטף בהם ביום. Ex linteo tenuissimo factum fuisse, testatur hoc Talmud. Menach. fol. 41, 1: סדינא לקיטא וסרבלא לסתו *sindon* convenit *aestati*, *saraballa hiemi.* (In Targg. id. Ps. CIV, 2. Thren. II, 20. Syr. ܣܘܕܪܐ in Pesch. pro gr. *σουδάριον* Luc. XIX, 20, *λέντιον* Jo. XIII, 4. LXX. Iudd. et Prov. *σινδών, σινδόνες* i. e. linteum tenuissimum tum Aegyptiacum (Pollux 7, 16 s. 72), tum Indicum, aegypt. ϢENTⲰ (Peyron p. 299) sanscr. *sindhu*, quae quidem vcc. nonnulli eiusdem originis cum voce Semitica censuerunt, ita quidem ut hanc peregrinam esse existimarent. Mihi quidem haec incerta videntur, quum in Semiticis n et l in tertia sede radicalia sint, in *σινδών ν* extremum a Graecis adiectum. Ceterum vide Schroeder de vest. mul. p. 339 — 361. Jablonski Opuscc. 1, 297 sqq. Mich. suppl. p. 1720.

סָדַר rad. in verbo inusit. Chald. סַדַּר in Targg. saepe pro hebr. עָרַךְ *struit, disposuit* secundum ordinem.

סֵדֶר m. *ordo.* (In Targg. סְדַר, סִדְרָא de ordinibus militum, syr. ܣܶܕܪܳܐ id. de ordinibus sedilium in schola, it. militum). Plur. Iob. X, 22 de orco: צַלְמָוֶת וְלֹא סְדָרִים (ubi) *tenebrae, sine ordinibus* i. e. ubi nullus ordo, ubi omnia confusa, chaoti similia. Abulw. interpretabatur صفوف الكواكب ordines stellarum, melius Kimchi: כי במקום החשך הכל מבולבל ואין שם שום סדר.

שְׂדֵרָה f. *ordo, series*, militum 2 Reg. XI, 8. 15, conclavium 1 Reg. VI, 9.

מִסְדְּרוֹן m. *porticus* columnarum ordine cinctus Iud. III, 23, ubi intelligendus est porticus apertus in superiore aedis regiae contignatione, ex quo aditus erat ad conclave regium (עֲלִיָּה), nostr. Altan, pers. et turc. dixeris ايوان, quod Meninskius explicat: aula, atrium una parte apertum ac patentis liberique prospectus *pec. pensilis, sublimior, aestivarium*, v. Olearii Reiseb. p. 494, et J. E. Faber Archaeologie p. 436 — 438. Bene Targ. אַכְסַדְרָא i. e. *ἐξέδρα*, exedra, atrium, porticus. LXX. Alex. *εἰς τὴν προστάδα* (Vatic. *τοὺς διατεταγμένους*). Syr. ܠܐܣܛܘܐ *in xystum* (est enim *ξυστός, ξυστόν* porticus apertus columnis ornatus) Vulg. *per posticum* i. e. domum posticum (durch ein Hintergebäude). Abulw. et Kimchius *ordinem* (סֵדֶר), unde nomen habet מסדרון, non ad columnarum ordinem, sed ad sedilia referunt. Ille: موضع تعقد الرجال بالجلوس في قصر السلطان *locus in quo per aestatem sedent viri in arce Sultani*, hic: מקום ישיבת העם הבאים אל המלך והמקום עשוי סדרים סדרים לשבת שם.

סָהַר rad. in verbo inusit. prob. *in orbem ivit, rotundus fuit*, eiusdem familiae atque דָּהַר, דּוּר q. v. Sam. ࠎࠄࠓ i. q. ࠎࠇࠓ, סָחַר *circumdedit, circumivit.* Talmud. סָהַר maceria, murus. Arab. شَهَرَ (melit. *schyher*) circumduxit aliquem per urbem in exemplum in asino camelove; divulgavit rem (etwas herumbringen). Inde

סַהַר m. *rotunditas, orbis*, semel legitur Cant. VII, 3: אַגַּן הַסַּהַר *pelvis rotunditatis* i. e. rotunda. Pesch. ܐܓܢܐ ܕܣܗܪܐ. LXX. Vulg. *κρατὴρ τορνευτός, crater tornatilis.* (Syr. ܣܗܪܐ, zab. ܣܗܪܐ et ܣܗܪܐ, arab. شَهْرٌ luna, a forma rotunda dicta, cf. שַׂהֲרֹן).

סֹהַר m. *turris*, a forma rotunda, *castellum.* Inde בֵּית הַסֹּהַר domus castelli, de carcere munito Gen. XXXIX, 20 — 23. XL, 3. 5. LXX. *ὀχύρωμα, δεσμωτήριον.* Congruit syr. ܣܚܪܬܐ (*sechorto*) pl. ܣܚܪ̈ܬܐ, quod B. Bahlul explicat قصر برج حصن arx, palatium, turris, et ita per ח more Aramaeorum Cod. Sam. quoque

scribit בית הסחר. Quum ב׳ הס׳ Gen. XXXIX, 20 explicetur: מְקוֹם אֲשֶׁר אֲסִירֵי הַמֶּלֶךְ אֲסוּרִים, Aben Esra observat: *nescimus an vox sit Aegyptia:* sed ut lingua Hebraea perquam aptum etymon offert, ita quaesita et longius petita sunt pericula Aegyptiaca (v. Clodii lex. hebr. p. 352. Jablonskii Opuscc. I, 321).

שַׂהֲרֹנִים m. pl. *lunulae* (dimin. a ܣܗܪܐ), ornamenta quae apud Midianitas et viri et cameli (Iud. VIII, 21. 26), apud Hebraeos feminae in collo gestabant (Jes. III, 18). LXX. μηνίσκοι. Vulg. *lunulae*. Eadem ornamenta apud plerosque orientis populos gestabantur, arab. أهلّة, pers. ماهك, turc. قلاچقلری appellatae v. Schroeder de vest. p. 33—44. Sic Talmud. Hieros. Gittim. fol. 49: ,,velamenta sponsorum sunt sindones acupictae, quibus lunulae aureae (סהרני זהב) appenduntur.“ In cultu mulierum *lunulas* memorat Plaut. Epid. 5, 1, 34. Tertull. de cultu fem. 10.

סוֹא (10 codd. סיא) n. pr. regis Aegyptiorum, qui aequalis erat Hoseae, Israëlitarum regis seculo a Chr. octavo exeunte florentis 2 Reg. XVII, 4. LXX. Σωά, Σουά, Σοβά, Σωβά, Σουβά. Vulg. *Sua*. Vix dubium est quin sit *Sevechus* (Σευεχός) Manethonis, rex secundus dynastiae XXV, quae est regum Aethiopum in Aegypto superiore regnantium, Sabaconis successor, antecessor Tirhakae (תִּרְהָקָה), qui per XIV (Euseb. XII) annos imperium tenuit. Rosellini (Monum. storici II p. 108 sqq. 120. 121) hunc regem agnoscit in imagine quadam regia, quae Thebis exstat, et iisdem fere qua Sabaconis imago ornata est attributis (v. tab. M. R. no. XII fig. 48), addita epigraphe ita legenda: ⲤⲞⲨⲦⲚ (Ⲫⲏ ... ⲛⲓⲕⲁ) ⲥⲓⲣⲏ (ⲁⲙⲛⲙⲁⲓ ϢⲂⲦⲔ) *rex (Sol ... oblatorum) filius Solis (ab Amone dilectus SBTK)*. Nomen *SaBaToK*, quod etiam alibi viris Aethiopicis tributum reperitur, Rosellinus aethiopicum fuisse censet, cui aegyptiace respondeat *sevech* (*Sevechus*) et *Seve* (סֶוֶא, sic enim pronunciandum videtur pro סוא) i. e. crocodilus, item numen Aegyptiacum sub crocodili forma repraesentatum, Χρόνος Graecorum (Champollion Panthéon de l'Égypte no. 21. 22): simile nomen esse *Sabaco*, quod litteris hierogl. *SBK* scribatur. Quae ut recte intelligantur, non ignorandum est, virum doctum aethiopica dialecto minime linguam Geez aliamve ei similem Semiticam dicere, quae in illis regionibus tantae antiquitatis non esse videtur, sed dialectum aegyptiacae linguae vicinam. Eiusdem linguae vcc. esse videntur nomm. propria סְבָא (fort. aegypt. ⲤⲂⲈ, ⲤⲂⲎ porta), סַבְתָּה (aegypt. ⲤⲞⲂⲦ murus, septum, claustrum), סַבְתְּכָא, quod cum SaBaToKa mire convenit.

I. סוּג (semel שׂוּג 2 Sam. I, 22, sed plures codd. per ס) *recedere*, a Deo sq. מִן Ps. LXXX, 19, absol. id. Ps. LIII, 4. Part. pass. סוּג לֵב cuius animus recessit a Deo Prov. XIV, 14.

Niph. נָסוֹג fut. יִסּוֹג, inf. absol. נָסוֹג (formae נִקְטוֹל Jes. LIX, 13) i. q. Kal *recessit*, pr. removit se, addito plerumque אָחוֹר retro. Dicitur de hoste cedente Ps. XXXV, 4: יִסֹּגוּ אָחוֹר וְיַחְפְּרוּ. XL, 15. LXX, 3. CXXIX, 5. Jer. XLVI, 5, de eo qui recedit prae pudore Jes. XLII, 17, qui renititur vel subtrahit se alicui rei ib. L, 5, qui relabitur (in lutum) inter eundum Jer. XXXVIII, 22. Sq. מֵאַחֲרֵי יי recessit a Deo, defecit ab eo Zeph. I, 6. Jes. LIX, 13, his verbis omissis id. Ps. XLIV, 19. LXXVIII, 57.

Hiph. הֵסִיג (more rabbin. pro הִסִּיג, cf. סוּת, נוּחַ, לוּן) 1) *removit, amovit*. Mich. VI, 14: תַּסֵּג וְלֹא תַפְלִיט *amoveas* tua, *sed ea non servabis*, tuta praestabis. — 2) *dimovit* (terminos). Deut. XIX, 14: לֹא תַסִּיג גְּבוּל רֵעֲךָ. XXVII, 17. Hos. V, 10 (ubi multi codd. per שׂ). Prov. XXII, 28. XXIII, 10. Semel per שׂ, יַשִּׂיגוּ Iob. XXIV, 2.

Hoph. הֻסַּג *remotum est, recessit* (ius) Jes. LIX, 14.

Not. Plerique lexicographi praeter סוג radicem synonymam statuebant נָסַג, quorsum referebant Hi. et Ho. הִסִּיג, הֻסַּג, praeterea inf. absol. Kal נָסוֹג Jes. LIX, 13 et fut. יַסֵּג (recedit) Mich. II, 6. Sed Hi. et Ho. ἀναλόγως ducuntur a סוג, נָסוֹג potest inf. Niph. esse, et יסג imitatur analogiam verborum ע״ע, ut in nomine סִגִים pro סִיגִים q. v.). Radicis נסג igitur vel exigua vel nulla auctoritas est.

סוּג Ez. XXII, 18 Chethibh i. q. סִיג scoria.

סִיג m. Ez. XXII, 18 Keri (ubi Chethibh סוג), et pl. סִיגִים *recedanea* metalli a) *scoriae*. Prov. XXV, 4: הָגוֹ סִיגִים מִכָּסֶף *secerne scorias ab argento*. XXVI, 23: כֶּסֶף סִיגִים *argentum scoriarum* h. e. a scoriis nondum purgatum; b) ignobilius metallum, quod nobiliori admixtum liquefaciendo ab eo secernitur (v. בְּדִיל). Ez. XXII, 18. 19. Jes. I, 22. 25. — Pro סִיגִים in pluribus libris mss. et editis legitur סִגִים Jes. I, 22. 25. Ez. XXII, 18. 19, quasi a rad. סָגַג = סוּג, cuius analogiam imitatur etiam יסג Mich. II, 6. Videntur, qui ita scribebant, ante oculos habuisse זַגִּים, זַג recedanea uvarum, et ita etiam οἱ γ' Jes. I, 25, ubi vertunt: τὰ στέμφυλα, τὸ γιγαρτῶδες.

שִׂיג m. *recessio, secessio*. 1 Reg. XVIII, 27: שִׂיג לוֹ *secessio ei*, secessit in conclavia interiora (er hat sich zurückgezogen).

II. סוּג *sepire* i. q. hebr. שׂוּךְ, syr. ܣܝܓ, chald. id. in Paël. Cant. VII, 3: סוּגָה בַּשּׁוֹשַׁנִּים *liliis septa*.

סוֹד consessus, v. rad. יָסַד.

סוּדִי v. ibid.

סָוָה rad. in verbo inusit. Fortasse (ut bene observat Tuch ad Gen. p. 579) *velavit se*, coll. زَوَى זָוָה abdidit, cf. تَزَيَّى vestivit se, vestitus est, زِيّ habitus externus (vestitus) rei. Inde

מַסְוֶה m. *tegumentum*, *velum* faciei Ex. XXXIV, 33—35. Ita magno consensu vett. interpp. flagitante contextu, et eodem significatu מסוה in Gemara dici observat Jarchius. Ex usu Arabum olim conferebam سَوِيَّة quod tegumentum nonnulli explicant: sed hoc potius clitellas s. pulvillum indicat ab utroque iumentorum latere suspensum, a سَوِيَ (שָׁוָה) aequus, aequalis fuit: contra illud etymon non improbabile est. Quae quum ita sint, etiam coniecturae in Lex. man. p. 593 propositae, pro מסוה legendum esse מסוכה (מְסוּכָה tegumentum), non multum tribuendum arbitror. Ab eadem radice iam Aben Esra ducit

סוּת contr. ex סָוֻת (ut כְּסוּת a כָּסָה) *vestis* Gen. XLIX, 11 (quo de loco v. pag. 700). Verba eius, quae l. c. non integra dedi, haec sunt: יא שהיה כמו כסותו והיה חסר כף. והנכון בעיני שהיה מגז' מסוה *sunt qui dicant* סותה *esse i. q.* כְּסוּתוֹ *abiecto Caph: sed mihi videtur eiusdem originis esse atque* מַסְוֶה. Quae duo vocabula quum satis apte se invicem illustrent, non repugno, si quis סות ita explicare velit, licet etiam vulgaris ratio habeat, quo se defendat.

סָחָה i. q. סָחָה *abstergere*, *everrere*.

סוּחַ n. pr. viri 1 Par. VII, 36.

סוּחָה f. i. q. סְחִי *purgamentum*, *stercus*. Jes. V, 25: כַּסּוּחָה LXX. ὡς κοπρία. Vulg. *quasi stercus*. Targ. כְּסַחְיָתָא. Fuerunt, ut Kimchius, qui כ in כסוחה radicale esse opinarentur (v. rad. כָּסַח): sed כְּ similitudinis illo contextu omitti vix poterat.

סִיחוֹן (verrens, radens i. e. dux bellicus omnia prosternens) n. pr. *Sihon*, rex Amoritarum Hesbone regnans Num. XXI, 20 sqq. Deut. I, 4. II, 24 sqq. III, 2. IV, 46. XXIX, 7. Jos. II, 10. IX, 10. XII, 5. XIII, 10. 27. Iud. XI, 20. 21. Ps. CXXXV, 11. CXXXVI, 19. *Urbs Sihonis* Num. XXI, 27. 28 i. e. Hesbon, *regnum Sihonis* Num. XXXII, 33. Jos. XIII, 21, *terra Sihonis* 1 Reg. IV, 19. Vix ferendum videtur quod Jer. XLVIII, 45 exstat: *ignis egreditur ex Hesbone, et flamma* מִבֵּין סִיחוֹן, cf. Num. XXI, 28 (unde hoc petitum): מִקִּרְיַת סִיחוֹן *ex urbe Sihonis.* Itaque lege מִבֵּית סִיחוֹן.

סוֹטַי v. שׂוּט.

סוּךְ *ungere*, ubique de corporis unctione, quae post lotionem fiebat in balneo, ut differat a מָשַׁח, quod de solenni unctione usurpant. (Cognatum videri possit נָסַךְ no. 3 unxit, sed hoc a fundendo, effundendo, no. 1. 2, cogn. יָצַק. Rad. סוּךְ fortasse primam tergendi, fricandi vim habet, cf. סוּחַ gr. σώχειν). C. acc. pers. 2 Par. XXVIII, 15: וַיַּאֲכִלוּם וַיַּשְׁקוּם וַיְסֻכוּם, et בְּ olei Ez. XVI, 9; intrans. *unxit se* Ruth III, 3. Dan. X, 3. sq. acc. unguenti (cf. מָשַׁח Am. VI, 6). Deut. XXVIII, 40: וְשֶׁמֶן לֹא תָסוּךְ *sed oleo te non unges.* Mich. VI, 15. 2 Sam. XIV, 2. — LXX. χρίω, ἀλείφω.

Hiph. unxit se 2 Sam. XII, 20. Sed Part. מֵסִיךְ Iud. III, 24 est i. q. מֵסֵךְ tegens, a סָכַךְ.

סַךְ v. rad. סָכַךְ.

אָסוּךְ m. *lecythus*, *vas unguentarium* 2 Reg. IV, 2.

מְסוּכָה v. שׂוּךְ.

סוּמְפֹּנְיָה f. chald. Dan. III, 5. 10. 15, pro quo Mem eiecto סִיפֹּנְיָה Comm. 10 Chethibh gr. et lat. συμφωνία, *symphonia* (quod ipsum habent LXX. Theod. Gr. Venet. Vulg.) i. e. instrumentum musicum, probab. *tibia duplex et utricularis* (Sackpfeife, Dudelsack), duabus tibiis constans quae sacco s. utri insertae sunt, ita dictum ab utriusque tibiae *concentu*. Intp. hebr. עוּגָב q. v. Apud Graecos singularis de hoc instrumento locus est Polyb. ap. Athen. 10, 52 p. 439, a, Casaub., ubi de Antiocho Epiphane: εἰ δὲ καὶ τῶν νεωτέρων συναίσθοιτό τινας εὐωχουμένους ὁπουδήποτε, παρῆν μετὰ κεραμίου (κερατίου?) καὶ συμφωνίας, ὥστε τοὺς πολλοὺς διὰ τὸ παράδοξον ἀνισταμένους φεύγειν, et ibid. d: καὶ τῆς συμφωνίας προκαλουμένης ὁ βασιλεὺς ἀναπηδήσας ὠρχεῖτο καὶ προσέπαιζε τοῖς μίμοις ὥστε πάντας αἰσχύνεσθαι. Itaque eo ipso tempore, quo Danielis librum compositum esse a plerisque hodie statuitur, hoc instrumentum in deliciis habebant Graeci Syriam habitantes, ut profecto mirum non sit, graecum nomen eius in linguam Aramaeam receptum esse. Apud veteres Romanos *symphoniae* vc. plerumque plurium instrumentorum concentum s. musicam (nostr. *Instrumentalmusik*), significat opp. cantui (Gesneri thes. h. v.) sed apud inferioris aetatis scriptores saepe dicitur de instrumento, eoque vulgari et plebeiorum maxime hominum, sed soni suavis (v. Augustin. ad Ps. XLI. Dufresne gloss. h. v.). Isidor. Origg. 3, 21: „symphonia vulgo appellatur lignum cavum ex utraque parte pelle tensa quam virgulis hinc et inde musici feriunt, fitque ex ea concordia gravis et acuti suavissimus cantus," quanquam haec tympani potius quam tibiae utricularis descriptio est, ut suspiceris plures instrumentorum compositorum species ita appellatas esse (v. infra ad vc. syr.). Vocem chaldaeam ita explicat Saad. ad Dan. l. c. הוא שמשמיעין בו הרועים כמין נוד תפוח ודוגמתו לבית הסמפנות *est instrumentum musicum pastorum, simile utri inflato, et species eius instar pulmonis cum fistulis* (בית הס' domus fistularum appellatur ea pars pulmonis, in quam fistulae s. canales aëris inserti sunt, Mischna Cholin c. 39, 1). Copiose idem describit auctor tractatus שלטי הגברים ap. Ugolinum thes. antiquitt. sacr. Vol. 32 p. 39—42, ita quidem, ut

tibiam utricularem (qua ipsa appellatione auctor Hebraeus utitur, אוטריקולאריס טיביאה) intelligi apparet, talmudice etiam חמת חלילים (uter tibiarum) dictam Kelim 20, 2. Memoratur etiam in Mischna, Kelim 10 §. 6, ubi in instrumentis fusilibus recensentur סימפניה וחליל של מתכת *symphonia et tibia fusilis*, et 16 §. 8: חיק סמפניא *theca symphoniae.* — Pesch. ap. Dan. l. c. habet formam ܨܦܘܢܝܐ, quam variis modis explicant Glossographi (v. verba eorum Anecdd. Orient. II p. 59), in his Bar Bahlul ita ut septem fistulis constet, quae crepidine ligneo ferme quadrato iunctae sint. Hodieque in Italia tibia utricularis *Sampogna* appellatur (v. Menage origini della lingua ital. h. v.), in Syria et Asia minore *Sambogna;* apud veteres poëtas Gallicos *Chifonie*, *Chiffonie* (v. Dufresne l. c.), qua ex forma M extrusum est, ut in chald. סִיפֹנְיָה et syr. ܨܦܘܢܝܐ. Quod Talmudici dicunt סמפונות הריאה fistulae pulmonis Succa fol. 36, 1, cf. בית הסמפונות (v. supra), ab illo instrumento ductum esse potest, ut multae corporis humani partes apud medicos ab instrumentorum nominibus nomen sortitae sunt: neque opus est, istas formas repetere a gr. σίφων tubus, canalis: omnino autem repudiandum, quod nonnulli vc. סוּמְפֹנְיָה Semiticis linguis vindicare periclitati sunt, ut Paulus in N. T. II p. 505 (a סְפִינָה tabulatum navis), Haeverniccius ad Dan. l. c. (a סוּף canna, inde סמפון fistula, et סומפניה q. d. fistulare).

סְוֵנֵה n. pr. *Syene*, oppidum Aegypti in extremis eius finibus australibus ad tropicum cancri situm, gr. Συήνη (Herod. 2, 30. Strab. 17, 787. 817. Ptolem. 4, 5. Plin. 2, 73. 5, 10. 12, 8), arab. أسوان Abulf. Aegypt. p. 98. ed. Mich. Edrisi p. 525 ed. Hartm. Gol. ad Alfrag. p. 104, vulgo *Oswan*, syr. ܐܣܘܢ BH. 222, aethiop. ሰዌን: Lud. p. 318. In lingua coptica eius nomen scribitur ⲤⲞⲨⲀⲚ (v. Champollion l'Égypte sous les Pharaons I, 164), in vetere lingua litteris hieroglyphicis

 i. e. ⲤⲞⲨⲚ vel potius SVaN cum signo determinativo urbis (v. Champollion gramm. I, 153): quod Champollion (l'Égypte l. c.) interpretatur *aperiens* (pr. apertor) a verbo ⲞⲨⲈⲚ, ⲞⲨⲰⲚ aperire (Peyron p. 147) praemissa syllaba ⲤⲀ, quae artificem, auctorem rei significat (Peyron p. 187), ut Syene *Aegypti* qs. *clavis* dicta sit. Possit etiam a numine cognomine *Soven*, *Sovan* (Champoll. gramm. I, p. 125) nomen accepisse. — Ez. XXIX, 10: מִמִּגְדֹּל סְוֵנֵה וְעַד גְּבוּל כּוּשׁ *a Migdol usque ad Syenem et ad terminum Aethiopiae.* XXX, 6: מִמִּגְדֹּל סְוֵנֵה LXX. ἀπὸ Μαγδολοῦ ἕως Συήνης, cod. Alex. Σοήνης, Σοηνῆς. Utroque loco ה adiectum proprie locale esse videtur sed ab iis qui puncta appinxerunt Zere munitum, ut imitarentur gr. Συήνη, quocirca J. D. Michaëlis סְוֵנָה scribere suadebat: quanquam etiam ־ֵה locale esse potest, ut in הֵנָּה.

סוס rad. inusit. i. q. שׂוּשׂ *gaudere*, prob. *exsultare*, non *hinnire*, ut nuper coniectatum est (cf. סָס). Eo Norbergius refert zab. ܣܘܣܝܐ ܕܡܣܬܘܣܝܢ T. III p. 298, 3 „exsultantes equi," licet ista horum verborum vel lectio vel interpretatio a suspicione non libera sit.

סוּס m. 1) *equus*, isque ab exsultando nomen habens, ut recte R. Bechai, Schult. animadvv. ad Iob. VI, 10 (cf. יָשִׂישׂ בְּכֹחַ Iob. XXXIX, 21, it. رجلة equites, a رجل subsiliit, خَيْل equi et equites, a خال VI. superbivit, tolutim incessit, cf. Pseudojon. ad Deut. XVII, 16 et de ἱπποτυφία Diog. Laërt. 3 p. 115. 6 p. 181 Steph.), non a regendo et moderando, arab. ساس, quoniam sit animal docile, quod facile regi possit, ut Bochartus volebat; Hieroz. I p. 32 Lips. (Chald. סוּסְיָא, syr. ܣܘܣܝܐ id. unde Phavorinus: Σουσίας· ὁ ἵππος κατὰ Σύρους, nasor. plur. ܣܘܣܘܬܐ equi. Vestigia vocis praeterea sunt apud Phoenices et Poenos, in nomm. pr. עבדססם q. d. Hippodulus Cit. 2, et *Cabarsus* כפר סוס oppido Byzacii, v. Monumm. Phoen. p. 421. Magis memorabile est, etiam apud Aegyptios in vetere lingua litteris hieroglyphicis scripta *equum*, qui coptice ⲤⲐⲞ, ⲤⲦⲞ appellatur, SS = SuS scribi, unde ⲤⲤⲘⲦ vel ⲤⲤ-ⲘⲀⲨ-Ⲧ equa pr. equus-mater. Vide Lepsius lettre à Rosellini p. 56, et tab. 2 no. 68, a. b. c). V. c. Gen. XLIX, 17. Prov. XXI, 31. Iob. XXXIX, 18. 19. Esth. VI, 9, sed etiam sing. plerumque collect. de *equis bellicis* et equitatu Exod. XIV, 9. 23. XV, 1. 21. Deut. XVII, 16. XX, 1. 1 Reg. XVIII, 5. 2 Reg. VII, 6. Jos. XI, 4 al., quo tum Aegyptii excellebant (Exod. XIV. XV) et Cananaei (Jos. l. c. Iud. IV, 3. 7 sqq. V, 22. 28), tum Assyrii et Chaldaei (Jerem. VI, 23. VIII, 16. L, 37. LI, 21), Hebraei contra, licet iam Salomo equestres copias instituerat (1 Reg. IV, 16. IX, 19. X, 26), nullo tempore multum valuisse videntur (v. Jes. XXX, 16. XXXVI, 8), quo factum est, ut tantam in Aegyptiorum auxiliis fiduciam ponerent (ibid. XXXI, 1. XXXVI, 9. Jer. IV, 13). Egregiam equi bellici descriptionem habes Iob. XXXIX, 19 sqq. De equis Soli consecratis v. 2 Reg. XXIII, 11 cf. Boch. lib. II c. 10, adde n. pr. phoen. עבדססם (cultor equorum). Per meton. dicitur de *equite* Zach. I, 8 (cf. פָּרָשׁ). Vide Bochart. lib. II, c. 6—11.

2) *hirundo*, dicta a volatu hilari et veloci, ἀπὸ τοῦ ἀγάλλεσθαι πτερύγεσσιν Il. 2, 462, sec. Bochart. (Hieroz. II, 605) onomatopoët. a ψιθυρισμῷ, „ut Italis circa Venetiam, quibus *zisilla* est hirundo, et *zisillare* hirundinis more τιτυβίζειν vel ψιθυρίζειν. *Zinzilulare* dixit auctor

Philomelae cet.“ Jes. XXXVIII, 14 (cf. עָגוּר) et Jer. VIII, 7 Chethibh, ubi Keri habet סִיס. *Hirundinem* intelligunt LXX. Theod. Hieron. sed *cicadam* Symm. apud Jerem., Hebraei *gruem*. Vide Bochartum l. c. p. 602 sqq.

סוּסָה f. *equa* Cant. I, 9: *equae meae* ..... *comparo te*, *amica mea*, cf. Theocr. Idyll. 18, 30. 31. Hor. Carm. 3, 11, 9 — 12. LXX. τῇ ἵππῳ μου, quod collective accipiunt Vulg. *equitatui meo*, Luth. *meinem reisigen Zeuge*, sed parum eleganter una amica *equitatui* comparatur.

סוּסִי (equestris) n. pr. viri Num. XIII, 11.

סָס m. *tinea*, ita dicta, quippe quae subsiliat. Jes. LI, 8: וְכַצֶּמֶר יֹאכְלֵם סָס. (Syr. et zab. ܣܣܐ, chald. סָסָא Prov. XXV, 20, ubi in Venet. סמא, arab. سُوس c. nom. unit. سُوسَة tinea, curculio, unde سَوِسَ abundavit et laboravit tineis lana, curculionibus frumentum, pediculis ovis, et Meidan. in provv. آكل من السُّوس edacior tinea. Melit. *sús* id., et in linguis non Semiticis gr. σής, armen. ցեց *tsiets* curculio. Cf. Bochart. Hieroz. III, 514 sqq. Lips.).

סוּעַ rad. in verbo inusit. Chald. אִסְתַּיַּע congregari, convenire. Inde

סִיעָא (congregatio, coetus, ut syr. et chald.) n. pr. viri Neh. VII, 47, pro quo Esr. II, 44 סִיעֲהָא, quae quidem scriptura haud dubie prava est et ex duabus scripturis (סִיעָא, סִיעֲהָ) conflata. Cf. נְפִישְׁסִים.

סוּף 1) pr. *rapere*, *auferre*, cogn. verbis אָסַף et סָפָה. Vide סוּפָה. (In media sede pro vocali longa comparet etiam semivocalis *r*, סרף, שָׂרַף pr. *sorbere*, germ. *schlürfen*, sicut סוּף respondet verbis *schürfen*, *schufen*, *schaufeln*).

2) finem facere (v. Hiph.), sed in Kal intrans. *cessare*, *desinere* Jes. LXVI, 17. Esth. IX, 28. Huc referenda sunt etiam סָפוּ Ps. LXXIII, 19 (Milél) et וְסָפוּ Am. III, 15 (Milra propter Vav conversivum). (Syr. et chald. id. v. chald.).

Hiph. sustulit e medio, *finem fecit*. Zeph. I, 2. 3: אָסֹף אָסֵף *tollendo tollam*, et Jer. VIII, 13: אָסֹף אֲסִיפֵם *tollendo tollam eos*, ubi inf. pleon. est a verbo vicino אָסַף no. 5 (cf. Jes. XXVIII, 28).

סוּף chald. id. *finem habuit* i. e. *impletum est* vaticinium Dan. IV, 30 (cf. כָּלָה no. 1 fin.).

Aph. finem fecit rei. Dan. II, 44. (In Targg. persaepe tum act. *consummavit*, tum maxime pass. *consumtus est*, *defecit* i. q. כְּלָה. Aph. consumsit i. q. כַּלֵּה. Syr. Pe. defecit, cessavit. Aph. perdidit).

סוֹף m. *finis*, vox sequioris Hebraismi ad Aramaismum inclinantis i. q. קֵץ, Eccl. III, 11. VII, 2. XII, 13. 2 Par. XX, 16; de agmine extremo Joël II, 20.

סוֹף, emphat. סוֹפָא chald. id. Dan. IV, 8. 19. VI, 27. VII, 26. 28. (In Targ. pro קֵץ. Syr. ܣܘܦ, ܣܘܦܐ id., minime, ut in Gottingensi Castelli editione editoris nescio qua negligentia est: alga, iuncus. Respondet enim, ut recte observaverat ipse Castellus, hebr. סוֹף, non סוּף, et ll. cc. in Pesch. ponitur pro verbis קְצָת, τέλος, adde BH. 509. Lex. Adl. نهاية انتها حد).

סוּפָה f. *turbo*, quippe qui omnia *abripiat* (v. rad. no. 1). Num. XXI, 14. Iob. XXI, 18. XXVII, 20. XXXVII, 9. Prov. X, 25. Jes. XVII, 13. XXIX, 6. Am. I, 14. Nah. I, 3. Ps. LXXXIII, 16. Imaginem praebet summae celeritatis. Jes. V, 28: גַּלְגִּלָּיו כַּסּוּפָה. LXVI, 15. Jer. IV, 13. Prov. I, 27: אֵידְכֶם כְּסוּפָה יֶאֱתֶה, it. inanitatis (ut רוּחַ). Hos. VIII, 7: רוּחַ יִזְרָעוּ וְסוּפָתָה יִקְצֹרוּ. — Cum He parag. poët. Hos. l. c. Plur. סוּפוֹת Jes. XXI, 1. LXX. octies καταιγίς, λαῖλαψ Iob. XXI, 18, συντέλεια Am. Nah. ll. cc.

* * *

סוּף m. *iuncus*, *scirpus*, *alga*. (Apud Chaldaeos et Syros reperitur tantum in nomine maris, יַמָּא דְסוּף, ܝܡܐ ܕܣܘܦ Act. VII, 36. Hebr. XI, 18, quod ex V. T. petitum, cf. supra ad סוֹף. Quod Hieron. Lobo, Voyage d'Abessinie Amsterd. 1727 p. 53 *Suf* in Aethiopia *cardui* genus esse refert, safrano simile, unde color ruber paretur, id profecto huc referre non debebat J. D. Michaelis in suppl. Sed neglexit is simillimum vc. haberi in lingua Aegyptiaca, theb. ⲤⲎϤⲈ, ⲤⲎⲂⲈ, memph. ⲤⲎⲂⲒ. De origine coniecerim, סוּף pr *gladium* significasse, ut arab. سَيْف, idque ad algam translatum esse, quippe gladio similem q. d. *Schwertgras*, sicut vcc., quae modo laudavimus, coptica *gladium*, dein *arundinem* significant, et lat. *gladiolus* de iridis specie solis gladio similibus dicitur, germ. *Schwertlilie*. In linguis indogerm. conferri possit lat. *scirpus*, *sirpus*, germ. vet. sup. *sciluf*, nostr. *Schilf*, dan. *sif*, *sœf*, litteris r et l in vocalem emollitis, vide ad Vav litt.). Spec. a) *alga marina* Jon. II, 6, unde יַם־סוּף mare algosum i. e. sinus Arabicus alga marina abundans (Strabo XVI p. 773 Casaub. Boch. Phaleg p. 282. Shaw Reisen p. 384). Ex. X, 19. XIII, 18. XV, 4. 22. XXIII, 31. Num. XIV, 25. XXI, 4. XXXIII, 10. 11. Deut. I, 40. II, 1. XI, 4. Jos. II, 10. IV, 23. XXIV, 6. Ind. XI, 16. 1 Reg. IX, 26. Neh. IX, 9. Ps. CVI, 7. 9. 22. CXXXVI, 13. 15, aegyptiace eandem ob causam ⲫⲓⲟⲙ ⲛϣⲁⲣⲓ appellatum, nam σάρι testibus Theophr.

hist. plant. 4, 9. Hesych. h. v. et Plin. 13, 23 sect. 45 apud Aegyptios est alga marina et palustris. Cum ϣⲁⲣⲓ in ipsis libris Copticis seorsum de alga non reperiatur, fuerunt qui locutioni *phiom enschari* alias explicationes anquirerent (Akerblad Journal Asiatique 1834 I p. 349. Peyron lex. copt. p. 304), velut *mare percussionis* a ϣⲁⲣⲓ percutere (ut nonnulli יַם־סוּף interpretantur *mare finis* s. interitus Pharaonis), vel mare orientis s. orientale a ϣⲁ oriens et ⲣⲓ sol: sed equidem Theophrasti auctoritatem et locutionis Hebraeae analogiam sequi malim. Cf. Celsii Hierobot. II, p. 64 sqq. Jablonskii Opusc. I, 266. Pantheon Aeg. IV, p. 151 sqq. Mich. suppl. p. 1726. — b) *iuncus* Niloticus. Ex. II, 3. 5. Jes. XIX, 6. Plin. l. c. fruticosi est generis et *Sari* circa Nilum nascens duorum ferme cubitorum altitudine, pollicari crassitudine, coma papyri cet.

2) n. pr. loci Deut. I, 1. LXX. Aqu. Symm. Vulg. idem esse putant quod יַם־סוּף, alii conferunt צוּף 1 Sam. IX, 5, utrumque nulla veri specie.

סוּר, semel שׂוּר (Hos. IX, 12) fut. יָסוּר fut. conv. וַיָּסַר (quam formam habes etiam in fut. Hi.) Ex. VIII, 27. Iud. IV, 18. XIV, 8. XVI, 19. Ruth IV, 1 1) *recedere*, sq. מִן (מֵאַחֲרֵי, מֵעִם, מֵעַל) a) ab aliquo loco. Jes. LII, 11: סוּרוּ סוּרוּ צְאוּ מִשָּׁם. Thren. IV, 15. Num. XII, 10: וְהֶעָנָן סָר מֵעַל הָאֹהֶל *et nubes recessit a tentorio*, max. a via 1 Sam. VI, 12: לֹא סָרוּ יָמִין וּשְׂמֹאל *vaccae non recedebant a via neque dextrorsum neque sinistrorsum*, et metaph. Deut. II, 27. 2 Reg. XXII, 2. 2 Par. XXXIV, 2, et Exod. XXXII, 8. Deut. IX, 12. XI, 28. XXXI, 29. Iud. II, 17. 1 Reg. XXII, 43. Jes. XXX, 11 (מִן הַדֶּרֶךְ), et sic *recedere ab opere* (von der Arbeit gehen) 2 Par. XXXV, 15. Passim *recedere a calamitate* est i. q. eam effugere (entweichen, entkommen). Iob. XV, 30: *non recedit e tenebris* non effugiet calamitatem LXX. οὐδὲ μὴ ἐκφύγῃ σκότος. Prov. XIII, 14: לָסוּר מִמֹּקְשֵׁי מָוֶת *ad effugiendum laqueos mortis.* XIV, 27. — b) ab homine, v. c. ranae, muscae a Pharaone Ex. VIII, 7. 25. Ps. VI, 9: סוּרוּ מִמֶּנִּי כָּל פֹּעֲלֵי אָוֶן *recedite a me, omnes scelesti,* ne persequamini me amplius. CXIX, 115. CXXXIX, 19. Iob. XXI, 14: וַיֹּאמְרוּ לָאֵל סוּר מִמֶּנּוּ *qui Deo dicunt: recede a me* i. e. mitte me, noli mihi molestus esse. XXII, 17. Sq. מֵאַחֲרֵי recedere a tergo alic. i. e. eum non amplius sequi vel persequi. 2 Sam. II, 21—23, מִתּוֹךְ (e medio aliorum) 1 Sam. XV, 6. Sq. מֵעַל recedere a communione vel consortio cum aliquo, Jes. VII, 17: לְמִיּוֹם סוּר אֶפְרַיִם מֵעַל יְהוּדָה *ex quo Ephraim recessit ab Juda.* Saepe de inaminatis, ut recessit ab aliq. lepra Lev. XIII, 58, iugum Jes. X, 27. XIV, 25 (sq. מֵעַל), gladius 2 Sam. XII, 10, ira divina Ez. XVI, 42, manus Dei puniens 1 Sam. VI, 3, spiritus Dei malus 1 Sam. XVI, 23 (sq. מֵעַל), stultitia Prov. XXVII, 22, et contra robur Iud. XVI, 17, praesidium Num. XIV, 9, sceptrum i. e. imperium Gen. XLIX, 10. Inde Prov. XI, 22: *mulier pulchra* סָרַת טָעַם *a qua ratio recessit* i. e. ratione destituta. — Spec. dicunt: aa) recedere a Deo i. e. deficere ab eo et cultu eius, sq. מִן Jer. XVII, 5, מֵאַחֲרֵי 1 Sam. XII, 20. 2 Reg. XVIII, 6. 2 Par. XXV, 27. XXXIV, 33. Iob. XXXIV, 27, מֵעַל Jer. XXXII, 40. Ez. VI, 9. Semel sq. בְּ Hos. VII, 14: יָסוּרוּ בִי, ubi hoc verbum imitatur structuram verbi פָּשַׁע בְּ defecit ab aliquo, cf. etiam חָטָא בְּ peccavit in aliq. (Vide infra סָרָה litt. b). — bb) *recedere a lege* et praeceptis divinis (tanquam a recta via cf. Jes. XXX, 11), sq. מִן Deut. XVII, 20. XXVIII, 14. Jos. XXIII, 6. 1 Reg. XV, 5. Dan. IX, 5. Mal. III, 7. Ps. CXIX, 102, מֵעַל 2 Reg. X, 31, semel c. acc. 2 Par. VIII, 15: לֹא סָרוּ מִצְוַת הַמֶּלֶךְ q. d. *non migrarunt praeceptum regis.* LXX. οὐ παρῆλθον τὰς ἐντολάς, sed 3 codd. exhibent מִמִּצְוַת, ut in reliquis exemplis, Vulg. nec praetergressi sunt *de* mandatis. Contra: *non recedere a peccato*, sq. מִן 2 Reg. III, 3. XIII, 2. 6. 11. XIV, 24. XV, 9. מֵעַל ibid. X, 31. XV, 18, מֵאַחֲרֵי ibid. X, 29. — cc) סוּר מֵרָע *recedere a malo* s. *pravo* i. e. abhorrere a pravo, vitare, defugere pravum, quod saepe coniungitur cum יְרֵא אֱלֹהִים Ps. XXXIV, 15. XXXVII, 27. Prov. III, 7. XIII, 19. XIV, 16. XVI, 6. 17. Iob. I, 1. 8. II, 3. XXVIII, 28. Jes. LIX, 15. — dd) Deus recedit ab hominibus, ubi eos deserit, destituit, sq. מֵעִם 1 Sam. XVI, 14. XVIII, 12, מֵעַל ibid. XXVIII, 15. 16. Iud. XVI, 20.

Absol. *recedere* passim est α) i. q. *deficere a Deo* (v. supra litt. aa) Deut. XI, 16. Ps. XIV, 3. Jer. V, 23. Dan. IX, 11. — β) i. q. *transire, cessare.* 1 Sam. XV, 32: *recessit* i. e. transiit *amaritudo mortis.* Hos. IV, 18: סָר סָבְאָם ubi *transiit* (desiit) *compotatio.* Sic de clamore Am. VI, 7, culpa peccati Jes. VI, 7, de invidia XI, 13. (Vide סָרָה litt. c). — γ) i. q. *auferri, removeri* i. q. הוּסַר. 1 Reg. XV, 14: *et excelsa non remota sunt.* XXII, 44. 2 Reg. XII, 4. XIV, 4. XV, 4. 35. 2 Par. XV, 17. XX, 33. Iob. XV, 30: יָסוּר בְּרוּחַ פִּיו *aufertur flatu oris eius.*

2) sq. praepositione motus *in* locum: *devertere* (a via) *ad* s. *apud* aliquem *ad* s. *in* locum. Sq. אֶל pers. Gen. XIX, 3: וַיָּסֻרוּ אֵלָיו. Iud. IV, 18, et loci Gen. XIX, 2. Iud. XIX, 12: נָסוּר אֶל עִיר נָכְרִי. 1 Sam. XXII, 14: סָר אֶל־מִשְׁמַעְתֶּךָ *qui devertere solet ad colloquium tuum*, qui interioris apud te admissionis est; sq. ה locali ut סוּר שָׁמָּה eo devertere Iud. XVIII, 15, סוּר הֵנָּה huc devertere Prov. IX, 4. 16; sq. acc. סוּר שָׁם Iud. XVIII, 3. XIX, 15. Sq. עַל etiam: *convertit se* ad aliq. 1 Reg. XXII, 32: וַיָּסֻרוּ עָלָיו לְהִלָּחֵם *et convertebant se adversus eum ad pugnandum* (cf. 33: וַיָּשֻׁבוּ מֵאַחֲרָיו). Absol. deflectere a via et accedere. Ex. III, 3: אָסֻרָה־נָּא וְאֶרְאֶה *accedam et videbo.* Comm. 4. Iud. XIV, 8. Ruth IV, 1. 1 Reg. XX, 39. Jer. XV, 5: מִי יָסוּר לִשְׁאֹל לְשָׁלֹם לָךְ.

Hiph. הֵסִיר fut. conv. וַיָּסַר (quod a fut. conv. Kal solo contextu discernitur) Gen. VIII, 13. XXX, 35. XLI, 42. Iob. XIX, 9 al. 1) causat. Kal no. 1 *removit*, quocunque modo hoc fiat, sive abigendo (Gen. XXX, 32)

sive deportando (2 Reg. XVII, 18) sive amoliendo (Gen. VIII, 13) sive resecando et recidendo (Lev. I, 16. III, 4. 10. 15. Jes. XVIII, 5. 1 Sam. XVII, 46), cum acc. cui saepe additur מִן, מֵעַל loci. V. c. removit manum de capite (מֵעַל רֹאשׁ) Gen. XLVIII, 17, annulum de digito Gen. XLI, 42, vestes ab aliquo (מֵעַל) Zach. III, 4, a se (מֵעָלָיו) Gen. XXXVIII, 14. 1 Sam. XVII, 39. Esth. IV, 4, coronam Iob. XIX, 9, caput ab aliquo (i. e. *praecidit* caput alicui) 1 Sam. XVII, 46. 2 Sam. IV, 7. V, 6. XVI, 9. 2 Reg. VI, 32; sepem vineae Jes. V, 5, idola, idololatriae instrumenta ex terra 1 Reg. XV, 12. 2 Reg. III, 2. XVIII, 4. 2 Par. XIV, 2. XXXIII, 15. Jes. XXXVI, 7, sanguinem innocentem 1 Reg. II, 31, morbos, maledictionem, dedecus Deut. VII, 15. Jos. VII, 13. 1 Sam. XVII, 26, adde Jes. I, 16. Iob. XXVII, 5. 2 Sam. VII, 15. Rarius refertur ad homines, *removere* i. e. expellere ex terra 1 Sam. XXVIII, 3. 2 Reg. XVII, 18; 2 Par. XV, 16: הֱסִירָהּ מִגְּבִירָה *removit eam ab imperio.* — Jes. X, 13: אָסִיר גְּבוּלֹת עַמִּים *removeo terminos populorum*, id est: mei imperii fines promoveo. — Spec. *removere* est passim a) i. q. *auferre* (v. Kal litt. γ) v. c. ius alicuius Iob. XXVII, 2. XXXIV, 5 (sed Zeph. III, 15 הֵסִיר מִשְׁפָּטַיִם est removit s. cessare fecit iudicia divina, poenas divinas). Sq. לְ Iob. XII, 20: מֵסִיר שָׂפָה לְנֶאֱמָנִים *aufert sermonem probatissimis.* b) *avertere* v. c. a cultu Dei, sq. מֵאַחֲרֵי Deut. VII, 4. Prov. XXVIII, 9: מֵסִיר אָזְנוֹ מִשְּׁמֹעַ *avertit aurem suam, ne audiat.* Iob. XXXIII, 17: לְהָסִיר אָדָם מַעֲשֶׂה, ubi legendum videtur מִמַּעֲשֶׂה. Vide LXX. ἀποστρέψαι ἄνθρωπον ἐξ ἀδικίας αὐτοῦ, et Vulg. c) *retractare* verbum, promissum Jes. XXXI, 2. d) *repudiare* preces alic. Ps. LXVI, 20. e) *omittere, negligere* aliquid Jos. XI, 15.

2) causat. Kal no. 2 ad se devertere fecit, *apud se recepit* aliquem 2 Sam. VI, 10 (sq. אֵלָיו).

Hoph. remotus est Lev. IV, 31. 35. 1 Sam. XXI, 7. Jes. XVII, 1: דַּמֶּשֶׂק מוּסָר מֵעִיר *Damascus remota erit ex urbibus; abrogatus est* Dan. XII, 11.

Pil. סוֹרֵר i. q. Hiph. Thren. III, 11: דְּרָכַי סוֹרֵר *recedere facit vias meas* i. e. in errores (calamitates) me inducit. Via enim recta imago est felicitatis, quae ab hac recedit, in errores et calamitates ducit. Cf. comm. 9.

סוּר 1) part. pass. i. q. מוּסָר *remotus, expulsus* (cf. 1 Sam. XXVIII, 3). Jes. XLIX, 21: גֹּלָה וְסוּרָה *exsul et expulsa.* Jer. XVII, 13 Keri: סוּרַי *qui a me remoti sunt* i. e. recesserunt. — 2) *ramus* s. palmes *degener*, cf. rad. no. 1, aa. bb. Jer. II, 21: סוּרֵי הַגֶּפֶן נָכְרִיָּה *palmites vitis peregrinae.* — 3) n. pr. portae templi, 2 Reg. XI, 6 (LXX. πύλη τῶν ὁδῶν. Syr. et Arabs: porta belli), quae loco parallelo 2 Par. XXIII, 5 appellatur שַׁעַר הַיְסוֹד Vulg. *porta quae vocatur fundamenti* (LXX. πύλη τῶν εἰςόδων. Syr. et Arab. porta satellitum, nescio qua de caussa), quod praeferendum videtur.

סָרָה f. *recessio* a) a Deo, *defectio* Deut. XIII, 6. Jes. I, 5. XXXI, 6. LIX, 13. Jer. XXVIII, 16. XXIX, 32 (v. rad. 1, aa). b) a lege, *delictum* Deut. XIX, 16 (v. rad. 1, bb). c) a castigatione, i. e. *remissio* (v. rad. 1, γ). Jes. XIV, 6: מַכַּת בִּלְתִּי סָרָה *castigatio sine remissione.*

סִרָה (recessio) n. pr. cisternae 2 Sam. III, 26.

יָסוּר (Verbale fut., ut יָרִיב a רִיב). Jer. XVII, 13 Chethibh: יְסוּרַי *qui recesserunt a me*, Keri סוּרַי.

סוּת vel **סִית** in Kal inusit.

Hiph. הֵסִית et הִסִּית Jer. XXXVIII, 22, fut. יָסִית et יַסִּית Jes. XXXVI, 18, part. מֵסִית 2 Par. XXXII, 11. Jer. XLIII, 3 1) *stimulavit, instigavit, pellexit.* (In reliquis linguis Semiticis hoc verbum non reperitur. Fortasse denom. est et ductum a שַׂיִת spina, stimulus. Nuper nonnemo contulit lat. *suadere*, quod eiusdem originis videtur cum german. intens. et frequent. *schwatzen*, belg. *swetsen*, angl. *twattle:* utrum congruat cum hebr., non definio). Ponitur plerumque in malam partem. Sq. gerundio. 1 Par. XXI, 1: וַיָּסֶת אֶת־דָּוִיד לִמְנוֹת אֶת יִשְׂרָאֵל *et pellexit* (Satanas) *Davidem, numerum inire Israëlitarum.* 2 Par. XVIII, 2. Absol. *seduxit.* Deut. XIII, 7. 1 Reg. XXI, 25: *Ahabus* אֲשֶׁר הֵסַתָּה אֹתוֹ אִיזֶבֶל אִשְׁתּוֹ *quem seduxit Isabel uxor eius*, ubi הֵסַתָּה est ad analogiam verborum ע״ע pro הֵסִיתָה, qs. a סָתַת: unde colligas ipsos Hebraeorum grammaticos de hac rad. ambiguos haesisse. Jer. XXXVIII, 22. Jes. XXXVI, 18: פֶּן יַסִּית אֶתְכֶם חִזְקִיָּהוּ *ne seducat vos Ezechias* i. e. ne seduci vos patiamini. 2 Reg. XVIII, 32. 2 Par. XXXII, 11. 15. De re adiaphora Jos. XV, 18: *incitavit eum ut posceret.* Iud. I, 14. Sq. acc. pers. et בְּ rei: *irritavit* contra aliquem. 1 Sam. XXVI, 19: אִם יְיָ הֱסִיתְךָ בִי. 2 Sam. XXIV, 1. Iob. II, 3. Jer. XLIII, 3. Sq. מִן: *elicuit* e loco vel ab aliquo (weglocken von jem., von einem Orte) *eduxit.* 2 Par. XVIII, 31: וַיְסִיתֵם אֱלֹהִים מִמֶּנּוּ *et elicuit* (abduxit) *eos Deus ab eo*, fecit ut eum premere et persequi desinerent. Recte Kimchi: ויסירם כלומר העיר רוחם והסית לבם לסור ממנו. Iob. XXXVI, 16: וְאַף הֲסִיתְךָ מִפִּי צָר *et etiam te educet ex ore angustiae.* Divina providentia eum liberatura e periculis inde quasi eliciet. (Quum emphasis sit in pronomine, vide sitne legendum וְאַתָּה, cf. Gen. XLIX, 8, יְהוּדָה אַתָּה יוֹדוּךָ אַחֶיךָ. Difficiliora sunt quae paullo post sequuntur Comm. 18: כִּי חֵמָה פֶּן יְסִיתְךָ בְשָׂפֶק quae vulgo interpretantur: *si ira* Dei est i. e. ubi irascitur Deus, cave *ne educat* (i. e. expellat) *te cum castigatione*, altero membro: רָב־כֹּפֶר אַל יַטֶּךָּ *summum pretium non declinaverit te* sc. a castigatione (v. נָטָה p. 877). Sed fatendum est, הֵסִית ita accipi significatione alibi non obvia adeoque a certa eius potestate paullulum aliena (Jarchi: הֵדִיחַ, Aben Esra הסיר), contra פֶּן־יַסִּיתְךָ ea potestate, quam haec locutio habet Jes. XXXVI, 18, cave *ne seducat te,* bene respondere verbis אַל יַטְּךָ in altero hemistichio (v. Ewald. et

Hirzelium ad h. l.). Itaque nuper interpretari maluerunt: ... *ne seducat te* aliquis *opibus* i. e. ne divitiis seduci te patiaris, *et multae opes ne pelliciant te.* שֶׂפֶק potest *abundantiam* opum significare, ut XX, 22, et פֶּן יְסִיתְךָ impersonaliter accipi: sed etiam haec ratio difficultatibus non caret, nam admodum durum est, quod verba כִּי חֵמָה reddunt: *si lac* est i. e. si abundantia est, et רָב כֹּפֶר de quibusvis *opibus* vix dici poterat.

סוּת Gen. XLIX, 11, v. sub radd. כָּסָה et סָוָה.

סָחַב 1) *traxit, distraxit* rem, ita ut terram verreret, nostr. an der Erde herumschleppen. (Arab. سحب id. Cor. 40, 73. 54, 48. Har. 4, p. 2. 5, 68 Schult. Aeth. ሰሐበ: traxit, attraxit, retraxit). V. c. cadaver 2 Sam. XVII, 13. Jer. XV, 3: *mittam canes, qui* eos *distrahant.* XXII, 19. XLIX, 20: יִסְחָבוּם צְעִירֵי הַצֹּאן *abstrahant* abripient *eos* ut *agnos gregis.* — 2) distraxit, *dilaceravit.* Inde

סְחָבָה f. *dilaceratio.* Jer. XXXVIII, 11. 12: בְּלוֹיֵ הַסְּחָבוֹת *panni vestium dilaceratarum.* Pesch. ܟܠܘ̈ܛܐ ܕܣܚ̈ܘܬܐ panni quibus detergitur, penicilli (Wischlappen), qs. סָחַב sit i. q. סָחָה.

סָחָה *averrit, abstersit,* in Pi. tantum Ez. XXVI, 4. (Arab. سحا id., syr. ܣܚܘܬܐ scopae, chald. סְחָה lavit. Vicinae radd. sunt סָחַב, ex qua סָחוּ, סָחָה, et סָחַף). Inde

סְחִי m. *purgamenta, quisquiliae,* Thren. III, 45 de re vili. (Chald. סְחִיתָא stercus).

סָחַף 1) pr. *rasit* i. q. שָׁחַף (q. v.) et fortius *radendo asportavit,* de imbre. Prov. XXVIII, 3: מָטָר סֹחֵף. (Arab. سحف rasit caput, abrasit crines, metaph. abstulit ventus nubem, سُحَافٌ et سَحِيفَةٌ pluvia omnia abripiens). — 2) *prostravit* humum. (Syr. ܣܚܦ prostravit, deiecit, subvertit, ut aedificia, urbes pro hebr. הָרַס Ex. XXIII, 24. Iud. VI, 25. Iob. XII, 14. 1 Reg. XIX, 10. 14, et gr. ἐδαφίζω Luc. XIX, 42, it. homines, pro הָדַף Jes. XXII, 19. Iob. XVIII, 18, cf. XXX, 8. Jes. X, 33. Lex. Adl. ܚܪܒ خرب. Zab. prostravit, v. c. Cod. Nas. 1, 306: ܥܠ ܐܢܦܗ ܣܚܦܬܗ in faciem suam prostravi eum. 196: ܐܣܬܚܦܘ ܘܢܦܠܘ ܥܠ ܐܢܦܝܗܘܢ prostrati ceciderunt super facies suas. II, 182: poplitibus meis non firmis ܡܣܬܚܦܢܐ ܘܢܦܠܢܐ prostratus ego et cadens. [Sam. ࠎࠇࠐ deiecit, deturbavit Gesen. carm. Sam. 5, 10). Ita

Niph. prostratus est. Jer. XLVI, 15: מַדּוּעַ נִסְחַף אַבִּירֶיךָ *quare prostrati sunt principes tui?* Sequitur: לֹא עָמַד כִּי יְיָ הֲדָפוֹ *non steterunt, nam Jova prostravit eos.* Verbo נִסְחַף respondet הָדַף, et apte Syrus pro utroque utitur eodem hoc verbo: ܡܛܠܐ ܕܐܣܬܚܦܘ ܬܩܝ̈ܦܝܟ ... ܡܛܠ ܕܡܪܝܐ ܣܚܦ ܐܢܘܢ. Non bene Maurerus (ex signif. 1): *abrepti sunt.*

סָחַר 1) *circumivit, peragravit* terram. (Vic. est סָהַר q. v. Chald. סְחַר saepissime in Targg. pro hebr. סָבַב. Syr. spec. terram peragravit mendicus, mendicavit, ܡܣܚܪܢܐ, ܣܚܪܐ mendicus Lex. Adl. In arab. سحر et سخر ambeundi notio linguae usu prorsus destituitur). Sq. acc. terrae. Gen. XXXIV, 10: *terra vobis patet,* שְׁבוּ וּסְחָרוּהָ *habitate et peragrate eam* (ut nomades). Comm. 21. Sq. אֶל migravit in terram. Jer. XIV, 14: סָחֲרוּ אֶל אֶרֶץ וְלֹא יָדָעוּ *migrarunt in terram* quam *non noverant* i. e. in terras peregrinas migrarunt miseri et *mendici* (quod vicinum est Syrorum usui). LXX. ἐπορεύθησαν εἰς γῆν ἣν οὐκ ᾔδεισαν. Vulg. abierunt in terram quam ignorabant. Non bene Rosenm. *oberrant per terram, et nesciunt* sc. quorsum evadant, cui obstat tum usus אֶל particulae tum dura ellipsis; neque Maurerum probo, qui interpretatur: *vagantur in terram* (in das Land hinein), *nec sapiunt* i. e. consilii inopes.

2) Spec. *peragravit* terras *negotiandi causa,* inde *mercaturam exercuit,* ἐμπορεύομαι (cf. רָכַל, תּוּר). Sq. acc. Gen. XLII, 34: וְאֶת־הָאָרֶץ תִּסְחָרוּ *et terram peragretis* sc. ad frumentum emendum. Part. סֹחֵר *institor, mercator,* ἔμπορος Gen. XXIII, 16. XXXVII, 28. Ez. XXVII, 36. סֹחֲרֵי־הַמֶּלֶךְ mercatores regis, qui coëmendi causa pro rege itinera faciebant 1 Reg. X, 28. 2 Par. I, 16. Etiam de mercatore maria pernavigante (עֹבֵר יָם Jes. XXIII, 2), *nauta* Horatii. Ez. XXVII, 21. XXXVIII, 13. Prov. XXXI, 14. Jes. XXIII, 2. Fem. סֹחֶרֶת *negotiatrix* Ezech. XXVII, 12. 16. 18. Ampliore significatu *commercium habuit* cum aliquo. Jes. XLVII, 15. (Aramaei et Arabes *negotiandi* significatum exprimunt verbo cogn. תְּגַר, تَجَرَ).

Pilp. סְחַרְחַר *cito circuivit* cor, i. e. vehementer palpitavit Ps. XXXVIII, 11.

סַחַר m. 1) *emporium* Jes. XXIII, 3. — 2) *opes mercaturâ partae* XLV, 14.

סַחַר m. *quaestus, lucrum,* quod ex *mercaturâ* redundat Jes. XXIII, 18, inde de *quovis quaestu* Prov. III, 14: כִּי טוֹב סַחְרָהּ מִסְּחַר־כָּסֶף *nam praestat eam* (sapientiam) *lucrari, quam argentum.* XXXI, 18.

סְחֹרָה f. *negotiatio, mercatura,* pro concr. *mercatores.* Ez. XXVII, 15: סְחֹרַת יָדֵךְ i. q. סֹחֲרֵי יָדֵךְ V. 21 *mercatores manus tuae* i. e. quibuscum commercium habes. Ita יָד apponere solent dandi et accipiendi vocabulis (v.

מַשָּׁא יָד Neh. X, 32, מַשֵּׁה יָד Deut. XV, 2, מַתְּנַת יָד ib. XVI, 17, תְּשׂוּמֶת יָד Lev. V, 21: mercatura autem s. venditio et emtio in dando et accipiendo cernitur, v. מַקָּח rad. לָקַח.

סֹחֵרָה f. *clypeus* a circumdando i. e. tuendo dictus (cf. chald. סְחַר circumdedit, cf. ܣܚܪܬܐ turris, arx) Ps. XCI, 4. Syr. ܣܒܪܐ id. ח et כ permutatis.

סֹחֶרֶת f. in Pausa סֹחָרֶת lapis quidam pretiosior, quem pavimento tessellando adhibebant Esth. I, 6. Vel est *marmoris nigri* species, cf. syr. ܫܚܘܪܬܐ lapis niger tinctorius (ס et שׁ permutatis), vel, quod praefero, *marmor maculis rotundis* insignitum qs. *clypeatum*, v. סֹחֵרָה. *Testudinis testam* (Schildpatt) esse 'ס, volebat Hartmannus (Hebräerin III, p. 363), clypeis qs. constantem (cf. סֹחֵרָה), sed vix probabile, hanc marmoris generibus in pavimentis faciendis interiectam esse.

מִסְחָר m. *negotiatio, emtio*, concr. res emtae 1 Reg. X, 15.

סָחַשׁ radix non usitata vel potius nulla.

סָחִישׁ ἅπ. λεγόμ. 2 Reg. XIX, 29 pro שָׁחִיס (q. v. rad. שָׁחַס) Jes. XXXVII, 30, *id quod anno a sementi tertio sponte provenit* (qua de re cf. Strabo XI, 4 §. 3 p. 502 Casaub.), cf. סָפִיחַ. LXX. τὰ ἀνατέλλοντα. Vulg. *quae sponte nascuntur.*

סֵטִים v. rad. שׂוּט.

סִיגִים *recedanea* v. rad. סוּג.

סִיוָן m. *mensis* Hebraeorum *tertius*, a Iunii ad Iulii novilunium Esth. VIII, 9, cf. Targ. ibid. et III, 7. Forma vocis habitu Hebraeo non caret possitque salva analogia duci aut a rad. סוּן (cf. בֵּינָן, ܒܝܢܐ a rad. בּוּן) i. q. סָאַן, סִין, aut a סִיז i. q. זִיז, זִיו splendor max. florum (v. rad. זָהָה): sed malumus auctore Benfey (Monatsnamen p. 13. 41 sqq. 122 sqq.) huic nomini, ut aliis mensium nominibus, Persicam originem vindicare. Apud Persas enim mensis duodecimus, qui *Sivano* Hebraeorum respondet, appellatur *Sefend-armed* اسفند ارمذ, zend. *çpenta ârmaiti*, quod etiam Amschaspandi nomen est: *purus-mansuetus*, pehlev. *Sapand-omad*. Ex priore eius nominis parte, quae seorsum usitata fuisse videtur (cf. Sphendadates i. e. a Çpenta datus), ortum videtur hebr. *Sivan* abiecto d, et paullo plenius nomen, quod hic mensis apud Cappadoces habet, Σονδαρά (Sfend-ar).

סִיחוֹן *Sihon* n. pr. v. rad. סוּחַ.

סִין rad. inusit., prob. *lutosum esse*, vicina rad. סָאַן, unde chald. סְיָן, syr. ܣܝܢܐ lutum, i. q. chald. טִין, syr. ܛܝܢܐ, arab. طين.

סִין (lutum) n. pr. 1) *Pelusium*, urbs in *paludibus* (v. Strab. XVII p. 802) ad terminum Aegypti orientalem (inde מְצוֹר מִצְרַיִם) sita, hodie cum tota regione mari submersa Ez. XXX, 15. 16. Hieron. *Pelusium*, quod Hirtius (bell. alex. 27) claustrum Aegypti nuncupat. Arab. طينة vocatur i. e. palus, et فرمة *Farame*, quod quidem posterius ex aegyptiaco ⲫⲉⲣⲟⲙⲓ i. e. locus lutosus (a ⲫ art. masc., ⲉⲣ esse et ⲟⲙⲓ lutum) ortum esse observat Champollion, l'Égypte II, 82 sq. LXX Comm. 15. Σαΐς (Cod. Alex. Τανίς), Comm. 16 Συήνη (pro hebr. סְוֵנֵה), quod posterius temere secuti sunt Michaëlis spicil. II, 32 sqq. 1741 et Schulthessius, Parad. p. 122. Vide supra ad סְוֵנֵה.

2) מִדְבַּר סִין Ex. XVI, 1. XVII, 1. Num. XXXIII, 12 desertum *Sin*, in peninsula Sinaitica, inter Elim (Gharendel) et montem Sinai. *Hieron.* Opp. ed. Vallars. I, ep. 78: „Sciendum, quod omnis usque ad montem Sinai eremus *Sin* vocetur, et ex tota provincia etiam locus nomen unius mansionis acceperit, sicut Moab tam urbis quam provinciae nomen est." Viam a Gharendel ad montem Sinai describunt *Pocockius* descript. Orientis I, 235 sq. *Burckhardt* p. 780—801 vers. germ.

סִינַי n. pr. *Sinai*, Σινά, Σινᾶ (ut שָׂרַי Σαρά cf. arab. جَلَى quod pronunciant *ǵala*), mons vel potius montanum in Arabiae peninsula inter utrumque maris Erythraei sinum, Heroopolitanum et Aelaniticum, interiectum, legislatione Mosaica nobile Exod. XVI, 1. Num. XXXIII, 16. Deut. XXXIII, 2. Iud. V, 5. Ps. LXVIII, 9. 18 (ubi pro verbis difficillimis אֲדֹנָי בָם סִינַי בַּקֹּדֶשׁ cum Olshausenio, coniectt. p. 15 et Pottio in progr. ad hoc carmen legas: אֲדֹנָי בָּא מִסִּינַי בַּקֹּדֶשׁ venit a Sinai in sanctuarium, cf. Deut. XXXIII, 2: מִסִּינַי בָּא) plenius הַר סִינַי Ex. XIX, 11. 18. 20. 21. XXIV, 16. XXXIV, 4. 29. 32. Lev. VII, 38. XXV, 1. XXVI, 46. XXVII, 34. Num. III, 1. XXVIII, 6. Neh. IX, 13. In australi huius montani parte tria maxime cacumina eminent, quorum unum humilius septentriones inter et orientem situm Horeb (חוֹרֵב i. e. siccus q. v. p. 517) appellatur, de quo meridiem versus ascendunt ad alterum Sinai κατ' ἐξοχήν appellatum, hodie جبل موسى: tertium ad Africum situm mons S. Catharinae vocatur (vide Burckhardti itin. Syriae ed. germ. pag. 1078, prae ceteris LABORDE et LINANT Voyage de l'Arabie Pétrée, tab. 17—24): quanquam de trium horum montium nominibus non prorsus consentiunt eruditi (cf. Rüppell Reisen in Nubien und dem peträischen Arabien tab. 11. Hengstenberg Beiträge III p. 396—99, qui *Horeb* de universo

montano Sinaitico, nunquam de uno monte dici affirmat. Ed. Robinson, Zeitschrift für das Morgenland II, 333). Omne montanum a Geographis Arabum et etiamnum appellatur جبل الطور, جبل طور Edrisi ed. Jaubert p. 332. Abulf. Arabia Gagn. p. 74 sqq., raro طور سينا Ibn Hankal pag. 29 Ousel. Desertum monti vicinum dicitur מִדְבַּר סִינַי Ex. XIX, 1. 2. Lev. VII, 38. Num. I, 1. 19. III, 4. 14. IX, 1. 5. X, 12. XXVI, 64. XXXIII, 15, de quo vide Burckhardt l. c. II p. 918. — De etymo nihil facile definias: possit סִינַי *lutosum* significare opp. חוֹרֵב sicco, sed in natura locorum talis nominis causam idoneam non invenio.

סִינִי n. pr. gentis Cananaeae (inter עַרְקִי et אַרְוָדִי) in Phoenicia proprie dicta vel Syria quaerendae Gen. X, 17. 1 Par. I, 15. Hieron. quaest. in Genes. ad h. l. *a quo* (Arcae oppido) *haud procul alia civitas fuit, nomine Sini* (?), *quae postea vario eventu subversa bellorum nomen tantummodo loco pristinum reservavit.* Praeterea Strabo (XVI, 2 pag. 756 Casaub.) *Sinnam* (Σιννᾶν), arcem Libani montanam, commemorat et ibidem Breidenbachius (in itinerario 1486 in fol. edito p. 47) vicum *Syn.*

סִינִים, unde אֶרֶץ סִינִים Jes. XLIX, 10 iubente verborum nexu terra quaedam remotissima vel in orientalibus vel australibus orbis terminis quaerenda. „*Ecce hi veniunt e longinquo, et ecce illi e septentrione et occidente,* וְאֵלֶּה מֵאֶרֶץ סִינִים *et illi e terra Sinim.* Australem regionem intelligunt Targ. et Hieron. (מֵאַרְעָ דָּרוֹמָא; *de terra Australi*), et in eadem *Sinaeos* collocant a) Saad. apud Kimchium, et Bochartus (Phaleg 4, 27), qui סִינִים *Pelusiotas* a סִין Pelusio dictos interpretantur, inde *Aegyptios;* b) Münsterus, J. D. Michaëlis (spicil. II, 32), qui *Syenitas* (סִינִי a סְוֵנֵה); quorum neutrum probabile est. Quis enim credat, a Pelusio oppido universam Aegyptum „Pelusiotarum terram" appellari potuisse, aut ubi unquam „Syenitarum *terra*" commemorata est? Rectius quidem *Sinim* in oriente posuit Alex. ἐκ γῆς Περσῶν, sed temere Persas interpretatus est, quorum nomina (פָּרַס, עֵילָם) satis nota sunt. Unice veram opinionem e prioribus viris doctis nobis dixisse videntur Arias Montanus, Iunius, Andr. Muellerus (تاريخ ختاى s. de Chataja p. 94), qui *Sinenses* intelligebant, quippe qui a recentioribus Judaeis צין dicerentur (v. infra); e recentioribus assensus est Langlès, Recherches Asiatiques (anno 1805) II, 406, et post nostras ea de re observationes (ad Jes. l. c. et Lex. man. h. v.) recentissimi omnes. Quam quidem sententiam ut magis etiam firmemus et a dubitationibus vindicemus, eam quaestionem h. l. paullo uberius recolere placet: ita quidem ut primum exterorum populorum de Sinensium nomine testimonia colligamus, dein de origine et antiquitate eius disputemus, unde apparebit, illum populum hoc ipso nomine prophetae Hebraeorum Cyri aetate in Babylonia degenti omnino notum esse potuisse.

Ut a Graecis ordiamur, de *Sinensibus* (Σῖναι) ab austro Serum habitantibus copiosius disserit Ptolem. 7, 3, singulasque eorum gentes, portus, oppida describit, in his *Thinas* (Θεῖναι) metropolin eorum, de qua urbe, in extremo orbe sita, agunt etiam Strabo II, p. 65. 68 Casaub. (ubi *Θῖναι* scribitur) et Arrian. peripl. maris Erythraei extr. (p. 19. 20 ed. Stuck): *πόλις μεσογεῖος μεγίστη λεγομένη Θῖνα, ἀφ' ἧς τό τε ἔριον καὶ τὸ νῆμα καὶ τὸ ὀθόνιον τὸ σηρικὸν εἰς τὸν Βαρύγαζαν διὰ Βάκτρων πέζῃ φέρεται .... εἰς δὲ τὴν Θῖνα ταύτην οὐκ εὐχερῶς ἀπελθεῖν· σπανίως γὰρ ἀπ' αὐτῆς τινες οὐ πολλοὶ ἔρχονται κ. τ. λ. Τζινίτζαν* (cuius *τζ*, ut apud Neograecos, *tsch* pronunciatur et respondet sanscr. *tsch* s. *ć*) *Sinam* appellat Cosmas Indicopleustes, v. Montfaucon nova collect. patrum II p. 336. — E Semitis Syri scribunt ܨܝܢ, ܨܝܢܝܐ, ut Ephr. Syr. I, 123: ܡܢ ܐܬܪܘܬܐ ܕܟܘܫܝܐ ܠܡܛܐ ܠܐܪܥܐ ܕܨܝܢܝܐ ܕܒܣܘܦܗ ܡܕܢܚܐ *a regionibus Aethiopum usque ad terram Sinensium in extremo oriente,* et saepe coniungunt ܨܝܢ ܡܨܝܢ, quae ita distinguuntur, ut *Zin* septentrionalem, *Mazin* australem eamque multo maiorem imperii Sinici partem significet, illa (quae etiam Chataja appellatur) Peking, haec Nanking metropolin habeat, v. Assem. bibl. II, p. 255. III, 1 p. 592. III, 2. 788. BH. 437. — Apud Arabes de صين Abulfeda egit peculiari tabula, eaque *decima quinta* (p. 26 ed. Rink), Edrisi Clim. I, p. 10. Masudi in Mém. de l'acad. 48 p. 591, apud eosdem *vasa murrhina* (Porzellangefässe) appellantur صوانى, turcice صينى (et *Fagfuri* a Fagfura, qui erat titulus regum Sinensium) *). — E scriptoribus Judaeis *Sinenses* צין scriptos commemorat auctor libri Cosri 2, no. 20, ex quo haec exscribimus, ut appareat, non alium populum, quam Sinenses, intelligi posse: אמר הכוזרי הלא תחלת קביעות הימים מן הצין מפני שהיא תחלת המזרח ליישוב. אמר החבר ולא תחלת השבת אינה כי אם מסיני ומאלוש קודם לכן שירד המן בו תחלת ואין השבת נכנס אלא על מי שבא עליו השמש אחר סיני על המדרגה עד אחרית המערב ואחר כך עד אשר תחת לארץ ואחר כך עד הצין אשר היא מזרח היישוב ויקרא השבת לצין אחר ארץ ישראל בשמנה עשר שעות מפני שארץ ישראל באמצע ליישוב וכאשר בא השמש לארץ ישראל היא חצי הלילה בצין וחצי היום לארץ ישראל הוא בא השמש לצין *dixit Cosri: annon initium constitutionis dierum petendum est a Sina, quoniam haec est initium orientis in orbe terrarum? Respondit socius: imo principium Sabbati non aliunde petendum est, quam ex Sinai et ex Aliis* [*Num. XXXIII,* 13. 14], *ubi iis pri-*

---

*) Praeteriens observo, vasa murrhina *litteris Sinicis inscripta* in pluribus veterum Thebarum sepulcris reperta esse (v. Rosellinii monum. dell' Egitto P. 2, vol. 2 p. 337. Wilkinson manners and customs of ancient Egyptians III p. 108): unde apparet, Sinarum opificia satis mature occidentis populis innotuisse.

mum descendit Manna. Neque enim incipit Sabbatum nisi occumbente sole post Sinai in extremum Occidentis gradum, unde postea sub terra occultans progreditur ad Sinam, quae est principium orbis terrarum: ita ut in Sina Sabbatum dicatur octodecim demum horis post terram Israëlis. Terra enim Israëlis est in medio orbe, unde quum Israëlitis sol occidit, tum est media nox Sinensibus, et meridies terrae Israëlis est Sinensibus occasus solis. — Apud *Persas* Sinae mentio est in Bundehesch nomine *Tschinestan* (Zend-Avesta II, p. 381 Par.), et postea de ea multi sunt in historia mythica, v. Schahname vers. angl. ed. Atkinson p. 275 sqq. et quae ex Mirkhondo excerpsit d'Herbelot v. Sin. Scribunt illi چين (quod ad genuinam scriptionem propius accedit), et inde distinguunt ماچين s. مهاچين *Sinam magnam*, quam in australi parte collocant et decies maiorem quam Sinam propriam esse dicunt. V. Assem. et d'Herbelot ll. cc. Abdall. Beidawi ap. Müllerum l. c. pag. 9. — Apud Indos Sina sanscritice scribitur चीन *Ćina* s. *Tschîna* (v. Wilson p. 309 ed. 1), malaice چين, quod itidem *tschina* pronunciant, unde *Ćinanćuka* pannus Sinensis i. e. Sericum, *Ćinanćarpûra* camphora Sinensis, eiusque vestigia iam antiquissimis temporibus comparent. In legibus Manu (X, 44) una cum Javanensibus (Graecis), Scythis, Parthis cet. memorantur *Tschînas*, quos Sinenses esse Indorum eruditi uno ore testantur *); iidemque utroque carmine epico in populis a septentrione et oriente Indiae habitantibus memorantur (Mahab. III, 12530. V, 2730. Ramaj. IV, v. Lassen institutt. Pracriticas, append. p. 24. 69, et eundem über die altindischen Völker, Zeitschrift für Kunde des Morgenlandes II, p. 31 sqq.): fac autem, his non Sinas, sed Indiae septentrionalis populum indicari **), accedit librorum Buddhisticorum auctoritas, quorum adeo Sinici interpretes servarunt formam *Tschi-na* (vel *Tschi-nô*) duobus signis scriptam hunc in modum (de Guignes no. 3718. 3356)

支 那

(v. Klaproth sur les noms de la Chine, Journal Asiat. X p. 53 sqq. Asia Polyglotta p. 358. Lassen, Zeitschr. I p. 32). Iisdem *Mahâtschina* s. *Sina magna* de australi huius regni parte frequentatur.

De origine iam et historia nominis quaesituris nobis hoc ante omnia exploratum videtur omnibusque probatum est, cunctos quos recensuimus populos hoc nomen non aliunde quam ab Indis accepisse. Beidawi l. c. „*Sinenses in lingua sua terram* (Sinam) *appellant* خون قوى , زچو, خان ***), *Mogoli* جواقوت, ***Indi*** چين, *nos* (Persae) ختاى." Idque res ipsa suadet. Nam nihil credibilius est, quam Sinenses Indis sibi vicinis et conterminis prius quam aliis populis innotuisse: apud hos antiquissima testimonia reperiuntur (v. supra): accedit quod ex Indicae linguae forma reliquae formae tanquam e communi fonte facile derivantur. Ac genuinae scripturae (*tschina* per *tsch*, *ć* s. *ḱ* palatale) proxima est Persica چين, passim شين, چين (unde etiam ماچين, ماشين) et *τζιν-ίτζα*: abiecta aspiratione Semitae recentiores scribebant ܨܝܢ, صين, צין, antiquiores cum Graecis סִינִים *Σῖναι*: hi omnes servata dentali, contra abiecto sibilo Graeci etiam *Θῖναι*, nisi hoc aliud nomen est †). Ipsis Sinensibus gentis suae

*) Vide *Jones* discours sur les Chinois, in Recherches asiatiques II, p. 406 sqq. Recensentur legum Manuicarum l. c. populi exteri, orti illi ex ordinis militaris (Kschatrya) familiis, quae sensim a prisca lege desciverint. Verba integra sunt (v. transl. gall. ed. Loiseleur Deslongchamps, p. 378): *Ce sont les Pondracas, les Odras, les Dravidas, les Cambodjas, les Yavanas* [prob. Graeci, Occidentales], *les Sacas* [Sacae, Scythae], *les Paradas, les Pahlawas* (پهلو), LES TCHINAS, *les Daradas* (درد) *et les Khasas.* JONES l. c. p. 408: „il seroit donc decisif ..... si nous étions certains, que le mot *Tchina* signifioit *Chinois*, comme l'assurent d'une voix unanime tous les Pandits, que j'ai consulté separément. Ils m'affirment, que les Tschinas de Menou s'établirent dans un beau pays situé au nordest de Gaoùr et à l'est de Kànaroùp et du Népal; qu'ils ont été longtems et qu'ils sont renommés pour leur industrie ..... Un Pandit bien informé m'a fait voir un livre sanscrit en charactères Kachmyryennes ... il m'a lu tout un chapitre de ce livre, concernant les opinions heterodoxes des Tchinas, qui suivant l'auteur, étoient divisés en près de deux cents tribus. Je lui ai montré une carte de l'Asie, et lorsque j'ai mis le doigt sur Kachmyr, son pays natal, il a aussi mis le sien sur les provinces nordouest de la Chine, où, m'a-t-il dit, les Chinois firent leur premier établissement: mais il a ajouté que le Machàtchina, dont il étoit aussi parlé dans ce livre, s'étendoit jusqu'aux mers du Levant et du Sud."

**) Lassenius l. c. qua est circumspectione, postquam omnes veterum carminum locos excussit, caussam nondum diiudicatam relinquit, hac addita notitia: „Dann bin ich belehrt worden, dass die Chinesischen Geographen ein Volk der *Kinas* kennen, welches von denen der Indischen Bücher nicht verschieden ist, aber mit den Chinesen nichts zu schaffen hat." „Ich verdanke dieses vorläufige Resultat einer ausführlichen Abhandlung über die Kinas dem Verfasser, Herrn Jacquet in Paris, einem der seltenen Gelehrten, die das Chinesische und das Sanskrit sich in gleichem Grade zu eigen gemacht haben." Ceterum nescio an omnia bene congruant, si *Tschin* antiquitus et antequam in universi imperii nomen abiret, strictiore significatu unius provinciae in occidentalibus Sinae terminis fuisse statuamus; in quam sententiam aliunde delati sumus (v. infra).

***) Vide haec mox accommodatius ad Sinensium orthographiam scripta p. 950 A.

†) Non bene Is. Voss. ad Melam II p. 8 observabat: *in toto Sinarum regno hoc nomen ignotum esse, imo mera factum esse imperitia, ut vastum illud Serum imperium Sinarum nomine cognoscatur.* Will. Jones l. c. p. 402: „Le mot *Chine* .... est bien connu du peuple, que nous appellons *Chinois*: mais il ne l'emploie jamais (je parle des hommes instruits) pour se désigner lui-même ou pour désigner son pays." Quod *A. Remusat* laudat (gr. chinoise p. 66) *Khung-tseù tsâi Tchhin* i. e. *Confucius est in terra Tchhin*, ad provinciam eius nominis, non ad universum imperium refertur.

nomen *Tschin* haud quidem incognitum est, eo tamen de se loquentes vel raro vel nunquam uti solent. Utuntur pro eo vel dynastiarum regnantium nominibus, quae cum ipsis his dynastiis mutari solent, ut regnante quinta dynastia *Han* vel *Han-jîn* q. d. viri Hanitae, regnante tertia decima *Tang* vel *Tang-jîn*, nunc regnante altera et vicesima *Thsing-jîn:* vel imperii sui titulis magnificis superbiunt ut *Tchung-kue* imperium medii, *Tchung-hua* flos medii, *Szu hài* quattuor maria, *Thian hia* sub coelo, *Chin tan* aurora orientalis. Quae quum ita sint, in universum quidem haud improbabilia coniecerunt, qui *Sinae* nomen a dynastia quarta *Tshin* dicta, quae 249 — 206 a. Chr. imperium tenuit (v. du Halde Beschreibung des Chinesischen Reiches I, p. 310 sqq.) ductum existimarent (v. du Halde 1 §. 1. Abel-Remusat nouv. Melanges asiatiques II p. 334 sqq. Klaproth, Journal asiat. l. c.): neque tamen hanc coniecturam ut certam pronunciare debebant, quum plura testimonia antiquiorem eius nominis usum confirment, et non minori iure etiam aliae eiusdem causae cogitari possint *). In illis testimoniis non infimum profecto locum occupabit noster V. T. locus **), qui antiquissimorum scriptorum Indicorum auctoritate haud mediocriter confirmatur: e variis autem quae ad antiquiorem nomini originem vindicandam excogitari possint coniecturis nulla magis placuit, quam ea, quam nuper mecum communicavit Guil. Schottius V. D. Is enim in coniectura quam modo diximus eatenus acquiescit, ut et ipse nomen *Tschin* apud Indos usitatum a quartae dynastiae nomine ductum existimet, nihilominus id iam diu ante seculum tertium a. Chr. ortum esse posse censet ***). Etenim dynastiae *Tshin* principes regesve, antequam totius Sinae imperium capesserent, iam per annos DCLI patriae provinciae *Tshin*, in occidentali Sinae parte (ubi nunc Schen-si) sita imperaverant et sub tertiae dynastiae (Tchen) imperatoribus, mortalium inertissimis, permagna auctoritate et nimia fere potentia usi fuerant. Facile igitur regiae huius dynastiae in occidentalibus imperii finibus regnantis nomen Indis innotescere et apud eos de universo populo usurpari potuit (cf. יָוָן de Graecis), antequam ea totius imperii clavo potiretur. *Sinenses* autem veterum Indorum a septentrione et oriente Indiae quaerendos esse, et commercio terrestri non maritimo iis innotuisse, aliae etiam rationes suadent (Lassen institut. Pracrit. l. c. Cf. supra not. **). Ceterum quae disputavimus abunde suppeditabunt ad diluendas sat leves adversariorum exceptiones, velut Grotii (ad Jes. l. c.) et Pfeifferi (dub. vex. ad h. l.), qui Sinenses צִין non סִין dici observabant, neque certum esse, regnum Sinicum Jesaiae tempore Judaeis sub illo nomine innotuisse. De tempore (et loco) respondisse sufficiat, Sinarum notitiam facilius certe exspectari aetate Cyri et Babylone, urbe mercatura florentissima, quam ipsius Jesaiae tempore in Palaestinae recessibus: de nomine gentis lectores memores esse iubeo, non aliam quam hanc appellationem in tote Oriente valuisse †).

סִיפֹּנְיָה Dan. III, 10 Chethibh pro סוּמְפֹּנְיָה q. v.

סִיר med. Jod, *aestuare*, *effervescere*, cf. arab. سَارَ med. Vav assilivit, efferbuit vinum, ira, febris; hebr. שְׂאֹר et שָׂאַר fermentavit, גִּיר aestuare, *gähren*. Inde

סִיר m. Jer. I, 13, et f. 2 Reg. IV, 38. Ezech. XXIV, 6 1) *olla*, ab aestuando et ebulliendo dicta 2 Reg. IV, 38 sqq. Iob. XLI, 23. Mich. III, 3. Ez. XI, 3. 7. XXIV, 3. 6. סִיר הַבָּשָׂר olla carne plena Exod. XVI, 3. סִיר נָפוּחַ olla sufflata i. e. super igne sufflato aestuans Jer. I, 13, ubi olla aestuans a septentrione prospiciens saeva bella significat a septentrione ingruentia (cf. A. Schult. ad Ham. p. 453. Origg. hebr. I, 2 §. 27). — Ps. LX, 10: מוֹאָב סִיר רַחְצִי *Moab* erit *olla* s. *pelvis lotionis meae*, malluvium meum (nisi forte est *latrina* pro lavatrina, arab. بيت الماء, honeste dicta a lavando) contemtim pro: eo utar ceu vilissimo vasculo. Pesch. *M. est lotio pedum meorum*, mihi pedes lavabit instar mancipii. (Quod Drusius contulit lat. *matula* Plaut. huius loci non est. Hoc enim de homine *timido* dicitur, et pertinet ad locutionem Ez. VII, 17. XXI, 12 obviam, de qua v. pag. 378 B inf.). — Plur. סִירוֹת *ollae*, saepius memorantur in vasis sacrarii Exod. XXXVIII, 3.

---

*) Lassen (Zeitschr. l. c. p. 34): Aber hiervon abgesehen, möge es vorläufig erlaubt seyn, jene Behauptung so lange zu bezweifeln, bis gründlichere Beweise dafür angeführt sind, als nackte Versicherungen. Folgt denn aus dem frühern Nichtbekanntseyn des Namens bei fremden Völkern auch das Nichtvorhandenseyn in dem eignen Lande? Nach dem Kaiser Wou-wang wurde das chinesische Reich bekanntlich in viele kleinere Staaten getheilt, 1122 v. Chr. G. und in diesen Staaten finden wir eine Dynastie der *Thsi*, eine der *Tchin*, eine der *Tsin*, eine der *Tçin*. Hat nun keiner dieser Namen mit dem spätern *Thsin* etwas zu schaffen? Dass die Chinesen dieselben Namen zu verschiedenen Zeiten mit verschiedenen Characteren schreiben, wird jeder genugsam zu seiner Qual erfahren haben, der sich mit Chinesischer Geographie beschäftigt hat. Warum kann keiner jener ältern Namen nach dem Westen gekommen seyn? Oder hatte China vor den *Thsin* keinen Handel mit dem Westen?

**) „Dann können nur die Chinesen, kann nur China gemeint seyn; und unsere Stelle scheint gegen die Ableitung des Namens von der seit dem Jahr 246 v. Chr. regierenden Dynastie *Thsin* zu beweisen". Hitzig ad Jes. l. c.

***) Hoc fieri potuisse, ipse fassus est Renusat l. c.

†) Est quidem apud Graecos et Romanos (Virg. Hor. Plin. 6, 17. Ptolem. 7, 2) aliud gentis terraeque nomen, *Seres*, *Serica*, septentrionalem proprie imperii Sinici partem designans et *bombycinae venditores* significans (a vc. Corcensi *sir* bombyx, sin. *sec*(r), *szu*(r) id. mandsch. *sirghè*, mongol. *sirkek*, pers. سره, unde arab. سرق, سرقة, gr. σήρ, cf. russ. chelk, angl. silk), quod per Scythiam et Armeniam ad Graecos pervenisse videtur, Semitis vero eorumque vicinis prorsus ignotum est.

1 Reg. VII, 45. 2 Reg. XXV, 14. 2 Par. IV, 11. 16. XXXV, 13. Zach. XIV, 20.

2) pl. סִירִים et סִירוֹת Ps. LVIII, 10. Am. IV, 2 a) *spinae*, *vepres*, ab aestuando et effervescendo dictae, quae notio refertur ad redundantiam et luxuriam plantarum (das Aufwuchern), max. silvestrium (v. rad. יָעַר et יַעַר no. 2). Jes. XXXIV, 13. Hos. II, 8. Lusus verborum est in his Eccl. VII, 6: כְּקוֹל הַסִּירִים תַּחַת הַסִּיר *sicut strepitus spinarum* (accensarum) *sub olla.* Poëtice *spinae* imaginem praebent hominum hostilium et impiorum (cf. Mich. VII, 4. Ezech. II, 6 et quae ex scriptt. arab. laudantur diss. Lugdd. p. 943. 44, unde *invaluit spina* alic. vit. Tim. II, p. 186, et *fracta est spina* alic. ib. 392). Nah. I, 10: עַד סִירִים סְבֻכִים *instar spinarum perplexi sunt* (v. עַד B, 2, c). Ps. LVIII, 10: בְּטֶרֶם יָבִינוּ סִּירֹתֵיכֶם אָטָד *antequam animadverterent spinas vestras*, *rhamnus* aderat i. e. celeriter instar spinarum luxuriabant et increbescebant impii, sed *tam vivum quam ardentem* Deus *abripiet* i. e. sed eadem celeritate Deus auferet eos. Imago petita est a dumetis, quae igne deleri solent. Quum h. l. iungantur סִירוֹת et אָטָד vix dubito, quin illud h. l. *spinas* significet, non *ollas* (no. 1). Qui ollas intelligunt, ita interpretantur: *priusquam persentiscant ollae vestrae rhamnum* (i. e. ignem ex rhamno, cf. Eccl. VII, 6), *tam vivum quam ardentem* Deus *abripiet.* Locutionem proverbialem esse volunt repetitam ab iis, qui per deserta iter facientes cibos sibi parare volunt, quibusque tempestate subito coorta et ignis exstinguitur et epularum apparatus aufertur, ut sententia sit: antequam consilia vestra ad maturitatem pervenerint, improviso irrita fient (Rosenm., de Wette, Maur.). Sed illud praefero. — b) *uncini*, *hami* piscatorum, a similitudine spinae (cf. חוֹחַ). Am. IV, 2. (Olim סִיר no. 2 revocabam ad rad. סוּר, ut pr. notaret recedanea, degeneres fruticis partes coll. סוּרֵי הַגֶּפֶן Jer. II, 21, sed praestat, utrique vocis סִיר significationi eandem originem vindicare).

סָכָה i. q. שָׂכָה aspexit, contemplatus est, q. v.

סָכַךְ (semel שָׂכַךְ Exod. XXXIII, 22) 1) *texuit*, maxime frondes ad sepiendum, ad tugurium (סֻכָּה) exstruendum, inde *sepsit*. (Vicinae radd. sunt שׂוּךְ, סוּג no. II, נָסַךְ no. II). In Kal poët. Ps. CXXXIX, 13: תְּסֻכֵּנִי בְּבֶטֶן אִמִּי *texuisti me in utero matris meae* cf. Iob. X, 11. Recte ita Targ. (parall. tu formasti renes meos), sed LXX. Vulg. Pesch. *texisti s. protexisti me* (vide no. 2). Quoniam et tuguria et sepes fiunt ad homines hortosque protegendos et tuendos, est

2) a) *protexit*, pr. de frondibus et arboribus, sq. dupl. acc. Iob. XL, 22 (17): יְסֻכֻּהוּ צֶאֱלִים צִלְלוֹ *tegunt eum loti umbra sua*, sq. לְ Ps. CXL, 8: סַכּוֹתָה לְרֹאשִׁי *protegis caput meum.* b) *texit* sq. acc. tegumenti et עַל rei tegendae. Exod. XL, 3: וְסַכֹּתָ עַל הָאָרֹן אֶת־הַפָּרֹכֶת. XXXIII, 22: וְשַׂכֹּתִי כַפִּי עָלֶיךָ; sine acc. 1 Reg. VIII, 7: וַיָּסֹכּוּ הַכְּרֻבִים עַל הָאָרוֹן. Exod. XXV, 20. XXXVII, 20. 1 Par. XXVIII, 18, absol. Ez. XXVIII, 14. 16. Intrans. *texit*, *occultavit se.* Thren. III, 44: סַכּוֹתָה בֶעָנָן *occultas te in nube.* Comm. 43.

Part. סֹכֵךְ tegens, inde subst. *vinea*, *testudo* qua utuntur in urbibus oppugnandis (Schutzdach). Nah. II, 6. Kimchi: הוא מכסה קרשים ועורות עליהם ובאים הנלחמים אל העיר ונכנסים תחתיו עד לחומה וחותרין תחתיו החומה והוא מגן עליהם מן האבנים המשלכים מעל החומה. Hitzigius, qui hoc comma ad urbem propugnandam refert, הַסֹּכֵךְ interpretatur *praesidium militum*, verum expugnationem describi, arguit Comm. 7 et utriusque commatis nexus.

Hiph. הֵסֵךְ i. q. Kal 1) *sepsit* Iob. XXXVIII, 8, sq. בְּעַד circumsepsit aliquem, i. e. viam ei occlusit. — 2) *texit*, sq. עַל rei tegendae Ex. XL, 21, *protexit* sq. עַל pers. Ps. V, 12: תָּסֵךְ עָלֵימוֹ *protegis eos*, sq. לְ XCI, 4. — הֵסֵךְ רַגְלָיו Iud. III, 24. 1 Sam. XXIV, 4 *texit pedes suos*, honeste pro *alvum deposuit.* Ita plerique vett. interpretes utroque loco, ut Iud. l. c. LXX. Vulg. Pesch. cum Arabe, Targ., 1 Sam. LXX (ubi παρασκευάσασθαι est i. q. ἀνασκευάσασθαι, ἀποσκευάσασθαι, v. Schleussn. IV p. 218). Aqu. Vulg. Targ., Josephus Antiqu. 6, 13 §. 4 (ad 1 Sam. l. c.) et Hebraeorum interpretes ap. Kimchium (להפנות נקבים גדלים): et sic ea locutione utuntur Talmudici ut Mischn. Joma c. 3: כל המיסיך את רגליו טעון טבילה *qui tegit pedes*, *opus habet lotione.* Haud inepte etiam Kimchi, qui *vesicae exonerationem* (להשתין מים) intelligit: utrique enim naturae necessitati Orientales sedentes satisfacere solent et ita ut vestibus talaribus verecunde *pedes tegant.* Sed male alii (Pesch. 1 Sam. et secum ipse discors Josephus Ant. 5, 4 §. 2, e recentioribus Hasaeus in bibl. Bremensi IV p. 771—775. Muntinghe in diss. Lugdd. p. 1160. Michaël. suppl. 1743) *dormitionem* intelligunt. Favere quidem possit huic interpretationi nexus rerum 1 Sam. l. c., dormienti enim facilius, quam alvum deponenti, oram vestis furtim abscindere poterat Davides, sed contra vix credibile est, Saulum solum et sine custodibus in spelunca quieti se dedisse. Accedit quod verecunda et honesta locutio de re quidem obscena locum habet, sed de quiete captanda verborum ambitu opus non erat.

Pilp. סִכְסֵךְ *concitavit*, *excitavit.* Bis legitur. Jes. XIX, 2: וְסִכְסַכְתִּי מִצְרַיִם בְּמִצְרַיִם *et concitabo Aegyptios contra Aegyptios.* LXX. ἐπεγερθήσονται Αἰγύπτιοι ἐπ' Αἰγυπτίους. Vulg. et concurrere faciam Aegyptios adversus Aegyptios. Targ. Pesch. אֲגָרֵי أُغْرِي concito. Saad. أَهِيجُ id. Jes. IX, 10: *extollet Jova hostes Rezin contra eum* וְאֶת אֹיְבָיו יְסַכְסֵךְ *et inimicos eius concitabit.* Targ. יְעָרֵר. Saad. ut supra: هيّج. Originem huius significationis ex usu Talmudico bene illustrat Abulwalides his verbis: تهييج יסכסוך مشهور فى كلام الاوايل من قول

מפני שהאור מסכסכת בהם *significat concitationem*, et סכסוך *notum est ex Talmude ex verbis: propterea quod lux inflammat eos.* Plura de *inflammandi* potestate ad Jesaiae locos aptissima dabit Buxt. lex. chald. p. 1473. Unum huic rationi opponi posse video, quod *inflammandi* et *concitandi* potestas cum vulgari verbi usu vix conciliari potest: neque tamen hanc unam ob caussam ea interpretatio, cui tam multa favent, temere repudianda est. Recentiorum plerique auctore Schultensio (ad Iob. I, 10. XL, 26) conferunt arab. شَكَّ totum se operuit armis, شَاكٍ فِي السِّلَاحِ tectus armis, شِكَّةٌ arma (adde مِشْكَكٌ lorica), unde סִכְסֵךְ sit: *armavit*, quod vel a *tegendo* esse possit, vel (Schult.) a *spinae* significatione quae ad *tela* translata sit (cf. שֻׂכָּה, שִׂכִּים). De priore ratione pr. esset: *armis* ut lorica, casside *texit* (rüsten, panzern), de altera *spinis* i. e. *telis munivit.* Posterius in Comment. ad Jes. et in lexx. min. secutus sum, sed nunc in Abulwalidis sententiam inclino. Kimchius aliique alium quendam Talmudistarum usum secuti huic verbo *miscendi* significatum tribuunt, sed ll. cc. hoc a rerum nexu alienum est.

סְכָכָה (sepimentum) n. pr. oppidi in deserto Iudae. Jos. XV, 61.

סָךְ m. *ἅπ. λεγόμ. turba* hominum Ps. XLII, 5. Ita omnes intpp. flagitante contextu, quanquam in etymo definiendo ambigunt. Hebraei conferunt talmud. סַךְ summa (pr. complexus), quod arithmeticorum et nummulariorum vc. est, summa (Summe) v. c. pecuniae, denariorum, סך הכל summa omnium, summa summarum: recentiores arab. شَكِيكَةٌ turba, agmen, velut جَاءَتْ شَكِيكَةٌ مِنَ النَّاسِ venit turba hominum. Equidem vix dubito, quin pr. sit *densa* arborum (cf. סֹךְ), *silva densa* h. l. poët. de densa hominum turba (cf. יַעַר de hostium turba Jes. X, 18. 19. 34).

סֹךְ cum Suff. סֻכּוֹ, semel סֻכֹּה Ps. LXXVI, 3 m. 1) *casa*, *tugurium* Ps. XXVII, 5, poët. de tentorio, domo (Dei) Ps. LXXVI, 3. — 2) *densa* arborum, *lustrum* ferarum Ps. X, 9. Jer. XXV, 38.

שֹׂךְ (soch) i. q. סֹךְ, סֻכָּה *casa.* Thren. II, 6: וַיַּחְמֹס כַּגַּן שֻׂכּוֹ *destruxit* (Deus) *casam suam* s. *tentorium suum* ut casam *horti.* Intelligendum est templum (cf. סֻכָּה). Ita Targ. Hier. Pesch. Minus apte alii: *destruit sepem suam* i. e. sepem loci sibi sacri cf. Jes. V, 5.

סֻכָּה f. 1) *casa*, *umbraculum*, ex frondibus ramisque consertum soli arcendo inserviens Gen. XXXIII, 17. Jon. IV, 5. Jes. IV, 6, velut custodum in horto vineave Jes. I, 8. Iob. XXVII, 18, Israëlitarum in scenopegiae festo Lev. XXIII, 34. 42. 43. Neh. VIII, 15 — 17, unde hoc festum appellatur חַג הַסֻּכּוֹת Lev. XXIII, 34. Deut. XVI, 13. 16. XXXI, 10. 2 Par. VIII, 13. Esr. III, 4. Zach. XIV, 16 sqq. LXX. *ἑορτὴ σκηνῶν*, *σκηνοπηγία*, Vulg. *feriae, solennitas*, *festivitas tabernaculorum.* Alibi de tentoriis militum i. q. אֹהֶל 2 Sam. XI, 11. 1 Reg. XX, 12. 16, inde de domo, sed ut videtur parva et collapsa Am. IX, 11. Poët. de habitaculo Dei Ps. XVIII, 12. Iob. XXXVI, 29. — Difficile dictu, quid sint סֻכּוֹת בְּנוֹת *casae filiarum*, quas coloni Babylonii a rege Assyriae in Samariam deducti sibi fecisse dicuntur 2 Reg. XVII, 30. Intelligunt vulgo tabernacula, in quibus puellae se prostituerint more Babyloniorum (Herod. 1, 199, v. קְדֵשָׁה): equidem reponendum suspicor סֻכּוֹת בָּמוֹת *tabernacula* (idolis sacra) *in excelsis* (cf. Vers. 29). Vide בָּמָה rad. בּוּם. Ridicule Rabbini: *gallina cum pullis*, quam a Babyloniis cultam esse somniant. Cf. Wineri lex. bibl. II, 629. — 2) *lustrum* leonis Iob. XXXVIII, 40.

סֻכּוֹת (casae) n. pr. 1) oppidi Gaditarum (Jos. XIII, 27) in orientali Jordanis ripa siti Iud. VIII, 5. 1 Reg. VII, 46, de cuius originibus v. Gen. XXXIII, 17. עֵמֶק סֻכּוֹת vallis in qua haec urbs sita erat, pars vallis Jordanicae (el Ghôr). Ps. LX, 8. CVIII, 8. Hieron. quaest. ad Gen. XXXIII, 17: *est usque hodie civitas trans Jordanem hoc vocabulo in parte Scythopoleos* [cf. supra ad בֵּית־שְׁאָן p. 196 A] *). Ibidem haud procul a Bysan (i. e. בֵּית־שְׁאָן) Burckhardtus (itin. II p. 595 germ.) incidit in rudera سُقُّط dicta. — 2) primae stationis Israëlitarum, quae diei itinere aberat a *Ramses* (רַעְמְסֵס). Exod. XII, 37. XIII, 20. Num. XXXIII, 5. Josephus (Ant. 2, 15 §. 1) primam stationem *Letopolin* fuisse volebat, ibi sitam, ubi postea *Babylon* condita sit: sed haec nimis ad austrum vergunt, quum Israelitae orientem peterent.

סִכּוּת f. *tabernaculum*, *tentorium* sacrum, quod Israëlitae in deserto ad idololatriam inclinantes idolo cuidam fecerant, sicut *tabernaculum foederis* Jovae. Am. V, 26, quo de loco v. quae uberius disputata sunt p. 669 B. 670 A. Cf. *σκηνὴν ἱερὰν* Carthaginensium Diod. 20, 65. Tentorium interpretantur LXX. Symm. Hieron. Pesch. Aqu. *συσκιασμός*. Theod. *ὅρασις* (coll. שְׂכִיָּה, מַשְׂכִּית). Hebraei radicem putant סָכַת, et סִכּוּת n. pr. idoli esse volunt. Non magis probandus Rosenm., qui coll. chald. סִכְּתָא clavus, paxillus pl. סִכִּין Schabb. 123, 1 (sec. gloss. i. q. עמודין) vertit *clavum regis vestri* idque contentim pro columna r. v. positum existimat.

סֻכִּיִּים m. pl. n. pr. gentis Africanae, quae in exercitu Sisaci una cum Libybus et Aethiopibus commemoratur

*) Coniecturae Relandianae l. c. propositae, de qua Scythopoleos nomen a Succoth ductum sit, Car. Raumerus (Palaest. p. 117) nuper opposuit locum 2 Macc. XII, 30, quippe qui *Scythas* inter Judaeos habitasse probet illamque coniecturam refellat. Sed *Scythae* nonnisi in Lutheri interpretatione comparent, in Graecis *Σκυθοπολῖται.*

2 Par. XII, 3. Quum forma vocis Hebraeam originem redoleat, non aliter explicari potest quam *in tentoriis viventes*, sed quamnam regni Aegyptiaci gentem dixerit, non constat. LXX. et Vulg. *Troglodytae*, quorum alii in Arabia habitabant (Strab. p. 776. 784), alii in Aethiopia e regione illorum (ib. p. 819).

מָסָךְ Kamez impuro (ut מָגֵן, מָלֵט) estr. מְסַךְ m. *tegumentum* 2 Sam. XVII, 19. Ps. CV, 39, spec. de *velo* ante portam tentorii sacri Exod. XXVI, 36 sq. XXXIX, 38. XL, 5 et atrii XXXV, 17. XXXIX, 40. Num. IV, 25. 26, de quo plenius פָּרֹכֶת הַמָּסָךְ Exod. XXXV, 12. XXXIX, 34. XL, 21. Num. IV, 5. Metaph. גִּלָּה מָסָךְ פ׳ *retegere velum* alic. est: summae ignominiae et miseriae exponere. Jes. XXII, 8: וַיְגַל אֵת־מְסַךְ יְהוּדָה *et reteget* (Jova, vel *retegetur*) *velum Judae*. „Aqua haeret doctis interpretibus in figura illa declaranda. Plurimi retulerunt ad *propugnacula* et *munimenta* Judaeae *expugnanda*. Alii de thesauris expromendis et erogandis cogitarunt, illuc etiam inclinante Vitringa. Non fecisset, si ampliorem habuisset conspectum *veli remoti* aut *scissi* in stilo figurato Arabum, quo signatur miseria et ignominia extrema. Sed loquantur exempla. Hist. Tamerl. 129 (1, 446 Mang.): *misimus ad vos epistolam, vos quantocius spondete* قبل أن ينكشف الغطا *antequam retegatur velum et ne tenuissimae quidem reliquiae vobis supersunt*. Agitur de litteris Tamerlanis ad Sultanum Aegypti missis, quibus se suaque omnia dedere monebatur, antequam modis omnibus violaretur, et victoris exercitus furori exponeretur. Similiter Hulacu Tatarus ad Halebi dominum apud Abulphar. pag. 529: *res vestras dedite nobis, antequam retegatur velum et recidat in vos peccatum vestrum* ... Additur: *iam regiones vastavimus, homines perdidimus, liberos orphanos fecimus, et desolata omnia reliquimus.*" Alb. Schult. de defectibus §. 258. Ceterum conferatur Hitzigius, qui interpretatur: *reteget* (Jova, vel dies Comm. 5) *velum* oculorum *Judae* i. e. iam Judaeis oculi aperientur, videbunt, quae iis hucusque occulta fuerant vel quae credere noluerant (cf. XXIX, 10. 18).

מְסֻכָּה f. id. Ez. XXVIII, 13.

מוּסָךְ m. *locus tectus, porticus*. 2 Reg. XVI, 18 Keri: מוּסַךְ הַשַּׁבָּת (Cheth. מֵיסַךְ) *porticus sabbati*, pars atriorum templi, quam Ahasus exstruendam curavit. Targ. מְקוֹם שַׁבַּתָּא fabrica s. structura sabbati. Kimchi: *Rabbi Jona interpretatur locum quo confugiant sacerdotes ministrantes. Scribit autem R. Salomo, esse tentorium ubi umbram captabant in atrio die sabbati.* — LXX. θεμέλιον τῆς καθέδρας (מוּסַד הַשֶּׁבֶת).

סָכַל in Kal inusit. *stultus fuit*. (Congruit כָּסַל stultus fuit q. v. no. 2, b. Syr. Aph. ܐܣܟܶܠ stulte, impie egit, ܣܰܟܠܳܐ stultus, ܣܳܟܠܽܘܬܳܐ stultitia. Chald. אַסְכֵּל stulte egit, סָכַל, סַכְלָא stultus. Zab. id. Praeterea Aramaei sub hac rad. habent etiam *intelligentiae* significatum, quem Hebraei שׂכל scribunt, licet raro unam eandemque formam duplici significatu usurpent, v. c. אַסְכֵּל stulte egit Gen. XXXI, 28 et intelligentem fecit = הִשְׂכִּיל Iob. VI, 24. Pleraeque formae aut hac aut illa significatione usurpantur, velut Ithpa. stulte egit, מִסְתַּכְלָן, ܡܣܬܟܠܢܐ intelligens).

Pi. stultum fecit v. c. consilium i. e. irritum fecit 2 Sam. XV, 31, stultam fecit sapientiam Jes. XLIV, 25 i. q. הוֹלֵל.

Hiph. stulte egit, addito עֲשׂוֹ Gen. XXXI, 28, eo omisso 1 Sam. XXVI, 21. (Aram. Aph. id.).

Niph. 1) *stulte egit* (pr. stultum se praebuit) 1 Sam. XIII, 13. 2 Par. XVI, 9. 2) *impie egit* 2 Sam. XXIV, 10. 1 Par. XXI, 8, cf. כְּסִיל, נָבָל. Inde

סָכָל m. *stultus* Jer. IV, 22. V, 21. Eccl. II, 19. VII, 17. X, 3. 14. Opp. חָכָם. LXX. ἄφρων, semel μωρός Jer. V, 21, σκληρός Eccl. VII, 18.

סֶכֶל m. *stultitia*, concr. *stulti* Eccl. X, 6.

סִכְלוּת f. *stultitia*, vc. in solo Eccles. obvium II, 3. 12. 13. VII, 25. X, 1. 13. Semel scribitur

שִׂכְלוּת f. id. Eccl. I, 17.

סָכַן radix, cuius variae significationes haud facile inter se conciliantur et ad primariam quandam notionem revocantur. En periculum, de quo hoc praemonendum est, ipsas significationes certiores esse, quam quae de mutua earum necessitudine coniectavimus.

1) Primaria potestas in *habitando* esse videtur i. q. שָׁכַן سكن, c. acc. pers. habitavit apud aliquem. Etiam in linguis Aramaeis haec radix passim scribitur ס littera, ut sam. ࠎࠊࠍࠄ vicina i. q. שְׁכֵנָה Ex. III, 22.

2) Qui cum aliquo habitat eiusque contubernio utitur, *familiaritatem* cum eo contrahit, ei *assuescit*. Inde *familiaritatis* et *assuescendi* notio in Hiph. (Sic arab. وطن commoratus est in loco, consuevit, ܣܟܢ habitavit it. familiaris fuit cum aliqua re., eius peritus fuit, et in lingg. recentioribus *habitude, habituel* ab habitando, *gewohnt seyn, gewöhnen* a *wohnen*). Eo referri potest Part. סֹכֵן Jes. XXII, 15 *familiaris* regis, vocabulum generale de *ministris* regis supremis, cui statim additur specialius אֲשֶׁר עַל הַבָּיִת praefectus palatii (p. 192 A). Cf. ࠎࠊࠍࠄ · ࠀࠋࠄ amicus Dei, de Mose Carm. Sam. I, II, qui alibi (I, 12 al.) *filius* i. e. famulus *domus Dei* (ࠁࠍ · ࠁࠉࠕ · ࠀࠋࠄ خصيص الله) appellatur. — Fem. סֹכֶנֶת 1 Reg. I, 2. 4 *ministra* regis *familiaris*, eiusdem *contubernalis* torique socia (q. d. Beywohnerin, cf. lat. med. habitare, cohabitare). L. c. Comm. 2: *quaerant regi puellam virginem, quae ministret regi*, וּתְהִי לוֹ סֹכֶנֶת וְשָׁכְבָה בְחֵיקֶךָ וְחַם לַאדֹנִי הַמֶּלֶךְ. Gr. anon. σύγκοιτος. Targ. קְרִיבָא. — R. Jona סכן et סכנת interpretatur אוצר, אוצרת

thesaurarius, a, vel *promus condus, a,* coll. מִסְכְּנוֹת promtuaria, a סָכַן i. q. כָּנַס. Praeiverant Targ. פַּרְנְסָא, Saad. وكيل: sed ad 1 Reg. hoc vix accommodatum est, nisi in *famulae s. ministrae* notione subsistere velis. Eandem Kimchius ita efficit, ut (coll. signif. 3) explicet מועיל, מועילה (Helfer, Helferin) *adiutor, adiutrix; administer, administra.* Est enim

3) *profuit, officia praestitit* alicui, in solo Iobi libro. Sq. dat. et עַל Iob. XXII, 2: הַלְאֵל יִסְכָּן־גָּבֶר כִּי יִסְכֹּן עָלֵימוֹ מַשְׂכִּיל *num Deo prodest homo, ubi prudenter sibi ipsi prodest?* XXXV, 3: מַה־יִּסְכָּן לָךְ *quid tibi prodest?* Gr. anon. *τί συμβαλεῖταί σοι.* Pesch. quae utilitas? Parall. מַה אוֹעִיל. Absol. XV, 3: דָּבָר לֹא יִסְכּוֹן *verba,* quae *non prosunt.* Parall. מִלִּים לֹא יוֹעִיל בָּם. Intrans. *profecit.* XXXIV, 9: לֹא יִסְכָּן גָּבֶר *nil proficit homo,* ubi in Targ. sec. eodem sensu exstat יִתְסַכַּן. Kimchius ubique הועיל.

4) i. q. arab. سَكَنَ I. IV. V. *pauper, egenus fuit,* v. Pu. et nomm. מִסְכֵּן, מִסְכֵּנוּת. (De hac significatione cum reliquis concilianda plurimi desperarunt. Equidem suspicor eam a *sedendo* proficisci, quod habitandi notioni finitimum est. Sedendi enim vcc. referri solent ad *considendi* [a consido], *corruendi* notionem prae languore et debilitate, cf. قعد sedit, Conj. IV. pass. sedere coactus fuit, claudus fuit, قَعَدٌ languor in pede cameli, قُعْدِىٌّ vir impotens; *sedēre* et *sidĕre.* Arab. سَكَنَ et hebr. סָכַן est igitur pr. collapsus, rebus collapsis fuit, *herunter*gekommen seyn, cf. מוּךְ, נָכָה.

Niph. periclitatus est. Eccl. X, 9: בּוֹקֵעַ עֵצִים יִסָּכֶן בָּם *qui ligna findit, periculo se exponit.* LXX. *κινδυνεύσει ἐν αὐτοῖς,* quo verbo Theodot. utitur etiam Iob. XXXIV, 9, licet invito verborum nexu. (Chald. סכן periculo se exposuit. Ithpa. in periculo versari, v. Buxtorf p. 1476, ubi hic verbi usus tot exemplis firmatus est, ut non esset quod de eo dubitaret Mich. suppl. h. v.) A reliquis verbi notionibus haec alienior est, sed nescio an denominativa sit a שַׂכִּין culter, securis, inde pr. *secari, caedi,* unde Vulg. *vulnerabitur ab iis.* Hebraeorum nonnulli explicant: יתחמם בם בעמלו בם *calefit laborando in iis,* coll. سخن i. q. חמם; renitente contextu.

Pu. part. מְסֻכָּן pr. *ad egestatem redactus,* inde *pauper, egenus* (v. Kal no. 4). Jes. XL, 20: הַמְסֻכָּן תְּרוּמָה qui *pauper* est quod attinet ad *munera,* qui non multum habet, quod offerat. Bene Kimchius: שאינו יכול לעשותו מזהב יכסף לתרומה.

Hiph. הִסְכִּין 1) *familiaritatem contraxit* cum al. sq. עִם. Iob. XXII, 21: הַסְכֶּן־נָא עִמּוֹ *familiariter age cum eo,* familiariter et cum fiducia accede ad eum. Sq. acc. rei, i. q. *cognitam habuit* rem (cf. أَنِسَ assuevit rei, inde cognovit eam; ܚܟܡ familiaris est rei, peritus est eius). Ps. CXXXIX, 3. כָּל־דְּרָכַי הִסְכַּנְתָּה *omnes vias meas cognitas habes.* Parall. זֵרִיתָ eventilasti. — 2) *consuevit* aliquid facere, sq. gerundio. Num. XXII, 30: הַהַסְכֵּן הִסְכַּנְתִּי לַעֲשׂוֹת לְךָ כֹּה *num consuevi, ita tecum agere?* Bene Kimchi: ההרגל הרגלתי *num solitus sum?*

Alia quaedam varios significatus conciliandi conamina proposuerunt Coccejus ac Schult. ad Iob. XXII, 2, et nuper Redslobius. Illi primam significationem ponunt *οἰκονομεῖν κατ' ὠφέλειαν,* unde סכן *οἰκονόμος,* מִסְכְּנוֹת promtuaria, מִסְכֵּן frugalis (*öconomisch!*), parcus, pauper: hic vim nativam quaerit in *incurvando, se demittendo* (coll. שָׁכַן habitavit, שָׁכַב demisit se, שָׁעַן al.), inde *sublevavit, adiuvit* (no. 2. 3), et *demissus, oppressus,* inde *pauper fuit.* Sed consuescendi potestas (v. no. 2 et Hiph.), quae et ipsa certissima est, ita non explicatur, nec facile placebunt, quae de tribus locis sub Hiphil laudatis excogitavit vir doctus.

מִסְכֵּן m. *pauper* Eccl. IV, 13. IX, 15. 16. Vox apud Hebraeos quidem recentioris aevi, sed in omnibus reliquis linguis Semiticis usitata, chald. מִסְכֵּן in Targg. pro אֶבְיוֹן, עָנִי; syr. ܡܣܟܝܢܐ, unde ܡܣܟܢܘܬܐ paupertas; zab. id., sam. ࠌࠎࠊࠍࠅࠕࠀ paupertas Carm. sam. 2, 21. 5, 21; arab. مِسْكِينٌ, مَسْكِينٌ pauper, miser, mendicus v. c. de monacho mendico Abulf. Ann. II p. 40. 636, مَسْكَنَةٌ paupertas; melit. *myskin,* aeth. et amhar. ምስኪን: pauper, ምስኪንነት: paupertas; unde in plerisque novum verbum ortum est: ܡܣܟܢ, מַסְכֵּן pass. ܐܬܡܣܟܢ, אִתְמַסְכֵּן, مَسْكَنَ, ምስከነ: pauperem fecit, pass. pauper factus est, cuius מ in litteram radicalem abiit. Adoptarunt hoc vocabulum, probab. ex Arabica lingua, plures linguae Europaeae, ut ital. *meschino, meschinello;* lusit. *mesquinho,* abstr. *mesquinhez,* gall. *mesquin* (miser), abstr. *mesquinerie.* Inde

מִסְכֵּנוּת f. *paupertas, egestas* Deut. VIII, 9. Sed

מִסְכְּנוֹת pl. f. *promtuaria,* transpositis litteris ortum est ex מִכְנְסוֹת (rad. כָּנַס). 2 Par. XVI, 4. XXXII, 28. עָרֵי הַמִּסְכְּנוֹת Exod. I, 11, oppida promtuariorum (Magazinstädte). 1 Reg. IX, 19. 2 Par. VIII, 4. XVII, 12.

I. סָכַר in Kal inusit., i. q. סָגַר *clausit.* (Chald. Pa. et Aph. id., unde סוּכְרָא, סִכְרָא repagulum, obex. Syr. Pe. et Pa. id., unde ܣܘܟܪܐ sera. Arab. سَكَرَ spec. obstruxit fluvium aggere vel obice).

Niph. clausus est Gen. VIII, 2. Ps. LXIII, 12.

Pi. i. q. סִגֵּר et הִסְגִּיר *tradidit* Jes. XIX, 4, sq. בְּיַד.

II. סָכַר i. q. שָׂכַר *mercede conduxit* Esr. IV, 5.

סָכַת in Kal inusit. *siluit*, vic. שָׁקַט quievit. Arab. سَكَتَ id. II. ad silentium redegit. IV. id. et intrans. siluit. Sam. attendit.

Hiph. siluit (pr. silentium servavit, Stillschweigen beobachten), semel legitur Deut. XXVII, 9. LXX. σιώπα. Vulg. *attende.*

סָלָא 1) pr. i. q. סָלָה, סָלַל no. I *sustulit*, 2) spec. *suspendit* libram (cf. נָשָׂא Iob. VI, 2), inde *pependit* (cf. lat. *pendeo* et *pendo*). Semel legitur in

Pu. pass. Thren. IV, 2: הַמְסֻלָּאִים בַּפָּז *ponderati* vel *ponderandi cum auro puro* (die mit Gold aufzuwiegen sind), qui auro puro aequiparandi sunt.

סָלוּא (sublatus, pensus) n. pr. viri Num. XXV, 24.

סַלּוּא (id.), et **סַלָּא** n. pr. viri 1 Par. IX, 7. Neh. XI, 7.

סַלּוּ (id.) n. pr. viri Neh. XII, 7, pro quo V. 20 סַלַּי.

סָלַד in Kal inusit. Apud Talmudicos est: *adussit* igne, ut manum, ovum, v. c. לובן ביצה סולדו מן האור albumen ovi igne adustum Gittin fol. 57, 1, שמן אף על פי שיד סולדת בו oleum etiamsi manus in eo adusta est; it. *oravit, supplicavit.* „Sic quidam [Saadias] interpretantur illud ואסלדה *et supplico* Iob. VI, 10. Sic in quadam epistola, ואסלדך במלתי et supplex rogo te verbo meo. In libris precum, אנקת מסלדיך לפני כסא כבודך gemitus supplicantium te ascendat coram solio gloriae tuae“. Buxt.

Pi. Iob. VI, 10: *id mihi solatio esset* וַאֲסַלְּדָה בְחִילָה לֹא יַחְמוֹל כִּי לֹא כִחַדְתִּי אִמְרֵי קָדוֹשׁ, quae quattuor potissimum modis explicant. a) Saad. ms. اسبّحه *et laudarem eum* (Deum), ex usu Talmudico supra memorato. Sententia esset: *et pie Deum adorarem in dolore, qui non parcit.* Ita Lutherus Hebraeorum doctores secutus: *so hätte ich noch Trost und wollte bitten.* — b) Saad. in Scholio, Abulw., Kimchius vulgarem Talmudistarum significatum adhibentes reddunt: *uror*, et secundum hemistichium concessive explicant: *etsi urar* (h. e. aestu angar cf. דָּלַק) *in dolore*, qui *non parcit*. Abulw. واتشوّط بشدّة اى بوجع والم من قول في المشنه ביצה הסלודה באור *uror angustia id est dolore et cruciatu ex usu Misnico: ovum adustum igne.* Kimchi: אני מתחמם ונכוה בחילה *ego calefactus et adustus sum dolore.* E recentioribus ita Rosenm. de Wette. — c) Aben Esra, e recentioribus Coccejus, Michaëlis: *et perdurabo* (*perdurarem*) *in dolore*, coll. صَلَدَ dura fuit terra, صَلْدٌ durus, glaber, de terra, it. de equo *robusto*, أَصْلَدُ avarus, pr. durus. — d) Schult. in Comment. *et exultabo in dolore*, qui *non parcit*, coll. eodem صَلَدَ, quod praeterea est: terram pedibus percussit equus, ni fallor ita ut lapides scintillas ederent, quum radix etiam dicatur de sono ignis ex silice excussi. *Exsultandi* autem vim exprimunt iam LXX. ἡλλόμην et Targ. וְאָבוּעַ *exsulto, gestio, gaudeo*, atque hanc auctoritatem, ut antiquissimam, sequi et ego in tanto traditionis dissidio tutissimum existimo, quanquam commenticium est, quod Fürstius addit: „et revera in lingua neohebraica verbo סָלַד (unde סֶלֶד laetitia) vis *gaudendi* propria est.“ Inde

סֶלֶד n. pr. viri 1 Par. II, 30.

I. סָלָה i. q. סָלָא et סָלַל *sustulit*, unde 1) suspendit stateram, *pependit*, v. Pu. — 2) ut lat. *elevavit* i. e. *contemsit, sprevit, reprobavit* (levia enim parvi, gravia magni sunt momenti et pretii) Ps. CXIX, 118. (Chald. Aph. אַסְלֵי reiecit, respuit, syr. Pe. et Aph. ܣܠܐ, ܐܣܠܝ id. Ethpe. reprobatus est, ܡܣܠܝܐ contemtus, reprobus).

Pi. i. q. Kal no. 2. Thren. I, 15.

Pu. pass. Kal. no. 1. Iob. XXVIII, 16 de sapientia: לֹא תְסֻלֶּה בְּכֶתֶם אוֹפִיר *non appenditur pro auro ophiritico*, auro emi non potest. LXX. οὐ συμβασταχθήσεται χρυσίῳ, Vulg. non comparabitur.

סֶלָה (Milêl, ubique in Pausa), nota musica ter et septuagies in Psalmis, et praeterea ter (Hab. III, 3. 9. 13) obvia, ferme ubique commate extremo (raro medio commate Ps. LV, 20. LVII, 4. Hab. III, 3. 9) posita, maxime ubi sectio quaedam vel stropha carminis absoluta est, ita quidem, ut in aliis Psalmis semel (Ps. VII, 6. XX, 4. XXI, 3) bisve (IV, 3. 5. IX, 17. 21), in aliis ter (III, 3. 5. 9. XXXII, 4. 5. 7. LXVI, 4. 7. 15. LXVIII, 8. 20. 33) adeoque quater LXXXIX, 5. 38. 46. 49) reperiatur, et singula carmina in plures strophas dispescat: nonnunquam etiam extremo carmine ponatur (Ps. III. IX. XXIV). E veteribus LXX. Theodot. Symm. verum vidisse videntur, qui ubique reddunt διάψαλμα q. d. interludium (Zwischenspiel) i. e. fidium cantum, quo psaltes verba a se cantata passim interpellabat (v. not.). Et simile quid ex vocabuli Hebraei significatione efficitur, quod imp. parag. Kal verbi סָלַל esse existimo. Ut a grammatica eius forma ordiamur, pro vulgari imp. סֹל, addito He paragogico et iussivo (quod verbis ע״ע raro quidem annectitur, sed tamen annectitur, v. אֶשַּׁמָּה Ps. CXIX, 117, אֶהֱמָיָה LXXVII, 5, נַשְׁמָּה Ies. XLI, 23) dictum est סֹלָּה, in Pausa סֶלָה, ut רְבָה ; רָבָה, שְׁכָב ; שְׁכָבָה, לֵךְ ; לְכָה : certe manifesto falsae sunt nonnullae aliae huius formae explicationes nuper in medium prolatae, ut Böttcheri (spec. p. 76) et Fürstii (in concordd.). Namque illi quidem est imp. Pi. a סָלָה, ad cuius formam apocopatam סַל

(pro סַכַּה) additum sit ־ָה Patach mutato in Segol, ut in הֶרָה, פַּדְנָה. Sed non reputavit vir doctus, futuri et imperativi figurati formas aut apocopatas esse aut paragogicas, nullo modo formae apocopatae He paragogicum annecti potuisse. Imperativi Pi. forma est סַלֵּה, חַכֵּה, apocopata צַו, מַן, paragogica in usu si esset, non alia esse posset quam סַלָּה (ex סַלֵּה He absorpto), nullo modo סֶלָה eiecto Dagesch; allata enim exempla הֶרָה (pro הָרָה) et פַּדְנָה alius naturae esse, manifestum est. Hic (Fürstius) סֶלָה in Pausa dictum censet pro subst. סָלָה: contra vulgares grammaticae leges. Formae enim segolatae verborum לה, quae exstant, in Pausa vocales non mutant (בֶּכֶה Esr. X, 1, הֶגֶה Ps. XC, 9, סֶנֶה n. pr. 1 Sam. XIV, 4), si mutassent, prius Segol (non posterius) in Kamez abiisset (סֶתֶר, סָתֶר, סֶלַע, נֶשֶׁר al.). Itaque si a nomine סָלָה esset סֶלָה, ־ָה non posset non paragogicum esse vi fortasse iussiva (quod ipsum in lex. man. posui q. d. *ad silentium*): sed hoc He iussivum imperativum potius suadet. [Pro nomine cum He paragogico iussivo habet etiam Ewaldus, poët. Bücher des A. T. 1, 179, a rad. סלל ascendere, unde duci possit nomen סַל, c. He parag. סֶלָה *in altum* „cf. gramm. hebr. §. 420. 41. 133", i. e. alta voce sc. fidibus cane, quo ipso cantus silere iubeatur. Sed vereor ut recte. Nam ut alia taceamus, סַל a סָלַל addito He parag. vix aliter scribi poterat quam סַלָּה, sicut גַּת, גִּתָּה 1 Reg. II, 40 et גִּתָּה Jos. XIX, 13, et in imp. כַּנָּה Ps. LXXX, 16, עוּזָּה Ps. LXVIII, 29, אָרָה pro אָרָה Num. XXII, 6, in Pausa סֶלָה. Laudatur quidem l. c. גִּתָּה pro גִּתָּה, sed haec nonnullorum librorum scriptura refellitur forma gemina גִּתָּה Jos. l. c., ubi nulla est varietas. Fac autem Dagesch omitti potuisse, non credibile est, in syllaba tono munita pro סַלָּה, סֶלָה gutturali non interveniente pronunciari potuisse vocali breviori סֶלָה].

Sed quid iubetur hoc imperativo? A primaria potestate verborum סָלָא, סָלָה erat: *tolle!*, quod duplici modo acceperunt, vel: *tolle* vocem (hebe auf die Stimme) i. e. inhibe vocem, subsiste, quiesce (Böttcher l. c.), vel: *tolle*, *eleva* cantum fidium (cf. נָשָׂא Iob. XXI, 12). Prius aptissimum esset, si modo talis translatio verborum *tollendi* probari posset, ad posterius commendandum provocare possis ad Ps. IX, 17, ubi pro simplici סֶלָה plenius est: הִגָּיוֹן סֶלָה *tolle cantum fidium*. Quum in utroque sit quod desideres, haud scio an verbo סֶלָה tribui possit potestas cognati שָׁלָה (cf. שִׁרְיוֹן, סִרְיוֹן et similia p. 931) hebr. tranquillus fuit, et chald. etiam: *cessavit, destitit* (Buxt. no. III), *absolvit*, *finem fecit* (ibid. no. VI), syr. ܫܠܐ *cessavit*, *quievit*, pro gr. *παύομαι* Act. V, 42. VI, 13. XX, 1. Ethpe. id. pro *παύομαι* Eph. I, 16. ܫܠܝܐ, ܫܠܝܐ quies, silentium, ܫܠܘܐ cessatio, intermissio, ita סֶלָה sit *Pausae* signum.

Veterum plurimi סֶלָה male ad ipsum carminum contextum referunt, et temporis particulam putant. Aqu. *ἀεί*. Ed. quinta, *διαπαντός*. Editio sexta, *εἰς τέλος*. Hier. (ad Marcellam): semper, in sempiternum. Targg. לְעָלְמִין in aeternum. Abulw. من اسما الدهر اى ابدا *est particula temporis, perpetuo.* Non magis audiendi sunt recentiores quidam, qui סֶלָה compendium scripturae (מן ראשי תיבות) esse putabant, ex trium vocabulorum litteris initialibus conflatum (ut רש״י pro רבי שלמה ירחי), et in eo explicando ingenium exercebant, velut: סב לְמַעְלָה הַשָּׁר *redi sursum, cantor!* (q. d. da capo), vel סִימָן לְשַׁנּוֹת הַקּוֹל *signum mutandae vocis* al. Plures coniecturas qui cupit, adeat: G. Mattheson erläutertes Selah, Hamb. 1745. Michaëlis Supplemm. p. 1760. Rosenmülleri Comment. in Psalm. T. I, p. LXVII ed. 2, Noldii concord. particul. hebr. pag. 940 ed. Tymp. Herder Geist d. hebr. Poësie II, 376. Eichhornii Bibl. der bibl. Litteratur T. V, p. 542 sq. Forkelii Gesch. der Musik T. I, p. 144.

Not. De significatione vocis *διάψαλμα*, quam scriptores profani ignorasse videntur, haud minor quidem iam apud veteres dissensus est, quam de hebraeo סֶלָה (videantur prae ceteris Hieron. in epist. ad Marcellam „quid sit Sela" T. III, p. 94 Francof., ubi etiam Origenis sententiam copiosius refert. Theodoret. et Greg. Nyss. apud Suicer. thes. eccles. 1, 890. Suidas: *διάψαλμα*, *μέλους ἐναλλαγή:* adde quae annotarunt Henr. Stephanus, Biellius et Schleussnerus h. v. Alberti ad Hesych. I, p. 967. Tittmann ad Zonar. p. 527): alii enim *cantus mutationem* interpretabantur (*μέλους μεταβολήν* s. *ἐναλλαγήν* Theodoret. unde profecit Suidas), alii *mutationem sententiae s. argumenti*, *μεταβολὴν τοῦ νοήματος* (anon. ap. Greg. Nyss., alterius sensus exordium Hieron.), alii denique *interpellationem* s. *pausam* canentis *μεταξὺ τῆς ψαλμῳδίας γενομένην κατὰ τὸ ἄθροον ἐπηρέμησιν* (Greg. Nyss. pausationem spiritus, signum silentii Hieron. l. c.): sed ipsa vocis ratio vix aliam interpretationem admittit, quam eam de qua ex Gregorio Nysseno retulimus, ut sit *cantus fidium* vocis cantum *inter*pellans, vel simpliciter *cantus fidium*, quum *διαψάλλω* (intensivum a *ψάλλω*) nonnunquam usu non differat a verbo simplici*). Ceterum Patres et Graeci et Latini hoc signo interiecto psalmorum partes discernere solent, hoc modo: psalmo quadragesimo nono *sub secundo diapsalmate legimus* i. e. post alterum Sela (v. Suicer. l. c.). Peschito in Psalmis

*) Hieron. l. c. „De diapsalmate nostram sententiam flagitaras: epistolae brevitatem causati sumus, et *rem libri* non posse explicari litteris praetexuimus." . . . . . „Quidam *diapsalma* commutationem metri dixerunt esse: alii pausationem spiritus: nonnulli alterius sensus exordium. Sunt qui rythmi distinctionem, et, quia Psalmi tunc temporis iuncta voce ad organum canebantur, cuiusdam musicae varietatis existiment silentium." Ipse dein iis accedit, qui Sela *semper*, *in sempiternum* interpretati erant. Etiam Origenes, postquam varias interpretationes recensuit, incertus haeret: „utrum autem cuiusdam musicae cantilenae aut rythmi immutationem qui interpretati sunt *diapsalma* senserint aliudve intellexerint, tuo iudicio derelinquo."

vel integrum retinet ܢܬܒܫܠܡܘܢ, ܢܬܒܫܠܡܘܢ, vel compendio utitur ܢܬܒܫ.

סָלַח fut. יִסְלַח, semel אֶסְלוֹחַ Jer. V, 7 Chethibh, *condonavit*, Deus homini vel peccato, sq. dat. vel peccati Ex. XXXIV, 9. Num. XIV, 19. 1 Reg. VIII, 34. 36. Ps. XXV, 11. CIII, 3. Jer. XXXIII, 8, vel hominis Num. XXX, 6. 9. 13. Deut. XXIX, 19. 1 Reg. VIII, 50. 2 Reg. V, 18. 2 Par. VI, 39, absol. Num. XIV, 20. 2 Reg. XXIV, 4. Am. VII, 2. Dan. IX, 19. Thren. III, 42. LXX. ἱλάσκομαι, ἵλεως εἰμί, ἵλεως γίνομαι, ἀφίημι. (Chald. id. sed raro. Targg. bis terve retinent סְלַח, plerumque pro eo frequentant שְׁבַק. Crebrum est sam. ࠎࠋࠇ expiavit i. q. כִּפֵּר, ࠎࠋࠇࠍ λύτρον. Origo esse videtur in *tollendo*, ut סָלַח pr. idem sit quod סָלָא, סָלָה. Aethiopes habent ተሣሀለ: clemens, propitius fuit, condonavit, sed hoc est سهل facilem se praebuit).

Niph. condonatum est peccatum alicui, sq. dat. pers. Lev. IV, 20. 26. 35. V, 13. 16. 18. XIX, 22. Num. XV, 25. 26. 28.

סַלָּח m. *condonans, benignus.* Ps. LXXXVI, 5.

סְלִיחָה f. *condonatio* Ps. CXXX, 4, pl. Neh. IX, 17. Dan. IX, 9.

סָלַךְ rad. inusit. Arab. سلك incessit, ivit (cogn. הָלַךְ), unde مَسْلَكٌ via, tractus.

סַלְכָה (Caph raphato, itaque pro סַלְּכָה) n. pr. oppidi Manassitarum vel Gaditarum (1 Par. V, 11) in terminis orientalibus Batanaeae Deut. III, 10. Jos. XII, 5. XIII, 11. Hodieque hic locus superest in extrema Hauranitide eiusque nomen a Burckhardto (itin. p. 180 cf. not. p. 507) صلخد scribitur, ab aliis (v. Richter Wallfahrten p. 189) et ab ipsis Arabum scriptoribus corrupte صرخد (Abulf. Syria p. 105. et Schult. ind. v. Sarchadum). Oppidum est castello munitum et vineis abundat, unde iam Arabum lexicographi vinum memorant صرخدية dictum.

סָלַל fut. יָסֹל *sustulit, extulit* (vic. verbis סָלָא, סָלָה it. סָלַח, סָלַע, סָלַק, adde תָּלַל, תָּלָה, נָטַל *tollo*). Vide Pil. Spec.

1) *aggessit* in acervum. Jer. L, 26: סָלּוּהָ כְמוֹ עֲרֵמִים *aggerite* terram vastatam *instar acervorum.* Dein: *aggeravit, aggesto aggere complanavit* viam (cf. רוּם Jes. XLIX, 11). Jes. LVII, 14: סֹלּוּ סֹלּוּ פַּנּוּ דֶרֶךְ. LXII, 10. אֹרַח סְלוּלָה via complanata Prov. XV, 19, contra דֶּרֶךְ לֹא סְלוּלָה Jer. XVIII, 15. Iob. XIX, 12: וַיָּסֹלּוּ עָלַי דַּרְכָּם *muniverunt* sibi *viam ad me.* XXX, 12. Omisso דֶּרֶךְ Ps. LXVIII, 5: סֹלּוּ לָרֹכֵב בָּעֲרָבוֹת *complanate* viam *ei qui vehitur in desertis* Jovae. Ab *elati, alti* notione proficiscitur

2) *nutavit, vacillavit,* de rebus altis, proceris, teretibus quae vacillant et librantur (von dem Schlanken und Schwanken). Spec. de frondibus et virgulis lentis, pendulis, ut salicum, palmarum, quales corbibus texendis scopisque adhibebant, cf. דָּלַל, זָלַל, زلّ unde זַלְזַלִּים palmites, et תָּלַל no. 1. 2, unde תַּלְתַּלִּים. Inde סַלִּים et סַלְסִלּוֹת (arab. sing. سَلَّة) corbes, utpote ex virgulis lentis contextae, cf. formas durius prolatas סַנְסִנִּים (l et n permutatis) virgae pendulae palmarum, e quibus scopae fiunt (unde verbum syr. et chald. סנך scopis verrit), טֶנֶא corbis (cum cognatis צַנָּא chald. צַנָּא corbis, وضن corbes plexuit). Quandoquidem palmarum rami, antequam frondescunt, spinis tecti sunt, eiusdem radicis nomina de spinis palmarum usurpantur, ut سُلَّاء et سُلَّاءَة spinae palmarum ramis adnascentes, et hebr. סִלּוֹן, סַלּוֹן spina, quae virgae adnata est, a סַל (pr. virga) et syllaba formativa וֹן. Vox arab. مِسَلَّة acus maior a similitudine aculei dicta est.

Pilp. i. q. Kal no. 1 metaph. Prov. IV, 8: סַלְסְלֶהָ וּתְרוֹמְמֶךָּ *effer eam* (sapientiam) *et efferet te.*

Hithpo. הִסְתּוֹלֵל (denom. a סֹלְלָה) *aggeris instar opposuit se* (sich dämmen), *restitit*, sq. בְּ Ex. IX, 17: עוֹדְךָ מִסְתּוֹלֵל בְּעַמִּי *adhuc resistis populo meo.* Aqu. ἀντιποιῇ. Reliqui veteres, ut Vulg. *retines* populum meum. Symm. κατέχεις. Ita etiam Onk. Pesch. Saad.

A prima verbi potestate ducta sunt haec nomina:

סֹלְלָה f. *agger*, quem oppugnatores aggerere solent Jer. XXXII, 24. XXXIII, 4, inde שָׁפַךְ סֹלְלָה aggessit aggerem Ez. XVII, 17. XXI, 27. Dan. XI, 15, addito עַל עִיר contra urbem 2 Reg. XIX, 32. Jer. VI, 6. Ez. IV, 2. XXVI, 8, אֶל עִיר 2 Sam. XX, 15. LXX. χῶμα, πρόςχωμα, χάραξ.

סֻלָּם m. *scala* Gen. XXVIII, 12. Arab. سُلَّمٌ scala, stapes, quod male ad rad. سلم referunt lexx. Videntur Arabes hoc vc. ex Hebraismo i. e. vetere lingua Semitica petiisse, ut Onk. et Chald. sam., qui Gen. l. c. illud retinuerunt, licet alias non usitatum sit. Cf. מְסִלָּה no. 2.

מְסִלָּה f. 1) *via aggesta*, aggere aggesto munita (angl. high-way), inde *via publica* (Landstrasse, Strasse) Num. XX, 19. Iud. XX, 31. 32. XXI, 19. 1 Sam. VI, 12. 2 Sam. XX, 12. 13. Jes. VII, 3. XI, 16. XIX, 23. XXXVI, 2. XL, 3. XLIX, 11. Jer. XXXI, 21. Ps. LXXXIV, 6: מְסִלּוֹת בִּלְבָבָם *quorum in animo* sunt *viae* sc. ad sanctuarium, cf. Comm. 7. 8. Poët. de viis locustarum Joël II, 8, stellarum in coelo Iud. V, 20. Metaph. de vitae ratione (ut דֶּרֶךְ) Prov. XVI, 17: מְסִלַּת יְשָׁרִים סוּר מֵרָע.

2) *scala* i. q. סֻלָּם. 2 Par. IX, 11. LXX. ἀνάβασις. Vulg. gradus.

מַסְלוּל m. i. q. מְסִלָּה no. 1. Jes. XXXV, 8. Sed a סָלַל no. 2 profecta sunt haec:

סַל m. virga lenta, ex qua corbes texuntur, inde *corbis* ex virgis texta (cf. *κάνεον*, *κανίας*, *κάναστρον* a *κάνη*), *canistrum* Gen. XL, 17. Exod. XXIX, 3. 23. 32. Lev. VIII, 2. 26. 32. Num. VI, 15. 17. 19. Iud. VI, 19. Plur. סַלִּים Gen. XL, 16. 18. (Chald. סַלָּא, סִלְּתָא, סִלְּתָא, syr. ܣܠܐ, arab. سَلَّة id. سَلَّال corbium textor).

סַלָּא (vimen, corbis) n. pr. oppidi in vicinia Hierosolymorum 2 Reg. XII, 21.

סַלּוֹן Ez. II, 6 et

סִלּוֹן Ez. XXVIII, 24 *spina*, pr. qualis in virgis s. spathis palmarum est, a סַל virga addita terminatione וֹן. Metaph. de hominibus impiis Ez. II, 6 cf. סִיר. LXX. *σκόλοψ*. (Chald. סִלְּוָא, סִילְּתָא, arab. سَلَّال spinae palmarum).

סַלַּי (corbium textor?) n. pr. duorum virorum, a) Neh. XI, 8. b) XII, 20.

סַלְסִלּוֹת pl. f. *corbes* i. q. סַלִּים Jer. VI, 9. LXX. *κάρταλλος*, Vulg. cartallus.

סָלַע rad. inusit. vel *alti* s. *elati* potestatem habens (cf. סָלָא, סָלָה, סָלַל, סָלַק), vel *gravis* et *ponderosi* (cf. שָׁקַל, סָקַל). Inde

סֶלַע, in Pausa סָלַע Iob. XXXIX, 1. Jer. XXIII, 29. Ez. XXIV, 8. XXVI, 4 c. suff. סַלְעִי m. 1) *rupes*, *petra*. (In linguis cognatis non reperitur: sed cf. sanscr. *çilâ* silex, rupes, ipsumque lat. *silec*-s). Num. XX, 8. 10. 11. XXIV, 21. Iud. VI, 20. 1 Sam. XXIII, 28. Jes. XXII, 17. Iob. XXXIX, 1. 28. Ps. CXXXVII, 9. LXX. *πέτρα*. סֶלַע כָּבֵד rupes gravis i. e. ingens Jes. XXXII, 2. שֵׁן־הַסֶּלַע dens s. cacumen rupis 1 Sam. XIV, 4. נְקִיק סֶלַע fissura rupis Jes. VII, 19. חַגְוֵי סֶלַע latibula rupis Ob. 3. Passim de arce in rupe sita, in qua quis tutus est ab hostibus Jes. XXXI, 9. XXXIII, 16, inde metaph. de Deo Ps. XVIII, 3: יְהוָה סַלְעִי. XXXI, 4. XL, 3. XLII, 10.

2) c. art. הַסֶּלַע Iud. I, 36. 2 Reg. XIV, 7, poet. sine eo Jes. XVI, 1 (fort. XLII, 11) n. pr. urbis primariae Idumaeorum, quae mare mortuum inter et sinum Aelaniten in valle altissimis rupibus cinctâ sita erat, cuiusque domicilia ex parte in rupem incisa erant; gr. *Πέτρα*, apud scriptt. ecclesiasticos etiam *αἱ Πέτραι*, medio aevo *vallis Mosis*, unde hodie وادى موسى *Wady Musa*. Trajano imperante ea regio Romanis subiecta est (Dio Cass. 68, 14), et Hadrianus urbi a se restitutae nomen suum imposuisse videtur, unde in numis appellatur: *Ἀδριανὴ Πέτρα μητρόπολις* (Eckhel doctr. numm. II p. 503). Vid. Strabo XVI, p. 776. 779. Diod. 19, 95. Plin. 6, 32. Ptolem. 5, 17. Jos. Ant. 4, 4 §. 7 cf. Relandi Palaest. p. 926—951. Salmas. ad Solin. Comment. nostr. ad Jes. XVI, 1. Splendidissima huius urbis rudera, eaque Graecorum Romanorumque artem redolentia, inscriptionibus etiam graecis et romanis, licet paucis, ornata (v. de Laborde tab. 46. 47. 51), in quibus magnifica sepulcra magna arte in rupem incisa, plura templa, theatrum et arcus triumphalis, nostra demum memoria innotuerunt, postquam compluribus viris doctis eas regiones adire contigit, primum BURCKHARDTO anno 1812 (v. itin. Syriae p. 703 sqq. 1068 ed. germ.), dein Bankesio cum Irby et Mangles anno 1817 (quorum liber impressus quidem et nonnullis dono datus, sed non venditus est; succincta itineris descriptio annexa est huic libro: Will. Macmichaël Journey from Moscov to Constantinople in the years 1817. 1818. London 1819, 4.), denique LEONI DE LABORDE anno 1829, qui in opere nitidissimo: Voyage de l'Arabie Pétrée, Paris 1830 fol. max., eximiam singulorum aedificiorum veterum delineationem dedit (tab. 34—59), adiecta quoque totius areae ichnographia (tab. 60).

סַלְעָם quadril. Chald. *deglutivit*, *absorpsit*, in Targg. pro בָּלַע, ubi metaphorice ponitur. Inde

סָלְעָם m. *locustae* species alata et esculenta, dicta a vorando Lev. XI, 22. LXX. *ἀττάκης*, Compl. *ἀττακός*, Vulg. *attacus*, fortasse i. q. *ἀττέλαβος*, ab *ἄττω* i. q. *ᾄττω*, *ᾄσσω*, *ἀΐσσω* subsilio.

סָלַף in Kal inusit. De primaria vi ambigitur. Recentiores nonnulli (Alb. Schult. ad Prov. pag. 203. Arnoldi zur Exeg. und Kritik d. A. T. I, 150 nuper Fäsi in Jahn neue philol. Jahrbb. IV, p. 168 cf. Lex. man. p. 1072) originem ponunt in *lubricitate* et *elabendo* (coll. arab. سلف oblevit, unxit utrem, it. praeteriit, praeterlapsus est, germ. *schlüpfen*, angl. to *slip*, et vicc. חָלַף i. q. עָבַר, gr. *ἀλείφω*), unde in Pi. *lubricam fecit* viam (Prov. XIX, 3), dein *labi fecit*, praecipitem dedit hominem, causam forensem, *σφάλλειν δίκαν* (Exod. XXIII, 8), סֶלֶף laevor, inde fallacia, sec. Arnoldium: festinantia Prov. XV, 4 (coll. arab. سلف praeteriit, praevertit aliquem). Sed nihil horum firmatur traditione exegetica sive veterum interpretum sive Rabbinorum, qui vel *pervertendi*, *evertendi* vim huic verbo tribuunt i. q. עָוָה, הָפַךְ (Kimchi: לְשׁוֹן עַוּוּת Gr. Venet. magna constantia: *σκολιόω*, *σκολιώτης*. Vulg. passim subvertere) vel neglecto etymo sententiam exprimunt (v. infra): et eadem illa potestate etiam Chaldaei eo verbo utuntur, licet non crebro, ut אִסְתַּלִּיף *distortum fuit* (os) Esth. VI, 10 Targ. sec., סְלִיף perversus (labiis) Prov. X, 10 Targ. Tutius igitur existimo, in hac verbi potestate subsistere. Copiose de hac rad. egit Mich. in suppl. p. 1770, qui Schultensii coniecturam et ipse deserit, sed in singulis locis alia omnia tentat.

Pi. סִלֵּף 1) *pervertit*, ut verba alic. (cf. הָפַךְ Jer. XXIII, 36 cf. הֶעֱוָה יָשָׁר Iob. XXXIII, 27). Exod. XXIII, 8: *munus* (iudici datum) *occaecat videntes* וִיסַלֵּף דִּבְרֵי צַדִּיקִים *et pervertit verba* (vel causas) *iustorum.* Pesch. ܡܣܲܚܦ. Saad. تزيّف pervertit. Targ. h. l. ut ubique מְקַלְקֵל i. e. deiicit. LXX. λυμαίνεται. Vulg. *subvertit.* Deut. XVI, 19. Cum דְּבָרִים coniungitur etiam Prov. XXII, 12: *oculi Jovae custodiunt intelligentiam* וַיְסַלֵּף דִּבְרֵי בֹגֵד *sed pervertit* Jova *verba perfidi.* 2) *evertit, subvertit* a) viam (cf. עִוָּה נָתִיב Thren. III, 9). Prov. XIX, 3: אִוֶּלֶת אָדָם תְּסַלֵּף דַּרְכּוֹ *stultitia hominis subvertit viam eius*, sequitur: *et contra Deum saevit cor eius.* b) hominem i. e. *deiecit, praecipitem dedit, perdidit* eum (cf. הָפַךְ Prov. XII, 7). Iob. XII, 19: *captivos egit sacerdotes* וְאֵיתָנִים יְסַלֵּף *et optimates deiicit.* LXX. κατέστρεψε. Vulg. *supplantat.* Prov. XXI, 12: מְסַלֵּף רְשָׁעִים לָרָע *deiicit* (Jova, cf. XXII, 12) *improbos in calamitatem.* Multum vexatus est locus XIII, 6: צְדָקָה תִּצֹּר תָּם־דָּרֶךְ וְרִשְׁעָה תְּסַלֵּף חַטָּאת, ita explicandus: *iustitia tuetur integritatem* i. e. integros, *sed improbitas deiicit peccatum* i. e. peccatores, אנשי חטאת, ut recte Aben Esra. Vulg. iustitia custodit innocentis viam, impietas autem *peccatorem supplantat.* LXX contra (Alex. Ald. Compl., nam in plerisque hoc comma deest) in altero hemistichio רִשְׁעָה obiectum faciunt: τοὺς δὲ ἀσεβεῖς φαύλους ποιεῖ (perdit) ἁμαρτία.

סֶלֶף m. *perversitas*, inde *pravitas* (cf. verba עָוָה, הָבַל, פָּתַל eodem modo translata). Prov. XI, 3: תֻּמַּת יְשָׁרִים תַּנְחֵם וְסֶלֶף בּוֹגְדִים יְשָׁדֵּם *integritas iustorum ducit eos* secure, feliciter, *et pravitas perfidorum perdit eos.* Arnoldius *fallaciam* interpretatur, a lubricitate. XV, 4: *lingua placida* est *arbor vitae* וְסֶלֶף בָּהּ שֶׁבֶר בְּרוּחַ sed *pravitas in ea* lingua prava est sicut *ruina tempestate* orta. Linguae placidae et pacificae piorum opponitur sermo pravus i. e. mendax, convicia et calumnias iactans impiorum. Arnoldius h. l. *festinationem* intelligit, v. ad rad.

סלק et סְלֵק chald. *ascendit.* Dan. VII, 3. 8. 20. Plur. סְלִקוּ Dan. II, 29. Esr. IV, 12. De fut. יִסַּק v. ad rad. נְסַק. (In Targg. saepissime pro hebr. עָלָה. Pa. sustulit. Ithpa. discessit. Syr. ܣܠܶܩ, sam. ࠎࠋࠒ id.).

סלת verbum inusit. Arab. سلت detersit, decorticavit, excoriavit, abrasit, unde سُلْتٌ hordeum, al. hordei species corticis expers, a decorticando. Talmud. סִלֵּת secavit ligni frustula (Spänchen schneiden), סִלְתִּין ligni frustula, chald. סוֹלֶת, סִילְתָּא simila, farina purissima, a decorticando dicta. Inde

סֹלֶת c. suff. סָלְתָּהּ Lev. II, 2 m. (Exod. XXIX, 40), sed saepius fem. Lev. II, 5. VII, 12. Num. VII, 13. 19. 25. 31. 37. 43. 49 al. *farina purissima* (LXX. σεμίδαλις) Lev. II, 1 sqq. V, 11. VI, 13. XIV, 10. 21. XXIII, 13. 17. Num. l. c. it. VIII, 8. XV, 4. 6. 9. XXVIII, 9 sqq. 1 Reg. V, 2. 2 Reg. VII, 1. 16. 18. 1 Par. IX, 29. XXIII, 29. Ez. XVI, 13. 19. XLVI, 14. סֹלֶת חִטִּים farina triticea Ex. XXIX, 2. Per apposit. קֶמַח סֹלֶת Gen. XVIII, 6. Kimchius: היא הקמח שהיא טחון טחינה גסה *haec est farina crasse molita*, addito loco Mischnae: נָפָה שהיא מוציאה את הקמח וקולטת את הסולת *cribrum quod emittit farinam et retinet Soleth.* Intelligere videtur polenta s. τὰ ἄλφιτα, sed fac Talmudicos ita usos fuisse hac voce, ad V. T. usum id non aptum est, et pro farina subtilissima facit Vajikra rabba s. 20: קמח דקמחיה סלת *farina farinae* est *simila.*

סַמְגַּר נְבוֹ n. pr. praefecti militum apud Chaldaeos Jer. XXXIX, 3. De *Nebu*, quod *Mercurium* significat (p. 841) satis constat, multo minus de סַמְגַּר. Bohlenius (symbb. p. 26) conferebat pers. شمشير gladius, in curis mss. scribit: ,,nihil habeo, quod satisfaciat, nisi forte a sanscr. *sangara* bellum, fingi potest *sângara* bellator, miles.''

סְמָדַר quadril. in Pausa סְמָדָר (al. סְמָדַר) m. *flos vitis*, οἰνάνθη. Cant. VII, 13: אִם פָּרְחָה הַגֶּפֶן פִּתַּח הַסְּמָדַר *an germinet vitis et aperiat se flos eius.* II, 13: הַגְּפָנִים סְמָדַר *vites* sunt *flores* i. e. florent, nostr. in der Blüthe, et Comm. 15: כְּרָמֵינוּ סְמָדַר *vineae nostrae florent* (cf. Exod. IX, 31: הַפִּשְׁתָּה גִּבְעֹל *linum est in folliculo*). E vett. intpp. Symm. reddit οἰνάνθην, LXX. κυπρίζω, κυπρισμός. Pesch. retinet ܣܡܳܕܪܳܐ, quod etiam Jes. XVII, 11 habetur, idque Syrorum glossographi *florem vitis* interpretantur (v. Anecdd. Orient. II, p. 54), addit Bar Bahlul ܣܡܳܕܪܶܐ flores vitis. Praeterea ea vox exstat in Targg. Jes. XVIII, 5, ubi ponitur pro נִצָּה *flos* (vitis), in Talmude (v. infra) et in cod. Nasoraeo, ubi dicitur etiam de aliis floribus, velut cannabis, Norberg. Lexid. p. 159. Atque haec, quae laudavimus, cuncta pro *flore vitis* faciunt. Sed Judaeorum magistri etiam *uvam primam* et *teneram* ita dici volunt, et sic hac voce uti videntur in Mischna. Abulwalides: סמדר فقاح الكرم وترجوم בוסר
גומל [יהיה נצה] ובוסרא מניה סְמָדַר فمعنى סמדר ونצה
واحد وهو مذهب صاحب الترجوم وهو اول حمل بمنزلة
الطلع والدليل على ذلك وعلى انه المتصوّر ثمرا قول المشنه
في מסכת ערלה ר׳ יוסי אומר הסמדר אסור מפני שהוא פרי
ورايت لجاون في تفسير قول المشنه המפסיד כרמו של
חברו סמדר ראין אותו כמה הוא יפה קודם לכן וכמה
הוא יפה לאחר מכן قال المفسر כגון שהפסיד פירות גפנים
ועודן סמדר והיא קידם לבוסר שתחלת הוצאת הגפן פירות
מוציא סמדר וסמדר כיון שגדל עשרים יום נעשה בוסר
واذا (وعذا) من اقوا الادلا على ان סמדר هو فقاح كرم
وكذلك تسمى العرب نور الكرم فقاحا قالوا وله راجة
رباجة (اريجة؟) كما قال العبرانيون והגפנים סמדר נתנו ריח

ס' *est flos vitis et Targum Jes. XVIII, 5 eo utitur pro* סְמָדַר, נִצָּה *enim et* נִצָּה *idem valent, atque haec est sententia Targumistae. Praeterea significat primum incrementum fructus* (den ersten Ansatz zur Frucht), *quod in dactylis est* طلع. *Probatur autem et hoc et id quod ponitur de fructu iam formato verbis Mischnae tract. Orla* [cap. 1 §. 7]: Rabbi Jose dicit, סמדר vetitum esse, quia fructus sit *); *et inspexi* Saadiam *Gaon in interpretatione verborum Mischnicorum:* si quis laedit vineam socii sui in סמדר, videntes quam pulchra fuerit antea, et quam pulchra sit postea cet., *ubi interpres dicit: idem est ac si diceret: laedit fructus vineae, quae adhuc* סמדר *sunt, idque anterius est omphaci. Nam si vitis fructus proferre vult, primum profert* סמדר, *quod si crevit viginti dies, oritur omphax. Idque firmissimum argumentum est,* סמדר *esse i. q.* فقاح الكرم: *et ita Arabes appellant florem vitis, eique suavem odorem tribuunt, quemadmodum Cant. II, 13.* Kimchi: סמדר הוא הענבים הדקים לאחר שפרחו מיד שנכרים הענבים אבל אינם גמורים עדין וכשהם גמורים שהם כפול הלבן קודם בישולם יקראו בוסר לאחר בישולם יקראו ענבים i. e. ס' *sunt uvae tenerae nuper ortae ex quo comparent baccae, sed nondum completae: ubi creverunt ad fabae albae magnitudinem, sed priusquam maturuerunt, appellantur omphax: postquam maturuerunt, uvae.* Baal Aruch: סמדר בין לולב לבוסר. Idem subindicat Vulg. VII, 13: *si flores fructus parturiunt,* Gr. Venet. adeo ὄμφακα reddit (quod respondet hebr. בֹּסֶר), e recentioribus consentiente Leonh. Hugio (apol. Cant. p. 5), qui vulpes non floribus sed uvulis insidiari observat. Sed obstant duo loci II, 13. VII, 13, quanquam concedi potest, Talmudistas hac voce significatu paullo ampliore usos esse. De origine quadrilitteri Hugius l. c. ita statuit: ut conflatum esse existimet ex سمد tursit et دُورٌ, דּוּר circulus, inde globulus turgens: alii aliter: equidem conflatum putem ex סַם odor suavis, et הדר هدر erupit flos (palmae). Ceterum miram profecto de hoc vc. coniecturam in medium protulit vir doctus anon. in Ephem. Jen. 1830, IV p. 333, qui סמדר *vitis nobilis* speciem esse affirmat ita dictam a سمندر, oppido Chazariae (i. e. ditionis *Astrachan*), quod ad mare Caspium haud procul a Wolgae ostio situm memorat Ibn Alvardi (v. Frähn ad Ibn Foszlan p. 65). Atqui hoc oppidum a Judaeis et Christianis habitatum ante annum *post* Christum 969, quo a Russis expugnatum est, non memoratur, et non aliunde quam a St. Andreae, illius regionis apostoli, monasterio nomen habere videtur (سمندر pro سنندر), ut vel hodiernum nomen *San Andrewa* arguit, cf. Serviae urbem سمندرية s. Sendrovia a Slav. Sandrew i. e. St. Andreas.

סָמַךְ fut. יִסְמֹךְ 1) *imposuit* aliquid alicui, ita ut ei *inniteretur* et incumberet (aufstützen auf etwas). (Chald. סְמַךְ id. innixus est, fulsit. סְמִיךְ firmus. Ithp. confisus est rei, סְמִיכָה rabb. χειροθεσία s. promotio in Rabbinum, quae manuum impositione fiebat, סַמְכָא basis columnae, stylobates. Syr. id., etiam de accubitu ad coenam. Aeth. ሰመከ: incubuit, nixus, innixus est rei, fulsit, et ita in multis derivatis, v. Lud. p. 150. Cogn. est תָּמַךְ) Max. סָמַךְ יָדוֹ עַל manum imposuit rei eique innixus est, velut capiti hostiae mactandae Ex. XXIX, 10. 15. 19. Lev. I, 4. III, 2. 8. 14. IV, 4. 24. 29. 33, hominis lapidandi Lev. XXIV, 14, hominis ad spiritum divinum cum eo communicandum Num. XXVII, 18. Deut. XXXIV, 9, sed Am. V, 19 de fugiente, qui domus suae parietem assecutus est et manu prehendit: וְסָמַךְ יָדוֹ עַל הַקִּיר. Intr. *incubuit rei.* Ps. LXXXVIII, 8: עָלַי סָמְכָה חֲמָתֶךָ *mihi incumbit ira tua.*

2) *fulsit, sustentavit,* inde *adiuvit* aliquem. Sq. acc. Ps. XXXVII, 24: כִּי יְיָ סוֹמֵךְ יָדוֹ *nam Jova fulcit manum eius,* et sine יָד ibid. 17: סוֹמֵךְ צַדִּיקִים יְיָ *et iustos sustentat Jova.* LIV, 6. CXIX, 116. Jes. LIX, 16. LXIII, 5. Ez. XXX, 6: סֹמְכֵי מִצְרַיִם *qui Aegyptum adiuvant,* socii, auxilia Aegypti. (Cf. chald. סוּמְכָן auxilia, praesidia, Hülfstruppen). Sq. לְ Ps. CXLV, 14. Part. pass. סָמוּךְ suffultus, h. e. *immotus, firmus* Ps. CXII, 8. Jes. XXVI, 3. Sq. dupl. acc. *sustentavit aliquem aliqua re,* i. e. *largitus est* ei. Gen. XXVII, 37: דָּגָן וְתִירֹשׁ סְמַכְתִּיו *frumentum et mustum ei largitus sum.* Ps. LI, 14: רוּחַ נְדִיבָה תִסְמְכֵנִי *et animum promtum largire mihi.* — 3) *appropinquavit,* sq. אֶל Ezech. XXIV, 2. (Syr. id. v. c. de morbo BH. 84, de malis Act. mart. II, 101. Propinqui autem significatio ab innitendo, pertingendo ducta est, cf. rabb. סמך cohaesit, coniunctus, propinquus fuit, סמיך propinquus).

Niph. innixus est, sq. עַל, ut domus columnis Iud. XVI, 29, homo baculo Jes. XXXVI, 6. 2 Reg. XVIII, 21. Metaph. i. q. *confisus est,* ut verbis alic. 2 Par. XXXII, 8, Deo Ps. LXXI, 6. Jes. XLVIII, 2.

Pi. fulsit i. e. *recreavit* aliquem cibo, sq. בְּ Cant. II, 5. Inde

סְמַכְיָהוּ (quem Jehova sustentavit) n. pr. viri 1 Par. XXVI, 7.

יִסְמַכְיָהוּ (quem Jova sustentat) n. pr. viri 2 Par. XXXI, 13.

סָמַל rad. inusit. de cuius significatione non constat. Inde

---

*) Verba integra sunt: העלים והלולבים ומי הגפנים מותרים ב רלה .... רבי יוסי אומר הסמדר אסור מפני שהוא פרי *folia, rami, aquae* (succus) *vitium et uvae primae licitae sunt propter praeputium cet. .... R. Jose dicit: uvae primae illicitae sunt, quia sunt fructus.* Secundus Mischnae locus est Gittin 3, §. 8: *tribus temporibus inquirebant de vino, cum vento orientali, exeunte festo tabernaculorum* ובהוצית סמדר *et exeunte flore vitis.* Tertius, in quem commentatus est Saadias, ubi legatur in Mischna, indicare non possum.

סֶמֶל Ez. VIII, 3. 5, **סֵמֶל** 2 Par. XXXIII, 7. 15, in Pausa סָמֶל Deut. IV, 16 *imago*, *simulacrum*, *idolum*. פֶּסֶל הַסֶּמֶל sculptile idoli 2 Par. XXXIII, 7. Ex radd. Hebraeis cf. vel מָשַׁל no. II. assimilavit, similis fuit, vel צֶלֶם imago; ex indogerm. vide an eiusdem originis sit *similis* (ὁμαλός).

סמם rad. inusit. Arab. شَمَّ olfecit, II. IV. V. VIII. id. شُمُومٌ res odorata, مَشَامّ pl. odoramenta, مَشْمُومٌ muscus. Unde

סַמִּים pl. m. *aromata*. Ex. XXX, 34. קְטֹרֶת סַמִּים suffimentum aromatum, i. e. odoratum XXV, 6. XXX, 7. XXXV, 8. 15. 28. XXXVII, 29. XXXIX, 38. XL, 27. Lev. IV, 7. XVI, 12. Num. IV, 16. 2 Par. II, 3. XIII, 11. (Syr. ܣܡܐ aroma, venenum, φάρμακον).

סמן in Kal inusit. (vic. rad. זָמַן) *designavit*, *definivit*, talmud. סַמֵּן, unde סִימָן signum, quod minime est a gr. σημαίνω, sed congruit cum זְמַן.

Niph. נִסְמָן *designatum, locus designatus.* Jes. XXVIII, 25: וּשְׂעֹרָה נִסְמָן *et hordeum* (plantat) *in loco designato* h. e. in agro circumscripto. Targ. עַל סִימָנִין in loca designata. Saad. علامات. Kimchi: לְסִימָן וּלְגְבוּל לִחְטָה. Cf. Comment. nostr. ad h. l. Quod alii interpretantur *hordeum pingue*, a rad. سمن שָׁמַן pinguis fuit, id et syntaxeos legibus repugnat et orationi contextae, cf. Comment. nostrum. Plane coniecturale, quod LXX. Theod. Aqu. Vulg. exhibent, *milium*.

סָמַר *horruit*, φρίσσειν a) de coma (v. Pi. et סָמָר), inde de homine terrore correpto Ps. CXIX, 120: סָמַר בְּשָׂרִי *horret caro mea*. Symm. ὀρθοτριχεῖ. b) de aculeis horrentibus, inde מַסְמֵר aculeus, *clavus*, et سمر chald. סַמַּר clavis affixit.

Pi. id. *horruit* coma. Iob. IV, 15: תְּסַמֵּר שַׂעֲרַת בְּשָׂרִי *horret coma carnis meae*. Hinc

סָמָר m. *horripilans*, *horridus*, ὀρθόθριξ, Jer. LI, 27 epitheton attelabi (יֶלֶק), de quo vide p. 597.

מַסְמֵר, tantum pl. מַסְמְרִים Jes. XLI, 7, מַסְמְרוֹת Jer. X, 4. et per שׂ מַשְׂמְרוֹת Eccl. XII, 11, מַסְמְרִים 1 Par. XXII, 3, מַסְמְרוֹת 2 Par. III, 9 *clavi*. (Arab. مِسْمَار clavus). Metaph. Eccl. l. c. *verba sapientum* sunt *instar aculeorum et instar clavorum infixorum* cet. i. e. alte descendunt in pectora hominum. Cf. Cod. Nasor. II, 246 lin. 17.

סנא rad. inusit. fortasse i. q. סָנָה spinosus, hirsutus fuit (unde סְנֶה rubus) cogn. ܣܢܐ, שָׂנֵא odit.

סְנָאָה (fort. spinosa) n. pr. oppidi Judae Esr. II, 35. Neh. VII, 38, addito art. Neh. III, 3.

סְנוּאָה addito art. הַסְּנוּאָה (exosa) n. pr., ut videtur, mulieris Neh. XI, 9.

סַנְבַלַּט n. pr. viri Horonitae (ex Horonaim, Moabitarum oppido, oriundi) qui una cum aliis Judaeorum hostibus imperante Artaxerxe Longimano Nehemiae insidias struxit et impedire conatus est, quominus Hierosolyma munirentur Neh. II, 10. IV, 1. VI, 1 sqq., dein filiam suam *Jojadae* summi sacerdotis filio in matrimonium dedit ibid. XIII, 28. Non potest non alius ab eo fuisse Sanaballetes, Samariae satrapa, qui Alexandri M. tempore filiam suam Nicaso Manassi, *Jaddi* sacerdotis Hierosolymitani fratri, uxorem dedit, et una cum genero templum Garizitanum condidisse fertur (Jos. Arch. 11, 7, 2. 8, 1 sqq.). Attamen suspicio est, duas narrationes tam similes, de connubio filiae Sanballati Horonitae cum *Jojadae* summi sacerdotis filio et filiae Sanballetis satrapae cum Jaddi sacerdotis fratre, fortasse unam eandemque esse, nescio quo Josephi errore confusam (vide Petav. doctr. temporum 12, 25 et alios quos laudat Haverc. ad Jos. l. c.). LXX. Σαναβαλλάτ, Joseph. Σαναβαλλέτης, Vulg. *Sanaballat.* — Et peregrinus nominis habitus et aetas, quo usurpari coepit, de origine Persica cogitare iubent, de qua Bohlenius (observatt. mss.): „e recentiore Persismo explicari possit سنابلاد ab exercitu laudatus, e lingua Sanscrita: *senâbalat* robur dans exercitui, vel forma paullulum mutata *senâwallabha* inspector exercitus." Cf. סַנְחֵרִיב.

סנה rad. inusit. probab. spinosus, hirsutus fuit (cogn. סְנָא, fort. שָׁנַן acutus fuit). Inde

סְנֶה m. 1) *sentis*, *rubus* Exod. III, 2 sqq. Deut. XXXIII, 16: שֹׁכְנִי סְנֶה *qui habitabat in rubo*, Jova (cf. Exod. l. c.). LXX. βάτος, quod in Pesch. eodem vc. ܣܢܝܐ redditur. Saad. in Deut. retinuit سنا (سَنَا, سَنًا), quod spec. fruticem sennae significat. Chald. et Talmud. סַנְיָא id.

2) n. pr. rupis (rupes rubi, Dornenfels) e regione Michmasi, in Pausa סֶנֶּה (ut שֶׁכֶם, in pausa שָׁכֶם) 1 Sam. XIV, 4.

סַנְוֵר quadril. chald. *excaecavit* Num. XVI, 14. Origo eius ambigua. In posteriore eius parte latere putaverim עִוֵּר excaecavit, de priore nihil definio. Io. Simonis in ea agnoscit arab. سنا splenduit: Chr. B. Michaëlis סַנְוֵר conflatum existimat ex نور luxit, prae-

posito sibilo (cf. Lgb. p. 862), significatione privativa. Inde

סַנְוֵרִים m. pl. *caecitas* Gen. XIX, 11. 2 Reg. VI, 18. LXX. ἀορασία.

סַנְחֵרִיב m. 2 Reg. XVIII, 13. XIX, 16. 36. Jes. XXXVI, 1. XXXVII, 21. 37, gr. Σενναχηρίμ, Σενναχηρείμ LXX. Tob. I, 18. Sir. XLVIII, 20, Σεναχήριβος Beros. ap. Joseph. Ant. 10, 1 §. 4, Σαναχάριβος Herod. 2, 141 rex Assyriae, qui quarto et decimo Ezechiae regis anno (714 a. Chr.) in expeditione contra Aegyptios suscepta Judaeam quoque, quae tributa debita recusaverat, invasit, sed, postquam exercitus eius strage divinitus immissa interfectus et ipse de Aethiopum adventu certior factus esset, in patriam rediit, ubi postea (anno 696) a duobus filiis in templo Nisrochi interfectus est. His, quae in V. T. de eo narrantur, et confirmandis et illustrandis atque supplendis adhibendi sunt Herodotus et Berosus ll. cc., prae ceteris autem Berosus et Abydenus ap. Eusebium, Chron. armen. ed. Aucher. T. I. p. 42. 43 cf. quae disputavimus ad Jes. XXXVI, 1. XXXVII, 37. Apud Herodotum l. c. βασιλεὺς Ἀραβίων τε καὶ Ἀσσυρίων appellatur, quibus in verbis Arabum nomen ampliore significatu ad Syros in Mesopotamia pertinere videtur. Ceterum Josephus in codice suo verba τε καὶ Ἀσσυρίων non invenisse videtur, siquidem dicit: πλανᾶται γὰρ κἂν τούτῳ Ἡρόδοτος, οὐκ Ἀσσυρίων λέγων τὸν βασιλέα ἀλλ' Ἀράβων. — De etymo Bohlenius (observatt. mss.) repudiata priore sua opinione (symb. 26) egregiam coniecturam in medium protulit. Sanscritice enim hoc nomen *senâgrib* scribendum censet i. e. *exercituum victor*, quod respondet neopersico سنی کریب. Cf. סַנְבַלַּט.

סָנַן rad. inusit. Syr. et chald. *scopis verrit*, quanquam hoc secundarium est (v. rad. סָלַל no. 2), ductum a virgulis palmarum, unde scopas conficiebant, unde gr. κάλλυντρα appellantur cf. Hor. Sat. 2, 4, 83. Martial. 14, 62.

סַנָּה fort. ramus palmae i. q. סַנְסִנָּה. Vide קִרְיַת־סַנָּה.

סַנְסַנָּה (ramus palmae) n. pr. oppidi in australibus Judae Jos. XV, 31.

סַנְסִנִּים m. pl. *rami palmae* penduli, i. q. זַלְזַלִּים, תַּלְתַּלִּים Cant. VII, 9. Cf. סָלַל no. 2. Symm. βαΐον. Aqu. ἐλάται. Gr. Venet. πτόρθοι.

סְנַפִּיר quadril. *pinna* piscium. Lev. XI, 9. Deut. XIV, 9. Abulw. כנפיר וקשקשת اجنحة وفلوس وقالت الاوايل אילו הן קשקשין הקבועין סנפירין הפורה בהן .وتقول العرب لاجنحة السمك الزعانف Atque hoc ipsum زعنفة vc. hebraeo cognatum esse videtur, quod fortasse conflatum est ex زنقل properavit, et نفر fugit, festinavit Pi. propulit.

סָס tinea, v. rad. סוּס.

סִסְמַי n. pr. viri 1 Par. II, 20.

סָעַד fut. יִסְעַד *fulsit, suffulsit.* (Chald. et Arab. سعد pr. id., unde ساعد brachium: dein sustentavit, adiuvit). Sq. acc. Ps. XVIII, 36: וִימִינְךָ תִסְעָדֵנִי *et dextra tua fulcit me.* Jes. IX, 6: *ad stabiliendum* (solium) *et fulciendum.* Prov. XX, 28. Inde *sustentavit, adiuvit.* Ps. XX, 3: וּמִצִּיּוֹן יִסְעָדֶךָּ. XLI, 4. XCIV, 18. CXIX, 117. Spec. סָעַד לֵב *fulsit cor* i. e. refecit animum sumto cibo (v. לֵב no. 1, a). Gen. XVIII, 5: סַעֲדוּ לִבְּכֶם *reficite s. recreate vos* cibo. Ps. CIV, 15: לֶחֶם לְבַב אֱנוֹשׁ יִסְעָד. Cum dupl. acc. (ut verba implendi, satiandi) Iud. XIX, 5: סְעַד לִבְּךָ פַּת לֶחֶם *recrea te frustulo panis.* Etiam omisso acc. ib. Comm. 8. 1 Reg. XIII, 7: וּסְעָדָה *et recrea te.* (Chald. c. acc. cibi, comedit. Ps. XIV, 4: סְעַדוּ לַחְמָא. XXII, 30: סְעוּדוּ וּסְגוּדוּ *comedite et adorate*, inde סְעוּדָא cibus, convivium. Eandem metaphoram habes sub vcc. מִטֶּה, רָפַד, מַשְׁעֵנָה Jes. III, 1, arab. قوام fulcrum et victus, cibus. Adde Hor. Sat. 2, 3, 154: ni cibus atque ingens accedit stomacho fultura menti. Lucret. 4, 866: propterea capitur cibus, ut suffulciat artus).

סְעַד chald. Pa. *adiuvit*, sq. לְ Esr. V, 2.

מִסְעָד m. *fulcrum s. lorica* scalae. 1 Reg. X, 12. In loco parallelo 2 Par. IX, 11: מְסִלּוֹת. Jarchi *pavimentum* intelligit, Kimchi *columnas.*

סָעָה ἅπ. λεγόμ. Ps. LV, 9: רוּחַ סֹעָה *ventus currens* i. e. rapidus. ,,Arab. سعى a lexicographis exponitur *incedere, proficisci* et جرى *currere;* quomodo a נסע non multum discedit. Inde expono: *ventus currens.* Venti saepe currere dicuntur ab Arabibus. Ita in Alcor. Sur. 38, 35. Et in illo Poëtae: *non semper votis damnatur homo, nam* تجرى الرياح بما لا تشتهى السفن *currunt venti aliter quam volant* [volunt] *naves.* Sic in Beidavi ad Sur. 51: ريح هبت وجرت *venti flantes et currentes.* Praesertim de ventis procellosis, Sur. 21, 81: *Salomoni subegimus* الريح عاصفة تجرى بامره *ventos procellosos, qui ad nutum eius currunt.* Non recurro ad شعى quod dispergere notat, quia سعى et litteris et significatione propius ad נסע accedit." Schult. in Opp. min. p. 187.

סָעַף *divisit.* Cf. arab. شعب (ף et ב litteris permutatis) dissecuit, separavit, dispersit.

Pi. סֵעֵף (denom. a סְעִיף no. 2) *ramos amputavit* Jes. X, 33.

סֵעֵף adj. verbale (formae קָטֵל) *divisus*, i. e. *divisi animi* homo, qui certa fide et de rebus divinis persuasione

carens huc illuc agitatur, *dubitator*, σκεπτικός. Pl. סֵעֲפִים Ps. CXIX, 113, Luth. *Flattergeister*. (Cf. aethiop. ፈለቀ: divisit, ፍለቀ: haesitavit, dubitavit, dubiae fidei fuit, ፈላቂ: incredulus, infidelis, arab. نفق III. modo hoc modo aliud professus est, منافق hypocrita (potius: dubitator). Syr. ܦܠܓ divisit Pa. dubitavit, haesitavit, ܦܘܠܓܐ haesitatio, ambiguitas. Opp. אָמוּן firmus, firmae fidei homo).

סְעַפָּה f. i. q. סָעִיף tantum in pl. סְעַפּוֹת *rami*. Ez. XXXI, 6. 8. Cf. quadril. סַרְעַפָּה.

סְעִפָּה f. pl. סְעִפִּים *partes divisae*, *opiniones divisae*. 1 Reg. XVIII, 21: עַד מָתַי אַתֶּם פֹּסְחִים עַל־שְׁתֵּי הַסְּעִפִּים Vulg. *usquequo claudicatis in duas partes*, h. e. inter Baalis et Jehovae cultum fluctuatis?

סָעִיף m. 1) *fissura*, *rima*. סְעִיף הַסֶּלַע fissura petrae Iud. XV, 8. 11, pl. סְעִפֵי הַסְּלָעִים Jes. II, 21. LVII, 5. — 2) *ramus* Jes. XVII, 6. XXVII, 10, v. סְעַפּוֹת. (Utrumque complectitur arab. شُعْبَةٌ fissura in monte, in quam se recipiunt aves, et ramus arboris).

שְׂעִפִּים m. pl. *cogitationes*, quae animum dividunt, distrahunt et quasi exagitant. Iob. XX, 2. IV, 13: *in cogitationibus de visionibus nocturnis*, quum animus somniis nocturnis conturbatus et exagitatus esset (cf. Dan. II, 1).

סַרְעַפָּה f. *ramus* i. q. סְעַפָּה inserto Resch (v. ר). Ezech. XXXI, 5. Syr. ܣܪܥܦ germinavit, propagavit Ephr. Opp. II, 406. Lex. Adl. صرّف انبط اورق it. الفعل coniugavit verbum Ethpa. ܐܣܬܪܥܦ sec. B. B. in ramos divisi. ܣܪܥܘܦܐ rami Ezech. l. c. BH. 181. B. B. ܣܪܥܘܦܐ الاغصان وانشاجون والسعف ܘܗܢܘܢ ܣܘܟܐ ܡܣܬܪܥܦܢ من سعف خطر i. e. *rami*, *rami perplexi*, *frondes*, *quod separat se a ramis*. *Sec. Librum* Honeini *frondes*, *virgae*.

סָעַר (vic. radd. שָׂעַר et שָׁעַר q. v.) 1) *vehementer commotus est*, ut mare procellis agitatum Jon. I, 11. 13, *iactatus est* rebus adversis Jes. LIV, 11, cf. Pi. 2) act. *instar procellae irruit* hostis Hab. III, 14.

Niph. agitatum i. e. conturbatum *est* cor. 2 Reg. VI, 11: וַיִּסָּעֵר לֵב מֶלֶךְ אֲרָם עַל הַדָּבָר הַזֶּה.

Pi. סֵעֵר *agitavit*, *iactavit* (populum). Zach. VII, 14: וְאֵסָעֲרֵם עַל כָּל־הַגּוֹיִם *et iactavi* et dispersi *eos in omnes populos*.

Po. intrans. *agitata*, *dispersa est* (palea ab area) Hos. XIII, 3. Hinc

סַעַר m. *procella* Am. I, 14. Jon. I, 4. 12. Jer. XXIII, 19. XXV, 32. XXX, 23. Ps. LV, 9. LXXXIII, 16.

סְעָרָה et **סְעָרָה** 2 Reg. II, 1 (in multis saltem libris) f. id. Jes. XXIX, 6. XL, 24. XLI, 16. Zach. IX, 14. Iob. XXXVIII, 1. XL, 6. Ps. CVII, 29. Plenius רוּחַ סְעָרָה (Sturmwind) Ps. CVII, 25. CXLVIII, 8. Ez. I, 4, רוּחַ סְעָרוֹת Ez. XIII, 11. 13.

סָפָא rad. inusit. Talmud. in Pe. et Aph. *cibavit*, v. c. puerum (Cholin fol. 107, 2), sq. dat. pers. ספי לי מאליה cibate me de cauda Pesach. fol. 3, 2, לא ליספו להו בידים ne cibum dent iis manibus Jevam. fol. 114, 1. Plura dabit Buxt. p. 1526. Inde

מִסְפּוֹא m. *pabulum* iumentorum. Gen. XXIV, 25. 32. XLII, 27. XLIII, 24. Iud. XIX, 19. Cod. Sam. מִספוא. Abulw. زعم اهل التفسير انه حيثما وقع قتّ ومه هو عندى الا اسم عام تدل ما تعلفه الدواب من شعير وقتّ وغيرهما مما هو علف لها ودليلنا على ذلك قوله ויפתח האחד את־שקו לתת מספוא לחמרו وقد تقدم قول يوسف لوكيله מלא את אמתחת האנשים אכל فلا محالة ان אל מספוא هنا جملة من الاكل ولم يكن يوسف ليبيع منهم قتّا بل شعيرا وهو ايضا شعير في قول גם תבן גם מספוא יש לחמורינו وفي قول ויתן תבן ומספוא לגמלים واما كونه قتّ نفي قوله ויתן מים וירחצו רגליהם ויתן מספוא לחמוריהם ..... ويجانس هذا المعنى واللفظ قول الاوايل ספו לי באליה اى أطعموني من الألية i. e. *opinantur interpretes hanc vocem ubique significare avenam. Sed de mea sententia est nihil nisi nomen commune de quovis pabulo iumentorum, sive hordeo, sive avena, sive alia re, quae pabulo inserviat. Comprobatur autem haec sententia dicto* Gen. XLII, 27: *et aperuit unus eorum saccum, ut pabulum daret asino suo. Praecesserunt* *) *enim verba Josephi ad procuratorem: imple saccos virorum cibo s. frumento* (אכל) Gen. XLIV, 1. *Procul dubio* מספוא *hoc loco de frumento* (אכל) *dictum est, neque Josephus iis vendere poterat avenam, sed potius hordeum. Porro hordeum est locis Iud. XIX, 19 et Gen. XXIV, 32. Sed avenae significatio adhiberi potest* Gen. XLIII, 24. ..... *Cognata autem est haec vox verbo Talmudico* סְפָא *cibavit Pesach. fol.* 3, 2. Quod in hac Abulwalidis disputatione قتّ קת, quod Lexicographi explicant „plantam quandam, quae iumentis pabulo datur“, *avenam* reddidi, id auctore Kimchio

*) Fallitur Abulwalides, ubi verba Gen. XLIV, 1 praecessisse dicit verbis XLII, 27. Sed praecesserat omnino simile mandatum Josephi XLII, 25: וַיְצַו יוֹסֵף וַיְמַלְאוּ אֶת־כְּלֵיהֶם בָּר, in quo בָּר idem valet quod אֹכֶל XLIV, 1.

feci, qui Abulwalidis verba in rem suam convertens قت interpretatur שבלת שועל spica vulpis i. e. hordeum silvestre vel avena. En eius verba: בספוא הוא שם כלל למאכל הבהמות כשעורים ושבלת שועל ושאר הדברים לבד מתבן. De avena autem, *spica vulpis* dicta, quippe quae aristam habeat caudae vulpinae similem, vide Pesach. fol. 35, 1, ubi copulatur cum tritico, hordeo, spelta et secali (שיפון Roggen), ibique intpp.

סָפַד fut. יִסְפֹּד percussit (cf. quadril. סַרְפֵּד, gr. σφαδ-άζω um sich schlagen, stossen), spec. *planxit*, i. e. in luctu percussit pectora, lacertos. LXX. κόπτω, Vulg. *plango*. Creberrime de luctu propter mortuum, sq. לְ pers. Gen. XXIII, 2: לִסְפֹּד לְשָׂרָה וְלִבְכֹּתָהּ. 1 Sam. XXV, 1. XXVIII, 3. 1 Reg. XIV, 13. Jer. XVI, 6, עַל 2 Sam. XI, 26. Zach. XII, 10, לִפְנֵי 2 Sam. III, 31, et absol. Jer. IV, 8. XVI, 5. Eccl. XII, 5; etiam in publica calamitate Jes. XXXII, 12 (addit עַל). Jer. XLIX, 3. Ez. XXIV, 16. Joël I, 13. Mich. I, 8, vel in memoriam eius Zach. VII, 5. Passim ita usurpatur, ut addatur lugentium vox. 1 Reg. XIII, 30: וַיִּסְפְּדוּ עָלָיו הוֹי אָחִי *et planxerunt eum* dicentes: *vae! mi frater*. Jer. XXII, 18. XXXIV, 5. Cf. Mich. I, 8: אֶעֱשֶׂה מִסְפֵּד כַּתַּנִּים *instituam planctum instar canum ferorum*, planctus enim cum eiulatu coniunctus erat. Sed propriam tamen potestatem in percutiendo et plangendo, non in eiulando, fuisse, quum etymon suadet et veterum intpp. auctoritas, tum maxime Jes. XXXII, 12, ubi de mulieribus: עַל שָׁדַיִם סֹפְדִים *super ubera plangunt* (cf. lat. plangere pectora, ubera, lacertos) cf. Nah. II, 8: מְתֹפְפוֹת עַל לִבְבֵהֶן. In verbo enim סֹפְדִים ad mulieres referendo nulla difficultas est, quum mulierum mentio diserta ab his verbis longius absit cf. adeo Comm. 11: חִרְדוּ שַׁאֲנַנּוֹת, gramm. §. 144, not. 1.

Niph. pass. *plangi*, *lugeri* Jer. XVI, 4. XXV, 33.

מִסְפֵּד cstr. מִסְפַּד c. suff. מִסְפְּדִי m. *planctus*. LXX. κοπετός. Esth. IV, 3. Jes. XXII, 12. Jer. VI, 26. XLVIII, 38. Ezech. XXVII, 31. Joël II, 12. Am. V, 16. 17. Mich. I, 8. 11. Zach. XII, 10—12. Ps. XXX, 12. סָפַד מִסְפֵּד גָּדוֹל Gen. L, 10.

סָפָה 1) *rasit*, *abrasit*. (Vicinae radd. sunt סוּף, אָסַף, יָסַף. Arab. سفا abripuit, asportavit pulverem ventus, سافٍ ventus dispergens, sam. ℣ perdidit. Ithpa. perditus est). Jes. VII, 20: גַּם אֶת־הַזָּקָן תִּסְפֶּה *etiam barbam abradit* novacula. Inde a) *abripuit*, *abstulit* v. c. vitam. Ps. XL, 15: מְבַקְשֵׁי נַפְשִׁי לִסְפּוֹתָהּ; *sustulit* e medio. Gen. XVIII, 23: הַאַף תִּסְפֶּה צַדִּיק עִם רָשָׁע. Comm. 24. Deut. XXIX, 18. b) Intrans. *sublatus est*, *periit*. Jer. XII, 4: סָפְתָה בְהֵמוֹת וָעוֹף.

2) i. q. יָסַף *addidit*, sed nonnisi in Imp. סְפוּ Jes. XXIX, 1. Jer. VII, 21 (licet haec a יָסַף esse possint) et inf. ספות Jes. XXX, 1: לְמַעַן סְפוֹת חַטָּאת עַל חַטָּאת *ut peccatum addant peccato*. It. *addidit ad* aliquid, *auxit* aliquid (v. יָסַף no. 2). Sq. עַל Num. XXXII, 14: לִסְפּוֹת עוֹד עַל חֲרוֹן אַף יְיָ.

Niph. 1) *abreptus*, *ablatus est* Gen. XIX, 15. 17. Num. XVI, 26, *sublatus est*, *periit* Prov. XIII, 23, max. bello 1 Sam. XII, 25. XXVI, 10. XXVII, 1. 1 Par. XXI, 12. — 2) pass. Hi. *corrasus*, *congregatus est*. Jes. XIII, 15: כָּל־הַנִּמְצָא יִדָּקֵר וְכָל־הַנִּסְפֶּה יִפּוֹל בֶּחָרֶב *quicunque deprehenditur*, *is perforatur*, *et qui corraditur* i. e. compellitur (wer aufgetrieben wird, wer erhascht wird) *gladio cadit*. LXX. οἵτινες συνηγμένοι εἰσί.

Hiph. corrasit, *congregavit*, sq. עַל super aliquem. Deut. XXXII, 23: אַסְפֶּה עָלֵימוֹ רָעוֹת *congregabo* accumulabo *super eos calamitates*. LXX. συνάξω. Vulg. congregabo. Cf. Niph. no. 2. Saad. addam super eos mala.

סָפַח et **שָׂפַח** (v. Pi. et מִשְׂפָּח) 1) *fudit*, *effudit*. (Arab. سفح effudit, ut aquam, sanguinem Abulf. Ann. III, 200, lacrimas Schult. ad Prov. 223. سفّاح effusor sanguinis, tyrannus). In derivatis de effusione sanguinis (מִשְׂפָּח), de inundatione aquae (סָפִיחַ no. 1), de effluvie sementis (סָפִיחַ no. 2) et capillorum (v. שִׂפַּח, מִסְפַּחַת, סַפַּחַת).

2) *unxit*. (Cf. נָסַךְ effudit, et unxit. Syr. ܣܦܚ fudit. Aph. unxit aliquem et constituit in munere, ut episcopum, diaconum BH. 493, principem BH. 96. 265). 1 Sam. II, 36: סְפָחֵנִי נָא אֶל אַחַת הַכְּהֻנּוֹת *unge* i. e. constitue *me quaeso ad munus aliquod sacerdotale*. Targ. מַנֵּינִי constitue me.

3) *effudit* i. e. *expandit*, *protendit*, *proiecit*. (Aeth. ሰፍሐ: *safĕha* expandit, extendit, et intrans. expandit se). Vide Pu. et מִסְפַּחַת pulvillus.

4) Sq. עַל *effudit* i. e. *addidit*, *adiunxit*. Vide Niph. et Hithpa. Ita nimirum *se addendi* potestas, quae illis speciebus manifesta est (Kimchi: ענין הקבוץ ודבוק), cum certa et primaria fundendi significatione apte conciliari potest (cf. בָּלַל fudit, confudit, commiscuit), neque opus est aliam radicem סָפַח statuere, quae congruat cum סָפָה no. 2.

Niph. *adiunxit se* alicui, sq. עַל. Vide ad Kal no. 4. Jes. XIV, 1: וְנִסְפְּחוּ עַל בֵּית יַעֲקֹב *et adiungent se domui Jacobi*. Parall. נִלְוָה. LXX. προστεθήσεται. Vulg. adhaerebit. Syr. ܢܬܬܘܣܦܘܢ addentur. Targ. יִסְתַּמְּכוּן proselyti fient. Saad. يتاضفون adiungent se, hospites fient.

Pi. סִפַּח et שִׂפַּח 1) *fudit*, *infudit*. Hab. II, 15: מְסַפֵּחַ חֲמָתְךָ *qui infundis fervorem tuum* i. e. vinum tuum fervidum et inebrians. Targ. זְלַף.

2) *defluere fecit* capillos morbis et porrigine, inde *decalvavit*. Jes. III, 17: שִׂפַּח אֲדֹנָי קָדְקֹד בְּנוֹת צִיּוֹן *decalcavit Dominus verticem filiorum Zionis*. Vide ad Kal no. 1.

Pu. *profusus* i. e. proiectus, prostratus est. Iob. XXX, 7 de abiecta plebecula: תַּחַת חָרוּל יְסֻפָּחוּ *sub rhamnis profusi sunt* i. e. proiecti iacent. Cf. מִסְפַּחַת. LXX. διῃτῶντο. Targ. מִתְחַבְּרִין congregantur. Saad. ms. أوى الى تحت الحراشف *habitant sub carduis.* Mose Gekatilia: تحت الحرشف يعترضون *sub carduis transversi iacent.* Non bene Abulw. *habitant in deserto et inter carduos et spinas hisque corpora vulnerant*, coll. מִסְפַּחַת quod *vulnus* significet. Ceterum سفح effudit apud Arabes conj. III. refertur ad *scortationem*, quae verbi potestas ad hunc Iobi sermonem et ad perditorum et vilissimorum hominum vitam non inepta fuerit.

Hithp. i. q. Niph. sq. בְּ. 1 Sam. XXVI, 19: *expulerunt me* מֵהִסְתַּפֵּחַ בְּנַחֲלַת יְיָ *ne adiungerer hereditati Jovae* i. e. ne amplius particeps essem eius, in ea commorari possem. Symm. συνδυάζεσθαι. Aqu. ἅπτεσθαι. Targ. et Vulg. habitare.

סָפִיחַ m. *effusio*, inde 1) *inundatio*. Plur. Iob. XIV, 19. — 2) frumentum, quod ex superioris anni messi *effusum* est s. *excidit* et sine nova semente sponte provenit (das Ausgefallene). Lev. XXV, 5. 11 (ubi cod. Sam. in pl. ספיחי, ספיחיה). 2 Reg. XIX, 29. Jes. XXXVII, 30. LXX. τὰ αὐτόματα. Pesch. ܥܙܠܐ, ܥܙܠܐ, quod vc. est ea in re proprium. Cf. שָׁחִיס.

סַפַּחַת f. *porrigo*, dicta ab effluvie capillorum Lev. XIII, 2. XIV, 56. Cf. Pi. no. 2, et **מִסְפַּחַת** f. id. Lev. XIII, 6—8. Sed

מִסְפָּחוֹת pl. f. sunt *pulvilli*, *culcitrae* ab expandendo et sternendo dictae. Vide rad. no. 4 et Pu. Ez. XIII, 18. 21. Symm. ὑπαυχένια. Vulg. cervicalia. Cf. aeth. ሰፍሐ: lectum stravit Act. IX, 34 pro στρωννύω. LXX. et Syr. pallia, non bene.

מִשְׂפָּח m. *effusio* sanguinis Jes. V, 7. LXX. ἀνομία. Vulg. *iniquitas*, quae nimis generalia sunt.

סָפַל rad. inusit. fort. i. q. שָׁפֵל سفل *humilis*, *depressus fuit*, unde

סֵפֶל m. *patera, phiala* Iud. V, 25. VI, 38, quippe quae *humilis* sit (cf. navis humilior, flaches Schiff Caes. b. g. 5, 1), nec profunda, aliis dimin. a סַף, addito ל, aliis denique a ספל i. q. سفن rasit, tersit. In Talmude frequentatur de pateris, quae tum balneis tum rei sacrae adhibebantur, ex metallo factis, v. Boch. Hieroz. I, 625. 626 Lips. et sic Targ. Jon. Num. XV, 7. R. Juda b. Karisch السفل etiam apud Arabes de labro (قصرية) dici affirmat, eiusque haud nulla auctoritas est, licet taceant lexica. Nonnulli lat. *simpulum* inde ortum esse volunt. LXX. λεκάνη. Vulg. phiala.

סָפַן fut. יִסְפֹּן, semel שְׂפֻן (Deut. XXXIII, 19) pr. *texit* (vic. צָפַן), inde 1) *contignavit*, sq. dupl. acc. 1 Reg. VI, 9: וַיִּסְפֹּן אֶת־הַבַּיִת גֵּבִים *et contignavit domum asseribus.* — 2) *contabulavit* (täfeln). Jer. XXII, 14: סָפוּן בָּאָרֶז *cedro contabulatus.* 1 Reg. VII, 3. 7. Hagg. I, 4. — 3) Part. pass. *absconditus*, *asservatus.* Deut. XXXIII, 7: שְׂפֻנֵי טְמוּנֵי *absconditi thesaurorum*, opes reconditissimae (cf. pag. 552). Ibid. comm. 21: וַיַּרְא כִּי שָׁם חֶלְקַת מְחֹקֵק סָפוּן *videbat, portionem legislatoris* i. e. a legislatore sibi assignatam *ibi asservatam esse.* (Ad praedicatum masc. סָפוּן, pro quo exspectes סְפוּנָה cf. Gen. XLIX, 15: וַיַּרְא מְנֻחָה כִּי טוֹב al.). Sequitur, Gaditas propterea legi satisfacturos et popularibus suis in Palaestina expugnanda adfuturos. Bene Pesch. ܡܛܠ ܕܬܡܢ ܡܢܬܐ ܕܡܚܩܩܢܐ ܣܝܡܐ *quoniam ibi reposita portio legislatoris.*

סִפּוּן m. *tabulatum* (templi) 1 Reg. VI, 15.

סְפִינָה f. *navis*, spec. tecta s. *constrata* (Petron. 100), dicta a *constrato* (Verdeck), opp. navi apertae. Jon. I, 5. Syr. et zab. ܣܦܝܢܬܐ arab. سفينة id.

סָפַף rad. incertae significationis, unde סַף limen, et patera. Sunt qui idem valere putent quod אָסַף recepit.

Hithpo. הִסְתּוֹפֵף (denom. a סַף limen) *in limine substitit*, *mansit.* Ps. LXXXIV, 11. Jarchi interpretatur: vigilavit in limine.

סַף m. 1) *limen.* (Chald. et Sam. id. Syr. ܣܦܐ limen et vestibulum, pro gr. πυλών, προαύλιον Mt. XXVI, 71. Marc. XIV, 68). Iud. XIX, 27. 1 Reg. XIV, 17. Ez. XL, 6. 7. XLI, 16, c. suff. סִפִּי Ezech. XLIII, 8, pl. סִפִּים 1 Par. IX, 22. 2 Par. XXIII, 4. Jes. VI, 4. Am. IX, 1. שֹׁמְרֵי הַסַּף custodes liminis 2 Reg. XII, 10. XXII, 4. XXIII, 4. XXV, 18. 2 Par. XXXIV, 9. Esth. II, 21. VI, 2. Jer. LII, 24, et שֹׁמְרֵי הַסִּפִּים custodes liminum 1 Par. IX, 19, tum in aedibus regis Esth. l. c. tum in templo.

2) *pelvis*, *patera.* Exod. XII, 22 (ubi non audiendi sunt, qui סַף limen interpretantur). Zach. XII, 2: סַף רַעַל *patera inebriationis*, ad quem locum Hengstenbergius (Christol. II, 276) paterae significationem frustra in dubium vocavit. Certissima enim eius exempla in plur. exstant סִפִּים Jer. LII, 19, סַפּוֹת 2 Sam. XVII, 28, סִפּוֹת 1 Reg. VII, 50. 2 Reg. XII, 14, quomodocunque hoc cum no. 1. conciliabis. An patera vel scutella depressior dicta est a similitudine liminis detriti, quod in medio depressum esse solet?

3) n. pr. viri 2 Sam. XXI, 18, quod 1 Par. XX, 4 סִפַּי scribitur.

I. סָפַק, raro **שָׂפַק** (v. Hi. et שֶׂפֶק) fut. יִסְפֹּק *manu percussit*, ita ut audiretur sonus (klappen, klatschen), vc. sonum imitans. (Arab. سفق manus complosit, colaphum inflixit. Usitatius est صفق percussit vehementius, manus complosit, max. in emtione, venditione, foedere, percussa manu asseruit alicui aliquid, صَفْقَة et سَفْقَة venditio, contractus Har. 4, 40 Schult. Abulf. Ann. 1, 356 et saepe. Schult. ad Iob. p. 530. Radd. cognatae sunt سفع percussit, colaphum inflixit, صفع complosit manus, planxit mulier, chald. טְפַח id. Cf. de hac radd. familia Schroeder de vest. pag. 258. Origg. hebr. p. 45. Chald. סְפַק i. q. hebr.). Spec. a) סָפַק עַל יָרֵךְ *percussit femur* suum Jer. XXXI, 19, אֶל יָרֵךְ Ez. XXI, 17, quod indignantium et lugentium est cf. Il. 12, 162. 15, 397. Od. 13, 198. b) סָפַק אֶת־כַּפַּיִם *manus complosit*, quod et indignantis est Num. XXIV, 10, et irridentis (quasi *explosit* aliquem), sq. עַל Thren. II, 15: סָפְקוּ עָלַיִךְ כַּפַּיִם, Iob. XXVII, 23 (ubi 31 codd. exhibent שׂ pro ס), etiam omisso vc. כפים Iob. XXXIV, 37: בֵּינֵינוּ יִסְפּוֹק *inter nos* manus *complodit* i. e. nobis irridet. — 2) *castigavit* (Deus) ibid. V. 26.

Hiph. הִשְׂפִּיק sq. בְּ *manus complosit cum* aliquo. Jes. II, 6: בְּיַלְדֵי נָכְרִים יַשְׂפִּיקוּ *manus complodunt cum filiis peregrinorum*, quod pertinet vel ad foedera cum iis iuncta, quippe quae prophetis invisa essent, vel ad mercaturae aliudve quodcunque commercium, quod et ipsum prophetis displicebat.

שֶׂפֶק m. *castigatio* Dei Iob. XXXVI, 18, cf. סָפַק XXXIV, 26. Aliis *abundantia* opum, ut סֶפֶק XX, 22. Vide s. rad. סוּת Hiph.

II. סָפַק et **שָׂפַק** 1 Reg. XX, 10 1) *vomuit*, *evomuit*, *evacuavit*. (Syr. Pa. vomuit. Lex. Adl. ܣܰܦܶܩ تقيّا قيا, ܣܽܘܦܳܩܳܐ evacuatio, vomitus; ܣܦܺܝܩܳܐ inanis, vacuus, ܣܦܺܝܩܽܘܬܳܐ inanitas, vacuitas). Jerem. XLVIII, 26: וְסָפַק מוֹאָב בְּקִיאוֹ *ut evacuet se Moab vomitu suo*.

2) *sufficit* alicui. (Syr. ܣܦܶܩ sq. ܠ, et chald. סְפַק, סוּפַק id., ܣܳܦܩܳܐ sufficiens, ܣܳܦܩܽܘܬܳܐ sufficientia). 1 Reg. XX, 10: אִם יִשְׂפֹּק עֲפַר שֹׁמְרוֹן לִשְׁעָלִים *non sufficit pulvis Samariae pugillis* cet. — Primaria potestas, unde utraque haec significatio proficiscitur, esse videtur in *abundando* et *redundando*, unde

סֵפֶק c. suff. סִפְקוֹ m. *abundantia*, *sufficientia*. Iob. XX, 22: בִּמְלֹאת סִפְקוֹ. Chald. סִפְקָא sufficientia, quod satis est, pro hebr. דַּי Prov. XXV, 16. XXVII, 27.

סָפַר 1) pr., ut videtur, *scalpsit*, *rasit*. (Chald. סְפַר rasit, totondit, v. Buxtorf. no. II, syr. Pa. ܣܰܦܰܪ id. Ethpa. rasus, tonsus est, ܣܰܦܳܪܳܐ סַפָּר tonsor, מִסְפָּר novacula, it. סֵפֶר, ܣܰܦܪܳܐ littus; arab. سفر rasit, verrit, unde سفر lima, qua lignum raditur, germ. Raspel. Ab arab. شفر est شَفْرَة culter magnus, scalprum sutorium, sed quod etiam in verbo posuit Castellus: scalpsit, sola Bedwelli eaque incerta auctoritate nititur. Cognatum est צָפַר no. II). A radendo proficisci potest *poliendi* et inde *splendendi*, *pulchri* significatio (v. סַפִּיר, שֶׁפֶר), sed haec incertiora.

2) *scripsit*, pr. insculpsit litteras, cf. γράφω scribo, כָּתַב, חָרַת, quae cuncta ab incidendo dicta sunt. (Arab. سفر scripsit librum). Usurpatur in solo participio (usitatius est כָּתַב, ܟܳܬܶܒ, كاتب) סֹפֵר *scriba* Ps. XLV, 2. Jer. XXXVI, 3. קֶסֶת הַסֹּפֵר vas scribae i. e. atramentarium Ezech. IX, 2. 23. Spec. a) סֹפֵר הַמֶּלֶךְ 2 Reg. XII, 11. 2 Paralip. XXIV, 11, κατ᾽ ἐξοχὴν הַסֹּפֵר 2 Reg. XVIII, 18. XIX, 2. XXII, 3. 8. 9. 10. 12. 1 Par. XXIV, 6. 2 Par. XXXIV, 15. 18 (ubi הַסֹּפֵר לַמֶּלֶךְ). 20. Jes. XXXVI, 3. XXXVII, 2, et sine art. סֹפֵר 2 Sam. VIII, 17. XX, 25. 1 Par. XVIII, 16 scriba regius i. e. amicus regius, qui ei *ab epistolis* est, cuius est mandata et edicta regia scribere. — Passim plures scribae regii memorantur 1 Reg. IV, 3. Esth. III, 12. VIII, 9 cf. Jer. XXXVI, 23, ubi in domo scribae regii plures notarii sunt. — b) *tribunus militum*, qui exercitui *conscribendo* praefectus erat. (Cf. arab. كتب conscripsit, collegit exercitum, vit. Tim. 1, 478 Mang. Conj. II. id. كَتِيبَة exercitus sc. conscriptus Ham. Schult. p. 358). 2 Reg. XXV, 19. (Jer. LII, 25): הַסֹּפֵר שַׂר הַצָּבָא הַמַּצְבִּא אֶת עַם־הָאָרֶץ. 2 Par. XXVI, 11. Jes. XXXIII, 18: אַיֵּה סֹפֵר אַיֵּה שֹׁקֵל. Eodem pertinere videtur Jer. XXXVII, 15, ubi in domo *scribae* est ergastulum publicum. Gener. de *tribuno* s. *duce* militum Iud. V, 14: מֹשְׁכִים בְּשֵׁבֶט סֹפֵר. — c) *doctus*, *scripturae peritus* et, quoniam scripturae in sacris potissimum usus erat, *legis peritus*, γραμματεύς. (Syr. ܣܳܦܪܳܐ scriba, scribendi artis peritus, doctus BH. 439. كَاتِب scriba, doctus, sapiens). 1 Par. XXVII, 32: אִישׁ מֵבִין וְסוֹפֵר הוּא *vir intelligens et doctus erat*. De legis peritis Jer. VIII, 8. Esr. VII, 6: הוּא סֹפֵר מָהִיר בְּתוֹרַת מֹשֶׁה *is* (Esra) *erat* γραμματεύς *legis Mosaicae peritus*, quamobrem Esrae nomini addi solet attributum הַסֹּפֵר Neh. VIII, 1 sqq. XII, 26. 36. Esr. VII, 11: לְעֶזְרָא הַכֹּהֵן הַסֹּפֵר סֹפֵר דִּבְרֵי מִצְוֹת יי *Esrae sacerdoti et legis perito docto in verbis mandatorum divinorum*. (Cf. chald. Vers. 12. 21).

3) fut. יִסְפֹּר *numeravit* (an a numeris radendo insculptis, an quia, qui numerum militum populive ineunt, id scribendo facere solent? Aeth. ሰፈረ: est *mensuravit*). Gen. XV, 5. XLI, 49. Lev. XV, 13. 28. Deut. XVI, 9. Ps. XLVIII, 13. CXXXIX, 18. *Numerare passus*

alic. est diligenter eum observare Iob. XIV, 16. XXXI, 4, *numerare* populum i. e. censum habere Ps. LXXXVII, 6.

Niph. pass. no. 3. *numerari* 1 Par. XXIII, 3. Saepe in formula: לֹא יִסָּפֵר מֵרֹב de re innumerabili. Gen. XVI, 10. XXXII, 13. 1 Reg. III, 8. VIII, 5. Jer. XXXIII, 22. Hos. II, 1.

Pi. סִפֵּר 1) i. q. Kal no. 3. *numeravit.* Ps. XXII, 18. XL, 6. Iob. XXXVIII, 37. — 2) *narravit* q. d. enumeravit rem gestam, germ. *erzählen*, die Begebenheiten *herzählen, aufzählen.* (LXX. διηγέομαι, ἐξηγέομαι, ἀναγγέλλω, διαγγέλλω). Iob. XV, 17. Jer. XXIII, 28. Sq. acc. rei narratae et לְ pers. Gen. XXIV, 66. XXIX, 13. XXXVII, 9. XL, 8. 9. Ex. XVIII, 8. Iud. VI, 13. VII, 13. 2 Reg. VIII, 5. Esth. V, 11. VI, 13. Ps. XLIV, 2. XLVIII, 14. LXXVIII, 3. Iob. XII, 8, אֶל pers. Gen. XXXVII, 10, בְּאָזְנֵי Ex. X, 2, sq. לְ pers. et עַל rei Joël I, 3, etiam אֶל rei (*de* re). Ps. II, 7: אֲסַפְּרָה אֶל חֹק *narrabo de edicto* s. oraculo divino. LXIX, 27: אֶל מַכְאוֹב חֲלָלֶיךָ יְסַפֵּרוּ *de dolore sauciatorum tuorum narrant*, nempe irridentes. Saepe spec. *cum laude memoravit, celebravit* aliquid, v. c. nomen Dei Ex. IX, 16. Ps. XXII, 23 (addito לְ pers.) CII, 22, it. eius laudes Ps. IX, 15. LXXVIII, 4. LXXIX, 13. Jes. XLIII, 21, gloriam Ps. XIX, 2. XCVI, 3, opera et facinora Ps. LXXIII, 28. CVII, 22. CXVIII, 17. CXLV, 6, miracula Ps. IX, 2. XXVI, 7. LXXV, 2. — Iob. XXVIII, 27: אָז רָאָהּ וַיְסַפְּרָהּ *tunc vidit* (Deus) *eam* (sapientiam) *et nunciavit* s. palam fecit eam sc. operibus suis. — 3) absol. *locutus est, sermonem fecit.* Jes. XLIII, 26: סַפֵּר לְמַעַן תִּצְדָּק *loquere, ut iustus sis*, ut iustifices te. Ps. LXIV, 6: יְסַפְּרוּ לִטְמוֹן מוֹקְשִׁים *loquuntur* inter se, consultant *ad ponendos laqueos.* LXXIII, 15: אֲסַפְּרָה כְמוֹ *loquar ita* (v. כְּמוֹ pag. 773).

Pu. pass. Pi. no. 2. *narrari* Hab. I, 5, sq. לְ pers. Jes. LII, 15. Iob. XXXVII, 20, sq. לְ pers. et rei, de qua narratur Ps. XXII, 31.

סָפַר m. chald. i. q. hebr. סֹפֵר *scriba*, a) de scriba regio, qui satrapae ab epistolis erat Esr. IV, 8. 9. 17. 23. Herod. 3, 128: γραμματιστὰς δὲ βασιληΐους οἱ πάντες ὕπαρχοι ἔχουσι. — b) de *legis* et *litterarum sacrarum perito.* Esr. VII, 12: סָפַר דָּתָא דִּי אֱלָהּ שְׁמַיָּא גְּמִיר. Comm. 21. In Targg. ponitur non solum pro סֹפֵר, sed etiam pro נָבִיא, apud Rabbinos est fere i. q. רַבָּן.

סֵפֶר c. suff. סִפְרִי pl. סְפָרִים m. cstr. סִפְרֵי 1) *scriptura*, a) ars scribendi et legendi. Jes. XXIX, 11. 12: יוֹדֵעַ הַסֵּפֶר *scripturae peritus*; b) *scripturae* (litterarum) genus. Dan. I, 4: סֵפֶר וּלְשׁוֹן כַּשְׂדִּים *scriptura* (litterae) *et lingua Chaldaeorum.* V. 17. (Syr. ܣܦܪܐ de sermone et stilo BH. 177).

2) quicquid scriptum est, *scriptum*, *libellus*, de libello emtionis (סֵפֶר הַמִּקְנָה) Jer. XXXII, 12 sqq., de libello accusatorio Iob. XXXI, 35, de libello repudii (סֵפֶר כְּרִיתֻת) Deut. XXIV, 1. 3, maxime *de epistola* 2 Sam. XI, 14. 2 Reg. V, 5. X, 6. Plur. סְפָרִים epistolae 1 Reg. XXI, 8. 2 Reg. X, 1. Esth. I, 22, neque non sing. *litterae, epistola.* 2 Reg. XIX, 14. Jes. XXXVII, 14: *et accepit litteras s. epistolam* (הַסְּפָרִים) *e manu nunciorum* וַיִּקְרָאֵהוּ *et legit eam* .... וַיִּפְרְשֵׂהוּ *et explicavit eam coram Jova.* Et ita 2 Reg. XX, 12. Jes. XXXIX, 1. (Sic syr. ܣܦܪܐ pro sing. τὸ βιβλίον Hebr. IX, 19. Arab. كتاب libellus accusatorius, epistola, مكتوب epistola).

3) *liber.* (Syr. ܣܦܪܐ, arab. سفر id.). Ex. XVII, 14. Deut. XXVIII, 58. XXIX, 20. 26. 1 Sam. X, 25. Iob. XIX, 23 al. A *scribendo* hoc ductum esse, manifestum ex no. 1. 2, neque profecto audiendi, qui סֵפֶר a materia dictum putant, cui inscribatur, ut Vaterus Comment. in Pent. III, 526), qui סֵפֶר *pellem rasam* explicat, nedum Hugius (Erfindung der Buchstabenschr. p. 40), qui confert سفرة corium. Nam hoc vc. per se ne corium quidem significat, sed mensam itinerariam, plene سفرة الجلد mensa coriacea, quoniam corium pro mensa substernere solent. Ex Jes. XXXIV, 4 apparet, *convolvi* solitos esse libros, unde plenius מְגִלַּת סֵפֶר volumen libri, liber convolutus Jer. XXXVI, 2. 4. Ez. II, 9. Saepe sq. genit. eius, quod continetur in libro vel de quo agit, ut סֵפֶר הַתּוֹרָה liber legis Jos. I, 8. VIII, 34. 2 Reg. XXII, 8 sqq., סֵפֶר תּוֹרַת יְיָ 2 Paral. XXXIV, 14, סֵפֶר הַבְּרִית liber foederis Ex. XXIV, 7. 2 Reg. XXIII, 2. 21, סֵפֶר הַמְּלָכִים liber Regum 2 Par. XVI, 11. XXIV, 27, סֵפֶר דִּבְרֵי הַיָּמִים liber Annalium (v. דָּבָר no. 2, a), סֵפֶר דִּבְרֵי שְׁלֹמֹה liber rerum gestarum Salomonis 1 Reg. XI, 41, סֵפֶר הַיָּשָׁר liber iustorum (v. יָשָׁר); etiam de parte libri, ut סֵפֶר תּוֹלְדוֹת אָדָם libellus genealogiae Adami Gen. V, 1; סֵפֶר חַיִּים liber viventium i. e. index viventium et vitae destinatorum, qui penes Deum est Ps. LXIX, 29 cf. Dan. XII, 1. Apoc. XX, 12. 15, qui idem *liber Dei* appellatur Ex. XXXII, 32. 33. Ps. CXXXIX, 16. Sed סֵפֶר יְהוָה Jes. XXXIV, 16 est *liber sacer* s. collectio librorum sacrorum, max. oraculorum, et similiter הַסְּפָרִים Dan. IX, 2 non possunt non esse τὰ γράμματα, *libri* sacri s. collectio librorum sacrorum, in quam eo quo Danielis liber scriptus est tempore Jeremiae oracula iam recepta erant. — סֵפֶר κατ' ἐξοχήν Jes. XXIX, 18 et מְגִלַּת סֵפֶר Ps. XL, 8 de libro legis dicitur, ut arab. الكتاب scriptura sacra, Biblia Cor. 2, 50. Pococke spec. p. 156, et Coranus.

סְפַר pl. סִפְרִין chald. *liber.* Dan. VII, 10. Esr. IV, 15.

סְפָר *numeratio* 2 Par. II, 16. Aliud (n. pr.) v. infra.

סִפְרָה f. i. q. סֵפֶר *liber* Ps. LVI, 9.

סְפוֹרָה f. *numerus* Ps. LXXI, 15.

סֹפֶרֶת (scriba, de forma feminina in nomm. muneris v. Lgb. 468) n. pr. viri Neh. VII, 57, c. art. Esr. II, 55.

סַפִּיר m. *sapphirus*, gemma notissima caerulea (cf. Exod. XXIV, 10. Ez. I, 26. X, 1). Ex. XXVIII, 18. XXXIX, 11. Iob. XXVIII, 6. 16. Ez. XXVIII, 13. Plur. סַפִּירִים Cant. V, 14. Jes. LIV, 11. De etymo, eo tamen incerto (potest etiam peregrinum esse vc.), vide rad. no. 1. Chald. סַמְפִּיר, סַפִּיר, אַסְפּוֹר id. סְפִירוּת pelluciditas, syr. ܣܦܝܠܐ, aeth. ሰንፔር፡ ሰንፔር፡ gr. *σάπφειρος*, apud recentiores etiam *σόμφιρος* (du Fresne) id. Ceterum Sapphirum veterum esse *lapidem lazuli* recentiorum evincere studuerunt Braunius de vestitu sacerd. p. 538. Beckmann Beyträge zur Gesch. d. Erfindungen III, 1 p. 182 sqq.

מִסְפָּר m. 1) *narratio* (cf. verbum Pi.). Iud. VII, 15.

2) *numerus* Ex. XVI, 16. XXIII, 26. Lev. XXV, 16. Num. I, 2. IX, 20. Iob. XIV, 5. XXXI, 37. XXXVI, 26 et saepe. Passim in acc. adverbialiter ponitur pro: *secundum numerum, pro numero*. Ex. XVI, 16: מִסְפַּר נַפְשֹׁתֵיכֶם *pro numero animarum vestrarum*. Iob. I, 5. Alibi (ut gr. *ἀριθμῷ, ἀριθμόν*) pleon. additur numeralibus. 2 Sam. XXI, 20: עֶשְׂרִים וְאַרְבַּע מִסְפָּר *quattuor et viginti numero* (24 an der Zahl). Saepe dicunt: אֵין מִסְפָּר לְ *non est numerus* alicui rei, de copia innumerabili Iud. VI, 5. VII, 12. 1 Par. XXII, 16. 2 Par. XII, 3. Jer. XLVI, 23. Ps. CXLVII, 5 (interrog. הֲיֵשׁ מִסְפָּר Iob. XXV, 3), et sic אֵין מִסְפָּר *sine numero* i. e. innumerabilis Cant. VI, 8: עֲלָמוֹת אֵין מִסְפָּר. Jer. II, 22; וְאֵין מִסְפָּר Ps. CIV, 25: שָׁם רֶמֶשׂ וְאֵין מִסְפָּר *ibi reptilia eaque sine numero*, innumerabilia. CV, 34. Joël I, 6; it. לְאֵין מִסְפָּר 1 Par. XXII, 4 et עַד אֵין מִסְפָּר Iob. V, 9. IX, 10 donec non sit numerus. — Contra מִסְפָּר *numerus* usurpatur de paucis (*numerabiles* dicit Appulej. dogm. platon. II, 22 Elmenh.). Jes. X, 19: *et reliquae arbores* מִסְפָּר יִהְיוּ *pauci erunt*. XXI, 17. Postponitur in genit. v. c. שְׁנוֹת מִסְפָּר anni pauci Iob. XVI, 22, מְתֵי מִסְפָּר viri pauci Gen. XXXIV, 30. Deut. IV, 27. Ps. CV, 12. Jer. XLIV, 28. 1 Par. XVI, 19, et per apposit. יָמִים מִסְפָּר *dies*, qui *numerus* sunt i. e. facile numerari possunt, *pauci* Num. IX, 20. Deut. XXXIII, 6 in verbis: וִיהִי מְתָיו מִסְפָּר ex superioribus repetenda est negandi particula: *et viri eius* (non) *sint numerus* i. e. multi, innumerabiles sint. (Sic arab. أَيَّام معدودات Cor. 2, 180 dies numerati i. e. pauci. Samachschari in comment. ms. bibliothecae acad. Halensis: معنى معدودات موقّتات بعدد معلوم او قلايل كقوله دراهم معدودة واصله ان المال القليل يقدر بالعدد ويتكثّر فيه والكثير يهال هيلا ويحثى حثيا *i. e. numerati dies sunt definiti numero certo aut pauci, sicut dicunt denarii numerati i. e. pauci. Causa locutionis est, quod pecunia pauca numero definiri et diligenter observari, multa autem* non numerata *effundi et coacervari solet.* Atque haec altera interpretis sententia vera est. Ceterum Arabes *numerum* simpl. etiam de *magno* numero usurpant, ut ذَوِى عَدَد *viri numeri* i. e. *numerosi*, multi Ham. 313 Sch., عَدَد et عِدَّة numerus, multitudo, ذُو عَدَّ numerosus, عِدَّة numerus annorum, vetustas).

* * *

סְפָר Gen. X, 30, Arabiae locus situs in Joctanidarum limitibus, qui ita describuntur: *eratque habitatio eorum* מִמֵּשָׁא בֹּאֲכָה סְפָרָה הַר הַקֶּדֶם *a Mesene* (v. מֵשָׁא) *usque ad Sepharam* et *montana Arabiae.* Post ea, quae nuper in ipsis illis regionibus indagavit Fulgentius Fresnel (Journal Asiatique, Serie 3, T. V p. 516 sqq.), nil dubitandum est, quin סְפָר sit ظفار (v. Bocharti geogr. s. II, 30. Lex. min. p. 623), quod in ipsa Arabia australi *Isfôr* (اصفار, اسفار) pronunciant, urbs antiquissima maritima, regum Himjariticorum sedes, in terrae Hadramaut provincia شحر haud procul a portu Merbatensi sita, cuius parietinae splendidae hodieque exstant. Fresnel l. c. p. 521: ,,*Le nom de Zhafar s'applique aujourd'hui non plus à une ville en particulier, mais à une série de villages* [idem evenit in Thebis Aegyptiacis et in ruderibus Ninives] *situées sur la côte ou près de la côte de l'océan Indien, entre Mirbât et le cap Sadjir* راس ساجر, ... *Celui que l'on nomme Belid ou Hharckâm* (*c'est le nom ehhkili*) *est en ruines, mais en ruines splendides, c'est l'antique Zhafâr. Mouhsin, de qui je tiens mes renseignemens, a visité ces debris* etc." Pag. 519: ,,*bien que le Sephar de la Genèse soit écrit par un Samech, tandis que celui des Arabes s'écrit par un* ظ, *il est bon d'observer que les gens du pays prononcent ce mot Isfôr, en sorte qu'il faudroit l'écrire dans leur langue par un* ص *ou un* س." Dschauhari: وظفار مثل قطام مدينة باليمن ومنه من دخل ظفار حمّر وجزع ظفارى منسوب اليها وكذلك عود ظفارى وهو العود الذى يتبخّر به *et Zhafâr est urbs Jamanensis, de qua proverbio dicitur: qui ingreditur Zhafâram, himjaritice loquatur. Ab eadem nomen invenerunt onyx Zafarensis et lignum Zafarense, quo in suffitu utuntur.* Firuzabadius duo eius nominis oppida memorat, unum Sanaae vicinum (sec. Niebuhrium prope Jerim, 24 parasangis a Sanaa), unde nomen habeat onyx Sapharensis, alterum prope Mirbât, unde costum (القسط) veniat: recte quidem (v. de Saphara mediterranea etiam Plin. VI, 23 s. 26, Johannsen hist. Jemanae, ind. geogr. v. Dhafar, de utraque a Geographis passim confusa Bochartum l. c. Rommel ad Abulf. Arabiam p. 30. Niebuhrii descr. Arabiae p. 236), nec comminisci debebat Abulfeda (p. 93. ed. Paris.), duas has urbes, decem fere gradus inter se dissitas proprie unam

eandemque fuisse prius maritimam, dein sensim mediterraneam factam.

סְפָרַד n. pr. regionis, in quam pars civium Hierosolymitanorum deportata fuisse dicitur Obad. 20: גָּלֻת יְרוּשָׁלִַם אֲשֶׁר בִּסְפָרַד *exules Hierosolymitani, qui in Sepharad.* E vett. Targ. Pesch. et Hebraei (Abulw. Kimchius all.) *Hispaniam* intelligebant (אַסְפַּמְיָא, ܐܣܦܢܝܐ), quo factum est, ut Rabbini ספרד pro Hispania usurparent v. c. ספר ספרדי codex Hispanus: sed rectiora Hieronymus a magistro Judaeo edoctus est: „*nos autem ab Hebraeo, qui nos in scripturis erudivit, didicimus Bosphorum sic vocari, et quasi Judaeus, ista, inquit, est regio, ad quam Hadrianus captivos transtulit.*" In illis enim, ubi Bosporus, regionibus quaerendos esse Sepharadenses, nupero Palaeographorum invento firmatum est. Namque in nobilissimo illo titulo cuneato, qui Persiae populorum indicem continet (ap. Niebuhrium tab. 31, litt. I), lin. 12 post Assyriam, Gordyenem, Armeniam, *Cappadociam* (KaTPaThuK) et ante *Joniam* s. Graeciam (v. supra pag. 587) memoratur populus

[cuneiform characters]

i. e. ÇPaRaD, quo in nomine, postquam a Burnoufio (et eodem modo a Lassenio) lectum erat, סְפָרַד Obadiae agnovit Silv. de Sacy (v. Burnouf Mémoire sur deux inscriptions cunéiformes. 1836 p. 147. Beer in Ephem. litt. Halens. 1838 I p. 38). Erat igitur vel Asiae minoris populus vel certe huic vicinus, non, ut volebat Lassenius (über die Keil-Inschriften p. 89) *Σάπειρες* vel *Σάσπειρες* Herodoti (1, 104. 3, 94. 4, 37. 7, 79) inter Colchidem et Mediam interiecti. Num eodem pertineant *Σπαρτιᾶται* 1 Macc. XII, 21 (cf. Michaël. ad h. l.), non definio. Cf. etiam Hitzigium ad Obad. l. c., qui tamen de illa lectione referens egregii inventi auctores reticere non debebat.

סְפַרְוַיִם 2 Reg. XVII, 24. XVIII, 34. XIX, 13. Jes. XXXVI, 19. XXXVII, 13 n. pr. urbis Assyriorum imperio subiectae, ex qua coloni in Samariae agrum deducti sunt. Nom. gent. סְפַרְוִים 2 Reg. XVII, 31 bis, et altera quidem vice Chethibh סְפַרְיִם. Vix dubium est, quin intelligenda sit *Σιπφάρα* Ptol. 5, 18, *Σιππαρηνῶν πόλις* Abyden. ap. Euseb. praep. evang. 9, 41 cf. Euseb. chron. I, p. 55 (fortasse Hipparenum Plin. 6, 30), urbs Mesopotamiae in orientali Euphratis ripa ibi sita, ubi Euphrates in duas partes scinditur, quarum una per Babyloniam fertur, altera per Seleuciam in Tigrin influit.

סָקַל *lapidavit, lapidibus obruit* aliquem, quae poena capitalis erat apud Hebraeos, de qua vide Rabbinorum sententias diiudicatas ap. Chr. B. Michaëlem in dissert. de iudiciis poenisque capitalibus §. 5, in Pottii syll. IV, p. 185. (*Lapidandi* autem significatum vix primarium putem, praesertim quum in Pi. etiam *elapidandi* potestas sit. Origo esse videtur in rad. שָׁקַל, ثَقُلَ ponderosus, gravis fuit, unde nomen inusit. סֶקֶל lapis, a gravitate dictus, et inde ductum denom. סָקַל lapidavit, Pi. id. et elapidavit). Cstr. sq. acc. pers. Ex. VIII, 22. XVII, 4. XIX, 13. XXI, 28. 1 Sam. XXX, 6. 1 Reg. XXI, 10; saepe addita voce בָּאֲבָנִים Deut. XIII, 11. XVII, 5. XXII, 24. Jos. VII, 25. 1 Reg. XXI, 13, cf. syn. רָגַם.

Niph. pass. *lapidatus est* Exod. XIX, 13. XXI, 28 sqq.

Pi. 1) i. q. Kal *lapidibus petiit* aliquem sq. acc. pers. 2 Sam. XVI, 6, לְעֻמַּת פ׳ versus aliq. ib. Comm. 13. — 2) *lapidibus purgavit* agrum (cf. Gr. §. 51, 2, c) Jes. V, 2, viam (addito מֵאֶבֶן) LXII, 10.

Pu. pass. *lapidatus est* 1 Reg. XXI, 14. 15.

סָרַב verb. inusit., chald. סְרַב *refractarius, rebellis fuit*, cuius significationis vestigia etiam apud Syros reperiuntur (Prov. IX, 12 pro *ἐρείδομαι*, Sir. IV, 30 pro *ἀντιλέγω*, adde infra Ezech. l. c.). Ab eadem hac radice aramaea, non ex lingua Aegyptia (ut volebat Isidorus offic. 2, 15), petitum est vc. *Sarabaitae*, quo appellatum est genus monachorum veterum in Aegypto, qui disciplinae impatientes extra coenobia vagabantur, lat. *Renuitae*, aegypt. *Remoboth* (v. quae laudant Bochartus in Hieroz. III, 425 Lips. Jablonskii Opuscc. I, 264).

סָרָב (formae קָטָל pro סָרֵב) m. *rebellis, refractarius.* Ez. II, 6: סָרָבִים וְסַלּוֹנִים אוֹתָךְ *rebelles et* quasi *spinae sunt erga te.* Targ. מְסָרְבִין. Syr. ܡܣܪܒܝܢ. Ex Hebraeis nonnulli, ut Dunes ibn Librat, ubi viderent copulari cum סַלּוֹנִים, *spinas* interpretati sunt, et Castellus *urticas* (coll. סָרַף ussit): sed vulgarem sententiam recte tuitus est Celsius in Hierobot. II, p. 222 (de cuius opinione perperam refert Simonis).

סַרְבֵּל chald. *texit, operuit*, ut vestibus Nah. II, 3 Targ., sed maxime carne, pinguedine Ez. XVI, 26 Targ., unde מְסַרְבַּל talmud. pinguis, pr. opertus carne et pinguedine, et סַרְבָּל talm. pallium (v. infra). Ortumne sit ex trilittero סָבַל tulit (ut כַּרְבֵּל a כבל), non definio.

סַרְבָּלִין (Kamez impuro) m. vestimenti genus, vel *femoralia*, vel *pallia*. Dan. III, 21: בֵּאדַיִן גֻּבְרַיָּא אִלֵּךְ כְּפִתוּ בְּסַרְבָּלֵיהוֹן וגו׳ *tunc ligati sunt viri cum sarbalis eorum* cet. Comm. 27: וְסַרְבָּלֵיהוֹן לָא שְׁנוֹ *et sarbala eorum non mutata erant* i. e. flamma non laesa. E vett. intpp. alii nomen chaldaeum retinuerunt, ut Aqu. Theod. *τὰ σαράβαρα αὐτῶν, σὺν τοῖς σαραβάροις αὐτῶν.* LXX. Comm. 27 (94) et ibid. Vulg. *sarabala eorum*, Pesch. et Syr. Hexapl. (Comm. 27) ܣܪܒܠܝܗܘܢ (de quo v. infra), int. hebr. סַרְבָּלֵיהֶם, Arabs Comm. 21 سراويلاتهم; alii id inter-

pretati sunt et triplici quidem modo. Fuerunt a) qui *braccas* s. *femoralia* interpretarentur. Symm. *ἀναξυρίδες* quae vox est propria de braccis Persarum et Scytharum ad pedes usque demissis (Herod. 5, 49. 7, 61. Xen. Cyrop. 8, 3 §. 28. Anab. 1, 5, 8. — Herod. 1, 71. 7, 64). Vulg. comm. 21 *braccae*. Hieron. braccae quibus crura teguntur et tibiae. Hebraei apud Saadiam: בתי השוקים. Benjamin Mussaphia ad Aruch: אמרו היונים שסרבל היה מין לבוש פרסי כמו מכנסים או בתי שוקים. His etiam annumerandi, qui gr. et lat. *σαράβαρα* reddiderunt, quae vox de femoralibus frequentatur (v. infra). Alii b) *calceos* intelligunt, ut LXX. Comm. 21 *ὑποδήματα*. Syr. hexapl. ܣܐܘܢܐ. Saad. מנעלים; alii denique c) *pallia*. Aben Esra: השמלה העליונה. Jachiades: הם מלבושין אשר יכסו כל הגוף בצאת האיש מביתו ללכת בחוצים וברחבות, addit hisp. *mantillo*. Baal Aruch v. סרבל post verba Danielis: רבותינו שבבבל אמרו אלו הם הטליות. Luth. Mäntel, ut taceam Gr. Venet. qui utroque loco vertit *ἄμπυκες frontalia*. — Ex tribus illis interpretationibus prima et secunda non ita multum differunt, quum *ἀναξυρίδες* Persarum et Medorum (arab. سراويل) *femoralia* sint ad pedes demissa, quibus *tibialia* iuncta (calceis sandaliisve carent figurae in ruinis Persepolitanis) *): *femoralium* autem et *pallii* significationes auctoritate sua non carent.

Ac 1) *braccae* s. *femoralia* longa antiquitus Medis potissimum et Persis gestata **) vocabulo proprio in multas linguas recepto *sarval*, *sarvar* appellantur. Arab. سِرْوَالٌ pl. سَرَاوِيلُ Saad. Lev. VI, 3. XVI, 4. Abulf. Ann. IV, 230. 244. Tauriz. ad Ham. 534 Sch., سَرَاوِين Kam., سروالات Dan. l. c. et dupl. pl. سراويلات 2 Sam. X, 4. Elmacin. 1, 17 sunt feminalia ampla et promissa, qualia tum nobiliores et principes gerebant, tum mulieres (v. Sunnam apud de Sacy ad Har. 7, p. 68), it. feminalia sacerdotum hebr. מכנסים Lev. et 2 Sam. ll. cc., unde متسرول braccatus (ad Har. l. c.), مُسَرْوَلٌ columba braccata i. e. plumipes. Graece scribitur *σαράβαρον* pl. *σαράβαρα*. Polluc. Onomast. 7, 13: *ἐν δὲ τοῖς Σκυθαῖς Ἀντιφανὴς ἔφη, σαράβαρα καὶ χιτῶνας πάντας ἐνδεδυκότας*. 10, 40 ibique Hemsterh. p. 1355. Eudoxius (apud Heins. ad Hesych. h. v.): *Σαράβαρα, τὰ ἐκ κόκκου σκευαζόμενα, πάρ' αὐτοῖς προσαγορεύεται, τὴν βρακίων τάξιν ἔχοντα, καὶ μηροδέταις προσδεδεμένα. ταῦτα δὲ ἔφερον* [tres Danielis amici] *ὡς ἐπίσημοι καὶ σατράπαι.* Suid. *Σαράβαρα, ἐσθὴς Περσική· ἔνιοι δὲ λέγουσι βρακία.* Hesych. *Σαράβαρα, τὰ περὶ τὰς κνημῖδας (κνήμας?) ἐνδύματα. Σαραβάρια, βρακία. Σκελεαί, τὰ τῶν σκελῶν σκεπάσματα. Πάρθοι, σαράβαρα.* Schol. ad Dan. gr. (apud Drusium ad l. c.): *τινὲς σαράβαρα εἰρήκασι τὰ περὶ τῶν πολλῶν λεγόμενα μωκία* (? Drusius coniicit *βρακία*), *παρὰ δὲ τοῖς Ἕλλησι ἀναξυρίδες προσαγορευόμενα. Σαράβαρα* scribunt etiam Chron. Paschal. p. 106 C. 108 B., Photius et Etym. Gudian. p. 496. Lex. Cyrill. al. [Singulari nonnullorum, ut Schneideri in lex. gr., errore cum *sarabaris* confusi sunt *Σαράπαραι*, gens Armeniae apud Strab. XI, p. 531, quorum nomen ibid. *κεφαλότομοι*, *περισκελισταί* et *ἀποκεφαλισταί* explicatur, a pers. سر caput et پاره divisio, portio; ab iis aliena etiam *σάραπις, περσικὸς χιτὼν μεσόλευκος* apud Ctesiam, de qua disputant Baehr ad Ctes. p. 231. v. Hammer Fundgruben des Orients VI p. 339. Mihi quidem haec respondere videtur sanscritico *sarāva* tegumentum]. Forma *Σαράβαλλα* sola Hieronymi auctoritate nititur, qui ad Dan. l. c. „Pro braccis, quas Symmachus *ἀναξυρίδας* interpretatus est, Aquila et Theodotion *Saraballa* dixerunt, et non, ut corrupte legitur, *σαράβαρα*." Sed vereor ut haec satis firma sint videturque Hieronymus (cf. eundem epist. 49 ad Innoc.) vocis Graecae formam ad linguae Chaldaeae analogiam accommodasse. Reliqui Latini tantum non omnes *Sarabara* scribunt, ut Tertullian. de pall. 4: vicerat (Alex. M.) Medicam gentem et victus est Medica veste, triumphalem cataphractem amolitus in captiva sarabara decessit. id. de orat. 12, de resurrect. 58 (ubi al. sarabaras, al. saraballa). Isidor. Origg. 19, 23: „Sarabara sunt fluxa et sinuosa vestimenta, de quibus legitur in Daniele: et sarabara eorum non sunt immutata. Et Publius: Ut quid ergo in ventre tuo Parthi sarabara suspenderunt?" Medio aevo tum *Sarabara*, *Serabara*, *Saravara* scriptum reperitur tum *Saraballa*, *Sarabella*, *Sarabola*, *Sarabula* (vide Du Cange

*) Lex. Origenianum (v. Alb. ad Hesych.): *Ζαραβάρια, εἶδος ὑποδημάτων.* Höst Nachrichten von Marokos p. 117 de Mauris refert: „Keiner, auch nicht einmal der König, trägt Strümpfe. ..... Sie haben aber alle Bambusen oder Safian-Pantoffeln an den Füssen, welche *Scherbil* شربيل heissen." Etiam vc. germ. *Hose* olim passim de *calceis* dictum est (v. Adelung h. v.).

**) Hoc braccarum genus primitus Medis proprium ab his ad Persas transiisse observat Strabo XI, p. 526. Apud Scythas ex corio factae erant (Herod. 1, 71), apud Persas ex pannis tenuioribus pulchro colore tinctis (v. Eudoxius l. supra citato): euntibus usque ad talos (vide monumm. Persepol. apud Niebuhrium II tab. 23. 30. 33), equitibus ultra calcem dependere solent (ibid. tab. 32. 33). Apud Arabes سراويل plerumque sunt braccae interiores linteae (v. quae narrat Tauriz. ad Hamas. l. c.), modo longiores ad talos demissae, modo breviores usque ad genua (gr. *σκελεαί*, *περισκελῆ*, pers. تبّان *tubbân*, *tumbân*) et sic hodie apud Hispanos. „Zaraguelles, ein characteristisches Stück der valencianischen Tracht: sehr weite Beinkleider von weisser Leinwand, die in vielen Falten bis an die Knie reichen und fast aussehen, als trügen die Leute gar kein Beinkleid, sondern nur ein Hemd." Huber Skizzen über Spanien II, S. 199. Apud Russos, Tataros aliosque populos septentrionales *salwari* e panno laneo grossiore confectae et tantae amplitudinis sunt, ut reliquarum vestium laciniae in iis recondi possint (v. Frähn l. supra c.).

h. v.), quae formarum varietas etiam in recentiores linguas transiit. Etenim praeeuntibus Graecis in lingua ruthen. dicunt шараварЪї, polon. *scharmwari*, more Arabum Melitenses *sarval* pl. *srâval*, Curdi *sharwal*, Hungari *schalwary*, Hispani *zaraguelles*, Lusitani *ceroulas:* Persae contra et Turcae cum l in syllaba priore شلوار, Tatari جالبار, Sibiri *salbar*, Osseti et Kalmucki *sʃalbare*, *schalbar*. Cf. Relandi dissertt. II, 228. 229. Salmas. in Lamprid. p. 222. Alberti ad Hesych. 1, 1151. Frähn ad Ibn Foszlan p. 112 sqq. Pott etym. Forschungen I p. LXXX. Benfey Monatsnamen p. 191 *). Quorum omnium origo quaerenda est in Zendico

sâravâro Vendid. Farg. XIV p. 418 lin. 6 braccae magnae, sec. Anquetilium „des grands caleçons, qui descendent des cuisses jusqu' aux pieds" in vestimentis militis recensentur, quicquid de etymo statuendum est (v. infra).

Contra 2) *pallii* significatui favet a) usus Gemarae, in qua ipsissimum סַרְבָּל (non סַרְוַל, סַרְוַר) de pallio dici, nemo (cum ill. Frähnio l. c.) in dubium vocabit, qui locos singulos in lex. Arûch h. v. et apud Buxtorf. p. 1545 laudatos legerit et expenderit; velut Sanhedr. 44, 1 (ubi אַדֶּרֶת שִׁנְעָר Jos. VII, 21 explicatur סרבלא דצריפא pallium aluminis i. e. alumine tinctum, cf. Bocharti Phaleg p. 27). Schabb. fol. 58, 1 (ubi סרבל idem est quod paullo post טלית vocatur). Gittin fol. 31, 2 (יתיב על גוהרקא דדהבא ופריס עליה סרבלא דכרתי insidens solio aureo, super quo expansum erat pallium coloris porri). Baba bathra fol. 52, 1 (זוגא דסרבלא forfex vestiaria). Schebuoth 46, 2. Cholin fol. 76, 2 (חוט הסרבל, quod Saad. explicat שקישרין בו את בית הציאר funiculus quo colligant collare pallii). Saadias et Jarchi סרבל passim explicant טלית. b) usus Arabum in vc. سِرْبَال per ب, quod in Kamuso p. 1470 esse dicitur: القَمِيصُ او الدِّرْعُ او كل ما لُبِسَ *indusium aut lorica aut quicquid induitur*, et سَرْبَلَ induit vestimentum سربال dictum, Conj. II. eo indutus est. c) Syrorum, apud quos ܦܪ̈ܒܠܐ a Bar Bahlulo explicatur ܦܪ̈ܘܣܛܐ pallia, amicula.

De origine et mutua necessitudine horum vcc. si quaeris, nil dubito, quin סַרְבָּל, سربال, ܦܪܒܠܐ *pallium* vocabulum Semiticum sit (a rad. סַרְבֵּל texit) idque prorsus diversum a zend. *sâravâro*, pers. شلوار, gr. σαράβαρα, arab. سروال quod *braccas Persicas* significat et indogermanicae originis est, licet in etymo definiendo aliqua difficultas supersit. Ut enim vocis zendicae *sâravâro* posterior pars satis certo *tegendi* vim habet a rad. *vri* tegere, operire, involvere (unde Benfey etiam כַּרְבֵּל explicat *karawara* i. e. manus tegens, pallium), ita locuplete testimonio probari non potest, quod facile suspiceris et multi suspicati sunt, priorem eius partem *sâra* vel *pedem* vel *crura* vel *femora* significare, ita ut integra vox *pedum tegumentum* significet, sicut synonyma Pars. *rânépânô* et pehlev. *ranpan* (v. Anquetil l. c.) significant *quod femur custodit* a *rân*, *rânin* ران, رانين *femur* (it. femorale, v. Frähn l. c. p. 114. 115) et *pan* custodiens. Affirmat quidem Hieronymus, vocem *sarbal* crus significare (ad Dan. l. c. „lingua Chaldaeorum *saraballa*, *crura* hominum vocantur et *tibiae* et ὁμωνύμως etiam braccae eorum, quibus crura teguntur et tibiae, quasi *crurales* et *tibiales* appellatae sint"): sed nescitur, qua auctoritate: insuper hoc molestum est, eum integrae voci *sarbal*, non syllabae *sar*, cruris significatum tribuere: quanquam quoddam veritatis vestigium in hac traditione superesse potest. Recentiores (Benfey Monatsnamen l. c. Bohlen observv. mss.) fatentur, vocabulum *sara* vel *sura* crus a rad. *srĭ* ire (coll. lat. *sura*, pers. سر ocrea) cogitari quidem posse, sed usu linguae non probari. Quae quum ita sint, proprium vocis *saravara* significatum non *pedis tegumentum* sed *capitis tegumentum* esse suspicor (Isidor. Origg. l. c. „apud quosdam autem sarabarae quaedam *capitum tegmina* nuncupantur, qualia videmus in capite Magorum picta"), quod propter quandam externi habitus similitudinem ad feminalia translatum sit. Etenim *Sara* (zend. *sara, çara* Benfey p. 193, sanscr. *siras*, pers. سر) veteribus Persis *caput* significasse vel ex Strabonis loco supra laud., quo Σαράπαραι explicantur κεφαλότομοι, constat (cf. mox סַרְבַּל): in omnibus linguis autem vestium instrumentorumque nomina ita passim transferri solent, ut primarius usus, a quo nomen rei profectum est, prorsus neglectus sit, ut in hoc ipso שַׁרְוְלִין pr. braccae, dein *chiro*thecae; angl. *umbrella* velum pluviale, sed pr. solare. Longe probabilius certe statuas, *sarabara* capitis tegumentum, et *sarabara* femorale, tibiale idem vocabulum esse ad plura vestimentorum genera translatum, quam *sara* et *caput* et *crus* significasse.

Paucis disquirendum superest, utra harum vocum Danielis loco adhibenda sit? utrum *saravara, sarabara* bracca, an talmud. סרבל pallium, qua in quaestione recentiores quoque in diversa abeunt, licet plurimi *braccas* optent, pauci (Coccejus in lex., Bynaeus de calceo Hebraeorum II, 10. Hengstenberg Beytr. I p. 338) *pallia*. Ut dicam quod sentio, e contextu locorum eam quaestionem haud

*) Idem vocabulum est שַׁרְוְלִין Mischna Chelim p. 26, quod de *chirothecis* dicitur s. manicis arctioribus, quas operarii induunt in opere faciendo, nimirum a braccarum similitudine q. d. braccae brachiis indutae, quam Bartenorae, Maimonidis al. interpretationem illo contextu necessariam a Frähnio (ad Ibn Foszlan p. 114) reprehensam esse miror.

facile dirimas: nam *braccae* vel potius *tibialia* igni quidem erant proxima, sed nihilominus pallium ut vestis ampla magis etiam igni obnoxium erat et facilius fere flammis comprehendebatur (Comm. 27): neque *pallio* obstat, quod Comm. 21 copulatur cum synonymo כַּרְבְּלָא (poterant enim illi viri plura vestimenta fluxa gestare): sed ὀρθογραφία vocis (per ב) alteri interpretationi favet, ipsum enim סַרְבָּל, سربال talmud. et arab. pallium significat, quum contr. braccae *sarvar*, *sarval* scribantur.

סַרְגוֹן n. pr. regis Assyrii, qui inter Salmanassarum et Sanheribum regnasse videtur (annis fere 716—714 a. Chr.) Jes. XX, 1. Ex 2 Reg. XVIII, 17 (ubi Tartan, qui Sargonis exercitui praeerat Jes. l. c., eodem munere fungitur imperante Sanheribo) colligi potest, Sargonem paullo ante vel post Sanheribum regnasse: ex Jes. XXXVII, 38 autem constat, statim post mortem eius successisse Esar-haddonem. Antecessit igitur Sanheribo, non successit. („Persice nomen scribas سرگونه caput pulchritudinis. Ad alteram syllabam conferre etiam possis sanscr. *guna* virtus, robur, sapientia.“ Bohlen. observatt. ms.).

סָרַד rad. inusit. Syr. ܣܪܕ timuit, tremuit, unde

סֶרֶד (timor) n. pr. viri Gen. XLVI, 14, unde patron. סַרְדִּי Num. XXVI, 26.

סָרַח *effudit, profudit.* (Arab. سرح الماء profudit aquam i. e. lotium emisit, etiam de fonte aquam profundente, v. dissert. Lugdd. p. 700 sqq., inde libere dimisit v. c. pecus in pascuo. IV. demisit comam solutam Cast., سَرْحٌ, سَرْحَةٌ arbor patula pr. effusa. Syr. ܣܪܚ redundavit aqua Mich. chrest. p. 49, 8, unde transl. ferociit, inique egit, peccavit, ut etiam chald. סְרַח). Translate 1) part. pass. Am. VI, 4: סְרוּחִים עַל עַרְשׂוֹתָם *profusi* i. e. prostrati *in lectulis suis.* Comm. 7. (Arab. سرح VII. iecit supinus pedibus expansis, pr. profusus, prostratus est). Intrans. גֶּפֶן סֹרַחַת Ezech. XVII, 6 vitis patula, late fusa. Vulg. vitis latior. (Cf. supra arab. سَرْحٌ, سَرْحَةٌ). — 2) *redundavit*, de aulaeo Ex. XXVI, 12: *dimidia pars aulaei* תִּסְרַח עַל אֲחֹרֵי הַמִּשְׁכָּן *redundet* dependeat *in posteriore parte tentorii.* Comm. 13 eodem contextu יִהְיֶה סָרוּחַ. Ez. XXIII, 15: סְרוּחֵי טְבוּלִים, *redundantes mitris* i. e. gestantes mitras redundantes, longe dependentes. (Cf. arab. conj. IV. Zab. ܣܪܚ dependit. Cod. Nasar. III, 86 lin. 19: ܐܠܗܐ ܣܪܝܚܐ propagines dependent, demittunt se i. e. flaccescunt, non, ut Norb., putrescunt. Aph. demisit).

Niph. effusus est. Metaph. Jer. XLIX, 7: נִסְרְחָה חָכְמָתָם an *effusa est sapientia eorum?* (cf. Jes. XIX, 3. Jer. XIX, 7). Parall. אָבְדָה. LXX. Syr. e contextu: ᾤχετο, ablata est. Hebraei ex usu Chaldaeorum: foetida facta est.

סֶרַח m. *redundantia*, concr. *redundans.* Exod. XXVI, 12.

סָרֵךְ vel **סָרְכָא** chald. tantum in pl. סָרְכִין *praefectus, magistratus*, de tribus summis regis administris. Dan. VI, 3. 4. 5. 7. 8. In Targg. סָרְכָא et סָרְכָן, pl. סָרְכִין vulgo usurpatur pro hebr. שׁוֹטֵר (v. Buxt.), licet etiam de summis magistratibus, ut Gen. XLI, 41 Pseudoj. Esth. II, 13. — Etymon in linguis Aricis quaerendum videtur, nimirum a *sara* (*çara*) zend. *caput* (v. ad כַּרְבְּלָא p. 971 B), et suffixo *ka*, ut sanscr. *sirastha* summus praefectus, Oberhaupt a *siras* (i. q. sara) caput (Benfey Monatsnamen p. 193); non a سرکار inspector summus, ut volebat Rosenmüllerus (Alterthumskunde I, p. 383). Elias Levita in Thisbi סָרֵךְ i. q. שָׂרֵךְ (coll. شرك) *ligatorem s. lictorem* significare opinabatur.

סֶרֶן tantum in pl. סְרָנִים cstr. סַרְנֵי 1) *axes* rotarum 1 Reg. VII, 30. Syr. ܣܪܢܐ axis, et rota Ass. A. M. I, p. 253. B. Bahlul: ܣܪܢܐ المحور سرن الرحا القطب. ܗܘ ܩܝܣܐ ܥܒܝܐ ܕܒܗ ܡܬܠܒܫܝܢ ܓܝܓܠܐ. ܘܣܪܢܐ ܕܡܚܘܪܐ ܕܦܪܩܠܐ ܕܡܠܘܦܪܢܐ ܒܟܠܗܘܢ ܙܢܝܐ i. e. ܗ *est axis, axis molae, polus. Est lignum crassum, cui aptatae sunt rotae* [nimirum solebant apud veteres, ut hodie in Italia, axes rotis iuncti esse et cum iis circumvolvi, v. Vossium ad Virg. Ge. p. 94: non debebat igitur Castellus sub h. v. *aptantur* interpretari *circumvolvuntur*]. *Et in libro antiquo: columna ferrea, super qua circumvolvitur mola.* Lex. Adl. ܣܪܢܐ بكرة *trochlea, rota,* ܣܪܢܐ ܕܫܡܝܐ القطب *polus coelestis.* Chald. סַרְנָא rota. Origo incerta.

2) metaph. *principes*, vc. proprium de quinque Philistaeorum principibus Jos. XIII, 3. Iud. III, 3. XVI, 5 sqq. 1 Sam. V, 8. 11. VI, 4. 12. 16. 18. VII, 7. XXIX, 2. 6. 7. 1 Par. XII, 19. Ita arab. قُطْبٌ axis, polus, metaph. dicitur de viro principe, populi quasi cardine, v. Hamas. p. 328 Sch., قطب القوم ib. p. 47, قطب رحى الحرب axis molae belli, de duce bellico, قطب الزمان axis seculi, de viro erudito vit. Tim. I p. 32 Mang. Cf. Schult. de defect. p. 264—68, ad Floril. p. 181—83. Ibn Doreid V. 86.

סָרַס verbum inusit., quod idem valuisse suspicor quod affine שֵׁרֵשׁ (denom. a שֹׁרֶשׁ) *eradicavit*, dein *exstirpavit* testiculos, *castravit.* Chald. סְרַס Lev. XXII, 24 Onk. et syr. ܣܪܣ BH. 55. 201. 270 castravit, Lex. Adl. خصى. Inde סָרִיס, ܣܪܝܣܐ et سَرِيس, it. ܡܣܪܣܐ castratus (pr. exstirpatus), unde verbum secundarium سَرِسَ impotens ad Venerem fuit.

סָרִיס cstr. סְרִיס, pl. סָרִיסִים (Kamez impuro, cf. syr. ܣܪܝܣܐ), cstr. סָרִיסֵי Esth. II, 21. IV, 5. VI, 2. 14 semel סְרִיסֵי Gen. XL, 7, c. suff. ubique סָרִיסָיו Gen. XL, 2. Dan. I, 3, סָרִיסֶיהָ Esth. IV, 4 m. *castratus, eunuchus* (v. rad.) Jes. LVI, 3. 4, quales reges Aegypti (Gen. XL, 2. 7), Babyloniae (2 Reg. XX, 18. Jes. XXXIX, 7. Dan. I, 7 sqq.), Persiae (Esth. I, 10. 15. II, 21. VI, 2. VII, 9), nec non Israëlis (Jer. XX, 7. XLI, 16 al.) variis ministeriis aulicis (Joseph. Ant. 16, 8 §. 1 de aula Herodis M.: ἦσαν εὐνοῦχοι τῷ βασιλεῖ διὰ κάλλος οὐ μετρίως ἐσπουδασμένοι· τούτων ὁ μὲν οἰνοχοεῖν, ὁ δὲ δεῖπνον προςφέρειν, ὁ δὲ κατακοιμίζειν τὸν βασιλέα πεπίστευτο καὶ τὰ μέγιστα τῶν ἐν ταῖς ἀρχαῖς), maxime gynaeceo custodiendo (Esth. II, 3. 14. IV, 4. 5) praeficere solent. רַב סָרִיסִים Dan. I, 3, et שַׂר הַסָּרִיסִים *princeps eunuchorum,* qui pueris regiis praeerat, ut hodieque in Turcia قزلر اغا *Kislar Aga* princeps eunuchorum pueris regiis Sultani *Itschoglan* dictis praeest. — Quum Gen. XXXIX, 7 sqq. Potipharo, eunucho Pharaonis (סְרִיס פַּרְעֹה Gen. XXXVII, 36. XXXIX, 1) uxor tribuatur, non pauci putant vc. סָרִיס etiam ampliore significatu de quovis *ministro aulico*, licet non castrato, dictum esse, quae iam veterum quorundam sententia fuisse videtur, ut Targumistarum, qui plerumque interpretantur רַבָּא pl. רַבְרְבִין, LXX semel δυνάστης Jer. XXXIV, 19, Kimchi ad Gen. l. c. היה סריס ביצים ולא סריס הגיד לפיכך היתה לו אשה ויש סריס שענינו שר וממונה *erat is* (Potiphar) *eunuchus testiculis praeditus licet non pene, unde narratur, eum uxorem habuisse. Est etiam, ubi Saris significet principem et praefectum* (laudat autem Gen. XL, 2. 7. Jes. XXXIX, 7). Luth. plerumque *Kämmerer*, et sic e recentioribus Winerus in lex. bibl. II, 760. Bohlen. ad Gen. 360 al. Sed illa Geneseos narratione hoc nequaquam efficitur, quum non desint exempla eunuchorum ad coitum et matrimonium non prorsus impotentium (Ter. Eun. 4, 3, 24. Iuv. 6, 366 sqq. Philostr. vit. Apoll. 1, 37. Mischna Iebam. 8, 4. Busbeque legat. turc. epist. 3 p. 157. Chardin Voyage III, 397, v. etiam Kimchium l. c.), et in reliquis V. T. locis non pauci sunt, quibus propria vocabuli potestas manifesto retinenda est, ut Jer. XXXVIII, 7 (ubi Ebedmelech est Eunuchus Aethiops, in Aethiopia autem etiamnum est Eunuchorum patria, Burckhardt itin. Nubiae p. 449. 450). XLI, 16 (ubi הַסָּרִיסִים copulantur cum mulieribus et liberis, et servi castrati sunt). 1 Sam. VIII, 15. 2 Reg. XXIV, 12 (ubi distinguuntur ab aliis ministris עֲבָדִים). ibid. Comm. 15 (ubi copulantur cum mulieribus, tanquam ministri et custodes earum cf. Jer. XXIX, 2. Esth. IV, 4). Jes. XXXIX, 7 (ubi non hoc metuendum erat, regiae stirpis pueros aliquando aulicos factum iri, sed castratos): contra ne unus quidem locus reperitur, cui Eunuchus proprie dictus ineptus sit (1 Reg. XXII, 9. 2 Reg. VIII, 6. IX, 32. XX, 18. XXIII, 11. 1 Par. XXVIII, 1. Jer. XXXIV, 19. LII, 25; ad 2 Reg. XXV, 19, ubi סָרִיס militibus praefectus est, cf. BH. 211. 374). E vett. intpp. LXX paene constanter εὐνοῦχος, bis σπάδων Gen. XXXVII, 36. Jes. XXXIX, 7, Vulg. *eunuchus.* Syr. ܡܗܝܡܢܐ eunuchus (pr. fidelis, putabantur enim eunuchi dominis suis singularem fidem praestare). Saad. in Pent. et interpres libri Regum, ea parte, quae ex Hebraicis facta est (1 Reg. XII — 2 Reg. XII) v. c. 1 Reg. XXII, 9. 2 Reg. VIII, 6. IX, 32 خادم minister, sed max. eunuchus (dimin. خُدَيم lexx. interpretantur eunuchum parvum), quo factum, ut ponatur etiam pro syr. ܡܗܝܡܢܐ ut 1 Sam. VIII, 15.

סָרַף in Kal inusit. i. q. שָׂרַף *combussit, incendit.* Syr. ܣܪܦ incendit. Lex. Adl. احرق اللهب.

Pi. part. מְסָרֵף Am. VI, 10: וּנְשָׂאוֹ דּוֹדוֹ וּמְסָרְפוֹ [23 codd. K. et plures Ross. מְשָׂרְפוֹ] *et tollet eum* (mortuum) *patruus eius* idemque *combustor eius* (*ustorem* dicunt poëtae Martial. 3, 93. Lucan. 8, 738. Catull. carm. 59, 4). Solebant enim proxime cognati mortuorum sepeliendorum curam gerere (Gen. XXV, 9. XXXV, 29. Iud. XVI, 31), sicut apud Graecos proximus consanguineus amicusve rogum incendere solebat (Potter archaeol. gr. II, 417). Inde in Pesch. pro ומסרפו : ܐܘ ܡܢ ܕܩܪܝܒ ܠܗ *aut qui ei propinquus fuerit.* Kimchi: מסרפו הוא אחי אמו כי דודו הוא אחי אביו ומסרפו אחי אמו ויש מפרשים מענין שריפה כלומר מי ששרפו (hic enim non intellexit, propinquitatis notionem secundariam esse, ut in syn. גֹּאֵל, et a comburendo ductam: fictum etiam hoc, quod specialem quendam cognationis gradum esse dicit). Quae Rosenm. illi interpretationi opposuit, recte refellerunt Hitzigius et Maurerus; nec magis probanda quam ipse proposuit interpretatio: מְסָרֵף *propinquus* a شرف IV prope fuit: nam شرف pr. est: altus fuit, imminuit rei, inde شرف على imminuit (morti), prope fuit (morti), unde generalis propinquitatis notio effici non potest.

סִרְפַּד plantae species in deserto crescens. Jes. LV, 13: תַּחַת הַסִּרְפַּד יַעֲלֶה הֲדַס Vulg. *pro urtica crescet myrtus.* Symm. ἀντὶ κνίδος ἀναβήσεται μυρσίνη. Sed LXX. Aqu. Theod. reddunt κόνυζα pulicaria, planta graveolens ex intubi genere, cuius suffitu culices abiguntur, pulices necantur Diosc. 3, 126 (136) cf. Sprengel ad

h. l. et Schneid. lex. gr. h. v., et ex eo Arabs السَّيْكَرَان hyoscyamus. Pesch. ܨܥܬܪܐ i. e. teste Bar Bahlulo صعتر *satureja*, thymus serpyllum, planta odorata in deserto Sinaïtico magna copia crescens, v. Burckhardti itin. Syriae p. II, 913 germ., qui minus accurate زعتر scribit. Saad. السوس (liquiritia, radix dulcis), qua de interpretatione ita Abulw. رايت فى ترجمة بدل السوس والسوس هو الذى يدخل عصيره واصوله فى الدوا وما اظن الكتاب اراد الا ما دخل من نبات ولذلك اقول ان المترجم انما اراد النبات الذى يقال له السواس فاما انه وهم واما الناسخ اسقط منه الالف والسواس نبات يقتدح بزندة كالمرخ وغيره وقد يقال له السيباسى باليا وهذا الذى اظن اراد المترجم *reperio in interpretatione* (Saadiae) بدل السوس, *est autem* سُوس *id cuius succus et radices in medicamentis sunt* [*liquiritia*]. *Sed non puto, illo scripturae loco aliud dici quam herbam* (non fruticem). *Et propterea dico, interpretem eam herbam sibi velle, quae appellatur* السواس, *et vel ipsum errasse vel librarium qui omisit Eliph litteram. Est autem* سواس *planta, qua ignis accenditur in igniario, ut* مَرْخ *et id genus aliae, eaque appellatur etiam* سيباس *per Je, atque hanc voluisse interpretem puto.* — Variis his opinionibus tum ad rationes philologicas tum ad contextum loci exactis, ita fere statuendum videtur: *satureja* et *pulicaria* herbae quidem sunt in deserto crescentes, sed neutrum philologica quadam auctoritate firmaveris; contra *urtica*, quam intelligunt Symm. Vulg., facili etymo commendatur, sive סִרְפַּד ex סָפַד percussit inserto ר ortam censebis pungendi significatu (cf. נָכָה Jon. IV, 7 et ضرب); sive, quod malim, conflatum ex סָרַף ussit et סָפַד percussit, punxit. Praeter has interpretationes antiquitus traditas non contemnenda erat coniectura Io. Simonis (ed. 1—3), quam revocavit Ewaldus (gr. crit. pag. 520), סִרְפַּד esse *sinapi album* coll. syr. ܚܪܕܠܐ ܚܘܪܐ i. q. الخردل الابيض B. B. Est enim sinapi planta in desertis crescens; poterat etiam ab urendo pungendove (סרף, ספד) dicta esse. Sed obstat tamen, quod syr. ܣܦܝܕܪܐ Persicum potius quam Semiticum esse videtur, a سفيد, سپيد *sipid* albus: Persicum enim vc. Hebraeo סִרְפַּד explicando vix adhibeas.

סָרַר (Hos. IV, 16, alibi in solo part.) 1) *contumax fuit* (affin. rad. סוּר). De vacca iugum detrectante Hos. l. c. כְּפָרָה סֹרֵרָה סָרַר יִשְׂרָאֵל *instar vaccae contumax est Israël*, de filio contumace Deut. XXI, 18. 20: בֵּן סוֹרֵר וּמוֹרֶה. Jes. XXX, 1, de muliere excusso mariti iugo libidinibus indulgente Prov. VII, 11, de hominibus Dei (tanquam patris) imperium detrectantibus. Hos. IV, 16. IX, 15. Jes. XXX, 1. LXV, 2. Plur. סוֹרְרִים contumaces, spec. de populis gentilibus, qui Dei imperium aspernantur Ps. LXVI, 7. LXVIII, 7. 19. Tribuitur etiam cordi Jer. V, 23: לֵב סוֹרֵר וּמוֹרֶה, et humero, inde נָתַן כָּתֵף סֹרֶרֶת humerum dedit contumacem, quae locutio petita est a iumentis iugum decutientibus Neh. IX, 29. Zach. VII, 11. Paronomasia inest in his Jes. I, 23: שָׂרַיִךְ סוֹרְרִים *principes tui* sunt *contumaces* s. apostatae. Hos. IX, 15: כָּל שָׂרֵיהֶם סוֹרְרִים, et Jer. VI, 28: סָרֵי סוֹרְרִים *contumaces contumacium* (v. סַר) i. e. contumacissimi. — LXX sexies ἀπειθέω, part. ἀπειθής, ἀνήκοος, semel ἀποστάτης. — 2) i. q. شَرَّ malus, improbus fuit. Vide סַר no. 2.

סַר f. סָרָה adj. 1) *contumax* Jer. VI, 28 (v. rad.). — 2) *malus*, inde de vultu: *tristis, tetricus, stomachosus* (böse aussehend, cf. רַע Gen. XL, 7). 1 Reg. XX, 43: סַר וְזָעֵף. XXI, 4. 5: מַה־זֶּה רוּחֲךָ סָרָה *quare animus tuus tristis est?* Vulg. Comm. 5 contristatus. Pesch. ter ܟܡܝܪܐ tristis. Targ. נְסִיס tristis, iratus.

סָרָה v. סוּר. Male enim nonnulli, ut Winerus, duo huius formae nomina statuunt, quorum unum sit a סוּר, alterum a סָרַר.

סָתָה rad. inusit. Arab. شتا I. II. V hibernavit in regione, syr. ܐܫܬܝ id. (quanquam haec potius denominativa esse videntur).

סְתָו (formae כְּתָב) m. *hiems* Cant. II, 11, ubi Chethibh סְתָיו, quam formam spuriam putem, et ad analogiam Suffixi ־יו fictam, quod in Keri ־ָיו scribi solet. Chald. סִתְוָא, סִתְוָא, aliquoties pro hebr. חֹרֶף Gen. VIII, 22. Jes. XVIII, 6 Targ. Syr. ܣܬܘܐ, saepe in Plur. ܣܬܘ̈ܐ id. Sam. ࠎࠕࠅࠀ. Arab. شِتَاءٌ pl. شَتْوَة (quanquam alii etiam hoc singulare esse volunt) id.

סָתַם, semel שָׂתַם Thren. III, 9 1) *occlusit, obstruxit.* (Chald. סְתַם clausit, arab. سطم id. Syllaba primaria est תם, טם, unde chald. טְמַם, טוּם, טְמֵם, syr. arab. ܛܡܡ, طَمَّ obturavit puteum, תָּמַם absolvit, pr. clausit opus, et praemisso spiritu gutturali אָטַם, חָתַם, חָסַם, חָטַם. Etiam in lingua copt. reperitur tum ϢⲐⲀⲘ claudere, tum rad. ⲐⲰⲘ eod. significatu, Peyron p. 51. 52). Spec. fontes 2 Reg. III, 19. 25. 2 Par. XXXII, 3. 4. Metaph. Thren. l. c. שָׂתַם תְּפִלָּתִי *obstruxit preces meas*, ne pervenirent ad Deum. Cf. Vers. 44. — 2) *conclusit*, ut vaticinium scriptum Dan. VIII, 26. XII, 4. 9. Part. pass. סָתוּם occultum, absconditum Ez. XXVIII, 3.

Niph. obstructus est (de rimis moenium) Neh. IV, 1.
Pi. i. q. Kal no. 1. Gen. XXVI, 15. 18.

סָתַר *texit, obvelavit* (v. Hiph. no. 1 et סֵתֶר no. 1), inde *occultavit, abscondit.* (Chald. סתר id. sed raro, syr. ܣܬܰܪ protexit, ܒܣܬܪܐ clanculum, ܣܬܪܐ velum, latibulum, secretum. Arab. ستر texit, obtexit. III. occultavit, سِتْر et سِتَار velum, cortina, سُتْر clypeus. Melit. *satar* texit, abdidit). In Kal semel intrans. *abdidit se.* Prov. XXII, 3 Chethibh, sed Keri habet נִסְתָּר.

Niph. 1) pass. *occultus est, latuit.* Iob. III, 23: *viro* אֲשֶׁר דַּרְכּוֹ נִסְתָּרָה *cui via sua occulta est*, qui nescit quomodo ex calamitatibus se expediat. Sq. מִן (cf. καλύπτεσθαι ἀπό τινος cf. מִן no. 3, b), *occultus est alicui, latuit aliquem.* Gen. XXXI, 49: כִּי נִסָּתֵר אִישׁ מֵרֵעֵהוּ *ubi occulti erimus alter alteri*, ubi magno spatio separati neuter alterum videbit. Ps. XXXVIII, 10: אַנְחָתִי מִמְּךָ לֹא נִסְתָּרָה *gemitus meus te non latet.* Jes. XL, 27: נִסְתְּרָה דַרְכִּי מֵיְהוָה *latet sors mea Jovam* i. e. eam non curat. Ps. XIX, 7. Iob. XXVIII, 21; sq. מֵעֵינֵי Jes. LXV, 16. Hos. XIII, 14: *poenitentia occulta est ab oculis meis* i. e. me latet, eam ignoro; sq. מִפְּנֵי (lat. occultari a conspectu alic. Plaut. Trin. 2, 23). Deut. VII, 20; מִלְּפָנַי Jer. XVI, 17, מִנֶּגֶד Am. IX, 3. Part. נִסְתָּרוֹת occulta, *arcana* Deut. XXIX, 28, spec. peccata occulta i. e. ab inscio commissa Ps. XIX, 13. — Sq. alio verbo vim adverbii habet (ut λανθάνω) Num. V, 13: נִסְתְּרָה וְנִטְמָאָה *clam polluta est.*

2) reflex. *obvelavit se.* Jes. XXVIII, 15: נִסְתָּרְנוּ בַשֶּׁקֶר *obvelamus nos mendacio* s. obvolvimus nos mendacio (wir hüllen uns in Lügen ein), inde *occultavit, abdidit se* Jer. XXXVI, 19. Zeph. II, 3, addito בְּ loci (vel part. שָׁם) 1 Sam. XX, 5. 19. 24. Jer. XXIII, 24. Iob. XXXIV, 22. et מִן eius a quo occultamus nos Ps. LV, 13, מִפְּנֵי Gen. IV, 14. Iob. XIII, 20. De Deo: occultavit se Ps. LXXXIX, 47 i. q. הִסְתִּיר פָּנָיו, v. Hiph. no. 1, b.

Pi. abscondit Jes. XVI, 3. *Pu.* part. *absconditus.* Prov. XXVII, 5, ubi אַהֲבָה מְסֻתָּרֶת *amor absconditus* vi oppositi est amor qui ab amico corripiendo abstinet, al. amor non verus, sed simulatus.

Hiph. 1) *velavit, obvelavit*, spec. faciem Ex. III, 6. Sq. מִן *ab* aliquo, ab aliqua re. Jes. L, 6: פָּנַי לֹא הִסְתַּרְתִּי מִכְּלִמּוֹת וָרֹק *faciem meam non obvelavi* prohibui *a contumeliis et sputo* i. e. exposui contumeliis et sputo. Jes. LIII, 3: כְּמַסְתֵּר פָּנִים מִמֶּנּוּ *sicut qui obvelat faciem a nobis*, sc. prae pudore, utpote foedissimo morbo affectus (Lev. XIII, 45). מַסְתֵּר more chaldaeo pro מַסְתִּיר quod 4 codd. exhibent. Ita Targ. Jarchi, Hieron. Alii aliter struunt, ut: *sicut qui occultare facit faciem a se*, sed הִסְתִּיר nusquam causative ponitur (ne LIX, 2 quidem); vel: *sicut a quo faciem occultant* pro pleniore כַּאֲשֶׁר מַסְתֵּר פָּנִים מִמֶּנּוּ, participio impersonaliter posito, quod equidem praeferrem (sententia enim aptissima), nisi structura paullo durior videretur. Spec. Jova dicitur *obvelare faciem* suam (הִסְתִּיר פָּנָיו, etiam sine suff. הִסְתִּיר פָּנִים Jes. LIX, 2 cf. Iob. XXXIV, 29) a) ubi non curat res humanas Ps. X, 11: הִסְתִּיר פָּנָיו בַּל רָאָה לָנֶצַח, sq. מִן Ps. LI, 11: הַסְתֵּר פָּנֶיךָ מֵחֲטָאָי *averte faciem tuam a peccatis meis* i. e. conniveas, indulgeas iis. b) ubi animum significat ab aliquo alienum eique irascentem. Opposita sunt הֵאִיר פָּנָיו, et נָשָׂא פְּנֵי פ׳ aliquem ad se admisit, ei propitius fuit (v. pag. 916). Sq. מִן Deut. XXXII, 20: אַסְתִּירָה פָנַי מֵהֶם *si averterem faciem meam ab iis*, sequitur: *viderem, qualem habituri essent exitum.* XXXI, 17. Ps. XIII, 2: עַד אָנָה תַּסְתִּיר אֶת־פָּנֶיךָ מִמֶּנִּי *quamdiu avertes faciem tuam a me?* XXII, 25: *non avertit faciem suam ab eo* (misero), sed exaudit preces eius. XXVII, 9. LXIX, 18. LXXXVIII, 15. CII, 3. CXLIII, 7. Jes. VIII, 17. LIV, 8. LXIV, 6. Jer. XXXIII, 5. Ezech. XXXIX, 23. 24. 29. Mich. III, 4; omisso מִן pers. Deut. XXXI, 18. Ps. XXX, 8. XLIV, 25. CIV, 29. Iob. XIII, 24. XXXIV, 29; וְיַסְתֵּר פָּנִים וּמִי יְשׁוּרֶנּוּ *et si obvelat faciem quis eum videt* i. e. si animi irati est, quis ad eum admittitur? Locutio petita est a regibus et principibus, qui, quibus favent, ad se admittunt, de quibus secus sentiunt, a foribus prohibent. Omisso פָּנִים Jes. LVII, 17: אַכֵּהוּ הַסְתֵּר וְאֶקְצֹף *percussi eum* (populum) *aversa facie et iratus sum.* Semel dicuntur peccata hominum *Dei faciem obvelare* s. avertere ab hominibus Jes. LIX, 2.

2) *occultavit, abdidit* aliquem, aliquid Iob. XIV, 13. Prov. XXV, 2. Spec. a) ut eum tutum praestaret a persecutoribus, Jer. XXXVI, 26. 2 Par. XXII, 11, addito בְּ loci Ps. XVII, 8: *in umbra alarum tuarum occulta me.* Jes. XLIX, 2. Ps. XXXI, 21: תַּסְתִּירֵם בְּסֵתֶר פָּנֶיךָ. XXVII, 5, it. מִן et מִפְּנֵי eius *a* quo quis tutus praestatur. 2 Reg. XI, 2: וַיַּסְתִּירוּ אֹתוֹ מִפְּנֵי עֲתַלְיָהוּ. Ps. LXIV, 3. Jes. L, 6. b) occultavit aliquid alicui s. *celavit* aliquem aliquid, sq. מִן pers. 1 Sam. XX, 2: מַדּוּעַ יַסְתִּיר אָבִי מִמֶּנִּי אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה *cur pater meus me celet hanc rem?* Jes. XXIX, 15: מֵיְהוָה לַסְתִּר עֵצָה. Ps. CXIX, 19. Denique c) *occultare* calamitatem ab aliquo est i. q. declinare, avertere ab eo. Iob. III, 10: וַיַּסְתֵּר עָמָל מֵעֵינָי *et quod non avertit a me aerumnam* cf. Niph. Jes. LXV, 16 et כִּסָּה Iob. XXXIII, 17.

Hithpa. הִסְתַּתֵּר *abscondit se* 1 Sam. XXIII, 19. XXVI, 1. Ps. LIV, 2. — Jes. XXIX, 14: *prudentia prudentum abscondit se*, delitescit, evanescit. XLV, 15: *profecto tu es* אֵל מִסְתַּתֵּר *deus occultans se*, cuius consilia arcana nemo mortalium perspicere potest.

סְתַר chald. Pa. 1) *occultavit, abscondit.* Part. pass. pl. *occulta, arcana* Dan. II, 22. — 2) *destruxit* (pr. removit e conspectu hominum, cf. כָּחַד, הִכְחִיד, gr. ἀφανίζειν) Esr. V, 12. In Targg. saepe, syr. Pe. et Pa. id. ܣܘܬܪܐ destructio, ܣܬܘܪܐ destruens, evertens.

סֵתֶר, sed in Pausa סָתֶר (a סָתַר) Deut. XXVII, 15. 24. XXVIII, 57. 2 Sam. XII, 12, c. suff. סִתְרִי Ps. XVIII, 12. CXIX, 114 m. 1) *velum, velamentum* (Hülle), v. syr. et arab. Iob. XXII, 14: עָבִים סֵתֶר לוֹ וְלֹא יִרְאֶה *nubes ei velum sunt, ita ut non videat.* XXIV,

15: סָתַר פָּנִים יַשִּׁים *velo faciem velat.* Ps. LXXXI, 8: בְּסֵתֶר רַעַם *nubibus tonantibus velatus.* XVIII, 12. — 2) *velum quo quis superne tegitur, tectum* (Schirmdach). Ps. XXVII, 5: סֵתֶר אָהֳלוֹ. LXI, 5: אֶחֱסֶה בְסֵתֶר כְּנָפֶיךָ *confugio ad tectum* praesidium *alarum tuarum.* Jes. XXXII, 2: סֵתֶר זֶרֶם *tectum imbrem arcens.* Metaph. *munimentum, praesidium, tutela* (Schutz). Jes. XVI, 4. XXVIII, 17. Ps. XCI, 1: יֹשֵׁב בְּסֵתֶר עֶלְיוֹן. XXXI, 21: תַּסְתִּירֵם בְּסֵתֶר פָּנֶיךָ *tueris eos praesidio vultus tui* i. e. personae tuae, praesidio tuo, non: *in latibulo vultus tui* i. e. in templo. Inde ipse Deus *praesidium* alic. vocatur Ps. XXXII, 7. CXIX, 114. — 3) *occultatio*, inde *locus occultus, latebrae.* 1 Sam. XXV, 20: בְּסֵתֶר הָהָר in loco occulto 1 Sam. XIX, 2. Ps. CXXXIX, 15; dein *occultum, clandestinum, arcanum.* Iud. III, 19: דְּבַר סֵתֶר *arcani quid.* לֶחֶם סְתָרִים panis qui clam comedi debet Prov. IX, 17. Saepe בַּסֵּתֶר in occulto, clam (LXX. κρυφῇ) Deut. XIII, 7. 2 Sam. XII, 12. Iob. XIII, 10. XXXI, 27. Ps. CI, 5. Prov. XXI, 14. Jes. XLV, 19. XLVIII, 16. Jer. XXXVII, 17. XXXVIII, 16. XL, 15.

סִתְרָה f. i. q. סֵתֶר no. 2, *praesidium, tutela* Deut. XXXII, 38.

סִתְרִי (pro סִתְרִיָּה tutela Jova) n. pr. viri Exod. VI, 22.

סְתוּר (absconditus, protectus) n. pr. phylarchae Aseritarum Num. XIII, 13.

מִסְתּוֹר m. *tectum*, inde *tutela* i. q. סֵתֶר no. 2. Jes. IV, 6.

מִסְתָּר Ps. X, 9. Hab. III, 14, praeterea in solo plur. מִסְתָּרִים m. *loca abscondita* Jer. XIII, 17. XXIII, 24. XLIX, 10. מַטְמֻנֵי מִסְתָּרִים thesauri absconditi Jes. XLV, 3, spec. de locis insidiarum Ps. X, 8. LXIV, 5. Hab. III, 14, de lustro ferarum Ps. X, 9. XVII, 12. Thren. III, 10.

ע

Ain עַיִן oculus (vide figuram eius O in alphabeto Phoenicio, monumm. Phoen. pag. 39, unde gr. Omicron), sexta decima alphabeti littera, ubi numeri nota est, i. q. *septuaginta.*

Vigente lingua hebraea hoc elementum linguis Semiticis proprium et peculiare nostrisque organis pronunciatu difficillimum, pariter atque ח, duplicis pronunciationis fuisse videtur, quam Arabes puncto diacritico distinguunt (ع Ain, غ Ghain). Ac lenius quidem leni gutturis halitu retrorsum tracto eloquebantur, instar litterae א, paulo tamen fortius et ita ut sonus vocali *a* vel *e* furtim prolatae similis accederet: ab interpretibus graecis propterea modo spiritibus leni et aspero, modo vocalibus furtivis expressum est, ut עֲמָלֵק Ἀμαλήκ, עֵלִי Ἡλί, עִבְרִי Ἑβραῖος, הוֹשֵׁעַ Ὠσηέ, גִּלְבֹּעַ γελβουέ, עִיר εἰρ (v. Orig. ad Gen. XXVIII, 19 in Montf. Hexapl. T. II p. 397). Contra Ain durius, quod Arabes Ghain vocant, sonus erat raucus in imo gutture prolatus cum stridore coniunctus, ita ut ad r litteram fere accederet: idque LXX interpretes littera *Γ* exprimere solent, ut עַזָּה غَزَّة Γάζα, עֲמֹרָה Γόμοῤῥα, צוֹעַר زُغَر Σόγορα, עַי Γαί, עֵיבָל Γεβάλ al. Vide de utriusque litterae pronunciatione apud Arabes de Sacy gramm. 1 §. 45. 46. Nuweiri ap. Reisk. adnot. ad Abulf. I, p. 143, cf. Lgb. p. 18. Etiam in vcc. Phoeniciis scribendis Graeci et Romani ע modo omiserunt, v. c. *Abdalonimus* עבדעלנים, *Astarte* עשתרת, *Asdrubal* עזרובעל, modo g littera expresserunt, ut *Magon* מען, *Pygmalion* פעם עליון, vide monumm. Phoen. p. 430. Inde autem factum, ut complures radices hebraeae duas proprie radices diversae significationis complectantur, quarum altera arabice littera ع, altera غ scribatur, ut עָלַל عَلَّ iterum bibit, racematus est, et עָלַל غَلَّ inseruit, intravit, adde עוּר, עָלַם, עָמַם, עָצָה, עָרַב: in aliis variae unius eiusdemque radicis potestates ab Arabibus duplici pronunciandi ratione distinguuntur, ut עָמַר a) i. q. غمر arcte colligavit; b) i. q. عمر servivit, coluit, licet utriusque eadem origo sit. Apud Aramaeos ע tam lenis prolationis est, ut ab א vix distinguatur.

Ut apud Arabes ع littera frequentior est quam غ, ita etiam apud Hebraeos lenior illa pronunciatio multo pluribus in verbis usitata fuisse videtur, quam durior: atque iccirco a) ע saepe emollitur in א, vide pag. 2 A. B, adeoque (quanquam raro) in vocales, ut מָעַר, מוּר; יָגַע et יָגָה doluit, b) in mediis vocibus praevio Schwa passim abiicitur, ut א et ה, v. c. בַּעַל contr. בֵּל Belus, בְּעִי contr. בִּי precatio; quo etiam referenda videntur נִשְׁקָה Am. VIII, 8 pro נִשְׁקְעָה, לְמוֹ Ps. XXVIII, 8 pro לְעַמּוֹ (quod exprimunt LXX. Vulg. Syr.) al. Cf. syr. ܒܥܓܠ cito pro ܒܥܓܠ; ܛܥܝܢ pro ܛܥܝܢ onustus Carm. Sam. II, 8. III, 4. Apud Phoenices ע etiam ab initio vocum passim abiicitur, ut ברעשתרת *Bodostor* pro pleniore עבדעשתרת (servus Astartes), בדאשמן pro עבדאשמן (v. monumm. Phoen. p. 431), cuius rei exempla in Hebraismo sunt בֵּית בָּרָה pro בֵּית עֲבָרָה, et prae ceteris בְּדָן pro עַבְדָּן (v. rad. עָבַד). Magis memorabile, ע Phoenicum et Poenorum sono ad O vocalem inclinante pronunciatum et propterea *o*, *ω* litteris expressum esse, unde

intelligitur, quid caussae sit, quod Graeci Ain litteram Phoenicum O vocali exprimendae adhibuerint (monumm. Phoen. p. 66) v. c. בעלתר *Βωλαθή-ς*, עלים *ολιμ* (lect. *olim*) folia, *Nora* נַעֲרָה al., cuius quidem rei exempla etiam in LXX exstant, v. c. מַעֲכָה *Μωχά*, *Μοχά* Gen. XXII, 24. 1 Par. II, 48, נַעֲמָה *Νοεμά* Gen. IV, 22, *Νωμάν* Jos. XV, 41. Eadem ע littera i. e. *ό* Phoenices scribere etiam solebant *ó* litteram ex syllaba *al* ortam, ut מלכות contr. מעכות *móchut* (v. monumm. Phoen. p. 431 §. 23, 1 cf. thes. p. 393), et sic in V. T. מַעֲכָה p. 811 A pro מַלְכָּה, adde in lingua aethiop. ሕልዩ፡ modus, ordo, amhar. ሰዩ፡ ordo, et in lingua Himjaritica recentiore (Ekhlili) *cōb* i. q. كلب *canis* et id genus plura: licet in his de scriptura non constet.

Contra ע durius prolatum sono affine est a) gutturali duriori ח, vide p. 436, adde עָזַר, חָצַר, עָצַר; עָלַם no. II i. q. غلم et חָלַם pr. pinguis fuit; adeoque ר (qua non pauci exprimunt غ), ut מָרַט, מָעַט polivit; b) litteris palatinis, ut ג p. 252, כ p. 647, adeoque ק, certe apud Aramaeos, ut אַרְעָא et אַרְקָא terra, שָׁמַע et שְׁמַק audivit, et Arabes פָּשַׁע فسق defecit, رعلة et رقلة palma. Maxime memorabilis autem c) crebra permutatio litterarum צ et ע, eaque ita comparata, ut pro hebraeo צ, max. ubi hoc respondet ص litterae Arabum, Aramaei abiecto tum sibilo tum sono dentali ע habeant, ut צֹאן ܥܳܢܳܐ ضان pecus, אֶרֶץ אַרְעָא ܐܰܪܥܳܐ ارض terra, צֶמֶר ܥܰܡܪܳܐ lana; רָצָה, ܪܥܳܐ رضا; רִצְפָּה ܪܥܳܦܳܐ رصفة, al. quae dedit Ewaldus in gramm. cr. p. 33. Cf. infra ad צ litteram.

Ceterum ex his, quae de ע litterae natura disputavimus, lucebunt quoque mutationes, quas subiit in vocc., quae linguis Semiticis cum Indogermanicis communes sunt. Namque a) saepe expressum est mero spiritu sive aspero sive leni, ut עֵדֶן *ἡδονή*, עָרַץ *ἀράσσω*, עָלַץ, עָלַז *ἀλαλάζω*, עָגַב *ἀγαπάω*, alibi prorsus abiectum, ut שבע sanscr. *sap* iurare, *sâpa* iusiurandum; b) media radice ע expressum est *ό* vocali, ut לָעַב *λωβάομαι*, גָּעָה *γοάω*, sanscr. *gô* (cf. quae supra de Phoenicum pronunciatione dicta sunt); c) ע durius (غ) respondet *γ*, *κ*, *χ* litteris, ut עוּר *ἐγείρω*, עָלַף *καλύπτω*, לָעַט sanscr. *lih*, gr. *λείχω*, cf. ad rad. עָמַם.

עָבַב rad. inusit. incertae significationis, quam Simonis al. idem valere putant quod עוּב, עָבָה densus, crassus fuit. Fortasse est i. q. غبى, חָבָא, חָבָה latuit II occultavit, a primaria *tegendi* potestate.

עָב m. architecturae voc., *limen*, *gradus*, quibus ad porticum templi ascendebatur (ein Schwellengesimse). 1 Reg. VII, 6: *et fecit porticum .... et columnas* וְעָב עַל פְּנֵיהֶם *et limen s. limina ante eas.* Targ. סְקוּפְתָּא עַל אַפֵּיהוֹן. Ez. XLI, 25. Plur. עֻבִּים (a sing. עֹב) Comm. 26. Targ. id. Vulg. *epistylium*, renitente sermonis contextu, quanquam, quae est linguae Hebraeae in huiusmodi vocibus technicis egestas, עָב, עֹב fortasse etiam hoc comprehendebat. Faveret etymon a *tegendo*, si modo hoc ipsum certius esset. — Aliud v. sub rad. עוּב.

עָבַד fut. יַעֲבֹד 1) *laboravit* (arbeiten), *opus fecit.* (Arab. عَبَدَ deum coluit, v. no. 3, sed II. VIII. X in servitutem redegit, عَبْدٌ servus, عِبَادَةٌ servitus, v. no. 2. Originem Schult. ad Iob. p. 6 ponit in subigendo, deprimendo, unde Conj. II. calcavit viam, مِعْبَدَةٌ ligo: a quo non multum abest Redsl., cui עבד ortum videtur ex כבד deprimendi potestate. Aram. עֲבַד, ܥܒܰܕ, ገበረ est i. q. עָשָׂה fecit. Cf. עֲבַד, מַעֲבָד). Absol. (opp. שָׁבַת quievit). Exod. XX, 9: שֵׁשֶׁת יָמִים תַּעֲבֹד *sex dies opus facies.* XXXIV, 21. Deut. V, 13. Eccl. V, 11: שְׁנַת הָעֹבֵד *somnus operarii.* — Sq. acc. *laborem posuit* in aliqua re (bearbeiten), *coluit* agrum Gen. II, 5. III, 23. IV, 2. 2 Sam. IX, 10. Jes. XXX, 24 (et hoc quidem loco de iumentis). Jer. XXVII, 11. Zach. XIII, 5. Prov. XII, 11. XXVIII, 19, hortum Gen. II, 15, vineam Deut. XXVIII, 39; de opificibus Jes. XIX, 9: עֹבְדֵי פִשְׁתִּים *qui linum tractant.* Ez. XLVIII, 18: עֹבְדֵי הָעִיר *operarii urbis* i. e. qui in urbe aedificanda operam collocant. Omisso acc. Deut. XV, 19: *ne agrum colas cum* (בְּ) *primogenito bovis tui* i. e. eo ad arandum adhibito.

2) *serviit*, *operam praestitit.* Num. IV, 37: כָּל־הָעֹבֵד בְּאֹהֶל מוֹעֵד *quicunque servit in tentorio conventus*, sq. בְּ pretii Gen. XXIX, 20: וַיַּעֲבֹד יַעֲקֹב בְּרָחֵל וגו׳ *et serviit Jacobus pro Rahela septem annos.* 25. Hos. XII, 13. Ez. XXIX, 20. Sq. acc. pers. *serviit* alicui. Gen. XXIX, 15: וַעֲבַדְתַּנִי חִנָּם *et servies mihi gratis.* XXX, 26. XXXI, 6. 41. Exod. XXI, 6. Deut. XV, 12. 18. XX, 11. Mal. III, 17, poët. de iumento Iob. XXXIX, 9: הֲיֹאבֶה רֵּים עָבְדֶךָ *an volet bubalus tibi servire?* (add. עָבַד אֶת־אֹהֶל מוֹעֵד servire sacrario Num. VIII, 15), it. sq. עִם apud aliq. Gen. XXIX, 25. 27. 30. Lev. XXV, 40, et לִפְנֵי 2 Sam. XVI, 19 (h. l. de ministro regis, cf. עָמַד לִפְנֵי). Sq. dupl. acc. Gen. XXX, 29: יָדַעְתָּ אֵת אֲשֶׁר עֲבַדְתִּיךָ *scis*, *quid tibi praestiterim.* Neque tamen de singulis tantum hominibus, sed de *gentibus* etiam dicitur, quae vel principibus regibusque serviunt Iud. IX, 28. 38. 1 Sam. XI, 1. 1 Reg. V, 1. XII, 4. Ps. XVIII, 44. LXXII, 11. Jer. XXVII, 7. 9. 14. XXVIII, 14, vel aliis gentibus parent Gen. XV, 14. XXV, 23. Ex. XIV, 12. 1 Sam. IV, 9 (h. l. sq. לְ). 2 Sam. X, 19. Jer. XL, 9, etiam de regibus, qui aliis stipendiarii sunt Gen. XIV, 4. 2 Reg. XVIII, 7. Eodem referendum est Gen. XV, 13: וַעֲבָדוּם וְעִנּוּ אֹתָם *et servient iis* (Israelitae Aegyptiis) *et hi* (Aegyptii) *eos vexabunt*, mutato orationis subiecto. LXX. Vulg. etiam prioris verbi subiectum faciunt Aegyptios: *δουλώσουσιν αὐτούς subiiciunt eos servituti*, qs. עֲבָדוּם sit i. q. עָבְדוּ בָם (vide no. 4) vel

הֶעֱבִידוּם, quod per linguae usum vix licebit. Adde מַס עֹבֵד tributum serviens i. e. tributum manibus praestandum (Frohndienst) v. מַס pag. 703. — Semel *servire* alicui non aliud est quam *morem gerere*, *obsequi* 1 Reg. XII, 7 (v. ad עֶבֶד).

3) *coluit* sive Jovam Ex. III, 12. IV, 23. VII, 16. 26. IX, 1. 13. X, 7. Jos. XXIV, 15. 18. 21. 24. Ps. XXII, 31. Iob. XXI, 15 al., sive idola Deut. IV, 19. VIII, 19. XIII, 7. 14. Iud. X, 10. 1 Reg. XVI, 31. XXII, 54. 2 Reg. X, 18. XXI, 3. 21. 2 Par. XXXIII, 3 et saepe: quod etiam de sacris semel Deo oblatis dicitur (v. Exod. III, 12. IV, 23). Constr. sq. acc., raro sq. לְ Iud. II, 13. Jer. XLIV, 3. Omisso acc. Jovam *coluit* (cf. arab. عبد, unde عَابِدٌ Dei cultor). Iob. XXXVI, 11: אִם יִשְׁמְעוּ וְיַעֲבֹדוּ *si morem gerunt et* Jovam *colunt*. Jes. XIX, 23: et Jovam *colent Aegyptii cum Assyriis*. Dicunt etiam c. dupl. acc. *colere Jovam aliqua re* i. e. offerre sacrificium Ex. X, 26, et omisso nomine Dei עָבַד זֶבַח וּמִנְחָה offerre sacrificia cruenta et incruenta Jes. XIX, 21 pr. (Deum) colere oblatis sacrificiis, nisi h. l. est: *parare*, offerre sacrificia cf. עָשָׂה no. 2 f.

4) עָבַד בְּ causat. i. q. הֶעֱבִיד *laborem*, *servitutem imposuit* alicui, *in servitutem redegit* aliquem, jem. dienstbar machen (cf. בְּ no. 10, b, sec. Winerum: opus fecit *per* alium). Lev. XXV, 39: לֹא־תַעֲבֹד בּוֹ עֲבֹדַת עָבֶד *ne opus servile ei imponas*. V. 46. Exod. I, 14. Jer. XXII, 13: בְּרֵעֵהוּ יַעֲבֹד חִנָּם qui *proximum suum servum facit gratis* i. e. laborem ei imponit sine mercede. XXXIV, 9. 10. Refertur etiam ad populos, qui in servitutem rediguntur Jer. XXV, 14. XXVII, 7. XXX, 8. Ez. XXXIV, 27.

Niph. 1) *laborari*. Deut. XXI, 4: *rivus perennis* אֲשֶׁר לֹא יֵעָבֵד בּוֹ *in quo laboratum non est*; *coli*, de agro Ez. XXXVI, 9. 34. — 2) pass. no. 3 *coli*, de rege. Eccl. V, 8: מֶלֶךְ לְשָׂדֶה נֶעֱבָד *rex qui colitur ab agro* i. e. quem colit terra, quem colunt cives. In eo quod ager, qui alibi colitur, h. l. regem colere dicitur, lusus verborum inesse videtur.

Pu. 1) i. q. Niph. no. 1 Deut. XXI, 3, cf. XV, 19. — 2) pass. Kal no. 4 Jes. XIV, 3: *servitus gravis* אֲשֶׁר עֻבַּד בָּךְ *quae tibi imposita est*. Pro עֻבַּד exspectes עֻבְּדָה, sed vide gramm. hebr. §. 140, 1, b.

Hiph. 1) causat. Kal no. 1 *laborare fecit*, *ad opus faciendum adegit*, sq. acc. Ex. I, 13. VI, 5. 2 Par. II, 17, inde *gravi labore molestiam creavit*, *fatigavit*. Jes. XLIII, 23: *non fatigavi te sacrificiis* .... 24: אַךְ הֶעֱבַדְתַּנִי בְּחַטֹּאותֶיךָ *tu autem fatigasti me peccatis tuis*. Parall. הוֹגִיעַ. — 2) causat. no. 2 *servire fecit*, *servitium imposuit*, sq. acc. Ez. XXIX, 18: *rex Babyloniae* הֶעֱבִיד אֶת־חֵילוֹ עֲבֹדָה גְדֹלָה *imposuit exercitui suo grave servitium*, sq. dupl. acc. Jer. XVII, 4: וְהַעֲבַדְתִּיךָ אֶת־אֹיְבֶיךָ *et faciam ut servias hostibus tuis*. — 3) causat. no. 3 2 Par. XXXIV, 33.

Hoph. הָעֳבַד *ad serviendum* s. colendum *adactus est*. Ex. XX, 5: לֹא תָעָבְדֵם *ne ad eos* (deos falsos) *colendos adigaris*, adigi te patiaris. XXIII, 24. Deut. V, 9, inde *serviit* (aliis persuadentibus, urgentibus) XIII, 3.

עֲבַד chald. *fecit* i. q. hebr. עָשָׂה, pro quo sexcenties ponitur in Targg. Spec. a) i. q. *confecit*, *fabricatus est* v. c. imaginem Dan. III, 1 (cf. עָשָׂה no. 2, a). b) *fecit* i. q. *creavit* coelum et terram Jerem. X, 11. c) *fecit* i. e. apparavit convivium Dan. V, 1 (v. עָשָׂה litt. e). d) *peregit* festum (v. עָשָׂה litt. g). Esr. VI, 16. e) *fecit* i. e. gessit bellum Dan. VII, 21 (cf. עָשָׂה litt. i). f) *fecit* legem i. e. observavit Esr. VII, 26, miracula Dan. III, 32. VI, 28 (sq. עִם c. aliquo); it. fecit i. e. commisit crimen Dan. VI, 23, movit seditionem Esr. IV, 15. g) *fecit*, *egit* aliquid (etwas thun) cf. עָשָׂה litt. m. Esr. VI, 13. Dan. VI, 11; ibid. IV, 32: מָה עֲבַדְתְּ *quid facis?* (was machst du da?) quid hoc sibi vult? vox aliquem increpantis. h) עֲבַד בְּ egit cum aliquo (pro habitu) Dan. IV, 32, cum aliqua re Esr. VII, 18, sq. עִם id. Esr. VI, 8.

Ithpe. *fieri*. Esr. IV, 19. VII, 26. a) addito nomin. fieri aliquid (zu etwas gemacht werden). Dan. III, 29: הַדָּמִין יִתְעֲבֵד *frusta fiet* membratim concidetur II, 5. Esr. VI, 11. b) absol. de actione iam memorata, nostr. *geschehen*. Esr. V, 8. VI, 12. VII, 21. 23.

עֶבֶד m. in Pausa עָבֶד Lev. XXV, 39. 42. 1 Reg. IX, 22. Prov. XXIX, 19 al. 1) *servus* (arab. عَبْدٌ, syr. ܥܰܒܕܳܐ. Phoen. עבד), qui apud Hebraeos *mancipium* esse solebat Gen. XII, 16. XVII, 23. XXXIX, 17. Exod. XII, 30. 44. XXI, 2, sive in domo heri natum (יְלִיד בַּיִת q. v. verna) sive aere coemtum (מִקְנַת כֶּסֶף) Gen. XVII, 12. 23. עֲבֹדַת עֶבֶד opus servile Lev. XXV, 39. עֶבֶד עוֹלָם servus perpetuus, v. עוֹלָם. עֶבֶד עֲבָדִים servus servorum i. e. servus infimus et vilissimus Gen. IX, 25. בֵּית עֲבָדִים domus servorum, ergastulum (de Aegypto) Exod. XIII, 3. 14. XX, 2. Deut. VIII, 14. XIII, 6. 11. Ita in malam partem Jer. II, 14: *num servus est Israël, an verna? quare direptus est?* qui fit, ut vilis instar mancipii furori hostium obiiciatur? Pro genit. saepe copulatur sq. לְ (cf. לְ no. 3, f) Gen. XLI, 12: נַעַר עִבְרִי עֶבֶד לְשַׂר הַטַּבָּחִים. 1 Sam. XXX, 13. XVII, 8: וְאַתֶּם עֲבָדִים לְשָׁאוּל *et vos estis servi Sauli*, quod cum contemtu dictum est q. d. mancipia Sauli (עַבְדֵי שָׁאוּל essent ministri, aulici Sauli). 2 Sam. IX, 12. 1 Reg. XI, 26, inde הָיָה עֶבֶד לְ fieri servum alic. Gen. IX, 25—27. XLIV, 9. 10. 17. 33. XLVII, 25: וְהָיִינוּ עֲבָדִים לְפַרְעֹה *erimusque servi Pharaonis* (non liberi cives). Lev. XXVI, 13. Deut. VI, 21, et הָיָה לְעֶבֶד לְ 1 Sam. VIII, 17. XVII, 9 (cf. לָקַח לְעֶבֶד לְ 2 Reg. IV, 1, יָצַר לְעֶבֶד לְ Jes. XLIV, 21. XLIX, 5), semel pro *morem gerere*, *obsequi* alicui. 1 Reg. XII, 7 ubi Rehabeamo suadent: אִם הַיּוֹם תִּהְיֶה עֶבֶד לָעָם הַזֶּה וַעֲבַדְתָּם .... וְהָיוּ לְךָ עֲבָדִים כָּל־הַיָּמִים *si hodie morem geris et obsequeris huic populo .... tibi servient in perpetuum*. — *Servi* autem nomen usurpatur etiam a) de militibus gregariis, qui ducis servi appellantur 2 Sam. II, 12. 13. 15. 30. 31.

III, 22. VIII, 7. b) de *servis regis* i. e. de ministris et aulicis regis v. c. עַבְדֵי פַרְעֹה Gen. XL. 20. XLI, 10. 37. 38. L, 7. Ex. V, 21. VII, 10. X, 7, עַבְדֵי שָׁאוּל 1 Sam. XVI, 17. XVIII, 22. XXVIII, 7, עַבְדֵי הַמֶּלֶךְ 1 Reg. I, 47. IX, 27. 2 Reg. XIX, 5. XXI, 23. Esth. III, 3. IV, 11. Jes. XXXVII, 5, it. praefectis militum et ducibus bellicis 1 Sam. XXIX, 3. 1 Reg. XI, 26. 2 Reg. XXV, 8. c) de universis populis, qui aliis parent, stipendiarii sunt Gen. IX, 26: וִיהִי כְנַעַן עֶבֶד לָמוֹ. 27. XXVII, 37. Deut. V, 15. XV, 15. XVI, 12. XXIV, 18. 22. 2 Sam. VIII, 2. 6. 14. 1 Par. XVIII, 2. 6. 13. d) Translate de bestiis Iob. XL, 28, adeoque de inanimatis Gen. XLVII, 19: וְנִהְיֶה אֲנַחְנוּ וְאַדְמָתֵנוּ עֲבָדִים לְפַרְעֹה *et erimus nos et terra nostra servi Pharaonis* i. e. terra nostra peculium, nos mancipia eius erimus, cf. Judith III, 4. — In colloquendo cum nobilioribus Hebraei, quae est eorum sive modestia sive adulandi humilitas, se ipsos *servos*, quos alloquuntur *dominos* appellare solent (v. אָדוֹן p. 328) Gen. XVIII, 3: אַל־נָא תַעֲבֹר מֵעַל עַבְדֶּךָ *ne praetereas servum tuum* i. e. me. Comm. 5: כִּי־עַל־כֵּן עֲבַרְתֶּם עַל עַבְדְּכֶם *propterea quod transiistis ad servum vestrum* i. e. ad me. Dan. I, 12: נַס־נָא אֶת־עֲבָדֶיךָ *periculum fac cum servis tuis*, nobiscum. X, 17: *quomodo possit servus domini mei loqui cum domino meo?* h. e. quomodo ego tecum loqui possim? Gen. XIX, 2. 19. XXXIII, 5. XLIV, 18: יְדַבֶּר־נָא עַבְדְּךָ דָבָר *loquatur servus tuus verbum*, sine me loqui verbulum. 24. 33. 1 Sam. XVII, 32. 34. 38. XX, 8. Jes. XXXVI, 11. Dan. II, 4 al. Sic in colloquio cum Jova Ex. IV, 10. 1 Sam. III, 9. 10., et in precibus ad eum fusis 1 Sam. XXIII, 10. Ps. XIX, 12. 14. XXVII, 9. XXXI, 17. LXIX, 18. LXXXVI, 2. 4. CXIX, 17. Neh. I, 6. 8. עַבְדְּךָ in his locutionibus passim primae personae vim ita induit, ut huius personae pronomen eo referri possit. Gen. XLIV, 32: *nam servus tuus spopondit* i. e. ego spopondi *pro puero apud patrem meum*. (Simillimum exemplum habes in titulo Melit. 1, lin. 2: *Domino nostro Melcarto ..... vir vovens* עבדך עבדאסר ואחי אסרשמר *servus tuus Abdosir cum fratre meo Osirschamaro*, v. monumm. Phoen. p. 96. 98). — Absentibus adeo, quos patronorum favori commendare volunt, *servi* nomen apponere solent, ut Gen. XLIV, 27: *pater meus, servus tuus, nobis dixit.* XXXII, 5. 20. 21. (De Sinensium urbanitate, qui se ipsos *parvos*, *humiles*, *viles* vel *natu minores*, hos quibuscum colloquuntur *nobiles, illustres* vel *natu maiores* appellare solent v. Remusat gr. chin. §. 318. 328. 329).

2) עֶבֶד יְהוָֹה non uno modo transfertur. Est enim a) *cultor* Dei. Neh. I, 10: הֵם עֲבָדֶיךָ וְעַמֶּךָ *illi* (Israëlitae) sunt *servi tui populusque tuus*, cf. chald. Esr. V, 11: *nos servi sumus dei coelorum*, colimus deum coelorum. Dan. VI, 21: *Daniel serve dei vivi* i. e. qui deum vivum colis. Hoc sensu est epitheton ornans, quod tribuitur piis Dei cultoribus, velut Abrahamo Ps. CV, 6. 42, Josuae Jes. XXIV, 29. Iud. II, 8, Iobo Iob. I, 8. II, 3. XLII, 8, Davidi Ps. XVIII, 1. XXXVI, 1. LXXVIII, 70. LXXXIX, 4. 21. Jer. XXXIII, 21 sqq. Ezech. XXXIV, 23, Eljakimo Jes. XXII, 20, Serubabeli Hagg. II, 24, et in plur. עַבְדֵי יְהוָה saepe dicitur de piis hominibus Deut. XXXII, 36. Ps. XXXIV, 23. LXIX, 37. CXIII, 1. CXXXIV, 1. CXXXV, 1. CXXXVI, 22. Jes. LIV, 17. LXIII, 17. LXV, 8. 9. 13—15. Alibi est b) *minister* s. *legatus* Dei, a Deo vocatus et missus ad negotium quoddam perficiendum. Jes. XLIX, 6: נָקֵל מִהְיוֹתְךָ לִי עֶבֶד לְהָקִים אֶת שִׁבְטֵי יַעֲקֹב וגו׳ *non sufficit ut sis mihi servus* (i. e. legatus et qs. instrumentum) *ad erigendas tribus Jacobi .... faciam te lucem populorum* cet. Comm. 5. In hanc sententiam tribuitur Messiae Zach. III, 8, Nebucadnezari, Babyloniae regi, quo Deus in castigando populo tanquam instrumento utebatur Jer. XXV, 9. XXVII, 6. XLIII, 10; plerumque tamen adiunctam habet notionem *servi familiaris*, propter pietatem et fidem probatam a Deo ad res suas perficiendas *electi* et *dilecti*, quo sensu tribuitur angelis (in altero hemistichio מַלְאָכִים) Iob. IV, 18, et prophetis Am. III, 7. Jer. VII, 25. XXV, 4. XXVI, 5. XXIX, 19. XXXV, 15. XLIV, 4. Dan. IX, 6. Esr. IX, 11, spec. Mosi Deut. XXXIV, 5. Jos. I, 1. 13. 15. Ps. CV, 26, Jesaiae Jes. XX, 3 (cf. δοῦλος τοῦ θεοῦ de Apostolis Act. IV, 29. XVI, 17). Nonnunquam utraque notio hominis Deum pie colentis et legati divini coaluisse videtur idque (praeter eos locos, quibus Abrahamo, Mosi tribuitur) ibi maxime evenisse puto, ubi *Israël* s. *Jacobus* i. e. populus Israëliticus hoc nomine honorifico et charitativo compellatur Jes. XLI, 8. 9. XLII, 19. XLIV, 1. 2. 21. XLV, 4. XLVIII, 20. Jer. XXX, 10. XLVI, 27. 28. Ez. XXVIII, 25. XXXVII, 25 (idem *filius Dei* appellatur Hos. XI, 1), ita tamen, ut *pii* maxime intelligantur i. e. veri nominis Israëlitae, ἀληθινοὶ Ἰσραηλῖται Joh. I, 48. Rom. IX, 6). Jes. XLIII, 10. XLIX, 3 (ad quem locum cf. quae observavimus in animadverss. ad Vers. germ. ed. 2), et in iis prophetae v. XLII, 1. XLIV, 26. XLIX, 3. 5. LII, 13. LIII, 11. Idem ille Jacobus, qui *servus Dei* vocatur, in altero hemistichio modo *electus Dei* appellatur Jes. XLI, 8. XLII, 1. XLV, 4, modo *legatus* et *amicus* XLII, 19, adeoque in plur. *legati* XLIV, 26: in cunctis autem de *servo Dei* capitibus in altera Jesaiae parte (XLII, 1—7. XLIX, 1—9. L, 4—10. LII, 13—LIII, 12) is sistitur tanquam Dei familiaris et legatus, spiritu divino adiutus, tribus Israëliticas restituturus populisque exteris doctor futurus.

3) (servus sc. Dei) n. pr. virorum a) Iud. IX, 26. 28. b) Esr. VIII, 6.

עֶבֶד מֶלֶךְ (servus regis, arab. عبد الملك Abdulmalich) n. pr. Aethiopis in aula Sedeciae Jer. XXXVIII, 7. XXXIX, 16. (Idem n. pr. habes in titulo Phoenicio Cit. 2, lin. 3).

עֲבֵד נְגוֹ (an corruptum ex עֲבֵד נְבוֹ cultor Mercurii? ut גְּבַל *Βύβλος* p. 258, adde. βάλανος aeol. γάλανος, lat. *glans*) Dan. I, 7. II, 49. III, 12, et עֲבֵד־נְגוֹא V. 29, n. pr. chald. Asarjae, Danielis socio, in Babylonia impositum.

עֲבֵד chald. i. q. hebr. עֶבֶד *servus. Servus regis* i. e. minister eius qualiscunque, de praefectis regiis Esr. IV, 11. Qui cum rege colloquuntur, *servos se* appellant (v. hebr.) Dan. II, 4. 7. עֲבֵד אֱלָהָא *servus* i. e. cultor *Dei* Dan. III, 26. VI, 21. Esr. V, 11.

עֲבָד m. (Kamez impuro) *opus, factum* (Handlung), semel legitur Eccl. IX, 1. Syr. ܥܒܳܕܳܐ id.

עוֹבֵד (*colens* sc. Deum, cf. rad. no. 3) n. pr. virorum 1) Ruth IV, 17. 21. 2) 1 Paralip. XI, 47. 3) 1 Par. II, 37. 4) 1 Par. XXVI, 7. 5) 2 Par. XXIII, 1.

עֹבֵד אֱדֹם (qui Edomitis serviit) n. pr. Levitae 2 Sam. VI, 10. 1 Par. XVI, 38.

עַבְדָּא (servus sc. Dei, chaldaeae formae vc.) n. pr. virorum 1) 1 Reg. IV, 6. — 2) Neh. XI, 17, pro quo 1 Par. IX, 16 עֹבַדְיָה. (In titulis Phoeniciis reperiuntur nomm. pr. עבדא et עבדה, Monumm. Phoen. p. 354).

עַבְדְּאֵל (servus Dei) n. pr. viri Jer. XXXVI, 26. Quum in aliis linguis tum maxime in Semiticis saepissime homines se numinis cuiusdam domestici servos s. cultores nuncupant, ut apud Phoenices עבדאשמן (servus Aesculapii), עבדמלקרת (servus Melcarti s. Herculis), עבדעשתרת (servus Astartae), vulg. *Bodostor*, עבדשמש (servus Solis), v. Monumm. Phoen. p. 354, apud Arabes gentiles عبد الشمس (servus Solis) sed apud Moslemos عبد الله, عبد الرحمن, apud Aethiopes *Gabra-Christos* (Servus Christi), apud Graecos Ἑρμόδουλος, apud Germanos *Gottschalk* (servus Dei).

עֲבֹדָה f. 1) *labor, opera* (Arbeit). Ps. CIV, 23: *prodit* (agricola) .... לַעֲבֹדָתוֹ עֲדֵי עָרֶב *ad laborem suum usque ad vesperam.* Lev. XXV, 39: עֲבֹדַת עָבֶד *labor servi*, servilis. XXIII, 7: כָּל מְלֶאכֶת עֲבֹדָה לֹא תַעֲשׂוּ *omne opus cum labore coniunctum ne faciatis.* 8. 21. 35. 36. Num. XXVIII, 18. 25. XXIX, 1. 12. 35. — Exod. XXXIX, 32: כָּל־עֲבֹדַת מִשְׁכַּן אֹהֶל מוֹעֵד *omnis opera* in exstruendo *tentorio conventus* consumta, 42, et de eadem re XXXV, 24: לְכָל־מְלֶאכֶת הָעֲבֹדָה *ad varios usus operae* (der Bau-Arbeit). XXXVI, 3. 5. Inde a) *opus, negotium* (Geschäft) i. q. מְלָאכָה. Num. IV, 47: לַעֲבֹד עֲבֹדַת עֲבֹדָה וַעֲבֹדַת מַשָּׂא בְּאֹהֶל מוֹעֵד *ad subeundum negotium cultus* sacri *et negotium portandi in sacrario* (pro quo 1 Par. IX, 19: מְלֶאכֶת עֲבֹדָה). Jes. XXVIII, 21: לַעֲבֹד עֲבֹדָתוֹ *ad peragendum negotium suum*, int. iudicia divina in impios, alibi מַעֲשֶׂה. XXXII, 17: וַעֲבֹדַת הַצְּדָקָה הַשְׁקֵט *et opus* i. e. fructus, effectus *iustitiae erit quies.* (Cf. פֹּעַל, פְּעֻלָּה opus, merces, chald. עוֹבָדָא, עֲבִידָא i. q. מַעֲשֶׂה opus, merces). b) spec. opus agricolae (cf. Ps. l. c.), *agricultura.* 1 Par. XXVII, 26: לַעֲבֹדַת הָאֲדָמָה. Neh. X, 38: עָרֵי עֲבֹדָתֵנוּ *urbes agriculturae nostrae.*

2) *labor*, quem servus subit pro domino, *servitium, ministerium* (Dienst). Gen. XXX, 26: יָדַעְתָּ אֶת־עֲבֹדָתִי אֲשֶׁר עֲבַדְתִּיךָ *probe scis quid tibi praestiterim.* עָבַד עֲבֹדָה עִם serviit apud aliq. Gen. XXIX, 27. Exod. I, 14: *et acerbam reddebant vitam eorum* בַּעֲבֹדָה קָשָׁה בְּחֹמֶר וּבִלְבֵנִים וּבְכָל־עֲבֹדָה בַּשָּׂדֶה *duro servitio lateribus ex luto formandis varioque servitio in agris*, et sic עֲבֹדָה קָשָׁה de gravi servitio a populo vel regi vel alii populo praestando Deut. XXVI, 6. 1 Reg. XII, 4. Neh. V, 18. Jes. XIV, 3. Thren. I, 3, de servitio militum Ez. XXIX, 18. De servitio s. ministerio regis 1 Par. XXVI, 30: עֲבֹדַת הַמֶּלֶךְ. 2 Par. XII, 8: וְיֵדְעוּ עֲבוֹדָתִי וַעֲבוֹדַת מַמְלְכוֹת הָאֲרָצוֹת *ut sciatis, quid sit mihi servire, quid regnis* (regibus) *terrae.* — Inde a) *usus*, cui aliquid inservit (Nutzen, Gebrauch, wozu etwas dient). Ps. CIV, 14: עֵשֶׂב לַעֲבֹדַת הָאָדָם *olus in usum hominum.* Num. III, 26. b) quod alicui rei inservit (was zum Nutzen oder Gebrauch dient), *supellex* Num. III, 31. 36.

3) *ministerium* sacrum, *cultus divinus* sacerdotum et Levitarum in tabernaculo sacro et in templo. 1 Par. XXV, 1. XXVI, 8 al., plene עֲבֹדָה בְּאֹהֶל מוֹעֵד Num. IV, 23. 35, עֲבֹדַת אֹהֶל מוֹעֵד Exod. XXX, 17. Num. XVIII, 6, עֲבֹדַת הַמִּשְׁכָּן Num. III, 7. 8. XVI, 9, עֲבֹדַת בֵּית יְיָ 1 Par. IX, 13. XXIII, 28. XXVIII, 13. 20, עֲבֹדַת הַקֹּדֶשׁ Num. VII, 9, עֲבֹדַת יְהוָה Num. VIII, 11. Jos. XXII, 27, κατ' ἐξοχὴν הָעֲבֹדָה 2 Par. XXXV, 10. עֲבֹדַת בְּנֵי קְהָת ea cultus divini officia, quae Kahathitis peragenda sunt Num. IV, 4 cf. 24. 27. 28. כְּלֵי עֲבֹדָה vasa sacra templi 1 Par. IX, 28. XXVIII, 14, צְבָא הָעֲבֹדָה exercitus sacer, de sacerdotibus et Levitis Num. VIII, 25. 26: עֲבֹדָה לֹא יַעֲבֹד *munus sacrum ne obeat.* Dicitur etiam de uno quodam officio sacro Exod. XII, 25. 26. XIII, 5.

עֲבֻדָּה (formae כְּבוּדָּה, כְּהֻנָּה) f. pr. *servitium, famulitium*, inde concr. *servi, familia* (ut gr. θεραπεία Mt. XXIV, 45 et Gen. XLV, 16 pro hebr. עֲבָדִים) Gen. XXVI, 14. Iob. I, 3. Bene LXX ap. Iob. et Gr. Venet. in Genesi ὑπηρεσία, Vulg. utroque loco *familia*, sed LXX in Gen. γεώργια, Saad. فلاحة, Targ. Iob. פולחנא agricultura, qs. idem sit quod עֲבֹדָה, renitente contextu. Onk. in Gen. retinet עֲבוּדָא, et Pesch. utroque loco ܥܒܳܕܬܳܐ, quod Lex. Adl. explicat: قطيع غنم بقر وشر غنا مال grex parvus ovium, boum cet. opes, sed vereor ut recte.

עַבְדּוֹן (servilis) n. pr. 1) oppidi in agro Aseritarum a Levitis habitati Jos. XXI, 30. 1 Par. VI, 59. Idem nomen ex viginti codd. reponendum est Jos. XIX, 28 pro scriptura vulgari עֶבְרוֹן. Cf. Relandi Palaest. p. 518. 2) virorum a) iudicis Israëlitarum Iud. XII, 13. 15, pro quo בְּדָן 1 Sam. XII, 11 (vide mox h. v.); aliorum b) 1 Par. VIII, 23. c) ib. VIII, 30. IX, 36. d) 2 Par. XXXIV, 20 cf. עַכְבּוֹר.

עַבְדוּת f. (denom. a עֶבֶד) *servitus* Esr. IX, 8. 9. Neh. IX, 17. Syr. ܥܒܕܽܘܬܳܐ id.

עַבְדִּי (pro עֹבַדְיָה servus Jehovae) n. pr. virorum 1) 1 Par. VI, 29. 2) 2 Par. XXIX, 12. 3) Esr. X, 26.

עַבְדִּיאֵל (servus Dei) n. pr. viri 1 Par. V, 15.

עֹבַדְיָהוּ et **עֹבַדְיָה** m. (cultor Jehovae, cf. arab. عبد الله) n. pr. complurium virorum, quorum nobilissimus est huius nominis propheta Jeremiae aequalis (Obad. 1). 1 Reg. XVIII, 3. 1 Par. III, 21. VII, 3. VIII, 38. IX, 16. 44. XII, 9. XXVII, 19. 2 Par. XVII, 7. XXXIV, 12. Esr. VIII, 9. Neh. X, 6. LXX. Ἀβδία, Ἀβδίας (quod proprie ortum ex עֲבַדְיָה), cod. Alex. et ed. Complut. passim Ὀβδία, Ὀβδίας.

עֲבִידָא f. chald. 1) *opera*, *opus* Esr. IV, 24. V, 8. VI, 7. 18. — 2) *negotium* Dan. II, 49. III, 12 (cf. מְלָאכָה Neh. II, 16). In Targg. pro מְלָאכָה.

מַעְבָּד m. *opus*, pl. c. suff. מַעְבָּדֵיהֶם *opera eorum* (Kamez impuro) Iob. XXXIV, 25 ex Chaldaismo. Targ. מַעְבָּדוֹהִי.

מַעְבָּד chald. pl. c. suff. מַעְבָּדוֹהִי Dan. IV, 34.

* * *

בְּדָן n. pr. duorum virorum (v. p. 181), in his indicis Israelitarum 1 Sam. XII, 11, quem liber Iudicum ignorat, et de quo variae sunt doctorum hominum coniecturae. Mihi vix dubium est, quin idem sit atque עַבְדֹּן, עַבְדּוֹן (v. hac voce no. 2, a) ע abiecto, quod in hoc ipso vocabulo עבד apud Phoenices tritum est, v. c. בראשמן pro עבדאשמן (servus Aesculapii) inscr. Cit. 3, 3, ברמלקרת pro עבדמלקרת Carth. 5, 5, ברעשתרת pro עבדעשתרת Carth. 2, 4, unde lat. *Bodostor* cf. etiam *Body* Plaut. Poen. 5, 1, 10 pro עבדים servi. Cf. Monumm. Phoen. p. 174. 372.

עָבָה 1) *crassus*, *pinguis fuit*, de homine Deut. XXXII, 15, de digito 1 Reg. XII, 10. Cf. nomen עֳבִי. — 2) *densus fuit*, unde עֲבִי, מַעֲבֶה. (Syr. ܥܒܐ pass. ubique de corde pingui i. e. indurato Mt. XIII, 15. Mc. VI, 52. Exod. VII, 22. XIV, 17, ܥܒܝܐ tumor, aeth. ዐበየ: magnus, amplus fuit, crevit, ዐቢይ: magnus, ዕበይ: magnitudo. Arab. عبى alia omnia significat, quae ad crassitiei et densitatis vim non sine violentia traxit A. Schult. ad Ham. p. 418, in unico enim certo exemplo شجرة عبية arbor densa 1 Reg. XIV, 23 vide sitne legendum غبية, cf. أغبى fem. غبياء densus, de arbore, ramo, cf. hebr. עָב. Sed vicina sunt وغب magnus, crassus fuit, de camelo, it. عبن crassus, durus fuit, de corpore).

עֲבִי m. *densitas*, clypeorum coniunctorum (in συνασπισμῷ) Iob. XV, 26, humi 2 Par. IV, 17: בַּעֲבִי הָאֲדָמָה *in humo densa* i. e. argillosa, ut bene Vulg.

עֳבִי m. *crassities* rei (Dicke) 1 Reg. VII, 26. 2 Par. IV, 5. Jer. LII, 21.

מַעֲבֶה *densitas* (humi) 1 Reg. VII, 46, ubi 2 Par. IV, 17 est עֲבִי q. v. Intelligendae sunt formae ex humo densa s. argilla factae, quibus metallum infunderetur, ut apud nos in campanis fundendis fieri solet.

עָב *limen* v. rad. עָבַב.

עָב *nubes* v. עוּב.

עָבַט fut. יַעֲבֹט 1) *mutavit*, *permutavit* (v. Pi.), affine est עָבַת plexit. — 2) *pignus dedit pro mutuo*, quod ita fit ut pignus cum mutuo permutetur. Deut. XXIV, 10: לַעֲבֹט עֲבֹטוֹ *ut pignus suum det*. Dein: pignore dato *mutuum accepit* Deut. XV, 6: וְאַתָּה לֹא תַעֲבֹט *et tu nihil mutuum accipies*. (In linguis cognatis haec significatio non reperitur).

Pi. mutavit, *permutavit*. Joël II, 7: *non mutant vias suas*, h. e. in eadem via rectà progrediuntur. LXX. οὐ μὴ ἐκκλίνωσι τὰς τρίβους αὐτῶν. Vulg. non declinant a viis suis.

Hiph. mutuum dedit, sq. acc. pers. (alicui) Deut. XV, 6, dupl. acc. pers. et rei mutuo datae V. 8: וְהַעֲבֵט תַּעֲבִיטֶנּוּ דֵּי מַחְסֹרוֹ *et mutuum ei dabis quantum eget*.

עֲבוֹט m. *pignus* Deut. XXIV, 10 — 12.

עַבְטִיט m. pr. *pigneratio* bonorum, concr. bona pro pignore capta, direpta. Hab. II, 6: *vae ei*, *qui cumulat* bona *non sua*, *quo usque* hoc? וּמַכְבִּיד עָלָיו עַבְטִיט *et coacervat apud se pignora capta* i. e. bona direpta. Imago petita est a feneratore acerbissimo, qui pignora capta aliisque erepta apud se cumulavit. Cf. quod sequitur נֹשְׁכֶיךָ feneratores tui. Kimchi: רבוי ממון. Paullo aliter Targ. *usque quo aggravaturus es super te* תְּקוֹף חוֹבָךְ *gravitatem culparum?* pignerationem de *aere alieno* et hoc de *gravi culpa* intelligens: sed illud praestat. Male Hieron. Kimchius pater, Aben Esra interpretantur *densitatem luti* (עב), Syrus adeo *nubem luti*: haud enim facile assentias Hieronymo, qui „multiplicatas divitias" eleganter ita appellari observat.

עָבַל verb. inusit. Arab. عبل I. II. foliis nudavit arborem, عبلاء saxum albicans, الأعبل mons cuius saxa alba sunt, aliis petra dura, quae rubra, alba, nigra est (Granit).

עוֹבָל n. pr. regionis Arabum Joctanidarum Gen. X, 28, quod 1 Par. I, 22 scribitur עֵיבָל, et sic Gen. l. c., in cod. Sam. LXX. (Εὐάλ, Complut. Γεβὰλ), Vulg. et apud Josephum, qui Αἴβαλος scribit. (Cf. עֵיבָל no. 2). Bochartus (Phaleg II, 23) *Avalitas* s. *Abalitas* intelligit in Africa troglodytica ad sinum maris extra fretum Bab-el-mandeb habitantes: quod non probo, quum Joctanidarum

in Africa aliud vestigium frustra quaeras. Non magis huc referenda Γοβολῖτις Josephi, quae respondet hebraeo גְּבָל p. 258.

עֵיבָל (saxum, v. rad.) n. pr. 1) montis in montano Ephraimitico e regione Garizim montis siti. In valle inter hos montes media situm erat Sichem oppidum, a cuius dextra erat mons Garizim, a sinistra Ebal (Jos. Ant. 4, 8 §. 44), et ille quidem fertilis hortis pascuisque tectus, hic contra nudus et saxosus (Hamelsveld bibl. Geogr. 1, 371. O. v. Richter Wallfahrten p. 56) Deut. XI, 29. XXVII, 4. 13. Jos. VIII, 30. 33. LXX. Γαιβάλ. Vulg. *Hebal.* De Samaritanorum crisi, qui Deut. XXVII, 4 (et in pericopis post Exod. XX, 17 et Deut. V, 21 insertis) pro עֵיבָל ponebant גרזים, v. pag. 301. De singulari autem Hieronymi errore, qui עיבל et גרזים montes in vicinia Hierichuntis ponebat, v. Relandum p. 503. — 2) viri Idumaei Gen. XXXVI, 23. 1 Par. I, 22.

עָבַץ rad. inusit., quam idem valuisse quod עָצַב testatur auctor Paralipomenon 1, 4, 9. 10. Inde

יַעְבֵּץ n. pr. 1) viri, quod 1 Par. l. c. ita explicatur, quasi positum sit pro יַעְצֵב (qui *dolores facit* sc. matri). — 2) oppidi tribus Judae 1 Par. II, 55.

עָבַר fut. יַעֲבֹר **1)** *transiit.* (Arab. عبر transiit, traiecit flumen, it. abiit, recessit, mortuus est, عِبْر, عَبْر ora, ripa fluminis, *Ufer*, غبر abiit, recessit. Aram. עֲבַר, ܥܒܰܪ i. q. hebr. Eadem stirps late patet in linguis indogermanicis, v. sanscr. *upari*, pers. بر، أبر, et زبر super, supra, gr. ὑπέρ, πέρα, πέραν, περάω, lat. *super*, goth. *ufar*, *afar*, nostr. *über*). Pr. transiit flumen, rivum, mare, sive per pontem vadumve, sive navigio, sive alio quocunque modo (LXX. διαβαίνω), sq. acc. Gen. XXXI, 21: וַיַּעֲבֹר אֶת־הַנָּהָר. Jes. XXIII, 2: *mercator Sidonis* עֹבֵר יָם *transiens* (pernavigans) *mare* (poët. de pisci Ps. VIII, 9: עֹבֵר אָרְחוֹת יַמִּים). Gen. XXXII, 23. Deut. II, 13. 14. III, 27. IV, 21. Jos. IV, 22. XXIV, 11. 2 Sam. II, 29. X, 17. XVII, 20. 22. XIX, 32. 40. XXIV, 5. Jes. XXXIII, 21. XLVII, 2. Ezech. XLVII, 5, sq. בְּ Jos. III, 11: *ecce arca foederis* עֹבֵר לִפְנֵיכֶם בַּיַּרְדֵּן *ante vos transit Jordanem.* 2 Sam. XV, 23. XIX, 19. Jes. XLIII, 2. Zach. X, 11, בְּתוֹךְ (per medium). Num. XXXIII, 8. Omisso acc. fluminis: *traiecit* (er setzte über) Jos. II, 23. 2 Reg. II, 9, et sq. acc. loci, quem quis traiiciendo petit. Jes. XXIII, 6: עִבְרוּ תַּרְשִׁישָׁה. Comm. 12: כִּתִּיִּים קוּמִי עֲבֹרִי. Am. VI, 2: עִבְרוּ כַלְנֵה *petite* traiecto Euphrate *Calnem.* Jer. II, 10, et אֶל Num. XXXII, 7. — Etiam de aliis progrediendi impedimentis, quas quis transgreditur vel superat, velut maceriam Iob. XIX, 8: אָרְחִי גָדַר וְלֹא אֶעֱבוֹר *viam meam obstruxit* maceriâ, *ut transgredi non possim* (cf. Jes. LI, 23: *qui tibi dicunt:* שְׁחִי וְנַעֲבֹרָה *incurva te ut transgrediamur*, ut pede dorso tuo imposito transsiliamus); terminum (Ps. CIV, 9), inde metaph. *transgressus est* mandatum Dei (LXX. παραβαίνω) Num. XXII, 18. XXIV, 13. 1 Sam. XV, 24, mandatum regis Esth. III, 3, foedus Deut. XVII, 2. Jos. VII, 11. 15. XXIII, 16. 2 Reg. XVIII, 12. Jer. XXXIV, 18, legem Jes. XXIV, 5. Dan. IX, 11. (Syr. ܥܒܰܪ transgressus est legem, praevaricatus est. Chald. עֲבֵירְתָא transgressio, peccatum). Sq. אֶל transiit (regni limites) ad aliq. vel aliquid 1 Sam. XIV, 1. XXVII, 2.

Translate de novacula caput transeunte sq. עַל Num. VI, 5; de vento transeunte super aliq. sq. בְּ Ps. CIII, 16. Cf. no. 4.

2) *pertransiit* (durchgehen, durchziehen, LXX saepe: διέρχομαι, διαπορεύομαι), ut urbem, regionem, agrum, sq. acc. Num. XX, 17. Iud. XI, 29: וַיַּעֲבֹר אֶת־הַגִּלְעָד וְאֶת־מְנַשֶּׁה *pertransiit Gileaditidem et agrum Manassitarum.* Jes. X, 29: עָבְרוּ מַעְבָּרָה *transeunt angustias;* saepius sq. בְּ (per) Gen. XII, 6: וַיַּעֲבֹר אַבְרָם בָּאָרֶץ. Ps. XLII, 5: כִּי אֶעֱבֹר בַּסָּךְ *ubi pertransibam densam* populi *turbam* (wenn ich durch die dichte Menge schritt). Gen. XXX, 32. XLI, 46. Num. XX, 18. XXI, 22. XXXIII, 8. Deut. II, 27. Jos. XVIII, 9. Iud. XI, 17. 1 Sam. IX, 4. 2 Sam. XX, 14. Jes. VIII, 21. X, 28. XXXIV, 10. Jer. II, 6. Ez. IX, 4, sq. בֵּין (inter duas res) Gen. XV, 17. Jer. XXXIV, 19; sq. בְּתוֹךְ (per medium) Iob. XV, 19: לֹא עָבַר זָר בְּתוֹכָם. Ezech. IX, 4: עֲבֹר בְּתוֹךְ הָעִיר בְּתוֹךְ יְרוּשָׁלִָם, et בְּקֶרֶב Jos. I, 11. Am. V, 17. De inanimatis Ps. XVIII, 13: עָבָיו עָבְרוּ בָּרָד וְגַחֲלֵי אֵשׁ *nubes eius* (acc.) *transeunt grando et prunae igneae.* 1 Reg. XXII, 36: וַיַּעֲבֹר הָרִנָּה בַּמַּחֲנֶה *et transiit per castra laetus clamor.* Absol. 2 Reg. IV, 8: מִדֵּי עָבְרוֹ *quoties transibat* urbem. Thren. III, 44: *latebas in nubibus* מֵעֲבוֹר תְּפִלָּה *ne transirent preces.* — כֶּסֶף עֹבֵר 2 Reg. XII, 5 et כֶּסֶף עֹבֵר לַסֹּחֵר Gen. XXIII, 16 est *pecunia transiens apud mercatores* i. e. usu mercatorum recepta (gangbares Geld, argent qui passe). Vulg. loco posteriore: *probata moneta publica.* LXX. ἀργύριον δόκιμον ἐμπόροις. Onk. כְּסַף דְּמִתְקַבַּל בִּסְחוֹרְתָא בְּכָל־מְדִינְתָא *pecunia quae recipiebatur in foris omnium provinciarum.* Pseudojon. עָבְרִין בְּכָל פָּתוֹר *transeuntes per omnes mensas* sc. numulariorum. Pesch. ܢܳܦܶܩ ܠܬܰܓܳܪܶܐ. Saad. ممّا هو جائز بين التجار *ex eo genere quod currit apud mercatores* (Courant). Videntur argenti frusta (כְּסָפִים) fuisse, in quibus pondus notatum erat, ut apud Sinenses et Tunkinenses: pecuniam certe signatam patriarcharum aevo vix expectes.

Apud Arabes عَبَرَ est examinavit (numos, merces), cuius ponderis et qualitatis essent, II. singulos aureos libravit, sed non adhibita diligentia, idque Mich. in suppl. nostrae locutioni adhibet, quam passive interpretatur: argentum

probatum a mercatore. Sed omnis ista glossa ab usu Hebraeo aliena est: nam ex conj. II. apparet, propriam eius vim esse in leviter et cursim perlustrandis et librandis numis, quod nummularii nostrates dicunt: durchgehn, mit der Wage übergehen.

3) *praeteriit*, *praetergressus est* (vorübergehn, LXX saepe: παρέρχομαι, παραπορεύομαι): quod a transeundo non multum abest, qui enim hominem locumve praetergreditur, transit ultra eum (geht *darüber* hinaus). Ponitur sq. acc. pers. vel loci, quem quis praetergreditur. Iud. III, 26: וְהוּא עָבַר אֶת־הַפְּסִילִים *et praeteriit lapicidinas* (er kam über die Steinbrüche hinaus). Gen. XXXII, 32. 2 Sam. XVIII, 23: וַיַּעֲבֹר אֶת־הַכּוּשִׁי *et praeteriit Cuschitam* i. e. eum currendo non solum assecutus est, sed adeo anteverit. Jes. XXXI, 9: סַלְעוֹ מִמָּגוֹר יַעֲבוֹר *prae timore ultra arcem suam fugit* i. e. fugit ultra casam; it. sq. עַל (pr. super, ultra) Gen. XVIII, 5: כִּי עַל־כֵּן עֲבַרְתֶּם עַל עַבְדְּכֶם *propterea quod praeteriistis servum vestrum.* Iud. IX, 25. 1 Reg. IX, 8. 2 Reg. IV, 9. Prov. XXIV, 30. Jer. XVIII, 16. XIX, 8. XLIX, 17. Ez. XVI, 6. 8, מֵעַל Gen. XVIII, 3, עַל פְּנֵי Ex. XXXIV, 6, לִפְנֵי 2 Reg. IV, 31, adde עָבַר תַּחַת הַשֵּׁבֶט transire s. praeterire sub pedo pastoris gregem numerantis i. e. numerari Lev. XXVII, 32. Absol. Gen. XXXVII, 28: *praeterierunt autem viri Midianitae.* Exod. XII, 23. Ruth. IV, 1. Part. עֹבְרִים praetereuntes Ps. CXXIX, 8. Jes. LI, 23, et sq. genit. viae עֹבְרֵי דֶרֶךְ (ut הֹלְכֵי דֶרֶךְ) Ps. LXXX, 13. LXXXIX, 42. Iob. XXI, 29, cf. arab. Cor. 4, 146.

Spec. a) dicitur de tempore praetereunte, ut de die Ps. XC, 4, de diebus vitae Iob. XVII, 11, de meridie 1 Reg. XVIII, 29, de anni temporibus Jer. VIII, 20. Cant. II, 11, de messe Jer. VIII, 20, de salute, ira, luctu (i. e. de tempore salutis, irae, luctus) Iob. XXX, 15. Jes. XXVI, 20. Ps. LVII, 2. Gen. L, 4. 2 Sam. XI, 27.

b) de rebus *cito praetereuntibus* et *evanescentibus*, ut de palea avolante (קַשׁ עֹבֵר, מֹץ עֹבֵר) Jes. XXIX, 5. Jer. XIII, 24. Ps. XLVIII, 5, de nube Iob. XXX, 15, de umbra Ps. CXLIV, 4, de aquis cito exarescentibus Iob. VI, 15. XI, 16. — Inde

c) *periit*, *interiit*, de hominibus Ps. XXXVII, 36. Iob. XXXIV, 20. Nah. I, 12, de rebus (i. q. oblivioni tradita est res) Esth. IX, 28 sq. מִתּוֹךְ.

d) עָבַר עַל פֶּשַׁע praeteriit i. e. *condonavit* peccatum Mich. VII, 18. Prov. XIX, 11, et omisso פֶּשַׁע sq. dat. pers. condonavit alicui Am. VII, 8. VIII, 2. (Ita saepius in dial. chald. Hierosol. v. Buxt. col. 1568).

4) transiit ex uno loco in alium (ut עָבַר מֵעִיר לְעִיר 2 Par. XXX, 10), inde *processit*, *perrexit* (vorwärts gehen, fortgehen, weiter gehen). Gen. XVIII, 5: אַחַר תַּעֲבֹרוּ *dein pergatis* (möget ihr weiter gehen). Neh. II, 14: *non erat iumento locus* לַעֲבֹר תַּחְתַּי *progrediendi sub me.* 2 Sam. XVIII, 9: הַפֶּרֶד אֲשֶׁר תַּחְתָּיו עָבָר *et mulus, cui insidebat*, *perrexit.* XVI, 1. Hab. I, 11. Mich. I, 11. Jos. VI, 7. 8. 2 Sam. XVI, 9: אֶעְבְּרָה־נָּא וְאָסִירָה וגו׳ *procedam* (accedam) *et amputabo ei caput.* עָבַר וָשָׁב ivit et rediit i. e. ultro citroque ivit Ex. XXXII, 27. Ezech. XXXV, 7. Zach. VII, 14. IX, 8. Sq. בְּ et עַל viae Prov. IV, 15: אַל תַּעֲבָר בּוֹ *ne pergas in ea* via. 2 Reg. VI, 26: מֶלֶךְ עֹבֵר עַל הַחֹמָה *rex incedebat super muro.* Comm. 30. — Inde

a) perrexit ad locum, *petiit* locum, sq. acc. 2 Reg. VI, 9 (ubi alii aliter). Am. V, 5: בְּאֵר שֶׁבַע לֹא תַעֲבֹרוּ. Saepe de termino, qui aliquo procedit (sq. acc. cum He parag.). Num. XXXIV, 4. Jos. XV, 3 sqq. XVIII, 13. 18. 19. XIX, 13. — Sq. אֶל pers. accessit ad aliq. 1 Reg. XIX, 19. 2 Reg. IV, 8.

b) sq. בְּ *ingressus est.* Iud. IX, 26: וַיַּעַבְרוּ בִּשְׁכֶם *et ingressi sunt in Sichem.* Lev. XXVI, 6: חֶרֶב לֹא תַעֲבֹר בְּאַרְצְכֶם *gladius non ingrediatur in terram vestram.* Ez. XIV, 17. Sq. acc. ingressus est portam Mich. II, 13. Jes. LXII, 10. Eodem pertinent hae locutiones: עָבַר בִּבְרִית iniit foedus Deut. XXIX, 11 (cf. בּוֹא בְאָלָה); עָבַר בַּשֶּׁלַח ingressus est, incidit in tela (mortis), periit Iob. XXXIII, 18. XXXVI, 12; עָבַר בַּשַּׁחַת incidit in foveam (mortis) ib. XXXIII, 28.

c) sq. לִפְנֵי *anteivit*, *antegressus est* (LXX. προπορεύομαι), ita ut alii sequantur Gen. XXXIII, 3. Ex. XVII, 5. Deut. III, 28. Jos. IV, 5. 12. VI, 7, it. *praeivit* (prius ivit) Gen. XXXIII, 14. 1 Sam. IX, 27. XXV, 19. 2 Reg. IV, 31; sq. אַחֲרֵי secutus est aliquem 2 Sam. XX, 13.

d) sq. מִן (מֵאֵת) pers. et rei *discessit* ab aliquo, a loco. Ruth II, 8: לֹא תַעֲבוּרִי מִזֶּה *ne discedas hinc.* Cant. III, 4. 1 Reg. XXII, 24: אֵי־זֶה עָבַר רוּחַ יי מֵאִתִּי *quomodo discesserit spiritus Jovae a me?* Ps. LXXXI, 7: כַּפָּיו מִדּוּד תַּעֲבֹרְנָה *manus eius a corbe* (baiulatoria) *discedebant* i. e. eam relinquebant, a portandi officio liberabantur. Deut. XXVI, 13: לֹא עָבַרְתִּי מִמִּצְוֹתֶיךָ *non discedo a mandatis tuis.* — Jes. XL, 27: מֵאֱלֹהַי מִשְׁפָּטִי יַעֲבוֹר *a deo meo discedit ius meum*, h. l. eum praeterit et ab eo discedit (cf. עָבַר מֵעַל Gen. XVIII, 3) i. e. non curat caussam meam, eam negligit et missam fecit. Cf. arab. عدا praeterivit, missum fecit, supersedit. Absol. Cant. V, 6: דּוֹדִי חָמַק עָבָר. Esth. IV, 17.

e) sq. עַל *transiit* res *ad* alium dominum (übergehen auf einen andern). Jes. XLV, 14. Ez. XLVIII, 14, cf. Thren. IV, 21: גַּם עָלַיִךְ תַּעֲבָר כּוֹס *etiam ad te transibit calix* i. e. etiam tibi epotandus erit. Sed Deut. XXIV, 5 עָבַר עַל est: *imponi* alicui (de onere vel officio).

5) A prima transeundi potestate proficiscitur frequens verbi usus de *aquis*, quae ripas littorave *transeunt* (sq. acc. littoris Jer. V, 22) et *redundant* (überströmen, überschwemmen). Jes. VIII, 8 de Euphrate: חָלַף בִּיהוּדָה שָׁטַף וְעָבַר. Nah. I, 8: בְּשֶׁטֶף עֹבֵר. Hab. III, 10: זֶרֶם מַיִם עָבָר. Saepe sq. עַל. Jes. LIV, 9: מֵעֲבֹר מֵי נֹחַ עוֹד עַל הָאָרֶץ *aquas Noachi non iterum inundaturas esse terram.* Ps. XLII, 8: כָּל־מִשְׁבָּרֶיךָ וְגַלֶּיךָ עָלַי עָבָרוּ *omnes fluctus tui me inundarunt.* Jon. II, 4. Ps. CXXIV, 4: אֲזַי הַמַּיִם

שְׁטָפוּנוּ נַחְלָה עָבַר עַל נַפְשֵׁנוּ *tunc aquae nos inundassent, flumen superasset caput nostrum.* Inde Jes. XXIII, 10: עִבְרִי אַרְצֵךְ כַּיְאֹר *terram tuam inunda instar Nili* i. e. libere in ea exspatiare, quoniam vinculis liberata es. Transfertur

a) ad copias inundantes. Dan. XI, 10. 40 (ubi copulatur cum שָׁטַף). Nah. II, 1: לֹא יוֹסִיף עוֹד לַעֲבוֹר בָּךְ בְּלִיַּעַל *non amplius te inundabit vastator.* Jes. XXVIII, 18: שׁוֹט שׁוֹטֵף כִּי יַעֲבֹר וגו׳ *flagellum* Dei *inundans* (int. copias hostiles) *ubi invadit, vos omnes conculcabimini.* 19: מִדֵּי עָבְרוֹ *quotiescunque invadit.* Mich. V, 7; it. ad alias res aliquem undarum instar obruentes et superantes, velut vinum, sq. acc. Jer. XXIII, 9: *sicut vir* עֲבָרוֹ יָיִן quem *vinum obruit* (cf. similes locutiones s. vcc. הָלַם, בָּלַע, neque vero syr. ܥܒܪ ܥܠ ܚܡܪܐ quod de homine dicitur, non de vino: *vinolentum esse* 1 Tim. III, 3. Tit. I, 7 Pesch., pr. divertit ad vinum in caupona bibendum); copia peccatorum Ps. XXXVIII, 5, ira Dei LXXXVIII, 17. Absol. Ps. LXXIII, 7: עָבְרוּ מַשְׂכִּיּוֹת לֵבָב *redundant imaginationes cordis*, magnificae de se opiniones in vultu, verbis et gestibus conspicuae sunt. Inde

b) *irruit* in aliquem, *invasit* eum (cf. arab. عدا على impetum fecit in al.). Sq. עַל Iob. IX, 11 de Deo: הֵן יַעֲבֹר עָלַי. XIII, 13: יַעֲבֹר עָלַי מָה *irruat in me quidquid* est calamitatis. Hos. X, 11: עָבַרְתִּי עַל טוּב צַוָּארָהּ *irruam in cervicem eius pulchram.* Nah. III, 19: *quem non invasit malitia tua?* Sq. acc. Iud. XI, 29: *invasit Ammonitas.* Dicitur etiam

c) de lacrimis redundantibus (cf. arab. عَبِرَ lacrimavit oculus sc. primo obortu, nostr. *die Augen gehen über*, عَبْرَةٌ lacrima). Part. מֹר עֹבֵר myrrha lacrimans, sponte destillans Cant. V, 5. 13.

Niph. *traiici*, de flumine Ez. XLVII, 5.

Pi. עִבֵּר *transire fecit*, *transmisit*

1) pessulum, repagulum, inde *repagulavit*, 1 Reg. VI, 21: וַיְעַבֵּר בְּרַתִּיקוֹת זָהָב לִפְנֵי הַדְּבִיר *et clausit catenulis aureis* (tanquam pessulo) *sacrosanctum.* (Chald. עַבְּרָא repagulum, pessulus. Verbum in Aph. repagulavit).

2) *transmisit* femella sc. membrum semenque virile, inde *concepit.* Iob. XXI, 10: שׁוֹרוֹ עִבַּר וְלֹא יַגְעִל *bos* (i. e. vacca ἐπικοίνως) *eius concipit*, *nec respuit* semen (abortiendo), altero membro: תְּפַלֵּט פָּרָתוֹ וְלֹא תְשַׁכֵּל *parit vacca eius, neque abortit.* Ita complures vett. interpretes, quos laudavimus s. v. גָּעַל p. 298 A, e recentioribus Bochartus, Hieroz. I, pag. 291, quem plerique sequuti sunt. Sed Rabbini עִבֵּר reddunt *impraegnavit* (transmisit mas membrum virile) priusque hemistichium ad taurum referunt prospere fecundantem, posterius demum ad vaccam. Targ. תּוֹרֵיהּ מְבַטֵּין וְלָא יְפַלֵּט. Saad. ms. ثوره ان لقح لم يزلّق وان ولدت بقرته لم تثكل *taurus eius si fecundat, non respuere sinit, et si parit vacca, non abortit.* [Scite Saad. pro יגעיל usus est verbo زلق, quod, pariter atque געל, est *cum taedio respuit*, dein ad *abortum* translatum est]. Kimchi v. געל: ר״ל ולא יפליט הזרע וישליכנו כי על התכונה יפיל טפת הזרע ולא יפליטנה לחוץ ויעבר בה הפרה כפי התולדה. וי״מ שורו עבר על נקבה ויהיה עבר פעל עומד. הנכון מה שכתבנו כי תכלית הפסוק על הפרה וראשיתו על השור. Quaeritur iam quis sit verbi עִבֵּר usus in lingua chaldaea, ad quam, quum in hac de conceptione frequentetur, recte provocarunt interpretes. Ac Bochartus l. c. „עבר" ubique de femina dici observat, quae *concipiat*, nunquam de mare ineunte. Sed id ipsum de formis transitivis non probavit, nam mulier gravida apud Rabbinos est אִשָּׁה עוּבָּרֶת, et אִתְּתָא מְעַבְּרַת, Pe. עֲבַר concepit i. q. הֲרָה in Targ. Jonath. et Jeruschalmi Gen. XVI, 5. Num. XI, 12. Ps. LI, 8, Pa. part. *pass.* מְעַבְּרָא gravida Gen. XVI, 5. 11. XXXVIII, 25. Ithpa. i. q. Kal concepit Gen. XIX, 36. 37. XXI, 2. Beresch. rabba s. 51, quae omnia eorum potius opinioni favent, qui Pi. עִבֵּר *impraegnavit* (unde Pe. Pu. et part. pass. Pa. impraegnata est) reddunt, quanquam huius ipsius usus nullum exemplum reperi. Rectius Bochartus provocasset ad syn. עֲדָה, quod in Pa. עַדִּי et Aph. אַעְדִּי multis et indubitatis exemplis (v. Buxtorf. pag. 1579) de femina *concipiente* dicitur, unde מְעַדְיָא (sive part. act. sive pass. est) gravida, עִדּוּי conceptio. Quae quum ita sint, certum momentum, quo vetus illa opinionis diversitas dirimatur, ex lingua chald. peti non potest, neque in orationis serie tale inest (de priore enim sententia membro primo agitur de conceptione, altero de partu, licet utriusque subiectum sit vacca): attamen ad posteriorem illam Saadiae et Kimchii sententiam inclino, ut iam in Lex. man. v. גָּעַל professus sum.

Hiph. הֶעֱבִיר 1) causat. Kal no. 1 transire fecit i. e. *transmisit*, *traduxit*, *traiecit* (trans.) aliquem, aliquid v. c. populum, gregem trans fluvium, c. dupl. acc. pers. et fluminis Gen. XXXII, 24. Num. XXXII, 5. Jos. VII, 7. 2 Sam. XIX, 16, c. acc. obj. et בְּ fluminis Ps. CXXXVI, 14. Utuntur autem hoc verbo sive ope ratis aliquem traiiciunt (*drüber*führen) 2 Sam. l. c., sive nando (ut gregem) sive per vadum (*durch*führen) Gen. Jos. l. l. c. c. Est etiam a) *transire fecit* novaculam super al., sq. עַל Num. VIII, 7. Ez. V, 1 (cf. in Kal Num. VI, 5), b) *traduxit* ex uno loco in alium. Gen. XLVII, 21: וְאֶת־הָעָם הֶעֱבִיר אֹתוֹ לֶעָרִים *et populum traduxit* ex urbibus *in urbes*, ex aliis urbibus in alias, i. e. sedes inter se commutare iussit. Plenam structuram habes in Kal עֹבֵר מֵעִיר לָעִיר 2 Par. XXX, 10. De codicis Sam. et Vers. Alex. scriptura: העביר אתו לעבדים vide quae disputavimus in Comment. de Pent. Sam. p. 38. 39. — c) *transire fecit* hereditatem *ad* aliquem, sq. לְ Num. XXVII, 7. 8. Cf. in Kal no. 4, litt. e. — d) transire i. e. *migrare fecit* legem (cf. Kal no. 1) 1 Sam. II, 24.

2) causat. Kal no. 2 *pertransire fecit*, *sivit* v. c. terram Deut. II, 30, *pervadere fecit* (terram bestias) Ez. XIV, 15, spec. הֶעֱבִיר קוֹל בְּ proclamari iussit in (terra,

castris) Ex. XXXVI, 6. Esr. I, 1. X, 7. Neh. VIII, 15. 2 Par. XXX, 5; הֶעֱבִיר שׁוֹפָר fecit, ut tuba (sonitu suo) personaret, i. e. tuba cecinit Lev. XXV, 9.

3) causat. Kal no. 3 *praeterire fecit* 1 Sam. XVI, 9. 10. XX, 36: *sagittam iaculatus est* לְהַעֲבִרוֹ *ita ut eum praeteriret* i. e. trans eum. Metaph. הֶעֱבִיר חַטָּאת peccatum praetermisit, *remisit* (cf. Kal no. 3, litt. d) 2 Sam. XII, 13. XXIV, 10. Iob. VII, 21. (Cf. arab. جاز VI. praetermisit peccatum, condonavit).

4) causat. Kal no. 4 i. q. הֵבִיא *attulit*, spec. *obtulit* tanquam sacrificium, *consecravit*, sq. לַיהוָה Ex. XIII, 12.

Huic similis est locutio הֶעֱבִיר בָּנִים לַמֹּלֶךְ offerre liberos Molocho Lev. XVIII, 21. Jer. XXXII, 35. Ez. XVI, 21. XXIII, 37, addito בָּאֵשׁ 2 Reg. XXIII, 10, et omisso dat. numinis הֶעֱבִיר אֶת־בְּנוֹ בָאֵשׁ Deut. XVIII, 10. 2 Reg. XVI, 3. XVII, 17. XXI, 6. 2 Par. XXXIII, 6. Ez. XX, 31. Quaeritur autem, qua de re saepius in utramque partem disputatum est (v. prae ceteris Spencerum de legg. ritual. p. 363—370. Carpzov. apparat. antiqu. s. cod. p. 483, et contra Clericum ad Lev. l. c.), utrum hac locutione indicetur, liberos vivos combustos esse (quod alias factum esse satis constat 2 Reg. XVII, 31. 2 Par. XXVIII, 3. Jer. VII, 31. XIX, 5 cf. Diod. XX, 14. Porphyr. ap. Euseb. praep. 4, 16), an *per ignem traductos*, ut hoc tanquam februationis ritu vel lustrarentur et expiarentur, vel ad Molochi sacra initiarentur et consecrarentur. Haud enim inauditum est, eiusmodi sacra immaniora temporum decursu sensim mitigata esse (v. Ovid. Fast. 5, 621 sqq. et intpp.), neque incredibile, illam vivicomburii crudelitatem parentum caritate et misericordia ita, ut diximus, temperatam esse, praesertim quum iste per ignem transeundi et transiliendi mos in februis apud veteres populos late patuisse videatur, velut in sacris Mithricis (Suid. v. *Μίθρας*), in Palilibus Romanis (Ovid. Fast. 4, 727 sqq. 781 sqq.) cet. cf. Conc. Trull. can. 65. Theodoret. quaest. 47 ad 2 Reg. l'Empereur ad Benjamin. Tudel. p. 216. Ita plurimi vett. intpp. Alex. *περικαθαίρειν ἐν πυρί* Deut. l. c., *διάγω ἐν πυρί* 2 Reg. XVI, 3. XVII, 17. XXI, 6. 2 Par. XXXIII, 6, *διάγω δι' ἐμπύρων* Ez. XXIII, 37, *ἀναφέρω τῷ Μολόχ* Jer. XXXII, 35, *ἀποτροπιάζεσθαι* Ez. XVI, 21, *ἀφορισμός* ib. XX, 31; Gr. Venet. *διάγω* Lev. et Deut.; Vulg. Deut. XVIII, 10: *qui lustret filium ... ducens per ignem*, traducere per ignem 2 Reg. XXI, 6. Ez. XX, 31, transire fecit 2 Par. XXXIII, 6, transferre per ignem 2 Reg. XVI, 3, *consecrare* Lev. XVIII, 21 (ubi etiam LXX. *λατρεύειν* ex scriptura העביד, quam habet cod. Sam.). 2 Reg. XVII, 17. Ez. XVI, 21; Saad. Lev. تقريب للصنم et probabiliter etiam Targ. et Pesch., qui plerumque retinent אַעֲבַר, ܐܥܒܪ (pauci enim duriorem interpretationem tuentur, ut Jos. Ant. 9, 12 §. 1: *ὡλοκαύτωσε παῖδα* cf. 2 Reg. XVI, 3, Saad. Deut. مشتعل بالنار comburens igni); et ex Rabbinis Maimonid. de idololatria 6 §. 5. More neboch. 3, 37, qui pueros a patre sacerdoti oblatos, dein nutu eius nudis pedibus per flammam traductos esse tradit, Talmudistarum, ut videtur, fidem secutus, qui praeterea matres puerorum pedes, ne ex igne detrimentum caperent, salamandri oleo inunxisse fingunt (Sanhedr. 7). Jarchi ad Lev. l. c. *hoc modo hic cultus perficiebatur. Filium suum pater tradebat sacrificulis. Faciebant duas pyras magnas ignis et traducebant filium inter duas pyras.* At non ex traditionis fide, sed ex argumentis res iudicanda est, quae mitiori interpretationi maximam partem contraria sunt. Provocant quidem a) ad 2 Reg. XVI, 3 coll. 20, ut inde efficiant, filios hac oblatione necatos non esse: sed frustra, quum Ahasus profecto plures filios habere posset; poterant etiam provocare b) ad verba Num. XXXI, 23 (quae in hac causa neglecta esse miror): תַּעֲבִירוּ בָאֵשׁ וְטָהֵר ex quibus apparet, hanc formulam omnino de purgatione (vasum) in igne usurpatam esse, ut mox הֶעֱבִיר בַּמַּיִם de purgatione in aqua: sed propior tamen est analogia formularum הֶעֱבִיר לַיהוָה et הֶעֱבִיר לַמֹּלֶךְ (adde הֶעֱבִיר בַּמַּלְבֵּן et הֶעֱבִיר בָּאֵשׁ 2 Sam. XII, 31), praesertim quum alii loci aliaque argumenta accedant, quae duriorem de pueris igne necatis interpretationem suadeant, imo persuadeant. Ac α) pro Jer. XXXII, 35: *et exstruxerunt excelsa Baalis in valle ben-Hinnom* לְהַעֲבִיר אֶת־בְּנֵיהֶם וְאֶת־בְּנוֹתֵיהֶם לַמֹּלֶךְ, *quod non praecepi iis*, totidem fere verbis legitur VII, 31: *et exstruunt excelsa abominanda in valle ben-Hinnom* לִשְׂרֹף אֶת־בְּנֵיהֶם וְאֶת־בְּנוֹתֵיהֶם בָּאֵשׁ *quod non praecepi iis.* β) Ezech. XVI, 21: וַתִּשְׁחֲטִי אֶת־בָּנַי וַתִּתְּנִים בְּהַעֲבִיר אוֹתָם לָהֶם *et mactabas filios meos eosque tradebas consecrando iis* (idolis), et XXIII, 37: גַּם אֶת־בְּנֵיהֶם הֶעֱבִירוּ לָהֶם לְאָכְלָה *et filios eorum consecrabant iis in cibum* (idola enim sacrificia mactata comedere dicebantur, cf. Ez. XVI, 20 et s. v. אָכַל no. I, b). γ) Pro verbis 2 Reg. XVI, 3: גַּם אֶת־בְּנוֹ הֶעֱבִיר בָּאֵשׁ loco parall. 2 Par. XXVIII, 3 habes per interpretamentum: וַיַּבְעֵר אֶת־בָּנָיו בָּאֵשׁ. δ) Si הֶעֱבִיר *traductionem* per ignem significaret a *combustione* diversam, exspectares utrumque nonnunquam in his sacrificiis describendis coniungi (cf. Ez. XXIII, 37. 39 ubi coniungitur cum mactatione), quod nunquam fit. Videtur autem הֶעֱבִיר בָּאֵשׁ *consecrare igne* dictio ipsorum idololatrarum solennis de hoc sacrificiorum genere fuisse, quum contra Hebraeorum prophetae de eadem re vocabulis propriis saepius uterentur (שָׂרַף בָּאֵשׁ 2 Reg. XVII, 31. Jer. VII, 31. XIX, 5, זָבַח Ps. CVI, 37, שָׁחַט Ez. XVI, 21. XXIII, 39. Jes. LVII, 5). ε) Mitior ista interpretatio recentiorum Judaeorum studium redolet, maiores ab atrocissimae superstitionis opprobio liberandi, cuius studii apologetici in V. T. antiquitate et historiis tractandis apud Alexandrinos et Josephum plurima vestigia exstant.

5) a) causat. Kal no. 4, b, *immisit*, *iniecit in* aliquid, sq. בְּ. 2 Sam. XII, 31: וְהֶעֱבִיר אוֹתָם בַּמַּלְבֵּן *eosque iniecit in fornacem laterariam.* — b) causat. Kal no. 4, d, *abduxit* 2 Par. XXXV, 23; *abstulit*, *removit* vestem (מֵעָלָיו a se) Jon. III, 6, annulum (sq. מִן) Esth. VIII, 2; idola, prophetas mendaces ex terra (sq. מִן) 2 Par.

XV, 8. Zach. XIII, 2; *avertit* malum, ignominiam Esth. VIII, 3. Ps. CXIX, 39. Eccl. XI, 10, oculum (מֵרְאוֹת ne videret) Ps. CXIX, 37.

Hithpa. pr. i. q. Kal no. 5 ripas *transgressus est, redundavit* fluvius, quod transfertur 1) ad iram ebullientem, qua homo instar fluvii redundantis ultra modum et moderationis fines transgreditur, inde *iratus est* Ps. LXXVIII, 21. 59, sq. בְּ in aliquem Deut. III, 26. Ps. LXXVIII, 62, עִם ib. LXXXIX, 39, עַל Prov. XXVI, 17, c. suff. XX, 2: מִתְעַבְּרוֹ i. q. מִתְעַבֵּר לוֹ *qui iram effundit in eum* (regem). Cf. arab. جار i. q. עָבַר transgressus est, inde modum egressus est, irâ exarsit, superbivit; بغى modum transgressus est, praeter rationem egit, insolentem et violentum se gessit, superbivit). — 2) *superbivit*, ὑβρίζειν Prov. XIV, 16. Cf. עֶבְרָה no. 1. 2.

עֵבֶר c. suff. עֶבְרוֹ, pl. cstr. עֶבְרֵי m. 1) *regio ulterior trans flumen vel mare sita.* בְּעֵבֶר אַרְנוֹן trans Arnonem Iud. XI, 18, בְּעֵבֶר הַיָּם in regione transmarina, trans mare Jer. XXV, 22. Creberrimum est עֵבֶר הַיַּרְדֵּן quod saepe, idque, ubi nulla ambiguitas erat, nude positum dicitur de terra transjordanensi (בְּעֵבֶר הַיַּרְדֵּן Gen. L, 10. 11. Deut. I, 1. 5. III, 8. 20. IV, 46. Jos. I, 14. II, 10. VII, 7. IX, 10. XXII, 4. Iud. V, 17. X, 8; מֵעֵבֶר לַיַּרְדֵּן Num. XXXV, 14. Jos. XIV, 3. XVII, 5. Iud. VII, 25; מֵעֵבֶר לְיַרְדֵּן יְרֵחוֹ trans Jordanem Hierichuntis i. e. e regione Hierichuntis Num. XXII, 1); alibi, ne ambiguitas oriretur, addito מִזְרָחָה vel מִזְרַח שֶׁמֶשׁ, hoc modo: בְּעֵבֶר הַיַּרְדֵּן מִזְרְחָה שָׁמֶשׁ Deut. IV, 41. 47. 49. Jos. I, 15. XII, 1. XIII, 8, מֵעֵבֶר לַיַּרְדֵּן מִזְרָחָה Jos. XVIII, 7, מֵעֵבֶר לְיַרְדֵּן יְרֵחוֹ מִזְרָחָה Jos. XIII, 32. XX, 8, מֵעֵבֶר לְיַרְדֵּן יְרֵחוֹ לְמִזְרַח שֶׁמֶשׁ 1 Par. VI, 63. Nam עֵבֶר הַיַּרְדֵּן etiam de *citeriore* Palaestina dici poterat, idque, si nulla ambiguitas, nude, velut Deut. III, 25, ubi Moses ad Deum: אֶעְבְּרָה־נָּא וְאֶרְאֶה אֶת־הָאָרֶץ הַטּוֹבָה אֲשֶׁר בְּעֵבֶר הַיַּרְדֵּן. 1 Sam. XXXI, 7 (ubi contextus citeriorem regionem suadet, licet LXX. Josephus ulteriorem exprimant, v. Cleric. ad h. l.); sed plerumque addita coeli plaga: בְּעֵבֶר הַיַּרְדֵּן יָמָּה Jos. V, 1. XII, 7. XXII, 7 (cf. IX, 1: בְּעֵבֶר הַיַּרְדֵּן .. בְּכֹל חוֹף הַיָּם); מֵעֵבֶר הַיַּרְדֵּן יָמָּה .. מְבוֹא שֶׁמֶשׁ Deut. XI, 30, it. מֵעֵבֶר הַיַּרְדֵּן יָמָּה Jos. XXII, 7, מֵעֵבֶר הַיַּרְדֵּן מַעְרָבָה 1 Par. XXVI, 30. Utraque terrae regio sibi opponitur hunc in modum Num. XXXII, 19: *non hereditabimus cum iis* מֵעֵבֶר לַיַּרְדֵּן וָהָלְאָה *trans Jordanem et ultra* i. e. in terra transjordanensi (intell. vero *cisiordanensis*, nam loquuntur Rubenitae et Gaditae), *sed obtigit nobis hereditas nostra* מֵעֵבֶר הַיַּרְדֵּן מִזְרָחָה *trans Jordanem orientem versus* i. e. a latere orientali Jordanis. Ex quibus manifestum est, עֵבֶר ab uno eodemque scriptore, de ulteriore et citeriore regione dici potuisse. Similis ratio est locutionis: עֵבֶר הַנָּהָר, quae non solum *regionem transeuphratensem* significat Jos. XXIV, 2. 3. 2 Sam. X, 16. 1 Par. XIX, 16 (עֶבְרֵי נָהָר Jes. VII, 20), sed etiam *ciseuphratensem* 1 Reg. V, 4 (IV, 24). Esr. VIII, 36. Neh. II, 7. 9. III, 7 (cf. chald. Esr. IV, 10. 16), qui quidem linguae usus in exilio Babylonico ortus esse videtur.

2) *regio opposita*, *latus oppositum*, sive vallis interiecta est sive aliud quodcunque spatium (cf. rad. no. 4). 1 Sam. XIV, 1: *transeamus ad stationem Philistaeorum* אֲשֶׁר מֵעֵבֶר הַלָּז *quae e regione est* (welche auf jener Seite ist). XXVI, 13: וַיַּעֲבֹר דָּוִד הָעֵבֶר *et transiit Davides in regionem oppositam* int. montem e regione positum. Inde sibi opponuntur מֵהָעֵבֶר מִזֶּה et מֵהָעֵבֶר מִזֶּה 1 Sam. XIV, 4, et לְעֵבֶר אֶחָד, לְעֵבֶר אֶחָד ibid. Comm. 40. Plur. מִכָּל־עֲבָרָיו ab omnibus partibus, undique 1 Reg. V, 4 (ubi vulgo legitur עֲבָדָיו). Jer. XLIX, 32, מִשְּׁנֵי עֶבְרֵיהֶם ab utraque parte (adversa et aversa), de tabulis lapideis Exod. XXXII, 15.

3) Cum praefixis passim vim praepositionis induit a) אֶל־עֵבֶר pr. in regionem ulteriorem Deut. XXX, 13; in regionem e regione sitam Jos. XXII, 11; versus regionem, *versus* Exod. XXVIII, 26: אֶל־עֵבֶר הָאֵפוֹד בָּיְתָה *versus humerale* i. e. in parte humerali adversa *intus.* Inde אֶל עֵבֶר פָּנָיו versus regionem faciei oppositam i. e. rectâ ante se (vorwärts, gerade vor sich hin) Ez. I, 9. 12. X, 22; עַל עֵבֶר פ׳ id. Ex. XXV, 37. — b) לְעֶבְרוֹ i. q. אֶל עֶבְרוֹ rectâ ante se Jes. XLVII, 15. — c) מֵעֵבֶר sq. genit. et suff. et מֵעֵבֶר לְ *α*) *ex regione ulteriore.* 2 Par. XX, 2: מֵעֵבֶר לַיָּם *ex regione transmarina.* Iob. I, 19. Jos. XXIV, 3. Zeph. III, 10. *β*) *trans*, *ultra*, v. c. מֵעֵבֶר לַיָּם trans mare Deut. XXX, 13, מֵעֵבֶר לְנַהֲרֵי כוּשׁ trans flumina Aethiopiae Jes. XVIII, 1. מֵעֵבֶר הַנָּהָר trans flumen (Euphratem) 2 Sam. X, 16), sed מֵעֵבֶר לַנָּהָר cum verbo motus (jenseits hin) 1 Reg. XIV, 15. Plura vide supra no. 1.

4) n. pr. *Eber*, *Heber* a) auctor gentis Hebraeorum Gen. X, 24. 25. XI, 14. 15 (qua de re vide quae disputavimus Gesch. d. hebr. Sprache u. Schrift p. 11), hinc בְּנֵי עֵבֶר Gen. X, 21, et poët. עֵבֶר Num. XXIV, 24 i. q. עִבְרִים *Hebraei*, qui quomodo differant ab Israëlitis v. s. עִבְרִי. Aliorum virorum b) Neh. XII, 20. c) 1 Par. VIII, 12. d) VIII, 22. e) V, 13. LXX. Ἠβέρ, Ἐβέρ. Vulg. Heber.

עֲבַר chald. i. q. hebr. עֵבֶר no. 1 *regio ulterior*, inde עֲבַר נַהֲרָא *regio transeuphratensis* ex Persarum loquendi ratione, i. e. regio ab occidente Euphratis Esr. IV, 10. 11. 16. 20. V, 3. VI, 6. 8. 13. VII, 21. 25.

עֲבָרָה f. 1) *ratis* (Floss, Fähre) flumini traiiciendo 2 Sam. XIX, 19. (Chald. מַעְבַּרְתָּא, מַעְבּוֹרָה et contr. מַבָּרָא id.). — 2) 2 Sam. XV, 28 Chethibh, ubi Keri עַרְבוֹת, loca inculta: quod ipsum postulat contextus.

עֶבְרָה f. pl. cstr. עַבְרוֹת Iob. XL, 11 et עַבְרוֹת Ps. VII, 7 pr. 1) *redundantia* (v. rad. no. 5), *transgressio* modi et mensurae, inde *quod immodicum et nimium est.* (Rabb. עברה hyperbole). Iob. XL, 11: הָפֵץ עֶבְרוֹת אַפֶּךָ *effunde redundantias* (fluctus) *irae tuae.* Prov. XXI, 24: עוֹשֶׂה בְּעֶבְרַת זָדוֹן *qui agit cum redundantia superbiae* s. *fastus* i. e. fastu immodico. — Inde 2) *ira*, quae sub imagine aquae effusae et redundantis cogitari poterat (cf. Hos. V,

11: אֶשְׁפּוֹךְ כַּמַּיִם עֶבְרָתִי. De ira regis Prov. XIV, 35, hostium Ps. VII, 7, sed max. Dei Jes. IX, 18. XIII, 9. 13. Hos. XIII, 11. Am. I, 11. Ps. LXXXV, 4. XC, 9. 11. אֵשׁ עֶבְרָתִי ignis irae meae Ez. XXI, 36. XXII, 21. XXXVIII, 19. עַם עֶבְרָתִי populus cui irascor Jes. X, 6, דּוֹר עֶבְרָתוֹ Jer. VII, 29. שֵׁבֶט עֶבְרָתוֹ virga irae suae, qua sontes castigat in ira sua Prov. XXII, 8. Thren. III, 1. יוֹם עֶבְרָה dies irae divinae Prov. XI, 4. Zeph. I, 15. 18. Ez. VII, 19, יוֹם עֲבָרוֹת id. Iob. XXI, 30. Prov. XI, 23: תִּקְוַת רְשָׁעִים עֶבְרָה *spes impiorum est ira divina.* Copulatur cum syn. זַעַם Ps. LXXVIII, 49. (In Targg. aliquoties eodem significatu exstat תַּעֲבוּר). — 3) *ὕβρις, superbia, fastus* (i. q. עֶבְרַת זָדוֹן v. supra). Jes. XVI, 6. Jer. XLVIII, 30. Ad no. 2. 3 vide rad. in Hithpa.

עִבְרִי, pl. עִבְרִים Exod. II, 13. 1 Sam. XIII, 7. XIV, 11, et עִבְרִיִּים Ex. III, 18 f. עִבְרִיָּה Deut. XV, 12. Jer. XXXIV, 9, pl. עִבְרִיּוֹת Ex. I, 15. 16. 19. II, 7 n. gent. *Hebraeus, Hebraea*, gr. Ἑβραῖος (chald. עִבְרִי emph. עִבְרָאָה, syr. ܥܒܪܝ emph. ܥܒܪܝܐ, arab. عبري et عبراني). Quod ad originem huius nominis attinet, in V. T. stemmatis id ducitur quidem a nomine עֵבֶר (q. v.), tamen primitus appellativum esse videtur, ab עֵבֶר i. q. עֵבֶר הַנָּהָר terra transeuphratensis, unde עִבְרִי advena transeuphratensis Gen. XIV, 13, ubi bene LXX. ὁ περάτης. Aqu. ὁ περαΐτης. Vulg. Transeuphratensis. Cf. Aben Esra ad Ex. XXI, 2. Ab *Israëlitarum* (בְּנֵי יִשְׂרָאֵל) nomine hoc nostrum ita differt, ut illud patronymicum ab auctore populi ductum in ipsius tantum populi sinu usitatum fuerit, hoc utpote appellativum et Hebraeis traiecto Euphrate in Cananaeam immigrantibus a Cananaeis inditum, exteris populis fuerit frequentatum (cf. כְּנַעֲנִים et Φοίνικες; *Chemi*, מִצְרַיִם et Αἰγύπτιος). Scriptores itaque Graeci et Romani (v. Pausan. V, 5 §. 2 et 7 §. 3. VI, 24 §. 6. X, 12 §. 5. Plut. sympos. IV qu. 6, 1. Appian. civ. II, 71. Porphyr. vit. Pythag. p. 14 ed. Amstelod. 1707. Tac. hist. V, 1, Josephus passim) solo *Hebraeorum* (et Judaeorum) nomine utuntur; ipsique V. T. scriptores Israëlitas *Hebraeos* nuncupant vel ubi alienigenae loquentes inducuntur Gen. XXXIX, 14. 17. XLI, 12. Ex. I, 16. II, 6. 1 Sam. IV, 6. 9. XIII, 19. XIV, 11. XXIX, 3, vel ubi ipsi Israëlitae de se ad alienigenas dicentes sistuntur Gen. XL, 15. Ex. I, 19. II, 7. III, 18. V, 3. VII, 16. IX, 1. 13. Jon. I, 9, vel ubi aliis gentibus opponuntur Gen. XLIII, 32. Exod. I, 15. II, 11. 13. XXI, 2. Deut. XV, 12 (coll. Jer. XXXIV, 9. 14). 1 Sam. XIII, 3. 7 (ubi lusus verborum est in עִבְרִים עָבְרוּ). XIV, 21. Quod alii excogitarunt, Israëlitarum nomen sacrum, Hebraeorum vulgare et profanum fuisse, ex V. T. usu probari nequit. Plura de hoc nomine disputavimus Gesch. d. hebr. Sprache und Schrift p. 9 — 12. Targg. plerumque retinent, paucis locis pro eo ponunt בַּר יִשְׂרָאֵל Deut. XV, 12, f. בַּת יִשְׂרָאֵל ib. Jerem. XXXIV, 9.

עֲבָרִים (regiones ulteriores) n. pr. Jer. XXII, 20, plene הַר־הָעֲבָרִים Num. XXVII, 12. Deut. XXXII, 49, et הָרֵי הָעֲבָרִים Num. XXXIII, 47. 48 n. pr. iugi montium ab oriente Jordanis e regione Hierichuntis siti, in quo Nebo mons (v. נְבוֹ) eminebat. Longius austrum versus, ab austro Arnonis situm erat oppidum עִיֵּי הָעֲבָרִים (*rudera ad Abarim*) Num. XXI, 11. XXXIII, 44, etiam עִיִּים dictum XXXIII, 45, quod ita dictum videtur, ut distinguatur ab alio *Jjim* in tribu Judae. Videtur igitur n. *Abarim* ampliore significatu de hac quoque regione dictum esse, v. Raumeri Palaestinam p. 58. 59.

עַבְרוֹן v. עַבְדּוֹן.

עַבְרֹנָה (transitus sc. maris) n. pr. stationis Israëlitarum ad oram sinus Aelanitici. Num. XXXIII, 34.

עָבוּר m. *fruges*, inde עֲבוּר הָאָרֶץ Jos. V, 11. 12 *fruges terrae*, opp. Mannae, ut pani coelesti. (Chald. עֲבוּר frumentum, in Targg. non raro ponitur pro דָּגָן, יְבוּל Gen. XXVII, 28. Ps. IV, 8. LXXVIII, 24. Iob. XX, 28 al. Idem vc. conceptionem, gravidationem significat Gen. XXV, 24. Iob. III, 3, cf. עוּבָּרָא fetus, embryon, ramus, surculus, unde apparet pr. *fetum* terrae significari. Syr. ܥܒܘܪܐ pro דָּגָן Gen. XXVII, 28. 37, pro τὰ σῖτα Act. VII, 12. Lex. Adl. حنطة قمح triticum).

עֲבוּר (formae גְּמוּל, זְבוּל, גְּבוּל) pr. *transitus* (das Uebergehen), ubique c. praef. בַּעֲבוּר, quod vim praepositionis (et coniunctionis) induit, et respondet fere gr. ὑπέρ sq. genit., germ. *über, darüber, darüberhin* (darauthin) cf. עַל no. 2, litt. e. f., nisi quod ubique significatione translata adhibetur: A) 1) *in gratiam* alic. (um jem. willen, ihm zu Liebe, zu Gefallen, gr. ὑπέρ τινος v. Passov. h. v. A, 4). Gen. XII, 13: *ut mihi bene sit* בַּעֲבוּרֵךְ. 16. 2 Sam. IX, 1: *favorem ei praestabo* בַּעֲבוּר יְהוֹנָתָן, Comm. 7. Gen. XXVI, 24: *multiplicabo semen tuum* בַּעֲבוּר אַבְרָהָם עַבְדִּי. XVIII, 26. 29. 31. 32. Ps. CXXXII, 10. 2 Sam. XII, 25: *appellavit eum Jedidja* בַּעֲבוּר יְהוָֹה *Jehovae in gratiam* (Jehova zu Liebe). — V, 12. VI, 12. 1 Sam. XII, 22. Inde 2) alic. rei *gratia, causa* (cf. עַל no. 2, e), de causa, *ob* (propter) quam aliquid fit, germ. *um* jemandes, einer Sache *willen.* 2 Sam. XIII, 2: *aegrotus factus est* בַּעֲבוּר תָּמָר *Thamarae causa* (amore eius). XII, 21: בַּעֲבוּר הַיֶּלֶד חַי צַמְתָּ וַתֵּבְךְּ *propter puerum, dum vivus erat, ieiunasti et flesti.* (Comm. sq. pro eo ponitur: בְּעוֹד הַיֶּלֶד חַי *dum puer vivus erat*, sed inde colligi non debebat, בַּעֲבוּר idem valere quod בְּעוֹד. Sententia enim eadem est, sive dicis: *propter puerum vivum* i. e. dum vivus erat, sive: *dum puer vivebat*). Jer. XIV, 4. — Gen. III, 17: אֲרוּרָה הָאֲדָמָה בַּעֲבוּרֶךָ. VIII, 21. 1 Sam. XXIII, 10: *Saulus operam dabit ut perdat urbem* בַּעֲבוּרִי *mea causa.* 2 Par. XXVIII, 19. — Iob. XX, 2: בַּעֲבוּר חוּשִׁי בִי *propter fervorem in me.* Mich. II, 10. 2 Sam. VII, 21. — 3) *pro* (de pretio), ut עַל no. 2, f, cf. gr. ὑπέρ für =

anstatt (Passow l. c. no. 5). Am. II, 6. VIII, 6. — 4) sq. inf. *eum in finem, ut* (*um deswillen dass*, pr. *darauf hin dass*, gr. ὑπὲρ τοῦ σώζεσθαι). Ex. IX, 16: בַּעֲבוּר הַרְאֹתְךָ אֶת־כֹּחִי *ut tibi monstrarem potentiam meam.* 1 Sam. I, 8. 2 Sam. X, 3. XVIII, 18. Sic etiam לְבַעֲבוּר sq. inf. Exod. XX, 20. 2 Sam. XIV, 20. XVII, 14. Inde

B) Conj. *ut*, de fine et consilio, sq. fut. Gen. XXI, 30: בַּעֲבוּר תִּהְיֶה לִּי לְעֵדָה *ut mihi testimonio sit.* XXVII, 4. 19. 31. XLVI, 34. Ex. IX, 14. XIX, 9. XX, 20. Ps. CV, 45, plene בַּעֲבוּר אֲשֶׁר Gen. XXVII, 10.

מַעֲבָר m. 1) *transitus*, inde *locus, quo transitur* a) *vadum* fluminis Gen. XXXII, 23; b) vallis angusta, *fauces montium* (enger Pass, Gebirgspass). 1 Sam. XIII, 23. — 2) *inundatio*, inde *invasio*. Jes. XXX, 32: כֹּל־מַעֲבַר מַטֵּה מוּסָדָה *quoties inundat* i. e. invadit *flagellum divinitus immissum.*

מַעְבָּרָה Jes. X, 29 (sed Kimchi מַעֲבָרָה) pl. מַעְבְּרוֹת Jes. XVI, 2. Jer. LI, 32, et מַעְבָּרוֹת (a מַעְבֶּרֶת) Jos. II, 7. 1 Sam. XIV, 4, absol., sed cstr. Iud. III, 28. XII, 5. 6. f. i. q. מַעֲבָר no. 1, a) *vadum* fluvii rivive Jes. XVI, 2. Jer. LI, 32. Iud. III, 28. XII, 5. 6. Jos. l. c. b) fauces s. porta montium. Jes. X, 29. 1 Sam. XIV, 4: בֵּין הַמַּעְבְּרוֹת esse videtur *inter duos montes*, per quos *transitur.*

עָבַשׁ ἅπ. λεγόμ. Joël I, 17: עָבְשׁוּ פְרֻדוֹת תַּחַת מֶגְרְפֹתֵיהֶם *vanescunt grana sub glebis eorum.* Vulg. *computruerunt.* Targ. אִתְמְסִיו id. Conferebant enim (v. Kimchium) chald. et talmud. עֲפַשׁ computruit, v. c. de pane putrido, it. de semine in terra nimio humore putrescente (v. Buxtorf. p. 1642): nec male, licet hac ratione adoptata computrescendi vc. h. l. translatum esset ad semen nimio aestu sub terra *vanescens*, ut Plinius loquitur (H. N. XIV, 24) cf. Hesiod. scut. Herc. 153: ὀστέα δέ σφι— Σειρίου ἀζαλέοιο κελαινῇ πύθεται αἴῃ. Sed Abulw. mavult עָבַשׁ comparare cum arab. عبس, quod dicitur de sordibus *exarescentibus* (عبس عليه الوسخ أي يبس), ut עָבְשׁוּ idem sit quod יָבְשׁוּ. Plura de h. l. vide ap. Boch. in Hieroz. III, 299 Lips. et Pocock. ad Joël. l. c.

עָבַת in Kal inusit. *plexus, perplexus fuit*, affine radd. עָבַט, עָוַת.

Pi. contorsit, pervertit Mich. VII, 3: *magnus eloquitur libidinem animi sui* potens aliquis animi sui optatum iis significat וַיְעַבְּתוּהָ *et* statim *id pervertunt* i. e. pervertunt causam, ius flectunt ad voluntatem eius. Hinc

עָבֹת f. עֲבֻתָּה adj. *implexus*, de densae frondis arboribus Lev. XXIII, 40. Ez. VI, 13. XX, 28. Neh. VIII, 15. (Syr. littera Tet ܥܒܘܬܐ id.).

עֲבֹת pl. עֲבֹתִים et עֲבֹתוֹת subst. utriusque sexus (f. Iud. XV, 14) *implexum, perplexum*, inde 1) *funis* ibid. 13. 14. XVI, 11. Jes. V, 18. Iob. XXXIX, 10. Ps. CXVIII, 27, spec. quo ligatur captivus, *vinculum* Ps. CXXIX, 4, pl. *vincula*. Ps. II, 3. נָתַן עֲבֹתִים עַל in vincula coniecit aliquem Ez. III, 25. IV, 8. Metaph. עֲבֹתוֹת אַהֲבָה vincula amoris Hos. XI, 4. — מַעֲשֵׂה עֲבֹת opus funiculo simile, tortile Exod. XXVIII, 14. 22. XXXIX, 15. שְׁתֵּי עֲבֹתֹת הַזָּהָב duo funiculi aurei Exod. XXVIII, 24. XXXIX, 17 i. e. catenulae opere tortili factae, unde שַׁרְשְׁרוֹת הָעֲבֹתוֹת XXVIII, 14 catenulae tortiles. — 2) *ramus densae frondis* Ezech. XIX, 11. XXXI, 3. 10. 14.

עָגַב fut. יַעְגַּב 1) pr., ut videtur, *flavit, spiravit*, inde aspiravit ad aliq., cupivit, ut cogn. אָהַב, in quo adspirandi, cupiendi significatio primaria est, a syll. אב, הב, חב, quae spirandi, dein aspirandi vim habet. Inde עוּגָב.

2) *amavit* (i. q. אָהַב max. in Pi.), de amore impudico et cum voluptate coniuncto, sq. עַל (pr. anhelavit *ad*) Ez. XXIII, 5. 9. 16. 20, אֶל ib. 12, sq. acc. ib. 7. Part. עֹגְבִים amatores. Jer. IV, 30. (Arab. عَجِبَ IV. placuit alicui res, V. accendit amore, عُجُبٌ vir qui a mulieribus amatur; licet vulgaris significatus sit: admiratus est. Congruit ἀγαπάω).

עֲגָבִים m. *amores* (cf. אֲהָבִים). Ez. XXXIII, 32: שִׁיר עֲגָבִים *carmen amorum*, eroticum, quo delectatur populus. Dein i. q. חֶסֶד amor hominum (Menschenliebe). Ibid. comm. 31: עֲגָבִים בְּפִיהֶם הֵמָּה עֹשִׂים *amorem exercent ore* i. e. verbis, non re, opp. *sed animus eorum quaestum sectatur.* Cf. arab. عُجْبٌ amor, beneplacitum, de Deo.

עֲגָבָה c. suff. עַגְבָתָהּ f. *amor impudicus*, meretricius Ez. XXIII, 11.

עוּגָב Gen. IV, 21. Iob. XXI, 12. XXX, 31 et עֻגָב Ps. CL, 4 (ubi multi libri mss. et editi, etiam Kimchius, habent עֻגָּב) m. instrumentum quod *inflatur* (opp. fidibus Ps. l. c.), vide rad. no. 1, *fistula* eaque fortasse duplex vel multiplex. Targ. אַבּוּבָא fistula (v. p. 4 A), Hieron. *organon* i. e. tibia duplex vel multiplex, ex pluribus fistulis composita (unde arab. أُرْغُن, أُرْغُنُون instrumentum pneumaticum, Dudelsack hist. Tim. p. 301 Gol., germ. *Orgel*), ita etiam LXX. et Aqu. Ps. l. c. ἐν ὀργάνοις et Aqu. Iob. XXI, 12. Kimchi: כלי מכלי הניגון *instrumentum e fistularum genere.* Apud Dan. III, 5. 10. 15 interpres eo utitur pro chald. סוּמְפֹּנְיָה q. v. Alii vett. *citharam* interpretantur, cui quum alia obstant tum id quod coniungitur cum כִּנּוֹר.

עגג, unde עֻגָּה placenta, v. rad. עוּג.

עָגַל verb. inusit. pr. i. q. גָּלַל *volvit*, *rotavit*. Syr. ܥܓܠ volvit, devolvit, ut lapidem. Dein refertur ad *festinationem*, ut arab. عَجِلَ festinavit, chald. et syr. בְּעֶגֶל, ܒܥܓܠ cito.

עָגֹל adj. f. עֲגֻלָּה *rotundus*, *a*. 1 Reg. VII, 23. 31. 35. X, 19. 2 Par. IV, 2.

עָגִיל m. *inauris*, a rotunda forma dicta Num. XXXI, 50. Plur. Ez. XVI, 12: עֲגִילִים עַל אָזְנָיִךְ. Praeterea in cod. Sam. et nonnullis libris Iudd. Ex. XXXV, 22. Cf. Talmud. Hieros. Schabb. c. 6, ubi עגיל explicatur קודשייא inaures. In Talm. Babyl. Schabb. fol. 64 male de ornamento mammarum explicant (דפוס של דדין).

עֵגֶל c. suff. עֶגְלִי pl. cstr. עֶגְלֵי m. 1) *vitulus*. (Arab. عِجْل f. عِجْلَة, syr. ܥܶܓܠܳܐ, fem. ܥܶܓܠܬܳܐ, chald. עֵגֶל, עִגְלָא id. Aeth. ዕጐል: fetus, embryo, infans recens natus; pullus, catulus, እጓል: pulli, vituli, agni, እጓልት: vitula, iuvenca. De origine ambigunt. Sunt, ut Simonis, qui a *cursu* saltabundo dictum velint: mihi primaria significatio apud Aethiopes servata videtur. Suspicor enim, עֵגֶל, ዕጐል: pariter atque גֹּלֶם pr. molem *convolutam* et deformem, inde tum embryon tum pullum recens natum et deformem denotare. De verbis גָּלַם, גָּלַל, aliisque vicinis v. append. v. גָּלַל). Ps. XXIX, 6. Jes. XI, 6. XXVII, 10. Ez. I, 7. Am. VI, 4 al. עֵגֶל בֶּן־שָׁנָה vitulus anniculus Lev. IX, 3. Mich. VI, 6. עֵגֶל מַרְבֵּק vitulus saginatus 1 Sam. XXVIII, 24. Saepe de vitulorum imaginibus ab Israëlitis in deserto et in regno Samaritico cultis, עֵגֶל מַסֵּכָה vitulus fusilis Ex. XXXII, 4. 8, עֶגְלֵי זָהָב vituli aurei 1 Reg. XII, 28. 2 Reg. X, 29. עֵגֶל שֹׁמְרוֹן vitulus Samariae Hos. VIII, 6 cf. XIII, 2. — Metaph. Ps. LXVIII, 31: עֲדַת אַבִּירִים בְּעֶגְלֵי עַמִּים *turba taurorum cum vitulis populorum* i. e. ducum hostilium cum populis, qui armentis comparantur.

עֶגְלָה f. 1) *vitula*, vel potius *iuvenca* (i. q. פָּרָה) Deut. XXI, 4. 6. Jer. XLVI, 20 (plenius עֶגְלַת בָּקָר Deut. XXI, 3. 1 Sam. XVI, 2. Jes. VII, 21 i. e. vitula bovina, quia עֵגֶל, עֶגְלָה etiam de aliarum pecudum pullis dici poterat, v. supra de usu aeth. s. v. עֵגֶל) eaque iam condocefacta Hos. X, 11, lac habens Jes. VII, 21, aratro iuncta Iud. XIV, 18 (quo de loco v. sub v. חָרַשׁ no. 3), triturans Jer. L, 11, triennis Gen. XV, 9. Ac talis videtur etiam עֶגְלַת שְׁלִשִׁיָּה pr. *iuvenca tertii* sc. anni Jes. XV, 5. Jer. XLVIII, 34, eaque indomita iugo non assueta (v. Hos. l. c. Jer. XXXI, 18), quacum Moab comparatur, ut recte LXX. Vulg. Targ. De vitulis artefactis (idolis) Hos. X, 5. — 2) n. pr. unius ex uxoribus Davidis 2 Sam. III, 5. 1 Par. III, 3.

עֲגָלָה c. Suff. עֶגְלָתוֹ Jes. XXVIII, 28, pl. c. suff. עֶגְלוֹת Num. VII, 3 f. *currus* (a volvendo, rotando dictus) Gen. XLV, 19 sqq. Num. VII, 6—8, spec. *plaustrum* 1 Sam. VI, 7 sqq. 2 Sam. VI, 3. Jes. V, 18. Am. II, 13, *plostellum punicum* Jes. XXVIII, 27. 28, *currus bellicus* Ps. XLVI, 10. (Syr. ܥܓܠܬܐ, chald. עֲגַלְתָּא, sam. ࠏࠂࠋࠄ, arab. عَجَلَةٌ id.).

עֶגְלוֹן (q. d. vitulinus, um) n. pr. 1) regis Moabitarum Iud. III, 12. — 2) oppidi in regione depressiore tribus Judae, olim urbis regiae Cananaeorum. Jos. X, 3. XII, 12. XV, 39.

מַעְגָּל (Gimel ubique dagessato) m. pl. cstr. מַעְגְּלֵי c. suff. מַעְגָּלֶיךָ Ps. LXV, 12, saepius מַעְגְּלוֹתֶיךָ XVII, 5. Prov. V, 6. 21 al. m. 1) *orbita*, in qua rotae *volvuntur* Ps. LXV, 12. Inde *via* Ps. CXL, 6. Prov. II, 9. 14. 18. IV, 26. Jes. XXVI, 7 et metaph. de *vitae ratione*, מַעְגְּלֵי צֶדֶק Ps. XXIII, 3, מַעְגְּלֵי יֹשֶׁר Prov. IV, 11. *Orbitae Dei* i. q. via Dei, vita Deo placitura Ps. XVII, 5. — Prov. V, 6: *nutant viae eius*, ad interitum vergit.

2) (denom. ab עֲגָלָה plaustrum) *carrago*, munimentum ex plaustris aliisque impedimentis exercitus factum (Wagenburg) 1 Sam. XXVI, 5. 7, cum He parag. מַעְגָּלָה 1 Sam. XVII, 20. Targ. ubique כַּרְקוֹמָא i. e. χαράκωμα vallum, munimentum. LXX. cap. 17 et Aqu. et Symm. στρογγύλωσις. Pesch. castra. Male LXX cap. 26 λαμπήνη currus regius. (Nil fere dubito, quin idem vc. sit *magale* et *magalia*, quod de casis Numidarum dr., quae in plaustris circumgestabantur, v. Monumm. Phoen. p. 392).

עָגַם *tristis fuit*, *doluit*, sq. לְ propter aliquid. Iob. XXX, 25: עָגְמָה נַפְשִׁי לָאֶבְיוֹן, Targ. l. c. hoc verbum retinet, adde עָגִים tristis Ruth I, 13, עָגְמָה tristitia Megill. f. 28, 2. Cf. אָגַם s. rad. אָגַם.

עָגַן tantum in Niph. *detineri*, *occludi*. (Ita Chald. עֲגִין detentus, occlusus, latens, max. in carcere Jes. XXIV, 22. XLII, 7. 22. XLIX, 9 Targ., בֵּית עֲגִינָה carcer, et talmud. עגונה i. e. teste Kimchio אשה היושבת בלא בעל. Adde עִיגּוּן et עוֹגֶן anchora, a detinendo). Ruth I, 13: הֲלָהֵן תֵּעָגֵנָה *an propterea vos occludetis?* additur: *et manebitis innuptae?* תֵּעָגֵנָה pro תֵּעָגַנָּה v. gramm. §. 66 not. *). LXX. κατασχεθήσεσθε. Vulg. iusto liberius: *vetulae eritis*. Quod 25 codd. exhibent תֵּעָגֶנָה, id fluxit ex falsa eorum opinione, qui radicem facerent עָגָה, quam recte iam refellit Kimchius.

עָגַר rad. in verbo inusit. eaque onomatopoëtica, quam idem fere significasse suspicor quod transp. גָּעַר (q. v.) clamavit, aethiop. ገዐረ: et ገዓረ: clamavit gemebundus, gemuit instar aegroti et moribundi, gr. γηρύω, γαρύω, lat. garrio, pr. de avium nonnullarum voce fritinniente, idem fere quod צִפְצֵף, unde *hirundo*

garrula Virg. Ge. 4, 307, *cicada garrula* Phaedr. 3, 16, 10, *lusciniae garrientes* Appulej. Inde

עָגוּר (verb. pass. significatione act.), pr. *garriens, fritinniens.* Bis legitur a) ut epitheton hirundinis Jes. XXXVIII, 14, ubi Ezechias: כְּסוּס עָגוּר כֵּן אֲצַפְצֵף *ut hirundo garriens* (cf. hirundo garrula Virg.), *ita pipiebam*, sc. quum morbi doloribus cruciarer. Sic e vett. Targ. אֵיךְ סוּסְיָא דְאָחִיד וּמְנַצֵּף *sicut hirundo capta et pipiens.* Pesch. ܐܝܟ ܣܢܘܢܝܬܐ ܕܡܨܦܨܦܐ *sicut hirundo pipiens*, et fortasse etiam Vulg. *ut pullus hirundinis*, adeoque LXX, qui עָגוּר prorsus omittunt: ὡς χελιδών. — Alii, velut Jarchius, Bochartus, et nuper Maurerus, סוּס עָגוּר ἀσυνδέτως dictum statuunt pro סוּס וְעָגוּר (sicut Jer. VIII, 7), ita ut עָגוּר avem hirundini similem, fortasse *hirundinis speciem* (quarum plures, albae, nigrae, domesticae memorantur in Talmude, v. Buxt. v. סְנוּנִיתָא) significaret: neque male, nisi obstaret articuli usus post כ comparativum, de quo disputavimus p. 361 A. Hic enim praemittitur, ubi substantivum nude ponitur, omittitur, ubi substantivum vel adiectivo vel „alia re" definitum est (quod ipsum cadit in haec exempla a Maurero nobis opposita Jes. XVII, 13. XXIV, 13. XXVIII, 4. XXIX, 4), habetque כְּסוּס עָגוּר speciem substantivi cum adiectivo coniuncti (ut כְּקֵן מְשֻׁלָּח Jes. XVI, 2, כְּמֹץ עֹבֵר XXIX, 5, כְּנַחַל שׁוֹטֵף XXX, 28), quum contra in illam sententiam scribendum fuisset כְּסוּס וְכָעָגוּר. — b) poët. de specie hirundinis, qs. *garritor.* Copulatur enim cum סוּס his verbis Jer. VIII, 7: *ciconia novit tempora sua*, וְתֹר וְסוּס וְעָגוּר שָׁמְרוּ אֶת־עֵת בֹּאָנָה *et turtur et hirundo et Agûr observant* (ut aves migratoriae) *tempus, quo veniant.* Targ. et Syr. pro סוּס וְעָגוּר h. l. כּוּרְכְּיָא וּסְנוּנִיתָא, ܟܘܪܟܝܐ ܘܣܢܘܢܝܬܐ *grus et hirundo*, et ita etiam Hebraei, Rabbi Hai ap. Kimchium: כטאף בערבי i. e. خُطَّاف *hirundo*, בלעז ארונדא i. e. *barbare hirundo.* — Ita *hirundinis* species tum apto etymo (aliud a *gyrando* coll. arab. عكر commendaverant Ev. Scheidius, Paulus al.) tum veterum auctoritate prae ceteris commendatur. Unus Saadias ap. Jesaiam *gruem* (كُرْكِيّ) interpretatur, in qua sententia commendanda multus est Bochartus (II, 614 sq. Lips.), quoniam grus et migratoria sit avis et valde clamosa (Il. 3, 3 sqq. Lucret. 4, 18. Talmud. Kidduschim fol. 44, a: צווח ככורכיא *clamabat ut grus*), unde eius nomina *grus*, γέρανος, brit. *garam*, germ. *cran* (a gruendo, cf. ad קָרָא), hebr. *agur.* Sed obstant verba Jesaiae, in quibus secundum Bochartum („*ut hirundo* et *grus, ita pipiebam*") grui vox pipiens (צִפְצוּף) instar avium minurientium tribueretur, quum gruum vox contentissima sit et cum barritu militum comparetur Il. l. c. Praeterea displicet *grus* bis (Jes. et Jer. ll. cc.) cum minoribus moduli avibus copulata. Alii apud Kimchium (quos sequitur Castellus) עָגוּר *picam* (ital. *gazza*, sabaud. *agasse*) esse volebant: ויש מפרשים עגור הוא עוף שמצפצף בלשון של בני אדם כשמלמדין אותו. גאצה בלעז *sunt qui Agur interpretentur avem quandam*, quae *discit humana voce pipire, barbare gazza,* quae coniectura, licet locis biblicis non apta, et ipsa a *garriendi* significatu proficiscitur.

עָדַד rad. inusit. arab. عَدَّ numeravit, computavit, max. dies, tempus; conj. IV. destinavit, max. tempus. Videtur hoc verbum secundarium esse, et ductum a nomine עַד tempus, pariter atque יָעַד, cui affine est. Inde syr. ܥܰܐܕ festum celebravit, ܥܺܐܕܳܐ dies festus i. q. מוֹעֵד. — Sed עוֹדֵד vide sub rad. עוּד.

עִדָּה f. tantummodo pl. עִדִּים i. q. arab. عِدَّةٌ tempus statutum, spec. per euphemismum *menstrua* mulierum (Cor. 65, 4). Jes. LXIV, 5: בֶּגֶד עִדִּים *vestis menstruis polluta*, ut recte LXX. Vulg. Targ. Pesch. Arab. عَدَّ conj. VIII. menstruata est mulier.

עִדּוֹ et **עִדּוֹא** (tempestivus) n. pr. 1) prophetae et scriptoris 2 Par. XII, 15. XIII, 22. — 2) avi Zachariae prophetae. Zach. I, 1. 7. Esr. V, 1. VI, 14. Neh. XII, 4. 16.

עִדָּן m. chald. *tempus*, syr. ܥܶܕܳܢ, arab. عِدَّانٌ et عُدَّانٌ id. Dan. II, 8 sq. III, 5. 15. VII, 12. In oratione prophetica spec. de anno Dan. IV, 13: שִׁבְעָה עִדָּנִין *septem anni* (Vers. hebr. שנים). 20. 22. 29. VII, 25: עַד־עִדָּן וְעִדָּנִין וּפְלַג עִדָּן *per tempus*, duo *tempora* et *dimidium tempus* h. e. per tres annos et dimidium, cf. Jos. bell. iud. 1, 1. V. מוֹעֵד no. 2, c et יָמִים no. 3.

עֲדָדָה (syr. festum) n. pr. oppidi in regione tribus Judae australi Jos. XV, 22.

עָדָה 1) *transiit* i. q. עָבַר. (Chald. et syr. id. v. infra. Arab. عدا pro عَدَوَ. Aeth. ዐደወ: transiit, traiecit) Iob. XXVIII, 8.

2) *hostiliter invasit*, unde arab. عَدُوٌّ hostis, cf. syn. עָבַר no. 5, b. Hinc עַד A, 2, praeda.

3) causat. transire fecit i. e. *induit* ornatum (nostr. überziehen, anziehen), *ornavit se* aliqua re, sq. acc., ut לָבַשׁ. (Chald. id.). Iob. XL, 10 (5): עֲדֵה־נָא גָאוֹן *indue splendorem.* עָדָה עֲדִי induit ornatum Ez. XXIII, 40. Jer. IV, 30. Hos. II, 15: וַתַּעַד נִזְמָהּ וְחֶלְיָתָהּ, Jer. XXXI, 4: תַּעְדִּי תֻפַּיִךְ *ornabis te tympanis tuis*, quippe quae, manibus superinducta, saltantem mulierem ornarent. Jes. LXI, 10. Ez. XVI, 13.

Hiph. 1) causat. Kal no. 1 *removit* (vestem) i. q. הֶעֱבִיר (Jon. III, 6) Prov. XXV, 20. — 2) causat.

Kal no. 3, sq. dupl. acc. *ornavit aliquem aliqua re* Ez. XVI, 11.

עֲדָה, עֲדָא fut. יֶעְדֵּה, יֶעְדֵּא chald. i. q. hebr. 1) *transiit* (syr. ܥܕܐ id. v. Schaaf.), inde *interiit* regnum Dan. VII, 14, *abrogata est* lex VI, 9. 13. — 2) *ivit, venit*, sq. בְּ pervenit ad aliqu., tetigit aliquid Dan. III, 27, sq. מִן *abiit*, discessit Dan. IV, 28.

Aph. causat. Pe. no. 2 *abstulit* Dan. V, 20. VII, 26, *abrogavit* (reges) II, 21.

עָדָה (ornatus, pulchritudo) n. pr. 1) uxoris Lamechi Gen. IV, 19. — 2) uxoris Esavi Gen. XXXVI, 2. 4. cf. XXVI, 34.

עֵדָה I) *conventus*, v. rad. יָעַד. II) *testimonium*, v. rad. עוּד.

עֵדוּת *praeceptum, lex*, v. rad. עוּד.

עַד A) subst. 1) pr. transitus, progressus (in spatio), dein *perpetuitas* temporis, *tempus perpetuum* i. q. עוֹלָם. (Sic aeth. ዐድ: tempus a عدا transiit, cf. fem. עֵת tempus pro עֶדֶת). לָעַד i. q. לְעוֹלָם Ps. IX, 19. XIX, 10. XXI, 7. XXII, 27. XXXVII, 29 al. עֲדֵי עַד usque in perpetuum Ps. LXXXIII, 18. XCII, 8. CXXXII, 12. 14. Jes. XXVI, 4. LXV, 18. לְעוֹלָם וָעֶד Ps. IX, 6. CXIX, 44. CXLV, 2. Mich. IV, 5, et עוֹלָם וָעֶד Ps. X, 16. XXI, 5. XLV, 7. LII, 10. עַד עוֹלְמֵי עַד Jes. XLV, 17. מִנִּי עַד i. q. מֵעוֹלָם Iob. XX, 4. — אֲבִי עַד pater (patriae) perpetuus Jes. IX, 5; הַרְרֵי עַד (הוֹרַי עַד) Gen. XLIX, 26 et הַרְרֵי עַד Hab. III, 6 montes perpetui. שֹׁכֵן עַד sedens in perpetuum Jes. LVII, 15.

2) *praeda* (vid. rad. no. 2. Chald. עֲדַי, עֲדָא, עֲדָאָה, עֲדִיתָא id.). Gen. XLIX, 27. Zeph. III, 8. Jes. XXXIII, 23: עַד שָׁלָל *praeda exuviarum*.

B) Praep., poët. pl. cstr. עֲדֵי Iob. VII, 4. XX, 5. Ps. LXXXIII, 18. XCII, 8. CIV, 23. CXXXII, 12. 14, c. suff. עָדַי, עָדֶיךָ, עָדָיו, et (praeter morem) עֲדֵיכֶם manente Kamez Iob. XXXII, 12, semel עַד־הֵם (pro עֲדֵיהֶם) 2 Reg. IX, 18 (cf. syr. ܥܕܡܐ dum, donec v. Schaaf., sam. ꠰ id.).

1) *intra* (tempus), *durante* aliqua re (*während*). Iob. XX, 5: עֲדֵי רָגַע *intra momentum*. 1 Reg. XVIII, 45: עַד כֹּה וְעַד כֹּה *intra sic et sic* i. e. dum sic et sic facias, dum manum huc illuc vertas, brevissimo tempore. Formula videtur cum quodam manus huc illuc versae gestu coniuncta, in hanc sententiam: citius quam manum vertas. Luth. ehe man zusahe. Clericus: continuo. Al. interea, et sic nos quoque supra pag. 651, sed illud ad contextum multo accommodatius. 2 Reg. IX, 22: עַד־זְנוּנֵי אִיזֶבֶל *inter scortationes Isabelae* i. e. dum durant scortationes eius. Sq. inf. Iud. III, 26: עַד הִתְמַהְמְהָם *dum cunctabantur.* Ion. IV, 2.

2) *usque ad* certum quendam terminum. (Sic aegypt. ϢⲀ usque ad, est a ϢⲈ ire, venire). Dicitur a) de *spatio*, עַד הַנָּהָר הַגָּדֹל usque ad flumen magnum Deut. I, 7, עַד קְצֵה הָאָרֶץ usque ad finem terrae Ps. XLVI, 10, עַד־דָּן usque ad Dan Gen. XIV, 14, הֵנָּה 2 Sam. VII, 18 et עַד הֵנָּה עַד־הֲלֹם hucusque (v. הֵנָּה p. 386). Itaque saepe post verba נָגַע Iob. IV, 5, מָצָא XI, 7, נָגַשׁ Iud. IX, 52. Sibi opponuntur: מִן־עַד (ab — usque ad) et מִן־וְעַד (ab — et usque ad) v. מִן no. 3, litt. *a* pag. 804; ubi plures termini sunt et ab uno ad alterum proceditur: מִן־עַד־וְעַד Gen. VII, 23, et omisso מִן 1 Sam. XVII, 52. Jer. XXXI, 40. — Copulatur cum aliis praepp. aa) עַד לְ, quod non differt ab עַד, sed recentiorum scriptorum est, עַד לְמַחֲנֶה usque ad castra 1 Par. XII, 22, עַד לְמֵרָחוֹק usque in longinquum 2 Par. XXVI, 15. Esr. III, 13 (cf. עַד מֵרָחוֹק Jes. LVII, 9), sq. inf. (v. infra). bb) עַד אֲלֵיהֶם usque ad eos 2 Reg. IX, 20. cc) Esth. IV, 2: עַד לִפְנֵי שַׁעַר הַמֶּלֶךְ *usque ante portam regis*, sic עַד נֶגֶד Neh. III, 26, עַד נֹכַח Iud. XIX, 10. XX, 44.

b) de *tempore*. עַד הַיּוֹם הַזֶּה usque ad hodiernum diem, *hodieque, etiamnum*. Gen. XXVI, 33. XXXII, 33. Deut. XXXIV, 6, עַד הַבֹּקֶר usque ad mane Iud. VI, 31, עַד הָעָרֶב Lev. XV, 5, poët. עֲדֵי עָרֶב Ps. CIV, 23, עֲדֵי עַד in perpetuum Jes. XXVI, 4, עַד שְׁנֵי דוֹר וָדוֹר Joël II, 2, rarius עַד לְ Esr. IX, 4.

Saepe c. adv. temporis: עַד מָתַי, עַד מָה, עַד־אָנָה (syr. ܥܕܡܐ ܠܐܡܬܝ, ܥܕܡܬܝ) quousque? quamdiu? (v. אָנָה, מָה, מָתַי), עַד־הֵנָּה, contr. עַד כֵּן, עַד־כֹּה, עַדֶּנָּה, עַד עַתָּה hucusque (v. his vcc.). Sq. inf. *usque dum, donec*, עַד גִּשְׁתּוֹ usque dum appropinquaret Gen. XXXIII, 3, עַד שׁוּבֶךָ Iud. VI, 18, עַד הַשְׁמִידוֹ 2 Reg. X, 17, עַד בֹּאֲךָ donec venis Gen. XIX, 22 (cf. de hac locutione בּוֹא no. 2, c). Exod. XXII, 25. Ps. XVIII, 38. Jer. IX, 15. Dan. X, 3, in recentiore Hebraismo crebrius עַד לְ, v. c. עַד לָבוֹא Iud. III, 3. 1 Par. V, 9. XIII, 5, עַד לְהָשִׁיב Esr. X, 14, adde 1 Reg. XVIII, 29. 1 Par. XXVIII, 20. 2 Par. XXIV, 10. XXIX, 30. — Nonnunquam infinitivus latet in particula (pr. nomine), v. c. עַד אֵין (bis zum Nicht-seyn) donec non sit, עַד אֵין חֵקֶר מִסְפָּר donec non sit numerus Ps. XL, 13, עַד אֵין חֵקֶר Iob. IX, 10, עַד לְאֵין מַרְפֵּא 2 Par. XXXVI, 16, עַד אֶפֶס מָקוֹם donec non esset spatium Jes. V, 8; עַד בְּלִי, עַד בִּלְתִּי (usque ad interitum) i. e. donec, quamdiu Ps. LXXII, 7. Iob. XIV, 12 (sed Num. XXI, 35 עַד est conj., v. litt. C, 2).

c) Dicitur etiam de eo qui (quod) progreditur usque ad fastigium quoddam s. permagnum perfectionis *gradum*, vel qui attingit eos qui in aliqua re eminent. 2 Sam. XXIII, 19: וְעַד הַשְּׁלֹשָׁה לֹא בָא *sed tres illos non attigit*. Iob. XI, 7: אִם עַד תַּכְלִית שַׁדַּי תִּמְצָא *an attingis perfectionem Omnipotentis?* Inde in comparationibus 1 Par. IV, 27: *et familia eorum non aucta est* עַד בְּנֵי יְהוּדָה *usque ad filios Judae* i. e. ita ut assequeretur filios Judae, instar fil. Judae. Nah. I, 10: עַד סִירִים סְבֻכִים *perplexi sunt usque ad spinas* i. e. adeo ut spinas specie referant, instar spinarum. Parall. כְּסָבְאָם. Sic עַד לִמְאֹד, עַד מְאֹד usque

ad (summam) vehementiam i. e. vehementissime v. מְאֹד; עַד מְהֵרָה usque ad (magnam) festinationem i. e. celerrime; עַד לְמַעְלָה usque ad summum gradum i. e. maiorem in modum (v. מַעַל rad. עָלָה). Eodem referri poterant plura exempla iam laudata (litt. b) v. c. עַד אֵין מִסְפָּר. — Est etiam: *usque ad* extremum aliquem terminum, v. c. עֲדֵי אֹבֵד usque ad interitum Num. XXIV, 20. Inde de re extrema, ultima *usque ad* quam aliquid extendi vix putes. 1 Sam. II, 5: עַד עֲקָרָה יָלְדָה שִׁבְעָה *usque ad sterilem, parit ea septem* i. e. ipsa sterilis, adeo sterilis parit septem (liberos). Num. VIII, 4: עַד יְרֵכָהּ וְעַד פִּרְחָהּ מִקְשָׁה הוּא *usque ad scapum et usque ad flores eius tornatili opere factum erat* (candelabrum) i. e. cum ipso scapo et floribus, adeo scapus floresque eius opere tornatili facti erant. Sq. negatione Hagg. II, 19: עַד הַגֶּפֶן וְהַתְּאֵנָה ..... לֹא נָשָׂא *adeo vitis et ficus ...... non ferunt* fructum. Iob. XXV, 5: עַד יָרֵחַ וְלֹא יַאֲהִיל *ipsa luna, non splendet*, non pura est. Et sic: עַד אֶחָד .... לֹא ne unus quidem Exod. XIV, 28. Iud. IV, 16. 2 Sam. XVII, 22.

3) *ad* i. q. אֶל, de motu versus aliquid et de *transitu* per spatium interiectum (cf. etym.) potius quam de adventu in termino. Gen. XXXVIII, 1: וַיֵּט עַד אִישׁ עֲדֻלָּמִי *et devertit ad virum Adullamensem*, et sic הָלַךְ עַד ire *ad* 1 Sam. IX, 9, בּוֹא עַד se convertere *ad* (v. h. v.), שׁוּב עַד redire, se convertere *ad*; it. de animi directione *ad* aliqu. הִתְבּוֹנֵן עַד Iob. XXXII, 12. XXXVIII, 18 (sq. אֶל, עַל), הֶאֱזִין עַד Num. XXIII, 18. — עַד לְדָבָר הַזֶּה Esr. X, 14 est: (quod attinet) *ad hanc rem*. Vulg. propter hanc rem.

C) Conj. 1) *dum* (während), sq. praet. 1 Sam. XIV, 19: וַיְהִי עַד דִּבֶּר שָׁאוּל *dum loquebatur Saulus*, sq. fut. Iob. VIII, 21: *dum risus implebit os tuum* ..... 22: *inimicos tuos teget ignominia.* (Al. comm. 21 iungunt praecedentibus h. m. 20: *ecce Deus non reiicit probum ..... adeo ut risu impleturus sit os tuum*, vide infra C, 3), sq. part. Iob. I, 18: עַד זֶה מְדַבֵּר *dum hic loquebatur* (cf. 16. 17, ubi עוֹד). Neh. VII, 3: עַד הֵם עֹמְדִים. Plenius עַד שֶׁ Cant. I, 12. — עַד לֹא Prov. VIII, 26, et עַד אֲשֶׁר לֹא Eccl. XII, 1. 2. 6. *dum non* i. q. בְּטֶרֶם antequam, ut syr. ܥܕܠܐ Mtt. I, 18. Act. II, 20. VII, 2. Sap. II, 8 pro πρωνή, Sam. [Samaritan] antequam.

2) *usque dum, donec*, de termino temporis (cf. litt. B, 2, b), sq. praet. (ut indic.) Jos. II, 22: עַד שָׁבוּ הָרֹדְפִים *donec redierant persequentes.* 1 Sam. XX, 41: *flebant ambo* עַד דָּוִד הִגְדִּיל *donec Davides vehementissime ploraret.* 2 Par. XXXVI, 21. 2 Reg. XXIV, 20. Ezech. XXXIX, 15, sq. fut. Gen. XXXVIII, 11. Hos. X, 12. Prov. VII, 23. Iob. XXVII, 5. XXXII, 11. Jes. XXII, 14. Plenius עַד אֲשֶׁר usque dum, sq. praet. Deut. II, 14. Iud. IV, 24, sq. fut. Num. XI, 20. Hos. V, 15, עַד שֶׁ Cant. III, 4. Iud. V, 7, עַד כִּי id., sq. praet. Gen. XXVI, 13. 2 Sam. XXIII, 10, sq. fut. Gen. XLIX, 10, עַד אִם Gen. XXIV, 19. 33. Jes. XXX, 17, עַד אֲשֶׁר אִם Gen. XXVIII, 15. Num. XXXII, 17. Jes. VI, 11. Ipse temporis terminus (non temporis spatium usque ad terminum) significatur his verbis 1 Sam. I, 22: עַד יִגָּמֵל הַנַּעַר וַהֲבִאֹתִיו *usque dum ablactatus erit puer, adducam eum* pro: ubi ablactatus erit, cf. chald. עַד אַחֲרִין et Germaniae australis et occidentalis idiotismum: *bis* Sonntag reise ich i. e. ipso die solis proximo. Proprie in his ellipsis inest, hunc in modum explicanda: *usque dum ablactatus erit puer* (mecum manebit), dein *eum adducam.* — Ceterum quod saepius observatum est (v. Noldii concord. part. p. 534. Glassii philol. s. p. 382 ed. Dathii, intpp. ad Ps. CX, 1 et contra Fritzschium ad Mt. p. 853 sqq. Wineri Lex. p. 695), particulam עַד passim illud etiam tempus includere, quod ultra terminum excurrat: id manifesto falsum, quatenus hoc in huius particulae potestate ex singulari quodam usu loquendi Hebraeorum inesse volunt. Contra non minus certum est, scriptores sacros in huius generis locis non extremum, sed propiorem quendam terminum memorasse, et tempus, quod excurrit, minime exclusum voluisse. Qui ad iter faciendum proficiscens amicum *interim et donec redeat* valere iubet (lebe wohl bis auf Wiedersehn!), is *nunc* quidem in propiore hoc termino acquiescit, licet amicum etiam post reditum valere optet. Eadem ratione iudicandi sunt loci Ps. CX, 1. CXII, 8. Dan. I, 21. Gen. XXVIII, 15. 1 Tim. IV, 13, cf. Hengstenberg de authentia libri Danielis p. 66. 67.

3) *usque ad* (maiorem) gradum, i. e. *adeo ut, ita ut* (cf. arab. حتى *donec*, et *ut* sq. fut. nasb., aethiop. እስከ: donec, *ut*). Jes. XLVII, 7: *dicis: in perpetuum dominabor*, עַד לֹא שַׂמְתְּ אֵלֶּה עַל לִבֵּךְ *adeo ut* (eo procedis impotentiae et superbiae ut) *ista parum cures.* Iob. XIV, 6: עַד יִרְצֶה כְּשָׂכִיר יוֹמוֹ *ut delectetur, instar mercenarii die suo*; plenius עַד אֲשֶׁר Jos. XVII, 14 cf. chald. A, 3.

עַד chald. i. q. hebr. A) Praep. 1) *inter, intra* (während). עַד יוֹמִין תְּלָתִין intra triginta dies Dan. VI, 8. 13. — 2) *usque ad*, de tempore, v. c. עַד כְּעַן hucusque Esr. V, 16, sed עַד אָחֳרֵין usque ad postremum, est i. q. postremo Dan. IV, 5. — 3) *ad*, de consilio et fine. עַד־דִּבְרַת דִּי eum in finem ut Dan. IV, 14 i. q. עַל דִּבְרַת דִּי II, 30.

B) עַד דִּי Conj. 1) *dum, interea dum.* Dan. VI, 25: *nondum attigerant* (viri in foveam deiecti) *pavimentum foveae, quum* (עַד דִּי) *leones eos prehendissent.* — 2) *usque dum*, sq. praet. Dan. II, 34. V, 21. VII, 4. 9. 11. 22, sq. fut. ib. II, 9. IV, 20. 22. 29.

עֲדֶנָה et **עֲדֶן** contr. ex עַד־הֵנָּה *hucusque.* Eccl. IV, 2. 3. Talmud. עֲדַיִן, v. Castell. heptagl. col. 2663.

עֲדִי, in Pausa עֶדִי Ez. XVI, 11. XXIII, 40, c. suff. עֶדְיוֹ Ex. XXXIII, 4. m. *ornatus* (v. rad. no. 3), *mundus* tum virorum tum mulierum (LXX. κόσμος). Ex. XXXIII, 4 – 6. Jes. XLIX, 18. Jer. II, 32. Ez. VII, 20. XVI, 11. XXIII, 40. עֲדִי זָהָב ornatus aureus 2 Sam. I, 24. Jer. IV, 30. עֲדִי עֲדָיִים summum ornamentum Ez. XVI, 7.

Haec igitur significatio usitatissima. Sed duo sunt Psalmorum loci, quibus eam non sine difficultate adhibeas. Unus est XXXII, 9: *ne sitis instar equi et muli* (אֲשֶׁר) בְּמֶתֶג וָרֶסֶן עֶדְיוֹ לִבְלוֹם, quod vulgo interpretantur: *qui freno et capistro, ornatu suo, compescendus est*, ut עֲדִי ornatum equi s. phaleras, helcium (Geschirr) significet, quod per appositionem iunctum sit freno et capistro utpote equum non solum compescentibus sed etiam ornantibus. Sed frigidius hoc et otiosum. Ornatus s. *helcii* significatu servato magis placeret: *cuius helcium freno et capistro compescendum est* (Targ.), ut עֶדְיוֹ (אֲשֶׁר) subiectum sit, et poëta dicat: qui freno et capistro helcii compescendi sunt; fortasse etiam cum Jarchio: *cuius ornatus freno et capistro compescendus est* i. e. qui, ubi ornandus et currui iungendus est (beym Anschirren), freno et capistro est compescendus. Sed iam veteres interpretes duas alias vocis עֲדִי significationes in medium protulerunt, ad alterius etiam loci (CIII, 5) contextum non ineptas: a) *maxilla*, a pulchritudine dicta ut syn. לְחִי, dein *os*, inde: *cuius maxilla freno et cap. coercenda est*. LXX. τὰς σιαγόνας αὐτῶν. R. Mose et Aben Esra: עדיו כמו לחיו. Kimchi: עדיו פיו. Ps. CIII, 5: הַמַּשְׂבִּיעַ בַּטּוֹב עֶדְיֵךְ *satiat bonis os tuum*. Kimchi: פִּיךְ. b) עֲדִי aetas (cf. עַד A, 1), spec. *iuventus*, unde Ps. 32: *cuius iuventus* ferocia iuvenilis et indomita ..... *compescenda est* (Pesch. ܛܠܝܘܬܗܘܢ ܕܒܠ), quam interpretationem e recentioribus adoptat J. D. Mich. (coll. غدا, quo tamen vix opus est), et altero loco: *satiat bonis iuventutem tuam*, quod commendatur parallelo כַּנְּעוּרִים. His accedit c) tertia ratio, de qua Aben Esra עֲדִי ornamentum Ps. CIII, sicut כָּבוֹד, animum (נֶפֶשׁ) explicat coll. LXIII, 6: תִּשְׂבַּע נַפְשִׁי, quocum consentit Alex. ἐπιθυμίαν reddens. Ut dicam quod sentio, etiam mihi talis significatio optanda videtur, quae utrique loco conveniat, in quibus eam praetulerim, quam secundo loco posui (litt. b). Cf. עֵת no. 2.

Praeterea עדי in Cod. Sam. Gen. XLIX, 27 habetur pro hebr. עַד *praedae* significatu, quae forma ad Aramaismum deflectit, vide supra ad עַד A, 2.

עֲדִיאֵל (ornatus Dei) n. pr. virorum 1) 1 Par. IV, 36. 2) IX, 12. 3) XXVII, 25.

עֲדָיָה (quem *Jehova ornavit*) n. pr. virorum 1) avi Josiae regis 2 Reg. XXII, 1. 2) 1 Par. IX, 12. Neh. XI, 12. 3) 1 Par. VIII, 21. 4) Esr. X, 29. 5) X, 39. Neh. XI, 5, pro quo עֲדָיָהוּ 2 Par. XXIII, 1.

עֲדִיתַיִם (praeda duplex) n. pr. oppidi in tribu Judae Jos. XV, 36. Hieron. in Onomast. „dicitur autem et quaedam villa Adia iuxta Gazam: et alia Aditha iuxta Diospolin, quasi ad orientalem plagam respiciens.“ Posterior fortasse est Adida חָדִיד.

עֵת sq. Makk. עֶת Lev. XV, 25. Hagg. I, 2, c. suff. עִתִּי (contr. ex עִדְתּ fem. vc. עַד, ut לֵת ex לֶדֶת, את ex אֶרֶת) fem. sexcenties, ut in formula בָּעֵת הַהִיא, sed aliquoties masc. Ez. VII, 7. 12. Cant. II, 12, quoniam vocis origo saepe ipsos veteres latebat (Lgb. 474), pl. עִתִּים fem. Ez. XII, 27. Neh. XIII, 31, saepius masc. 2 Par. XV, 5. Dan. XI, 14. Esr. X, 14. Neh. X, 35 — *tempus*. Sq. genit. עֵת הָעֶרֶב tempus vespertinum Jos. VIII, 29, עֵת הַזָּמִיר Cant. II, 12, עֵת רָעָה tempus calamitatis Ps. XXXVII, 19, עֵת נְקָמָה tempus vindictae Jer. LI, 6 (עֵת בֵּית יי לְהִבָּנוֹת tempus aedificandi domum Dei Hagg. I, 2); sq. inf. עֵת לֶדֶת tempus pariendi Iob. XXXIX, 1. 2; Jer. VIII, 7; et integra sententia Mich. V, 2: עֵת יוֹלֵדָה יָלָדָה *tempus quo parit parturiens*. Iob. VI, 17. Deut. XXXII, 35. 2 Par. XX, 22. XXVIII, 22. — מֵעֵת אֶל עֵת 1 Par. IX, 25 et מֵעֵת עַד עֵת Ez. IV, 10. 11 (von Zeit zu Zeit) non uno tempore, semel et iterum cf. מִיּוֹם אֶל יוֹם s. v. יוֹם. — Cum praepositt. a) בְּעֵת, c. art. בָּעֵת (tempore). בָּעֵת הַהִוא eo tempore Gen. XXI, 22. XXXVIII, 1. Num. XXII, 4 et semper in Pent. (v. הִוא), בָּעֵת הַהִיא id. in reliquis V. T. libris, בְּעֵת קָצִיר tempore messis Jer. L, 16, בָּעֵת לִדְתָּהּ Gen. XXXVIII, 27. בְּכָל־עֵת omni tempore Ps. X, 5. XXXIV, 2. LXII, 9 et saepe. — b) לְעֵת id., maxime de tempore diei, vitae, לְעֵת עֶרֶב Gen. VIII, 11. XXIV, 11. 2 Sam. XI, 2. Jes. XVII, 14. Zach. XIV, 7, לְעֵת בּוֹא הַשֶּׁמֶשׁ Jos. X, 27. 2 Par. XVIII, 34, לְעֵת זִקְנָתוֹ 1 Reg. XI, 4. XV, 23. לְעֵת יוֹם בְּיוֹם i. q. יוֹם בְּיוֹם 1 Par. XII, 22. — c) כְּעֵת id. (v. כְּ B, 3 p. 649) ut כְּעֵת מִנְחַת עֶרֶב tempore sacrificii vespertini Dan. IX, 21. Cum art. כָּעֵת (pro כְּהָעֵת) *hoc tempore, nunc* Num. XXIII, 23. Iud. XIII, 23. XXI, 22. Iob. XXXIX, 18. כָּעֵת מָחָר hoc (diei) tempore cras Ex. IX, 18. 1 Sam. IX, 16. XX, 12. 1 Reg. XIX, 2. XX, 6. 2 Reg. VII, 1. 18. X, 6, plenius מָחָר כָּעֵת הַזֹּאת Jos. XI, 6 (male alii: circa tempus crastinum vel: tempore crastino, quod esset כְּעֵת מָחָר). כָּעֵת חַיָּה (anni) tempore redivivo, v. pag. 470. Cf. infra no. 1. Etiam d) in acc. עֵת est: tempore (zu der Zeit). Ps. IV, 8: מֵעֵת דְּגָנָם וְתִירוֹשָׁם רָבּוּ *magis quam tempore* quo isti *frugibus et musto abundant*, et absol. (hoc) *tempore* (zur Zeit) i. q. עַתָּה nunc. Ez. XXVII, 34. LXX. Vulg. νῦν, *nunc*.

Spec. 1) de *anni tempore* (gr. ὥρα). Cant. II, 12. Jer. L, 16. כָּעֵת חַיָּה anni tempore s. anno redivivo i. e. proximo vere v. p. 470. Esr. X, 13: הָעֵת גְּשָׁמִים *anni tempus* erant *pluviae* i. e. tempus pluviarum (die Jahreszeit war die der Regen). — 2) de tempore vitae humanae, max. de *iuvenili* aetate puellae, qua viro matura esse coepit (cf. gr. ὥρα, velut ἐς γάμου ὥρην ἀπίκεσθαι Herod. 6, 61, εἰς ἀνδρὸς ὥραν ἥκουσα κόρη Plat., παρθένος ὡραία ἀνδρός vel γάμου Herod. 1, 107. 6, 122, it. ὥρα δένδρων Aesch.). Ez. XVI, 8: וְהִנֵּה עִתֵּךְ עֵת דֹּדִים *en tempus tuum, tempus amoris*. Cf. עֲדִי *iuventus* Ps. CIII, 5. De *iuventute* etiam capiendum videtur Ps. LXXXI, 16: וִיהִי עִתָּם לְעוֹלָם *durabitque iuventus eorum in* ... *num*. — 3) *tempus iustum*, ut gr. καιρός, arab. وقت. Saepe cum suff. v. c. מְטַר בְּעִתּוֹ pluvia suo i. e. iusto tempore Deut. XI, 14. XXVIII, 12. Ps. I, 3: אֲשֶׁר פִּרְיוֹ יִתֵּן בְּעִתּוֹ. CIV, 27: לָתֵת אָכְלָם בְּעִתּוֹ. Iob. XXXVIII,

32. Prov. XV, 23: דָּבָר בְּעִתּוֹ *verbum tempore suo* i. e. iusto, opportuno. Eccl. VII, 17: *quare moriaris* בְּלֹא עִתֶּךָ *ante tempus tuum*, praemature. Eccl. X, 17: *o felicem terram, cuius principes cibum capiunt* בָּעֵת *iusto tempore.* Acc. לֹא עֵת ante tempus Iob. XXII, 16, et עֵת iusto tempore (lat. in tempore, et tempore Cic. Off. 3, 14, it. tempori, temperi). Hos. XIII, 13: *filius stolidus is est* כִּי עֵת לֹא יַעֲמֹד בְּמִשְׁבַּר בָּנִים *nam iusto tempore non stat in matrice* i. e. non erumpit ex utero, ubi vis pariendi adest (Jes. XXXVII, 3). — 4) *tempus* alic. i. q. *dies* alic. (v. יוֹם 1, b) i. e. tempus supremum, fatale alic., interitus eius. Jes. XIII, 22. Jer. XXVII, 7. Ez. XXII, 3. XXX, 3. Eccl. IX, 12. Absol. Eccl. IX, 11: כִּי עֵת וָפֶגַע יִקְרֶה אֶת־כֻּלָּם *nam tempus sorsque* fatalis *manet omnes.* (Syr. ܐܬܳܐ ܙܰܒܢܳܐ venit tempus fatale, die Stunde ist gekommen Assem. II, 265). — 5) *tempus certum* finem suum habiturum, opp. עוֹלָם. Eccl. III, 1: לַכֹּל עֵת חֵפֶץ *cuivis rei est tempus* i. e. durat ea ad tempus, per aliquod tempus, nil perpetui est, cf. VIII, 6. עַד עֵת ad tempus, usque ad certum tempus, quo finem habebit Dan. XI, 24.

Plur. עִתִּים, עִתּוֹת (v. supra) 1) *tempora.* a) quatenus ea supputantur ab huius rei peritis. Esth. I, 13: יֹדְעֵי הָעִתִּים, et 1 Par. XII, 32: יוֹדְעֵי בִינָה לָעִתִּים temporum gnari, astrologi. b) quatenus inde dependent fata et vicissitudines hominum 1 Par. XXIX, 30. צוֹק הָעִתִּים Dan. IX, 25, אֱמוּנַת עִתֶּיךָ Jes. XXXIII, 6, inde de ipsa sorte. Ps. XXXI, 16: בְּיָדְךָ עִתֹּתָי *in manu tua* sunt *tempora mea* i. e. sors mea. — In malam partem: tempora iudicii, divinae vindictae Iob. XXIV, 1 cf. in sing. no. 4. — 2) *vices.* Neh. IX, 28: עִתִּים רַבּוֹת *multis vicibus*, identidem, cf. chald. זְמַן no. 2. Inde

עַתָּה cum He paragogico demonstrativo, in pausa עָתָּה (Milêl) Gen. XXXII, 5 (sicut אַתָּה, אָתָּה) 1) *hoc tempore, nunc, iam* (opp. et priori tempori et futuro Jos. XIV, 11. Hos. II, 10. Jes. XLVIII, 7) Gen. XXII, 12. XXIX, 32. Iob. III, 13. IV, 5. Ps. XII, 6. XX, 7 et sexcenties; *iam* (schon) Iob. VI, 3, idque poët. pro *statim* VII, 21. VIII, 6. מֵעַתָּה וְעַד עוֹלָם ab hoc tempore usque in aeternum Jes. IX, 6. עַד־עַתָּה hucusque, usque ad hodiernum diem Gen. XXXII, 5. XLVI, 34. עַתָּה זֶה nunc ipsum (v. זֶה no. 3, b). גַּם עַתָּה, v. גַּם no. 3, b. לֹא עַתָּה non amplius Jes. XXIX, 22. Creberrimum est וְעַתָּה iam autem, iam vero Gen. III, 22. IV, 11. XI, 6. XXI, 23. XXVII, 3. XXXVII, 20. XLI, 33 al. — 2) Passim temporis notio interiit, et (ut gr. νῦν, νύν) est excitantis: *age*, max. sq. imperativo Gen. XXXI, 13. Jes. XXX, 8. Mich. IV, 14 (עַתָּה הִנֵּה 1 Reg. I, 18. 2 Reg. XVIII, 21) et sententia interrogativa Jes. XXXVI, 5: *age, cui confidis?* V. 10: *iam vero* (וְעַתָּה), *num forte invito Jehovâ adscendi?*

עַתַּי (i. q. עִתִּי opportunus) n. pr. virorum 1) 1 Par. II, 35. 36. 2) XII, 11. 3) 2 Par. XI, 20.

עִתִּי m. adj. *opportune obvius*, ὡραῖος Lev. XVI, 21.

יֶעְדּוֹ 2 Par. IX, 29 Keri, Chethibh יֶעְדִּי, n. pr. viri, qui alibi עִדּוֹ q. v. (rad. עָדַד).

מַעַדְיָה (ornamentum Jovae) n. pr. viri Neh. XII, 5, pro quo מוֹעַדְיָה Comm. 17. Uterque locus sibi facile constabit, si modo in priore scribes מַעֲדִיָה.

מַעֲדַי (pro מַעֲדְיָה) n. pr. viri Esr. X, 34.

עָדַל rad. inusit., arab. عدل *iustus, aequus fuit,* unde

עַדְלַי (pro עֲדַלְיָה iustitia Dei) n. pr. viri 1 Par. XXVII, 29 et

עֲדֻלָּם (iustitia populi, pro עֲדַל עָם, sec. Io. Simon. comp. ex עַד עָלָם, cf. عَدْوٌ latibulum, et עָלַם abscondidit, quod non probo, quum spelunca ab oppido dicta videatur, non contra) n. pr. oppidi in campestribus Judae, olim regii Canaanitarum, a Rehabeamo muniti Jos. XII, 15. XV, 35. 2 Par. XI, 7. Mich. I, 15. Neh. XI, 30. Alex. Ὀδολλάμ, et ita 2 Macc. XII, 38. Jos. Archaeol. 8, §. 10, 1. In vicinia eius erat מְעָרַת עֲדֻלָּם spelunca Adullamitica 1 Sam. XXII, 1. 2 Sam. XXIII, 13, cf. Guil. Tyr. de bell. sacr. 15, 6. Nom. gent. עֲדֻלָּמִי Gen. XXXVIII, 1. 20. V. Relandi Palaest. p. 549.

עָדַן rad. in Kal inusit. Arab. غدن V. flexibilis fuit, vacillavit, غَدَنٌ mollities, laxitas, languor, غَدَانٌ virga, pertica (pr. vacillans, in aëre vibrata), cf. infra עָדִין. Gr. ἀδινός, quod Io. Simonis confert, ab hac stirpe plane alienum est. Cf. quae observavimus ad עָדִין no. 1.

Hithp. pr. *mollem se gessit* i. e. laute, delicate vixit. Neh. IX, 25. (Chald. מְעַדֵּן בִּשְׂרֵיהּ et מ׳ עַצְמוֹ qui oblectat carnem suam, curat cuticulam, syr. ܥܕܝܢ mollis, delicatus i. q. hebr. עָנֹג, ܡܥܰܕܢܽܘܬܳܐ, ܥܕܽܘܢܳܐ id. ܥܕܽܘܢܳܐ deliciae, Lex. Adl. تدليل, تفنيق.)

עָדִין adj. 1) *mollis, delicatus.* Jes. XLVII, 8. — Difficillima et vix sana sunt verba 2 Sam. XXIII, 8, quae cum loco parallelo 1 Par. XI, 11 integra appono:

2 Sam.	1 Par.
אֵלֶּה שְׁמוֹת הַגִּבֹּרִים אֲשֶׁר לְדָוִד יֹשֵׁב בַּשֶּׁבֶת תַּחְכְּמֹנִי הַשָּׁלִשִׁי הוּא עֲדִינוֹ הָעֶצְנוֹ (Keri הָעֶצְנִי) עַל שְׁמֹנֶה מֵאוֹת חָלָל בְּפַעַם אֶחָד	אֵלֶּה מִסְפַּר הַגִּבֹּרִים אֲשֶׁר לְדָוִיד יָשָׁבְעָם בֶּן חַכְמוֹנִי רֹאשׁ הַשָּׁלוֹשִׁים הוּא עוֹרֵר אֶת חֲנִיתוֹ עַל שְׁלֹשׁ מֵאוֹת חָלָל בְּפַעַם אֶחָת
Haec sunt nomina tribunorum Davidis: Joscheb-	*Hic est numerus tribunorum Davidis: Jaschobam, filius*

haschebet Tachchemonita tristata, היא עדינו העצנו *super octingentos confossos una vice.*

Chacmonitae, princeps τῶν triginta, is vibravit lanceam suam (victricem) *super trecentos confossos una vice.*

ut appareat, verba הִיא עֲדִינוֹ הָעֶצְנוֹ Sam. l. c. respondere verbis הִיא עוֹרֵר אֶת־חֲנִיתוֹ, quibus auctor Paralipomenon ista vel obscurius dicta vel depravata illustrare voluit. Nihil enim a sana crisi alienius, quam Judaeorum ratio, qui post verba illa obscura, in quibus nomina propria quaerunt, ex Paralipomenis supplent היא עורר את־חֲנִיתוֹ, praeeuntibus Alexandrinis: Ἀδινὼν (עדינו pro עֲדִינוֹן) ὁ Ἀσωναῖος (הָעֶצְנִי) οὗτος ἐσπάσατο τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ ἐπὶ ὀκτακοσίους στρατιώτας εἰσάπαξ, et duobus codd. K., qui verba illa Hebraea eodem loco inferciunt; praesertim quum novo nomini proprio post יֹשֵׁב בַּשֶּׁבֶת תַּחְכְּמֹנִי רֹאשׁ הַשָּׁלִשִׁים, ad quem omnia pertinent, locus non sit. — Atqui quaeritur, quomodo illa Chronographi interpretatio vindicari possit? Io. Simonis reddebat (Onomast. V. T. p. 372): *percussio eius hastâ suâ* (fuit) *in octingentos* cet. coll. عدن Conj. II malleo mucronato percussit terram, cf. ad עצן infra h. v. Mihi non dubium videtur, in עדין h. l. *vibrationis* potestatem inesse (das Schwenken, Schwingen der Lanze), a rad. עָדַן mollis, flexibilis fuit (schwank seyn). Malim autem (locum enim corruptum esse, ingens inter utramque ἔκδοσιν scripturae varietas arguit) duabus litteris traiectis legere: הוּא יְעַדְּנוֹ הָעֶצְנוֹ *is vibravit eam, lanceam suam*, cum suffixo pleonastico in יְעַדְּנוֹ (coll. Ez. X, 3. 1 Sam. XXI, 14), quod a poëta (videntur enim haec verba obscura ex antiquo quodam carmine illos heroes celebrante petita esse) additum videtur propter paronomasiam cum הָעֶצְנוֹ, quae perfectissima est, si modo יְעַדְּנוֹ pronuncies יְעַדְנוֹ (ut יְחֶזְקֵאל pro יְחֶזְקֵאל), et ץ in הָעֶצְנוֹ ut arab. ض. — 2) n. pr. viri Esr. II, 15. Neh. VII, 20.

עֲדִינָא n. pr. tribuni militum Davidis 1 Par. XI, 42.

עֵדֶן m. 1) *amoenitas, deliciae.* (Vide ad rad. in Hithpa. Congruit gr. ἡδονή). Tantum in pl. Ps. XXXVI, 9: וְנַחַל עֲדָנֶיךָ תַשְׁקֵם *torrente deliciarum tuarum potas eos.* 2 Sam. I, 24: עִם עֲדָנִים *cum deliciis* i. e. suaviter, venuste. Jer. LI, 34.

2) n. pr. regionis amoenissimae (παράδεισος τῆς τρυφῆς Gen. II, 15 LXX), in Asia in qua hortus s. paradisus primorum hominum fuisse perhibetur Gen. II, 8. 10. IV, 16. Jes. LI, 3, inde גַּן עֵדֶן Gen. II, 15. III, 23. 24. Ez. XXXVI, 35. Joël II, 3, עֲצֵי עֵדֶן Ez. XXXI, 9. 16. 18. Descriptio situs eius Gen. II, 10—14 eo redit, ut quattuor primaria terrae flumina, *Pischon* (פִּישׁוֹן prob. Indus), *Gichon* (גִּיחוֹן Nilus, v. h. v.), *Euphrates* et *Tigris*, ibi ortum habere et in regiones suas effluere dicantur, unde colligas, sacro scriptori editiores Armeniae partes prope Euphratis et Tigridis fontes obversatas esse; qua ipsa in regione Ezechieles (ll. cc.) hortum Edeniticum una cum monte Dei (cf. הַר מוֹעֵד בְּיַרְכְּתֵי צָפוֹן Jes. XIV, 13 et supra p. 606) collocat, et in cuius vicinia primaevos homines post diluvium deprehendimus (Gen. VIII, 4). Cf. Rosenm. bibl. Alterthumskunde T. I p. 172 sqq. Tuch ad Genes. p. 71 sqq. De veterum opinione, qua Nilum cum Indiae fluminibus utcunque coniunctum putarent, v. quae supra observavimus v. גִּיחוֹן p. 282 A, et de mytho geographico veterum Indorum, qui in Meru, monte sacro, quattuor flumina oriri et in omnes mundi plagas dimanare fingebant, Bohlen altes Indien II p. 210. Utrum aliqua voci nostrae necessitudo sit cum *Heden, Hedenesch*, Zoroastri patria Zend-Avesta II, 53 Kleuk.), in medio relinquo: sed vix putaverim, quum *Heden* Zend-Avestae Aderbidschan explicetur. Ceterum varias variorum de situ paradisi terrestris coniecturas v. apud Winerum, Reallex. I, 334 sqq.

עֶדֶן (amoenitas), quod ubique sex punctis scribitur, ut distinguatur ab עֵדֶן no. 2, n. pr. regionis Mesopotamiae vel Assyriae. 2 Reg. XIX, 12 (Jes. XXXVII, 12): בְּנֵי עֶדֶן אֲשֶׁר בִּתְלַאשָּׂר *filii incolae Eden in Telassar.* Ez. XXVII, 23, ubi copulatur cum Haran, Calne et Assyria. Sed situs incertus. Targ. הַדְיַב i. e. Adiabene, Assyriae provincia primaria, syr. ܚܕܝܒ v. Ammian. Marcell. 23, 6. Ass. bibl. III, 2 p. 708, praeterea in Mesopotamia est regio ܥܕܢ dicta Assem. bibl. II, 242, et utrum harum una et utra intelligenda sit, nescitur. J. D. Michaëlis (suppl. 1840) apud Ezechielem Adanam Arabiae (عَدَن v. Abulf. Arab. p. 41 Gagn. p. 27 Rommel.) ad Oceanum Indicum intelligere volebat, sed in utroque V. T. loco eundem locum dici, vel ex eo colligas, quod utrobique copulatur cum חָרָן. — Diversum est *Beth-Eden* בֵּית עֶדֶן v. pag. 195.

עַדְנָא (voluptas) n. pr. viri Esr. X, 30.

עַדְנָה (id.) n. pr. virorum 1) 1 Par. XII, 20. 2) 2 Par. XVII, 14.

עֶדְנָה f. *voluptas* eaque venerea Gen. XVIII, 12.

עֲדֶן, **עֲדֶנָה** *hucusque*, v. sub rad. עָדָה.

עִדָּן *tempus* v. rad. עָדַד.

מַעֲדַנִּים pl., מַעֲדַנּוֹת 1 Sam. XV, 32 *deliciae*, idque a) concr. *cibi delicati, cupediae.* Gen. XLIX, 20. Jer. l. c. Thren. IV, 5. b) i. q. *deliciae animi, gaudium* (Ergötzen, Lust). Prov. XXIX, 17: וְיִתֵּן מַעֲדַנִּים לְנַפְשֶׁךָ. Acc. adv. 1 Sam. l. c. וַיֵּלֶךְ אֵלָיו אֲגַג מַעֲדַנֹּת *et accessit ad eum Agagus hilari animo* (mit Lust, ganz lustig). — Sed aliud nomen esse videtur מַעֲדַנּוֹת Iob. XXXVIII, 31, idque *vincula, fasciculos* significans, ex usu Talmudico (de fasciculis myrti Schabb. fol. 33, 2, de aliis vinculis nodisve Kelim c. 20. Succa fol. 13, 2) pro מַעֲנַדּוֹת a rad. עָנַד. Inde Iob. l. c. הַתְקַשֵּׁר מַעֲדַנּוֹת כִּימָה *num ligasti vincula Pleiadum?* LXX. δεσμὸν πλειάδος. Targ. שֵׁירֵי כִימְתָא, Kimchi et Jarchi: קִשּׁוּרֵי כִימָה. Masora quoque observat, 'ל h. l. alio sensu poni atque 1 Sam. l. c.

Cf. כִּימָה. Scite Io. Simonis comparat linguae gronlandicae usum, in qua Pleias *Killukturset* appelletur i. e. stellae colligatae.

עֲדַעְדָה v. rad. עָדַד.

עָדַף *redundavit*, *abundavit*, pr. de velis et stragulis dependentibus Ex. XXVI, 12. 13, dein *superfluus fuit*, de cibo Ex. XVI, 23, de pecunia Lev. XXV, 27, de hominibus qui numerum excedunt (überzählig seyn), sq. עַל Num. III, 46, בְּ 48. 49.

Hiph. superfluum collegit, *habuit* Exod. XVI, 18. (Arab. غدف multum, superfluum, nimium dedit, conj. IV laxavit velum supra faciem, غُدْفٌ annonae et bonorum abundantia, etiam quadril. غَدْفَلَ bonis abundavit. Chald. עֲדַף transl. excelluit, praestitit, ut hebr. יָתַר).

עָדַר 1) *seruit*, *ordinavit*, spec. agmen, aciem (fortasse cogn. סָדַר, sibilo et spiritu inter se permutatis). Bis legitur. 1 Par. XII, 38: עֹדְרֵי מַעֲרָכָה בְּלֵבָב שָׁלֵם LXX. παρατασσόμενοι παράταξιν ἐν ψυχῇ εἰρηνικῇ. Targ. מְסַדְרֵי סִדְרָא. 3 Codd. עֹרְכֵי, quae scriptura sensum bene explicat, sed glossam sapit. Omisso מַעֲרָכָה Comm. 33: לַעֲדֹר בְּלֹא לֵב וָלֵב *instruendo* aciem *unanimi corde*, ubi 9 codd. לַעְזֹר ad iuvandum, quod exprimunt etiam LXX. Vulg., sed scripturae vulgatae praeponi non debebat a J. D. Michaëli (suppl. p. 1842), qui etiam in priore loco ex tribus illis codd. reponere volebat עֹרְכֵי. Sed utrumque hunc locum non divellendum, et idem verbum in utroque genuinum esse, et sententiae similitudo suadet et quod utrique adiectum est *corde integro, corde unanimi*.

2) *sarrivit*, *pastinavit* vineam (behacken), quod ita fiebat, ut terra circa vites accumulata sulcorum porcarumque *ordines* orirentur. Vide Niph. no. 1 et מַעְדֵּר. (Talmud. Nidda fol. 67, 1: כעודר ומוסך sicut sarriens et stringens olivas. Pa. Schebiith c. 2. מזבלין ומעדרין stercorant et sarriunt. Quod ap. Castellum est عِدْرٌ aratrum, in lexx. antiquis non reperitur, et errore niti videtur, v. Anecdd. orient. II, p. 55).

3) A copiis ordinandis (no. 1) proficiscitur *lustrandi* significatus, inde *desiderandi*, ut in פָּקַד. Vide Niph. no. 2.

Niph. 1) *sarrita est* vinea Jes. V, 6. VII, 25. Vide rad. no. 2. — 2) pass. Kal no. 3 *desideratus est* in lustratione s. censu. 1 Sam. XXX, 19. 2 Sam. XVII, 22. Jes. XXXIV, 16. XL, 26, de re ib. LIX, 15: וַתְּהִי הָאֱמֶת נֶעְדֶּרֶת *et fides desideratur*, rara fit. Zeph. III, 5. (Arab. غَدَرَ et غَدِرَ retromansit ovis de grege pr. desiderata est).

Pi. desiderari passus est (etwas vermissen lassen). 1 Reg. IV, 27 (V, 4).

עֵדֶר c. suff. עֶדְרוֹ pl. cstr. עֶדְרֵי 1) *grex* (LXX. ποίμνιον, ἀγέλη), pr. *agmen*, dictum ab *ordinando*, *digerendo* et *lustrando* (Lev. XXVII, 32. Iob. V, 24), quae pastori cum duce militari communia sunt (cf. germ. *Heerde* et *Heer*, utrumque i. q. *Schaar*, agmen, congregatio, a rad. *har* congregare, schaaren). Non placet Maurerus ad Ps. p. 220, qui עֵדֶר i. q. גֶּדֶר esse et pr. *caulam* significare putat, cuius nomen dein ad *gregem* translatum sit: repugnat enim verbi usus, qui eo quo supra fecimus modo apte digeri et ad unam notionem revocari potest, a *caula* etiam distinguitur *grex* Mich. II, 12. — Gen. XXIX, 2. 3. 8. XXXII, 20. Iud. V, 16. 1 Sam. XVII, 34. Ps. LXXVIII, 52. Iob. XXIV, 2. עֵדֶר עֵדֶר singuli greges Gen. XXXII, 17. Sq. genit., quo significatur pecudum genus, עֶדְרֵי צֹאן Joël I, 18. Mich. V, 7, עֶ׳ בָּקָר Joël l. c. עֶ׳ עִזִּים Cant. IV, 1. VI, 5, it. sq. genit. pastoris, qui gregem habet vel pascit Cant. I, 7. Jes. XL, 11. Jer. LI, 23; inde עֵדֶר יְהוָֹה de populo Israëlitico Jer. XIII, 17. Zach. X, 3. (Chald. עֶדְרָא id.). — 2) n. pr. a) oppidi in parte australi tribus Judae, Jos. XV, 21. b) viri 1 Par. XXIII, 23. XXIV, 30. Cf. מִגְדַּל עֵדֶר p. 268.

עֶדֶר in Pausa עָדֶר (grex) n. pr. viri 1 Par. VIII, 15.

עַדְרִיאֵל (grex Dei) n. pr. generi Sauli 1 Sam. XVIII, 19. 2 Sam. XXI, 8.

מַעְדֵּר m. *sarculum* (Hacke), quo sarritur (v. rad. no. 2). Jes. VII, 25.

עָדַשׁ rad. inusit. Arab. عَدَسَ inter alia est: pavit gregem. Inde ducunt

עָדָשׁ, tantum in pl. עֲדָשִׁים *lentes* (arab. عَدَسٌ lens, nom. unit. عَدَسَةٌ lenticulae granum), quippe quae pabulo inserviant, nisi potius ex lingua aegyptiaca repetitum est vc., in qua *lens* theb. est ⲁⲣϣⲁⲛ, theb. et memph. ⲁⲣϣⲓⲛ (r et d permutatis): aegyptiacae enim lentes laudatissimae (Virg. Georg. 1, 228. Plin. 18, 12 s. 3. Descr. de l'Égypte XIX p. 65). Gen. XXV, 34 (ad quem locum cf. φακῆν ῥοφεῖν Athen. 4, 14). 2 Sam. XVII, 28. XXIII, 11. Ez. IV, 9 (cf. φάκινος ἄρτος Athen. 4, 15. Sonnini Reisen II, 390).

עַוָּא v. rad. עָוָה.

עוּב in Kal inusit. i. q. עוּף no. 3 *obvolvere*, *caligine tegere*.

Hiph. id., translate *ignobilem reddidit*, *contumelia affecit*. Thren. II, 1: אֵיכָה יָעִיב בְּאַפּוֹ אֲדֹנָי אֶת־בַּת צִיּוֹן:

quomodo Dominus in ira sua caligine texit filiam Zionis? LXX. ἐγνόφωσεν. Gr. Venet. νεφώσειεν. Vulg. caligine texit. Pesch. ܐܥܒܐ, quod Lex. Adl. explicat اظلم بغيم obscuravit, et ut syn. addit ܐܚܫܟ, unde etiam ܐܚܫܟ obscuratus est, ܥܒܐ velum, nebula. Sed Targ. יְקִיץ reprobat, spernit, quam significationem translatam habet syr. Pa. ܥܝܒ contemsit, contumelia affecit, et arab. عاب med. Je. opprobrio affecit.

עָב utriusque sexus (m. Jes. XIX, 1. Eccl. XI, 3, f. 1 Reg. XVIII, 44), cstr. עַב Prov. XVI, 15. Jes. XVIII, 4, semel עָב (qs. a rad. עָבָה) Ex. XIX, 9, pl. עָבִים cstr. עָבֵי, bis עָבוֹת 2 Sam. XXIII, 4. Ps. LXXVII, 18 m. 1) *tenebrae, caligo.* Exod. l. c. בְּעַב הֶעָנָן *in caligine nubis.* Ps. XVIII, 12: עָבֵי שְׁחָקִים *tenebrae nubium.* — 2) *nubes.* (Chald. et zab. עִיבָא id.) Jes. XIX, 1. XXV, 5 al. עַב טַל nubes roris Jes. XVIII, 4, עַב מַלְקוֹשׁ nubes pluviae serotinae Prov. XVI, 15. Passim collect. Iob. XX, 6. XXXVI, 29. XXXVIII, 34. Jes. XIV, 14. Plur. Iud. V, 4. 1 Reg. XVIII, 45. Ps. CIV, 3. Iob. XXII, 14. XXVI, 8 al. Ceterum nubes imaginem praebet rei cito et advolantis Jes. LX, 8 (cf. XIX, 1) et avolantis et evanescentis Iob. XXX, 15. Jes. XLIV, 22. — 3) *densa* silvae. Plur. עָבִים Jer. IV, 29. (Chald. עִיב ramus densus Iob. XV, 32 Targ. Syr. ܥܒܐ Jer. l. c. Ephr. I, p. 52. Arab. غابٌ id.).

עוּג 1) pr. *in orbem ire*, ut rad. affines חוּג, חָגַג. (Talmud. עָג עוּגָה duxit circulum. Arab. عاج med. Kesr. curvus fuit, II. curvavit, flexit). Inde מָעוֹג, עֻגָּה orbis panis s. placentae, ut כִּכָּר a rad. כָּרַר.

2) denom. ab עוּגָה: *coxit placentam.* Ez. IV, 12: תְּעֻגֶנָּה לְעֵינֵיהֶם, ubi plerique libri ג sine Dagesch scribunt, et recte quidem.

עֻגָה et **עֻגָּה** 1 Reg. XVII, 13. Hos. VII, 8, cstr. 1 Reg. XIX, 6. Ez. IV, 12 pl. עֻגוֹת Gen. XVIII, 6. Ex. XII, 39. Num. VIII, 9 (fluctuat enim scriptura in libris mss. et editis v. J. H. Mich. ad ll. cc., sed in plerisque legitur sine Dag. et passim addito Raphe, quod et ipsum praeferre iubet forma מָעוֹג: adeo עוּגָה pl. עוּגוֹת passim legitur notante ipsa Masora: qui עֻגָּה scribebant, imitati esse videntur arab. عُجَّةٌ laganum ex ovis in sartagine coctis Abdoll. p. 49) *placenta s. orbiculus panis* sub cinere fervido coctus, quales hodieque Orientales maxime in itinere et urgente tempore parare solent (v. Rosenm. Morgenland I, p. 69). LXX ubique gr. ἐγκρυφίας, de quo v. Bielium et Schleussnerum h. v. Vulg. *panis subcinericius.* Vide Gen. l. c. 1 Reg. XVII, 13. עֻגַת רְצָפִים placenta sub lapidibus fervidis cocta 1 Reg. XIX, 6. עֻגוֹת מַצּוֹת placentae non fermentatae Ex. XII, 39.

מָעוֹג m. i. q. עֻגָה *placenta, orbiculus* panis 1 Reg. XVII, 12 (cf. עֻגָה Comm. 13). Inde Ps. XXXV, 16: לַעֲגֵי מָעוֹג *scurrae placentae* i. e. parasiti, qui in patronorum conviviis adulatores, calumniatores, scurras agunt, gr. ψωμοκόλακες, κνισσοκόλακες, med. lat. *buccellarii* i. e. parasiti, adulatores, clientes (v. du Cange h. v.). Ita apud Rabbin. לְשׁוֹן עוּגָה dicitur de sermone inani, scurrili. Recte dudum Jarchius: „adulatores agunt apud Saulum, ut ipse iis cibum potumque praebeat". Frigide et contra certum linguae usum nonnulli recentiores מָעוֹג calumnias interpretantur coll. عاج (v. supra).

עוֹג n. pr. regis Amoraeorum in Batanaea, ex reliquiis gigantum oriundi (Deut. III, 11. Jos. XIII, 12), cuius regnum ab Hebraeis duce Mose occupatum est et Manassitarum tribui cessit Num. XXI, 33. XXXII, 33. Deut. III, 3 sqq. XXIX, 6. Jos. XIII, 12. 30. 31. 1 Reg. IV, 19. Ps. CXXXV, 11. CXXXVI, 20. (Etymon latet. An forte עוֹג ortum ex עָנֹג, עֲנָק longicollis?)

עוּגָב v. עֻגָב.

עוּד in Kal inusit. 1) pr. *redire, reverti*, inde *iterare* cf. שׁוּב. (Arab. عاد rediit, reversus est, repetivit rem, identidem repetivit, ut consuetudo fieret; visitavit aegrotum. IV. iteravit, repetivit sermonem; refecit, restituit aliquid. V. pro more habuit, assuevit. Cogn. aeth. ዐቀደ: circumire, v. Pi. Cf. etiam אִיד no. 3, ubi haec significatio primo loco posita esse debebat). Ab iterando proficiscitur

2) *continuandi* et *durandi* (Fortsetzung und Fortdauer) significatus, quoniam actio identidem iterata continuatur, et conditio continuata perdurat, cf. verbum יָסַף no. 3, a. b, quod ad actionem et iteratam et continuatam refertur. Inde עוֹד *iterum*, et *continue, diu, adhuc.* Sed errant, qui firmitatis notionem in hoc verbo primariam putant.

3) Spec. *iterum iterumque dixit*, inde *affirmavit*, max. *testatus est* (testis enim est identidem dicere et sancte affirmare, quae dixit). In Kal semel Thren. II, 13 Chethibh, sed vide Hiph. (Arab. IV. iteravit, repetivit sermonem. Peculiari quodam Melitensium usu hoc verbum apud eos in universum ad *loquendi* vim translatum est, qua tritissimum est, *ghâd* [per Ain] locutus est, dixit, narravit, pr. affirmavit, sed conj. II. *ghowwad* rediit, iteravit).

Pi. circumdedit, quod a circumeundo ductum est. (Aeth. ዐቀደ: circumire, unde conj. IV. አዐቀደ: circumdedit, cinxit, ዐውድ: circulus, it. congregatio hominum, Lud. p. 458). Ps. CXIX, 61: חֶבְלֵי רְשָׁעִים עִוְּדֻנִי *laquei impiorum circumdant me.* LXX. περιεπλάκησάν μοι. Vulg. *circumplexi sunt me.* Cf. Ps. XVIII, 5. 6. Kimchius ex mera coniectura: שללוני ובזוני.

Hiph. הֵעִיד 1) a) *testatus est, testis fuit* (zeugen, Zeuge seyn). Mal. II, 14: עַל כִּי יְיָ הֵעִיד בֵּינְךָ וּבֵין אֵשֶׁת נְ׳ *quia Jova testis est inter te et uxorem iuventutis tuae.*

Am. III, 13: שִׁמְעוּ וְהָעִידוּ בְּבֵית יַעֲקֹב audite et testamini hoc in domo Jacobi. Sq. suff. contra aliquem. 1 Reg. XXI, 10. 13, et in bonam partem: pro aliquo i. e. laudavit. Iob. XXIX, 11: כָּל־עַיִן רָאֲתָה וַתְּעִידֵנִי (μαρτυρέω Luc. IV, 22). — b) testatus est i. q. testem adhibuit, advocavit aliquem (testor deos hominesque Cic. Liv., ius fidemque Ovid.). Jes. VIII, 2: וְאָעִידָה לִּי עֵדִים נֶאֱמָנִים. Jer. XXXII, 10. 25. 44, inde contestatus est, sq. בְּ contra aliquem, Deut. XXXI, 28: וְאָעִידָה בָּם אֶת־הַשָּׁמַיִם contestor contra eos coelum. IV, 26. XXX, 19. Inde

2) obtestatus est i. e. a) numine teste invocato affirmavit, sancte affirmavit (heilig betheuern), sq. בְּ pers. Gen. XLIII, 3: הָעֵד הֵעִד בָּנוּ הָאִישׁ לֵאמֹר vir nobis sancte affirmavit. Deut. VIII, 19. XXXII, 46: omnia verba, quae vobis hodie affirmo. 1 Reg. II, 42. Zach. III, 6. — b) graviter hortatus est, et qs. imploravit (beschwören, bittend und beschwörend warnen), max. Jehova populum, sq. acc. pers. Thren. II, 13: מָה אֲעִידֵךְ quid obtester te?, sq. בְּ Ps. L, 7: audi .... Israël, וְאָעִידָה בָּךְ ut obtester te. LXXXI, 9. Ex. XIX, 21. 23. 2 Reg. XVII, 13. Neh. IX, 26. 29. Jer. XI, 7. XLII, 19, עַל Jer. VI, 10; impr. castigavit, corripuit (cf. יָסַר) Neh. XIII, 15. 21: וָאָעִידָה בָהֶם וָאֹמְרָה et corripui eos et dixi. — c) sancte iniunxit alicui praeceptum, legem, inde de legislatione sacra (v. עֵדָה no. 3 et עֵדוּת), sq. acc. rei et בְּ pers. 2 Reg. XVII, 15: אֵת עֵדְוֹתָיו אֲשֶׁר הֵעִיד בָּם praecepta sua, quae iis dederat. Neh. IX, 34. 1 Sam. VIII, 9.

Hoph. הוּעַד testimonio firmatum, affirmatum est alicui, sq. בְּ Exod. XXI, 29.

Pil. עוֹדֵד (quod male derivant ab עָדַד) pr. restituit, inde firmavit, confirmavit. Ps. CXLVI, 9: יָתוֹם וְאַלְמָנָה יְעוֹדֵד orphanos et viduas confirmat. CXLVII, 6. Opp. מַשְׁפִּיל.

Hithpo. restituit se, stetit erectus. Ps. XX, 9. LXX. ἀνορθώθημεν. Vulg. erecti sumus. Opp. כָּרְעוּ וְנָפָלוּ.

עוֹד, rarius defective עֹד (teste Masora duodecies Gen. VIII. 22. XIX, 12. 2 Sam. XIV, 32. 1 Reg. XII, 5. Jer. II, 9. XIII, 27. XXXIII, 13. Hos. XII, 1. 10. Mich. I, 15. Zach. VIII, 4. 20), c. suff. עוֹדִי et עוֹדֶנִּי (v. ad no. 4) iteratio, continuatio, duratio, sed ubique adv.

1) iterum, rursus (noch einmal) cf. aram. תּוּב, ܬܘܒ iterum, rursus, a redeundo. Gen. IV, 25: וַיֵּדַע אָדָם עוֹד אֶת־אִשְׁתּוֹ. XXIV, 20. XXIX, 33. 35. XXX, 7. XXXV, 9. XXXVII, 9. Hos. I, 6, non raro post verba iterandi, ut שׁוּב עוֹד Jer. III, 1, יָסַף עוֹד Gen. XVIII, 29 Cum neg. particula לֹא עוֹד non rursus (nicht wieder). Gen. IX, 11. 15. Deut. XXXIV, 10. Jes. LIV, 9, et sic לֹא יָסַף עוֹד Gen. VIII, 21, לֹא שָׁב עוֹד Iob. VII, 10.

2) continenter, continue (ohne Unterlass, ununterbrochen) Gen. XLVI, 29: וַיֵּבְךְּ עַל צַוָּארָיו עוֹד et flevit in amplexu eius continenter. Ruth I, 14. Ps. LXXXIV, 5: beati habitantes domum tuam עוֹד יְהַלְלוּךָ continue laudant te. Recte Hebraei: לְעוֹלָם, כָּל הַיָּמִים. Inde

3) porro, diutius, amplius (ferner, länger, weiter), pr. de tempore et actione continuatis. Gen. VIII, 10: exspectavit עוֹד שִׁבְעַת יָמִים amplius dies septem. XXIX, 27. 30. VII, 4: לְיָמִים עוֹד שִׁבְעָה. Jes. V, 4. Eccl. III, 16, c. negat. non diutius, non amplius (nicht länger) Gen. XVII, 5. XXXII, 29. XXXV, 10. Jes. II, 4. XXVI, 21. XXX, 20. XXXVIII, 11. Iob. XXIV, 20 (nicht mehr) Iob. VII, 10, יָסַף עוֹד Jes. XXIII, 12; it. magis etiam, de actione continuata et aucta. Gen. XXXVII, 5: וַיּוֹסִפוּ עוֹד שְׂנֹא אֹתוֹ et magis etiam oderunt eum. Prov. IX, 9: da sapienti וְיֶחְכַּם עוֹד et sapientior etiam fiet; it. praeterea, ad hoc, si ad personas resve iam memoratas novae adduntur (ausserdem noch, noch mehr, noch weiter). Gen. XLIII, 6: הַעוֹד לָכֶם אָח an vobis frater sit praeterea (ob ihr noch einen Bruder habet) i. e. praeter eos, quos iam noverat. Dan. XI, 2: עוֹד שְׁלֹשָׁה מְלָכִים. Gen. XIX, 22: עוֹד מִי לְךָ פֹה habesne hic quenquam praeterea i. e. praeter eos, quos vidi. Jes. I, 5: עַל־מֶה תֻכּוּ עוֹד quo percutiemini amplius? i. e. super quae membra, quum omnia iam plagis abundent. Saepissime

4) de tempore vel actione continuata usque ad praesens tempus, vel usque ad aliam actionem: adhuc, etiamnum (etiamtum). Gen. XLV, 3: הַעוֹד אָבִי חָי an pater meus adhuc vivus est? XXXI, 14. Jes. V, 25: וְעוֹד יָדוֹ נְטוּיָה et adhuc etiamnunc manus eius extensa est. — Ps. LXXVIII, 30: עוֹד אָכְלָם בְּפִיהֶם adhuc cibus erat in ore quum cet. Jes. LXV, 24: עוֹד הֵם מְדַבְּרִים וַאֲנִי אֶשְׁמָע dum illi adhuc loquuntur, ego audio. Dan. IX, 20. 21. — Gen. XXIX, 7: הֵן עוֹד הַיּוֹם גָּדוֹל ecce! adhuc multus dies est. עוֹד מְעַט ו adhuc breve tempus (est) et (fiet hoc illudve) Jes. X, 25. XXIX, 17. Ex. XVII, 4. Ps. XXXVII, 10. — Ubi subiectum est pronomen personale, id voci עוֹד (ut vcc. אֵין, יֵשׁ) suffigitur, his formis: עוֹדֶנִּי adhuc ego Jos. XIV, 11. 1 Sam. XX, 14 (עוֹדִי v. infra); עוֹדְךָ Gen. XLVI, 30 et fem. עוֹדָךְ 1 Reg. I, 14 adhuc tu; עוֹדֶנּוּ Gev. XVIII, 22. XLIII, 28. Iud. VI, 24. VIII, 20. 1 Reg. I, 42. 2 Reg. VI, 33. Iob. VIII, 12, adhuc ille; עוֹדֶנָּה 1 Reg. I, 22; עוֹדָם Exod. IV, 18 (semel עוֹד הֵם Jes. LXV, 24). Pariter atque אֵין includit verbum subst. et copulatur c. verbo in part. v. c. Gen. XVIII, 22: עוֹדֶנּוּ עֹמֵד לִפְנֵי יְיָ, vel c. adj. verbali velut עוֹדֶנּוּ חָי XLIII, 28; passim עוֹד c. suff. apponitur etiam substantivo, ut Num. XI, 33: הַבָּשָׂר עוֹדֶנּוּ בֵּין שִׁנֵּיהֶם caro adhuc erat inter dentes eorum. 1 Sam. XIII, 7. 2 Par. XXXIV, 3, ubi pron. suffixum, ut alibi separatum הוּא, הֵם, vim verbi substantivi habet. Semel forma plur. Thren. IV, 17 Keri: עוֹדֵינוּ תִּכְלֶינָה עֵינֵינוּ adhuc languent oculi nostri pr. per anacoluthum adhuc nos languemus, languent oculi nostri. Sed veram scripturam servavit Chethibh, quod primus recte explicavisse videtur Maurerus ad h. l. Namque עוֹדֵינָה forma suffixi poëtica esse videtur pro עוֹדֵיהֶן (ut ־ֵימוֹ poët.

pro ־ֵיהֶם), ut sententia sit: *adhuc illi languent oculi nostri*, suffixo redundante, ut in exemplis supra laudatis (quanquam in hoc pro part. est verbum finitum).

In linguis cognatis haec particula non reperitur, praeter chaldaeam (v. infra) et Melitensem (licet in arabica vulgari non reperiatur), in qua *'ad*, cum suffixis est: *adhuc* esse, v. c. *'adni* adhuc ego (sum), *'adu* adhuc ille (est), *'adna*, *'adkem*, *'adhem*, Vassalli lex. p. 331. Unum miror, *'ad* per se ibi explicari ,,nondum, non ancora'', quod prorsus contrarium esset.

Cum Praeff. 1) בְּעוֹד *quo tempore adhuc* (est, erat), *dum adhuc* (est, erat), opp. בְּטֶרֶם. 2 Sam. XII, 22: בְּעוֹד הַיֶּלֶד חַי *dum adhuc vivebat puer.* Iob. XXIX, 5: בְּעוֹד שַׁדַּי עִמָּדִי. Prov. XXXI, 15: בְּעוֹד לַיְלָה *dum adhuc nox* est. Jer. XV, 9: בְּעוֹד יוֹמָם. Cum suff. nominali בְּעוֹדִי *dum adhuc* superstes *ero.* Ps. CXLVI, 2, sed c. suff. verbali Gen. XXV, 6: בְּעוֹדֶנּוּ חַי *dum adhuc vivus erat*, בְּעוֹדֶנִּי חַי Deut. XXXI, 27. Nimirum in בְּעוֹדִי vc. עוֹד construitur ut subst. pr. in duratione mea, intra durationem meam, ubi ־ִי est genitivus pronominis; in בְּעוֹדֶנִּי autem עוֹד est adverbium, et est ellipsis: *in* tempore quo *adhuc ego*, ubi ־ֶנִּי, ־ֶנּוּ nominativi sunt. — 2) *intra adhuc* (hoc illudve temporis spatium). Gen. XL, 13: בְּעוֹד שְׁלֹשֶׁת יָמִים *intra triduum*, *dum adhuc triduum* praeterierit. Jos. I, 11. Jes. VII, 8. XXI, 16. Jer. XXVIII, 3. 11. Cf. בְּ no. 3.

3) מֵעוֹד, c. suff. מֵעוֹדִי ex quo sum, ex quo esse coepi Gen. XLVIII, 15, מֵעוֹדְךָ ex quo es Num. XXII, 30.

עוֹד chald. *adhuc* Dan. IV, 28. Sic etiam apud Onkelosum in Pent. v. Buxt.

עֹדֵד (pro מְעוֹדֵד restituens, erigens) n. pr. 1) patris Asariae prophetae 2 Par. XV, 1. 8. 2) alius prophetae ib. XXVIII, 9.

עֵד pl. עֵדִים (Zere puro), cstr. עֵדֵי, Ps. XXVII, 12 in nonnullis libris עֵדֵי, c. suff. עֵדֵיהֶם Jes. XLIII, 9. XLIV, 9 1) *testis.* Deut. XVII, 6. XIX, 15. Ruth. IV, 9—11. Jes. VIII, 2. Jer. XXXII, 10 al. עֵד שְׁקָרִים Prov. XIX, 5. 9, עֵד כְּזָבִים XXI, 28 testis mendax, עֵד בְּלִיַּעַל testis nequam XIX, 28, עֵד אֱמֶת t. verax XIV, 25. הָיָה לְעֵד בְּ testem esse contra aliq. Jos. XXIV, 22. Mich. I, 2, בֵּין וּבֵין (in lite) inter duas personas Jos. XXII, 27. 28. De rebus inanimatis Gen. XXXI, 44. 48: *hic collis testis sit inter nos.* Deut. XXXI, 21. Jes. XIX, 20. Iob. XVI, 8. — 2) *testimonium*, עָנָה עֵד בְּ Ex. XX, 16. Deut. V, 18. — 3) *legislator*, *dux* (parall. נָגִיד) Jes. LV, 4. Vide verbum Hiph. no. 2, c. Targ. רַב.

עֵדָה f. 1) *testis* (fem.), de re Gen. XXXI, 52. 2) *testimonium* Gen. XXI, 30. 3) *praeceptum* Dei, ubique pl. Deut. VI, 20, c. suff. עֵדוֹתֶיךָ Ps. CXIX, 22. 24. 59. 79. 138. 146. 168, pro quo saepius etiam scriptum est עֵדְוֹתָיו, עֵדְוֹתֶיךָ a sing. עֵדוּת. — Aliud vide sub rad. יָעַד.

עֵדוּת f. i. q. עֵדָה no. 3, 1) *praeceptum* Dei. Ps. XIX, 8: עֵדוּת יְיָ נֶאֱמָנָה, parall. תּוֹרַת יְיָ תְּמִימָה. LXXVIII, 5 (parall. תּוֹרָה). LXXXI, 6 (parall. חֹק, מִשְׁפָּט). CXXII, 4: *quorsum ascendunt tribus* עֵדוּת לְיִשְׂרָאֵל *ex praecepto* divino *Israelitis* dato (Deut. XVI, 16). Plur. c. suff. עֵדְוֹתֶיךָ (cf. chald. מַלְכוּ pl. מַלְכְוָן) Neh. IX, 34, עֵדְוֹתָיו 1 Reg. II, 3. 2 Reg. XVII, 15. XXIII, 3. 2 Par. XXXIV, 31. Jer. XLIV, 23. LXX cunctis his locis habent *μαρτύριον*, *μαρτύρια*, invita sententia vulgare etymon exprimentes, sed *praecepti* significatio (quam temere nuper negavit Baehrius, Symbolik d. mos. Cultus 1, 83) tum ex etymo (v. Hiph. no. 2, c, עֵד no. 3) tum ex usu certissima est. Inde 2) *lex*, spec. de *decalogo.* Ex. XXV, 21: אֶל־הָאָרֹן תִּתֵּן אֶת־הָעֵדֻת *in arca ponas legem.* Comm. 26. אֲרוֹן הָעֵדוּת arca legis Ex. XXV, 22. XXVI, 33. 34. XXX, 6. 26, לֻחֹת הָעֵדוּת tabulae legis ib. XXXI, 18. XXXIV, 29, מִשְׁכַּן הָעֵדוּת Ex. XXXVIII, 21. Num. I, 50. 53. X, 11, אֹהֶל הָעֵדוּת Num. IX, 15. XVII, 23. XVIII, 2 tentorium legis. — 2 Reg. XI, 12. 2 Par. XXIII, 11. — 3) *revelatio*, inde concr. *carmen revelatum* (cf. תְּעוּדָה) Ps. LX, 1. LXXX, 1, cf. LX, 8, sec. alios *carmen ad testudinem* canendum, ab עֵד i. q. عُود (pr. lignum, dein) testudo, quod minus probandum.

תְּעוּדָה f. *praeceptum* divinum, inde *lex* Jes. VIII, 20 (ubi copulatur cum תּוֹרָה), *oraculum* ib. 16, etiam de *consuetudine* Ruth IV, 7 (arab. عَادَة consuetudo).

עָוָה 1) i. q. arab. عوى *flexit*, *inflexit*; *torsit*, *distorsit* (cogn. rad. אָוָה), v. Niph. Pi. Hiph. — 2) *perverse egit*, *peccavit* (cf. חָבַל no. 3) Dan. IX, 5, sq. עַל pers. Esth. I, 16. (Arab. غوى erravit et in errorem induxit. II. IV. id.).

Niph. 1) *distorqueri*, doloribus et spasmis, mulieris instar parturientis. Jes. XXI, 3: נַעֲוֵיתִי מִשְּׁמֹעַ *distorqueor*, *ita ut non audiam*, it. *incurvari*, *deprimi* calamitatibus Ps. XXXVIII, 7. — 2) *perversum esse.* Prov. XII, 8: נַעֲוֵה לֵב *animi perversi* homo. 1 Sam. XX, 30: בֶּן־נַעֲוַת הַמַּרְדּוּת *filii* mulieris *perversae contumaciae*, matris perversae et contumacis i. e. o homo perverse et contumax. In gravissimis Orientalium conviciis sunt ea, quibus aliquem parentibus inhonestis adeoque turpibus prognatum esse dicunt, cf. Iob. XXX, 8; et arab. ابن الكلبة filius caniculae, بنو اللقيطة filii matris abiectae, v. ad Jes. II, p. 214.

Pi. pervertit, *subvertit*, *evertit.* Jes. XXIV, 1: עִוָּה פָנֶיהָ *subvertit faciem eius* (terrae). Thren. III, 9: נְתִיבֹתַי עִוָּה *vias meas subvertit.* Cf. הָפַךְ.

Hiph. 1) *curvum*, *pravum fecit*, *pervertit*, *depravavit*, ut pervertit ius Iob. XXXIII, 27, depravavit viam s. agendi rationem, h. e. prave egit Jer. III, 21. — 2) *prave egit* 2 Sam. VII, 14. XXIV, 17. 1 Reg. VIII,

47. 2 Par. VI, 37. Ps. CVI, 6. Jer. IX, 4, sq. acc. 2 Sam. XIX, 20.

עַוָּא (eversio, ruina) 2 Reg. XVII, 24 et **עִוָּה** (nisi et h. l. legendum עַוָּה) ib. XVIII, 34. XIX, 13. Jes. XXXVII, 13 n. pr. urbis Assyriorum imperio subiectae, ex qua coloni in Samariam deducti sunt. In Mesopotamia ea quaerenda videtur, quanquam alia eius vestigia desunt, nam *Avatha*, vel Phoenices vel Arabiae vicus in notitia dign. imp. rom. (v. Reland. Pal. p. 232. 233) non est in hunc censum vocanda. Cf. הֵנַע pag. 387. Ceterum Judaei, qui עַוָּה scribebant (pro עִוָּה), hanc vocem pro appellativa habuisse videntur, ut Symm. Targ., quantumvis renitente contextu. Inde

עַוָּה f. *eversio*, *exitium*. Ez. XXI, 32.

עַוִּי pl. עַוִּים 1) n. gent. ab עַוָּא 2 Reg. XVII, 31. 2) ita appellantur aborigines terrae Philistaeorum Deut. II, 23. Jos. XIII, 3. Sunt qui hos ex urbe *Avva* 2 Reg. XVII, 24 oriundos esse et in Philistaeam immigrasse putent, praeter nomen nullis argumentis. — 3) הָעַוִּים (ruinae, vel: oppidum Avaeorum) n. pr. oppidi Benjaminitarum Jos. XVIII, 23.

עָוֹן 2 Reg. VII, 9. Ps. LI, 7, alibi defect. **עָוֹן** Exod. XXVIII, 43. Jes. I, 4 et sexcenties, cstr. עֲוֹן 1 Par. XXI, 8, vulgo עֲוֹן; pl. absol. et cstr. עֲוֹנוֹת, c. suff. עֲוֹנֹתַי, עֲוֹנוֹתֶיךָ, rarius עֲוֹנֵינוּ Jes. LXIV, 6 *pravitas*, concr. *pravum* quid, *peccatum*, *crimen* Gen. IV, 13. XLIV, 16. Ex. XX, 5. XXVIII, 38 et persaepe. LXX. ἁμαρτία, ἁμάρτημα, ἀδικία. Saepe copulatur cum syn. חַטָּאת Ex. XXXIV, 9. Deut. XIX, 15. Jer. XVI, 10. Sq. genit. eius, qui peccatum commisit, ut עֲוֹן אָבוֹת Ex. XX, 5. XXXIV, 7; rei, in qua committitur, ע׳ פְּעוֹר Jos. XXII, 17, ע׳ מִקְדָּשׁ Num. XVIII, 1; poenae, quo puniendum est, ut עֲוֹנוֹת חֶרֶב crimina gladio punienda Iob. XIX, 29, עֲוֹן קֵץ crimen quod finem s. exitium affert Ez. XXI, 30, cf. עָוֹן פְּלִילִים Iob. XXXI, 11 crimen a iudicibus puniendum. De peccato condonando et expiando utuntur verbis סָלַח, הֶעֱבִיר, כִּפֵּר, נָשָׂא no. 2, c; de eo puniendo verbo פָּקַד; de poena eius ferenda, luenda verbo נָשָׂא no. 2, b. — Per synecd. a) *culpa peccando contracta*, ut עֲוֹן הָאֱמֹרִי culpa Amoritarum Gen. XV, 16, עֲוֹן חַטָּאתִי culpa peccati mei Ps. XXXII, 5. יֵשׁ עָוֹן בְּ in culpa est, reus est 1 Sam. XX, 8. XXV, 24. 2 Sam. XIVI, 32, et sic praevio עַל 2 Sam. XIV, 9, לְ Iob. XXXIII, 9. 1 Sam. XXVIII, 10: אִם יִקְּרֵךְ עָוֹן *in culpam non incides*, 2 Reg. VII, 9: וּמְצָאָנוּ עָוֹן. b) *res inique parta* Hos. XII, 9: *non invenient in opibus meis* עָוֹן אֲשֶׁר חֵטְא *rem inique partam, quae peccatum fuerit* (kein Unrecht, das Sünde wäre). — c) *poena* peccati Jes. V, 18, *calamitas*, *miseria* Ps. XXXI, 11.

עֲוָיָא sive **עֲוָיָא** f. chald. *perversitas*, *peccatum*. Saepe in Targg., ubi reperiuntur etiam formae עֲוָאתָא, עֲוָתָא, עֲוָתָא. In V. T. tantum in plur. עֲוָיָן vel (ut in aliis libris est, et in Targg. semper) עֲוָיָן Dan. IV, 24.

עֲוִית (ruinae) n. pr. oppidi Edomitarum Gen. XXXVI, 35 et 1 Par. I, 46 (ubi Chethibh עיות = עַיּוֹת).

עִוְעִים (pro עִוְעוִים) pl. m. *perversitates* Jes. XIX, 14, Vulg. non male: *vertigo*. LXX. πλάνησις.

עִי (pro עֲוִי, cf. אִי pro אֱוִי) pr. eversio, inde *aedificia eversa*, *acervus ruderum*, sing. Mich. I, 6: עִי הַשָּׂדֶה. (De loco Iob. XXX, 24 v. בְּעִי rad. בָּעָה). Plur. עִיִּים *rudera*, *ruinae* Jer. XXVI, 18. Ps. LXXIX, 1, עִיִּין Mich. III, 12. (Repertum est etiam in lingua Punica, in epigraphe nummorum Jubae maioris: יצב עי רם מלכת *qui restituit rudera altae sedis imperii*, Monumm. phoen. p. 314. 315, et in n. pr. urbis ignotae עִיבַּעַל collis Baalis ib. 284).

עִיִּים (rudera) n. pr. oppidi tribus Iudae Jos. XV, 29. De עִיֵּי הָעֲבָרִים v. s. v. עֲבָרִים p. 987.

עַי (pro עֲוִי i. q. עִי acervus ruderum), addito art. הָעַי n. pr. urbis Cananaeorum regiae, ab oriente Bethelis in boreali Benjaminitarum agro sitae Gen. XII, 8. XIII, 3. Jos. VII, 2 sqq. VIII, 1 sq. Esr. II, 28, sine art. Jer. XLIX, 3. LXX. Ἀγγαί. Vulg. *Hai*. Jos. (Ant. 5, 1, 12) Αἶνα (cf. עינה Gen. XII, 8 vers. Sam.). Parvae eius ruinae monstrabantur adhuc aetate Hieronymi (v. Agai). Aliae eiusdem nominis formae eaeque feminei sexus sunt: עַיָּא Neh. XI, 31, עַיָּה 1 Par. VII, 28 (ubi male LXX. Vulg. cum codd. et editt. עַזָּה) et עַיַּת Jes. X, 28.

עִיּוֹן (ruina) n. pr. urbis munitae in agro Naphtalitarum 1 Reg. XV, 20. 2 Par. XVI, 4.

מְעִי (pro מְעֲוִי) i. q. עִי *acervus ruderum* Jes. XVII, 1. Rariorem formam optavit vates, ut alluderet ad מֵעִיר.

עוּז vel **עוֹז** *confugere* ad aliquem, aliquid. Arab. عَاذَ med. Vav, *confugere* ad aliquem sq. بِ pers. Conj. V. X. id. II. causat. fecit ut confugeret, عَوْذ, عِيَاذ, مَعَاذ refugium. Vel vicinum est *festinandi* verbis חוּשׁ, עוּשׁ, it. עוּז transire; vel verbum secundarium repetitum a מָעוֹז, עוּז significatu *praesidii* et *asyli*. Posterius suadere videtur Jes. XXX, 2: לָעוֹז בְּמָעוֹז פַּרְעֹה (parall. לַחְסוֹת) *confugiendo ad praesidium Pharaonis*, licet veteres לָעוֹז (6 codd. Kennic. לָעֹז) referant ad עָזַז hac sententia: *ut invalescant in refugio Pharaonis*.

Hi. causat. *in tuto collocavit* aliquid, de fugiente cum rebus suis (seine Habe flüchten) Exod. IX, 19: הָעֵז אֶת־מִקְנְךָ, et omisso accus. Jes. X, 31: *incolae Gebim* הֵעִיזוּ *in tuto collocant* res suas. Parall. נָדְדָה. Targ. גְּלוֹ transmigrant. Jer. IV, 6. VI, 1.

מָעוֹז v. עָזַז.

עוּט arab. غاط med. Vav, immersus est in rem, ut pes in arenam it. effodit rem. IV. immersit. Inde vulgo repetunt עֵט stilus, quippe qui a fodiendo dictus sit. Sed haec fodiendi, sculpendi notio in hac radice non satis certa. Malim עט ad *duri*, *firmi*, *rigidi* vim referre (ut germ. *Stift* a *steif*), quam habet syllaba cognata עץ (v. ad יָעַץ, עוּץ, עָצָה), ut finitimum sit voci עץ lignum; sive rad. est עוט = עוּץ, sive עָטָה = עָצָה, quod probabilius est.

עֵט cstr. עֵט m. *stilus* (de etymo v. rad.), isque a) ligneus scribarum, *calamus* Ps. XLV, 2. Jer. VIII, 8. b) ferreus, quo litteras lapidi metallove insculpebant Iob. XIX, 24. Jer. XVII, 1.

עֵטָא chald. consilium, v. rad. יְעַט.

עַיִט *avis rapax*, v. rad. עִיט.

עָוַל in Kal inusit. *pervertit*, *distorsit* (cf. אָוַל, חָבַל), inde *pravus fuit*. Arab. عَالَ med. Waw quiesc. *declinavit*, max. a iusto, recto, iniustus fuit.

Pi. עִוֵּל *prave egit* Ps. LXXI, 4. Jes. XXVI, 10. (Syr. Aph. ܐܰܥܘܶܠ id.).

עַוָּל m. *pravus*, *improbus* Iob. XVIII, 21. XXVII, 7. XXIX, 17. XXXI, 3. Zeph. III, 5. (Syr. ܥܰܘܳܠܳܐ), LXX. ἄδικος, παράνομος.

עָוֶל, semel in st. cstr. עֶוֶל Ez. XXVIII, 18, c. suff. עַוְלוֹ ib. XVIII, 26. XXXIII, 13 m. *pravitas*, *improbitas* Iob. XXXIV, 10. Ps. LIII, 2. Jer. II, 5 (opp. אֱמוּנָה Deut. XXXII, 4), velut in iudicio Lev. XIX, 15. Ps. LXXXII, 2, in mercatura Ez. XXVIII, 18. עָשָׂה עָוֶל Ez. III, 20. XVIII, 24. 26. XXXIII, 13. 15. 18, et פָּעַל עָוֶל Iob. XXXIV, 32 prave egit. אִישׁ עָוֶל homo pravus Prov. XXIX, 27. Concr. opes inique partae Ps. VII, 4. (Syr. ܥܰܘܠܳܐ, ܥܰܘܳܠܘܬܳܐ, chald. עַוְלָא, עֵילָא id.).

עַוְלָה, semel contr. עֹלָה Jes. LXI, 8 cum He poët. demonstr. עַוְלָתָה Ps. CXXV, 3. Hos. X, 3. Ez. XXVIII, 15, contr. עֹלָתָה Iob. V, 16, semel transp. עַלְוָה Hos. X, 9, pl. עוֹלֹות Ps. LVIII, 3. LXIV, 7 f. i. q. עָוֶל *pravitas*, *improbitas* Iob. VI, 29. 30. XI, 14. XV, 16. XXII, 23. XXXVI, 23. Prov. XXII, 28. Jes. LIX, 3 al. בֶּן־עַוְלָה Ps. LXXXIX, 23, pl. בְּנֵי עַוְלָה 2 Sam. III, 34. VII, 10 improbus, improbi. Concr. improbitas, pro improbis Iob. V, 16. XXIV, 20. Ps. CVII, 42. עָשָׂה עַוְלָה Zeph. III, 5. 18, דִּבֶּר עַוְלָה Iob. XIII, 7. XXIV, 7. LXX. ἀδικία, ἀνομία. — עוֹלָה holocaustum v. sub rad. עָלָה.

עֲוִיל m. *impius* Iob. XVI, 11. Aliud v. sub rad. עִיל.

עוּל *lactare*, *lac praebere*. (Cogn. est transp. לוּע deglutire, sorbere, sugere, v. quae observavimus p. 750, quem deglutiendi significatum Arabes habent in غَوْلَة daemon anthropophagus, λαμία; causativam lactandi vim in غال med. Je. lactavit mulier, dum gravida est). Hebr. de pecore et armento. Part. fem. עָלוֹת lactantes, ut פָּרוֹת עָלוֹת 1 Sam. VI, 7. 10, הַצֹּאן וְהַבָּקָר עָלוֹת Gen. XXXIII, 13, sine subst. *lactantes*, int. oves vaccasque Jes. XL, 11. Ps. LXXVIII, 11.

עוּל m. *infans* isque tener adhuc *lactatus*. Jes. XLIX, 15. LXV, 20. (Apud Arabes recentiores عايل puer Domb., syr. ܥܘܠܳܐ Jes. LXV, 20, quod L. Adl. declarat طفل جنين puer, embryon, ܥܺܝܠܳܐ pullus, chald. עִיל et עוּל id.).

עֲוִיל id. Iob. XXI, 11 (parall. יְלָדִים), fort. XIX, 18 (ubi unus Kenn. liber אוילים, et ita Theod. Vulg.).

עוֹלֵל puer, infans, v. עָלַל.

עוֹלָם aeternitas, v. עָלַם.

עוּן rad. in verbo inusit., quae *habitandi*, *quiescendi* vim habuisse videtur (vic. אוּן arab. آنَ commode, placide vixit, أَوْن quies, commoditas). Ipsius verbi duo vestigia reperisse sibi visus est Böttcherus (specc. p. 128) a veri specie non aliena, licet non certa. Unum est Jes. XIII, 22: וְעָנָה אִיִּים בְּאַלְמְנוֹתָיו, ubi Alex. (ad quem a B. provocatum non esse miror) καὶ ὀνοκένταυροι ἐκεῖ κατοικήσουσι (cf. ad formam וְשָׁבָה Jes. XXIII, 17, ad sententiam Comm. 20. 21. XXXIV, 13 sqq., ad structuram Gramm. §. 143, 3), sed reliqui omnes: *et clamabunt thoes in palatiis eius* (praeter Targ., quod habet וִיבַצְפּוּן et saltabunt), quod erroris nemo facile arguat. Alterum Ps. LXXXVII, 7: וְשָׁרִים כְּחֹלְלִים כָּל־מַעְיָנַי בָּךְ, ubi vir doctus reponit: כָּל־מְעוֹנַי בָּךְ *omnes habitantes* (pr. domicilium sibi facientes) *in te*, quod non displicet, sed vide מַעְיָן rad. עַיִן.

עוֹנָה f. *cohabitatio* i. e. *concubitus*, debitum coniugale Exod. XXI, 10. LXX. ὁμιλία. Pesch. concubitus. Onk. retinet vc. Hebraeum eoque eodem significatu utuntur Talmudistae (v. quae laudat Kimchius); sed Hebraei non ab habitando et cohabitando ducunt hunc usum, sed a *tempore* (v. c. עונת המעשרות talm. i. q. עת המעשרות) et per euphemismum ad tempus concubitus translatum volunt. Abulw. עונתה وقته وذلك كناية عن وقت البضاع i. e. עוֹנָתָהּ [Exod. XXI, 10] *tempus eius*, *idque euphemismus est de tempore concubitus*. — De עונות Hos. X, 10 Keri v. sub v. עַיִן.

מָעוֹן m. pl. מְעוֹנִים 1 Par. IV, 41 1) *habitatio*, *domicilium*. (Arab. مَعَان locus, Gol. ex Meid.) a) Dei, de templo Ps. XXVI, 8: אָהַבְתִּי מְעוֹן בֵּיתֶךָ *diligo habitationem domus tuae*. 2 Par. XXXVI, 15, de coelo Ps.

LXVIII, 6: אֱלֹהִים בִּמְעוֹן קָדְשׁוֹ. Deut. XXVI, 15. 2 Par. XXX, 27. Jer. XXV, 30. Zach. II, 17. b) hominum Zeph. III, 7. c) ferarum, *lustrum*, ut leonum Nah. II, 12, thoum Jer. IX, 10. X, 22. XLIX, 33. LI, 37. — Acc. in domicilio (ut בַּיִת domi) 1 Sam. II, 29. 32.

2) *refugium*. Ps. XC, 1: אֲדֹנָי מָעוֹן אַתָּה הָיִיתָ לָּנוּ. XCI, 9. LXXI, 3: הֱיֵה לִי לְצוּר מָעוֹן.

3) n. pr. a) oppidi in tribu Judae Jos. XV, 55. 1 Sam. XXV, 2, in cuius vicinia מִדְבַּר מָעוֹן 1 Sam. XXIII, 24. 25, hodie معين, v. ROBINSON, Zeitschr. f. K. des Morgenlandes II, p. 360. b) gentis Arabicae, quae Iud. X, 12 cum Amalecitis, Sidoniis et Philistaeis, 2 Par. XXVI, 7 cum Arabibus proprie dictis copulatur, pl. מְעוּנִים 2 Par. l. c. et 1 Par. IV, 41 Keri. Hodieque (et iam ap. Istachri et Abulfedam, tab. Syriae p. 14 Köhler) *Maân* معان est oppidum cum arce in Arabia Petraea ad austrum maris mortui (v. Volney Voyage II, 314. 315, Jussuf el Milki ap. Seetzenium in v. Zach monatl. Correspondenz XVIII p. 381. Burckhardt Reise in Syrien p. 124. 1035). LXX utroque Parall. loco reddunt *Μιναίους*, quae nobilis est Arabiae felicis natio ad mare Erythraeum habitans Diod. Sic. 3, 41 (*Μινναῖοι*). Strab. XVI p. 768 (*Μειναῖοι*), quam sententiam recte dudum reprobavit Bochartus (Phaleg II, 23), revocavit autem J. D. Michaëlis (suppl. 1533), qui duplici errore معان Arabum refert ad מָעוֹן in tribu Judae (litt. a) et מָעוֹן litt. b ad hos Minaeos, nimis ad austrum habitantes, quam ut illis V. T. locis intelligi possint. c) viri 1 Par. II, 45.

מָעוֹן v. בֵּית בַּעַל מְעוֹן p. 194.

מְעוֹנָה f. *habitatio* Jer. XXI, 13. Ps. LXXVI, 3, saepe de *lustro* ferarum Iob. XXXVII, 8. XXXVIII, 40. Ps. CIV, 22. Cant. IV, 8. Am. III, 4. Nah. II, 12, it. *asylum* Deut. XXXIII, 27.

מְעוּנִים 1) *Meúnaei* v. מָעוֹן no. 2, b. 2) n. pr. viri Esr. II, 50. Neh. VII, 52.

מְעוֹנֹתַי (habitationes meae) n. pr. viri 1 Par. IV, 14.

מְעִינִים 1 Par. IV, 41 Chethibh, Keri מְעוּנִים, v. מָעוֹן no. 2, b.

עוּף 1) i. q. כָּנַף (ex quo nescio an litteris emollitis haec radix orta sit, cf. עָנַק, עוק; אוּץ, אָנַס, אָלַץ et plura, v. radd. דוּשׁ, הוּךְ cet.) *tegere*, max. *pennis*, alis. Jes. XXXI, 5: כְּצִפֳּרִים עָפוֹת *sicut aves quae alis tegunt* (pullos) כֵּן יָגֵן יְיָ צְבָאוֹת עַל יְרוּשָׁלָםִ *ita Jehova exercituum proteget Hierosolyma*. A tegendo est עוֹף pr. i. q. כָּנָף ala, dein *alites*, *volucres*, unde

2) *volare*, pr. de avibus Iob. V, 7. Prov. XXIII, 5. XXVI, 9. Deut. IV, 17, aliisque animantibus alatis, ut attelabo Nah. III, 16, inde de Serapho Jes. VI, 6, adeoque de Deo solio insidente a Cherubis gestato Ps. XVIII, 11; de volumine volante Zach. V, 1. 2; translate de exercitu advolante Hab. I, 8. Jes. XI, 14 (h. l. sq. בְּ involavit in al.), de classi Jes. LX, 8 (cf. Ephr. Opp. III, 241: ܐܠܦܐ ܦܪܚܐ ܥܠ ܓܠܠܐ navis volat super fluctus, ܦܪܚܐ ܐܠܦܐ volat navis ib. III, 90), de sagitta Ps. XCI, 5, it. cito evanescere (verfliegen), de somno Iob. XX, 8, vita humana Ps. XC, 10. Semel transit. ut Hiph. Prov. XXIII, 5 Chethibh. (Arab. عاف med. Va et Je in aëre pependit et alicui rei imminuit avis sq. على, عَيْفَةٌ volatus; secundarium est عَائِفٌ augur, عِيَافٌ, عِيَافَةٌ augurium). A tegendo (no. 1) est

3) *involvere* (syr. ܥܛܦ involvit Hebr. I, 12 pro ἑλίσσω) et intrans. *caligine involutum esse*. Iob. XI, 17: תָּעֻפָה כַּבֹּקֶר תִּהְיֶה (etsi nunc) *caligine involutus es* (mox) *eris sicut mane*. Kimchius: אם תחשך עתה כבקר תהיה. Concinnior etiam erit sententia, si cum tribus codd. Rossianis legas nom. תְּעוּפָה caligo: *caligo ut mane erit*. Targ. obscuritas tenebrarum. Pesch. ܚܫܘܟܐ. Schol. ad Ross. cod. 298: עיפה, חשך. Cf. Jes. LVIII, 10: אֲפֵלָתְךָ כַּצָּהֳרָיִם. — Ceterum hunc *involvendi* et *caligine tegendi* significatum, quem temere in dubium vocavit J. D. Mich. in suppl. 1868, praeterea firmant derivv. מָעוּף, מוּעָף, עֵיפָה. — Inde

4) *deliquium animi pati*, in quo oculi tenebris obvolvuntur (v. עָלַף, עָטַף et arab. غشى. Syr. ܥܛܦ defecit viribus, Ethp. animi deliquium passus est. Cognata sunt יָעֵף et עָיֵף defecit viribus). Fut. וַיָּעַף (ut discernatur a וַיָּעָף volat) 1 Sam. XIV, 28. Iud. IV, 21.

Pil. עוֹפֵף 1) i. q. Kal no. 2 *volavit* Gen. I, 20. Jes. VI, 2. Part. מְעוֹפֵף volans Jes. XIV, 29. XXX, 6. — 2) *vibravit* q. d. volare fecit (gladium) Ez. XXXII, 10.

Hiph. volare fecit Prov. XXIII, 5 Keri.

Hithpal. הִתְעוֹפֵף *avolavit* i. e. evanuit Hos. IX, 11.

עוֹף m. (pr. ala, inde) collect. *alites*, *volucres* (LXX. τὸ πετεινόν, τὰ πετεινά, τὰ ὄρνεα), cum pl. Jerem. IV, 25. Ezech. XXXI, 6. 13, sed saepius c. sing. verbi Gen. I, 20. 22. VI, 20. VII, 14. XL, 17. Iob. XII, 7. Jes. XVI. 2, et nescio an etiam Lev. XVII, 13. Eccl. X, 20, ubi nonnulli unam avem intelligunt. עוֹף הַשָּׁמַיִם aves coeli Gen. I, 30. VI, 7. IX, 2. Deut. XXVIII, 26. Ps. CIV, 12 al. עוֹף הָרִים Ps. L, 11. עוֹף כָּנָף aves alatae Ps. LXXVIII, 27. De avibus rapacibus (qui peculiari nomine עַיִט appellantur) 2 Sam. XXI, 10. (Syr. ܥܘܦܐ avis, L. Adl. طير, sed raro: vulgare enim vc. est ܦܪܚܬܐ, ܦܪܚܐ. Aethiop. ዖፍ: avis).

עוֹף chald. id. Dan. II, 38. VII, 6. In Targg. id.

עֵיפָה f. 1) *caligo* Am. IV, 13 et c. He poët. demonstr. עֵפָתָה Iob. X, 22. Vide rad. no. 3.

2) n. pr. a) gentis regionisque Midianiticae Gen. XXV, 4. Jes. LX, 6. 1 Par. I, 33. LXX ap. Jes. *Γαιφά*.

Fortasse idem est quod arab. غَيْفَة, quod in Kamûso (p. 1211) explicatur ع قرب بلبيس *locus prope Pelusium*, Midianitis enim Aegypto vicina erat. b) viri 1 Par. II, 47. c) mulieris ib. II, 46.

עַפְעַפַּיִם dual. tantum cstr. עַפְעַפֵּי, et c. suff. עַפְעַפָּיו m. (Ps. XI, 4. Prov. IV, 25. Jer. IX, 17) *palpebrae* a volitando et vibrando dictae (a forma duplicata עַפְעַף gr. §. 54, 4) Iob. XVI, 6. Pariter atque oculis, iis tribuitur somnus Ps. CXXXII, 4. Prov. VI, 4, fletus Jer. IX, 17, visus Ps. XI, 4. Prov. IV, 25. עַפְעַפֵּי שָׁחַר *palpebrae aurorae*, de radiis solis orientis (Kimchi: נגה שמש ואורו) Iob. III, 9. XLI, 10, cf. *χρυσέης Ἁμέρας βλέφαρον* Soph. Antig. 103, *αἰγλήεσσα φαεινοῖς ὄμμασιν Ἠώς* Apollon. I, 519. Apud Arabes حواجب الشمس palpebrae solis explicantur نواجبها radii eius. Div. Hudeil. ap. Schult. ad Iob. p. 61: *ut sol, cui peplum nubium praetenditur* تُرَى حواجبها خلال خصاص *dum palpebrae eius videntur per medias rimas.* Schol. ad Har. Cons. 5 p. 163 Schult., qui لما ذرّ قرن الغزالة declarat حواجب الشمس وشعاعه *palpebrae solis et radii eius.*

מָעוּף m. *tenebrae.* Jes. VIII, 22: מְעוּף צוּקָה *tenebrae angustiarum* i. q. צָרָה וַחֲשֵׁכָה, quod antecessit.

מוּעָף (verbale Hoph.) m. *obscuratio* dein *tenebrae* Jes. VIII, 23 i. q. מָעוּף Comm. 22. Verbalia Hoph. apud Jesaiam plura reperiuntur, ut מוּצָק, מֻטֶּה, מֻרְדָּף.

תְּעוּפָה Iob. XI, 17 ex trium codd. scriptura, v. rad. no. 3.

עוּץ I) *consulere* i. e. יָעַץ, ubi de origine dictum est, p. 610. Nonnisi in imp. עֻצוּ Iud. XIX, 30. Jes. VIII, 10. Praeterea in cod. Sam. pro איעצך bis legitur אעיצך Ex. XVIII, 19. Num. XXIV, 14. Etiam Phoenices hac forma usi esse videntur, v. monumm. Phoen. p. 217. 218.

II) fort. i. q. غاص, غاط immersit se v. c. pes in arenam, unde غَوْطَة terra mollior, arenosa et frugifera.

עוּץ plene אֶרֶץ עוּץ Iob. I, 1. Thren. IV, 21, אֶרֶץ הָעוּץ Jer. XXV, 20, n. pr. regionis Iobi carmine nobilitatae. LXX Iob. l. c. reddunt *ἐν τῇ χώρᾳ τῇ Αὐσίτιδι* (cf. XXXII, 2, ubi ad רָם *Ῥάμ* addunt: *τῆς Αὐσίτιδος χώρας*), quam regionem additamentum apocr. ad Vers. Alex. in confiniis Idumaeae et Arabiae collocat: *ἐν μὲν γῇ κατοικῶν τῇ Αὐσίτιδι ἐπὶ τοῖς ὁρίοις τῆς Ἰδουμαίας καὶ Ἀραβίας*, accuratius etiam Ptolemaeus (V, 19) in Arabiae desertae (بادية الشام) parte boreali Euphrati et Babyloniae vicina: *τὸ δὲ παρὰ τὴν Βαβυλωνίαν ὑπὸ μὲν τοῖς Καυχαβηνοῖς (κατέχουσι) ΑΙΣΙΤΑΙ.* Cauchabenos enim paullo superius ad Euphratem posuerat. (Pro *ΑΙΣΙΤΑΙ* Bochartus Phaleg II, 8 reponit *ΑΥΣΙΤΑΙ* ex coniectura, quam quidem librorum mss. auctoritate non firmatam esse accepi. Fac autem, Ptolemaeum scripsisse *ΑΙΣΙΤΑΙ*, quod responderet Hebraeo עֵיץ, עִיץ, haec formarum diversitas in linguis Semiticis trita profecto non impediat, quominus *Aesitas* Ptolemaei *Ausitidos* incolas fuisse credamus). Atque hanc de Ausitidis situ opinionem ut antiquissimam ita etiam verissimam esse putamus, his quidem ducti argumentis: a) Iobus I, 3 annumeratur *filiis Orientis* בְּנֵי קֶדֶם, quomodo appellantur incolae Arabiae desertae (v. קֶדֶם), inclusa etiam Mesopotamia (Gen. XXIX, 1. Num. XXIII, 7). b) Ex aliis prologi locis apparet, Uz regionem tum Chaldaeae (I, 17) tum Arabiae (I, 15) tum denique Idumaeae vicinam fuisse: tres enim Iobi amici (II, 11), adeoque quartus Elihu (XXXII, 2) ex locis Idumaeae et Syriae veniunt. c) Ex verbis Thren. IV, 21: *gaude et exulta, filia Edom, quae habitas in terra Uz: ad te quoque transibit calix* cet. minime sequitur, quod inde colligere voluerunt nonnulli, Uz Idumaeae partem fuisse (eodem iure ex his verbis: „ihr Deutschen, die ihr in Pensylvanien wohnt" efficias, Pensylvaniam partem Germaniae esse): sed alloquitur propheta Idumaeos habitantes in Ausitide, quam exilii ineuntis tempore (quo res eorum florentissimae erant) expugnasse et quousque imperii fines promovisse videntur, sicut eodem tempore usque Bostram Auranitidis (v. ad Jes. XXXIV, 6) et in australem Judaeae partem penetraverunt. Altero Jeremiae loco (XXV, 20) reges terrae Uz ab Idumaeae regibus Comm. 20 discernuntur. d) In Geneseos stemmatis tres quidem variorum de huius gentis origine sententiae proponi videntur (cf. Vateri comm. in Pent. 1, 152), sed omnes tamen ei quem diximus situi conveniunt. Namque Gen. X, 23 Uz Aramo oriundus cum aliis Syriae gentibus componitur, XXII, 21 idem sistitur Nahori filius et coniungitur cum Chesed (Chaldaeorum auctore), Bus, Kemuël, denique XXXVI, 28 idem (si modo idem est) in Seiri posteris reperitur. Cf. Spanhem. hist. Iobi cap. 4. Cellar. notit. orb. ant. II, 698. Rosenm. prolegg. ad Iob. §. 5. — De alia opinione, quam memoravit iam Saadias (ad Iob. l. c. وبعض المفسرين يجعلوه بلد الغوطة) et e recentioribus probarunt Bochartus l. c. J. D. Michaëlis spicil. (II, 126 sqq.), Ilgenius (de Iobi natura et indole p. 95. 96), terra Uz esset الغوطة (i. e. terra mollis frugifera), vallis amoena prope Damascum, de qua v. Abulf. Syria p. 100. Geogr. Nub. p. 134. Gol. ad Alfrag. 128 sqq.; sed cum V. T. locis supra litt. a — c laudatis hic situs conciliari non potest. In *Idumaea* terram Uz ponebant Herderus (Geist d. hebr. Poësie 1, 125) et Eichhornius (Einleit. in das A. T. §. 639); in *Batanaea* Ephraemus Syrus (prol. ad Iob.).

עוּק in Kal inusit. Syr. et chald. i. q. צוּק coarctari, comprimi, Hi. coarctare, metaph. angustiis afficere.

Hi. coarctavit, compressit, sq. תַּחַת *depressit,* pr. deorsum pressit, *καταθλίβω.* Am. II, 13: הִנֵּה אָנֹכִי מֵעִיק תַּחְתֵּיכֶם כַּאֲשֶׁר תָּעִיק הָעֲגָלָה הַמְלֵאָה לָהּ עָמִיר *ecce ego deprimam vos, sicut comprimit plaustrum plenum mergitibus,* sc. quae sub eo sunt, i. e. comprimam et cominuam

vos qs. pondere plaustri onusti. Mirum est quantum in facillimo hoc loco laboraverint interpretes. Plerique *deprimam vos*, *ut deprimitur plaustrum plenum mergitibus*, sc. a mergitibus sed manifestum est, verbum מֵעִיק et תָּעִיק non posse semel active, semel passive accipi: displicet etiam plaustrum a mergitibus compressum, coarctatum. Minus etiam probandum, quod Hitzigius proponit: *ecce ego comprimor sub vobis, quemadmodum comprimitur plaustrum plenum mergitibus* i. e. vos amplius ferre nolo, moleste vos fero. Nam ut sententiam taceamus quaesitam et longe petitam, non licet, Hiphil (quod sensu transitivo apud Aramaeos frequentissimum) significatione passiva accipere.

עָקָה f. *pressio*, transl. *vexatio*. Ps. LV, 4: עָקַת רָשָׁע.

מוּעָקָה f. *pressio*, inde *onus grave*, *premens*. Ps. LXVI, 11.

עָוַר unde Pi. עִוֵּר *occaecavit*, v. עוּר no. III.

I. עוּר 1) *vigilare*, *vigilem esse*. (Chald. Pal. et Aph. עוֹרֵר et אַעַר suscitavit, excitavit, אִתְּעַר expergefactus est. Syr. ܐܥܝܪ expergefecit. Aph. excitavit, suscitavit. Schroederus in observv. ad Origg. hebr. p. 18 sqq. originem ponit in fervore, inde alacritate et vigore, opp. somno et ignaviae, ut vicina sit rad. עיר q. v. Atque hactenus id ferri potest. Sed non debebat Schroederus hunc fervendi et effervescendi significatum ubique contra linguae usum artificiosius inferre. Quis enim ferat Ps. XLIV, 24: *effervesce, quare dormis?* pro *expergiscere*. Ex indogerm. cf. ἐγείρω, sanscr. *gri*). Cant. V, 2: אֲנִי יְשֵׁנָה וְלִבִּי עֵר *ego dormiebam*, *sed cor meum vigilabat*. Mal. II, 12: עֵר וְעֹנֶה *vigilans et respondens* i. e. vivus quisque, locutio proverbialis (ut עָצוּר וְעָזוּב), petita a militibus vel custodibus nocturnis, qui dum excubias agunt alios acclamare (nostr. Wer da? Qui vit?) et responsum (Gut Freund) flagitare solent. Eandem locutionem habent Arabes, vit. Tim. 1, 108 Mang.: *quum inde abiret* وليس بها داع ولا مجيب *non erat in ea* (urbe) neque *clamans neque respondens* i. e. nemo vivus. Non bene Intpp. Hebraei et Hieron. magister et discipulus. Male etiam Hitzigius ad h. l. „der עֵר ist deshalb noch kein שׁוֹמֵר", nam vigilandi vim in hoc verbo ad custodiam referri, tum alia arguunt (Iob. VIII, 6 cf. שָׁקַד עַל) tum maxime עִיר vigil, custos, et quae ipse vir doctus de etymo vc. עִיר (urbs) observavit ad Jes. I, 8. — 2) *expergisci* e somno. Tantum in imp. עוּרָה Ps. XLIV, 24: עוּרָה לָמָּה תִישַׁן אֲדֹנָי *expergiscere! cur dormis, domine?* ubique sensu translato i. q. *age! agedum!* (auf!). Ps. LVII, 9: עוּרָה כְבוֹדִי עוּרָה *agedum*, *anima mea!* LIX, 5. CVIII, 3, sq. אֶל VII, 7: עוּרָה אֵלַי *age, adsis mihi!* Fem. עוּרִי. Iud. V, 12: עוּרִי עוּרִי דְּבוֹרָה Cant. IV, 16. Jes. LI, 9. LII, 1. Hab. II, 19. — 3) causat. *expergefacere* i. q. Hiph. Iob. XLI, 2, fut. יְעוּר.

Niph. נֵעוֹר Zach. II, 17 fut. יֵעוֹר pass. Pi. et Hiph. 1) *expergefactus*, *excitatus est* (ex somno) Iob. XIV, 12. Zach. IV, 1. — 2) translate *surrexit* ventus Jer. XXV, 32, populus Jer. VI, 22. L, 42. Joël IV, 12 (III, 17), Deus Zach. II, 17. De loco Hab. III, 9 v. עוּר no. II.

Pil. עוֹרֵר (cf. gr. ὄρω = ὄρνυμι, praet. ὄρωρα) 1) *expergefecit*, *excitavit* e somno Cant. II, 7. III, 5. VIII, 4, e latebris *excitavit* et evocavit serpentem Iob. III, 8, translate *incitavit* rixam Prov. X, 12, amorem Cant. VIII, 5: *sub illa malo* עוֹרַרְתִּיךָ *incitavi te* ad amorem, tibi amorem meum aperui, tuum impetravi; *suscitavit* potentiam suam (seine Macht aufbieten) Ps. LXXX, 3; *concitavit* (aufregen, in Aufregung, Aufruhr bringen). Jes. XIV, 9: עוֹרֵר לְךָ רְפָאִים *concitat propter te* adventu tuo *manes*; sq. עַל contra aliqu. Zach. IX, 13. — 2) *sustulit* (et vibravit) hastam 2 Sam. XXIII, 18. 1 Par. XI, 11. 20, flagellum Jes. X, 26. — Sed Jes. XXIII, 13 v. sub rad. עָרַר Pil.

Pil. עַרְעֵר *suscitavit* clamorem. Ab hac forma est Jes. XV, 5: זַעֲקַת שֶׁבֶר יְעֹעֵרוּ *clamorem* quasi de *ruina suscitant*, ubi יְעֹעֵרוּ (multi codd. יעוערו) est pro יְעַרְעֵרוּ, syllaba *ar* emollita in *ō* (cf. Ew. gr. crit. 479. monumm. phoen. p. 431. 432 adde supra p. 393). Fortasse etiam reponendum יערערו, unde facile oriri poterat יעוערו, יעוערו inde defect. יְעֹעֵרוּ. Aliud v. s. rad. ערר.

Hiph. הֵעִיר inf. הָעִיר c. praef. semel בָּעִיר (Ps. LXXIII, 20) i. q. Pi. 1) *expergefecit* aliquem e somno Zach. IV, 1. Cant. II, 7. III, 5. VIII, 4. Ps. LVII, 9: אָעִירָה שָּׁחַר *excitabo* e somno *auroram*. CVIII, 3. Male vulgo: *evigilabo tempore aurorae*. Ps. LXXIII, 20. — 2) *suscitavit*, *excitavit*, Iob. XLI, 1: *nemo tam strenuus* כִּי יְעִירֶנּוּ *ut eum* (crocodilum) *excitet* i. e. lacessat. Deut. XXXII, 11: כְּנֶשֶׁר יָעִיר קִנּוֹ *sicut nidum provocat* sc. ad volandum, ut bene Vulg. Dicunt: *suscitare* aliquem ad aliquid, v. c. milites ad bellum Joël IV, 9 (14), regem victorem (Cyrum) Jes. XLI, 2. 25. XLV, 13, addito עַל (sensu hostili) contra aliqu. Jes. XIII, 17: הִנְנִי מֵעִיר עֲלֵיהֶם אֶת־מָדָי. LI, 1. Ez. XXIII, 22, it. suscitare, excitare aurem alic. Jer. L, 4, animum alic. (רוּחַ פ׳) Jer. LI, 11. Hagg. I, 14. 1 Par. V, 26. 2 Par. XXI, 16. XXXVI, 26. Esr. I, 1. 5; iram et ardorem Ps. LXXVIII, 38. Jes. XLII, 13, fortitudinem Dan. XI, 25. — 3) intrans. *vigilavit*, pr. ut הֵקִיץ, quocum copulatur Ps. XXXV, 23, sq. עַל custodivit aliquem (bewachen) a malo Iob. VIII, 6.

Hithpal. הִתְעוֹרֵר 1) *excitavit se*, *surrexit* Jes. LI, 17. LXIV, 6, *irritatus est*, ira et invidia concitatus sq. עַל adversus aliquem Iob. XVII, 8 (ad rem cf. Ps. XXXVII, 1. 7. 8). — 2) *laetatus est* (nostr. *aufgeweckt seyn* de hilari, laeto) Iob. XXXI, 29. Vulg. exultavi. Targ. iubilavi.

עַר m. *urbs* pec. munita i. q. עִיר (ubi vide de etymo), unde pl. עָרִים urbes. In sing. עָר Num. XXI, 15 (Cod. Sam. עיר). Deut. II, 9. 18. 29, et plene עָר־מוֹאָב (urbs Moabi) Num. XXI, 28. Jes. XV, 1

(Aqu. Symm. *πόλις M.*), etiam עִיר מוֹאָב Num. XXII, 36 n. pr. metropoleos Moabitarum ad littus australe Arnonis sitae, quae graece *Ἀρεόπολις* (Sozom. 7, 15. Theodoret. ad Jes. l. c. Hieron. et in actis conciliorum, v. Reland. 212. 576. le Quien Oriens christ. III, 733 sqq.), arab. مآب, الربة dicta est (Abulf. Syria p. 90): hodieque rudera eius *Rabba* appellantur, v. Seetzen ap. Zachium XVIII, 433. Burckhardt itin. Syriae II, 640. In utroque Targ. redditur לְחַיַת מוֹאָב et simpl. לְחַיָא i. e. maxilla (collis, rupes, v. לְחִי p. 752) Moabi, Steph. Byz. *Ῥαβάθμωμα, πόλις τρίτης Παλαιστίνης, ἡ νῦν Ἀρεόπολις.* Illud est רַבַּת מוֹאָב metropolis Moabi (cf. רַבַּת עַמּוֹן), licet haec appellatio in V. T. eiusque Versionibus non reperiatur (nam רַבָּה Jos. XIII, 25 est metropolis Ammonitarum). — Aliud עָר *hostis* v. sub rad. עִיר.

עֵר (vigil) n. pr. 1) filii Judae Gen. XXXVIII, 3. XLVI, 12. 2) alius viri 1 Par. IV, 21.

עֵרִי (fort. pro עֵרִיָּה custodiens i. e. colens Deum, cf. rad. Iob. VIII, 6) n. pr. filii Gadi Gen. XLVI, 16.

עֵרָן (q. d. Vigilantius) n. pr. viri Num. XXVI, 36. Patron. עֵרָנִי ibid.

עִיר f. (Gen. X, 12. XIX, 20. Jos. X, 2. XI, 19. XXI, 40. Jes. XIV, 31. XXII, 2. XXVII, 10. Jer. XXX, 18. XLVI, 18. XLVII, 2. Jon. III, 3. Am. IV, 7. 8. Ez. XXII, 3. Prov. XXV, 28, הָעִיר הַזֹּאת Jes. XXXVII, 35. XXXVIII, 6 et persaepe; cum masc. constructum videtur עִיר נָכְרִי, ubi vix licebit נָכְרִי pro genitivo habere; et Num. XXXV, 2: מִגְרָשׁ לֶעָרִים סְבִיבֹתֵיהֶם, et Comm. 3: וְהָיוּ הֶעָרִים לָהֶם לָשָׁבֶת וּמִגְרְשֵׁיהֶם, ubi cod. Sam. מגרשיהן, sed cf. gr. §. 144 not. 1), pl. semel עֲיָרִים Iud. X, 4 (propter lusum verborum, v. עַיִר), alibi semper עָרִים (a sing. עָר) *urbs, oppidum.* LXX. *πόλις.* (In linguis cognatis non reperitur). Sed permagni ambitus est hoc vc., et complectitur etiam castra, adeoque parva munimenta, ut turres excubitorias, speculas. Num. XIII, 19: *et quales sint urbes, in quibus habitet* (populus Cananiticus) הַבְּמַחֲנִים אִם בְּמִבְצָרִים *utrum in castris an in urbibus munitis?* 2 Reg. XVII, 9: *et exstruebant sibi excelsa* (בָּמוֹת) *in omnibus urbibus* מִמִּגְדַּל נוֹצְרִים עַד עִיר מִבְצָר *inde a turri custodum usque ad urbem munitam*, adde Jes. I, 8: עִיר נְצוּרָה *specula custodiae* i. q. מִגְדַּל הַנּוֹצְרִים 2 Reg. l. c. (v. pag. 908), et Gen. IV, 17 (ubi neque integra urbs intelligenda, neque *spelunca* coll. מְעָרָה, quae non „*aedificatur*“, sed castra Nomadum utcunque fossa vallove contra ferarum impetum munita). Qui quidem usus de vera origine dubitare non sinit. Est enim pr. *vigilia, custodia*, locus excubitorum et custodum, qui muro vallove cinctus vel turris in modum exstructus erat (cf. מִגְדַּל עֵדֶר Gen. XXXV, 2, et מִגְדָּלִים ab Usia in deserto exstructas 2 Par. XXVI, 10), ut gregum custodes a feris tuti essent: dein *locus muro vallove septus*, quo Nomades gregesque a ferarum hostiumque incursionibus se defenderent, pagus Nomadum munitus; denique *oppidum* idque saepe minoris moduli, ut vel ex eo colligas, quod in terra Cananaea XXXI urbes regiae, in una tribu Judae CXXIV עָרִים recenseutur (Jos. XV). Passim cum nom. pr. urbis copulatur per appositionem, ut הָעִיר שׁוּשָׁן *Susa urbs* Esth. III, 15. VIII, 15, עִיר שְׁכֶם Gen. XXXIII, 18. Saepe sq. genit. variis modis: ut עִיר חוֹמָה Lev. XXV, 29, עִיר מִבְצָר, מָצוֹר (v. his vcc.) urbs munita; עִיר מִקְלָט urbs asyli, עִיר הַכֹּהֲנִים urbs sacerdotum 1 Sam. XXII, 19, עִיר הַמְּלוּכָה urbs regia 2 Sam. XII, 26, עָרֵי יְהוּדָה 1 Reg. XII, 17. 2 Reg. XXIII, 5, עָרֵי שֹׁמְרוֹן XXIII, 19, עָרֵי גִלְעָד Iud. XII, 7; עִיר דָּמִים urbs caedium Nah. III, 1; עִיר הַקֹּדֶשׁ urbs sancta Neh. I, 1. Jes. LII, 1. Dan. IX, 24 (*πόλις ἁγία* Mt. XXVII, 53), עִיר יְהוָה Jes. LX, 14, עִיר אֱלֹהִים Ps. XLVI, 3. LXXXVII, 3 de Hierosolymis, de quibus etiam *κατ᾽ ἐξοχὴν* הָעִיר Ez. VII, 23, et עִיר Jes. LX, 6 (alio contextu הָעִיר etiam de Ninive, hostium metropoli Jes. XXXII, 19). Sq. genit. pers. *urbs alicuius* est *urbs, quae alicui* (regi) *paret*, ut חֶשְׁבּוֹן עִיר סִיחוֹן Num. XXI, 26 cf. Jos. VIII, 1, sed saepius etiam *urbs patria* alic., vel *in qua habitat* (ut terra, populus alic. v. עַם, אֶרֶץ), ut עִיר נָחוֹר urbs Nahori i. e. Haran, in qua habitabat Gen. XXIV, 10, *urbs Davidis* i. e. Bethlehem 1 Sam. XX, 6, et sic Deut. XIX, 12. XXI, 19—21. Jos. XXI, 6. 1 Sam. VIII, 22. XXVIII, 3. 1 Reg. XXII, 36, cf. gr. *πόλις Δαβίδ* i. e. Bethlehem Luc. II, 4, *πόλις αὐτῶν* (parentum Jesu) *Ναζαρέτ* Luc. II, 39. Joh. XI, 1. Judith VIII, 3. Sq. genit. alius urbis dicitur de *oppidis vicisve circumiacentibus* (alibi בְּנוֹת הָעִיר), ut עָרֵי חֶשְׁבּוֹן Jos. XIII, 17, עָרֵי עֲרֹעֵר Jes. XVII, 2. — Proverbialiter dicta sunt haec Eccl. X, 15: *labor stulti eum fatigat, quia nescit* לָלֶכֶת אֶל־עִיר *ire ad urbem* i. e. viam ad urbem invenire non potest; locutio desumta a viatore rustico et inepto, qui vel a tritissima via aberrat, cf. nostr. er weiss sich nicht zu finden, de homine tardi et hebetis ingenii. — Spec. עִיר dicitur etiam a) de parte urbis maioris, quae peculiari muro munita erat (ut gr. *πόλις* v. Passov., nostr. Altstadt, Neustadt). Ita עִיר דָּוִד urbs Davidis, pars Hierosolymorum in monte Zion exstructa (*ἡ ἄνω πόλις*) 2 Sam. V, 7. 9. VI, 10. 12, הָעִיר הַתִּיכוֹנָה urbs media i. e. media pars Hierosolymorum 2 Reg. XX, 4 Chethibh (Keri חָצֵר), עִיר הַמַּיִם urbs aquae, pars Rabbae urbis 2 Sam. XII, 27, עִיר בֵּית הַבַּעַל pars Samariae a templo Baalis dicta, septum templi (*τέμενος*) v. supra de etymo. b) de *incolis* urbis, de quibus propria locutione dicitur: עִיר מְתִים v. s. v. מַת p. 830 B. 1 Sam. IV, 13: וַתִּזְעַק כָּל־הָעִיר. Jes. XIV, 31. Contra vide Iud. I, 8: *et oppugnarunt filii Judae Hierosolymam et expugnarunt eam, et percusserunt eam ore gladii, et urbem* (וְאֶת הָעִיר) *igne cremabant*, ubi *Hierosolyma* dicitur de incola, הָעִיר de aedificiis. c) sq. genit. gentis s. regionis *urbs primaria* s. capitalis, ut עִיר יְהוּדָה 2 Par. XXV, 28 de Hierosolymis, עִיר עֲמָלֵק 1 Sam. XV, 5. — Aliud עִיר aestus v. sub rad. עִיר.

Nomina propria urbium sunt: a) עִיר הַמֶּלַח (urbs salis) in deserto Judae, prope mare salsum, Ios. XV,

62. — b) עִיר נָחָשׁ (urbs serpentum), de cuius situ non liquet 1 Par. IV, 12. — c) עִיר שֶׁמֶשׁ (urbs solis) in agro Danitarum Jos. XIX, 41. — d) עִיר הַתְּמָרִים (urbs palmarum) i. q. יְרִיחוֹ Hiericho a palmarum ibi crescentium multitudine dicta (v. Plin. H. N. 5, 14. Tacit. hist. 5, 6). Deut. XXXIV, 3. Iud. I, 16. 2 Par. XXVIII, 15. De עִיר הַחֶרֶס, v. s. v. חֶרֶס. — N. pr. viri est עִיר 1 Par. VII, 12, pro quo V. 7 עִירִי.

עִיר m. chald. *vigil*, *custos*, nomen angelorum quippe qui mundo rebusque humanis invigilent (cf. de geniis Persarum Kleukeri Zend-Avestam II, 195. 257 et שֹׁמֵר de prophetis Hebraeorum Jes. XXI, 11. 12) Dan. IV, 10. 14. 20. Aqu. Symm. ἐγρήγορος. LXX. et Gr. Venet. ἄγγελος. Vulg. vigil. Vers. hebr. מלאך, et sic Sal. b. Melech, qui addit: ונקרא כן שהיא ער לעולם. Pesch. ܥܝܪܐ, quod in libris liturgicis Syrorum etiam de archangelis dicitur, ut de Gabriele, sed saepius de angelis malis Castelli lex. syr. ed. Mich. p. 649. In libris Nasoraeorum ܥܝܪܐ est vigil, et angelus tutelaris, Norb. lexid. p. 173, aeth. ዐቀበ፡ custos, de angelo tutelari Lud. Lex. p. 450. Apud patres Ἐγρήγοροι quum omnes angeli appellantur (Clem. Paedag. 2 p. 185) tum maxime lapsi (v. Scalig. ad Euseb. Chron. p. 403), iidem Γρήγοροι Sibyll. p. 90 Gall., atque sic in libro Henochi aeth. ትጉሃን፡ *vigiles* de bonis angelis XII, 2. 4. XCII, 16, de lapsis X, 13. 18. XII, 5. XIV, 1. 2. XVI, 1. 2, qui etiam *vigiles coeli* XIII, 11. XV, 1 et *vigiles sancti* XV, 8, item angeli *qui vigilant* XX, 1: ex quibus omnibus apparet, quam falsi sint, qui עִיר non *vigilem* sed *nuncium* interpretentur i. q. צִיר (Lud. de Dieu et Haevern. ad Dan. l. c. contra Hoffmann ad Hen. XII, 2. XX, 1).

עִירָא (vigil) n. pr. 1) sacerdotis Davidis 2 Sam, XX, 26. 2) duorum tribunorum Davidis 2 Sam. XXIII, 26. 28.

עִירוּ n. pr. viri 1 Par. IV, 15.

עִירִי v. עִיר extr.

עִירָם (urbanus) n. pr. phylarchae Edomitarum Gen. XXXVI, 43.

יָעִיר (quem Deus *excitat*) n. pr. viri 1 Par. XX, 5 Keri, in Chethibh est יָעוּר. In loco parallelo pro eo legitur יַעְרֵי אֹרְגִים, sed אֹרְגִים ex sequente מְנוֹר אֹרְגִים per errorem repetitum ideoque expungendum videtur.

II. עוּר i. q. עָרַר et עָרָה *nudum*, *nudatum esse*. Arab. عَارٌ, عَوْرَةٌ nuditas, verenda, melit. ʿar pudor, dedecus, ʿyri nudus. Cf. infra מְעוֹרִים.

Niph. Hab. III, 9: עֶרְיָה תֵעוֹר קַשְׁתֶּךָ *nudando* (pr. nudatione) *nudatur arcus tuus* i. e. ex theca (coryto) depromitur, cf. Jes. XXII, 6.

Pil. עוֹרֵר v. עָרַר.

עוֹר m. 1) *cutis* hominis. (Etymon obscurius, sed fortasse *cutis* a nuditate dicta est. Fuerunt qui arcesserent lat. *corium*). Exod. XXXIV, 29: *splenduit* עוֹר פָּנָיו *cutis vultus eius*. Lev. XIII, 2 sqq. 20 sqq. Iob. VII, 5. XXX, 30. Ez. XXXVII, 6. 8. Jer. XIII, 23 al. עוֹר שִׁנָּים cutis dentium i. e. gingiva Iob. XIX, 20 (quo de loco v. rad. מָלַט). Poët. de *corpore*. Iob. XVIII, 13: בַּדֵּי עוֹרוֹ *rami cutis* s. corporis *eius*, de membris. XXIX, 26 (cf. s. v. נָקַף). II, 4: עוֹר בְּעַד עוֹר *cutem pro cute* i. e. par pro pari sc. dat homo, dictio proverbialis, quae explicatur et ad Iobi res applicatur verbis sequentibus: כֹּל אֲשֶׁר לָאִישׁ יִתֵּן בְּעַד נַפְשׁוֹ *quaecunque possidet homo*, *dat pro vita sua*. — 2) *pellis* animalium Iob. XL, 31, max. ubi detracta est Lev. IV, 11. VII, 8. Gen. III, 21: כָּתְנוֹת עוֹר *tunicae ex pellibus factae*. XXVII, 16, etiam de pellibus arte subactis et paratis i. e. *corio* Lev. XI, 32. XIII, 48. 49. 53. 57. 59. כְּלִי עוֹר Num. XXXI, 20. עוֹר תַּחַשׁ corium phocinum Num. IV, 8. XI, 12. Plur. עֹרוֹת תְּחָשִׁים pelles phocinae Ex. XXVI, 14. XXXIX, 34, עֹרוֹת אֵילִים pelles arietinae Exod. XXVI, 14.

מְעוֹרִים m. pl. *pudenda* Hab. II, 15.

III. עוּר 1) *fodere*, *effodere* i. q. חוּר. Arab. غَارٌ et مَغَارَةٌ caverna.

Pi. עִוֵּר (ut עוד Pi. עִוֵּד) *caecavit*, *occaecavit* aliquem, pr. *effodit* oculos (cf. נָקַר). Aram. עַוַּר, ܥܘܰܪ id. Aeth. etiam Conj. I ዐወረ፡ caecum esse, sed arab. عَارَ et عَوِرَ luscus fuit. 2 Reg. XXV, 7. Jer. XXXIX, 7. LII, 11. Metaph. *occaecavit* iudicem (donis) Ex. XXIII, 8. Deut. XVI, 19.

עִוֵּר adj. *caecus* (aram. עַוַּר, עַוִּיר, ܥܘܝܪܐ). Ex. IV, 11. Lev. XIX, 14. Deut. XV, 21. XXVII, 18 al. Metaph. de caecitate animi Jes. XXIX, 18. XLII, 18. 19. XLIII, 8.

עִוָּרוֹן m. *caecitas* Deut. XXVIII, 28. Zach. XII, 4.

עַוֶּרֶת f. id. Lev. XXII, 22. (Syr. ܥܘܝܪܘܬܐ).

עוּר chald. *palea* Dan. II, 35. Syr. ܥܘܪܐ al. ܥܘܪܐ, arab. عُوَّارٌ, عَائِرٌ festuca vel simile quid oculo nocens, ab occaecando.

* * *

עִיר aestus, **עַיִר** pullus asini, v. rad. עיר.

עוּשׁ semel legitur Joël IV, 11: עוּשׁוּ וּבֹאוּ כָל־הַגּוֹיִם, quod LXX. Targ. Pesch. et plerique Hebraei interpretantur: *congregamini* et *venite*, *cuncti populi*. Malo cum R. Menahem: *festinate*, *adproperate* coll. חוּשׁ (quod LXX. Jes. LX, 22 reddit συνάγω) et עוּת, fortasse etiam غَشَّ III. properavit Cast. IV. ad properandum impulit. Gol. Freyt.

עָשׁ ursa maior, v. rad. נָעַשׁ p. 895.

עַיִשׁ id. ibid.

יְעוּשׁ (cui *adproperat* Deus cf. יוֹעָשׁ) n. pr. virorum 1) filii Esavi Gen. XXXVI, 18. 1 Par. I, 35, pro quo יְעִישׁ Gen. XXXVI, 5. 14 Chethibh. 2) 1 Par. VII, 10. 3) VIII, 39. 4) XXIII, 10. 5) filii Rehabeami 2 Par. XI, 19. Eiusdem radicis est

יוֹעָשׁ (cui *Jova succurrit*) v. pag. 582 B. Sed corrigendum, quod ibi de etymo dictum est.

עָוַת in Kal inusit. curvus, inflexus fuit, cf. verba vicina עָבַת, עָבַט.

Pi. עִוֵּת *incurvavit, flexit* Eccl. VII, 13. Metaph. עִוֵּת מִשְׁפָּט ius flexit Iob. VIII, 3. XXXIV, 12 cf. Am. VIII, 5: לְעַוֵּת מֹאזְנֵי מִרְמָה *ut flectamus* inclinemus *bilances ad fraudem.* Etiam sq. acc. pers. *flexit* aliquem i. e. flexit, pervertit caussam eius (cf. נָטָה Hi. 3, c. d) Thren. III, 36: לְעַוֵּת אָדָם בְּרִיבוֹ. Iob. XIX, 6: דְּעוּ אֵפוֹ כִּי אֱלוֹהַּ עִוְּתָנִי. Ps. CXIX, 78. עִוֵּת דֶּרֶךְ פ׳ declinavit viam alic. i. e. in perniciem detrusit Ps. CXLVI, 9. (Chald. id. Syr. ܥܘܝܬܐ dolus, fraus, Ferr. et Lex. Adl.).

Pu. part. מְעֻוָּת *curvatum.* Eccl. I, 15.

Hithpa. incurvari Eccl. XII, 3.

עַוָּתָה verbale Pi. *flexio* i. e. oppressio alic. Thren. III, 59 cf. Comm. 36.

עוּת rad. in verbo ἅπ. λεγομένῳ, vicina radici עוּשׁ pr. *adproperare,* max. ad iuvandum, inde *succurrere* (nostr. beispringen), *subvenire, adiuvare.* Arab. غاث pr. cucurrit, unde غَوِيثٌ cursus vehemens, spec. Conj. I. IV. VI succurrit, opem tulit, c. acc. pers. v. c. Abulf. Ann. I, 230. IV, 166, يوم اغوات dies auxilii Har. VI, 244 Schult. X. opem imploravit, غِيَاثٌ auxilium. Constr. c. dupl. acc. (ut alia verba sustentandi, v. c. כִּלְכֵּל Gen. XLVII, 12. 1 Reg. XVIII, 4. 13) Jes. L, 4: לָדַעַת לָעוּת אֶת־יָעֵף דָּבָר *ut sciam subvenire* populo *fesso verbis* i. e. verbis eum erigere, confirmare. Aqu. ὑποστηρίσαι. Vulg. *sustentare.* Certum huius radicis vestigium praeterea est in nomine pr. עוּתַי, pro עוּתְיָה, עוּתְיָהּ cui Jova succurrit. — Abulwalides, quem sequuntur plerique Hebraei, לָעוּת dictum censet pro לְעַת a rad. עָתַת (coll. לָבוּר Eccl. IX, 1 pro לָבֹר a בָּרַר), quae denominativa sit ab עֵת tempus, iustum tempus (cf. עֵת וּמִשְׁפָּט יֵדַע לֵב חָכָם Eccl. VIII, 6 et עִתִּי, quod A. explicat: intelligens, prudens), hac significatione: *iusto tempore et modo, sapienter locutus est et docuit:* ad quam commendandam praeterea laudat غتّ repetitis vicibus bibit, dein identidem dixit. Sed hoc posterius a priore illo alienum est, et *tempestive faciendi* (nam aliud vix significare possit denom. ab עֵת) potestas illi loco vix satis apta fuerit. Minus etiam placet Hitzigius, qui ל in לָעוּת radicale putat, quum non credibile sit, duo gerundia ita copulata esse. Sed id ipsum habes Exod. XXXVI, 1: לָדַעַת לַעֲשׂוֹת אֶת־כָּל (cf. יָדַע c. inf. et gerundio h. v. no. 5, b). Quod autem לָעוּת refert ad rad. לָעָה, لغا, id ab hoc contextu prorsus alienum est, quum haec radix (v. Iob. VI, 3 et de syllaba לע p. 750) *temere* loquendi vim annexam habeat.

עוּתַי (de origine v. supra in rad.) n. pr. duorum virorum a) 1 Par. IX, 4. b) Esr. VIII, 14.

עַז capra, v. עֵז.

עֲזָאזֵל Lev. XVI, 8 sqq. v. rad. עָזַל.

עָזַב fut. יַעֲזֹב 1) *rescidit, solvit* vincula, et solutis vinculis *dimisit* v. c. iumentum i. q. פִּתַּח. (Arab. عزب dimisit camelos ut libere vagarentur, v. Sypkens in diss. Lugdd. p. 930. 31. Origo esse videtur in *rescindendo* vincula, ut עָזַב vicinum sit verbis עָצַב, חָצַב *cecidit, secuit*). Hanc primam verbi potestatem habes in loco multum vexato (v. Bocharti Hieroz. I, 426 sqq. Lips. Gatackeri adverss. miscell. pag. 181 sqq. Sypkens l. c. Mich. mos. Recht I, 54) Exod. XXIII, 5: *ubi videbis asinum inimici tui succumbentem sub onere suo* וְחָדַלְתָּ מֵעֲזֹב לוֹ עָזֹב תַּעֲזֹב עִמּוֹ *cave* eum *relinquas ei, vincula eius relaxabis cum eo,* i. e. ne asini hero curam iumenti committas, sed adiuva eum in vinculis asini laxandis et in eo exonerando. Lusus verborum inest in duplici verbi עָזַב usu, quod primum vulgari relinquendi alicui (v. infra no. 2, litt. e), dein primario vincula *resecandi* significatu ponitur. Ita autem, ut diximus, accipiendam esse legem, luculenter arguit lex gemina Deut. XXII, 4: *viso asino fratris tui aut bove eius in via lapsis, ne occulta te ab iis* i. e. ne auxilium iis subtrahe הָקֵם תָּקִים עִמּוֹ *erige* iumentum *cum eo,* adiuva eum. (Cf. ibid. Comm. 1). Quod enim in Exodo est וְחָדַלְתָּ מֵעֲזֹב לוֹ in Deut. est וְהִתְעַלַּמְתָּ מֵהֶם (ne) *subtrahas te iis,* et verbis עָזֹב תַּעֲזֹב עִמּוֹ respondet הָקֵם תָּקִים עִמּוֹ, quam ob caussam LXX. Vulg. Onk. Pesch. etiam in Exodo interpretati sunt: συναρεῖς (Compl. συνεγερεῖς) αὐτὸ μετ' αὐτοῦ, *sublevabis cum eo,* sed accuratius Saad. يجب ان تحط عنه حملا *oportet eum exonerando exoneres.* — Reliquarum interpretationum potiores paucis recensuisse sufficiat: a) Vulgo: *cave ne relinquas ei* asinum, contra *relinque* asinum non nisi *cum eo,* tunc demum ubi ipse herus eum relinquit. Frigide nec satis apte, quum herus asinum etiam sublevatum non relinquat. Repugnat etiam locus Deuteronomii. Praeterea Bochartus duas rationes proponit. De una b) לוֹ accipitur pro לֹא hac sententia: *cave relinquas* eos: *non relinquendo relinques* asinum *cum eo* inimico, quae otiosa est repetitio. De altera c) pro עָזֹב תַּעֲזֹב legitur עָזוֹר תַּעֲזֹר, et explicatur: *abstinebis ab asino ipsi relinquendo, auxiliando auxi-*

liaberis potius asino *cum eo* inimico tuo. Idem exprimit Arabs Erpen. معه تعون, معون. Placuerit fortasse haec coniectura similitudinem litterarum ב et ר in vetere scriptura reputanti, sed scriptura codd. auctoritate firmata sententiam non minus aptam eamque exquisitiorem praebet.

Inde spec. a) *dimisit liberum*, *manumisit* servum (i. q. שִׁלַּח חָפְשִׁי). Part. pass. עָזוּב *manumissus*, *liber*, in locutione proverbiali: עָצוּר וְעָזוּב clausus et manumissus i. e. mancipium et liber s. omnes omnino homines Deut. XXXII, 36. 1 Reg. XIV, 10. XXI, 21. 2 Reg. IX, 8. XIV, 26. Cf. עֵר וְעֹנֶה Mal. II, 12 (s. v. עוּר), similesque Arabum loquentes, ubi omnino omnes sive homines sive res exprimere volunt, ut *occisus est* حقير وجليل *vilis et magnis* vit. Tim. II, 736, *non est ibi ex incolis* متحرك ولا ساكن *qui se moveat aut quiescat* ib. I, 374, cf. II, 318, باطن وظاهر *internum* abditum latensque *et externum* i. e. omnes possessiones ib. I, 316, الناطق والصامت *loquens et mutum* i. e. opes viventes et non viventes s. omnino omnes Har. 3, p. 138 Schult. Ceterum alii aliter illa opposita explicabant. Lud. de Dieu (ad Deut. l. c.) patres familias et caelibes, coll. عزيب, عزب caelebs (pr. relictus, viduus, familia carens) et أعصر pater familias; Jos. Kimchi ap. Davidem filium: *clausum* i. e. opes, quippe quae in domibus recludantur et *liberum* i. e. pecus, quippe quod libere vagetur; alii: *pretiosum et vile* i. e. ad unum omnia. Sed posteriores hae interpretationes vel iccirco admitti non possunt, quod ubique ad homines, non ad res, pertinet ea formula.

b) *dimisit* rem i. q. שִׁלַּח (loslassen, fahren lassen), opp. firmiter tenere, cohibere. Iob. XX, 13: *cohibet eam* (buccellam in ore) וְלֹא יַעַזְבֶנָּה *et non dimittit eam.* Metaph. Iob. X, 1: אֶעֶזְבָה שִׂיחִי *libere dimittam* (laxatis quasi habenis) *querelam meam*, eam non cohibebo. IX, 27: אֶעֶזְבָה פָנַי וְאַבְלִיגָה *dimittam faciem meam et exhilarabo eam.* Facies enim libere dimissa est expansa, laevis opp. faciei in rugas contractae, cf. بسط expandit, libere dimisit (يد بسط libere dimissa manus), exporrexit laetius frontem, مبسوط الوجه laeto vultu praeditus. Ez. XX, 8: גִּלּוּלֵי מִצְרַיִם לֹא עָזָבוּ *idola Aegypti non dimittunt* i. e. non reiiciunt, imo in cultu eorum perseverant. Ps. XXXVII, 8: עֲזֹב חֵמָה *dimitte iram* (lass ab vom Zorne).

c) *remisit* debitum (erlassen). Neh. V, 10.

d) *omisit*, *intermisit* (unterlassen) v. c. scortationes Ez. XXIII, 8, sq. gerundio Hos. IV, 10: אֶת־יְיָ עָזְבוּ לִשְׁמֹר. Sic עָזַב חַסְדּוֹ מֵעִם פ' Gen. XXIV, 27, et עָזַב חַסְדּוֹ אֶת Ruth II, 20 subtraxit favorem suum alicui.

e) *sivit* i. q. הִרְפָּה (gehen lassen, gewähren lassen), opp. cohibere. Ruth II, 8: וַעֲזַבְתֶּם וְלִקְּטָה *et sinite* eam *ut colligat* (spicas). Sq. dat. Neh. III, 34: הֲיַעַזְבוּ לָהֶם *num sinant* iis (nostr. soll man es ihnen lassen), i. e. num eos in moenibus aedificandis pergere sinamus. Clericus: num sinant eos facere praefecti regii.

2) *reliquit* aliquem, aliquid (verlassen), quod a dimittendo (no. 1) proficiscitur.

a) c. acc. pers. Gen. II, 24. XLIV, 22. 1 Sam. XXXI, 7. Ruth II, 11, addito loco: reliquit aliquem alicubi 2 Sam. V, 21. XV, 16. 2 Par. XXVIII, 14. Adde Iud. II, 21: *gentes quas reliquit Josua* in terra i. e. non expulit. Saepe est: *reliquit*, *dereliquit* eum, qui auxilio egeret, *deseruit* Deut. XII, 19: *ne deseras Levitam*, ne auxilium tuum ei deneges. XIV, 27. Num. X, 31. Iob. XX, 19. Ps. XXVII, 10. Prov. XXVII, 10. Jer. XLIX, 11. Ezech. XXIII, 29. Part. pass. עֲזֻבָה (mulier) *derelicta* Jes. LXII, 4. Ita Deus dicitur *deserere* i. e. auxilio suo destituere aliquem Gen. XXVIII, 15. Jos. I, 5. 2 Par. XXXII, 31. Ps. XXVII, 9. XXXVIII, 22. LXXI, 9. 11, populum Ps. IX, 11. XXII, 2. Jes. XLII, 16. XLIX, 14. LIV, 7, terram Ez. VIII, 12. IX, 9. Contra homines dicuntur *relinquere* Deum i. e. ab eo deficere Deut. XXXI, 16. Iud. II, 12. 2 Par. XII, 1. 10. Jer. V, 19. Ez. XXIV, 21 et saepe.

b) *reliquit* locum Jer. XXV, 38. Ez. VIII, 12, viam, metaph. viam impietatis Jes. LV, 17, viam rectam Prov. II, 13. XV, 10; *dereliquit*, *deseruit* domos, urbes, ita ut desertae iacerent et in ruinas collaberentur. (Arab. عزب incolis destituta fuit terra). Jes. XVII, 2: עֲזֻבוֹת עָרֵי עֲרֹעֵר *desertae sunt urbes Aroër.* Jer. IV, 29: כָּל־הָעִיר עֲזוּבָה אֵין יוֹשֵׁב בָּהֵן. Zeph. II, 4. Inde Part. עֲזוּבָה *derelictum*, *desertum* i. e. domus ab incolis desertae, *ruinae*, *rudera*. Jes. VI, 12: וְרַבָּה הָעֲזוּבָה בְּקֶרֶב הָאָרֶץ *et multae sunt ruinae in terra.* XVII, 9: *erunt urbes munitae eius* כַּעֲזוּבַת הַחֹרֶשׁ וְהָאָמִיר אֲשֶׁר עָזְבוּ מִפְּנֵי בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *sicut rudera in silvis et cacuminibus* Palaestinae, *quae deserta reliquerunt* fugientes *ante Israëlitas* (Cananitae) i. e. erunt urbes munitae Ephraimi ruderibus illis similes, quae ubique in saltibus et montibus patriae nostrae conspiciuntur, quae olim dereliquerunt Cananitae fugientes populum nostrum, quum Josua duce terram invaderet i. e. similes erunt arcibus et ruderibus illis ex Cananaeorum aetate superstitibus. עָזַב מִפְּנֵי nihil aliud esse potest quam *relinquere* in fuga *ab* i. e. coram aliquo (v. מִפְּנֵי v. פָּנִים): quinam autem fuerint illi, qui quum fugerent Israëlitas urbes artesque suas desererent, nemini obscurum esse poterat, et iam augurati sunt LXX, hunc in modum transferentes: τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσονται αἱ πόλεις σου ἐγκαταλελειμμέναι ὃν τρόπον ἐγκατέλειπον οἱ Ἀμοῤῥαῖοι καὶ οἱ Εὐαῖοι ἀπὸ προσώπου τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, licet hi subiectum omissum ex verbis החוי והאמרי (quae legebant החרש והאמיר) eliciendum censerent. Maurerus: „*erunt ut rudera silvarum et cacuminum*, *quae relinquent* hostes *Israëlitis* i. e. ut caesa silva rarae supersunt arbores, sic Israëlitae in terra ab hostibus vastata vix unum alterumve locum reliquum habebunt, quo sese recipere possint." Sed עֲזוּבָה apud Jesaiam certam habet vim *domuum* desertarum s. *ruinarum*, *arbo-*

resque caesa silva *relictas* intelligi eo minus credibile est, quum caesae silvae nulla mentio fiat.

c) c. acc. rei: *reliquit* rem. Jes. X, 14: בֵּיצִים עֲזֻבוֹת *ova derelicta.* Jos. VIII, 17: *reliquerunt urbem* פְּתוּחָה *apertam.* Addito loco: reliquit aliquid alicubi Gen. L, 8. XXXIX, 15. 18, בְּיַד in manu alic. Gen. XXXIX, 12. 13. Praegn. Jes. X, 3: אָנָה תַעַזְבוּ כְבוֹדְכֶם *quo* asportabitis et ubi *relinquetis opes vestras?* Metaph. relinquere legem Jes. LVIII, 2, foedus Dan. XI, 30, consilium 1 Reg. XII, 8, praecepta Dei Ps. CXIX, 87, sapientiam Prov. IV, 6, pietatem Iob. VI, 14, et contra peccatum Prov. XXVIII, 13. — Adde

d) עָזַב בְּיַד פ׳ relinquere in manu alic. i. e. ei *committere* aliquid Gen. XXXIX, 6 (cf. sub litt. c), it. *arbitrio eius permittere* 2 Par. XII, 5. Ps. XXXVII, 33. Neh. IX, 28. Atque hoc significatu coniungitur etiam sq. לְ Ps. XVI, 10: לֹא תַעֲזֹב נַפְשִׁי לִשְׁאוֹל *non committes vitam meam orco.* Iob. XXXIX, 14: כִּי תַעֲזֹב לָאָרֶץ בֵּיצֶיהָ *nam committit ova eius terrae*, arenae, sq. אֶל Iob. XXXIX, 11, עַל Ps. X, 14 (intrans.): עָלֶיךָ יַעֲזֹב חֵלְכָה *tibi committit se miser.*

e) reliquit alicui aliquid, sq. acc. rei et dat. pers. Lev. XIX, 10. XXIII, 22, de moriente Ps. XLIX, 11, de vastatore nil relinquente Mal. III, 19.

Niph. derelictus est Neh. XIII, 11, saepe de terra ab incolis derelicta et deserta Lev. XXVI, 43 (sq. מִן ab incolis). Jes. VII, 16. Iob. XVIII, 4, de urbibus Jes. XXVII, 10. LXII, 12. Ez. XXXVI, 4. Sq. לְ relinqui alicui Jes. XVIII, 6.

Pu. i. q. Niph. *relinqui*, de urbe Jer. XLIX, 25, poët. de tumultu urbis ib. XXXII, 14.

עֲזוּבָה f. 1) *ruinae, rudera*, v. rad. no. 2, b. — 2) n. pr. mulierum (vidua) a) matris Josaphati 1 Reg. XXII, 42. b) uxoris Calebi 1 Par. II, 18. 19.

עִזָּבוֹן tantum in pl. עִזְבוֹנִים m. vc. rei mercatoriae proprium (ab hac rad. significatione: pacto pretio *commisit* alteri i. e. vendidit, nostr. jemandem *ablassen, überlassen* cf. dandi vcc. ad venditionem translata, ut נָתַן no. 1, cc vendidit, ἀποδίδομαι cf. p. 760 B. 761 B), inde 1) *locus mercatûs* (Markt), *nundinae.* Ez. XXVII, 19: *et Dan* (vel *Wedan*) *et Javan* מְאוּזָּל בְּעִזְבוֹנַיִךְ נָתָנוּ *netum in nundinis tuis vendebant.* Sed eodem hoc capite de eadem re tres praeter hanc structurae reperiuntur. Una est Comm. 16: בְּנֹפֶךְ אַרְגָּמָן וגו׳ נָתְנוּ בְּעִזְבוֹנָיִךְ *cum rubinis et purpura* cet. *vendebant in nundinis tuis* i. e. has merces allatas vendebant in n. t. Secunda Comm. 12: בְּכֶסֶף בַּרְזֶל בְּדִיל וְעוֹפֶרֶת נָתְנוּ עִזְבוֹנָיִךְ *argento, ferro, stanno, plumbo vendebant* in *nundinis tuis*, ubi בְּ ante עִזְבוֹנָיִךְ. Comm. 22. Tertia denique Comm. 14: סוּסִים .... נָתְנוּ עִזְבוֹנָיִךְ *equos ... vendebant* in *nundinis tuis.* Haud scio an variae hae locutiones, quae vix satis emendatae fuerint, in mercatorum sermone usitatae, et inde a propheta adoptatae fuerint. — 2) *quaestus* mercatura factus Ez. XXVII, 27. 33, cf. סַחַר.

עָזַז inf. עֲזוֹז fut. יָעֹז 1) act. *roboravit.* (Arab. عَزَّ fut. O. id. fut. I. A potens, honoratus fuit et factus est, it. vehemens, durus fuit, aeth. ዐዘዘ: roboravit et fortis fuit. Syr. ܥܙ i. q. hebr. ܥܘܙܐ vis, impetus). Sq. לְ *robur, praesidium dedit.* Eccl. VII, 19: הַחָכְמָה תָּעֹז לֶחָכָם מֵעֲשָׂרָה שַׁלִּיטִים וגו׳ *sapientia robur* s. praesidium *praebet sapienti prae decem ducibus, quae in urbe sunt* i. e. eum tutiorem praestat, quam decem duces possint. LXX. βοηθήσει. Cf. עֹז no. 2 et מָעוֹז. Significationem activam v. etiam in n. pr. עֲזַזְיָהוּ. — 2) *invaluit, validus, potens factus est.* Ps. IX, 20: *surge, Jova,* אַל־יָעֹז אֱנוֹשׁ *ne invalescant homines.* Dan. XI, 12: וְלֹא יָעוֹז *neque tamen potens erit*, potens manebit. De aqua Prov. VIII, 28: בַּעֲזוֹז עִינוֹת תְּהוֹם *quum invalescerent fontes maris* i. e. vehementer fluerent, aestuarent, cf. מַיִם עַזִּים s. v. עַז. (Syr. ܐܬܥܙܙ efferbuit, pro gr. ἐμβριμάομαι Joh. XI, 33. 38. Arab. عَزَّ explicant: „fluxit aqua" sc. vehementius). Sq. עַל: superavit robore et potentia. Iud. III, 10: וַתָּעָז יָדוֹ עַל כּוּשַׁן. VI, 2. — It. *praesidium habuit* (Schutz finden), tutus praestitus est, *tutus fuit.* Jes. XXX, 2: לָעוֹז בְּמָעוֹז פַּרְעֹה (6 codd. Kennic. לָעֹז) *ut tuti sint sub praesidio Pharaonis.* — 3) *validus, potens fuit* Ps. LXXXIX, 14, talem se praestitit Ps. LXVIII, 29: עֻזָּה אֱלֹהִים. LII, 9.

Hiph. הֵעֵז *obfirmavit* (cf. arab. عَزَّ durus fuit), addito פָּנִים obfirmavit faciem i. e. perfrictae frontis fuit. Prov. VII, 13 (ubi הֵעֵזָה pro הֵעֵזָּה gr. pag. 121), בְּפָנָיו id. XXI, 29.

עָזָז (potens) n. pr. viri 1 Par. V, 8.

עֲזִיזָא (syr. ܥܙܝܙܐ fortis, arab. عَزِيز, unde Ἄζιζος teste Juliano nomen Martis apud Syros) n. pr. viri Esr. X, 27.

עִזּוּז adj. *fortis, potens*, de Deo Ps. XXIV, 8, collect. *fortes* i. q. גִּבּוֹרִים milites Jes. XLIII, 17.

עַז f. עַזָּה adj. 1) *fortis, validus*, de leone Iud. XIV, 18 cf. 14, de hoste Ps. XVIII, 18, metaph. de amore Cant. VIII, 6; *potens* Ps. LIX, 4. Am. V, 9, de populo Num. XIII, 28. Jes. XXV, 3, rege Jes. XIX, 4, *vehemens*, de vento Exod. XIV, 21, de fluctibus Jes. XLIII, 16. Neh. IX, 11, de ira Gen. XLIX, 7. Prov. XXI, 14, de fame (עַזֵּי נֶפֶשׁ vehementis appetitus Jes. LVI, 11). Neutr. *validum, robustum* i. e. robur Gen. XLIX, 3. — 2) *firmus, munitus* Num. XXI, 24: terminus Ammonitarum erat *munitus.* — 3) *durus.* Pl. עַזּוֹת *dura* verba Prov. XVIII, 23. עַז פָּנִים perfrictae frontis, impudens Deut. XXVIII, 50. Dan. VIII, 23.

עֵז pl. עִזִּים f. 1) *capra.* (Syr. ܥܙܐ id. Phoen. ἄζα Steph. Byz. v. Ἄζωτος. Arab. عَنْز capra, etiam

rupicapra, it. caper, quod nonnulli non probant, sed etiam melit. ʿyns est caper, et nomen Punicum *tragii* teste Diosc. 4, 50 erat *ἀχοι-οσίμ* אַחֵי עִזִּים. Simile vc. habent linguae indogermanicae, sanscr. *aǵa* caper, *aǵâ* capra, goth. gáitsa, nostr. *Geis*, duriore forma *Gems* i. e. rupicapra, gr. *αἴξ*, Grimm deutsche Gr. III, 328. Aptam originem linguae Semiticae offerunt, modo in hac ipsa radice עזז subsistitur: עֵז enim, quod prius *caprum* quam *capram* significasse videtur, a fortitudine dictum est, pariter atque אַיִל et אֱיָל; neque vero a rigiditate ,,steifer Bock" [Böttch.], vel a tondendo et a vellere i. q. גֵּז [Redsl.], quod ovium et arietum, non hircorum et caprarum est. Ceterum in arab. عَنْز *Nun* originitus non radicale est, ut putabat Kimchius, sed ex littera geminata prognatum v. 833 B). Gen. XV, 9. XXX, 32. 33. XXXI, 38. XXXII, 15. Lev. III, 12. XVII, 3. XXII, 27. Num. XV, 27. Cant. IV, 1. VI, 5 al. גְּדִי עִזִּים hoedus caprinus Gen. XXVII, 9. Iud. VI, 19. XIII, 15. XV, 1. 1 Sam. XVI, 20, שְׂעִיר עִזִּים hircus caprarum Lev. IV, 23. IX, 3, adeoque f. שְׂעִירַת עִזִּים IV, 28. V, 6 capella caprarum (quod dicunt iccirco quod שָׂעִיר, שְׂעִירָה ambiguum erat, et de similibus bestis dici poterat, cf. nostr. Bock, Ziegenbock), שֵׂה עִזִּים pecus caprina (ein Stück Ziegenvieh, non pecus caprinum) Deut. XIV, 4. — 2) Plur. עִזִּים ellipt. *pili caprini*. Ex. XXVI, 7. XXXVI, 14. Num. XXXI, 20. כְּבִיר עִזִּים 1 Sam. XIX, 13.

עֵז chald. i. q. hebr. no. 1. Esr. VI, 17.

עֹז, raro **עוֹז** Prov. XXIV, 5. XXXI, 17, sq. Makk. עָז־ Jes. XXVI, 1, cum suff. עֻזִּי, עֻזְּךָ, עֻזֵּךְ, עֻזּוֹ, עֻזָּהּ, עֻזְּכֶם, rarius עָזִּי Exod. XV, 2. Jes. XII, 2, עָזְּךָ Exod. XV, 13. Ps. XXI, 2. LXXIV, 13, semel plene עוּזֵּנוּ LXXXI, 2 m. 1) *robur*, de hominibus Ps. XXIX, 11. Prov. XXIV, 5. XXXI, 17, brutis Iob. XLI, 14, de *potentia* Dei Iob. XII, 16. XXVI, 2. Ps. XXI, 2. 14. LXXIV, 13. LXXVIII, 26. Jes. XLV, 24 (inde זְרוֹעַ עָזְּךָ Ps. LXXXIX, 11, מַטֵּה עֻזְּךָ CX, 2); i. q. *vehementia*, ut pluviae Iob. XXXVII, 6, tonitru Ps. LXVIII, 34, irae XC, 11. בְּכָל־עֹז omni robore 2 Sam. VI, 14. Concr. *fortes*, *heroes* Iud. V, 21 (cf. עִזּוּז Jes. XLIII, 17). — 2) *firmitas*. מִגְדַּל עֹז turris firma i. e. munita Iud. IX, 51. Ps. LXI, 4, עִיר עֹז Jes. XXVI, 1, קִרְיַת עֹז Prov. XVIII, 19 urbs firma. (Apud Poenos multa sunt nomm. pr. urbium, quae ab *Uz*, *Us* i. e. עֹז ordiantur, ut *Uzagada, Uzita, Uzippara, Usilla, Ussara*, v. monumm. phoen. p. 429). Ps. XXX, 8: הֶעֱמַדְתָּה לְהַרְרִי עֹז *dederas monti meo firmitatem* i. e. me securum praestiteras. Inde a) *praesidium*, *tutela*. Ps. XXVIII, 8: יְהוָֹה עֹז לָמוֹ *Jova iis est praesidio*. XLVI, 2. LXII, 8. LXXXIV, 6. CXL, 8. Jes. XLIX, 5. Jer. XVI, 19: עֻזִּי וּמָעֻזִּי וּמְנוּסִי. — מַצְּבוֹת עֻזֵּךְ statuae idolorum, quorum praesidio confidis Ez. XXVI, 11. In malam partem: *durities*, inde עֹז פָּנִים facies obfirmata i. e. proterva Eccl. VIII, 1. גְּאוֹן עֻזָּהּ superbia eius (Aegypti) proterva Ez. XXX, 6. 18. XXXIII, 28 (sed גְּאוֹן עֻזְּכֶם XXIV, 21 concr. id quo superbitis firmiter i. e. fidenter, de sacrario). — 3) *splendor*, *maiestas*, quippe quae cum potentia coniunctae sint. (Arab. عِزّ gloria). Ps. XCVI, 6: עֹז וְתִפְאֶרֶת בְּמִקְדָּשׁוֹ. Jes. LI, 9: עוּרִי לִבְשִׁי עֹז. LII, 1. Prov. XXXI, 25. Hab. III, 4. Ps. CXXXII, 8: אֲרוֹן עֻזֶּךָ *arca* sedes *maiestatis tuae* (i. q. אֲרוֹן כְּבוֹד יְיָ), de arca foederis. 2 Par. VI, 41, et ellipt. de eadem עֹז Ps. LXXVIII, 61 cf. 1 Sam. IV, 21. 22. Inde 4) *gloria*, *laus* Ps. VIII, 3: מִפִּי עֹלְלִים ... יִסַּדְתָּ עֹז. XXIX, 1: הָבוּ לַיהוָֹה כָּבוֹד וָעֹז. Exod. XV, 2: זִמְרָת וְעָזִּי יָהּ Ps. LXVIII, 35. XCIX, 4, כְּלֵי עֹז instrumenta laudis i. e. musica in Deo laudando adhibita. 2 Par. XXX, 21.

עֻזָּא (robur) n. pr. virorum 1) 2 Sam. VI, 3, pro quo Comm. 6. 7 עֻזָּה. 2) 1 Par. VIII, 7. 3) Esr. II, 49. Neh. VII, 51.

עַזָּה (valida, munita, q. d. Valentia) n. pr. *Γάζα*, *Gaza*, una ex quinque Philistaeorum urbibus Deut. II, 23. Jos. XI, 22. Iud. XVI, 1. 21. 1 Sam. VI, 17. 2 Reg. XVIII, 8. Jer. XXV, 20. Am. I, 6. 7. Zeph. II, 4, eaque regia Zach. IX, 5, in australibus Palaestinae finibus (Gen. X, 19. 1 Reg. IV, 24) haud procul (viginti stadiis Arrian. Alex. 2, 26) a mari dissita, cum portu *Maiuma* (*ὁ Μαιούμας*) dicto. Judaeorum tribui sorte assignata erat Jos. XV, 47, et teste Iud. I, 18 ab his expugnata: sed a Philistaeis eam mox recuperatam esse certum est, quum nunquam non in Philistaearum urbium numero compareat. Jeremiae aetate ab Aegyptiis (prob. a Nechaone post pugnam ad Megidduntem Herod. 3, 5, v. Hitzig de Kadyti, urbe Herodotea, Gottingae 1829. §. 4. 7. 8) expugnata est Jer. XLVII, 1, iterum ab Alexandro post quinque mensium obsidionem (Curt. 4, 6. Arrian. Alex. 2, 26. Plut. Alex. 25), ab Alexandro Jannaeo vastata (Jos. Archaeol. 13, 13, 3) sed a Gabinio restituta (ib. 14, 5. 3), quanquam Act. VIII, 26 (cf. Strab. 16 p. 759) *ἔρημος* appellatur. Frequens eius mentio est apud scriptores graecos, in quibus Plutarchus l. c. eam *τῆς Συρίας μεγίστην πόλιν*, Arrian. l. c. magnam urbem appellat, in loco edito sitam et munitam: eandem eam esse, quam Herodotus (3, 5. 2, 159) *Κάδυτιν* appellet, ,,urbem Sardibus haud minorem" probabiliter docuit Hitzigius l. c., a quo (§. 5) Plutarchi locum modo laudatum neglectum esse miror. Ceterum forma *Κάδυτις* mihi ex *Gadsa*, *Gadᵉsa* litteris induratis orta esse videtur, arguuntque quum alia tum in hoc ipso loco confusio urbium *Μάγδολος* et Megiddo, mediocrem fuisse Herodoti in his rebus *ἀκριβείαν*. Hodieque Gaza antiquum nomen (غَزَّة) retinuit et oppidum est haud ita parvum in regione fertili situm, v. Volney Reise II, 252. In historia eius narranda multus est Relandus in Palaestina p. 788—800. — N. gent. est עַזָּתִי Jos. XIII, 3. Iud. XVI, 2.

מָעוֹז (paene ubique plene, fortasse quia librariis obversabatur rad. עוז). Kamez puro, ut in מָגֵן, מָנֹחַ, cstr. מָעוֹז, c. suff. מָעֻזִּי Jes. XXVII, 5, מָעֻזָּם Ps. XXXVII, 39, pl. מָעֻזִּים Dan. XI, 38. 39, sed saepius plene מָעוּזִּי Ps. XXXI, 5, pl. cstr. מָעוּזֵי Dan. XI, 19 (ubi plerique omisso dag. מָעוּזִי) pl. c. suff. מָעֻזְנֶיהָ (nonnulli codd. מעוזניה, nullus quod sciam sine Nun) Jes. XXIII, 11, de qua forma redi ad rad. דָּלַל p. 340, m. *munimentum*, *locus munitus* Iud. VI, 26. Dan. XI, 7. 10. 19. 31. עָרֵי מָעֻזּוֹ Jes. XVII, 9. מָעוֹז הַיָּם munimentum maris, de Tyro Jes. XXIII, 4 cf. 14, מָעוֹז מִצְרַיִם munimentum s. propugnaculum Aegypti, de Pelusio Ez. XXX, 15. אֱלֹהַּ מָעֻזִּים deus munimentorum, idolum gentilium ab Antiocho Epiphane studiose cultum, idque tamen recens in Syriam invectum Dan. XI, 38 (cf. 37), prob. Jupiter Capitolinus, cui post victoriam sacra facere solebant, cuique Antiochus Antiochiae templum parabat (Liv. XLI, 20), aliis Jupiter Olympius (coll. 2 Macc. VI, 2 et Liv. l. c.). Saepe translate Jes. XXX, 3. Prov. X, 29: מָעוֹז לַתֹּם דֶּרֶךְ יְיָ. Ps. LX, 9: אֶפְרַיִם מָעוֹז רֹאשִׁי *Ephraim est munimentum capitis mei* i. e. galea mea CVIII, 9. Maxime de Jova Ps. XXVII, 1: יְהוָה מָעוֹז חַיַּי *Jova est munimentum* s. propugnaculum *vitae meae*. XXXI, 5: כִּי אַתָּה מָעֻזִּי. XXXVII, 39. XLIII, 2. LII, 9. Jes. XXV, 4. Joël IV, 16. Nah. I, 7. (In nomm. pr. Poenorum plura sunt, quae a *Muz*, *Mus* i. e. מָעֹז ordiantur, ut *Mus*ulubium מעוז הלבים munimentum Libyum, v. monumm. Phoen. p. 417. Cf. ad עֹז).

עֻזִּיָּהוּ (quem Jehova corroboravit) n. pr. virorum 1) 1 Paral. XXVII, 20. 2) XV, 21. 3) 2 Paral. XXXI, 13.

עֻזִּי (decurtatum ex עֻזִּיָּה) n. pr. virorum 1) 1 Par. V, 31. VI, 36. Esr. VII, 4. 2) 1 Par. VII, 2. 3) IX, 8. 4) VII, 7. 5) Neh. XI, 22. 6) XII, 19. 42.

עֻזִּיאֵל v. יַעֲזִיאֵל.

עֻזִּיאֵל (potentia Dei) n. pr. virorum 1) Ex. VI, 18. Num. III, 19. 2) 1 Paral. IV, 42. 3) VII, 7. 4) XXV, 4. 5) 2 Par. XXIX, 14. 6) Neh. III, 8. Patron. no. 1 est

עָזִּיאֵלִי Num. III, 27.

עֻזִּיָּה et **עֻזִּיָּהוּ**, in codd. passim עוזיה (potentia Jovae) n. pr. LXX. Ὀζίας, Vulg. *Ozias*, quod gerunt 1) rex Judae, Amaziae filius, Jothami pater, Hoseae et Amosi prophetarum aequalis (Hos. I, 1. Am. I, 1), post 52 annorum (811—759 a. Chr.) imperium in nosocomio, in quo propter lepram inclusus erat, mortuus. 2 Reg. XV, (13) 30. 32. 34. 2 Par. XXVI, 1. 3. 8. 9. 11. 14. 18. 19. 21—23. XXVII, 2. Jes. I, 1. Hos. et Am. ll. cc. Zach. XIV, 5. Sed in altero libro Regum octo novemve locis continuis XIV, 21. XV, 1. 6. 7. 8. 17. 23. 27 (addendus enim locus XV, 13, ubi paene 60 codd. Kenn. et Rossii habent עזריה) pro eo legitur עֲזַרְיָה et עֲזַרְיָהוּ LXX. Ἀζαρίας, Vulg. *Azarias*. Quum ex contextu manifestum sit, nullo modo duo eiusdem regis nomina ibi cogitari posse, sed omne hoc discrimen ex antiquo librariorum עזיה et עזריה confundentium (v. infra no. 3) errore profectum esse, iam veteres interpretes, ut sibi constaret rerum gestarum memoria, omnibus locis idem nomen reponendum esse existimarunt: idque LXX ita instituerunt, ut ubique (etiam XV, 13. 30. 32. 34) scriberent Ἀζαρίας, quum contra Peschito cum Arabe ubique (ex Paralipp.) scribant ܥܘܙܝܐ, عوزيا. Et hi quidem recte. Namque scripturam עֻזִּיָּה concors quinque diversorum V. T. librorum (Am. Hos. Jes. Zach. Parall.) auctoritas tuetur: a qua postquam semel aberraverat librarius in altero libro Regum (XV, 1) pro עזיה scribens עזריה (quod usitatius est nomen), non poterat non in hoc errore per omnem de Usia narrationem perseverare: commata enim 30. 32. 34, quae ad sequentium regum narrationem pertinent, eius aciem (si qua erat) facile effugere poterant. Paralipomenon auctor vel in eo quo usus est codice libri Regum veterem incorruptamque scripturam reperit vel eam restituit, Alexandrino contra scriptura iamiam corrupta ob oculos erat, quam, ut sibi constaret narratio, etiam in tres quattuorve reliquos locos introduxit. Praeterea alii viri 2) 1 Par. XXVII, 25. 3) 1 Par. VI, 9, pro quo Comm. 21 עֲזַרְיָה. 4) Esr. X, 21. 5) Neh. XI, 4.

עַזְבּוּק (ex עַז et בּוּק vastatio?) n. pr. viri Neh. III, 16.

עַזְגָּד (valens fortunâ) n. pr. viri Esr. II, 12. VIII, 12. Neh. VII, 17. X, 16.

עַזְמָוֶת (fortis instar mortis? Cant. VIII, 6) n. pr. virorum 1) unius ex tribunis Davidis 2 Sam. XXIII, 31. 2) 1 Par. XXVII, 25. — De בֵּית עַזְמָוֶת vide p. 195.

* * *

עָזְנִיָּה f. Lev. XI, 13. Deut. XIV, 12 *aquilae species*, LXX. ἁλιαίετος. Vulg. *aquila marina*, sed Gr. Venet. γύψ, quae ex coniectura fluxerunt. Hebraei interpretes, quos sequitur Bochartus Hieroz. II, 774 Lips., Nun radicale esse negant in hac voce, quam ad rad. עזז revocant pro עַזִּיָּה i. e. avis *valida*, Onk. עַזְיָא, Vers. Sam. עוזה: et hactenus quidem non male (vide p. 340 et in hac ipsa rad. מָעֻזְנֶיהָ pro מָעֻזֶּיהָ Jes. XXIII, 11): id modo absonum quod non pauci *gryphum*, avem fabulosam, intelligunt, quae in Talmude עוז appellatur, et rectius Bochartus l. c. *aquilam nigram* s. *Valeriam* interpretatur, quam „minimam magnitudine, *viribus* praecipuam" (unde Valeria a valendo) dicunt Plinius 10, 3 et Aristot. hist. anim. 9, 32. In prioribus editt. cum Jo. Simoni conferebam الغُزّ i. e. aquila vel avis ei similis Gigg. et Cast., sed in Kamuso impresso (p. 1786) legitur الغرن (per Re) „avis, vel aquila vel alia ei similis",

cui quidem auctoritati cedendum et ab illa voce adhibenda abstinendum est.

עָזַל verbum inusit. Arab. عزل I. II. IV. removit, semovit, dimovit, velut de munere sq. عن, it. seorsum posuit aliquid. VIII. separavit se, de matrimonio. Vide de hac rad. Bochart. in Hieroz. I p. 750 Lips. Inde fortasse (v. infra no. 4)

עֲזָאזֵל dubiae interpretationis voc., nonnisi in lege de festo expiationis Levit. XVI obvium, ubi legitur Comm. 8: *Aaron sortes iaciet super duos hircos, sortem unam Jovae et sortem unam* לַעֲזָאזֵל *Azazeli.* Comm. 10: *et hircus, in quem ceciderit sors* לַעֲזָאזֵל *Azazeli, stabit vivus coram Jova, ut per eum fiat propitiatio et mittatur* לַעֲזָאזֵל *Azazeli in desertum.* Comm. 26: *et qui miserit hircum* לַעֲזָאזֵל *ad Azazelem, lavabit vestes suas* cet., de quo quattuor potissimum sunt interpretum opiniones. Alii enim 1) עֲזָאזֵל ipsius *hirci* in desertum *missi* nomen esse volunt. Ita Symm. *τράγος ἀπερχόμενος*. Aqu. *τράγος ἀπολελυμένος*. Vulg. *hircus emissarius* (Luth. der *ledige* Bock), neque tamen Alex. (nam *τῷ Ἀποπομπαίῳ* Comm. 8 minime cum Theodoreto et Cyrillo explicandum est *τῷ ἀποπεμπομένῳ*, v. infra no. 4) et Mischna Joma 4, 2. 6, 1. 2, ubi hic hircus appellatur quidem שְׂעִיר הַשִׁתּלֵח *hircus emissus*, sed non quasi ita explicaverint עזאזל, sed quoniam ipse legislator verbo שִׁלַּח in hac lege constanter usus est Comm. 10. 22. 26. Muniunt interpretationem etymo, עזאזל compositum putantes ex עֵז capra et אזל abiit. Sed עזאזל, *cui* vel *ad quem* hircus mittitur, Comm. 10. 26 tam aperte ab hirco misso discernitur, ut aliis argumentis ad hanc opinionem diluendam opus non sit. Quod omnes urgere solent, עֵז capram significare, non hircum, non ita certum est, v. supra h. v. — Non pauci 2) עֲזָאזֵל *locum* esse existimant, *in quem* hircus expulsus sit. Ita Pseudojon. V. 10 extr. Saad. et Arabs Erp. لجبل عزاز *in montem durum* s. *asperum.* Aben Esra: אמר הגאון כי עזאזל שם הר ונקרא כן (עזאזל בעבור שהיה חקיף כי טעם זכר השם כטעם הררי אל igitur conflatum putabat ex عزاز עזאז locus durus, asper et אל coll. Ps. XXXVI, 7). Jarchi: הר עז וקשה צוק גבוה (cf. Mischna Joma 6 §. 6). E recentioribus Bochartus (Hieroz. I, 749 sqq.) in eandem sententiam עזאזל arab. عزازل pluralem fractum esse suspicabatur, qui *separationes, recessus, secessus, ἀναχωρήσεις* significaret a rad. عزل removit, semovit, seorsum posuit, approbante Hackmanno (praecid. sacr. I, 232—275), quanquam hic עזאזל ad analogiam coniugationis Arabum duodecimae افعوعل revocare malebat. Non ineptum hoc, sed etiam huic opinioni obstat contextus. Quis enim ferat tautologiam, qualis haec est Comm. 10: לְשַׁלַּח אֹתוֹ לַעֲזָאזֵל הַמִּדְבָּרָה *ad eum mittendum locis desertis in desertum?* — 3) Tertia sententia est eorum, qui *daemonem*, spec. *cacodaemonem* ea voce indicari volunt, ad quem propitiandum placandumve hircus in desertum missus sit. Sic e Rabbinis *Menahem*, qui *Azazel* unum ex quattuor daemonum antesignanis fuisse scribit, quorum nomina sint *Sammaël, Azazel, Azaël, Machazeel.* In Pirke Elieser c. 46 traditur, Azazelem, cui hircus die propitiationum mittatur, eundem daemonem esse atque Sammaëlem, cf. Eisenmenger entd. Judenthum II, 157. Sohar in Genes. II apud Capellum, Opp. posth. p. 309. In libro Henochi *Azazel* (አዛዝኤል፡), non *Azazyel*, est in antesignanis daemonum, quorum doctrina et impulsu terra corrupta sit (VIII, 1. X, 12. XIII, 1 sqq. XV, 9): in Graecis idem *Ἀζαλζήλ* appellatur (Fabricii cod. pseudepigr. I p. 182. 183), mox *Ἀζαήλ* (sed hoc per confusionem cum Azaële, qui alius ab illo est); in cod. Nasar. 1, 240 ܥܙܐܙܝܠ daemonis nomen est alias Barbag dicti. Idem nomen *Ἀζαζήλ* Gnosticis vel Satanam vel alium daemonem significabat Epiph. haer. 34, quocirca Origenes (c. Cels. 6 p. 305 Spenc.) nil dubitabat, quin Levitici loco *diabolus* intelligendus sit. A Judaeis et Christianis idem ad Arabes (عزازيل) transiit (v. Relandum de rel. Mohammed. p. 189. Meninski h. v., vitiose enim apud Golium p. 317 legitur عرازيل): adeoque in recentioribus libris magicis Azazel et Azaël inter daemones censentur, qui elementis praesint. E recentioribus eam sententiam copiose exornavit Spencerus, de legibus Hebraeorum ritualibus lib. III, diss. 8 p. 1039—85, assentientibus Rosenm. ad Levit. l. c. Ammon bibl. Theol. I, 360. von Cölln bibl. Theol. I, 199. Hengstenb. Christol. I, 1 pag. 36. Nec deerant argumenta, quae hanc similemque rationem suaderent. Nam a) vi oppositi (לעזאזל, ליהוה) exspectatur persona, eaque talis, quae Jovae apte opponatur et contraria sit; b) in desertis, quorsum abigitur hircus Asaseli consecratus, propria daemonum sedes esse putabatur (v. Jes. XIII, 21. XXXIV, 13. 14. Alex. Bar. IV, 35. Tob. VIII, 3. Mt. XII, 43. Apoc. XVIII, 2. Maimonid. Neboch. 3, 30); c) potest ista ratio etiam apto etymo firmari; non eo quidem, quod proposuit Spencerus, ut עזאזל sit i. q. עַז אָזַל *fortis abiens* s. fugiens, sed eo, quod iam veteres nonnulli innuerunt עזואל (עֲזָאֵל, עֲזָזְאֵל) scribentes pro עזאזל, ut Pesch. ܥܙܐܙܝܠ, Cod. primus Kennic. עזאזאל, Zabii ܥܙܐܙܝܠ, Arabes عزازيل: nimirum *fortitudo Dei* (cf. *Gabriel*), si angelum bonum dein lapsum cogitas, vel *adortus est, infestavit Deum* (עָזַז act. cf. שָׁדַד, חָקַק), *proterve egit erga Deum*, cf. עַז פָּנִים. Contra displicebat in hac sententia, quod in libris V. T. antiquioribus diserta doctrinae de geniis malis vestigia desiderantur: quanquam hic scrupulus non talis est quin eximi possit (v. no. 4 extr.). — Ex recentissimis non pauci 4) עֲזָאזֵל nomen abstr. censuerunt pro עֲזַלְזֵל (v. Ew. gr. p. 243 cf. Lgb. p. 869) a rad. عزل removit (v. supra), quod significet *remotionem*, pr. *remotionem totalem* (sit venia verbo), „gänzliche Hinwegschaffung" (Tholuck app. ad epist. ad Hebr. p. 80. Wineri Realwb. II, 767. Bähr Symbolik d. Mos.

Cultus II, 668). De origine vocis eandem sententiam dixerat Ewaldus l. c., nisi quod עזאזל (pro עֲזַלְזֵל) explicaret: *separatum*, *abominandum*, dein *impurum, profanum* i. e. *peccatum* „das Unreine, Unheilige (i. e. das Getrennte, Verabscheute, vgl. عزل), die Sünde"; linguae usum non magis reputans quam loci biblici contextum. *Separatum* enim et *sepositum* non simul *abominabile* est, et quid sibi velit haec sententia: hircum peccatis onustum missum esse לעזאזל *ad peccatum*, difficile est dictu. Ut ad illos redeamus, qui *remotionem totalem* (sc. peccatorum ab hirco asportatorum, v. Bährium l. c. p. 682) interpretantur, etiam in hac ratione nescio quid frigidi est et ieiuni et vix credibile, vocabulum istud singulare et in suo genere unicum non aliud significare quam rem obviam, cui exprimendae lingua Hebraea magnam synonymorum copiam suppeditabat, qualis est *remotio, asportatio* (הָסִיר, הֵשִׁיב, בִּעֵר): imo totius contextus ratio et dativi sibi contrarii ליהוה, לעזאזל *personam* tantum non flagitant. Atque talem intellexit iam Alexandrinus interpres, cuius interpretatio modo recte accepta et cum illo etymo et cum traditione exegetica de *daemone* (v. no. 3) bene conciliari potest. Reddit is לעזאזל Comm. 8: τῷ Ἀποπομπαίῳ i. e. τῷ Ἀποτροπαίῳ, Ἀλεξικάκῳ, *Averrunco*, Comm. 10: εἰς τὴν ἀποπομπήν i. e. ἀποτροπήν i. e. ad averruncationem (malorum, poenarum divinarum). Pollux 5, 26: οἱ δὲ δαίμονες οἱ μὲν λύοντες τὰς ἀρὰς ἀλεξίκακοι λέγονται, ἀποπομπαῖοι, ἀποτρόπαιοι, λύσιοι, φύξιοι, quorum in numero Herculem censebant et Apollinem et Dioscuros, omniumque principem Jovem. Suid. ἀποπομπή· ἀντὶ τοῦ ἀποτροπή. Harpocr. ἀποπομπάς· ἀποτροπάς, Ἰσοκράτης Φιλίππῳ. Ita etiam Josephus Ant. 3, 10 §. 3: προσάγουσι δὲ δύο πρὸς τούτοις ἐρίφους, ὧν ὁ μὲν ζῶν εἰς τὴν ὑπερόριον ἐρημίαν πέμπεται, ἀποτροπιασμὸς καὶ παραίτησις τοῦ πλήθους παντὸς ὑπὲρ ἁμαρτημάτων ἐσόμενος, et Iulianus, quem frustra refellere studet Cyrill. c. Iulian. lib. IX. Cf. Suicer. thes. eccles. I pag. 468. Atqui ex duabus illis interpretationibus, ἀποπομπαῖος Comm. 8 et ἀποπομπή Comm. 10, equidem priorem vel iccirco optaverim, quod forma עֲזָאזֵל pro עֲזַלְזֵל concreto magis convenit quam abstracto, atque suspicor, *Asaselem* i. e. Ἀποπομπαῖον pr. deum fuisse *Averruncum*, qui illo ritu vetustissimo et haud scio an primitus gentili placabatur, ut mala peccatis promerita a populo averruncaret; id vero nomen dein, quum gentilitatis vestigia in Hebraismo offensioni esse et deleri coepissent, ut alia idolorum nomina, ad *daemonem* translatum esse. Atque similem sententiam iam Cyrilli aetate fovebant nonnulli, contra quos hic acriter disputat in epistola ad Acacium περὶ τοῦ ἀποπομπαίου (Opp. Tom. II p. 121). Ex eo enim quod in Graeca Versione legerant, in duos hircos iactas fuisse sortes, unam Domino, alteram τῷ ἀποπομπαίῳ, colligebant, ex duobus hircis unum quidem Deo ad sacrificium, τὸν γε μὴν ἕτερον ἀποπομπαίῳ τινὶ καὶ πονηρῷ καὶ ἀκαθάρτῳ δαίμονι πεμφθῆναι κατὰ τὴν ἔρημον. — Ceterum legantur prae ceteris BOCHARTUS Hieroz. I, p. 745—758 et SPENCERUS de legib. Hebraeorum ritualibus lib. III. diss. VIII p. 1039—1085 Tubing.

עָזַן rad. incerta, v. עָזְנִיָּה *aquilae* species s. rad. עָזַז.

עָזַק tantummodo in Pi. עִזֵּק *terram rastro fodit, subegit* Jes. V, 2, ubi Saad. retinuit arab. عزق fidit terram, unde مِعْزَق et مِعْزَقَة ligo, rastrum, instrumentum securi (قَدُوم) simile, quo terra finditur. Melit. ʿ*azak* terram fidit, fodit. A vicina insculpendi potestate est

עִזְקָא chald. *annulus signatorius* Dan. VI, 18. In Targg. persaepe pro חוֹתָם et טַבַּעַת. Syr. ܥܶܙܩܬܳܐ id.

עֲזֵקָה (ager rastro fossus, novellatus) n. pr. oppidi in regione campestri tribus Judae Jos. X, 10. XV, 35. 1 Sam. XVII, 1. Neh. XI, 30. Jer. XXXIV, 7. Euseb. v. Ἀζηκά· καλεῖται καὶ νῦν Ἐζηκα κώμη ἀνάμεσον Ἐλευθεροπόλεως καὶ Αἰλίας. Cf. Relandi Palaestina p. 603.

עָזַר fut. יַעֲזֹר et יַעְזֹר 1) pr. *cinxit, circumvallavit,* inde tuitus est. (Cogn. radd. sunt חָצַר no. 1, עָצַר, adeoque גָּדַר). Inde עֲזָרָה atrium. — 2) *iuvit, adiuvit, auxiliatus est.* (Arab. عزر, syr. ܥܕܰܪ id. non ܥܙܰܪ, ut habent Simonis et Winerus). Cstr. absol. Jes. XXX, 7, sq. acc. pers. 1 Sam. VII, 12. Jes. XLI, 10. 13. 14. XLIX, 8. Ps. XXXVII, 40. LXXXIX, 9. CIX, 26. CXVIII, 13 cet., sq. לְ 2 Sam. VIII, 5. XXII, 17, max. in recentioribus libris 1 Par. XVIII, 5. XXI, 17. 2 Paral. XIX, 2. XXVI, 13. XXVIII, 16. Iob. XXVI, 2. Jes. L, 7. 9, sq. עִם (nostr. *bey*stehen) 1 Par. XII, 21, sq. אַחֲרֵי 1 Reg. I, 7: וַיַּעְזְרוּ אַחֲרֵי אֲדֹנִיָּה *adiuverunt secuti partes Adoniae,* it. sq. לְ rei, *adiuvit ad* aliquid, Zach. I, 16: עָזְרוּ לְרָעָה. 2 Par. XX, 23: עָזְרוּ אִישׁ בְּרֵעֵהוּ לְמַשְׁחִית. — Part. עֹזֵר *adiutor,* saepe in his locutionibus: הָיָה עֹזֵר לְ Ps. XXX, 11, אֵין עֹזֵר לוֹ 2 Reg. XIV, 26. Ps. LXXII, 12. Iob. XXIX, 12, אֵין עֹזֵר Ps. XXII, 12. Jes. LXIII, 5. עֹזְרֵי מִלְחָמָה socii in bello 1 Par. XII, 1 cf. 1 Reg. XX, 16. Part. pass. עָזוּר Jes. XXXI, 3. Dicitur tum de auxilio, quod quis praestat misero et derelicto Iob. XXVI, 2. XXIX, 12 max. Deus hominibus, tum de auxilio sociorum in bello 1 Reg. XX, 16.

Niph. adiutus est Ps. XXVIII, 7, max. a Deo, 2 Par. XXVI, 15. 1 Par. V, 20: וַיֵּעָזְרוּ עֲלֵיהֶם *et adiuti sunt contra eos,* h. e. Deus iis victoriam dedit. Dan. XI, 34. Arabes similiter dicunt: انتصر adiutus est (a Deo) h. e. vicit. Cor. 3, 107. 54, 44.

Hiph. i. q. Kal. Part. (formae aramaeae) pl. מַעְזְרִים 2 Par. XXVIII, 23, inf. לַעְזִיר 2 Sam. XVIII, 3 Chethibh.

עֵזֶר c. suff. עֶזְרִי m. 1) *auxilium* Jes. XXX, 5. Sq. genit. auxilium alic. est auxilium alicui praestitum vel praestandum, ut עֶזְרִי Ps. CXXI, 1. 2, עֶזְרֵנוּ CXXIV, 8, עֶזְרֶךָ Deut. XXXIII, 26. Ps. XX, 3. Hos. XIII, 9. מָגֵן עֶזְרֶךָ clypeus auxilii tui (Israël), de Jova Deut. XXXIII, 26. Saepe concr. de *auxiliatore*, *adiutore* Ps. XXXIII, 20: עֶזְרֵנוּ וּמָגִנֵּנוּ הוּא. LXX, 6. CXV, 9—11. CXLVI, 5, *adiutrice* Gen. II, 18. 20. הָיָה עֵזֶר מִן auxilio est ab (hoste) Deut. XXXIII, 7. — 2) n. pr. virorum a) 1 Par. IV, 4, pro quo עֶזְרָה V. 17. b) XII, 9. c) Neh. III, 19.

עֵזֶר (auxilium) n. pr. virorum 1) Neh. XII, 42. 2) 1 Par. VII, 21.

עַזֻּר et **עַזּוּר** (adiutor) n. pr. virorum 1) Jer. XXVIII, 1. 2) Ez. XI, 1. 3) Neh. X, 18.

עֶזְרָא (auxilium) n. pr. gr. Ἐσδρᾶς, quod gesserunt a) sacerdos et γραμματεύς nobilissimus, Serajae filius, ex familia Eleasari, Aharonis filii, qui septimo Artaxerxis Longimani anno (458 a. Chr.) Judaeorum coloniam ex Babylonia Hierosolymam duxit Esr. VII, 1 sqq. 10—12. 21. 25. X, 1 sqq. Neh. VIII, 1 sqq. XII, 26. 36. — b) alius sacerdos, qui cum prima colonia a Serubabele ducta redierat Neh. XII, 1. 13, licet essent, qui hunc eundem putarent atque no. 1. Vide Cler. ad Esr. VII, 1 et contra Schirmeri diss. ad Esr. II. p. 15. c) Neh. XII, 33 cf. 36.

עֶזְרָה f. 1) *auxilium*. לְעֶזְרָה *ad auxilium* vel praestandum Jer. XXXVII, 7 vel quaerendum Jes. X, 3. XXXI, 1. Sq. genit. eius, cui auxilium praestatur Iud. V, 23. Iob. VI, 13. XXXI, 21. Ps. XXII, 20: לְעֶזְרָתִי חוּשָׁה. XXXVIII, 23. XL, 14. LXX, 2. LXXI, 12, et eius qui praestat Jes. XXXI, 2. Concr. *auxiliator* Ps. XXVII, 9. XL, 18, *auxiliatores* Nah. III, 9. Cum He parag. עֶזְרָתָה Ps. XLIV, 27. — 2) n. pr. v. עֵזֶר 2, a.

עֶזְרָת f. i. q. עֶזְרָה Ps. LX, 13. CVIII, 13.

עֲזָרָה f. 1) recentioris Hebraismi vc. pro antiquiore חָצֵר *atrium* (templi) 2 Par. IV, 9. VI, 13 ab עָזַר no. 1. (Saepe in Targg., arab. transp. عَرْصَة id.). — 2) *crepido* (altaris), *Absatz*, *Terrasse* Ez. XLIII, 14. 17. 20. XLV, 19.

עֶזְרִי (pro עֶזְרִיָּה auxilium Jovae) n. pr. viri 1 Par. XXVII, 26.

עֲזַרְאֵל (quem *Deus adiuvit*, nostr. *Gotthelf*) n. pr. virorum 1) 1 Par. XII, 6. 2) XXV, 18. 3) XXVII, 22. 4) Neh. XI, 13. XII, 36. 5) Esr. X, 41.

עֲזַרְיָה (quem *Jehova adiuvit*) et **עֲזַרְיָהוּ** n. pr. virorum gr. Ἀζαρίας, quod gerunt 1) rex Judae, proprie עֻזִּיָּה dictus, licet ex vetere librariorum errore, v. עֻזִּיָּה s. v. עָזַז p. 10. 11. — 2) unus ex sociis Danielis Dan. I, 6. 7. 11. — 3) multi alii, his locis 1 Reg. IV, 2. 5. 1 Par. II, 8. 38. 39. III, 12. V, 35. 36. 37. 39. 40. VI, 21. IX, 11. 2 Par. XV, 1. XXI, 2. XXII, 6. XXIII, 1. XXVI, 17. 20. XXVIII, 12. XXIX, 12. XXXI, 10. 13. Jer. XLIII, 2. Esr. VII, 1. 3. Neh. III, 23. 24. VII, 7. VIII, 7. X, 3. XII, 33.

עַזְרִיאֵל (auxilium Dei, cf. n. pr. punicum *Hasdrubal* i. e. עֶזְרוֹ בַּעַל) n. pr. virorum, gr. Ἀζαριήλ 1) 1 Par. V, 24. 2) XXVII, 19. 3) Jer. XXXVI, 26.

עַזְרִיקָם (auxilium contra hostem) n. pr. virorum 1) 1 Par. III, 23. 2) VIII, 38. IX, 44. 3) IX, 14. 4) 2 Par. XXVIII, 7.

יַעְזֵר, plene **יַעְזֵיר** (1 Par. VI, 66. XXVI, 31) n. pr. oppidi Gileaditidis 2 Sam. XXIV, 5, quod Amoritis ereptum (Num. XXI, 32) Gaditis tributum est Num. XXXII, 3. 35. Jos. XIII, 25, dein Levitis assignatum Jos. XXI, 37. 1 Par. VI, 66 (81), sed Jesaiae et Jeremiae tempore Moabitis cesserat Jes. XVI, 8. 9. Jer. XLVIII, 32. Situm erat in regione pascuis vineisque ferace (Num. XXXII, 3. Jes. l. c.), quae אֶרֶץ יַעְזֵר appellatur Num. XXXII, 1. Dubium est יָם יַעְזֵר *mare Jaëser* Jer. l. c., quum (teste Seetzenio, Leghio) lacus in illa regione hodie saltem non exstet, stagna autem vix יָם vocari possent (v. quae observavimus ad Jes. l. c.). De oppidi situ Euseb. in Onom. Ἰαζήρ, πόλις τοῦ Ἀμοῤῥαίου ἀπὸ ί σημείου Φιλαδελφίας πρὸς δυσμὰς .... διέστηκε δὲ τῆς Ἐσσεβὼν σημείοις ιέ καὶ φέρεται ἐπ' αὐτῆς ποταμὸς μέγιστος (?) ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην ἐκπίπτων. Hodieque ruinas *Szyr* dictas et rivum *Wady Szyr* memorant Seetzen (Zach XVIII, 429. 430) et Burckhardt (itin. Syriae p. 622). Apud Josephum locus appellatur Ἰάζωρος Ant. 12, 8, 1, Ptolem. 5, 16 Γάζωρος (nisi legendum Ἰάζωρος).

עַזָּתִי v. עַזָּה rad. עָזַז.

עֵט *stilus*, v. rad. עוּט.

עֵטָא chald. *consilium*, v. rad. יְעַט.

עָטָה 1) *texit*. (Arab. غطا *texit*, max. tenebris, sq. على. Conj. II. id. Conj. I. IV. intrans. tenebris tecta, obscura fuit nox. In Abulf. Ann. II, p. 202, ut hoc obiter observem, pro عن reponendum existimo على, h. m. غطى ابن السكيت على ابنيه tenebris texit Ibn es-Sekit filios eius i. e. silentio eos transiit. Non puto, غطا عن exuendi vim habere posse, ut suspicatur Freytagius. Syr. ܥܛܐ id. v. c. Jac. 5, 20 pro καλύπτω. Cognatum est עָטַף, et fortasse כָּסָה). Constr. sq. עַל, ut alia verba tegendi. Lev. XIII, 45: וְעַל שָׂפָם יַעְטֶה *et tegat* s. obvelet *barbam*, quod lugentium et leprosorum est. Ezech. XXIV, 17. 22. Mich. III, 7, — 2) *texit*, *vestivit se* aliqua re, *induit* rem.

Sq. acc. עֹטֶה מְעִיל indutus pallio 1 Sam. XXVIII, 14, transl. Ps. CIV, 2: עֹטֶה אוֹר כַּשַּׂלְמָה *vestit se luce tanquam veste*, et sic: induit zelum Jes. LIX, 17, dedecus Ps. LXXI, 13. CIX, 29, diras Ps. CIX, 19, cf. לָבַשׁ. — Jer. XLIII, 12 de Nebucadnezare: וְעָטָה אֶת־אֶרֶץ מִצְרַיִם כַּאֲשֶׁר יַעְטֶה הָרֹעֶה אֶת־בִּגְדוֹ *et induit terram Aegypti, sicut pastor induit vestem suam* i. e. ea potietur cito et facili negotio. Non male iam Targ. spoliabit terram Aegypti, sicut amicitur pastor vestimento suo: comparantur enim Aegypti copiae opesque, quibus potitur victor, cum veste quam hosti detractam ipse induit. LXX. φθειριεῖ τὴν Αἴγυπτον, ὥσπερ φθειρίζει (pediculis purgat) ποιμὴν τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, qua in explicatione collaudanda multus est Böttcherus (pericc. exeg. pag. 97 sqq.). Sed frustra. Ne enim scriptura quidem indubitata est, quum pro φθειριεῖ alii codd. (quod temere negat B.) habeant id ipsum, quod Bochartus ex coniectura reposuerat (Hieroz. I, 505 Lips.) φθερεῖ, φθείρει, φθερεῖ et Arabs vertat يفسد *perdet*, quam interpretationem Alex. optare poterat coll. syr. ܚܒܠ delevit. Fac autem certam esse scripturam, ista *pediculos eximendi* significatio a *tegendi* et *amiciendi* potestate, quam habet עָטָה, prorsus aliena, et commentum est, quod Böttcherus sumit, עטה etiam „pannum *distringendi* (ein Kleid straff ziehen)" vim habuisse, unde illud φθειρίζειν ortum sit. Alexandrino fortasse obversabatur עָטָה = عطا manu cepit, manu prehendit. — Part. fem. עֹטְיָה *tecta* s. *velata* (v. supra). Cant. I, 7: *ne sim* כְּעֹטְיָה *sicut velata apud greges sociorum tuorum*, i. e. ne te quaesitura oberrem apud pastores instar meretricis: hae enim *velari* solebant (Gen. XXXVIII, 15). LXX. περιβαλλομένη. Gr. ὡς ἐκνεύουσα i. e. nutibus seorsum vocans (viros), meretrix. Reliqui *vagantem*, *vagam* vertunt, טֹעִיָה cum intpp. Hebraeis (quos probat etiam Boch. I, p. 520) pro עֹטְיָה accipientes. Symm. ὡς ῥεμβομένη. Pesch. ܐܝܟ ܛܥܝܐ. Vulg. ne vagari incipiam.

3) *convolvit*, quod proficiscitur ab induendo et velando. Jes. XXII, 17: וְעֹטְךָ עָטֹה *convolvens te convolvendo*, conglomerans te, sequitur: צָנוֹף יִצְנָפְךָ צְנֵפָה. Bene Saad. يشتملك شملا, nam شمل texit vestimento Conj. VIII est: ab omni parte se veste circumdedit, undique comprehendit, circumvenit. (Alex. ad exuendi vim id refert: ἀφελεῖ τὴν στολήν σου. Pesch. errare te faciet, qs. עטה sit i. q. טעה). Alii, quos sequebar ed. 1, עטה h. l. idem esse volunt quod عطا manu prehendit.

Ad *Pu.* olim referebant מְעֻטָּה, sed v. rad. מָעַט.

Hiph. הֶעֱטָה *texit*, sq. dupl. acc. Ps. LXXXIV, 7: גַּם־בְּרָכוֹת יַעְטֶה מוֹרֶה *benedictione tegit eam pluvia autumnalis*, et sq. עַל rei tegendae Ps. LXXXIX, 46. — De formis וַיַּעַט, וַתַּעַט 1 Sam. XIV, 32. XV, 19 vide rad. עִיט.

מַעֲטֶה m. *vestimentum* Jes. LXI, 3.

עֲטַלֵּף m. *vespertilio* Lev. XI, 19. Jes. II, 20, quae vox bene observante Schultensio (cl. dial. p. 322) conflata est ex עטל غطل caliginosa fuit nox, et עָף volans. Conferre iubeo pers. شپره vespertilio ex شب پره noctu volans. (Chald. id. Etiam Phoenices hoc vc. habuerunt idque in fem. ὀθολαβάδ, v. monumm. Phoen. p. 391).

עָטַן rad. inusit. Arab. عطن ad aquam procubuerunt cameli, عَطَنٌ et مَعْطِنٌ locus ad aquam, ubi pecus procumbit, cf. Geuh. ap. Schult. Origg. I, 223. Boch. Hieroz. I, 506 Lips. adde vit. Salad. p. 48 c. 76 a.

עֲטִין ἅπ. λεγόμ. Iob. XXI, 24: עֲטִינָיו מָלְאוּ חָלָב, quod triplici potissimum modo explicant. Ac 1) Abulwalides, Aben Esra, e recentioribus Schult. ex Arabismo, de quo supra, *stabula pecoris* interpretantur, pr. procubitoria. — Alii 2) quos memorat Kimchius, *mulctra* intelligunt coll. מַעְטָן, quod apud Talmudicos est *vas in quo olivas recondunt*. Abendana: אלא הכלים שמחלבים בתוכן החלב נקראו עטינים. Saad. ms. אורואנה (sic e ms. notavi) i. e. اوراوه repositoria eius, fort. promtuaria. — 3) E vett. LXX reddunt ἔγκατα. Vulg. viscera. Pesch. ܓܒܘܗܝ *latera eius*, quod quidem posterius vindicatur coll. chald. עִטְמָא latus, syr. ܥܛܡܐ femur, latus (Ex. XXVIII, 42. Num. V, 22. 27. Ephr. I, p. 172. Adl. ܥܛܡܐ ܕܥܛܡܬܐ فخذ ورك), zab. אטמא cod. Nas. II, 310, 5 (adde arab. عطف latus rei), ut sententia sit: *latera eius plena sunt adipe* (חֵלֶב pro חָלָב, nisi ita legere mavis), id quod parallelismo aptissimum est, licet non omnino certum. Vide Boch. Hieroz. I, 505 sqq. Lips. Alb. Schult. ad h. l.

עָטַף fut. יַעֲטֹף et יַעְטֹף 1) *texit, vestivit.* (Chald. id. saepe in Targg. pro עָטָה. Syr. ܐܬܥܛܦ indutus est. Pa. et Aph. induit, ܥܛܝܦܐ vestitus. Arab. عَطَفَ inclinavit, complicuit. II. V. vestem sibi applicuit, عِطَافٌ et مِعْطَفٌ pallium, cf. Schroeder de vestitu p. 229 sqq. Cognatum est עָטָה). Sq. לְ (ut לְ כִּסָּה Jes. XI, 9) Ps. LXXIII, 6: יַעֲטָף־שִׁית חָמָס לָמוֹ *tegit eos vestis iniquitatis* i. e. iniquitate ceu veste toti operti sunt. Cf. לָבַשׁ.

2) *tectus, vestitus est, induit.* Sq. acc. Ps. LXV, 14: עֲמָקִים יַעַטְפוּ בָר *valles frugibus vestitae sunt.* Iob. XXIII, 9: יַעְטֹף יָמִין si *induit austrum* i. e. si latet in austro ceu veste.

3) *obvolutus est caligine*, inde *deliquium animi passus est, elanguit.* (Sic Arabes dicunt: عُشِىَ على et غُمِىَ على, أُغْمِىَ على tectum est super aliq. i. e. oculi eius caligine obvoluti sunt, deliquium animi passus est Abdoll. p. 98 Oxon. cf. hebr. עוּף no. 4 et עָלַף). Ps. LXI, 3: בַּעֲטֹף לִבִּי *si languescit cor meum.* CII, 1. Jes. LVII, 16. Part. pass. עָטוּף *languidus*, *debilis* Thren. II, 19, pl. עֲטֻפִים *debiles* Gen. XXX, 42, de agnis partus auctumnalis, qui debiliores esse solent quam qui vere nati sunt v. Bochart. Hieroz. I, 582 Lips. Aqu. ὄψιμα. Symm. δευτερόγονα. Onk. לַקִישַׁיָא. Saad. خَرِفِيَّة auctumnalia. Cf. Hi.

Niph. i. q. Kal no. 3. Thren. II, 11.

Hiph. debiles agnos *fecit* (i. e. genuit) pecus, quod auctumno fieri solet, Gen. XXX, 42, v. Kal no. 3.

Hithpa. elanguit, *vires eum defecerunt.* Thren. II, 12: בְּהִתְעַטְּפָם כֶּחָלָל, de animo Ps. LXXVII, 4. CXLII, 4: בְּהִתְעַטֵּף עָלַי רוּחִי *si animus mihi languescit* i. e. si animum demisi, abieci. CXLIII, 4. Jon. II, 8. Ps. CVII, 5: נַפְשָׁם בָּהֶם תִּתְעַטָּף.

מַעֲטָפָה f. pallium, pl. Jes. III, 22. Vide ad rad. no. 1. Vulg. palliola. Saad. pepla. Cf. Schroeder l. c.

עָטַר (cogn. verbo כָּתַר q. v.) *circumdedit*, sive hostili modo (sq. אֶל) 1 Sam. XXIII, 26, sive ad tuendum, sq. dupl. acc. Ps. V, 13: כַּצִּנָּה רָצוֹן תַּעְטְרֶנּוּ *tanquam scuto gratiâ circumdas eum.*

Pi. עִטֵּר *cinxit coronâ*, *coronavit*, a) proprie, sq. לְ pers. Cant. III, 11. b) metaph. Ps. LXV, 12, sq. dupl. acc. Ps. VIII, 6: כָּבוֹד וְהָדָר תְּעַטְּרֵהוּ. CIII, 4.

Hiph. i. q. Piël. Jes. XXIII, 8: צֹר הַמַּעֲטִירָה *Tyrus coronans s. coronatrix* h. e. coronas s. diademata distribuens, quandoquidem regia dignitas in coloniis Phoeniciis ex auctoritate senatus Tyrii pendebat. Targ. quae regnare facit reges. Inde

עֲטָרָה cstr. עֲטֶרֶת, pl. עֲטָרוֹת f. 1) *corona*, a) convivalis Jes. XXVIII, 1, b) regia, *diadema* 2 Sam. XII, 30. Ps. XXI, 4. Cant. III, 11. Esth. VIII, 15. Ezech. XVI, 12 (cf. 13). XXIII, 42. Zach. VI, 11 (ubi altera corona est summi sacerdotis). Coronae autem imagine figurate designatur, quidquid alicui ornamento est et dignitati. Iob. XIX, 9: *coronam detraxit de capite meo.* Prov. XII, 4: *mulier proba est mariti corona.* XIV, 24. XVI, 31. XVII, 6. — 2) n. pr. mulieris 1 Par. II, 26.

עֲטָרוֹת (coronae) n. pr. 1) oppidi Gaditarum Num. XXXII, 3. 34. — 2) alius in tribu Ephraim Jos. XVI, 7, quod etiam עַטְרוֹת־אַדָּר (coronae Addaris) appellatur XVI, 5. XVIII, 13. — 3) עַטְרוֹת בֵּית יוֹאָב (coronae familiae Joabi) oppidum in tribu Judae 1 Par. II, 54. — 4) עַטְרוֹת שׁוֹפָן oppidum Gaditarum Num. XXXII, 35. In Cod. Sam. est שפים.

עָטַשׁ rad. inusit. Arab. عطس sternutavit, عَطْسَة sternutatio, melit. ʿ*atas* id. ʿ*atis* sternutatio. Chald. עֲטַשׁ Ithpa. id. syr. ܥܛܫܬܐ sternutatio.

עֲטִישָׁה f. *sternutatio* Iob. XLI, 10.

עַי n. pr. oppidi, v. rad. עָוָה.

עִי *rudera*, *ruinae*, v. ibid.

עַיָּא, עַיָּה, עַיָּת v. עַי ibid.

עִיּוֹן v. ibid.

עַיּוּת v. ibid.

עֵיב v. rad. עוּב.

עֵיבָל n. pr. montis, v. rad. עָבַל.

עִיט *invehi*, *vehementius irruere* in aliquem. (Syr. ܐܬܥܝܛ indignari, Lex. Adl. اغتاظ حرد, ܥܝܛܐ indignatio, ira. Arab. غاظ indignatus est, غيظ excandescentia, ira). Cstr. sq. בְּ 1 Sam. XXV, 14: וַיָּעַט בָּהֶם *invexit in eos* i. e. increpavit eos, sq. אֶל 1 Sam. XV, 19: וַתַּעַט אֶל הַשָּׁלָל *et* (quare) *irruisti in praedam*, et XIV, 32 in Keri (quod unice veram scripturam continet): וַיַּעַט הָעָם אֶל הַשָּׁלָל *et irruit populus in praedam.* Quod ad formam in utroque hoc loco attinet, nullus dubito, quin וַיַּעַט idem sit quod וַיָּעַט XXV, 14, plane ut וַתַּחַשׁ Iob. XXXI, 5 pro וַתָּחַשׁ properat, et יַחַד Prov. XXVII, 17 pro יָחַד, in quibus formis Dag. forte occultum (more chaldaeo positum) statuendum est. Olim (ad Jes. XXII, 17) has formas ad rad. עָטָה referebam *prehendendi* dein *corripiendi* significatu, coll. arab. عطا, in quo tamen nil nisi *accipiendi* notio inest. Hinc

עַיִט m. 1) *bestia rapax* (ab irruendo) Jer. XII, 9, max. 2) *avis rapax* (ἀετός) Jes. XLVI, 11. Iob. XXVIII, 7, cui comparatur rex bellicosus Jes. XLVI, 11. Collect. aves rapaces Gen. XV, 11. Jes. XVIII, 6. Ezech. XXXIX, 4. LXX. τὰ ὄρνεα, τὰ πετεινά.

עֵיטָם (locus bestiarum rapacium) n. pr. oppidi in tribu Judae 1 Par. IV, 3. 32. 2 Par. XI, 6, et rupis vicinae Iud. XV, 8. 11.

עִילַי v. עִלַּי, rad. עָלָה.

עֵילוֹם i. q. עוֹלָם, v. עָלַם.

עֵילָם (f. Jes. XXI, 2, masc. XXII, 6, utroque loco de populo) n. pr. provinciae imperii Persici (Esr.

IV, 9), in qua Susa metropolis sita erat (Dan. VIII, 2), neque non populi bellicosi (Gen. XIV, 1) arcu maxime et sagittis pugnantis (Jes. XXII, 6. Jer. XLIX, 35), qui Gen. X, 22 Semitis annumeratur, Jesaiae tempore in exercitu Assyriorum stipendia merebat (XXII, 6 cf. XI, 11), postea Medis sociatus erat (Jes. XXI, 2. Jer. XXV, 25), peculiare tamen imperium constituisse videtur Jer. XLIX, 34—39. Ez. XXXII, 24. Copulatur c. masc. Jes. XXII, 6, c. fem. XXI, 2 (utrobique de populo). Apud Graecos Ἐλυμαΐς est provincia Susianae et Mediae vicina ab ortu Babyloniae (Strabo XVI p. 744: τῇ δὲ Σουσίδι [συνάπτει] ἡ Ἐλυμαΐς [in antiqu. editt. Ἐλυμαῖτις, quod vix probandum], καὶ αὐτὴ τραχεῖα ἡ πολλὴ καὶ λῃστρική· τῇ δὲ Ἐλυμαΐδι τὰ περὶ τὸν Ζάγρον καὶ ἡ Μηδία), et Ἐλυμαῖοι gens bellicosa et magnam partem libera, bellis cum vicinis populis gestis non ignobilis, Strabo l. c. Ἐλυμαῖοι δὲ καὶ μείζω τούτων (Κοσσαίων) κέκτηνται χώραν καὶ ποικιλωτέραν. Ὅση μὲν οὖν ἀγαθή, γεωργοὺς ἔχει τοὺς ἐνοικοῦντας· ἡ δὲ ὀρεινὴ στρατιώτας τρέφει τοξότας τοὺς πλείστους· πολλὴ δὲ οὖσα, πολὺ καὶ τὸ στρατιωτικὸν παρέχεται, ὥστε καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν δύναμιν κεκτημένος μεγάλην οὐκ ἀξιοῖ τῷ τῶν Παρθυαίων βασιλεῖ παραπλησίως τοῖς ἄλλοις ὑπήκοος εἶναι. Cf. XI p. 522. 524. XV, 732. Sed apud Dan. l. c. *Elam* etiam Susianam comprehendere videtur, ut contra Susianae nomen vulgo latius patere et Elymaidem complecti solet. Cf. Cellarii not. orbis ant. II, p. 800 sqq. Bocharti Phaleg 2, 2. E veteribus Saadias خوزستان *Chusistan* reddit (Jes. XI, 11 et in utroque Pentateuchi loco, quod enim in Polyglottis legitur خورستان vitiosum est et ex Jesaia emendandum) et خوزيين (Jes. XXI, 2. XXII, 6), cuius provinciae fines cum Susiana et Elymaide veterum conveniunt (v. Assem. III, 2 p. 419. 420 et 744): idque egregie firmatur nupera Muelleri observatione (Journal Asiatique, 1839, VII p. 299), qui עֵילָם respondere docet pehlevico *Airjama* i. e. Chusistan. In N. T. memorantur Ἐλαμῖται Act. II, 9, et 1 Macc. VI, 1: Ἐλυμαΐς ἐν τῇ Περσίδι πόλις ἔνδοξος πλούτῳ, quod quidem posterius graeci interpretis errore ortum videtur, qui מְדִינָה (provincia) πόλιν interpretabatur ex usu Syrorum.

עֵלְמָיֵא chald. pl. *Elamitae* Esr. IV, 9.

עָיָם ἅπ. λεγόμ. Jes. XI, 15: בַּעְיָם רוּחוֹ quod LXX reddunt: ἐν πνεύματι βιαίῳ, Vulg. in fortitudine spiritus sui, Syr. ܒܥܘܫܢܐ ܕܪܘܚܗ, et ita Jarchi, Kimchi, Aben Esra: בחוקף, בחוזק, בכוח; licet fateantur, ex contextu se coniecisse, et philologicae rationis nihil afferant. Saadiae quidem, qui سخون *ardorem* vertit, obversari videtur arab. غام sitivit, et Abulwalides עים illustrat ex vicino אָיֹם terribilis, sed in utraque hac ratione nonnihil inepti est. Quae quum ita sint, equidem suspicor, עים vix genuinum esse, et reponendum עצם (עֹצֶם) *vis, robur*, quod ipsum expresserunt Alex. Vulg. Syrus *Jod* et *Zade* litteras in pluribus alphabetis antiquioribus, ut in Samaritano, multum similitudinis habere constat.

עִין 1) arab. عان med. Je, *fluxit*, *manavit* aqua, lacrima, unde ducunt עַיִן fons, oculus (nisi contra verbum a nomine petitum est).

2) Part. עוֹיֵן limis oculis adspiciens aliquem, c. acc., *invidens* alicui 1 Sam. XVIII, 9 Keri, in Chethibh est עֹוֵן. Arab. عَايِنٌ et عَيُونٌ maligno oculo aspiciens. Cf. hebr. רַע עַיִן de invido.

עַיִן f. (rarissime masc. Cant. IV, 9 Chethibh, ubi de *obtutu* ponitur; Ps. LXXIII, 7: יָצָא מֵחֵלֶב עֵינֵמוֹ, ubi tamen et scriptura et interpretatio incerta est; dual. שִׁבְעָה עֵינָיִם Zach. III, 9) cstr. עֵין, c. suff. עֵינִי, עֵינוֹ, c. He locali עַיְנָה Gen. XXIV, 16. 45, dual. עֵינַיִם, quo etiam de plurali utuntur Zach. l. c. Ez. I, 18. X, 12, cstr. עֵינֵי, semel teste Masora עֵנֵי Jes. III, 8 (ubi permulti codd. עיני) pl. (signif. 2, sed vide infra ad Hos. X, 10) עֲיָנוֹת 2 Par. XXXII, 3 cstr. עֵינֹת Exod. XV, 27. Num. XXXIII, 9. Prov. VIII, 28

1) *oculus* (in omnibus linguis Semit.) Ex. XXI, 24. Levit. XXIV, 20 cet. עַיִן בְּעַיִן oculo ad oculum converso (Auge in Auge) i. e. de facie Num. XIV, 14. Jes. LII, 18. יְפֵה עֵינַיִם pulcher oculis, pulchros oculos habens 1 Sam. XVI, 12, opp. עֵינַיִם רַכּוֹת oculi hebetes, debiles i. e. lippi Gen. XXIX, 17. — Praeter visum oculo tribuitur fletus Iob. XVI, 20. Thren. I, 16. III, 48. 49. 51: in eodem autem varii animi affectus conspicui sunt (Plin. N. H. 11, 37 s. 54. 55: „neque ulla ex parte maiora animi indicia cunctis animalibus, sed homini maxime: id est moderationis, clementiae, misericordiae, odii, amoris, tristitiae, laetitiae. .... Profecto in oculis animus habitat." Quintil. 11, 3), quo pertinent hae locutiones: עֵינַיִם רָמוֹת oculi alti s. superbi i. e. superbia, fastus Ps. XVIII, 28, שַׁח עֵינַיִם qui oculis demissis est, verecundus Iob. XXII, 29; חָרָה בְּעֵינֵי exarsit in oculis eius, de ira (v. חָרָה); חָסָה עֵינִי עַל dolet oculus meus propter al. (cum dolore aspicit aliqu.), i. e. miseret me alicuius, v. חוּס; Ps. VI, 8: *tabescit prae moerore oculus meus* i. e. ipse tabesco, irrita spe salutis conficior. XXXI, 10, cf. Iob. XVII, 7 it. ad כָּלָה p. 686, דָּאַב p. 309; הֵאִיר עֵינַיִם illuminavit oculos i. e. exhilaravit Ps. XIX, 9; טְהוֹר עֵינַיִם qui puris oculis est i. e. qui abhorret a malo videndo Hab. I, 13, רָעָה עֵינִי בְּ malus est oculus meus in aliqu. i. e. invideo ei Deut. XV, 9 (cf. רָעַע). Tob. IV, 7: μὴ φθονησάτω σου ὁ ὀφθαλμός. Etiam ludibrium et contemtus in oculo depingitur, unde Prov. XXX, 17: *oculus, qui irridet patri et spernit obsequium matri debitum, eum effodient corvi* cet. De oculis mentis intelligendum גְּלוּי עֵינַיִם *retectis oculis* Num. XXIV, 4. 16, de vate visiones vidente cf. בְּעֵינֵי. — Spec. notandae sunt hae formulae:

a) לְעֵינֵי פ׳ *ante oculos*, *in conspectu* alic., *coram* aliquo Gen XXIII, 11. 18. XLII, 24. XLVII, 19. Exod. IV, 30. VII, 20. IX, 8. XIX, 11. XXIV, 17. XL, 38. Deut. I, 30. IX, 17 et sexcenties.

b) בְּעֵינֵי פ׳ id. Prov. I, 17, sed raro (male Winerus laudat 1 Sam. XII, 17. 2 Sam. III, 37): vulgaris eius usus est: *in oculis* alic. i. e. de sententia alic., ut ei videtur, inde הָיָה בְּעֵינַי est in oculis meis, *videtur mihi*, quam quidem notionem (*scheinen*) ubique hoc verborum ambitu enunciant. Gen. XIX, 14: וַיְהִי כִמְצַחֵק בְּעֵינֵי חֲתָנָיו *iocari videbatur generis suis.* XXIX, 20: וַיִּהְיוּ בְעֵינָיו כְּיָמִים אֲחָדִים *videbantur ei* (hi anni) *pauci dies esse*, cf. 2 Sam. X, 3: הַמְכַבֵּד דָּוִד אֶת־אָבִיךָ בְּעֵינֶיךָ *num putas Davidem honorare voluisse patrem tuum?* Inde חָכָם בְּעֵינָיו qui sibi sapiens videtur Prov. III, 7. XXVI, 12. Iob. XXXII, 1, יִיטַב בְּעֵינַי, טוֹב בְּעֵינַי bonum videtur mihi i. e. placet mihi (v. טוֹב, יָטַב), יֵרַע בְּעֵינַי, רַע בְּעֵינַי displicet mihi (v. רָעַע), הַיָּשָׁר בְּעֵינֵי יְיָ rectum coram Deo i. e. quod Deo placet, v. יָשָׁר. Praeterea in his formulis, quae ad bonam malamve de aliquo existimationem pertinent: מָצָא חֵן בְּעֵינֵי פ׳ gratiam iniit apud aliquem, v. חֵן no. 1, a—c, it. honoratum esse in oculis alic. Jes. XLIX, 5, contemtum esse in oculis al. Esth. I, 17.

c) מֵעֵינֵי פ׳ (procul) ab oculis al., i. e. eo inscio Num. XV, 24; praeterea cum verbis occultandi Iob. III, 10. Jes. LXV, 16.

d) בֵּין עֵינַיִם *inter oculos* i. e. *in fronte* Ex. XIII, 9. 16. Deut. VI, 8. XI, 18. Dan. VIII, 5, *in sincipite* Deut. XIV, 1.

e) שִׂים עַיִן עַל *oculum convertit in al.*, plerumque in bonam partem: benigne adspexit al., *prospexit* alicui, ut arab. وضع عينا على فلان Cor. 20, 40 [al. 35]. 52, 47, cf. lat. *esse in oculis* alic. i. e. ei carum esse Cic. Att. 6, 2. Tusc. 2, 26 (contra שִׂים פָּנִים בּ ubique in malam partem accipitur) v. c. Gen. XLIV, 21: אָשִׂימָה עֵינִי עָלָיו *ei prospiciam* Alex. ἐπιμελοῦμαι αὐτοῦ. Jerem. XXIV, 6. XXXIX, 12. XL, 4. Iob. XXIV, 23. Esr. V, 5, sq. אֶל Ps. XXXIII, 18. XXXIV, 16, sq. בְּ Deut. XI, 12 (cf. praeterea Zach. XII, 4. 1 Reg. VIII, 29. 52), raro in malam partem de irato Jehovae vultu (alibi פָּנִים) Am. IX, 4: at, ne ambiguitas oriatur, addita formula לְרָעָה וְלֹא לְטוֹבָה, et Comm. 8 omissa quidem hac formula, sed sq. בְּ (ut in שִׂים פָּנִים בְּ). Quum ambigui quid habere posset haec locutio, semel etiam locis supra laudatis (Jer. XXIV, 6) additum est לְטוֹבָה. Singularis de hoc usu locus est in N. T. 1 Petr. III, 12 (cf. Ps. XXXIV, 16. 17): οἱ ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν· πρόσωπον δὲ Κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακά. — Iob. VII, 8: עֵינֶיךָ בִּי simpliciter est: *oculi tui in me conversi sunt* i. e. intueris me. Adiuncta et benevolentiae et malevolentiae notione Zach. IX, 1: לַיהוָה עֵין אָדָם וְכֹל שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל *Jovae est oculus in homines et omnes tribus Israëlis*, oculus eius defixus est in Israëlitas et reliquos populos, illis bene cupit, his male.

f) נָשָׂא עֵינַיִם sustulit oculos, v. נָשָׂא no. 1, litt. d.

Praeterea עַיִן varie transfertur. Dicitur

α) de eo, qui alteri *oculo* est i. e. ei oculorum vices praestat (für ihn siehet), viam monstrat sive caecus est Iob. XXIX, 15, sive viae non peritus Num. X, 31. (Sic apud Persas Satrapae s. custodes curatoresque regii in provinciis *oculi aures*que regis appellabantur Herod. 1, 114. Xenoph. Cyrop. 8, 2 §. 7, cf. phoen. עין אלמלך v. monumm. Phoen. p. 282, arab. عَيْن de exploratore). Atque hic similisve usus obversatus est interpolatori, qui Jes. XXIX, 10 ad verba: וַיְעַצֵּם אֶת־עֵינֵיכֶם *clausit oculos vestros* addidit glossam: אֶת־הַנְּבִיאִים, *oculos*, explicans *videntes*, *custodes* populi, prophetas.

β) de re quae oculo similis est, *bullula* vini ferventis (Auge, Perle). Prov. XXIII, 31.

γ) meton. de oculorum *obtutu* (Blick). Cant. IV, 9 Chethibh: לִבַּבְתִּנִי בְּאַחַד מֵעֵינַיִךְ *cor meum vulnerasti uno tuo obtutu*, Keri בְּאַחַת (v. supra de sexu). Cf. Iob. XVI, 9: יִלְטוֹשׁ עֵינָיו לִי *acuit oculos suos in me.*

δ) *aspectus* rei (Anblick, Ansicht), inde *facies*, *species* rei Num. XI, 7: עֵינוֹ כְּעֵין הַבְּדֹלַח *species eius ut bdellii* (es sah aus, wie Bdellion). Lev. XIII, 5: הַנֶּגַע עָמַד בְּעֵינָיו *macula permanet in specie sua.* 55. Ezech. I, 4 sqq. X, 9. Dan. X, 6, max. *superficies.* עֵין הָאָרֶץ i. q. פְּנֵי ה׳ Ex. X, 5. 15. Num. XXII, 5. 11.

ε) De *facie* humana (πρόσωπον) nunquam dicitur et in omnibus quae laudant exemplis ipse oculus intelligendus est, ut Gen. XXIX, 17. 1 Sam. XVI, 12, adde עַיִן בְּעַיִן Num. XIV, 14. Jes. LII, 8 et עָשְׁשָׁה עֵין Ps. VI, 8. XXXI, 10 (v. supra no. 1, lin. 19).

Not. In codd. mss. passim עין (עַיִן) confusum est cum עון (עָוֹן) *peccatum*, ita ut alia monumm. critica hoc, alia illud exhibeant et saepe difficilis sit optio. Hos. X, 10 magna difficultas est in verbis: בְּאָסְרָם לִשְׁתֵּי עֵינֹתָם, Keri עוֹנֹתָם, ubi plerique optant posterius et interpretantur: *propter duo peccata eorum* sc. duos vitulos aureos. Sed vide sitne acquiescendum in Chethibh, hac sententia: *eos vinciendo* (captivos faciendo) *ante duos oculos eorum* (vor ihren zwei Augen) emphatice pro לְעֵינֵיהֶם (Iud. XVI, 28) coll. Gen. XLII, 24: וַיֶּאֱסֹר אֹתוֹ לְעֵינֵיהֶם. Gravior est poena Israëlitarum, si aliae tribus coram aliis vinciuntur et in captivitatem abducuntur, nemo alteri auxilium fert. Non nescio, עינות alibi de fontibus dici, עֵינַיִם de oculis, sed id ipsum quod minus usitatum erat שתי עינות pro עֵינַיִם (ceterum cf. שְׁתֵּי זְרֹעוֹתָיו Iud. XV, 14, שְׁנֵי דְרָכִים Ez. XXI, 26 et דְּרָכַיִם Prov. XXVIII, 6) potest scripturae varietati ansam praebuisse. — Zach. V, 6 verba: זֹאת עֵינָם בְּכָל־הָאָרֶץ multi vertunt: *haec* (epha) est *imago eorum in terra*: quod fieri non potest, quum עַיִן externam *speciem* rei (v. supra), nunquam *imaginem* alius rei significet. Itaque h. l. cum LXX. et Syro legendum: זאת עֲוֹנָם *hoc est peccatum eorum* i. e. hoc est in quo peccent sc. mensura fraudulenta. Cf. etiam Ps. LXXIII, 7.

2) *fons* (utrum ab oculi similitudine an contra oculus a similitudine fontis, ut πηγή fons, oculi angulus, non definio; cf. pers. چشم oculus, چشمه fons, sin. *idn* oculus et fons) Gen. XVI, 7. XXIV, 29. 30. 42, עֵין מַיִם ib. 13. 43, עַיְנָה ib. 16. 45. Plur. עֲיָנוֹת cstr. עֵינוֹת v. supra. De usu plur. fem. v. s. v. יָד, יָדוֹת.

Ceterum multa Palaestinae oppida a fontibus vicinis nomina traxerunt:

a) עֵין גֶּדִי (fons hoedi) opp. in deserto Judae in vicinia maris mortui, vitium palmarumque ferax Jos. XV, 62. 1 Sam. XXIV, 1. Ez. XLVII, 10. Cant. I, 14, antiquitus חַצְצוֹן־תָּמָר (q. v.). Recentius nomen adoptarunt Graeci et Romani, Ἐγγαδαί Ptol. 5, 17, *Engadda* Plin. 5, 17: ,,infra hos (Essenos) Engadda oppidum fuit, secundum ab Hierosolymis fertilitate palmetorumque nemoribus''. Situs eius paullum incertus, quum Jos. (Ant. 9, 1) trecentis stadiis a Hierosolymis, Hieron. (ad Ezech. l. c.) ab austro maris mortui ponat. De hodierno *Ain Dschiddy* v. Seetzenium (Zach. XVIII p. 420).

b) עֵין־גַּנִּים (fons hortorum) opp. *α*) in campestribus Judae Jos. XV, 34; *β*) Levitarum in agro Issachar Jos. XIX, 21. XXI, 29.

c) עֵין דֹּאר Ps. LXXXIII, 11 et עֵין דּוֹר (fons habitationis) Jos. XVII, 11. 1 Sam. XXVIII, 7 oppidum in agro Manassitarum, Ἔνδωρον Jos. Ant. 6, 14, 2. Tempore Eusebii erat magnus vicus ita dictus 4 milliaribus versus meridiem distans a monte Tabor: hodieque rudera antiquum nomen gerunt, Burckhardti itin. II, 590.

d) עֵין חַדָּה (fons acer i. e. velox) opp. Issacharitarum Jos. XIX, 21.

e) עֵין חָצוֹר opp. Naphtalitarum Jos. XIX, 37.

f) עֵין חֲרוֹד v. חרוד.

g) עֵין מִשְׁפָּט (fons iudicii) i. q. קָדֵשׁ q. v. Gen. XIV, 7. De ortu eius nominis v. Num. XX, 13, unde apparet, in Geneseos loco prolepsin esse.

h) עֵין עֶגְלַיִם (fons duorum vitulorum, nisi forte 'ע scriptum est pro אֲגַלַּיִם duo stagna) opp. in boreali littore maris mortui Ez. XLVII, 10. Hieron. ad h. l. Engallim in principio maris mortui, ubi Jordanes ingreditur.

i) עֵין שֶׁמֶשׁ (fons solis) opp. cum rivo in confiniis tribuum Judae et Benjamin Jos. XV, 7.

k) עַיִן simpl. *α*) oppidum Levitarum in agro Simeonitarum Jos. XV, 32. XIX, 7. XXI, 16. 1 Par. IV, 32. *β*) oppidum in Palaestina septentrionali Num. XXXIV, 11.

Etiam *ipsi fontes* nominibus propriis designantur, ut aa) עֵין רֹגֵל (fons exploratoris, vel sec. Targ. et Pesch. fons fullonis, Arabs ap. Jos. XV, 7: *fons Iobi*, ut etiamnunc) fons ab australi parte Hierosolymorum, in confiniis agri Judaei et Benjaminitici Jos. XV, 7. XVIII, 16. 2 Sam. XVII, 17. 1 Reg. I, 9, teste Josepho (Arch. 7, 14 §. 4) in hortis regiis. bb) עֵין הַתַּנִּים (fons canum aureorum, vulgo: fons draconum) fons prope Hierosolyma Neh. II, 13. cc) עֵין־תַּפּוּחַ fons oppidi תַּפּוּחַ Jos. XVII, 7, cf. V. 8.

עֵינָן v. עַיִן no. 2.

עֵינַיִם (duo fontes) Gen. XXXVIII, 21 et

עֵינָם (cf. de hac dualis numeri forma Gesch. der hebr. Sprache p. 49. 51. Lgb. p. 536) n. pr. oppidi in tribu Judae Jos. XV, 34.

עֵינָן (oculatus) n. pr. viri Num. I, 15. II, 29, cf. חֲצַר עֵינָן s. v. חָצֵר.

מַעְיָן cstr. מַעְיַן c. Vav parag. מַעְיְנוֹ Ps. CXIV, 8, c. suff. מַעְיָנוֹ Hos. XIII, 15, pl. מַעְיָנִים cstr. מַעְיְנֵי Ps. CIV, 10. Jes. XII, 3 et מַעְיָנוֹת Prov. VIII, 24, cstr. מַעְיְנוֹת Gen. VII, 11. VIII, 2 1) denom. ab עַיִן: *locus fonte* l. *fontibus irriguus* Ps. LXXXIV, 7 (cf. de h. l. sub voce בָּכָא). Adde Cant. IV, 12: מַעְיָן חָתוּם *fons obsignatus*, int. fontem maceria cinctum, cuius ianua obsignata est. — 2) i. q. עַיִן de ipso fonte. (Syr. ܡܥܝܢܐ id.) Lev. XI, 36. Ps. LXXIV, 15. Prov. XXV, 26. Joël IV, 18. מַעְיַן מַיִם 2 Reg. III, 25, מַעְיְנוֹ מָיִם Ps. CXIV, 8. Metaph. מַעַיְנֵי הַיְשׁוּעָה fontes salutis Jes. XII, 3, et ita simpl. מַעְיָנִים de fontibus felicitatis et laetitiae Ps. LXXXVII, 7. Ceterum cf. ad h. l. Böttcheri coniecturam, de qua diximus s. v. עַיִן.

עָיֵף *languit, debilis fuit* et *factus est*, cf. radd. cognatas עוּף, יָעֵף. In verbo semel legitur Jer. IV, 31.

עָיֵף f. עֲיֵפָה adj. *languescens*, max. de eo, qui vel itinere vel laboribus confectus est simulque siti laborat, v. max. Gen. XXV, 29. 30. Iob. XXII, 7 (in altero hemist. רָעֵב) Ps. LXIII, 2. Prov. XXV, 25: *aquae frigidae animae languescenti* i. e. sitienti. Jer. XXXI, 25: *potum dabo sitientibus.* Dicitur etiam de iumentis fessis Jes. XLVI, 1 (ubi עֲיֵפָה est neutr. *fessum* i. e. iumenta fessa, i. q. חַיָּה עֲיֵפָה), de terra sitiente Ps. CXLIII, 6. Jes. XXXII, 2.

עֵיפָה *tenebrae*, v. rad. עוּף.

עֵיפַי (defatigatus) n. pr. viri Jer. XL, 8 Keri, ubi Chethibh habet עוֹפַי.

עִיר *fervere, aestuare* (heiss, hitzig seyn), et causat. i. q. הֵעִיר *calefacere.* (Arab. غار med. Vav ferbuit aestu dies). Hos. VII, 4 de pistore: יִשְׁבּוֹת מֵעִיר מִלּוּשׁ בָּצֵק עַד חֻמְצָתוֹ *cessat a calefaciendo* fornacem inde *a depsenda massa usque ad fermentationem eius.* Apud Hebraeos et Arabes id variis modis transfertur 1) ad *cursum fervidum*, unde עַיִר asellus. (Arab. غار med. Vav IV. vehementer cucurrit equus, عار med. Je, effugit ruptis frenis equus, cf. דָּלַק). — 2) ad fervorem *irae* et *impetum fervidum* in hostes. (Arab. غار med. Vav I. III. IV. excurrit in hostes, غَارٌ turma equitum diripientium, et غار med. Je zelotypia incensus fuit). Vide עִיר no. 1 et עָר hostis. — 3) ad animi *aestum*, v. עִיר no. 2.

עִיר m. *aestus*, a) irae. Hos. XI, 9: לֹא אָבוֹא בְּעִיר *non venio in ira*, vel *cum ira.* Jarchi: בְּשִׂנְאָה. (Ed. Reussius coniicit: לֹא אָבוֹ אֲבָעֵר *non venio exterminaturus*, vastaturus, constructione asyndeta). b) animi (Angst). Jer. XV, 8: הִפַּלְתִּי עָלֶיהָ פִּתְאֹם עִיר וּבֶהָלוֹת. Alex. ἐπέῤῥιψα ἐπ' αὐτὴν ἐξαίφνης τρόμον καὶ σπουδήν. Pesch.

ܘܰܢܶܐܟܺܐܢ ܡܺܝ̈ܬܶܐ. Eodem apte referas Iob. XXIV, 12: מְתִים יִנְאָקוּ מֵעִיר si modo c. Syro מֵתִים legas pro מְתִים *prae angore* agone mortis *gemunt moribundi*, et nescio an id praestet interpretationi supra (v. מַת p. 830) propositae, quam vocales et accentus iubent. — בָּעִיר Ps. LXXIII, 20 est pro בְּהָעִיר *Hi.* a rad. עוּר.

עִיר *urbs*, v. s. rad. עוּר.

עִיר chald. *vigil*, v. rad. עוּר.

עַיִר m. c. suff. עִירֹה Gen. XLIX, 11 *asellus, pullus asini*. Iob. XI, 12: וְעַיִר פֶּרֶא אָדָם יִוָּלֵד *et* tanquam *asellus silvester* (pr. per appos. asellus onager) *homo nascitur* i. e. eodem stupore cordis. Reliquis locis ubique de *asino adultiore*, eo tamen *iuvenco* (cf. בֵּכֶר) Gen. XXXII, 16, quo iam ad vehendum (Iud. X, 4. XII, 14. Zach. IX, 9), ad onera portanda (Jes. XXX, 6), ad arandum (ib. 24) utuntur. (Arab. عَيْرٌ asinus silvester Abulf. Ann. I, 300. Elnawab. 175, et domesticus Reisk. ad A. A. I, p. 55, a cursu, ut videtur, fervido, v. rad. no. 1, ut פֶּרֶא onager a פָּרָא cucurrit. Aethiopes habent ዕዋል: pullus asini, cui cogn. עוּל puer lactens, sed vix puto, id nostro vc. illustrando adhibendum esse).

עִירָד n. pr. patriarchae antediluviani, filii Henoch, nepotis Kaini Gen. IV, 18.

עֵירֹם *nudus* v. rad. עָרַם.

עַר m. *inimicus, hostis*, a rad. no. 2 (quanquam etiam esse potest forma chald. pro צַר). Cum suff. עָרֶךָ 1 Sam. XXVIII, 16. Plur. Jes. XIV, 21. Ps. CXXXIX, 20 (sed non Ps. IX, 7, ubi עָרִים sunt urbes).

עַר chald. id. Plur. Dan. IV, 16. In Targg. non reperitur.

עַיִשׁ *sidus ursae*, v. rad. נָעַשׁ.

עַיַּת n. pr. v. עַי rad. עָוָה.

עכב rad. in verbo inusit. quae *agilitatis* et *alacritatis* vim habuisse videtur, arab. عَكِبٌ agilis, alacer. Inde haec proficiscuntur quadrilittera (cf. etiam עַכְשׁוּב):

עַכְבָּר m. *mus*, quod conflatum censeo ex עכב agilis et אָכַר, עָקַר fodit, unde fossor agilis, non ut Bochartus volebat (Hieroz. II, 429 Lips.) ex עֲכַל chald. consumsit et בַּר ager vel sec. Simonem ex عرك fricuit et בַּר frumentum. Dicitur de *mure agresti* 1 Sam. VI, 4. 5. 11. 18, de *gliris* specie esculenta ea tamen impura, cuius esus vetitus erat Lev. XI, 29. Jes. LXVI, 17, probabiliter ea quam Arabes appellant يَرْبُوعٌ mus iaculus Linn. (Arab. عَكْبَرٌ dicitur de mare muris *Jerbua* dicti. Syr. ܥܘܟܒܪܐ 1 Sam. l. c. Pesch. Lex. Adl. فارة جردون. Vers. Sam. in Levit. l. c. habet עגברה).

עַכְבּוֹר (mus) n. pr. 1) viri Idumaei Gen. XXXVI, 38. 2) aulici Josiae 2 Reg. XXII, 12. 14. Jer. XXVI, 22. XXXVI, 12. (Est etiam n. pr. regis Africani, in numis Sabrathae, v. monumm. Phoen. p. 323).

עַכָּבִישׁ m. *aranea*, conflatum ex עכב عَكِبٌ agilis, et عكش texit aranea [unde عُكَّاشٌ aranea], pr. igitur: textor agilis, ut germ. *Spinne* pr. netrix, et gr. *ἀράχνη* coll. אָרַג texuit. Jes. LIX, 5. Iob. VIII, 14: בֵּית עַכָּבִישׁ *domus* i. e. textum *araneae*, cf. ad בַּיִת no. 7 p. 192. (Arab. عَنْكَبُوتٌ, melit. *ʿankabut*, chald. עַכּוּבִיתָא id.). Cf. Boch. Hieroz. III, p. 498 sqq.

עָכַךְ rad. inusit. arab. عَكَّ percussit, feriit, fut. i, fervidus fuit dies, pr. sole percussus fuit (cf. נָכָה Hi. no. 1, b), عَكَاكٌ, عَكَّةٌ vehementia caloris, عَكَّةٌ arena solis calore fervida. Inde

עַכּוֹ (arab. عَكَّةٌ i. e. arena fervida) n. pr. urbis nobilissimae maritimae Iud. I, 31 (fort. Mich. I, 10, ubi בכו scriptum videtur pro בעכו) et apud Talmudicos (Lightfooti Opp. II, p. 218), quae Iud. l. c. (pariter atque Sidon) tribui Aseritarum, sed a Graecis constanter Phoeniciae accensetur et fortasse non magis quam Sidon Hebraeorum imperio unquam paruit. Graecis *Ἄκη* appellatur Strab. XVI, 2 §. 25, dein *Ptolemais*, arab. عَكَّةٌ et عَكَّا, hodie *St. Jean d'Acre* a templo quod St. Johanni ibi medio aevo exstructum est. Exstant numi eius tum aurei tum argentei ab Alexandro Magno cusi Phoenicie inscripti, in quibus nomen urbis duabus litteris עך (עַכ) scriptum est, addita aera cifris scripta, v. Monumm. Phoen. p. 269. 270 et tab. 35. De historia urbis v. Relandi Palaestinam p. 534—542, de statu hodierno Clarke Travels II, p. 379. Buckingham p. 71.

עָכַן rad. inusit., prob. i. q. עָכַר (cf. Jos. VII, 1 sqq.), unde n. pr. יַעְכָּן et

עָכָן n. pr. (affligens i. q. עָכָר, quomodo hoc nomen scribitur 1 Par. II, 7) viri Israëlitae, qui sacrilegio commisso populo cladem contraxit Jos. VII, 1. XXII, 20.

יַעְכָּן n. pr. viri 1 Par. V, 13.

עָכַס in Kal inusit. Arab. عكس retro vinxit, unde عِكَاس funis, qui ab ore cameli religatur ad anteriorem pedem. Geuhari العكس interpretatur: رد اخر الشى الى اوله invertere posteriora rei ad anteriora eius (velut de vipera caudam mordente), unde V. viperae modo incessit, qs. a nomine deperdito عكس orbis, vipera. Cf. etiam עַכְשׁוּב. Vide Schult. ad Prov. VII, 22. Schroeder de vest. p. 8. Inde עֶכֶס compes, periscelis, a quo denom. in

Pi. periscelidibus ornavit se, vel potius *iis strepitum, tinnitum fecit*, quod mulierum est spectari cupientium Jes. III, 16. Vide עֶכֶס no. 2.

עֶכֶס *compes*, 1) quo vincitur maleficus. Sic in loco multum vexato Prov. VII, 22 de iuvene qui adulterae lenociniis inescari et irretiri se sinit: *sequitur eam cito* כְּשׁוֹר אֶל טֶבַח יָבוֹא וּכְעֶכֶס אֶל מוּסַר אֱוִיל *sicut bos it ad lanienam et sicut compes it ad castigationem stulti.* Ex priore comparatione manifestum est, hoc dicere scriptorem, adolescentem semel irretitum non repugnantem, sed voluntatis et consilii expertem sequi adulteram, quae in perniciem eum deducat: apparet etiam עכס in altero membro respondere *bovi* in priore et מוסר אויל respondere *lanienae*, locum igitur significare, quorsum ducatur עכס. Recte hoc senserunt iam antiqui interpretes, ut LXX: ὥσπερ κύων ἐπὶ δεσμούς, Targ. cum Syro: אֵיךְ כַּלְבָּא לְאַסּוּרָא, ibi alludi putantes ad notum proverbium Graecorum: κύων ἐπὶ δεσμά, de quo Hesychius: παροιμία ἐπὶ τῶν ἑαυτοὺς ἐπὶ κολάσεις ἐπιδιδόντων. *Λέγεται καὶ βοῦς ἐπὶ δεσμά*, quodque a canibus desumtum, qui cibi lenocinio ultro se vinciendos praebent, dicebatur, ubi quis se ipsum in servitutem vel in calamitatem quandam deiiceret. Sed עֶכֶס *canem* significare non potest, praeterea hi interpretes in hac sententia omiserunt אויל, quod אַיִל legentes aliorsum traxerunt. Eandem autem sententiam praebent verba Hebraea, si modo vertis: *sicut* maleficus *compeditus in castigatorium stultorum* i. e. in ergastulum trahitur: hac enim in via maleficus non magis sui iuris est suumque consilium sequitur, quam bos qui ad lanienam rapitur. *Compedem* concr. dici posse pro *compedito* vel *compeditis*, non dubium est (cf. קֶשֶׁת de sagittariis Jes. XXI, 17. XXII, 3, קָצִיר de messoribus ib. XVII, 5, אֹרַח et הֵלֶךְ de viatoribus Iob. XXXI, 32. 2 Sam. XII, 4, et in ipsis Proverbiis רְמִיָּה de pigro XII, 27, חֶתֶף de latrone XXIII, 28, אוֹנִים XI, 7, שֶׁקֶר XVII, 4, adde gr. κύφων lignum tortorium, de malefico eo digno. Schol. ad Arist. Plut. 2, 4: ἔνθεν καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος κύφων), מוּסַר אֱוִיל autem i. e. *locus quo puniuntur malefici* apte dicitur de *ergastulo s. pistrino*, quorsum detruduntur malefici *). Prius dudum ita interpretati sunt nonnulli Rabbini, Buxtorfius, Clericus al., et nescio an ipsi vett. *canis* significationem ita effecerint, ut עכס *vinculum* pro *cane vincto*, *catenae alligato* (Kettenhund) acciperent: namque κύων ibi recte legi, neque cum Bocharto (Hieroz. II, 801 Lips.) reponendum esse κύφων, ex Chaldaeo et Syro, maxime ex illo, apparet. E recentioribus Umbreitius ad verbum vertit: *sicut compes ad castigandum maleficum*, compedemque instrumentum inanime malefico castigando adhibitum et voluntatis expers esse observat instar bovis ad lanienam protracti: sed flagitante parallelismo עֶכֶס non potest non esse sive persona sive res, quae *in perniciem* trahitur. Parallelismo vel temere neglecto vel depravato Ewaldus: „und wie *Fussangeln* sind Narren zu strafen," (*sicut stimuli* s. *murices ferrei* inserviunt *castigandis stultis*): fac enim, עֶכֶס dici potuisse de stimulis hamisque illis ferreis terrae infixis quos *murices* vocant veteres, nos Fussangeln (v. Curt. 4, 13 cf. Caes. b. g. 7, 73), id quod ex radicis potestate profecto non efficias, a contextu hoc prorsus alienum est, quum nihil certius sit, quam duo ista membra: כשור אל טבח יבוא et כעכס אל מוסר אויל sibi accurate respondere, et ad alterum ex priore supplendum esse: יבוא, nequaquam: *inservit* (ad). — 2) est compes mulierum elegantularum, περισφύριον, arab. خَلْخَال, حِجْل, مسكة, talmud. כבל Mischna Schabb. 6, 4, quale ex auro argento ebore factum circa talos ornatus causa apud Hebraeos, Arabes, Graecos et Indos antiquitus gestabant (v. Schroeder de vestitu p. 1 sqq. Blumberg de עכסים in Hasaei et Ikenii thes. novo theol. philol. I, 853, adde de Indis Ramayan. I, 9, 17. Ardschun. 5, 12) et hodieque gestant (v. Gol. ap. Lud. de Dieu ad Jes. l. c.), ut nuper Lipsiae in saltatricibus Indicis vidimus, quae inter saltandum periscelides cum tinnitu concrepabant. Idem facere solebant mulieres virorum oculos in se conversurae Sur. 24, 31. Amru Moall. 18, atque id ipsum est עִכֵּס Jes. III, 16. — Pl. עֲכָסִים Jes. III, 18.

עַכְסָה (periscelis) n. pr. filiae Calebi Jos. XV, 16. 17. Iud. I, 12.

עָכַר 1) *conturbavit* aquam. (Arab. عكر turbidus, faeculentus fuit).

2) metaph. a) *conturbavit*, *perturbavit*. Prov. XI, 29: עֹכֵר בֵּיתוֹ *qui res suas perturbat* i. e. rem familiarem negligit (wer sein Hauswesen in Unordnung bringt), cf. XV, 6. b) *afflixit* aliquem, nostr. *betrüben* (cf. arab. شوائب sordes, quae in aquam limpidam incidentes eam turbant, dein calamitates, *Trübsal* v. Schult. ad Har. II, p. 116) Ind. XI, 35; sed plerumque fortius i. q. *pessum dedit*, *in calamitatem iniecit* aliquem (ins Unglück bringen). Gen. XXXIV, 30: עֲכַרְתֶּם אֹתִי. Jos. VII, 25:

*) Praeterea Schroederus (de vestitu p. 9) observat: „Orientales phrasin *in compede duci* admodum de eo frequentare, qui fraude circumventus ducentem ad interitum sponte sequitur. Vide hist. Tamerl. p. 264. 334. 360 et Rosar. p. 204."

מָה עֲכַרְתָּנוּ יַעְכָּרְךָ יְהוָֹה *ut nos afflixisti, ita affligat te Jova.* VI, 18. 1 Sam. XIV, 29: עָכַר אָבִי אֶת־הָאָרֶץ. 1 Reg. XVIII, 17. 18. Prov. XV, 27. XI, 17: עֹכֵר שְׁאֵרוֹ אַכְזָרִי *se ipsum affligit* homo *atrox*, opp. גֹּמֵל נַפְשׁוֹ אִישׁ חָסֶד.

Niph. commotus est (dolore) Ps. XXXIX, 3. Part. fem. *conturbatum* i. e. conturbatio, perturbatio (Zerrüttung) Prov. XV, 6.

עָכוֹר (affligens, conturbans cf. Jos. VII, 25. 26) n. pr. vallis prope Hierichuntem Jos. XV, 7. Jes. LXV, 10. Hos. II, 17.

עָכָר v. עָכָן.

עָכְרָן (afflictus) n. pr. viri Num. I, 13. II, 27.

עַכְשׁוּב quadril. m. *aspis, vipera* Ps. CXL, 4. Bocharto (Hieroz. III, 154) ortum videtur ex עכש عكس retrorsum flexit, addito ב (ut in שׁוּעָל ثعلب); mihi potius conflatum videtur ex עכש et עקב insidiatus est, ut bestiam significet *in gyrum se vertentem* et *insidiatricem.*

עָלַב rad. inusit. i. q. غلب praevaluit. Inde n. pr. אֲבִי עַלְבוֹן v. p. 8, B.

עָלַג rad. inusit. i. q. לָעַג balbutivit, unde

עִלֵּג adj. *balbutiens, balbus* Jes. XXXII, 4. Arab. عِلْج barbarus.

עָלָה fut. יַעֲלֶה 1) *ascendit*, opp. יָרַד. LXX. ἀναβαίνω. (Arab. علا ascendit, it. altus, elatus fuit, غلا in altum excrevit herba, modum excessit, max. in pretio, nostr. hoch hinauswollen, inde غَالٍ magnum pretium, *hoher* Preis, de ascendendo frequentant verbum صعد. Syr. Pa. ܥܰܠܺܝ extulit, Ethpa. sublatus est, ascendit, chald. Pa. laudavit, Ithpa. exaltatus est, sed magis usitata sunt nomm. derivata, ut עֲלָתָא holocaustum al. Praeter linguas Semiticas respondet Aegypt. intr. ⲁⲗⲉ ascendere, et trans. ⲉⲗ tollere, auferre, lat. *alo aufziehen*, unde *alesco*, *altus*). Constr. a) absol. Gen. XLIV, 17. XLVI, 29 al. b) sq. מִן loci, unde ascenditur Jos. IV, 17. X, 9. Cant. IV, 2; c) עַל loci quorsum ascenditur Jes. XIV, 14: אֶעֱלֶה עַל בָּמֳתֵי עָב. Jos. II, 8, it. sq. אֶל Ex. XXIV, 13. 15. 18. XXXIV, 4. Deut. XVII, 8. 1 Sam. XV, 34. 1 Reg. XVIII, 42, לְ Jes. XXII, 1, בְּ Ps. XXIV, 3: מִי יַעֲלֶה בְהַר יְיָ. Deut. V, 5. Cant. VII, 9. Jer. V, 10. IX, 20 (ascendere *in* fenestras), acc. Gen. XLIX, 4: כִּי עָלִיתָ מִשְׁכְּבֵי אָבִיךָ *nam ascendisti cubilia patris tui.* Prov. XXI, 22: עִיר גִּבֹּרִים עָלָה חָכָם *urbem heroum ascendit sapiens.* Num. XIII, 17. Jud. IV, 12. IX, 48. Prov. XXX, 4. Jerem. XLVIII, 15, cum He locali Jos. XV, 3. d) sq. אֶל pers. *ad* quem quis ascendit Ex. XIX, 3, de eadem עַל Jos. II, 8, sed hoc saepius est *contra* 2 Reg. XVII, 3. XVIII, 25. Joël I, 6. e) sq. gerundio, *ad* aliquid faciendum Jes. LVII, 7.

Poët., ut alia verba eundi, fluendi (v. יָרַד, הָלַךְ) coniungitur cum acc. rei, cuius magna copia in aliquo spatio v. c. in terra ascendit, ita ut tota in eam abire videatur. Jes. V, 6: וְעָלָה שָׁמִיר וָשַׁיִת *et ascendat* vinea *spinis et dumetis* i. e. tota in spinas abeat, ut domus conflagrata in fumum (v. Iud. XX, 40. Jer. XLVIII, 15). XXXIV, 13. Prov. XXIV, 31: הִנֵּה עָלָה כֻלּוֹ קִמְּשֹׂנִים et sic Am. VIII, 8. IX, 5: וְעָלְתָה כַיְאֹר כֻּלָּהּ *et ascendet ea* (terra) *tota ceu Nilo* i. e. inundabitur ceu Nilo.

Homines autem *ascendere* dicuntur non solum in montem, murum, tectum, cubile, sed etiam α) ubi ex depressiore regione in editiorem pergunt (cf. יָרַד 1, α—δ). Jos. IV, 17. 19. X, 7. 9. 33. Iud. I, 1—3. 16. II, 1. Gen. XLVI, 29 (ubi Josephus ex metropoli ad Nili littus sita in terram Gosen proficiscitur), spec. qui in Canaanaeam proficiscuntur ex Aegypto Gen. XIII, 1. XLIV, 24. XLV, 25. XLVI, 4. L, 5. Ex. I, 10. 1 Reg. IX, 16. XIV, 25. 2 Reg. XXIII, 29, ex Assyria 2 Reg. XVII, 3. XVIII, 9. 13. Jes. XXXVI, 1. 10, ex Babylonia 2 Reg. XXIV, 1. Esr. II, 1. VII, 6. Neh. VII, 6. XII, 1, ex omnibus terris Hos. I, 11. Zach. XIV, 16. 17. Ceterum de Assyria usus sibi non constat, et Hos. VIII, 9 Israël *in Assyriam ascendere* dicitur (cf. הֶעֱלָה 2 Reg. XVII, 4), quemadmodum Graeci de itinere in interiorem Asiam frequentant ἀναβαίνειν (Herod. 9, 113. Xen.), unde Cyri minoris expeditio Ἀνάβασις appellata est, idque ipsum, si ex situ physico res metienda est, accuratius dictum existimem. (Etiam de itinere ex Syria in Aegypto Arabum usus differt ab Hebraeo: siquidem illi ex Syria ascendunt in Aegyptum, descendunt in Syriam, Freytag ad hist. Halebi p. 126, ubi ex Beidawio ad Cor. 3, 150 annotatur, Arabum اصعاد ascendere, de quovis itinere longiore in terram [ins Land hinein] usurpari). Inde β) qui in deserta pergunt (quoniam horum situs altior est Jos. XVI, 1 cf. etiam arab. صعد) Iob. VI, 18. Mt. IV, 1; qui *sacrarium* petunt (sacraria enim saepe in montibus exstruebantur cf. בָּמָה no. 3. 4) Deut. XVII, 8. Iud. XX, 3. 18. 31. XXI, 5. 8. 19. 1 Sam. I, 3. X, 3. Ps. CXXII, 4; cf. Ex. XXXIV, 24 (cf. syr. ܣܠܩ de itinere in monasterium, Mich. chrest. p. 90); qui locum iudicii adeunt Deut. XXV, 7. Num. XVI, 12. 14. Iud. IV, 5. Ruth IV, 1, licet sacrarium et locus iudicii possent etiam ut fastigium sacrum et morale cogitari, quae ratio nonnullis exemplis melius convenit, ut Num. l. c. Ruth l. c. Eodem modo iudicandum videtur Gen. XLVI, 31, ubi Josephus Pharaonis regiam petens *ascendit* (coll. 29) cf. ܣܠܩ ἀναβαίνω de his qui metropolin petunt Mich. chrest. syr. p. 68. Raphel. obs. ad N. T. e

Polybio p. 90. — Denique γ) *ascendere* (heranziehn) contra aliquem vel contra urbem, terram dicuntur etiam qui eum (eam) bello petunt et expugnatum veniunt (quoniam urbes castraque expugnanda in loco edito exstructa sunt) Mich. II, 13. Nah. II, 2. Joël I, 6. 1 Reg. XV, 17. XX, 22. Jes. VII, 1. 6, cf. 1 Sam. XVII, 23. 25 (cf. Comm. 3).

Praeter homines de Deo dicitur in coelum ascendente Gen. XXXV, 13; de bestiis maribus feminas ineuntibus Gen. XXXI, 10. 12. Dein de inanimatis, ut de planta succrescente Gen. XL, 10. XLI, 22. Deut. XXIX, 22. Jes. LV, 13, de gramine Am. VII, 1 (sim. de cornu Dan. VIII, 3, de ipso homine crescente Gen. XLIX, 9), de flumine super ripas ascendente Jes. VIII, 7, de vento ascendente s. surgente (nostr. der Wind macht sich auf) Hos. XIII, 15, de flamma Iud. XIII, 20, de fumo Gen. XIX, 28, vapore Gen. II, 6, de aurora XIX, 15. XXXII, 25. 27, de foetore Joël II, 20; de via sursum tendente Iud. XX, 31, de termino Jos. XV, 15 sqq. XVIII, 12, de regione assurgente ib. XVI, 1. XVIII, 12, de sorte ex urceo exeunte Lev. XVI, 9. 10. Jos. XVIII, 11), de ira (quae passim cum fumo comparatur) Ps. XVIII, 9. LXXVIII, 21. 31. 2 Sam. XI, 20, de pugna ingravescente 1 Reg. XXII, 35; de clamore Ps. LXXIV, 23. Jer. XIV, 2, de voce in aures alic. ascendente 2 Reg. XIX, 28, de rumore Jon. I, 2: עָלְתָה רָעָתָם לְפָנָי. — *Ascendere in cor* hominum (עָלָה עַל לֵב) dicuntur res, quorum *recordantur* et mentionem iniiciunt. Jes. LXV, 17. Jer. III, 16. VII, 31. XIX, 5. XXXII, 35, ἀναβαίνω ἐπὶ τὴν καρδίαν Act. VII, 23 (Hiph. Ez. XIV, 3, et אֶל pro עַל comm. 4) cf. עלה de somnio suborto Gen. XLI, 32 cod. Sam.

Metaph. *ascendere super* (עָלָה עַל פ׳) alios dicuntur qui eos *superant* Prov. XXXI, 29, spec. opibus Deut. XXVIII, 43.

2) Verbum intransitivum עָלָה dicitur pro passivis: a) *tolli*, v. c. de terra Am. III, 5. Pr. XXVI, 9: חוֹחַ עָלָה בְיַד שִׁכּוֹר *spina* quae *sublata est in manum ebrii*, quam ebrius manu gestat. Iob. V, 26: כַּעֲלוֹת גָּדִישׁ בְּעִתּוֹ *sicut acervi mergitum tolluntur* et in horrea comportantur *tempore suo*. XXXVI, 20: *ne anheles illam noctem* לַעֲלוֹת עַמִּים quorsum *auferuntur populi*. — β) *imponi*, v. c. iugum Num. XIX, 2. 1 Sam. VI, 7, sacrificium altari 1 Reg. XVIII, 36; inde de fascia, quae vulneri imponitur s. applicatur (v. אֲרוּכָה). — γ) *superinduci*, de carne ossibus inducta Ez. XXXVII, 8, de veste *induta* Lev. XIX, 19 (cf. עַל no. 1, a, β), de novacula super caput *traducta* Iud. XVI, 17. — δ) in tabulas *inscribi*, deferri 1 Par. XXVII, 24 cf. כָּתַב עַל (v. Hiph. no. 2, f).

Niph. נַעֲלָה fut. יֵעָלֶה 1) *sursum ductus est* Esr. I, 11. 2) sustulit se, *surrexit* ad abeundum, proficiscendum, (sich erheben, sich aufmachen), de nube divina Num. IX, 17. 21. 22. Ezech. IX, 3, de exercitu proficiscente Jer. XXXVII, 5. 11 cf. 2 Sam. II, 27, sq. מִן abiit de loco (sich wegheben von einem Orte) Num. XVI, 24. 27. — 3) *exaltatus*, *sublimis est* Ps. XLVII, 10, sq. עַל super alios XCVII, 9.

Hiph. הֶעֱלָה, semel הַעֲלָה Hab. I, 15 cum Vav convers. וְהַעֲלִיתִיךָ Ez. XXIX, 4, וְהַעֲלִיתָ Deut. XXVII, 6 fut. יַעֲלֶה convers. וַיַּעַל (quod a fut. Kal solo contextu discernitur) 1) ubi refertur ad homines et animantia: *ascendere fecit*, *ascendere iussit* (LXX. ἀναβιβάζω, ἀνάγω), velut in tectum Jos. II, 6, in currum 1 Reg. XX, 33. 2 Reg. X, 15, e fovea Gen. XXXVII, 28. Ps. XL, 3. Jer. XXXVIII, 3, ex orco Ps. XXX, 4 (evocavit ex orco 1 Sam. XXVIII, 11): inde *sursum duxit*, *duxit* in regionem superiorem ex inferiore 2 Sam. II, 3. 2 Reg. XXV, 6, inde ex Aegypto in desertum et in Palaestinam Gen. L, 24. Iud. VI, 8. 1 Sam. XII, 6. 2 Reg. XVII, 36 et saepe, in Palaestinam ut montanam ex aliis terris 2 Par. XXXVI, 17. Jer. XXVII, 22, max. Jer. XXXIX, 2; *adduxit* hostem (cf. in Kal 1, γ) Ez. XXVI, 3 (contra Tyrum). Jer. L, 9. LI, 27 (contra Babylonem), populi turbam Ez. XVI, 40: וְהֶעֱלוּ עָלַיִךְ קָהָל וְרָגְמוּ אוֹתָךְ *et adducent contra te populi turbam, quae lapidet te*. XXIII, 46; *educavit* (pullum leoninum) Ez. XIX, 3 (cf. in Kal Gen. XLIX, 9); *sustulit*, *abstulit* (hinwegraffen) Ps. CII, 25: אַל תַּעֲלֵנִי בַּחֲצִי יָמָי *ne tollas me in dimidio dierum meorum*. — Ellipt. Nah. III, 3 (in quo loco facillimo mirum est quantopere frustra desudaverint interpretes): פָּרָשׁ מַעֲלֶה *eques ascendere facit* equum (der Reuter lässt steigen, bäumt das Ross). Eadem sententia Maurerus: *eques* i. e. equus cum equite (Virg. Ge. 3, 16) *tollit* sc. se, bäumt sich: sed ita exspectes עוֹלֶה *adscendit*.

2) ubi refertur ad res (et quae rerum loco habentur, ut sacrificia, licet haec humana esse possint): *ascendere fecit* v. c. mare, fluctus Ez. XXVI, 3 (c. acc. et לְ), inde a) *sursum traxit* (heraufziehen), ut pisces ex aqua Hab. I, 15. Ez. XXXII, 3, cibos in os (de ruminantibus) Levit. XI, 4. 5, b) *sursum portavit* (mortuum) 1 Reg. XVII, 19, inde *attulit* in locum editiorem (hinaufbringen) 1 Sam. II, 19 (addito לְ pers., alicui). VI, 21. VII, 1. 2 Sam. VI, 12. 15. XXI, 13. Neh. X, 39, de tributo in Assyriam allato s. misso 2 Reg. XVII, 4 (cf. in Kal Hos. VIII, 9). c) *imposuit*, ut lucernas candelabro Exod. XXV, 37. XL, 4 (LXX ἐπιτίθημι), sacrificium altari Jes. LVII, 6: הֶעֱלִית מִנְחָה. LXVI, 3, sed κατ' ἐξοχὴν de holocaustis (quae עוֹלָה *impositum* vocantur): הֶעֱלָה עוֹלָה obtulit holocaustum Lev. XIV, 20. Iob. I, 5 et persaepe (LXX. ἀναφέρω, προσφέρω), הֶעֱלָה עֹלֹת בַּמִּזְבֵּחַ Gen. VIII, 20. Num. XXIII, 2. 14, הֶעֱלָה עֹלָה עַל הַמִּזְבֵּחַ Ex. XL, 29. 2 Par. I, 6, הֶעֱלָה ד׳ לְעֹלָה offerre aliqu. in holocaustum Gen. XXII, 2. 13, הֶעֱלָה ד׳ עֹלָה id. 1 Sam. VII, 9. 2 Reg. III, 27, הֶעֱלָה לַיהוָה offerre Jovae (pro holocausto) Iud. XIII, 19, לִפְנֵי יְ׳ 2 Sam. VI, 17. Dicunt etiam: הֶעֱלָה מַס imposuit operam servam 1 Reg. V, 27. IX, 15, הֶעֱלָה אֲרוּכָה imposuit s. applicavit fasciam vulneri, v. אֲרוּכָה. Ellipt. 2 Par. XXXII, 5: וַיַּעַל עַל הַמִּגְדָּלוֹת *et imposuit* aliquid *super turres* i. e. altiores fecit turres, turres superne collapsas refecit. Eadem ellipsi dicitur: יָסַף עַל *addidit* aliquid *ad*, *auxit*, v. יָסַף no. 2. — d) *iniecit* v. c. pulverem capiti (sq. עַל) Jos. VII, 6. Ez. XXVII,

30, metaph. *immisit* morbum alicui Deut. XXVIII, 61. — e) *obduxit*, *induxit*, *superinduxit* (überziehen, überziehen). Am. VIII, 10: הַעֲלֵיתִי עַל־כָּל־מָתְנַיִם שָׂק. — 1 Reg. X, 17: שְׁלֹשֶׁת מָנִים זָהָב יַעֲלֶה עַל־הַמָּגֵן הָאֶחָת *tres minas auri induxit uni clypeo* i. e. uni clypeo deaurando adhibuit. Ez. XXXVII, 6: וְהַעֲלֵיתִי עֲלֵיכֶם בָּשָׂר *et inducam vobis* (ossibus vestris) *carnem*. 2 Sam. I, 24. 2 Par. III, 5. 14 (darauf machen, darauf befestigen). — f) *inscripsit*, detulit in tabulas (*auf*schreiben, *auf*zeichnen). 1 Reg. IX, 21. 2 Par. VIII, 8. — g) הֶעֱלָה עַל לֵב in memoriam revocare, v. Kal no. 1 extr.

Hoph. הֹעֲלָה (pro הָעֳלָה) 1) *abduci*. Nah. II, 8: גֻּלְּתָה הֹעֲלָתָה *deportatur, abducitur*, cf. Niph. no. 2. — 2) *offerri* de sacrificio Iud. VI, 28. — 3) *deferri* in tabulas 2 Par. XX, 34.

Hithpa. extulit se. Jer. LI, 3. (Chald. Ithpa. elatus, exaltatus est).

עָלֶה cstr. עֲלֵה c. suff. עָלֵהוּ Ps. I, 3. Jer. XVII, 8. Ez. XLVII, 12, עָלֶהָ Jes. I, 30 pl. cstr. עֲלֵי Neh. VIII, 15 (sed עָלָיו Ez. XVII, 7, עָלֶיהָ Jes. XXVII, 3. Jer. XI, 16 male huc referuntur et sunt a part. עַל) m. *folium*, a crescendo dictum. עָלֶה נִדָּף folium (vento) dispulsum Lev. XXVI, 36. Iob. XIII, 25. עֲלֵה זַיִת folium olivae Gen. VIII, 11. Ceterum cum folio, folio viridi (Prov. XI, 28. Jer. XVII, 8) comparantur, quorum res laete florent. Sing. collect. Gen. III, 7. Ps. I, 3. Jes. XXXIV, 4. Cod. Sam. Gen. et Levit. ll. cc. habet [Samaritan] pro עלה.

עַל (ut עַד, בַּר, a radd. עָדָה, בָּרָא) Hos. XI, 7, c. acc. conj. עַל 1) subst. summitas, inde concr. *summus*, *altissimus*. De Deo Hos. XI, 7: אֶל־עַל יִקְרָאֻהוּ *ad Summum vocant eum* (prophetae populum), *sed nemo eum extollit*. Cum negandi part. לֹא עַל *non-summus* i. q. לֹא אֱלֹהִים *non-deus*, collect. *non-dii* i. e. idola, vel i. q. בְּלִיַּעַל ignobile, nequitia. Hos. VII, 16: יָשׁוּבוּ לֹא עָל *convertunt se ad idola* vel: *ad nequitiam*.

2) Adv. *in alto*. 2 Sam. XXIII, 1 de Davide: *vir* הֻקַם עָל (qui) *constitutus est in alto* (der hoch gestellt war). Cum praef. מֵעָל *desuper* Gen. XXVII, 39. XLIX, 25, et simpl. *supra* Ps. L, 4 (cf. מִן no. 3, h). Unde st. constr.

עַל pl. cstr. עֲלֵי (forma poëtis propria, ut אֱלֵי, עֲדֵי) c. Suff. עָלַי, עָלֶיךָ, עָלָיו, עָלֶיהָ, עָלֵינוּ, עֲלֵיכֶם, עֲלֵיהֶם poët. עָלֵימוֹ (Ps. V, 12. Iob. XX, 23)

A) Praep. frequentissima et late patens, quae respondet gr. ἐπὶ (ἀνὰ) et ὑπὲρ, nostr. *auf*, *über*, lat. *super* et *in*. (Phoen. על v. monn. Phoen. p. 354 et *aly* = עֲלֵי Plaut. 5, 1, 10: *aly thera* עלי חרע. Chald. עַל id. Syr. ܥܰܠ, c. suff. ܥܠܰܘܗܝ, ܥܠܰܝܟ ut apud Hebraeos. Sam. [Samaritan], etiam [Samaritan], [Samaritan], [Samaritan]. Arab. عَلَى). Varii eius significatus ad haec quattuor genera revocari possunt. Est

1) i. q. ἐπὶ, *super*, *auf*, ubi aliqua res posita est in superiore parte alterius, ita ut ei insistat, incumbat, eam substratam habeat, a) de statu quietis, v. c. יָשַׁב עַל כִּסֵּא sedere *super* solio, עָמַד עַל הָהָר stare *super* monte, עָמַד עַל רַגְלָיו stare super pedibus suis, iis insistere Zach. XIV, 12, iacere עַל הַמִּטָּה super lecto 2 Sam. IV, 7, עֲלֵי נָתִיב in via Iob. XVIII, 10. Ps. CXXXI, 2: כְּגָמֻל עֲלֵי אִמּוֹ *sicut ablactatus super matre* i. e. gremio eius. Recte dicitur Ps. XV, 3: *non calumniatur* עַל לְשֹׁנוֹ *super lingua sua* (ibi enim re vera oritur sermo), et similiter עַל פִּיךָ super ore tuo, ubi nos: super labiis tuis. Exod. XXIII, 13: לֹא יִשָּׁמַע עַל פִּיךָ *ne audiatur* (nomen idolorum) *super labiis tuis*. Eccl. V, 1. Ps. L, 16, cf. gr. ἀνὰ στόμα ἔχειν. Eodem pertinet formula עַל בַּיִת *in* domo, cuius exempla tamen seorsum iudicanda sunt. Jes. XXXII, 13: *sentes et vepres crescunt* עַל כָּל־בָּתֵּי מָשׂוֹשׂ *in omnibus domibus luxuriae* cet. nimirum: *super* ruinis eorum, ex quibus tanquam ex solo surgunt. XXXVIII, 20: *fidibus canemus* ...... עַל בֵּית יְיָ *in templo Jehovae*, quoniam hoc in loco edito est, germ. dicimus: *auf* der Stube, *auf* dem Saale, pro *oben in* der Stube, polon. *po izbie* super diaeta, quoniam haec solo terrae editior est. (Male Crednerus ad Joëlem pag. 101: fidibus canimus *in laudem* templi). Quod Hos. XI, 11 habes: *eos habitare faciam* עַל בָּתֵּיהֶם, eodem modo iudicandum est atque עַל עָפָר *super pulvere*, quod non solum est in superficie terrae, sed etiam *in sepulcro*, in quo mortui pulveri et incumbunt et succumbunt (Iob. XX, 11. XXI, 26, v. עָפָר): qui enim *in* domo habitant, re vera partem eius sibi substratam habent. Possit עַל etiam eo referri, quod domus urbesque in locis editioribus esse solent (coll. Jes. XXXVIII, 20): contra non puto, עַל בָּתֵּיהֶם *super tectis* domuum significare (Credn. l. c.), ut עַל אַרְמְנוֹת Am. III, 9. *Congregari in* carcerem (עַל מַסְגֵּר, עַל בּוֹר) Jes. XXIV, 22 ex usu infra (no. 4) exposito expediendum est.

Spec. *α*) dicunt: עַל אֲדָמָה *super* (aliqua) *terra* Am. VII, 17, ubi nos: *in* terra, regione, *im* Lande, sed: *auf* dem Felde, *auf* feindlichem Gebiete. Sic: עַל אַדְמַת נֵכָר in terra peregrina Ps. CXXXVII, 4, עַל אַדְמַת יְיָ Jes. XIV, 2, עֲלֵי אֲדָמוֹת in terris Ps. XLIX, 12, עַל אֶרֶץ רַבָּה in terra ampla Ps. CX, 6, עַל מַמְלַכְתּוֹ in regno suo Jes. IX, 6, עַל אֶפְרַיִם in agro Ephraimitico ib. VII, 2. Cf. Lev. XXV, 18. Jer. XXIII, 8. Ez. XXVIII, 25. XXXVII, 25.

β) eius usus est de vestibus, quas aliquis *gestat*. Gen. XXXVII, 23: *tunica* אֲשֶׁר עָלָיו *quam gerebat* s. *qua indutus erat*. 2 Sam. XIII, 18: עָלֶיהָ כְּתֹנֶת פַּסִּים *gerebat tunicam talarem*. Deut. VII, 25. XXII, 5. Jes. IX, 5. Ruth III, 3. 15. 1 Reg. XI, 30. 1 Par. XV, 27 (de clypeis, quos gestabant milites ib. XVIII, 7). Cf. infra מֵעַל de veste, quae exuitur, et נָשָׂא *gestavit* vestes p. 917. Ita expediendus est locus a recentissimis etiam interpretibus male intellectus Iob. XXIV, 9: (אֲשֶׁר) עַל עָנִי יַחְבֹּלוּ *quae super paupere sunt* i. e. vestes, pannos pauperis *pignerant*. Cf. גָּלָה עַל pro גָּלָה אֶת־אֲשֶׁר עַל Thren.

II, 14. IV, 22 sub v. גָּלַח no. 2. Recte iam dudum R. Levi b. Gerson: מה שעל עני והיא לבושו. („Apud Arabes على percrebuit in eundem usum. Hist. Tam. p. 99: وسحبوه سحب الكلاب ومزقوا ما عليه من الثياب et traxerunt eum prout canes trahuntur et quicquid super eum vestium dilacerarunt. Adde Abulphar. 205. 290. 291. 334. hist. Sarac. p. 197 cet. Hariri Cons. IV [p. 46]: .... وعليهما بردان رثان *et quidem vestitos vestibus laceris.*" Schult. ad Iob. l. c. Sic gr. χειρίδες ἐπὶ χερσί Od. 24, 229, suec. *han har inga klaeder pa sig* non habet vestes *super* se).

γ) Dicunt: gravis est aliqua res *super* me, oneri est *super* me i. e. mihi gravis, molesta est. Iob. VII, 20: אֶהְיֶה עָלַי לְמַשָּׂא *mihi ipsi oneri sum.* Jes. I, 14: הָיוּ עָלַי לָטֹרַח *mihi oneri sunt.* Cf. 2 Sam. XIX, 36 (ubi est אֶל pro עַל). Inde כָּבֵד עַל molestus fuit, v. p. 653 B med. (Arab. ثقل على id. Locm. 14, اشتد على ib. 4, عز على gravis, difficilis fuit alicui Ham. 464, syr. ܐܝܩܪ ܥܠ BH. 359. Atque Arabes hac particula utuntur etiam post *levem esse*, ut هان على levem esse alicui, ذلك على الله يسير id Deo facile est Cor. 57, 22). Huc referenda sunt etiam haec Gen. XLVIII, 7: מֵתָה עָלַי רָחֵל i. e. *mortua est Rahel* et *gravis mihi* haec iactura. Eccl. VI, 1: וְרַבָּה הִיא עַל הָאָדָם *et saepe hoc* malum *premit mortales.*

δ) designat *officium* s. *debitum* (eine *Ob*liegenheit) praestandum, quod alicui *oneris* instar *incumbit* (v. quae observavimus ad Jes. IX, 5, adde pers. بار onus et officium, Hamas. p. 416: *reliquit mihi onus* i. e. officium *egoque sustuli* i. e. ei satisfeci). 2 Sam. XVIII, 11: עָלַי לָתֵת *meum erat dare.* Prov. VII, 14: זִבְחֵי שְׁלָמִים עָלָי *sacrificia eucharistica debebam* (voveram). Gen. XXXIV, 12: הַרְבּוּ עָלַי מְאֹד מֹהַר וּמַתָּן *imponite mihi quidquid vultis donorum* cet. 1 Reg. IV, 7. Esr. X, 4. Neh. XIII, 13. Ps. LVI, 13. (Ita arab. عَلَيَّ mihi impositum est Cor. 13, 40. 29, 17. 36, 16, it. debeo, v. c. على الف دينار debeo mille denarios, et لي عليك الف دينار tu mihi debes mille denarios, de Sacy gr. arabe ed. 2. I, §. 1062. Eodem modo Syri dicunt: *est nobis tributum super eum* BH. 154. 406. 470. 490, et Aethiopes ita adhibent ላዕለ: v. c. ዘላዕሌከ: *quod super te est* i. e. quod debes). Etiam de *cura*, quam quis *in se* suscepit (eine Sorge *über sich* nehmen, *über*nehmen). Gen. XXXIII, 1: *et distribuit liberos* עַל לֵאָה וְעַל רָחֵל וְעַל שְׁתֵּי הַשְּׁפָחוֹת. Comm. 13: הַבָּקָר עָלוֹת עָלָי. 1 Sam. XVII, 20: וַיִּטֹּשׁ דָּוִד אֶת־הַצֹּאן עַל שֹׁמֵר cf. 22, et formulam עַל יַד, עַל יְדֵי p. 567 B.

ε) חָיָה עַל gr. ζῆν ἐπί τινος, v. c. עַל לֶחֶם pane Deut. VIII, 3, עַל חַרְבְּךָ gladio suo Gen. XXVII, 40. Tali enim rei tanquam fundamento vita superstruitur et *sustentatur.* Germanice dicunt: *auf seine eigene Hand leben* pr. sua ipsius manu victum parare. Cf. Jes. XXXVIII, 16.

Translate dicitur *ζ*) de *tempore*, quo aliquid fit, (quandoquidem τὰ πραχθέντα tempori ceu fundamento innituntur, vel in tempore tanquam in via progrediuntur), sed raro tamen. Prov. XXV, 11: עַל אָפְנָיו *tempore suo* (v. אֹפֶן), zu seiner Zeit. (Ita arab. على عهده tempore suo vit. Tim. I, 80 Mang., على حين Cor. 28, 14, gr. ἐπ' ἤματι Od. 2, 284, ἐπὶ νυκτί, ἐπὶ πολεμοῦ, angl. *upon the day*, nostr. *auf* den Tag).

η) de *norma*, quam sequimur, et exemplo, quod imitamur (quoniam res metiendae vel ad normam alius faciendae *regulae* s. *normae imponuntur*, man legt sie *auf* das Muster, cf. gr. ἐπὶ θηρὸς bestiarum more, lat. hunc *in* modum, nostr. *auf* die Art, *auf* englisch i. e. more anglico). Ps. CX, 4: עַל דִּבְרָתִי מַלְכִּי צֶדֶק *in modum Melchisedeci.* עַל כָּכָה hunc in modum Esth. IX, 26. נִקְרָא עַל καλεῖσθαι ἐπί τινος vocari ad nomen alic. (v. קָרָא). Saepe de instrumento, ad cuius modos carmen decantandum est Ps. VIII, 1. XLV, 1. LIII, 1. LX, 1. LXIX, 1, it. de carmine, cuius modos alia carmina sequuntur Ps. LVI, 1 (cf. de simili usu syr. ܥܠ Eichhornii praef. ad Jones de poësi Asiat. p. XXXIII, adde ruth. *po tact* nach dem Tacte).

b) de *motu* in superiorem partem loci: *super* aliquid, quod dupliciter cogitari potest, sive ex loco editiore: *deorsum in* aliquid (*hinab, herab auf* etwas), sive ex loco inferiore: *sursum, hinan auf* etwas. Itaque

α) *super* (deorsum in, *hinab auf* etwas), velut: נָתַן עַל ponere super aliqu. Lev. I, 7, הִשְׁלִיךְ עַל iacĕre *super* aliquid Ps. LX, 10, pluere *super* terram Iob. XXXVIII, 26, כָּתַב עַל לֻחוֹת inscribere *in* tabulas Exod. XXXIV, 1, נָתַן עַל יַד et נָתַן עַל יְדֵי dare *super* manus i. e. tradere, committere (v. pag. 567 B), translate de poena et calamitate *super* aliquem recidentibus Gen. XVI, 5: חֲמָסִי עָלֶיךָ. XXVII, 13: עָלַי קִלְלָתְךָ XXXVIII, 29. XLII, 36 cf. הוֹי עַל Ez. XIII, 3, בּוֹא עַל contingere alicui; post verba mandandi, nostr. *über*tragen, *auf*tragen (כָּתַב עַל, צִוָּה עַל, פָּקַד עַל praescripsit, cf. σημαίνειν ἐπὶ δμωῇσι Od. 22, 427), decernendi *in* aliquem (v. דִּבֶּר עַל פ' s. v. דָּבַר litt. γ, אָמַר עַל Ezech. XXVI, 2).

β) *super, in* (pro: sursum in, *hinan auf* etwas), velut: עָלָה עַל הַר ascendit in montem Jes. XL, 9. XIV, 8. 14; הֶעֱלָה עַל הַמֶּרְכָּבָה sustulit (aliq.) in currum 1 Reg. XX, 33, תָּלָה עַל עֵץ suspendit in ligno Gen. XL, 19. 2 Sam. IV, 12, עָלָה עַל לֵב *ascendere* super cor i. e. in memoriam redire, v. עָלָה no. 1 extr. Translate

γ) est *superaddentis* (cf. gr. μῆλος ἐπὶ μήλῳ Od. 7, 120, ἐπὶ τοῖσι, nostr. *über* diess, lat. vulnus *super* vulnus), ut יָסַף עַל addere ad al. (v. יָסַף), נֶחְשַׁב עַל annumerari al. rei 2 Sam. IV, 2, שֶׁבֶר עַל שֶׁבֶר ruina super ruinam Jer. IV, 20 cf. Ez. VII, 26. Iob. VI, 16. Jes. XXXII, 10: יָמִים עַל שָׁנָה (addite) *dies ad annum* i. e. post anni spatium et quod excurrit. Gen. XXVIII, 9: *duxit Mahalatham* .... עַל נָשָׁיו *ad uxores suas,*

praeter reliquas uxores. XXXI, 50. Ubi *accessit* res, quae impedimento esse potuisset, est

δ) *non obstante*. Iob. XXXIV, 6: עַל מִשְׁפָּטִי *non obstante iure meo*, sq. inf. *quanquam*. Iob. X, 7: עַל דַּעְתְּךָ *quantumvis scias*. Vide infra B, no. 1.

2) Alterum genus constituunt eae significationes et formulae, in quibus inest notio *imminendi*, *eminendi*, *suspensum esse super* alia re, ita tamen, ut eam non contingat: gr. ὑπὲρ, germ. *über*. Usurpatur de quiete in loco v. c. Iob. XXIX, 3: *ubi splendebat lucerna eius* עֲלֵי רֹאשִׁי *super capite meo*. Ps. XXIX, 3: *vox Domini* auditur *super aquis*; et post verba motus Gen. XIX, 23: *sol ortus erat* עַל הָאָרֶץ *super terram*. I, 20. Iob. XXXI, 21. Spec.

a) dicitur de imperio *in* homines, ut מָשַׁל, מָלַךְ עַל, עַל הִפְקִיד עַל *praeficere*, אֲשֶׁר עַל הַבַּיִת praefectus palatii, v. בַּיִת no. 1 (cf. gr. ὁ ἐπὶ τῶν πραγμάτων qui negotiis praefectus est).

b) ponitur post verba et nomina *tegendi*, *protegendi* (pr. tegere *super* al.), v. עָטָה, סָכַךְ, כָּסָה, גָּנַן et Lgb. 818. etiamsi tegumentum velumve non est *super* re, sed *circa* vel *ante* eam. Ex. XXVII, 21: *aulaeum quod super lege erat*, pr. ante legem. 1 Sam. XXV, 16: חוֹמָה הָיוּ עָלֵינוּ *murus erant super nos* i. e. ante nos, nos protegebant. Ez. XIII, 5. Zach. XII, 2. Post verba, quae protegendi, neque non defendendi et intercedendi notionem includunt, lat. redditur *pro* (cf. gr. ἀμύνειν ὑπέρ, θύειν ὑπέρ), ut נִלְחַם עַל pugnare *pro* aliquo Iud. IX, 17, עָמַד עַל id. Dan. XII, 1, כִּפֶּר עַל expiavit *pro* aliq., הִתְפַּלֵּל עַל intercessit *pro* aliquo, ad avertendam poenam. Saepe

c) *superandi* potestatem habet (cf. lat. *super* omnes, *supra* modum). Ps. LXXXIX, 8: נוֹרָא עַל־כָּל־סְבִיבָיו *terribilis super omnes eum circumdantes*. Iob. XXIII, 2: יָדִי כָּבְדָה עַל אַנְחָתִי *plaga mea gravior est suspirio meo*. Eccl. I, 16. Ps. CXXXVII, 6. Gen. XLIX, 26. 2 Sam. XI, 23. (Cf. arab. Cor. 37, 153: *praetulit filias* على البنين *filiis*). Adde Gen. XLVIII, 22: *do tibi terrae tractum* עַל אַחֶיךָ *supra fratres tuos* i. e. supra (praeter) hereditatem legitimam fratrum. Ps. XVI, 2: טוֹבָתִי בַּל עָלֶיךָ omnia *bona mea non supra te* sunt, te antefero omnibus bonis meis. De tempore: *ultra*. Lev. XV, 25: *si fluxu* (menstruo) *laborat* עַל נִדָּתָהּ *ultra tempus menstruum*. Transiate

d) dicitur de *causa*, *ob* quam (gr. ὑπὲρ οὗ) aliquid fit. Ps. XLIV, 23: *tua causa* (עָלֶיךָ) *mactamur*. Iob. XXXIV, 36. Ruth. I, 19. Inde עַל זֶה Thren. V, 17, עַל זֹאת Jer. IV, 28 et עַל כֵּן (v. כֵּן) propterea; עַל דְּבַר (propter rem), עַל אוֹדוֹת (propter causas) propter; עַל מָה propter quid? i. e. quare? Sq. inf. עַל אָמְרֵךְ propterea quod dicis Jer. II, 35. Iob. XXXII, 2. Saepe igitur de causa (qs. fundamento) et gaudii et luctus (v. שָׂמַח, סָפַד, הִתְעַנַּג), et ridendi et flendi (v. בָּכָה, שָׂחַק), irae (Iob. XIX, 11), misericordiae (Ps. CIII, 13), stuporis (v. שָׁמֵם), explodendi et sibilandi (Iob. XXVII, 23), consolationis (XLII, 11) cet.

e) de *obiecto* sermonis, Iud. IX, 3: וַיְדַבְּרוּ אֲחֵי אִמּוֹ עָלָיו *et loquebantur fratres matris eius de eo*. 1 Reg. V, 13: וַיְדַבֵּר עַל הָעֵצִים . . . . וְעַל הַבְּהֵמָה וגו׳ *et loquebatur* (poterat loqui, disputare) *de arboribus . . . . et de iumentis* cet. Gen. XLI, 15: שָׁמַעְתִּי עָלֶיךָ *audivi de te* sc. loquentes, it. iurisiurandi Lev. V, 22, confessionis Ps. XXXII, 5, vaticinii 1 Reg. XXII, 8. Ies. I, 1, iurgii Gen. XXVI, 21, cf. יָדַע עַל scivit *de* aliqua re Iob. XXXVII, 16.

3) Tertium genus est eorum locorum in quibus עַל *contiguitatis* et *viciniae* vim habet (lat. *ad*, *apud*, nostr. *an*, *bey*). In aliis enim exemplis iisque permultis

a) res alteri contigua et vicina revera *super* eam *eminet* eique *imminet* certe ea altior est, ita ut propria particulae vis retineri possit, v. c. ubi stamus *ad fontem* (עַל עַיִן), cui revera imminemus Gen. XVI, 7, *ad aquam* (עַל מַיִם), quippe quae depressior sit quam terrae superficies Num. XXIV, 6, עַל הַיָּם ad mare Ex. XIV, 2. 9. (gall. *sur* la mer), עַל פִּי יְאֹר ad ripam Nili Jes. XIX, 7 (gr. ἐπὶ ποταμοῦ, arab. على ساحل super ripa, lat. *super* fluvium Liv. angl. *upon* the river, holl. Keulen *op* den Rhyn, ruthen. pomorski supermarinus i. e. maritimus), עַל הַגְּמַלִּים apud camelos (eosque recubantes, quibus imminet homo stans) Gen. XXIV, 30, עַל הַיַּיִן apud vinum Prov. XXIII, 30, עַל אֲבוּס ad praesepe Iob. XXXIX, 9, עַל הַלֶּחֶם ad coenam 1 Sam. XX, 24, עַל הַמִּשְׁפָּט ad iudicium i. e. ad mensam iudicum Jes. XXVIII, 6, quoniam caput hominis mensae assidentis (et bovis ad praesepe stantis) mensae (et praesepi) imminet (cf. ἐπὶ τῷ δείπνῳ Xen. Cyr. 1, 3 §. 12, *super* coenam, ἐπ᾽ ἔργῳ, *über* den Büchern sitzen). Eodem referri potest נִצַּב עַל, עָמַד עַל *stare apud* aliquem, ubi is iacet 1 Sam. IV, 20. 2 Sam. I, 9. 10. XX, 11, humi sedet Gen. XVIII, 8, vel sellae insidet, ut iudex Ex. XVIII, 13. 14, rex Iud. III, 19. 1 Sam. XXII, 6. 7. 17, it. *stare apud* (נִצַּב עַל) altare, sacrificium Num. XXIII, 3. 6. 15. 1 Reg. XIII, 1, et sunt qui ita explicent formulam הִתְיַצֵּב עַל יְיָ Iob. I, 6. II, 1. Zach. VI, 5, עָמַד עַל יְיָ 1 Reg. XXII, 19 (cf. מִמַּעַל לוֹ Jes. VI, 2) de angelis ut apparitoribus Jovae, qui *coram* eo sisti s. stare dicuntur, Jovam enim ut regem sedentem, apparitores stantes fingi observant (Maurer ad Jes., Hirzel ad Iob. ll. cc.). Neque male, quanquam duo sunt, quae scrupulum mihi iniiciant. Unum est quod Jova non sellae humili insidens cogitandus est ita ut apparitorum stantium capita super Jovae caput emineant, sed *solio alto* et *sublimi* (Jes. VI, 1): alterum quod נִצַּב עַל etiam eo contextu usurpatur, quo nulla stantis super reliquos eminentia locum habere potest (Gen. XLV, 1. 1 Sam. XXII, 19). Quae quum ita sint, haud scio an illa formula rectius exemplis infra tractatis (litt. b. c.) annumeretur. Contra in hunc censum (ad a) vocaverim exempla, in quibus alter *super* alterum se reclinare, *ad* eum se inclinare et applicare dicitur. Gen. XLV, 15: *osculatus est fratres suos* וַיֵּבְךְּ עֲלֵיהֶם *et flevit super iis* i. e. ad eos se reclinans, Iud. XIV, 16, עַל־צַוָּארָיו ad collum eius i. e. in amplexu eius Gen. XLV, 14. Jes.

LX, 14: *procidunt* עַל כַּפּוֹת רַגְלַיִךְ *ad plantas pedum tuorum*, ita ut super eas se reclinent. Sed

b) alia ratio est harum formularum: עַל פְּנֵי *ad* faciem s. frontem (pers. vel rei) i. e. coram, ante (v. פָּנִים), עַל יְדֵי, עַל יַד *ad* latus i. e. *iuxta* aliquem, aliquid (p. 568 A), עַל יָמִין *ad* dextram, עַל יְמִין פ׳ ad dextram alic., עַל אֲחֹרֶיהָ ad latus posticum eius (auf der Hinterseite) Ez. XLI, 15, gr. ἐπὶ δεξιά, ἐπ᾽ ἀριστερά Il. 7, 238. 12, 240, nostr. *auf* der Seite. Nimirum *superficiem* rei vocamus non solum *superiorem* eius *faciem* (die wirklich obere Fläche), sed omnem *externam faciem* (die Aussenseite), quae in re erecta, velut in pariete, corpore humano *ad latus* eius est, quo factum est, ut quae huic adhaereant vel quomodocunque ei contigua et vicina sint, *super* faciem (עַל פְּנֵי), *super* latus (עַל יַד), et *super* rem esse dicantur pro *ad* faciem, *ad* latus rei, *apud*, *iuxta* rem (cf. supra no. 1, a, no. 2, b) *), quae eadem necessitudo inter notiones *super* et *ad*, *apud* (germ. an) cernitur in germ. *an*, quod est ab ἀνά (ἀπό), et lat. *apud*, ant. *apur*, *apor* (v. Handii Tursell. I, 405), i. e. ὑπὲρ, sanscr. *upari*. Ita עַל simpl. est pro עַל יַד *iuxta*, *apud*, v. c. עָמַד עַל, נִצַּב עַל stare *apud* aliquem, etiam ubi stans nullo modo super alium eminet 1 Sam. XXII, 19. Zach. IV, 14 (et fortasse plura exempla sub litt. a laudata). Iob. XXX, 4: *carpunt halimum* עֲלֵי שִׂיחַ *ad sepem* s. iuxta sepem (halimus autem fruticibus inferior est et sub iis crescit). עַל פֶּתַח ad portam Iob. XXXI, 10, עַל מְזוּזַת שַׁעַר ad postem portae Ez. XLVI, 2, עֲלֵי קָרֶת iuxta urbem Iob. XXIX, 7. Cf. infra sub מֵעַל no. 2.

c) Passim illud *ad latus*, *iuxta* latius patet et *ad plura* vel *omnia* rei *latera* refertur, ut idem sit quod *circum* (בְּעַד). Ex. XIV, 3: סָגַר עֲלֵיהֶם הַמִּדְבָּר *claudit circa eos desertum* i. e. occludit eos desertum cf. סָגַר בְּעַד 1 Sam. I, 6. Jes. XXXV, 10: שִׂמְחַת עוֹלָם עַל רֹאשָׁם *gaudio sempiterno circumfusum erat caput eorum*. Iob. XIII, 27: עַל שָׁרְשֵׁי רַגְלַי תִּתְחַקֶּה *circum plantas pedum meorum effodisti* terram i. e. viam circumcirca mihi obstruxisti. Eodem referri possunt Iob. XXVI, 9: פַּרְשֵׁז עָלָיו עֲנָנוֹ *pandit circa se nubem suam*. XXXVI, 30: פָּרַשׂ עָלָיו אוֹרוֹ *expandit circa se lucem suam*, licet haec etiam ad tegendi notionem revocari possint (no. 2, b). A contiguitate et vicinia proficiscitur

d) comitandi significatus: *una cum*, *cum* (cf. superaddendi significatum no. 1, b, γ). De hominibus et animantibus. Ex. XXXV, 22: וַיָּבֹאוּ הָאֲנָשִׁים עַל הַנָּשִׁים *et venerunt viri cum mulieribus*. Gen. XXXII, 12: *ne veniat et percutiat* אֵם עַל בָּנִים *matrem cum liberis*. (In hoc exemplo עַל videri possit aliam vim habere, nimirum *tegendi* et *protegendi*, ut quasi pingatur mater liberos trucidandos suo corpore protegens: sed in praecedente exemplo nil tale inest, neque videntur ista divellenda esse). Iob. XXXVIII, 32: וְעַיִשׁ עַל בָּנֶיהָ תַנְחֵם *et ursam cum liberis*, num *ducis eos?* (Liberi s. catuli Ursae, qui sunt stellae in cauda eius, h. l. *sub* ea cogitari non possunt). De rebus Num. IX, 11: עַל מַצּוֹת וּמְרֹרִים יֹאכְלֻהוּ *cum azymis et herbis amaris comedent eum* agnum paschalem, et (ne quis vertendum existimet: azymis et herbis amaris *impositum*) contra Deut. XVI, 3: לֹא תֹאכַל עָלָיו חָמֵץ *ne comedito cum eo* agno paschali *fermentatum*. Et sic אָכַל עַל הַדָּם comedit (carnem) cum sanguine 1 Sam. XIV, 32. Lev. XIX, 26 (cf. Deut. XII, 23: לֹא תֹאכַל הַנֶּפֶשׁ עִם הַבָּשָׂר). נִקְרָא שְׁמִי עַל פ׳ pronunciatur nomen meum *cum* aliquo s. alicuius nomine, de uxore cuius nomen cum mariti nomine loquendo coniungitur Jes. IV, 1. Sic etiam (von begleitenden Umständen): עֲלֵי זֶבַח cum sacrificiis (bey Opfern) Ps. L, 5, עֲלֵי נָבֶל ad nablii cantum Ps. XCII, 4, עֲלֵי אוֹר ad lumen (solis), bey Sonnenschein Jes. XVIII, 4. — Ceterum in hunc censum non vocaverim Am. III, 15: וְהִכֵּיתִי בֵית הַחֹרֶף עַל בֵּית הַקָּיִץ, cui simile est illud Iud. XV, 8: וַיַּךְ אוֹתָם שׁוֹק עַל יָרֵךְ. Ut enim hoc est: *percussit eos crura super femora* i. e. ut crura super femoribus, membra super membris disiecta iacerent, ita illud: percutiam palatia eorum, ut palatium hibernum collabatur super aestivum, alterum alteri iniectum confringatur.

e) Ab hoc usu proficiscuntur non paucae formulae, in quibus עַל *apud* refertur ad id, quod quis *secum* habet, ita ut in eadem locutione habeatur בְּ et בְּקֶרֶב. Sic in iis potissimum formulis, quae ad *cor*, *animam*, *animum* (רוּחַ, נֶפֶשׁ, לֵב) eiusque res et vicissitudines pertineant, velut Jer. VIII, 18: עָלַי לִבִּי דַוָּי *cor meum apud me aegrum*. Hos. XI, 8: נֶהְפַּךְ עָלַי לִבִּי *vertit se apud me cor meum* (cf. Thren. I, 20: נֶהְפַּךְ לִבִּי בְּקִרְבִּי). Neh. V, 7: וַיִּמָּלֵךְ לִבִּי עָלַי *et consultavit cor meum apud me*. Vulg. cogitavit cor meum mecum; Ps. CXXXI, 2: כַּגָּמֻל עָלַי נַפְשִׁי *instar ablactati est mecum anima mea*. Thren. III, 20: וְתָשׁוֹחַ עָלַי נַפְשִׁי *depressa est apud me anima mea*. Ps. XLII, 6: מַה־תִּשְׁתּוֹחֲחִי נַפְשִׁי וַתֶּהֱמִי עָלָי *quid depressa es, anima mea, et strepis apud me*. Comm. 7: עָלַי נַפְשִׁי תִשְׁתּוֹחָח *depressa est anima mea apud me*. 12. XLIII, 5; denique Ps. CXLII, 4: בְּהִתְעַטֵּף עָלַי רוּחִי *ubi languet apud me animus meus*. CXLIII, 4. Jon. II, 8, ubi נַפְשִׁי pro רוּחִי (cf. Ps. CVII, 5: נַפְשָׁם בָּהֶם תִּתְעַטָּף). Neque aliter iudicanda existimo haec exempla. Ps. XLII, 5: אֶשְׁפְּכָה עָלַי נַפְשִׁי *effundo* in lacrimas *apud me animam meam*. Iob. XXX, 16: עָלַי תִּשְׁתַּפֵּךְ נַפְשִׁי *apud me effundit se anima mea*, quae in lex. man. explicavi: effundam animam meam et: effundit se anima mea *super* me (überschüttet mich mit Thränen), et 1 Sam. IV, 19: נֶהֶפְכוּ עָלֶיהָ צִרֶיהָ *vertebant se apud eam* (parturientem) *tormina* (die Wehen begannen sich zu winden bey ihr, quae locutio rem ipsam egregie depingit). Dan. X, 16 (in lex. man. *convertebant*

---

*) Adeo quae ad *inferiorem* rei *faciem* versantur, velut aves quae *sub* coeli firmamento volitant, *super faciem* (עַל פְּנֵי) eius volare dicuntur Gen. I, 20, quemadmodum musca lacunari inhaerens recte dicitur *super* lacunari sedere (die Fliege sitzt *auf* der Decke des Zimmers).

se super eam i. e. ad eam *tormina*). Omnes enim istae locutiones ita sibi similes sunt, ut a se invicem divelli et seorsum iudicari non possint.

Denique f) substantivis abstractis praemissum adverbiis circumscribendis inservit, ut עַל שֶׁקֶר cum mendacio i. e. falso, mendaci modo Lev. V, 22, עַל יֶתֶר large Ps. XXXI, 24, עַל נְקַלָּה leviter Jer. VI, 14. VIII, 11, עַל רָצוֹן cum approbatione (Dei) Jes. LX, 7 i. q. לְרָצוֹן LVI, 7. Jer. VI, 20, cf. ἐπ' ἴσα i. q. ἴσως, ἐπὶ μέγα, ἐπὶ πολύ, arab. على بيان evidenter; quae locutiones etiam ad עַל no. 1, a, η revocari possunt.

4) Quartum denique genus eos complectitur significatus eaque exempla, in quibus עַל *motum* (max. celerem) *in* aliquem locum designat, et prope accedit ad vim particulae אֶל, pro qua ubique ܥܠ ponere solent Syri et Chaldaei, quippe qui אֶל particula prorsus careant. Proficiscitur hoc a significatu *deorsum ruendi in* aliquid, v. no. 1, litt. b, α (deorsum enim citius et rapidius ruitur) et graece vel ἐπὶ particula exprimitur vel κατὰ (*deorsum in* aliquid, ut in καθίημι), lat. *in*, *ad*, nostr. *auf* (etwas) *hin*, *auf* (etwas) *los*. Iob. XXVII, 22: יַשְׁלֵךְ עָלָיו *coniicit in eum* sagittas, er schiesst *auf* ihn. Ita dicitur עַל פָּנָיו in faciem eius (alibi אֶל פָּנָיו, v. פָּנִים) Iob. XXI, 31, עַל מְקֹמוֹ in locum suum Ex. XVIII, 23, עַל יָמִין dextrorsum Gen. XXIV, 49. Zach. XII, 6, עַל קִרְבּוֹ pro אֶל קִרְבּוֹ in interiora eius 1 Reg. XVII, 21. Inde שָׁלַח עַל et שָׁלַח אֶל eod. comm. Jes. XXXVI, 12, נָפַל עַל et נָפַל אֶל defecit *ad* aliquem, כָּתַב עַל et כָּתַב אֶל scripsit *ad* aliquem, נָתַן עַל Jes. XXIX, 12 i. e. נָתַן אֶל ib. comm. 11. Sic post verba eundi, veniendi *ad* aliquem 2 Sam. XV, 4. 20. Ex. III, 18. 2 Reg. XXV, 20 (arab. على Cor. 19, 12) fugiendi *ad* (Jes. X, 3), mittendi (Neh. VI, 3. Zach. VII, 14: אֲסָעֲרֵם עַל כָּל־הַגּוֹיִם *dispersi eos ceu tempestate ad* inter *omnes gentes*), manum emittendi (Jes. XI, 8 v. שָׁלַח), inclinandi se *ad* aliquid (הִשְׁתַּחֲוָה עַל) i. e. coram aliqua re Lev. XXVI, 1, polliciendi ad aliqu. Iob. XXXI, 9, loquendi v. c. דִּבֶּר עַל לֵב פ׳ loqui ad cor alic. i. e. blande alloqui, consolari (v. דָּבַר litt. ε, ζ), nunciandi Jes. LIII, 1, animum advertendi (שׂוּם לֵב עַל, v. שׂוּם), amoris (v. עָגַב) et desiderii Cant. VII, 11. 2 Sam. XIV, 1: לֵב הַמֶּלֶךְ עַל אַבְשָׁלוֹם *cor regis* inclinabat *in Absalonem* i. e. eum amabat. Spec. est

a) sensu hostili: *adversus*, *contra*, *auf* (etwas) *los*, *über* (etwas) *her*. (Arab. على Cor. LXIII, 4). Iud. XVI, 12: פְּלִשְׁתִּים עָלֶיךָ *Philistaei contra te* (wollen *über dich her*) i. e. te adoriuntur. Ez. V, 8: הִנְנִי עָלַיִךְ *ecce me contra te* i. e. te invadam, adoriar (alibi הִנְנִי אֵלַיִךְ). Iob. XVI, 4. 9. 10. XIX, 12. XXI, 27. XXX, 12. XXXIII, 10. Jes. IX, 20, adde קוּם עַל surgere *contra* aliq., חָנָה עַל עִיר oppugnavit urbem, סָבַב עַל cinxit aliquem (hostiliter), חָשַׁב עַל consilia cepit *contra* al. cet. Rarius

b) in bonam partem: *erga*, v. c. עָשָׂה חֶסֶד עַל 1 Sam. XX, 8.

c) Argenteae aetatis scriptoribus (v. chald.) non raro ita ponitur pro אֶל et לְ, ut lat. dativo reddendum sit. (Syr. ܫܦܝܪ ܥܠܘܗܝ, ܐܬܪܚܡ ܥܠܘܗܝ ei carus, amatus BH. 165. 166. 255) Esth. III, 9: אִם עַל הַמֶּלֶךְ טוֹב *si regi bonum videtur* i. e. placet (cf. Esr. V, 17), et ita non raro in libro Iobi, ut XXXIII, 23: אִם יֵשׁ עָלָיו i. q. אִם יֵשׁ לוֹ *si ei est* i. e. obtingit. XXII, 2: כִּי יִסְכּוֹן עָלֵימוֹ *si prodest sibi ipsi*. VI, 27. XIX, 5. XXX, 2. XXXIII, 27. XXXVIII, 10, cf. Ezech. XXVII, 5. Prov. XXIX, 5.

In nonnullis exemplis עַל prope accedit ad potestatem עַד particulae, quae passim pro ea in codd. reperitur et contra (Ez. XL, 15. XLI, 16. 17. 20. Mich. I, 14, ubi LXX עַד). Jes. X, 25: עַל תַּבְלִיתָם usque *ad internecionem eorum*, ubi 2 codd. עַד. Ps. XIX, 7: תְּקוּפָתוֹ עַל קְצוֹתָם *et circuitus eius ad fines eius*, ubi 18 codd. עַד. Iob. XXXVII, 3. (Arab. *nemo supererat* على احد, hebr. עַד אֶחָד nostr. bis auf Einen i. e. ne unus quidem).

Minus recte ad hoc genus referunt עַל הַשָּׁמַיִם coelum versus Ex. IX, 22, עַל יְהוָה Jes. XVII, 7, נָהַר עַל (הַר) Mich. IV, 1 et huius generis plura, quae pertinent ad no. 1, b, β.

B) Conj. pro עַל אֲשֶׁר 1) *quanquam* (cf. litt. A, 1, b, δ). Iob. XVI, 17: עַל לֹא חָמָס בְּכַפָּי *quanquam non* est *iniuria in manibus meis*. Jes. LIII, 9: עַל לֹא חָמָס עָשָׂה *quanquam nil iniuriae commisit*. (Saepe ita على apud Arabes, tum ante inf. et subst. pro *non obstante*, tum ante verbum finitum, ubi plenius dicitur على ما Har. 5, 117 Schult., على ان vit. Tim. II, 104. Prioris usus exempla sunt: على كثرة non obstante multitudine Abulph. p. 3. 163, على اختلاف non obstante diversitate Elmacin. 185, على التعنيس non obstante conditione innupta Har. 35 p. 389 Sacy, cf. ibid. 44 p. 507. vit. Tim. II, 148).

2) *propterea quod*, sq. praet. Ps. CXIX, 136: עַל לֹא שָׁמְרוּ *propterea quod non servarunt*. Gen. XXXI, 20: עַל בְּלִי הִגִּיד. Esr. III, 11, plenius עַל אֲשֶׁר Deut. XXIX, 24. 2 Sam. III, 30, עַל כִּי Deut. XXXI, 17. Ps. CXXXIX, 14.

Cum aliis praepositt. AA) כְּעַל *sicut secundum*, *wie* es *angemessen* ist, sicut convenit (cf. litt. A, 1, a, η). Jes. LXIII, 7: *laudo Jovam* כְּעַל כֹּל־אֲשֶׁר גְּמָלָנוּ יְיָ *sicut convenit omnibus quae fecit pro nobis*. כְּעַל — כְּעַל: *ut* secundum — *ita* secundum. LIX, 18: כְּעַל גְּמֻלוֹת כְּעַל יְשַׁלֵּם germ. *wienach die Handlungen* sind, *darnach vergilt er*. Plene diceretur: כְּעַל ג׳ כְּעָלֵיהֶן. Eadem ellipsis suffixi est 2 Par. XXX, 18: יְיָ יְכַפֵּר בְּעַד, cf. p. 706 B. Sic gall. *c'est selon* (es ist darnach).

BB) מֵעַל (arab. من على, quanquam hoc in Arabismo rarum, v. 1 Reg. XIII, 15 Vers. arab.) 1) pr. *desuper*, dicitur de iis, quae recedunt *ab* eo loco, *in* vel *super* quo fuerant, sive deorsum cadant ruantve v. c. decidit מֵעַל הַכִּסֵּא de sella 1 Sam. IV, 18, desiliit מֵעַל הַגָּמָל de camelo Gen. XXIV, 64, iaculati sunt מֵעַל הַחוֹמָה de muro 2 Sam. XI, 20, sive sursum ascendant Ez. I, 19, sive alio quocunque modo recedant vel removeantur, ut Gen. XLVIII, 17: *removit manum* מֵעַל רֹאשׁוֹ *a capite eius*, cui imposita fuerat. נָשָׂא רֹאשׁ מֵעַל פ׳

capite truncavit aliq. Gen. XL, 19. Am. VII, 11: *Israël emigrabit* מֵעַל אַדְמָתוֹ. Iud. XVI, 20: *recessit Jehova* מֵעָלָיו *ab eo* (quandoquidem spiritus Dei quieverat super eo). Spec. a) dicitur de iis qui *deponunt* vestem (v. עַל A, no. 1, a, *β*) Gen. XXXVIII, 14. 19. Jes. XX, 2, calceum Jos. V, 15, detrahunt annulum de digito Gen. XLI, 42, cf. Deut. VIII, 4. XXIX, 4, unde de cute Iob. XXX, 30: עוֹרִי שָׁחַר מֵעָלָי *cutis mea nigrescit* et recedit *a me*. Comm. 17. Translate Iud. XVI, 19: *recessit robur ab eo* (eo enim indutus fuerat, v. לָבַשׁ). — b) qui removent rem molestam, quae iis oneri fuerat (v. עַל no. 1, litt. a, *γ*). Ex. X, 28: לֵךְ מֵעָלָי *discede a me*, cui molestus et quasi oneri es. Gen. XIII, 11. XXV, 6. 2 Sam. XIX, 10: *fugit* (Davides) *ex terra* מֵעַל אַבְשָׁלוֹם *ab Absalomo* (cui molestus fieri coeperat pater). — c) Quemadmodum dicunt: legere *super* libro, ita etiam קָרָא מֵעַל הַסֵּפֶר legere *de-super* libro (vom Buche *ab*lesen) Jer. XXXVI, 11, et sic דָּרַשׁ מֵעַל סֵפֶר ubi nos: scrutari in libro Jes. XXXIV, 16.

2) *a latere*, *ex vicinia* al. rei (cf. עַל no. 3), qs. *de — iuxta*, *prope*. Num. XVI, 26: סוּרוּ נָא מֵעַל אָהֳלֵי הָאֲנָשִׁים הָרְשָׁעִים הָאֵלֶּה *recedite a tentoriis istorum scelestorum*. Gen. XVII, 22: *et ascendit Jehova* מֵעַל אַבְרָהָם *a latere Abrahami*. XXXV, 13, et ita סוּר מֵעַל recedere *ab* aliqu. Jes. VII, 17, ס׳ מֵעַל יְ׳ Jer. XXXII, 40. Ez. VI, 9, זָנָה מֵעַל יְ׳ Hos. IX, 1, רָחַק, הִרְחִיק מֵעַל, Jer. II, 5. Iob. XIX, 13, עָבַר מֵעַל praetergredi (et abire) ab al. Gen. XVIII, 3.

3) מֵעַל לְ fere i. q. עַל (ut מִתַּחַת לְ i. q. תַּחַת) *supra* Neh. XII, 37, *super* aliqua re Gen. I, 7. Ez. I, 25, aliquam rem (in recentiore Hebraismo) Jon. IV, 6. 2 Par. XIII, 4. Neh. XII, 31, *apud*, *iuxta* 2 Par. XXVI, 19 (cf. stare עַל הַמִּזְבֵּחַ 1 Reg. XIII, 1); etiam omisso לְ (ut מתחת pro מִתַּחַת לְ) *supra* Neh. III, 28. Eccl. V, 7: כִּי גָבֹהַּ מֵעַל גָּבֹהַּ שֹׁמֵר *nam altus* (potens), qui *super alto* est, eum *custodit* i. e. potentissimo cuique non deest potentior, qui eius custodem agat. Ps. CVIII, 5, et c. acc. Esth. III, 1; *apud*, *iuxta* Jer. XXXVI, 21.

עַל chald. c. Suff. עֲלוֹהִי, עֲלַיְנָא, עֲלֵיהוֹן i. q. hebr. 1) *super* (auf) Dan. II, 10. 29. 46. 48. 49. III, 12 cet. — 2) i. q. hebr. no. 2 ὑπέρ (über), *supra* Dan. V, 23. VI, 4, spec. superandi significatu Dan. III, 19 (ubi עַל דִּי supra quam i. e. plus quam), transl. *ob*, *propter*, de causa, unde עַל דְּנָה propterea Esr. IV, 15; *de*, de obiecto sermonis Dan. VI, 13. VII, 16. 19. — 3) saepe i. q. אֶל *ad* aliquem, aliquid, post verbum accedendi Dan. VII, 16, intrandi Dan. II, 24, redeundi IV, 31, mittendi Esr. IV, 11. 17. 18, scribendi IV, 7; i. q. לְ nota dativi. Dan. VI, 19: *aufugit somnus* עֲלוֹהִי *ei*, inde טָב עַל Esr. V, 17. VII, 18 et שְׁפַר עַל Dan. IV, 24 bonum visum est alicui i. e. placuit ei. Sensu hostili: *contra*, *adversus* Dan. III, 29. Esr. IV, 19.

עֹלָה et **עוֹלָה** f. pr. quod ascendit, inde 1) *ascensus*, *scala*. Ez. XL, 42. Plur. id. Comm. 26: וּמַעֲלוֹת שִׁבְעָה עֹלוֹתָו *et gradus septem erant scala eius*. 15 codd. עלותו, עולתו in sing. — 2) *holocaustum* s. sacrificium quod *totum* comburebatur (Ex. XXIX, 18 cf. כָּלִיל no. 3), quippe quod *in altare ascendat* s. *imponatur* (v. rad. in Kal 1 Reg. XVIII, 29. 36. Jes. LX, 7 et Hiph. no. 2, c), LXX. ὁλοκαύτωμα, ὁλοκαύτωσις, rarius ὁλοκάρπωσις, ὁλοκάρπωμα, et κάρπωσις, κάρπωμα, ap. Philonem ὁλόκαυστον, Vulg. *holocaustum*, de quo Hieron. ad Ezech. XLV: holocaustum est quod *totum* offertur Deo et sacro igne consumitur. De ritu holocausti ex lege Mosaica v. Lev. I, 3—17. VI, 9—13, formula solennis de iis offerendis הֶעֱלָה עוֹלָה et עָשָׂה עוֹלָה Lev. V, 10. Iud. XIII, 16. Ezech. XLV, 23. Iam Patriarcharum sacrificia holocausta fuisse videntur Gen. VIII, 20. XXII, 3. 6, etiam sacrificia humana hoc ritu oblata sunt (v. Gen. l. c. Iud. XI, 31, et de Phoenicibus Movn. Phoen. p. 446 sqq. 453). Saepe copulatur cum aliis sacrificiorum generibus, ut זֶבַח (quod reliqua sacrificia cruenta complectitur) Ex. XVIII, 12. Num. XV, 3. 8. 2 Reg. V, 17. X, 24. Jes. LVI, 7. Jer. VII, 22. XVII, 26, חַטָּאת Ps. XL, 7, שְׁלָמִים Ez. XLVI, 12. In genit. אֵיל הָעֹלָה aries holocausti Lev. VIII, 18, מִזְבַּח הָעֹלָה altare holocausti IV, 25; sq. genit. עֹלַת תָּמִיד holocaustum iuge, quotidianum Ex. XXIX, 42, ע׳ הַבֹּקֶר holocaustum matutinum Lev. IX, 17. Ceterum cf. de holocaustis Relandi antt. sacr. pag. 294. Wineri Reallex. I, 225. — Aliud v. s. v. עַוְלָה, rad. עוּל.

עֲלָה emph. עֲלָתָא chald. *holocaustum*. Plur. עֲלָוָן Esr. VI, 9. In Targg. saepe pro hebr. עוֹלָה.

עַלְוָה Hos. X, 9 i. q. עַוְלָה (quod complures codd. habent) *improbitas* (p. 1001 A). Cave autem vulgarem formam temere reponas: tuentur certe transpositam syr. ܐܬܥܠܝ inique egit, aeth. ዐለወ፡ i. q. עָוַל. Schult. ad Har. p. 15 confert arab. غلا modum transgressus est, ut בְּנֵי עַלְוָה sint filii insolentiae, proterviae, sed malo tamen illam transpositionem statuere in Vav littera non raram (ولى لوة, وصى צוָּה, وحى חִוָּה), quam eam radicem arcessere, in qua Arabes ipsi insolentiae et proterviae vim non habent. 2) n. pr. gentis Edomiticae Gen. XXXVI, 40. 1 Par. I, 51 Keri, ubi Chethibh habet עַלְיָה.

עַלְוָן (i. q. علوان procerus, crassus) n. pr. viri Idumaei Gen. XXXVI, 23, pro quo עַלְיָן 1 Par. I, 40.

עֱלִי m. *pistillum* mortarii Prov. XXVII, 22, quippe quod ascendat vel *attollatur* (v. rad. no. 2, a). Vulg. *pilum*. Suspicari etiam possis, significationem petitam esse ab عل עָלַל II. iteratis ictibus percussit, sed non opus est, illam rad. arcessere.

עֵלִי (i. q. עֱלִי h. l. ascensio, fastigium concr. summus, cf. formas מְשִׁי, שְׁבִי, פְּצִי, sec. Simonem *alumnus meus* ab עַל = עוּל, malim certe *alumnus Jovae* pro עֵלִיָּה) *Eli*, LXX. Ἡλί (al. Ἡλεί), Vulg. *Heli* n. pr. summi sacerdotis 1 Sam. I—IV. XIV, 3. בֵּית עֵלִי 1 Reg. II, 27.

עִלִּי (formae קְטִל) i. q. chald. עִלַּי adj. *superior*, tantum in fem. עִלִּית Iud. I, 15, pl. עִלִּיּוֹת Jos. XV, 19.

עִילַי (i. q. עִלַּי supremus) n. pr. tribuni militum Davidis 1 Par. XI, 29, qui 2 Sam. XXIII, 28 (nescio quo vitio in uno alterove loco commisso) צַלְמוֹן appellatur.

עֲלִיָּה f. 1) *conclave superius* LXX. ὑπερῷον (arab. عِلِّيَّة et عُلِيَّة, chald. עִלִּית q. v.) in superiore parte aedium et privatarum 1 Reg. XVII, 19. 23. 2 Reg. IV, 10, et regiarum Iud. III, 20—25. 2 Reg. I, 2. Jer. XXII, 13. 14, neque non templi 1 Par. XXVIII, 11. 2 Par. III, 9, nonnunquam super porta (עֲלִיַּת הַשַּׁעַר 2 Sam. XIX, 1) vel super tecto (2 Reg. XXIII, 12) exstructum. Poët. עֲלִיּוֹת יי׳ de coelo Ps. CIV, 3. 13. — 2) *scala* 2 Par. IX, 4: עֲלִיָּתוֹ אֲשֶׁר יַעֲלֶה בֵּית יי׳ *scala* (vel *via strata*), *qua ascendebat* (Salomo) *in domum Jovae*. Sed loco parallelo 1 Reg. X, 5 legitur: וְעֹלָתוֹ וגו׳ *et holocaustum eius quod obtulit in domo Jovae*.

עֶלְיוֹן m. עֶלְיוֹנָה f. adj. 1) *superior* Gen. XL, 17. Opp. תַּחְתּוֹן 1 Par. VII, 24. 2 Par. VIII, 5. הַבְּרֵכָה הָעֶלְיוֹנָה piscina superior (i. e. in loco editiore sita) 2 Reg. XVIII, 17. הַלְּשָׁכוֹת הָעֶלְיוֹנוֹת conclavia superiora Ezech. XLII, 5. Deut. XXVIII, 1: וּנְתָנְךָ יי׳ עֶלְיוֹן עַל־כָּל־גּוֹיֵי הָאָרֶץ. XXVI, 19. — Semel de re, quae in loco edito collocata et hominibus in poenae exemplum proposita est, quod Graeci dicunt παραδειγματίζεσθαι. 1 Reg. IX, 8: וְהַבַּיִת הַזֶּה יִהְיֶה עֶלְיוֹן Vulg. *et domus haec erit in exemplum*. Additur: *quicunque transit, stupebit et sibilabit propter eam*. Loco parallelo 2 Par. VII, 21: וְהַבַּיִת הַזֶּה אֲשֶׁר הָיָה עֶלְיוֹן *et haec domus, quae summa est, quicunque transit stupebit* cet. — 2) *supremus, summus*, de Deo, ut אֵל עֶלְיוֹן Gen. XIV, 18 sqq. Ps. LXXVIII, 35, יְהוָה עֶלְיוֹן Ps. VII, 18. XLVII, 3. XCVII, 9, אֱלֹהִים עֶלְיוֹן LVII, 3. LXXVIII, 56, et simpl. עֶלְיוֹן Num. XXIV, 16. Deut. XXXII, 8. Ps. IX, 3. XVIII, 14. XXI, 8. XLVI, 5. LXXVII, 11. LXXVIII, 17. LXXXII, 6. XCI, 1 al. (Eodem vc. de diis utebantur Phoenices et Poeni, v. Ἐλιοῦν i. q. ὕψιστος de heroe Phoenicum Philo Bybl. apud Euseb. praep. evang. 1, 10, et *Alonim valonuth* [עליונים ועליונות] dii deaeque pr. superi superaeque Plaut. Poen. V, 1, 1, n. pr. *Abdalonimus* i. e. עבד עליונים servus h. e. cultor deorum).

עֶלְיוֹן chald. id., tantum in plur. (majest.) עֶלְיוֹנִין de Deo summo Dan. VII, 18. 22. 25. 27. Non reperitur in Targg., ubi hac significatione usitatum est עִלַּי.

עִלִּית f. chald. *conclave* aedium *superius* i. q. hebr. עֲלִיָּה, syr. ܥܶܠܺܝܬܳܐ Dan. VI, 11.

מַעֲלֶה m. 1) *ascensus*, locus quo ascenditur Neh. XII, 37: מַעֲלֵה לַחוֹמָה *ascensus ad murum*. C. suff. מַעֲלוֹ (Keri מַעֲלָיו) ascensus eius (sing., v. gr. §. 90, 9). Ez. XL, 31: *octo gradus* מַעֲלוֹ *ascensus eius*. Comm. 34. 37. 2) *locus editus*, a) *suggestus* Neh. IX, 4. b) *locus acclivis, clivus* Jos. X, 10. Jes. XV, 5. Jer. XLVIII, 5, מַעֲלֵה הָעִיר 1 Sam. IX, 11. Ita oriuntur nomm. propria clivorum: מַעֲלֵה הַזֵּיתִים clivus s. mons olivarum prope Hierosolyma 2 Sam. XV, 30; מ׳ קִבְרֵי בְנֵי דָוִיד 2 Par. XXXII, 33; מַעֲלֵה אֲדֻמִּים (clivus rubrorum) in confiniis tribuum Judae et Benjamin Jos. XV, 7. XVIII, 17; מ׳ הַצִּיץ (clivus floris) 2 Par. XX, 16; מ׳ גוּר (clivus catuli leonum) 2 Reg. IX, 27; מ׳ עַקְרַבִּים (clivus scorpiorum) in australibus Palaestinae finibus Num. XXXIV, 4. Jos. XV, 3. Iud. I, 36. In eadem regione memoratur Ἀκραβατίνη 1 Mc. V, 3, sed Burckhardtus (itin. II p. 828) *Acrabbim* confundit cum *Acaba* (v. אֵילַת) ad sinum Aelaniten sita (cf. p. 1075). N. pr. est etiam מַעֲלֵה הֶחָרֶס (clivus solis) Iud. VIII, 13: *et rediit Gideon ex pugna* מִלְמַעֲלֵה הֶחָרֶס *a clivo solis*. Quod ibi legitur מִלְמַעֲלֵה pro vulgari מִמַּעֲלֵה, in eo scriptor secutus esse videtur analogiam vocis מִלְמַעְלָה (v. s. v. מַעַל). Plura de h. l. disputat Studerus ad h. l. (In Mauritania est mons *Malethubalus* i. e. מעלת הבעל clivus Baalis).

מַעַל (pro מַעֲלֶה He apocopato) pr. *pars superior, summa*, adv. *supra*, nonnisi cum praeff. et affixis:

1) מִמַּעַל *de summo, de super*, Jes. XLV, 8. Iob. III, 4. XXXI, 2, saepius *in summo, supra* (oben, droben) cf. מִן no. 3, h. Exod. XX, 4: אֲשֶׁר בַּשָּׁמַיִם מִמַּעַל *quae in coelis supra*. Deut. IV, 39. V, 8. Ps. LXXVIII, 23. Am. II, 9. Pleon. מִמַּעַל עַל הַצְּלָעוֹת (oben über den Bretern) 1 Reg. VII, 3. Sq. לְ: מִמַּעַל לְ i. q. מַעַל לְ et simpl. עַל (opp. מִתַּחַת לְ) *super, supra* (oberhalb von etwas), post verba quietis Dan. XII, 6: *qui stabat* מִמַּעַל לְמֵימֵי הַיְאֹר *super aquis fluvii*. Lev. XI, 21, et motus Gen. XXII, 9: *et posuit eum* .... מִמַּעַל לָעֵצִים Jes. XIV, 13; it. *apud, iuxta*. Jes. VI, 2: *Seraphi stabant* מִמַּעַל לוֹ *iuxta eum* LXX. κύκλῳ αὐτοῦ. Kimchi: סמוך לו. Cf. מַעַל לְ 2 Par. XXVI, 19 et quae disputavimus s. v. עַל 3, a. b. Sunt qui Seraphos stantes super Jovam sedentem re vera eminuisse observent et מִמַּעַל לְ vulgari potestate (super) accipiendum affirment: non satis memores illi commatis primi, ubi solium Dei *altum et elatum* appellatur.

2) cum He locali מַעְלָה *sursum* (aufwärts). Opp. מַטָּה. Deut. XXVIII, 43: מַעְלָה מַעְלָה *sursum, sursum*. Iud. I, 36: מֵהַסֶּלַע וָמָעְלָה *inde a Sela et sursum*. Et ita saepius de spatio 1 Sam. IX, 2: מִשִּׁכְמוֹ וָמַעְלָה Vulg. *ab humero et sursum* (von der Schulter aufwärts). X, 23. 1 Reg. VII, 31; de tempore: *supra, deinceps* (fortan). Exod. XXX, 14: מִבֶּן עֶשְׂרִים שָׁנָה וָמַעְלָה *a vicenario et supra*, qui viginti annos et plures habet. Num. I, 3. 18. 20. 22 sqq. III, 15. 22. IV, 3. 23. 30 sqq. 1 Sam. XVI, 13: מֵהַיּוֹם הַהוּא וָמַעְלָה *ab hoc die et deinceps*. XXX, 25. Hagg. II, 15. 18.

3) לְמַעְלָה a) *sursum*, opp. לְמַטָּה. Exod. XXV, 20. XXXVII, 9. Jes. VIII, 21. Ps. LXXIV, 5. Cum verbis: נָשָׂא לְמַעְלָה sustulit sursum 1 Par. XIV, 2, עָלָה לְמַעְלָה ascendit sursum Eccl. III, 21, גִּדֵּל לְמַעְלָה 1 Par. XXIX, 25. 2 Par. I, 1. Iud. VII, 13: *et evertit ea* (tentoria) לְמַעְלָה *sursum* (qui enim tentoria evertit, ea

evellendo *tollit*). Deut. XXVIII, 13: וְהָיִיתָ רַק לְמַעְלָה *et eris usque sursum* i. e. res tuae quotidie magis florebunt (es geht mit dir nur immer aufwärts). — לְמַעְלָה לְמַעְלָה Ez. XLI, 7. De tempore i. q. מַעְלָה *supra, deinceps.* 1 Par. XXIII, 27. 2 Par. XXXI, 17. Sq. subst. Esr. IX, 6: לְמַעְלָה רֹאשׁ *supra caput.* Sq. מִן: *supra* s. praeter id quod 1 Par. XXIX, 3. עַד לְמַעְלָה usque ad summum (bis aufs Höchste, Aeusserste) i. e. maiorem in modum 2 Par. XVI, 12. XVII, 12. XXVI, 8.

4) מִלְמַעְלָה a) *desuper* (von oben her). Gen. VII, 20: *quindecim ulnae* מִלְמַעְלָה *desuper* i. e. si quis metiatur a superficie aquarum usque ad fastigia montium. VI, 16: אֶל אַמָּה תְּכַלֶּנָּה מִלְמַעְלָה *ad ulnae spatium perficias eam* (fenestram) *desuper* (*von oben* nach unten gemessen) i. e. unius ulnae altitudinem habeat. Inde יָרַד מִלְמַעְלָה descendit desuper Jos. III, 13. 16. נָתַן עַל פ׳ מִלְמַעְלָה collocare super al. insuper (auf etwas obendrauf thun) Ex. XXV, 21. XXVI, 14. XXXIX, 31. XL, 19 cf. 1 Reg. VII, 25. Ez. I, 26. X, 19. XXXVII, 8. — b) *supra* i. q. מִמַּעַל Jer. XXXI, 37.

מֹעַל (pro מַעֲלָה, מְעָלָה) m. *elevatio* (manuum) Neh. VIII, 6.

מַעֲלָה f. 1) *ascensio*, profectio in regionem superiorem Esr. VII, 9 (de reditu ex Babylonia). Metaph. מַעֲלוֹת רוּחֲכֶם quae ascendunt in animo vestro i. e. cogitationes, quae subeunt animum vestrum Ezech. XI, 5 cf. formulam עָלָה עַל לֵב XXXVIII, 10.

2) *gradus*, per quem ascenditur. Plur. מַעֲלוֹת 1 Reg. X, 19: שֵׁשׁ מַעֲלוֹת *sex gradus.* 2 Reg. IX, 13. Ex. XX, 26. Neh. III, 15. XII, 37. Ez. XL, 26. 31. 34. 37. 49. XLIII, 17. Translate sunt *gradus* gnomonis (arab. دَرَجَة gradus scalae et mathematicorum). 2 Reg. XX, 9—11. Jes. XXXVIII, 8, unde מַעֲלוֹת אָחָז 2 Reg. XX, 11 et Jes. l. c. *gradus s. scala Ahasi* de *gnomone* Ahasi, quippe qui in *gradus* divisus sit et *scalam* referat. Targ. אֶבֶן שָׁעַיָּא *lapis horarum.* Symm. ὡρολόγιον. Hieron. horologium. Cf. de gnomonibus veterum σκαφὶς et ἡμισφαίριον appellatis, quos a Chaldaeis inventos ferunt Herod. 2, 109. Vitruv. 9, 9 et G. H. Martini von den Sonnenuhren der Alten, Leipzig 1777. 8. Minus enim placet, quod alii praeeuntibus LXX. Syr. et Jos. Antt. 10, 11 §. 1 *gradus Ahasi* scalam palatii ab Ahaso exstructi esse voluerunt, in cuius gradibus umbra solis quocunque modo diei partes indicaverit. Apud Jes. l. c. verte hunc in modum: *Ecce redire iubeo umbram gnomonis* (צֵל הַמַּעֲלוֹת), *quae descenderat in gnomone Ahasi per solem* (i. e. sole procedente), *retrorsum decem gradus: et rediit sol decem gradus in gnomone, quos descenderat.* Olshausen (Emendatt. p. 16. 17) pro בַשֶּׁמֶשׁ legere volebat הַשֶּׁמֶשׁ, sed non opus est illa coniectura, si modo צֵל (q. v.) h. l. cum feminino construi sumitur.

3) *locus superior, editus.* Ita in loco difficili 1 Par. XVII, 17: וּרְאִיתַנִי כְּתוֹר הָאָדָם הַמַּעֲלָה יְהוָה אֱלֹהִים, cui respondent haec 2 Sam. VII, 19: וְזֹאת תּוֹרַת הָאָדָם אֲדֹנָי יְהוִה. Illud, si modo sana sunt verba vertendum: *et me intuitus es more hominum in loco excelso* (in coelis i. e. ex coelis), *o Jova Deus*, hoc: *et haec est consuetudo hominum* cet. De sententia vide supra v. תּוֹרָה p. 628. Inde *conclave superius* i. q. עֲלִיָּה Am. IX, 6.

4) Ambiguum est quid sit שִׁיר הַמַּעֲלוֹת, quae est inscriptio quindecim psalmorum Ps. CXX — CXXXIV. Variae interpretum sententiae (v. E. Tilingii disquisitio de ratione inscriptionis XV Pss. qui dicuntur שִׁירֵי הַמַּעֲלוֹת. Bremae 1765. 8. Th. A. Clarisse Psalmi quindecim Hammaäloth. Lugd. Bat. 1819 p. 1 sqq.) ad tria potissimum genera revocari possunt. Alii enim a) *carmina graduum* interpretantur (LXX. ᾠδαὶ τῶν ἀναβαθμῶν. Vulg. carmina graduum), idque nominis ad *locum* referunt, in quo haec carmina decantata sint. Kimchi: *aiunt Levitas eos in quindecim illis gradibus cecinisse, qui erant in monte templi inter atrium Israëlis et atrium mulierum, quibus ascendebatur ex atrio mulierum in atrium Israëlis, dicuntque singula carmina decantata esse in singulis gradibus*, et eadem ratione Saadias, Jarchi, Aben Esra cf. Talmud. Middoth 2, 5. Succa 5, 4. Misso hoc Rabbinorum commento alii b) rectius hoc nomen ad *argumentum* illorum carminum retulerunt, et interpretati sunt: *carmina ascensionum* (v. supra no. 1). Theod. ᾆσμα τῶν ἀναβάσεων. Symm. Aqu. ᾠδὴ εἰς τὰς ἀναβάσεις. Ἀλλ. ᾠδὴ τῆς ἀναβάσεως, adeoque, quod LXX habent, ᾠ. τῶν ἀναβαθμῶν huc revocari potest, secundum Suidam enim ἀναβαθμός dicitur etiam pro ἀνάβασις. *Ascensiones* autem bifariam explicant. Et α) quidem de *reditu* ex exilio Babylonico, de quo מַעֲלָה usurpatur Esr. VII, 9. Quindecim illa carmina igitur decantata existimant ab Israëlitis vel Serubabele vel Esra ducibus ex Babylonia redeuntibus, hoc etiam argumento ducti, quod Esr. II, 65. Neh. VII, 67 in redeuntium numero permulti cantores et cantrices fuisse narrantur. Ita iam Syrus interpres in titulo Ps. CXXI: ܡܢ ܡܣܩܬܐ ܕܡܢ ܒܒܠ *ex ascensione ex Babylonia*, Ps. CXXII: ܡܢ ܡܣܩܬܐ ܟܕ ܟܘܪܫ ܦܩܕ ܠܡܣܩܘ ܫܒܝܐ *ex ascensione quum Cyrus captivos ascendere iusserat*, et similiter Ps. CXXIII. CXXVI. CXXVII. CXXVIII. CXXX. CXXXI. CXXXII. Verum ista conditio in horum carminum nullo significatur, licet in nonnullis Deo gratiae aguntur pro salute populi (CXXIV. CXXIX): in plurimis populus sistitur iamiam redux ex exilio (CXXII. CXXVI. CXXXII. CXXXIII), in aliis adhuc inter peregrinos degens (CXX. CXXI. CXXIII). Quodsi igitur מַעֲלוֹת de *ascensionibus* ex Babylonia intelligere velis, *carmina ascensionum* non aliter accipi possint quam *carmina tempore ascensionum* i. e. reditûs ex exilio Babylonico composita et cantata, vel carmina quae ad ascensionem s. reditum quomodocunque spectent. Sed β) plerique (ut Agellius, Herderus, Eichhornius, Maurerus) *ascensiones* referunt ad itinera, quibus Israëlitae tribus festis annuis Hierosolyma petebant, de quibus עָלָה usurpatur Ex. XXXIV, 24. 1 Reg. XII, 27. 28. Ps. CXXII, 4, et ad quae manifesto refertur

Ps. CXXII. His itineribus s. peregrinationibus sacris iisque post exilium susceptis non inepta sunt argumenta carminum CXXIV — CXXVIII, sed aliorum ratio (CXX. CXXXII. CXXXIV) huic coniecturae non favet, nisi quis sumere velit a peregrinatoribus sacris etiam antiquiora quaedam carmina exilii tempore composita (CXX) vel quomodocunque illius temporis rationibus accommodata decantata esse. Quum autem in tanta argumenti varietate mira quaedam poëticae indolis, numeri rhythmique communio deprehendatur et mutua similitudo, non pauci c) שִׁיר הַמַּעֲלוֹת ad numeri rhythmique rationes referre maluerunt. Ex antiquioribus Saadias Gaon, Aben Esra aliique Judaei ea carmina ita dicta existimabant, quia *elatiori voce* decantata sint, quam opinionem sequi videtur Luth. *Lied im höheren Chor.* E recentioribus J. D. Michaëlis (ad Lowth. de sacra poësi p. 511) conferebat carminum genus apud Syros usitatum quod ܡܥܰܠܝܳܬܐ ܕܡܰܙܡܽܘܪܶܐ *scalae odarum* appellatur Assem. bibl. I, p. 62, quod quidem nomen a *scansione* metrica petitum videatur: quum autem, quae istorum carminum ratio fuerit, prorsus ignoretur, illa sola comparatione non multum iuvamur. Bellermannus (Metrik d. Hebräer p. 190 sqq.) *carmina trochaica* intelligebat, et מַעֲלָה pedem metricum esse putabat, in quo tonus ascendat qs. saltet (gr. *χορεῖος* = *τροχαῖος*) id est cuius syllaba prior longa sit (cf. מִלְעֵיל de paroxytonis): ad quam opinionem diluendam observasse sufficiat, prosodiae metricaeque artis certa vestigia apud Hebraeos frustra quaesita esse (v. de Wette Comment. in Ps. introd. no. VII), eaque carmina ex ipsis legibus a Bellermanno propositis eodem iure *iambica* appellare possis (v. Ephem. litt. Hal. 1815 no. 11). Nihilominus non sine veri specie locutionem שִׁיר הַמַּעֲלוֹת ad quandam numeri rhythmique proprietatem revocabis, quae in hoc carminum fasciculo identidem reperitur (licet etiam alibi vestigia eius exstent, velut in carmine Deborae Iud. V, 3. 5. 6. 9. 12. 19. 20. 21. 23. 24. 27. 30 cf. Jes. XXVI, 5. 6), atque in eo cernitur, quod *gradatim* quasi progreditur oratio, ita quidem ut antecedentis sententiae pars ab initio subsequentis repeti et passim novis verborum copiis augeri et quasi *ascendere* soleat. V. c. Ps. CXXI, 1: attollo oculos meos ad montes, (unde veniet *auxilium meum.* 2: *auxilium meum* (veniet) a Jova ..... 3: non sinet nutare pedem tuum, *non dormitabit tutor tuus.* 4: *ecce non dormitat nec dormit tutor Israëlis.* 5: *Jova* est *tutor tuus* ..... CXXII, 2: stant pedes nostri in portis tuis, *Hierosolyma!* 3: *O Hierosolyma, aedificata* ..... 4: *Quorsum ascendunt tribus, tribus Jovae.* CXXIII, 3: *satis satiati sumus contemtu.* 4: *satis satiata est anima nostra irrisione insolentium, contemtu fastuosorum.* CXXIV, 1: *nisi Jova* fuisset, *qui adfuit nobis*, dicat Israël. 2: *nisi Jova* fuisset, *qui adfuit nobis,* cum surgerent contra nos homines. 3: *tunc* vivos devorassent nos .... 4: *tunc* aquae obruissent nos ..... 5: *tunc* transivissent super animam nostram aquae aestuosae. CXXVI, 2: *praeclare Jova egit cum istis.* 3: *praeclare Jova egit nobiscum;* propterea laetamur. CXXIX, 1. 2. CXXX, 5. 6. 7. 8. CXXXI, 2. CXXXIII, 2. 3. Similis ratio est *gradationis* s. *κλίμακος* apud rhetores Graecorum et Romanorum (v. c. auct. ad Herenn. 4, 25: quae reliqua spes manet libertatis, si illis et quod libet, licet; et quod licet, possunt; et quod possunt, audent; et quod audent, faciunt; et quod faciunt, vobis molestum non est?), nisi quod haec et multo artificiosior est et ad sententiam magis quam ad formam orationis pertineat, quum contra de coniectura nostra *gradatio* Hebraeorum (מַעֲלָה) ad formam potissimum orationis spectet, qua ratione cum ea comparari potest carmen quod *Triolett* appellamus, nisi quod in hoc oratio poëtica quasi in orbem redeat, quum contra in *carminibus graduum* apud Hebraeos quasi per gradus procedat et assurgat. Paullo plura de hac opinione nostra dedimus in Ephemerid. Hal. 1812 no. 205, quae calculo suo probarunt de Wettius (Comment. in Ps. pag. 56. Einleit. in das A. T. §. 266), Winerus in lex. al. Quae huic coniecturae opponi possint (v. Rosenm. et Maurerus ad Ps. CXX), eum rhythmum non omnibus carminibus ש׳ הַמַּעֲלוֹת inscriptis et contra etiam alibi (Iud. V) reperiri, non ita comparata sunt, ut eam refellant. Poterat enim iste quindecim Psalmorum fasciculus a singulari plerorumque numero poëtico *carmina graduum* appellari, etsi hic non in omnibus conspicuus esset: et contra Iud. V, 1 vix expectes mentionem vocabuli technici, quod ad rhythmi indolem pertineat.

תְּעָלָה f. cstr. תְּעָלַת (ab עָלָה, ut תְּלָאָה a לָאָה cf. Lgb. 509) 1) *canalis*, in quo aqua *ascendit* ex fluvio et terram inundat et irrigat (v. עָלָה Am. VIII, 8, הֶעֱלָה Ez. XXVI, 3) 1 Reg. XVIII, 32. 35. 38. 2 Reg. XVIII, 17. XX, 20, *aquaeductus* Jes. VII, 3. XXXVI, 2. Ez. XXXI, 4. Poët. Iob. XXXVIII, 25: מִי פִלַּג לַשֶּׁטֶף תְּעָלָה *quis divisit imbri canales?* h. e. quis aquam pluvialem in omnes coeli partes derivavit? LXX ter *ὑδραγωγός*, ap. Job. *ῥύσις*.

2) *emplastrum, fascia* vulneri *imposita* Jer. XXX, 13. XLVI, 11 cf. הֶעֱלָה אֲרֻכָה imposuit s. applicavit fasciam. Male alii *cicatricem* interpretantur, quippe quae elatio et incrementum carnis sit.

עָלַז i. q. עָלַס et עָלַץ *exsultavit, iubilavit* (et primitus quidem, ni fallor, de laeto clamore, ut *ἀλαλάζω*, רָנַן, non de exsiliendo, saltando, ut syn. גִּיל) 2 Sam. I, 20. Ps. LX, 8. LXVIII, 5. Zeph. III, 14, sq. בְּ de aliqua re Ps. CXLX, 5. Hab. III, 18. Tribuitur cordi Ps. XXVIII, 7, renibus Prov. XXIII, 16, etiam rebus inanimatis Ps. XCVI, 12. Passim in malam partem de his qui rebus secundis superbiunt Ps. XCIV, 3. Jes. XXIII, 12, cf. V, 14. Jer. L, 11 LXX quinquies *ἀγαλλιάομαι*, ter *καυχάομαι*, *κατακαυχάομαι*, semel *ὑβρίζω*.

עָלֵז adj. verbale, *exultans*, *superbiens* Jes. V, 14.

עַלִּיז id. max. in malam partem *superbiens*. Jes. XXII, 2. XXIII, 7. XXIV, 8. XXXII, 13. Zach. II,

15: עַלִּיזֵי גַּאֲוָתִי *exultantes fastūs mei* i. e. milites mei exultantes et fastuosi Jes. XIII, 3. Zeph. III, 11.

עָלַט rad. inusit. arab. غلط crassus, spissus fuit, litteris transpositis غطل caliginosus fuit (cf. עֲטָלֵף), unde עֲלָטָה. Nonnulli codd. Sam. exhibent Gen. XXV, 30 הַעְלִיטֵנִי pro הַלְעִיטֵנִי, sed corrupte.

עֲלָטָה f. *caligo spissa* Gen. XV, 17. Ezech. XII, 7. 12.

עֱלִי ,עֲלִי ,עֵלִי v. rad. עָלָה.

עָלַל radix cuius varii significatus tum in verbo tum in nomm. derivatis obvii, licet plerique satis certi sint, haud fa ile inter se conciliantur et ad unam notionem primariam revocantur. Collato Arabum usu duae radices statuendae videntur, quarum una magnam partem convenit cum علّ, altera cum غلّ. Ac

I) علّ pr. est *iterum bibit* post priorem haustum (de quo utuntur verbo نهل), ad sitim prorsus explendam. Conj. II. *iterum iterumque bibit* et bibendum dedit. Sed primaria haec notio varie transfertur, ad *perficiendi* vim, velut ad *spicilegium* et *racemationem* quibus in priore messe praetermissa colliguntur, ad plagam secundam, qua iam ictus caeditur et necatur, ad alterum mulctum, quo lac prorsus exprimitur, v. Schult. Origg. hebr. 1, c. 6 qui hanc radicem copiose tractavit. Conj. II est etiam: demulsit et leniter quietavit spec. *infantem quum a lacte traducendus esset ad cibum solidiorem* Kam. (an ab hac significatione: iteratis ictibus percussit aliquem, quoniam, qui infantem vagientem demulcent, eum circumgestantes et cantillantes leniter manu pulsare solent?). Ad has origines revocari possunt hi Hebraeorum usus:

1) *racematus est*, *spicilegium fecit*, ut علّ Conj. II. v. Po. no. 1 et עֹלֵלוֹת.

2) *sitim explevit*, translate de *libidine expleta* (v. Hithpa. no. 1), item *animum explevit* (das Müthchen kühlen) aliquem *vexando*, cum petulantia illudendo, *vexavit* (Po. no. 2), quo etiam revocari potest מְעוֹלֵל, עוֹלֵל puer, pr. ludens, petulans, nisi hoc referre malis ad usum Arabum modo expositum, de quo esset pr. puer *ablactatus* (cui tamen obstat forma activa מְעוֹלֵל, עוֹלֵל).

3) (opus) *perfecit*, inde *perpetravit facinus* homo, *potentiam suam consumsit* Deus (v. Hithpa. no. 2. Hithpo.), et nomm. מַעֲלָל, עֲלִילָה, עֲלִילִיָּה.

Po. 1) *racematus est* in vinea (Nachlese halten, *stoppeln*). Levit. XIX, 10. Deut. XXIV, 21. LXX. ἐπανατρυγάω. Metaph. Jer. VI, 9: עוֹלֵל יְעוֹלְלוּ כַגֶּפֶן שְׁאֵרִית יִשְׂרָאֵל. — 2) *vexavit*, *male habuit* aliquem (v. ad rad. no. 2), sq. לְ pers. Thren. II, 20: לְמִי עוֹלַלְתָּ כֹּה *quem ita vexasti?* male habuisti. I, 22: עוֹלֵל לָמוֹ כַּאֲשֶׁר עוֹלַלְתָּ לִי *vexa* affige *eos ut vexasti me*. III, 51: עֵינִי עוֹלְלָה לְנַפְשִׁי *oculus meus me vexat* i. e. dolet continuo fletu. — Pass. I, 12: *ut dolor meus* אֲשֶׁר עוֹלַל לִי *quo vexatus sum*. — De loco Iob. XVI, 15 v. no. II, de part. מְעוֹלֵל, v. infra עוֹלֵל.

Hithpa. הִתְעַלֵּל 1) pr. *sitim explevit* sq. בְּ in aliqua re, metaph. de libidine expleta Iud. XIX, 25, *animum explevit* aliquem vexando eique illudendo. 1 Sam. XXXI, 4: *ne veniant praeputiati illi et confodiant me* וְהִתְעַלְּלוּ בִי *et animum suum expleant* mihi illudendo. 1 Par. X, 4. Num. XXII, 29 Bileamus ad asinam: כִּי הִתְעַלַּלְתְּ בִּי *quoniam vexasti me*. Jer. XXXVIII, 19. — 2) *potentiam suam exseruit*, *miracula patravit* Deus, sq. בְּ in aliquo. Ex. X, 2: אֵת אֲשֶׁר הִתְעַלַּלְתִּי בְּמִצְרַיִם Targ. miracula quae patravi in Aegypto. Pesch. quae fecerim Aegyptiis. 1 Sam. VI, 6. LXX sex locis ἐμπαίζω sq. dat., semel Jer. l. c. καταμωκάομαι, Vulg. plerumque *illudere*, Pesch. ܒܙܚ, Targ. אִתְלַעַב.

Hithpo. *perfecit*, *perpetravit* facinus, sq. acc. עֲלִילָה. Ps. CXLI, 4.

II) arab. غلّ est 1) *inseruit*, *immisit*, intrans. *ingressus est*, ut chald. q. v. — 2) *religavit*, unde غُلّ עֹל iugum (ut lat. iugum a iungendo, gr. ζυγόν a ζεύγνυμι). Ex verbo huc referendum videtur

Po. *intrare fecit*, *immisit*. Iob. XVI, 15: עֹלַלְתִּי בֶעָפָר קַרְנִי *immisi in pulverem cornu meum* i. e. caput meum.

Ceterum de harum significationum stemmate alii aliter statuerunt. Ac Faesius quidem (neue Jahrbb. f. Philologie I p. 171) duas distinguit radices, quarum prior = עוּל = לוּעַ pr. valeat deglutivit, suxit, unde מְעוֹלֵל, עוֹלֵל, עוֹלָל lactens, dein puer i. q. עוּל; posterior sit i. q. גָּלַל *volvit*, volutavit, unde עֹל iugum, quippe quod circumvolvatur, translate *versatus est* in negotio (cf. πέλω = ἕλω), unde sit עוֹלֵל, הִתְעַלֵּל, הִתְעוֹלֵל i. q. הִתְגּוֹלֵל pr. volutavit se in aliquem (addere poterat vir doctus, Targg. pro הִתְעַלֵּל passim ponere אִתְחַשַּׁד, quo etiam utuntur pro הִתְגּוֹלֵל Gen. XLIII, 17): *racemandi* vis ab operose faciendo. In his non displicet origo formarum עוֹלֵל, עוֹלָל: sed quod plerisque significationibus adhibetur rad. גָּלַל, non multum facit ad eas illustrandas. Quibus ratio supra ad analogiam linguae Arabicae proposita minus placet, his hoc potius stemma suaserim. I) *carpsit*, inde 1) *ubera carpsit* et *decerpsit* uvas, *racematus est*; 2) *vellit*, *vellicavit*, inde illusit alicui, vexavit eum. — II) i. q. כָּלַל Pi. *perfecit*. Ceterum memorabile est, duas huius radicis significationes etiam in lingua Aegyptiaca reperiri a) ⲗⲉⲗⲟ, ⲗⲓⲗⲟⲩ lactans, ⲁⲗⲟⲩ infans recens natus, puer, ⲁⲗⲗⲟⲩ pupilla; b) ⲉⲗⲗ, ⲉⲗⲟⲟⲗⲉ, ⲁⲗⲟⲗⲓ uva.

עֲלַל chald. i. q. hebr. no. II. 1) *intravit*. (Syr. et sam. id.). Spec. de eo, qui in conclave regis intrat et admittitur Dan. II, 16. 24. Praet. עַל Dan. l. c., fem. עַלַּת, Chethibh עַלְּלַת V, 10. Part. plur. עָלִּין IV, 4. V, 8, Chethibh עָלְלִין (In Targg. sing. עָלֵיל, עָלֵל, pl. defect. עָלִין). — 2) *occidit* sol. Cf. subst. מֶעָל.

Aph. introduxit aliquem, sq. acc. pers. Dan. II, 24. VI, 19, לְ pers. II, 25. V, 7. Praet. הַנְעֵל (inserta littera נ) Dan. II, 25. VI, 19. Imp. הַעֵל II, 24, inf. הַעָלָה V, 7, et הַנְעָלָה IV, 3. (In Targg. plerumque אַעֵיל, inf. אַעָלָה).

Hoph. (more Hebraeo) הֻעַל *introductus est* V, 13. 15.

עוֹלֵל pl. עוֹלְלִים, et **עֹלָל** c. plur. עוֹלָלִים, cstr. עוֹלְלֵי Thren. II, 20, c. suff. levibus עוֹלָלַיִךְ Ps. CXXXVII, 9, עוֹלָלֶיהָ Thren. I, 5 (ab עוֹלָל), c. suff. gravibus עוֹלְלֵיהֶם Jes. XIII, 16. Ps. XVII, 14, m. *puer, infans, infantulus*. (LXX decies et sexies νήπιον, semel τέκνον Jes. XIII, 16, semel ὑποτίτθιον Hos. XIV, 1), de tenerae aetatis infantulo (Jes. Hos. ll. cc. 2 Reg. VIII, 12. Nah. III, 10. Ps. CXXXVII, 9), in sinu gestato Thren. II, 20, iam in plateis ludente Jer. VI, 11. IX, 20, panem poscente Thren. IV, 4, in captivitatem abducto I, 5, semel de partu nondum edito Iob. III, 16. Saepe copulatur cum יוֹנֵק Ps. VIII, 3. Joël II, 16. Jer. XLIV, 7. Thren. II, 11, a quo diserte distinguitur 1 Sam. XXII, 19. XV, 3: מֵעוֹלֵל וְעַד יוֹנֵק. Idem valet מְעוֹלֵל Jes. III, 12. Varias de etymo, quod incertum est, opiniones tetigimus ad rad., ad quas indicandas unum addimus, etiam eorum rationem, qui עוֹלֵל = עוּל a *lactendo* dictum velint, ferri posse nec temere abiiciendam esse, licet repugnet vulgaris linguae usus, quum loquendi usus haud ita raro ab origine discrepet. Plur. sq. genit. *liberi* alic. i. q. בָּנִים Ps. XVII, 14.

עוֹלֵלוֹת cstr. עֹלְלֹת pl. f. (neque obstant duo exempla Iud. VIII, 2. Jes. XVII, 6, quibus copulatur cum sing. masc., eo tamen praemisso) *racemationes*. Iud. l. c. Micha VII, 1. Jes. XXIV, 13. הִשְׁאִיר עֹלֵלוֹת reliquit racemationes i. e. ex magna clade superstites reliquit Obad. 5. Jer. XLIX, 9. Jes. XVII, 6. LXX ter ἐπιφυλλίς i. e. racemus, uva parva, quam vindemiantes racemantibus relinquere solent.

עֹל, semel **עוֹל** Jer. V, 5 c. suff. עֻלּוֹ, עֻלְּכֶם m. *iugum*, lignum incurvum temoni alligatum et iumentorum collo impositum Num. XIX, 2. Deut. XXI, 3. 1 Sam. VI, 7. Plerumque translate de iugo servitutis 1 Reg. XII, 4. 9—11. Jes. IX, 3. X, 27. XIV, 25. XLVII, 6. Jer. V, 5, inde *frangere iugum* i. e. servitutem exuere Gen. XXVII, 40. Lev. XXVI, 13. Jer. II, 20, *iugum ferreum* de gravi servitute Deut. XXVIII, 48. Jer. XXVIII, 14, sq. genit. pers. iugum alicui impositum Jer. II, 20 (de iugo Jovae i. e. de cultu Jovae), ab aliquo impositum Jer. XXVII, 8. 11. 12. XXVIII, 2. 4. 11, it. de iugo calamitatis et poenae Thren. I, 14 (ubi *iugum peccatorum* est iugum poenae propter peccata sumendae). III, 27. (Arab. غُلّ id.). Vide rad. no. II.

עִלָּה chald. *praetextus, caussa* Dan. VI, 5. 6. Syr. ܥܶܠܬܳܐ, arab. عِلَّة id. Verbum عَلَّ Conj. II est: caussa fuit, ut caussa effecit. V. caussam vel praetextum adhibuit. VIII. caussam vel praetextum quaesivit. Syr. ܥܰܠܶܠ i. q. arab. II. Ethpa. i. q. arab. V. BH. p. 416.

עֲלִיל ἅπ. λεγόμ. Ps. XII, 7: *verba Jovae* sunt *verba pura* כֶּסֶף צָרוּף בַּעֲלִיל לָאָרֶץ ut *argentum purgatum in catino quod attinet ad partes terreas* s. scorias i. e. *purgatum* a scoriis. Sic *catinum* (כּוּרָא) interpretatur Targ. quod alii (Simonis) vindicant coll. aeth. ዐለለ: segregavit, separavit (quippe quod in catino argentum a scoriis secernatur), alii (Hupfeld ap. de Wettium) ducunt a rad. עָלַל, quam idem fere valere volunt atque כָּלַל, כָּלָה (unde כְּלִי vas). Sed magis etiamnunc placet opinio J. D. Michaëlis et Rosenm., qui עֲלִיל *officinam* interpretantur ab עלל *perficiendi* significatu, v. ad rad. no. 3. Ex intpp. Hebraeis Jarchio בַּעֲלִיל est *manifesto, palam* ex usu Talmudico (renitente contextu), Kimchio pro בעלי cum pistillo (mortarii), Sachsio et Fürstio i. q. בְּהַעֲלִיל Hi. a rad. עלל hac sententia: *ubi operatur* (Deus poenas) *terrae* i. e. ubi immittit poenas impiis, non magis accommodate ad contextum, quum verba בַּעֲלִיל לָאָרֶץ non aliorsum pertinere possint, quam sequentia מְזֻקָּק שִׁבְעָתָיִם, i. e. ad purgationem argenti; sed A. Schult. ex usu Arabum *repetitis vicibus*, v. Rosenm., qui intpp. coniecturas congessit.

עֲלִילָה Ps. XIV, 1. LXVI, 5, alibi pl. עֲלִילוֹת f., *opus, facinus* (v. rad. no. 3) 1) Jovae (int. miracula in favorem et salutem populi ac piorum) Ps. IX, 12. LXXVII, 13. LXXVIII, 11. CIII, 7. Jes. XII, 4. — 2) de facinoribus hominum 1 Sam. II, 3, sed max. in malam partem Zeph. III, 7: הִשְׁחִיתוּ כֹּל עֲלִילוֹתָם *perdunt quaecunque agunt* i. e. perdite agunt. Ps. CXLI, 4. Ezech. XIV, 22. XX, 43. 44. XXI, 29. XXIV, 14. XXXVI, 19. Zeph. III, 11, et sic absol. Deut. XXII, 14. 17: עֲלִילֹת דְּבָרִים i. q. שֵׁם רָע.

עֲלִילִיָּה i. q. praec. no. 1. *facinus* (Dei) Jer. XXXII, 19.

מֶעָל chald. m. *ingressus* i. e. *occasus* solis (ut hebr. מָבוֹא). Plur. cstr. מֶעָלֵי (al. מֶעָלֵּי) Dan. VI, 15.

מַעֲלָל, tantum pl. מַעֲלָלִים cstr. מַעַלְלֵי Ps. LXXVII, 12. LXXVIII, 7, c. suff. מַעֲלָלֶיךָ, מַעַלְלֵיכֶם m. *opera, facinora* (i. q. עֲלִילוֹת) a) Dei Ps. LXXVII, 12. LXXVIII, 7. b) hominum Prov. XX, 11. Hos. XII, 3, max. in malam partem Jes. III, 8. Jer. IV, 18. VII, 5. XI, 18. XXI, 14. Zach. I, 6. רֹעַ מַעַלְלֵיכֶם mala opera vestra Jes. I, 16. Jer. XXIII, 2. XLIV, 22. Deut. XXVIII, 20, פְּרִי מַעֲלָלָיו fructus operum eius (malorum) Jer. XVII, 10. XXI, 14. Jes. III, 10. הֵיטִיב מַעֲלָלָיו bene egit Jer. XXXV, 15, הֵרֵעַ מַעַלְלֵיהֶם male egit Mich. III, 4.

מַעֲלִיל i. q. מַעֲלָל Zach. I, 4 Chethibh in nonnullis codd.

תַּעֲלוּל pl. תַּעֲלוּלִים m. 1) vexationes, calamitates Jes. LXVI, 4, v. rad. Po. no. 2. — 2) puerilia, poët. pro concr. עוֹלָלִים pueri, pueruli Jes. III, 4.

I. עָלַם occultavit, abscondit. (In reliquis linguis cognatis haec rad. non reperitur. Cognata est עָלַה. Origo fortasse est in obvolvendo cf. גָּלַם). In Kal non legitur nisi part. pass. עֲלֻמִים occulta (peccata) Ps. XC, 8 (cf. נִסְתָּרוֹת XIX, 13).

Niph. נֶעְלַם (non נֶעֱלַם, ut in Concordd. Buxtorfii et Fürstii) absconditus est, latuit, sq. מִן eius, quem quid latet Lev. V, 2—4. 1 Reg. X, 3. 2 Par. IX, 2, et מֵעֵינֵי Lev. IV, 13. Num. V, 13. Iob. XXVIII, 21. Part. נֶעְלָם occultum Eccl. XII, 14, pl. נַעֲלָמִים homines tecti i. e. insidiosi, callidi Ps. XXVI, 4. Fem. נַעֲלָמָה tenebris obvoluta, ignorata (ab aliis), oblivioni tradita Nah. III, 11.

Hiph. הֶעְלִים (raro c. Chat. ut הֶעֱלִימוּ Ez. XXII, 26) fut. יַעְלִים part. מַעְלִים 1) abscondit, sq. מִן alicui 2 Reg. IV, 27. Spec. a) הֶעְלִים עֵינַיִם sq. מִן oculos obvelavit s. abscondit, avertit ab aliquo, quod modo negligentis est Ez. XXII, 26 et auxilium denegantis Jes. I, 15 et Prov. XXVIII, 27 (ubi deest מִן), modo conniventis Lev. XX, 4, sq. בְּ 1 Sam. XII, 3. Omisso acc. עֵינַיִם Ps. X, 1. b) הֶעְלִים אֹזֶן aurem obvelavit, audire noluit, Thren. III, 56. — 2) obscuravit aliquid verbis, sermone i. e. vituperavit, reprehendit (opp. illustrare i. e. laudare) Iob. XLII, 3 cf. XXXVIII, 2.

Hithp. se abscondit. Iob. VI, 16 de fluviis: עָלֵימוֹ יִתְעַלֶּם־שָׁלֶג in quos sese abscondit nix s. aqua nivalis verno tempore (עַל h. l. accedendi potestatem habet, v. no. 1, b, γ). Sq. מִן avertit se ab aliqua re, ei se subtraxit. Deut. XXII, 1. 3. 4. Ps. LV, 2: אַל־תִּתְעַלַּם מִתְּחִנָּתִי noli te avertere a precibus meis. Jes. LVIII, 7.

II. עָלַם vel עָלֵם rad. inusit., i. q. arab. غَلِمَ pubes et coeundi cupidus fuit, de iuvene, puella et bestiis, ut de camelo. Conj. VIII. id. Conj. IV. ad Venerem incendit, غَلْمٌ, غَلِيمٌ, مُغْلِيمٌ libidinosus, libidinosa, غُلْمَةٌ libido venerea, syr. ܐܬܥܠܡ pubes factus est Assem. I, 368. Apoc. XIV, 18 (pro ἀκμάζω, de uvis). Lex. Adl. صار شابًا تعلم adolescens factus est, sapuit (posterius non bene: fort. تَغَلَّمَ, licet lexx. eam formam ignorent). Origo est in pinguedine s. turgore vegeto corporis, qui cum pubertate coniunctus est, et עָלַם prope accedit ad חָלַם حلم pinguis, turgidus fuit, inde puber factus est v. p. 479. Chald. עֲלַם est: fortis, robustus fuit. Pa. roboravit. Ethpa. roboratus est, עֲלִים robustus, עֵלֵימוּת robur, vigor adolescentiae. Inde orta sunt: עֶלֶם, עַלְמָה, עֲלוּמִים.

עוֹלָם, rarius עֹלָם Gen. III, 22. VI, 3 al. m. A) pr. occultum, spec. tempus occultum, absconditum, diuturnum, cuius initium vel finis incertus est vel non definitus, aeternitas, perpetuitas. (Apud Phoenices עלם id. v. monn. Phoen. p. 354. 394 a). Ponitur 1) de tempore diu praeterito, antiquo, in his fere locutionibus et exemplis: יְמֵי עוֹלָם Am. IX, 11. Mich. VII, 14. Jes. LXIII, 9 et יְמוֹת עוֹלָם Deut. XXXII, 7 tempora antiqua, מֵעוֹלָם a temporibus inde antiquis, antiquissimis Gen. VI, 4. 1 Sam. XXVII, 8. Jes. LXIII, 16. Jer. II, 20. V, 15. Ps. XXV, 6, adeoque de tempore ante mundum conditum Prov. VIII, 23, adiecta negatione: non — ab ullo tempore, nunquam Jes. LXIII, 19. LXIV, 3; alibi: a longo inde tempore, diu Jes. XLII, 14 (ubi refertur ad exilii tempus). XLVI, 9. LVII, 11. גְּבוּל עוֹלָם terminus a maioribus positus Prov. XXII, 28. XXIII, 10, פִּתְחֵי עוֹלָם portae antiquae Ps. XXIV, 7, מֵתֵי עוֹלָם tempore prisco defuncti Ps. CXLIII, 3. Thren. III, 6, עַם עוֹלָם homines prisci, diu defuncti Ezech. XXVI, 20. Quandoquidem autem priscis hominibus vera pietas moresque intemerati tribuuntur, דֶּרֶךְ עוֹלָם Ps. CXXXIX, 24, אֹרַח עוֹלָם Iob. XXII, 15, נְתִיבוֹת עוֹלָם Jer. VI, 16, שְׁבִילֵי עוֹלָם ib. XVIII, 15, sunt (vera) pietas patrum, cf. צֶדֶק עֹלָמִים iustitia s. innocentia prisca Dan. IX, 24. Non semper autem remotissimam antiquitatem designari, aperte docet חָרְבוֹת עוֹלָם, quod Jes. LVIII, 12. LXI, 4 in fine exilii babylonici de ruinis Hierosolymorum dicitur (Jer. XXV, 9. XLIX, 13 eo non pertinent, ubi 'ע ad futurum tempus refertur).

2) Saepius etiam de tempore futuro, ita quidem ut terminus ad quem, quem vocant, ubique ex ipsa rei natura definiatur. Ubi enim de rebus humanis agitur, et a) quidem de singulis hominibus, plerumque omnes dies vitae significat, velut עֶבֶד עוֹלָם servus perpetuus (dum vivit, non dimittendus) Deut. XV, 17. Ex. XXI, 6. 1 Sam. XXVII, 12 (poët. de bestia Iob. XL, 28); עַד עוֹלָם in perpetuum i. e. ad dies vitae 1 Sam. I, 22. XX, 15. 2 Sam. III, 28. שַׁלְוֵי עוֹלָם perpetuo (dum vivunt) securi Ps. LXXIII, 12. XXX, 13: Jehova, mi deus, לְעוֹלָם אוֹדֶךָּ perpetuo (dum vivam) laudabo te. V, 12. XXXI, 2. XXXVII, 27. 28. XLIX, 9. LII, 11. LXXI, 1. LXXXVI, 12; passim etiam vitam longissimam; Ps. XXI, 5: vitam a te petebat (rex), tu (o Deus) dabas אֹרֶךְ יָמִים עוֹלָם וָעֶד eamque longam, longissimam. — Multo minorem etiam ambitum habet vox עוֹלָם in his verbis Jes. XXXV, 10: שִׂמְחַת עוֹלָם עַל רֹאשָׁם gaudium perpetuum erit circa capita eorum i. e. gaudium nunquam non in vultibus eorum conspicuum erit, continuo hilares erunt et laeti (cf. Ps. CXXVI, 2). Jes. LI, 11. LXI, 7 et Jes. XXXII, 14 ipsum terminum eius temporis indicatum habes: collis et specula erunt in cavernas עַד עוֹלָם diu ..... 15: עַד יֵעָרֶה donec effundetur cet. Alibi b) pertinet ad universam gentem (dynastiam populumve et omne tempus usque ad interitum eius complectitur.

1 Sam. II, 30: *familia tua ambulabit coram me* עַד עוֹלָם *dum erit.* XIII, 13. 2 Sam. VII, 16. 1 Par. XVII, 12. XXII, 10. Ps. XVIII, 51: *favorem exercebit in Davidem et posteros eius* עַד עוֹלָם. Ita foedus Dei cum Israëlitis vocatur בְּרִית עוֹלָם Gen. XVII, 7. Lev. XXIV, 8, leges iis datae חָק עוֹלָם, חֻקַּת עוֹלָם Exod. XII, 14. 17. XXVII, 21. XXVIII, 43. XXX, 21. Lev. III, 17. VI, 11, possessio terrae sanctae אֲחֻזַּת עוֹלָם Gen. XVII, 8. XLVIII, 4. — c) Ad *metaphysicam aeternitatis notionem*, eam certe, quae fine caret, propius accedunt ea exempla, quibus עוֹלָם terrae et universae rerum naturae tribuitur. Eccles. I, 4: *sed terra stat* s. *manet* לְעוֹלָם *in perpetuum.* Ps. CIV, 5: *in aeternum non vacillat* (terra). LXXVIII, 69; גִּבְעוֹת ע' *colles aeterni* ante multa secula creati et in perpetuum duraturi Gen. XLIX, 26. Deut. XXXIII, 15, בָּמוֹת ע' excelsa aeterna Ez. XXXVI, 2; nec non ubi ad res humanas post mortem futuras refertur, v. c. שְׁנַת עוֹלָם somnus aeternus, de morte Jer. LI, 39. 57, בֵּית עוֹלָמוֹ domus aeterna eius i. e. sepulcrum Eccles. XII, 5; חַיֵּי עוֹלָם vita aeterna post resurrectionem Dan. XII, 2. — d) Vera *aeternitatis* notio in vc. nostro iis in locis inest, qui immortalem naturam summi numinis spectant, quod vocatur אֵל עוֹלָם deus aeternus Gen. XXI, 33. Jes. XL, 28, חֵי הָעוֹלָם in aeternum vivens Dan. XII, 7 (cf. חָיָה לְעוֹלָם vivere in aeternum, immortalem esse instar deorum Gen. III, 22. Iob. VII, 16), cui tribuuntur זְרֹעֹת עוֹלָם brachia aeterna Deut. XXXIII, 27, et de quo dicitur Ps. XC, 2: מֵעוֹלָם וְעַד עוֹלָם אַתָּה אֵל *ab aeternitate ad aeternitatem tu es Deus.* CIII, 17; cf. Ps. IX, 8. X, 16. XXIX, 10. XCIII, 2. — Peculiare denique genus constituunt e) ii loci, quibus Hebraei aeternitatis notione metaphysica per hyperbolen usi sunt de rebus humanis, maxime in bonis votis. Eo pertinet formula solennis in salutandis regibus: יְחִי אֲדֹנִי הַמֶּלֶךְ לְעֹלָם *vivat rex, dominus meus, in aeternum* 1 Reg. I, 31. Neh. II, 3 (cf. Dan. II, 4. III, 9. Judith XII, 4. Aelian. var. hist. 1, 32); tum poëtarum bona vota in reges regiasque gentes pronunciata, velut Ps. LXI, 8: *in aeternum* solio suo *insideat* (rex) *coram deo* (cf. Comm. 7: *anni eius* sint כְּמוֹ דֹר וָדֹר *instar multarum generationum*). XLV, 7: *solium tuum a Deo constitutum* לְעוֹלָם וָעֶד stabit *in aeternum.* LXXXIX, 37: *semen eius* (Davidis) *durabit in aeternum.* Quae quam vim habeant, intelligis ex verbis, quae statim sequuntur: *solium eius instar solis coram me* stabit. 38: *instar lunae firmum erit in aeternum,* et Ps. LXXII, 5: *te* (o rex) *verebuntur cum sole* i. e. dum sol erit, *et dum luna erit per omnes generationes.* ib. 17: *erit nomen eius* לְעוֹלָם *in aeternum, dum sol erit, sobolescet nomen eius.* Nimirum per figuram superlationis regi regiaeque domui eiusque imperio eadem perpetuitas optatur, quae universo mundo est. Adde Ps. XLVIII, 9: *Deus ea* (Hierosolyma) *tuetur in aeternum.* Jer. VII, 7: *terra quam dedi patribus vestris* לְמִן עוֹלָם וְעַד עוֹלָם. XXV, 5. — LXX paene ubique *αἰών*, et ubi in genit. postponitur *αἰώνιος* v. c. בְּרִית עוֹלָם *διαθήκη αἰώνιος;* pro עַד עוֹלָם aliquoties pleon. *εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον,* מֵעוֹלָם *ἀπ' ἀρχῆς.*

Plur. עוֹלָמִים ut gr. *αἰῶνες,* a) tempora remotissimae antiquitatis Jes. LI, 9. Dan. IX, 24. Eccl. I, 10. b) secula futura remotissima (die entfernteste Zukunft) Ps. LXXVII, 6: שְׁנוֹת עוֹלָמִים. CXLV, 13: מַלְכוּת כָּל־עֹלָמִים. LXI, 5. Jes. XXVI, 4: צוּר עוֹלָמִים *rupes* omnium *seculorum.* XLV, 17: עַד עוֹלְמֵי עַד usque ad tempora aeterna ib.

B) *mundus*, ex usu recentiorum Hebraeorum et Talmudicorum (Buxt. p. 1620), ut gr. *αἰών*, lat. eccl. *seculum*, inde *rerum mundanarum studium* (Weltsinn) quasi plenius dicas *ἀγάπη τοῦ κόσμου* 1 Joh. II, 15, *αἰὼν τοῦ κόσμου τούτου* Eph. II, 2, et arab. دُنْيَا mundus, res mundanae earumque amor rerum divinarum scientiae exitiosus. Sic etiamnum עֹלָם accipiendum duco in loco vexato Eccl. III, 11: *omnia pulchra fecit* Deus *tempore suo* גַּם אֶת־הָעֹלָם נָתַן בְּלִבָּם מִבְּלִי אֲשֶׁר לֹא יִמְצָא הָאָדָם וגו' *quanquam cordi eorum* hominum *indidit* s. insevit *mundanarum rerum studium, ita ut non intelligat homo opera Dei* cet. *Mundum*, non *tempus aeternum* intellexit etiam Vulg. („mundum tradidit disputationi eorum"), Hieron. *seculum* sensu supra indicato: ad גַּם adversativum cf. h. v. no. 3, ad מִבְּלִי אֲשֶׁר לֹא s. v. בְּלִי p. 209. Alii, ut Rosenm., in vulgari *aeternitatis* notione acquiescunt, et h. l. *res futuras investigandi studium* intelligunt, hac quidem sententia: *etiam futurarum rerum studium indidit animo eorum, absque eo quod* (quanquam non) *intelligit homo opera Dei:* malim certe: *mundi investigandi* (rerum mundanarum investigandarum) *studium.* Alii denique עלם (sive עֹלָם legas sive עֵלֶם) idem censent quod عِلْم *scientia, sapientia,* „*λογισμός*", qua ratione adoptata nuper Hitzigius (theol. Studien und Kritiken XII p. 513 sqq.) ita interpretatur: *etiam rationem* (den Verstand) *indidit in cor eorum, sine quo non invenit homo opera Dei* cet. Sed neque credibile est, עֹלָם hoc unico loco significationem habere, cuius in lingua Hebraea aliud vestigium non reperitur cuique nulla prorsus cum certo Hebraeorum usu necessitudo est, praesertim quum in ipso Ecclesiaste non desint synonyma (דַּעַת, חֶשְׁבּוֹן, חָכְמָה, מַדָּע): neque facile tibi persuadeas, אֲשֶׁר מִבְּלִי esse *sine quo*, pro „אֲשֶׁר מִבִּלְעָדָיו (coll. עִם אֲשֶׁר pro אֲשֶׁר עִמּוֹ Gen. XXXI, 32)" quum ne hoc quidem probari possit, מִבְּלִי esse i. q. בִּבְלִי *sine.*

עָלַם emphat. עָלְמָא chald. m. i. q. hebr. עוֹלָם *tempus remotissimum, aeternum, αἰών,* de tempore praeterito Esr. IV, 15, futuro Dan. III, 33. IV, 31. VII, 27, unde Dan. II, 20: מִן עָלְמָא וְעַד עָלְמָא *ab aeterno usque in aeternum.* חַי עָלְמָא qui vivit in aeternum, de Deo ib. IV, 31. Pro hebr. לְעוֹלָם (rarius לְעוֹלָמִים Eccl. I, 10. Ps. LXXVII, 8) dicunt לְעָלְמִין Dan. II, 44. VI, 27, ut in salutatione: מַלְכָּא לְעָלְמִין חֱיִי II, 4. III, 9. V, 10. VI, 7. 22, sic לְעָלְמַיָּא II, 44, semel עַד עָלְמָא עָלְמַיָּא VII, 18 ut in N. T. *εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων* Apoc. I, 6. 18. Gal. I, 5 al.

עֵילוֹם i. q. עוֹלָם, semel legitur 2 Par. XXXIII, 7.

עֶלֶם in Pausa עָלֶם m. *adolescens* 1 Sam. XVII, 56. XX, 22 (pro quo Comm. 21 נַעַר et Comm. 35 נַעַר קָטֹן, sed vide נַעַר lin. 10. 11), a rad. no. II. LXX. *νεανίσκος*. Arab. غُلَامٌ puer, proles mascula Cor. 19, 7. 51, 28, adolescens ib. 52, 23. Schult. Imp. Joct. 36. 110. 112. 146, it. adolescens famulus vit. Salad. 80. Har. 5, p. 100 Schult. Reiske ad Abulf. Ann. I, not. 188, غَيْلَمٌ id. et puella viro matura, libidinosa, dimin. غُلَيْمٌ adolescentulus, melit. hîsym adolescens, famulus, syr. ܥܠܝܡܐ (qua de forma v. J. D. Mich. gr. syr. p. 173), chald. עֶלֶם et עוּלֵימָא in Targg. pro hebr. נַעַר et עֶלֶם, sam. ࠏࠋࠌ id. Gen. XXI, 19.

עַלְמָה f. antecedentis, *puella nubilis s. viro matura, adolescentula* Gen. XXIV, 43. Ex. II, 8. Prov. XXX, 19 (ubi דֶּרֶךְ גֶּבֶר בְּעַלְמָה refertur ad furta clandestina). Plur. עֲלָמוֹת puellae, adolescentulae Ps. LXVIII, 26. Cant. I, 3, de pellicibus regiis Cant. VI, 8. Apud Jesaiam (VII, 14) הָעַלְמָה (ex lege supra exposita pag. 361 A, litt. e) dictum est pro עַלְמָתִי de (prophetae) *coniuge iuvenili* (i. q. נְבִיאָה VIII, 3). Kimchi: בעולה היתה והיא אשת הנביא או אשת אחז אבל עמנואל איננו חזקיה; adde quae disputavimus in Comment. ad h. l. Sic lat. de coniuge iuvenili adhibent *puella* Virg. Ge. 4, 458, gr. *κοράσιον* Judith XVI, 12, adeoque hebr. בְּתוּלָה Joël I, 8 et lat. *virgo* Virg. Ecl. 6, 47. Neque enim illibatae virginitatis notio (LXX. Gen. et Jes. ll. cc. *παρθένος*, Hieron. „lingua Punica .... *proprie virgo* Alma appellatur"), quam Hebraei propria voce בְּתוּלָה exprimunt, in hoc vocabulo inest (v. Cant. VI, 8 et Prov. l. c.), neque conditionis innuptae (ut nuper volebat Hengstenbergius, Christol. des A. T. II, 69), sed pubertatis et aetatis nubilis, id quod tum etymo et linguae Hebraeae usu evincitur (cf. rad. no. II, et עֶלֶם), tum linguarum cognatarum veterumque interpretum auctoritate. Arab. غُلَامَةٌ puella pubes, غَيْلَمٌ puella plenae aetatis, nubilis, libidinem sentiens (v. Kamûs p. 1781. Schol. ad Div. Hudeil. ap. Schult. ad Har. 5, 91: الفتاة الحسناء او المرأة الناعمة), ܥܠܝܡܬܐ pro gr. *παιδίσκη* Mc. XIV, 66. 69. Luc. XXII, 56. Joh. XVIII, 17. Act. XVI, 16, chald. עוּלֵימְתָא in Targg. pro נַעֲרָה v. Esth. II, 2: עוּלֵימָן בְּתוּלָן *puellae virgines*. De usu Poenorum alia quidem refert Hieronymus (v. supra), isque tamen neque a Punicae linguae scientia neque (quippe qui immodicus fere virginitatis Mariae defensor esset) a iudicii integritate testis fide dignus. E vett. interpretibus LXX quattuor locis Exod. Ps. Cant. (bis) recte *νεᾶνις* reddunt (ut עֶלֶם *νεανίσκος*), et eodem modo Aqu. Symm. Theod. Jes. VII, 14, Symm. Prov. l. c. et Gr. Venet. Cant. VI, 8, id. Gen. Prov. Cant. I, 3 *κόρη* sed duobus aliis locis LXX, ut diximus, *παρθένος*, quod iam in veterum Judaeorum reprehensionem incurrit. Iustin. Mart. dial. c. Tryph. (p. 226 Opp. ed. Sylb.): *καὶ ὁ Τρύφων ἀπεκρίνατο, ἡ γραφὴ οὐκ ἔχει, ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται καὶ τέξεται υἱόν, ἀλλ', ἰδοὺ ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ λήψεται ..... καὶ τὰ ἑξῆς λοιπὰ ὡς ἔφης.* Vulg. bis (cum LXX) *virgo* Gen. et Jes., sed Ex. *puella*, Ps. *iuvencula*, Cant. bis *adolescentula* (et ita fort. Prov. l. c. ubi vulgo *adolescentia*). Verss. Aramaeae vc. retinent. Saad. Pent. et Jes. الجارية puella. Abulwalides: העלמה الغلامة والفتاة وقد تكون بكر وغير بكر *est puella et adolescentula sive virgo est sive non est.* Etymon a עָלַם i. q. غلم indubitatum est, neque audiendi, qui *puellam* pr. *absconditam* dictam volunt, quippe quae in aedibus clausa sedeat a rad. עָלַם no. I (Aqu. in Gen. *ἀπόκρυφος*, e recentioribus Hartmannus, de muliere Hebraea III p. 344), vel *signatam, obsignatam* (ab arab. علم) i. e. intactam (Schult. Origg. hebr. p. 392. 495. ad Har. l. c.). — עַל עֲלָמוֹת more virginum, nach Jungfrauen Weise (v. עַל no. 1, a, γ) i. e. voce virginea acuta, nostr. *soprano*, opp. voci virili et gravi 1 Par. XV, 20 (de quo loco vide s. rad. נָצַח no. I Pi.). Ps. XLVI, 1. Forkelius (Gesch. der Musik I, p. 142) intelligebat *modos virginum* (coll. germ. Jungfrauweis), invito contextu loci 1 Par. l. c.

עֲלוּמִים (denom. ab עֶלֶם, עַלְמָה, ad formam זְקֻנִים, בְּתוּלִים) m. pl. *iuventus, aetas iuvenilis* Ps. LXXXIX, 46. Iob. XXXIII, 25, poët. de robore iuvenili. Iob. XX, 11: עַצְמוֹתָיו מָלְאוּ עֲלוּמָיו (quanquam) *ossa eius plena sunt robore iuvenili* (v. ad rad. ibique de usu chald.) LXX. *ἐμπλησθήσεται νεότητος αὐτοῦ*, Targ. חֵילֵיהּ. Pesch. ܡܘܚܐ medulla. (Male al. peccata *occulta*, coll. Ps. XC, 8). De aetate iuvenili populi Jes. LIV, 4. (Chald. עוּלֵימוּת, arab. غُلُومَة id.).

עַלְמוֹן (occultum) n. pr. 1) oppidi Benjaminitarum Jos. XXI, 18, quod 1 Par. VI, 45 עָלֶמֶת appellatur. — Sed 2) עַלְמֹן־דִּבְלָתָיְמָה Num. XXXIII, 46 est Israëlitarum statio in deserto Sinaitico.

עַלְמוּת vc. *δὶς λεγόμ.*, sed incertae auctoritatis 1) Ps. IX, 1 idem esse videtur quod עַל עֲלָמוֹת Ps. XLVI, 1 (vide s. v. עַלְמָה) voce virginea (nisi ita legendum). — 2) Ps. XLVIII, 15 flagitante contextu est i. q. עוֹלָם *aeternitas*, h. l. *in perpetuum*, LXX. *εἰς τοὺς αἰῶνας* Vulg. *in secula*, quasi pronunciassent עֹלָמוֹת, neque male ita legeris cum cod. Ross. 157, coll. Jes. XXVI, 4. XLV, 17. Nam quum עֹלָמוֹת pro עוֹלָמִים hoc uno loco reperiretur, a genuina eius pronunciatione facile aberrare poterant. Quod in plerisque fere libris editt. est עַל־מוּת (usque ad mortem), ab hoc contextu alienius est.

עַלְמִי *Elamita*, v. supra עֵילָם p. 1016. 1017.

עָלֶמֶת (tegumentum) n. pr. virorum 1) 1 Par. VII, 8. 2) VIII, 36. IX, 42.

עָלֶמֶת v. עַלְמוֹן.

תַּעֲלֻמָּה f. *absconditum*, *occultum* Iob. XXVIII, 11, pl. Iob. XI, 6. Ps. XLIV, 22.

עָלַס fut. יַעֲלֹס i. q. עָלַז et עָלַץ *iubilavit*, *laetatus est* Iob. XX, 18. (In reliquis quidem linguis cognatis haec radicis forma non reperitur, nihilominus significatio certissima est, neque singula exempla divellere et ad usum Arabum revocare debebat J. D. Mich. in suppl. p. 1924).

Niph. נֶעֱלַס id. (cf. de formis passivis in huius generis verbis s. v. נָבָא Niph.). Iob. XXXIX, 13: כְּנַף־רְנָנִים נֶעֱלָסָה *ala struthionum exsultat* i. e. alacriter se agitat, cf. Il. II, 462: ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσιν.

Hithp. *laetatus est* Prov. VII, 18.

עָלַע rad. admodum dubiae auctoritatis, quam idem valere volunt atque לוּעַ deglutire, sorbere, et وَلَغَ lingua motitata aquam sorpsit. Ab ea ducunt fut. Pi. יְעַלְעוּ *sorbent.* Iob. XXXIX, 30 (33). Praestat hoc alii rationi ab Alb. Schult. propositae, de qua יעלעו esset pro יְעַלְעֲלוּ (ut cod. Kennic. 95) a rad. עלל عَلَّ iterum bibit: sed suspecta tamen nova radix, quocirca suspicor reponendum esse לעלעו (י mutato in ל, eiusdem formae litteram, sed maiorem) i. e. לִעַלְעוּ (vel לְעַלְעוּ) *sorbillant* praet. Pilpel (quae forma de motu celeri frequentatur, gr. §. 54, 4) a לוּעַ.

עֲלַע chald. i. q. hebr. צֵלָע *costa*, pl. עִלְעִין Dan. VII, 5. Male dentes caninos vel aprinos intelligebat Bertholdtus.

עָלַף in Kal inusit. pr. *texit*, *obvolvit*. (Arab. غَلَّفَ recondidit in theca s. loculo, غِلَافٌ theca, loculus, gr. καλύπτω. Cf. עוּף no. 1).

Pu. 1) *tectus est* Cant. V, 14: מְעֻלֶּפֶת סַפִּירִים *tectum* s. inclusum *sapphiris.* — 2) *defecit viribus*, *deliquium passus est* (pr. caligine tectus est, v. synn. עָטַף, עָטַח) Jes. LI, 20, *languit* (planta) Ez. XXXI, 15 (ubi עֻלְפֶּה scriptum est pro עֻלְּפָה et refertur ad עֲצֵי הַשָּׂדֶה ex lege gr. §. 143, 3).

Hithp. 1) *velavit se* Gen. XXXVIII, 14. — 2) i. q. Pu. no. 2 *viribus defecit*, prae aestu Jon. IV, 8, prae siti Am. VIII, 13.

עָלַץ fut. יַעֲלֹץ, i. q. עָלַז et עָלַס *iubilavit*, *laetatus est.* Prov. XI, 10. XXVIII, 12. עָלַץ בַּיהוָֹה de Jehova laetatus est Ps. V, 12. IX, 3. 1 Sam. II, 1, עָלַץ לִפְנֵי יְיָ Ps. LXVIII, 4. Sq. לְ *insultavit* alicui Ps. XXV, 2. Translate de rebus inanimatis 1 Par. XVI, 32.

עֲלִיצוּת f. *laetitia* Hab. III, 14.

עָלַק rad. inusit. Arab. عَلِقَ adhaesit, affixus est, spec. de sanguisuga alicui adhaerente, sq. بِ, metaph. amavit aliquem (cf. דָּבַק), IV. sanguisugas applicavit; syr. ܕܒܩܐ viscus arab. دَبِقٌ, ab adhaerendo dictus. Inde

עֲלוּקָה f. ἅπ. λεγόμ. Prov. XXX, 15, pr. *hirudo*, *sanguisuga*, ab adhaerendo dicta ut recte LXX. Symm. Vulg. Pesch. Gr. Venet. Kimchi (arab. عَلَقٌ et عَلَقَةٌ, syr. ܥܠܩܐ, ܥܠܘܩܐ, ܥܠܩܘܬܐ, chald. et talmud. עַלְקָא et עלוקא), dein in fabulis et superstitionibus Orientalium *monstrum muliebre sanguisugum* et insatiabile, quale est غُولٌ, غُولَةٌ Arabum max. in *MI* noctibus, et Vampyrus in fabulis nostratium (arab. عَوْلَقٌ daemonum species, et عَلُوقٌ i. q. غُولٌ). Ita Prov. l. c. לַעֲלוּקָה שְׁתֵּי בָנוֹת הַב הַב *sanguisugae* sunt *duae filiae* dicentes: *cedo! cedo!* i. e. insatiabiles. Intelligi videntur duo daemones muliebres, quas matris Sanguisugae filias fuisse fingebat popularis superstitio. Licet arab. علوق in Kamuso apte explicetur الغول, Bochartus tamen (Hieroz. II, 801) et Alb. Schult. hoc male intellexerunt et *fatum*, *Parcam* interpretati sunt. Ceterum vide quae de huius generis superstitionibus apud Hebraeos disputavimus ad Jes. XXXIV, 14.

I. **עָמַד** fut. יַעֲמֹד 1) *stetit.* (Chald. et talmud. surrexit, v. infra no. 4. Apud Arabes et Aethiopes frequentant nonnisi derivatum eius عِمَادٌ, ዐምድ: columna, unde in verbo عمد I. II. IV et ዐመደ: columna s. palo fulsit aliquid, VII. VIII pass. Standi significatu adhibent وَقَفَ. Apud Syros Christianos ܥܡܕ est *baptizatus est*, quia baptizandus stabat in aqua). Dicitur tum de hominibus Gen. XXIV, 30. 31. XLI, 17 (et sexcenties) et bestiis XLI, 3, tum de rebus inanimatis Deut. XXXI, 15. Jos. III, 16. XI, 13, neque solum de eo, qui iam *stat* in aliquo loco, sed etiam qui *assistit*, *consistit* (hintreten, herautreten, sich hinstellen) 1 Reg. XX, 38: וַיַּעֲמֹד לַמֶּלֶךְ עַל הַדָּרֶךְ *adstitit obviam regi in viam* (er trat zum Könige auf den Weg). 1 Sam. XVII, 51: וַיַּעֲמֹד אֶל הַפְּלִשְׁתִּי *adstitit* accessit *ad Philistaeum.* Hab. III, 11: שֶׁמֶשׁ יָרֵחַ עָמַד זְבֻלָה *sol* et *luna intrant* recipiunt se *in habitaculum*, עָמַד בַּפֶּרֶץ constitit in ruptura (muri) v. פֶּרֶץ. — Loco, *in* (super) quo quis stat, praemittitur בְּ Ps. I, 1, saepius עַל Hab. II, 1. Jer. VI, 16. Ez. XI, 23. 2 Par. XXX, 16. XXXIV, 31 (dicunt etiam עָמַד עַל רַגְלָיו Ez. II, 1. Zach. XII, 12), sed עָמַד עַל est praeterea: stare *apud* aliquem LXX. παρίστημι (vide ad עַל praep. A no. 3, a), assistere ad aliquem (herzutreten zu jem.) 2 Sam. I, 9. 10, et translate

a) *adesse* (assistere) alicui, jem. *beistehn*, eum *tueri*, *defendere* (cf. עַל A, no. 2, b) Dan. XII, 1: *Michaël* הָעֹמֵד עַל בְּנֵי עַמֶּךָ *qui tuetur filios populi tui.* Esth. VIII, 11: לַעֲמֹד עַל נַפְשָׁם. IX, 16 (cf. קוּם לְ Ps. XCIV, 16); b) *praeesse* alicui Num. VII, 2; c) *confidere* alicui rei (i. q. syr. ܩܳܡ ܥܰܠ) Ezech. XXXIII, 26. — Sq. לִפְנֵי (semel אֶת־פְּנֵי 1 Reg. XII, 6, ubi 2 Par. X, 6 לִפְנֵי) *stetit coram* aliquo Gen. XVIII, 22, sed plerumque hoc idem est quod *serviit*, *ministravit* ei, ut regi vel duci Deut. I, 38. 1 Reg. I, 28. X, 8. Dan. I, 5. Jer. LII, 12 (cf. עָמַד בְּהֵיכַל הַמֶּלֶךְ Dan. I, 4), Jovae, quod sacerdotum Levitarumque est Deut. X, 8. Iud. XX, 28, cf. Ps. CXXXIV, 1, et prophetarum 1 Reg. XVII, 1. XVIII, 15. 2 Reg. V, 16. Jer. XV, 19, it. ministerium adiit (in Dienst treten) Gen. XLI, 46. Semel ע׳ לִפְנֵי ad *coitum* refertur Lev. XVIII, 23.

2) *stetit* pro *perstitit*, *constitit* (bestehn, stehen bleiben), opp. cecidit, interiit. Eccl. I, 4: הָאָרֶץ לְעוֹלָם עֹמָדֶת *terra perstat in aeternum.* Ps. CII, 27: *coeli intereunt* אַתָּה תַעֲמֹד *tu* (Deus) *perstas.* XXXIII, 11: *decretum Jovae perstat in aeternum.* XIX, 10. CXI, 3. — Exod. XVIII, 23: *si ita facies* ... וְיָכָלְתָּ עֲמֹד *poteris constare* (opp. labore consumeris Comm. 18). Am. II, 15: תֹּפֵשׂ הַקֶּשֶׁת לֹא יַעֲמֹד *arcitenens non consistit*, sed fugiet. Hos. X, 9 (ubi est: non perierunt), inde: *in vivis mansit* (opp. mori) Ex. XXI, 21, *perduravit* Jer. XXXII, 14. עָמַד בַּמִּלְחָמָה perstitit in proelio Ez. XIII, 5. Sq. לִפְנֵי *perstitit coram* aliquo, *restitit ei.* Ps. LXXVI, 8: מִי יַעֲמֹד לְפָנֶיךָ *quis resistet tibi?* CXXX, 3. CXLVII, 17. Nah. I, 6. Dan. VIII, 7. Prov. XXVII, 4, rarius sq. בִּפְנֵי Jos. XXI, 42. XXIII, 9. Esth. IX, 2, נֶגֶד Eccl. IV, 12, מִן Dan. XI, 8, simpl. ib. XI, 25. 32. Sq. בְּ *perstitit*, *perseveravit* in aliqua re 2 Reg. XXIII, 3: וַיַּעֲמֹד כָּל־הָעָם בַּבְּרִית. Eccl. VIII, 3: אַל תַּעֲמֹד בְּדָבָר רָע. Jes. XLVII, 12, semel sq. acc. Ez. XVII, 14: לִשְׁמֹר אֶת־בְּרִיתוֹ לְעָמְדָהּ *ad servandum foedus et persistendum in eo.* LXX. ἱστάνειν αὐτήν. Cf. etiam Esth. III, 4: הֲיַעַמְדוּ דִּבְרֵי מָרְדֳּכַי *num persisteret agendi ratio Mardochaei* i. e. num persisteret Mardochaeus in sic agendo.

3) *substitit* (stehen bleiben, stillstehn), cui opp. abiit, perrexit iter. 1 Sam. XX, 38: *festina* אַל תַּעֲמֹד *ne subsiste.* Gen. XIX, 17. XLV, 9. Jer. IV, 6. De rebus inanimatis, ut de sole cursum inhibente Jos. X, 13, de oleo non amplius manante 2 Reg. IV, 6, de mari nunc pacato Jon. I, 15. Inde a) *mansit* in aliquo loco 2 Reg. XV, 20 (sq. בְּ) vel *apud* aliquem (sq. אֵת, עַל Gen. XLV, 1. 2 Sam. XX, 11), absol. Ex. IX, 28: לֹא תֹסִפוּן לַעֲמֹד *non amplius manebitis*, it. de rebus Dan. X, 17: לֹא יַעֲמָד בִּי כֹחַ *nil virium mansit* relictum est *in me.* Jer. XLVIII, 11: עָמַד טַעְמוֹ בּוֹ *mansit sapor eius in eo.* Eccl. II, 9: אַף חָכְמָתִי עָמְדָה לִּי *etiam sapientia mea mihi mansit* relicta est. Saepius: *mansit in* aliquo statu, aliqua conditione (sq. בְּ). Lev. XIII, 5: הִנֵּה הַנֶּגַע עָמַד בְּעֵינָיו *ecce macula servavit faciem suam.* Comm. 37. — b) sq. מִן: *destitit* ab aliqua re, *desiit.* Gen. XXIX, 35: וַתַּעֲמֹד מִלֶּדֶת *parere desiit.* XXX, 9.

4) *exstitit*, *surrexit* (*aufstehn*, *auftreten*) i. q. קוּם. LXX. ἀνίσταμαι. Lev. XIX, 16: לֹא תַעֲמֹד עַל דַּם רֵעֶךָ *ne surgas contra sanguinem proximi tui*, praeterea nonnisi in recentiore Hebraismo (et Rabbinismo, v. Buxt. p. 1622), ut de eo qui surgit ad loquendum 2 Par. XX, 5. XXIV, 20, ad auxilium ferendum Jes. XLVII, 13, de novo rege s. principe Dan. VIII, 23. XI, 2. 3. 20. Eccl. IV, 15, de eo qui a mortuis resurgit Dan. XII, 1. 13. Dicunt: salus *surgit* alicui Esth. IV, 14, bellum *surgit* i. e. exoritur 1 Par. XX, 4. Dan. XI, 31: *et copiae surgent ab eo* i. e. eo iubente. Sq. עַל surrexit *contra* aliquem Dan. VIII, 25. XI, 14. 1 Par. XXI, 1. 2 Par. XX, 23, aliquid Esr. X, 15 (cf. 16). — *Exsistere* dicitur etiam pro *adesse* (dastehen). Ps. XXXIII, 9: הוּא צִוָּה וַיַּעֲמֹד *Ille* (Deus) *iubet et exsistit* (es steht da), est, adest.

5) pass. Hiph. no. 1, a *constitutus est.* Esr. X, 14: יַעַמְדוּ־נָא שָׂרֵינוּ *constituantur praefecti nostri* i. e. constituamus praefectos nostros.

Hiph. הֶעֱמִיד 1) causat. Kal no. 1 *stare fecit*, *statuit*, *collocavit* (stellen) aliquem (aliquid Ez. XXIV, 11) in aliquo loco (sq. pro rei ratione בְּ, עַל, לִפְנֵי) Gen. XLVII, 7. Lev. XIV, 11. XVI, 7. XXVII, 8. 11. Num. III, 6. V, 16. 18. 30. Neh. XIII, 19. Jes. XXI, 6. Ps. XXXI, 9; inde *statuit* (aufstellen, aufrichten) v. c. statuas 2 Par. XXXIII, 19, domum 2 Par. XXIV, 13. Esr. II, 68. IX, 9, fores (die Thüren einsetzen) Neh. VI, 1. VII, 1. — Translate: *constituit*, a) ad munus, muneri praefecit (bestellen, anstellen) 1 Reg. XII, 32. 1 Par. VI, 16. XV, 16. 2 Par. XI, 22. XIX, 8. XXIX, 25. XXXI, 2. Esth. IV, 5. b) *constituit* i. q. decrevit, sq. acc. 2 Par. XXX, 5, sq. acc. et dat. pers. constituit alicui aliquid ib. XXXIII, 8. (2 Reg. XXI, 8 pro eo est נָתַן). Ps. XXX, 8: הֶעֱמַדְתָּה לְהַרְרִי עֹז. CV, 10: וַיַּעֲמִידֶהָ לְיַעֲקֹב לְחֹק, sq. עַל pers. Neh. X, 33: וְהֶעֱמַדְנוּ עָלֵינוּ מִצְוֹת.

2) causat. Kal no. 2 fecit ut aliquid perstaret, consisteret i. e. *stabilivit*, *conservavit.* 1 Reg. XV, 4. 2 Par. IX, 8. Prov. XXIX, 4; *vivum servavit* aliquem Ex. IX, 16; translate *confirmavit* i. q. קִיֵּם 1 Par. XXXV, 2. Dan. XI, 14: לְהַעֲמִיד חָזוֹן *ad confirmandam* (eventu comprobandam) *visionem.*

3) causat. Kal no. 3 *subsistere fecit* 2 Reg. VIII, 11: וַיַּעֲמֵד אֶת־פָּנָיו *et fixit obtutum suum*, intrans. *substitit* i. q. Kal 2 Par. XVIII, 34 (ubi 1 Reg. XXII, 35 ponitur Hophal).

4) causat. Kal no. 4 *surgere fecit* Iob. XXXIV, 24, *excitavit*, ut prophetam Neh. VI, 7, copias Dan. XI, 11. 13, ventum Ps. CVII, 25.

Hoph. *statutus*, *collocatus est* Lev. XVI, 10, *mansit* 1 Reg. XXII, 35.

II. עָמַד ἅπ. λεγόμ. incertae auctoritatis Ezech. XXIX, 7: וְהַעֲמַדְתָּ לָהֶם כָּל־מָתְנָיִם, quod manifesto dictum est pro וְהִמְעַדְתָּ וגו׳ *et vacillare fecisti omnes lumbos eorum*, cf. Ps. LXIX, 24. LXX. συνέκλασας. Vulg.

dissolvisti. Pesch. concussisti. Sed utrum litterae ex certo quodam linguae usu, an hoc solo loco ex sermonis vitio quodam sint transpositae, non definio. Videtur tamen haec etiam forma innumeris Ezechielis prophetae sive licentiis sive barbarismis annumeranda esse.

עִמָּד praep. i. q. עִם, cum solo 1 pers. suffixo obvia: עִמָּדִי i. q. עִמִּי *mecum* Gen. XXI, 23. XXXI, 5, *apud me* XXIX, 19. 27. Alia exempla vide sub עִם rad. עָמַם. Sed nil necessitudinis est huic vc. cum rad. עָמַד stetit, pertinet illud potius ad rad. inusit. עָנַד = עמד ligavit, coniunxit, et respondet arabico عَنَدَ.

עֹמֶד vel **עָמְד**, nonnisi c. suff. עָמְדִי (Daleth raphato) recentioris Hebraismi vc. i. q. מָקוֹם, *locus* quo aliquis *stat* Dan. VIII, 17. 18. X, 11. Neh. VIII, 7. IX, 3. XIII, 11. 2 Par. XXX, 16. XXXIV, 31. XXXV, 10.

עֶמְדָּה f. *statio*, *domicilium* Mich. I, 11.

עַמּוּד m. 1) *columna* (arab. عَمُودٌ, عِمَادٌ, عَمِيدٌ, aeth. ዐምድ: syr. ܥܡܘܕܐ id.). Exod. XXVI, 32 XXVII, 10. 17. XXXVIII, 10 sqq. Iud. XVI, 25. 26. 1 Reg. VII, 2 sq. Cant. III, 10. V, 15. Prov. IX, 1 al. עַמּוּד הֶעָנָן columna nubis Ex. XXXIII, 9. 10, et עמוד הָאֵשׁ columna ignis XIII, 22. De columnis coeli (montibus altissimis) Iob. XXVI, 11, terrae i. e. quibus terra superstructa fingitur Iob. IX, 6. Ps. LXXV, 4 (cf. Senec. quaest. nat. 6, 20). — 2) *suggestus* 2 Reg. XI, 14. XXIII, 3.

מַעֲמָד m. *statio*, inde *munus* (Posten) 1 Reg. X, 5. 1 Par. XXIII, 28. 2 Par. IX, 4. XXXV, 15. Jes. XXII, 19.

מָעֳמָד m. locus quo consistitur, *fundamentum*. Ps. LXIX, 3: אֵין מָעֳמָד *non est fundamentum*. LXX. ὑπόστασις, et ita Targ. Pesch.

עָמַה rad. in verbo inusit. *societatis* et *communionis* vim habens i. q. עָמַם. Inde

עָמִית (formae דָּלִית, גָּזִית) 1) *societas*. Zach. XIII, 7: גֶּבֶר עֲמִיתִי *vir societatis meae* i. e. socius meus, de rege Israëlis, ut Jovae socio in regendo populo. — 2) concr. i. q. רֵעַ ὁ πλησίον, ut recte LXX (der Nächste, Mitmensch) Lev. V, 21. XVIII, 20. XIX, 11. 15. 17. XXIV, 19. XXV, 14. 15. 17, et hoc quidem significatu coniungitur (ad sensum) c. masc. XIX, 17.

עָמַל fut. יַעֲמֹל *laboravit*, max. de labore operoso Eccl. V, 15, plenius עָמַל עָמָל, Eccl. I, 3: מַה־יִּתְרוֹן לָאָדָם בְּכָל־עֲמָלוֹ שֶׁיַּעֲמֹל *quid proficit homo omni labore, quo laborat?* II, 19. 20. V, 17. Sq. לְ laboravit *pro* aliquo Prov. XVI, 26, sq. בְּ laborem collocavit in aliqua re Eccl. II, 21. Jon. IV, 10. Ps. CXXVII, 1 (ubi iunge: עָמְלוּ בוֹ), sq. gerundio Eccl. VIII, 17. (Arab. عَمِلَ operatus est, operam dedit rei. IV. causat., عَمَلٌ opus, actio, agendi ratio. Syr. ܥܡܠ laboravit, fatigatus est, ܥܡܠܐ labor).

עָמָל m. (semel f. Eccl. X, 15) 1) *labor* a) pr. Eccl. I, 3. II, 11. 22. III, 13. IV, 8, translate ad mentem de re ad intelligendum difficili et ardua Ps. LXXIII, 16. Inde *labore partum* Ps. CV, 44. Eccl. II, 19. b) *labor* i. q. *molestia*, *aerumna*, *calamitas* (Ungemach, Unheil), ut gr. πόνος, μόχθος, κόπος, quibus vcc. plerumque utuntur LXX. Gen. XLI, 52. Deut. XXVI, 7. Iob. III, 10. IV, 8. V, 6. 7. VII, 3. XV, 35. Ps. VII, 15. LXXIII, 5. Saepe copulatur cum synonymis, hoc modo: עָמָל וָאָוֶן Ps. X, 7. XC, 10 (cf. Jes. LIX, 4), et אָוֶן וְעָמָל Ps. LV, 11, עָמָל וָכַעַס Ps. X, 14, עָ׳ וְיָגוֹן Jer. XX, 18, עָנְיִי וַעֲמָלִי Ps. XXV, 18. — Iob. XVI, 2: מְנַחֲמֵי עָמָל *consolatores molesti*. Jes. LIII, 11: מֵעֲמַל נַפְשׁוֹ *ex aerumna s. miseria animae suae*. Cum suff. עֲמָלוֹ aerumna eius, pass. Prov. XXXI, 7, sed act. (quam immittit aliis) Ps. VII, 17. *Culpam*, *iniquitatem* reddunt (i. q. אָוֶן) Num. XXIII, 21. Jes. X, 1, sed *aerumnae* significatio utrique loco non inepta est. — 2) n. pr. viri 1 Par. VII, 35.

עָמֵל adj. verbale 1) *laborans*, cum pronominibus personalibus saepe pro verbo finito, Eccl. II, 22. IV, 8. IX, 9; inde *faber* Iud. V, 26. — 2) *aerumnosus*, *molestiam sustinens*, Iob. III, 20. XX, 22. Prov. XVI, 26.

עֲמָלֵק n. pr. 1) *Amalec*, Amalecitae, populus antiquissimus (Gen. XIV, 7, רֵאשִׁית גּוֹיִם Num. XXIV, 20), qui regiones ab Austro Palaestinae Idumaeam inter et Aegyptum (cf. Exod. XVII, 8—16. Num. XIII, 30. 1 Sam. XV, 7 cf. Jos. Antiqu. 6, 7 §. 3) et ab oriente maris mortui et montani Seïr habitabat (Num. XXIV, 20. Iud. III, 13. VI, 3. 33), praeterea in media Cananaea hic illic consedisse videtur, unde *mons Amalecitarum* in agro Ephraimitico Iud. XII, 15, cf. V, 14. Bella cum Israëlitis gessit tempore Mosis (Ex. l. c. Num. XIV, 43—45), Iudicum (III, 13. VI, 3 sqq.), Sauli (1 Sam. XV), Davidis (ibid. XXVII, 8. XXX, 1 sqq. 2 Sam. VIII, 12): novissima eorum memoria est regnante Ezechia 1 Par. IV, 43. — In Arabum stemmatis عِمْلِيقٌ, عَمَالِقَا, عَمَالِيقُ inter Aborigenes Arabum recensentur idque nominis etiam Cananaeis Palaestinae gentibus atque Philistaeis tribuunt, adeoque Africae septentrionalis populos (Poenos igitur et Numidas) ab Amalecitis (Cananaeis) oriundos esse tradunt. V. Relandi Palaestina p. 78 — 82. d'Herbelot bibl. orient. p. 214. Abulf. in Pococke spec.

hist. Arabum ed. White p. 464. 465. Schult. monumm. ant. hist. Arabum p. 21. J. D. Michaëlis Spicileg. Geogr. Hebr. ext. T. I, p. 170 — 177. Eiusd. Suppll. p. 1927. Vateri Comment. über den Pent. T. I, p. 140. N. gent. עֲמָלֵקִי, addito art. collect. Gen. XIV, 7. Iud. XII, 15. — 2) Esavi nepos et auctor tribus Arabicae Gen. XXXVI, 16 cf. 12.

עָמַם 1) pr. *congregavit, collegit, coniunxit*, unde עַם populus, עִם cum, apud, עֻמָּה coniunctio. (Arab. عمّ est: communis fuit, sed latissime patet haec radix in linguis et semiticis et indogermanicis. In illis cf. גָּמַם collegit, unde גַּם, מְגַמָּה, כּוּם cumulavit, et servata gutturali אָמַם, עֻמָּה, חָם affinis, socer: in his lat. *cum, con, cumulus, cunctus* [a coingo = iungo], gr. *κοινός* [*ξυνός*], *γάμος*, et littera palatina vel in aspirationem emollita vel in sibilum versa sanscr. *sam*, pers. هم, gr. *ἅμα*, *ὁμός*, *ὁμοῦ* [adscita tertia radicali d et l *ὅμιλος*, *ὅμαδος* cf. hebr. עָמִיר, lat. *simul*], *σύν*, *ξυνός*, moesogoth. *sama, saman*, anglos. *samo* cum, gall. *ensemble*, dan. *sam*, nostr. *sammt, zusammen, sammeln*, adde de linguis slavicis *Dorn* über die Verwandtschaft des persischen und gr. lat. Sprachstammes p. 183).

2) *clausit*, inde *abscondidit, obscuravit*. Transl. pro *superavit* Ez. XXXI, 8, et intrans. *absconditus fuit*, Ez. XXVIII, 3: כָּל־סָתוּם לֹא עֲמָמוּךָ *nihil occulti te latet*. (Arab. غمّ texit; obstruxit, occlusit; pass. nubibus velata est luna, incognitum, obscurum fuit alicui, chald. עַמֵּם obscuravit, Ithp. אִתְעַמַּם obscuratus est, caligavit, de oculo, de prunis exstinctis).

Hoph. הוּעַם *obscuratus est* (splendor auri) Thren. IV, 1.

עַם (in st. absol. cum accentibus coniunctivis et in st. cstr.) et **עָם** (cum dist. et praevio art. הָעָם), c. suff. עַמִּי, עַמְּךָ, pl. עַמִּים cstr. עַמֵּי, rarius עֲמָמִים Neh. IX, 22, cstr. עַמְמֵי IX, 24, עֲמָמֶיךָ Iud. V, 14 (more Aramaeo, v. infra chald.) m. rarius f. (et collect.) Ex. V, 16. Iud. XVIII, 7. Jer. VIII, 5 (quae quidem tria exempla satis se invicem confirmant)

1) *populus*, sive a *congregando* dictus sive a *communione* (cf. nostr. Gemeinde, Gemeinwesen) coll. usu arab. (Syr. chald. sam. id. Etiam phoen. עם fem. עמת, unde contr. עת, v. monn. phoen. p. 354. 355. Arab. عامّة vulgus, plebs, pro populo frequentant قوم). Constr. non solum c. sing., sed etiam (ut collect.) c. plur. tum verbi tum adiectivi Ex. V, 5. Iud. II, 4. 7. III, 18. IX, 37. 2 Reg. XIV, 21. XXI, 24. Jes. IX, 1. 8. LXV, 3. Plerumque dicitur de *populo* proprie dicto (quem Cicero coetum esse dicit iuris consensu et utilitatis communione sociatum, ap. Augustin. civ. Dei 2, 21) tum de populo Israëlitico (עַם יִשְׂרָאֵל 2 Sam. XVIII, 7, (neque non עַם יְהוָה Exod. XV, 16. Num. XI, 29. XVII, 6. Iud. V, 11. 1 Sam. II, 24, עַם הָאֱלֹהִים Iud. XX, 2, עַם נַחֲלַת יְיָ Deut. IV, 20, עַם הַקֹּדֶשׁ Jes. LXII, 12) tum universe de alio quocunque v. c. עַם וָעָם, עַם וְעַם quivis populus Esth. I, 22. III, 12. VIII, 9. Neh. XIII, 24; coire in *unum* populum Gen. XXXIV, 16. 22 cf. XI, 6. Deut. I, 28: עַם גָּדוֹל וָרָם מִמֶּנּוּ *populus qui maior et altior est quam nos* (de Cananaeis) II, 10: *populus magnus, fortis et altus, ut Enacitae*. 21. XX, 1, עַם הָאָרֶץ populus terrae, de Cananaeis Gen. XXIII, 12. 13. Num. XIV, 9, de Aegyptiis Gen. XLII, 6, עַם כְּמוֹשׁ populus Camosi i. e. populus Moabiticus Num. XXI, 29. Jer. XLVIII, 46, max. in pl. עַמִּים Gen. XVII, 16. Ps. XLV, 6. 18. XLVII, 4. Jes. II, 3. X, 13. XIV, 6. XVII, 12 al. עַמֵּי הָאָרֶץ Deut. XXVIII, 10, עַמֵּי הָאֲרָצוֹת Esr. III, 3. Neque tamen semper et ubique, non raro enim de *multitudine* hominum dicitur etiam minore et inter se non coniuncta (cf. angl. *some people, twenty people*; arab. قوم populus it. nonnulli homines). Num. XXI, 6: וַיָּמָת עַם רָב מִיִּשְׂרָאֵל *et mortui sunt multi homines ex Israële*. (Male igitur Haevernickius, introd. in V. T. I, p. 189: „עַם steht im Pent. noch beständig im streng juridischen Sinne und seiner Etymologie gemäss, eig. das Verbundene). 1 Sam. IX, 24: הָעָם קָרָאתִי *homines* convivas (quorum triginta erant Comm. 22) *invitavi*. Iud. III, 18: הָעָם נֹשְׂאֵי הַמִּנְחָה *viri* (servi, comites) *qui donum tributum ferebant*. עַם עָנִי homines miseri Ps. XVIII, 28 (cf. גּוֹי צַדִּיק Gen. XX, 4). Cf. infra litt. c.

Coniungitur sq. genit. variis modis. Dicitur non solum *populus regis* (Ex. VII, 28) et *dei* (v. supra עַם יְיָ, עַם כְּמוֹשׁ) de populo qui regi paret deumve aliquem colit (unde Ex. VI, 7: וְלָקַחְתִּי אֶתְכֶם לִי לְעָם וְהָיִיתִי לָכֶם לֵאלֹהִים *vos eritis mihi cives egoque ero vobis deus* et rex, Lev. XXVI, 12. Deut. XXVII, 9 al.), sed etiam privati homines dicunt: *populus meus* pro *populus cuius civis sum*, Lev. XVII, 10. XXIII, 30. Num. V, 27. XV, 30. Esth. II, 10. 20. IV, 8. Ruth I, 10. 16. Ps. XLV, 11. Jes. LIII, 8, v. c. *populus Mardochaei* de populo Judaico Esth. III, 6, unde בְּנֵי עַמִּי filii populi mei, populares mei Gen. XXIII, 11, poët. בַּת עַמִּי (v. בַּת no. 6) Thren. II, 11. III, 48. IV, 3. 6. Cf. אֶרֶץ no. 3. (Aeth. ሕዝቡ: populus eius i. e. populares eius, Lud. lex. p. 48). *Populus urbis* est *multitudo urbis, incolae eius* Gen. XIX, 4. XLVII, 21, עַם הָעִיר הַבֵּית 2 Par. XXXII, 18 cf. Thren. I, 1: עָם *urbs incolis frequens; populus terrae s. regionis* i. q. *incolae*, עַם הָאָרֶץ 2 Reg. XI, 18 — 20. XV, 5. XVI, 15. XXI, 24. XXIII, 30. 35. XXV, 19, saepe de *vulgo, plebe* opp. nobilioribus Ez. VII, 27 (unde rabbin. עם ארץ de homine plebeio, idiota, opp. viro docto). Cf. etiam infra litt. a. — לֹא־עָם *non-populus* (Dei) Deut. XXXII, 21 appellatur Israël, quippe qui Jovae deo et regi morem non gerat. Parall. גּוֹי נָבָל.

Spec. עַם arctiore significatu dicitur a) de *singulis gentibus, tribubus* v. c. עַם זְבֻלוּן Iud. V, 18 *gens Sebulonis* (quanquam etiam verti potest: milites Sebulonis, das Kriegsvolk von Sebulon litt. b). Plur. עַמִּים

saepe de tribubus Israëlis (cf. δήμους Atheniensium) Gen. XLIX, 10. Deut. XXXII, 8. XXXIII, 3. 19. Jes. III, 13. Hos. X, 14. Ps. XLVII, 2. 10, adeoque de gente s. *familia* alicuius, 2 Reg. IV, 13: בְּתוֹךְ עַמִּי אָנֹכִי יֹשָׁבֶת *in media familia mea habito*, max. in pl. עַמִּי פ׳ *cognati* et *necessarii* alic. Lev. XIX, 16: לֹא תֵלֵךְ רָכִיל בְּעַמֶּיךָ. XXI, 1. 4 (quibus locis Cod. Sam. singularem posuit, et sic Num. XXXI, 2. Deut. XXXII, 50). Cf. אַנְשֵׁי פ׳ s. איש no. 1, h. Ita etiam in formulis נֶאֱסַף אֶל עַמָּיו congregari ad suos i. q. נ׳ אֶל אבותיו (v. אָסַף Niph.), et נִכְרַת מֵעַמָּיו exstirpari ex gente sua Gen. XVII, 14. Lev. VII, 20. 21. (Inde natus est usus vc. de singulis *necessariis*, unde arab. عَمّ patruus, et nomm. pr. עַמִּינָדָב, עַמִּיהוּד, עַמִּיאֵל. Cf. rabbin. עם הארץ de homine idiota pro איש מעם הארץ, et גוי f. גויה de homine gentili). — b) de *vulgo* militum (cf. Nep. Alcib. 4, 8, λαός Hom., nostr. Kriegsvolk) opp. ducibus (plene עַם הַצָּבָא Num. XXXI, 32, עַם הַמִּלְחָמָה Jos. VIII, 13. X, 7. XI, 7). Iud. VIII, 5: הָעָם אֲשֶׁר בְּרַגְלָי. IX, 36. 37. V, 2. — c) de *comitibus servisve* quibuscunque i. q. אַנְשֵׁי פ׳ (jemandes Leute). Gen. XXXII, 8: הָעָם אֲשֶׁר אִתּוֹ. XXXIII, 15 (ubi intelligendi sunt servi Jacobi et Esavi). 1 Reg. XIX, 21. 2 Reg. IV, 41, de comitibus regis principisve Iud. III, 18. Eccl. IV, 16. Cant. VI, 12: מַרְכְּבוֹת עַמִּי נָדִיב *currus comitum principis*, die Wagen des fürstlichen Gefolges (י— enim h. l. non est suffixum 1 pers., sed statui constructo annexum). Sed ampliori significatu d) de *omnibus hominibus*, q. d. *populo* s. incolis *terrae*. Jes. XLII, 5: נֹתֵן נְשָׁמָה לָעָם עָלֶיהָ *dans spiritum populo in ea* (terra). XL, 7. Sic Ps. XLV, 13: עֲשִׁירֵי עָם non: *ditissimi populi* (Phoenicii), sed: (Phoenices) *ditissimi hominum*, et eodem referri possunt verba per acerbam ironiam dicta Iob. XII, 2: אָמְנָם כִּי אַתֶּם עָם *profecto vos estis genus humanum, et vobiscum emoritur sapientia.* Aliter Schultensii, Alb. et Henr. Albertus, h. l. עָם emphatice *nobilissimam populi partem* interpretantur coll. عَمِيمٌ nobilior et ingenua stirps, et عَشِيرَةٌ coetus hominum, de nobilioribus et generosis, coll. Lebidi comm. extr., ubi Schol. ad verba هم العشيرة *illi coetus sunt* annotat: *hoc in laudem dictum est, quasi quis dicat, hic vir est.*

2) poët. de bestiarum *agmine* Prov. XXX, 25. 26. Ps. LXXIV, 14 cf. גוי no. 2. Sic etiam arab. أُمَّةٌ et gr. δῆμος.

עַם chald. *populus*. Dan. II, 44. III, 29, st. emph. עַמָּא Esr. VII, 13. 16. 25, עַמֵּהּ V, 12. Plur. emph. עַמְמַיָּא Dan. III, 4. 7. 31. V, 19. VI, 26. VII, 14. Syr. ܥܰܡܳܐ, pl. ܥܰܡ̈ܡܶܐ. Sam. pl. ࠏࠌࠌࠉࠀ et ࠏࠌࠌࠉࠀ. Cf. ܟܰܠܬܳܐ sponsa, pl. ܟܰܠܳܬ̈ܳܐ.

עִם pr. *coniunctio*, *communio*, ubique in particulam abit, et est

A) adv. *simul*, *praeterea*, gr. σύν, μετά, arab. مَعًا. 1 Sam. XVII, 42: *erat rufus* עִם יְפֵה מַרְאֶה *simul*que (dabey) *pulcher aspectu*. XVI, 12. Longe frequentius

B) Praep. c. Suff. עִמִּי (pro quo etiam עִמָּדִי dicitur, v. עִמָּד), עִמְּךָ, in Pausa et fem. עִמָּךְ, עִמּוֹ, עִמָּנוּ, עִמָּכֶם, עִמָּם Gen. XVIII, 16, et עִמָּהֶם Num. XXII, 12 (syr. ܥܰܡ, arab. transp. مَعَ, مَعْ)

1) *cum* (quod eiusdem originis est, v. ad rad.), pr. de societate et comitatu, Gen. XIII, 1: וְלוֹט עִמּוֹ *et Lot cum eo.* XVIII, 16. 1 Sam. IX, 24. XXII, 5. — Nah. III, 12: תְּאֵנִים עִם בִּכּוּרִים Vulg. *ficus cum grossis suis* (ut gr. ἀνὴρ σὺν ἔγχεϊ, σὺν τεύχεσι, alibi ita בְּ societatis Jer. XI, 19 cf. בְּ 18, a). Inde

a) de auxilio (cf. σὺν θεῷ, σὺν δαίμονι) Gen. XXI, 22: אֱלֹהִים עִמְּךָ *Deus tecum* est i. e. te adiuvat. 1 Sam. XIV, 45, inde post verba adiuvandi, ut עָזַר (nostr. beystehn) 1 Par. XII, 21, הִתְחַזֵּק (q. v.), al.

b) de agendi communione et societate, ut חָלַק עִם partiri *cum* aliquo Prov. XXIX, 24, hereditare *cum* al. Gen. XXI, 10, foedus iungere *cum* al. (v. כָּרַת), דִּבֶּר עִם (v. דָּבַר) colloqui *cum* al., inde דָּבָר עִם verbum, quod loquor *cum* al. Iob. XV, 11. 2 Par. I, 9, שָׁכַב עִם concumbere *cum* al. Gen. XIX, 32 sq. XXX, 15. Si hostiliter invicem agunt,

c) *cum* est pro *contra*, ut נִלְחַם עִם pugnare, bellum gerere *cum* al., נֶאֱבַק עִם luctari cum, רִיב עִם queri cum al., adde Ps. LV, 19: כִּי בְרַבִּים הָיוּ עִמָּדִי *nam cum multis sunt* (multos socios habent in pugna) *contra me.* XCIV, 16: *quis auxiliabitur mihi* עִם מְרֵעִים pugnanti *cum scelestis.* Iob. IX, 14. X, 17. XVI, 21. XVII, 3.

d) Cum verbis agendi: agere *cum* aliquo (bene vel male), eum (bene vel male) habere, tractare, ut עָשָׂה טוֹב עִם, עָשָׂה חֶסֶד עִם Jos. II, 12. Ps. CXIX, 65, הֵיטִיב עִם benefecit alicui Gen. XXXII, 10, רָצָה עִם amice egit *cum* al. Ps. L, 18, adde תָּמִים עִם XVIII, 24, שָׁלֵם עִם (vide h. v.), נָכוֹן עִם Ps. LXXVIII, 37. — A societatis notione proficiscitur

e) communio sortis. Gen. XVIII, 23: *num perdis iustum cum impio* i. e. sicut impium? Comm. 25. Iob. III, 14. 15. XXI, 8. Ps. LXXIII, 5. Eccl. II, 16: *moritur sapiens cum stulto*, pariter atque stultus, utriusque eadem sors est, eadem ratio. VII, 11: טוֹבָה חָכְמָה עִם נַחֲלָה *aeque bona est sapientia atque opum possessio.* Inde

f) refertur ad quamvis aequalitatem, similitudinem. Iob. XL, 15: *ecce hippopotamum, quem creavi* עִמְּךָ *pariter atque te.* IX, 26. Ps. LXXIII, 25: עִמְּךָ לֹא חָפַצְתִּי בָאָרֶץ *sicut te non delector* ulla re *in terra.* Copulatur cum verbis similitudinis: נִמְשַׁל עִם comparandus est cum al., i. e. similis rei Ps. CXLIII, 7.

g) De aequalitate temporis ponitur Ps. LXXII, 5: יִירָאוּךָ עִם שָׁמֶשׁ *te reverebuntur cum sole* i. e. quamdiu sol erit. Cf. Dan. III, 33 et illud Ovidii, Amor. 1, 15, 16: cum sole et luna semper Aratus erit.

2) *apud*, *prope*, de propinquitate et vicinia. עִם בְּאֵר apud s. ad fontem Gen. XXV, 11, עִם אֵלוֹן apud quercum Iud. IX, 6, עִם שְׁכֶם prope Sichem (urbem) Gen. XXXV, 4, עִם יְהוָה apud Iehovam (i. q. apud sacrarium eius) 1 Sam. II, 21, עִם פְּנֵי ad faciem al. Iob. I, 12. Inde dicunt: habitare *apud* aliquem i. e. in domo s. familia eius Gen. XXVII, 44, in eodem populo XXIII, 4; servire *apud* aliquem i. e. servum eius esse Gen. XXIX, 25. 30. *Apud aliquem* spec. dicitur

a) pro: *in domo* alic., *chez* quelqu'un, vide exempla iam laudata, adde Gen. XXIV, 25: *stramen et pabulum abunde est* עִמָּנוּ *apud nos*, i. e. in domo nostra. In recentiore Hebraismo plenius dr. עִם בֵּית פ׳ 1 Par. XIII, 14.

b) *in corpore* alic. Iob. VI, 4: *tela Omnipotentis* sunt עִמָּדִי LXX. ἐν τῷ σώματί μου. Vulg. *in* me. Saepius

c) *in animo* alic. Iob. XXVII, 11: אֲשֶׁר עִם שַׁדַּי לֹא אֲכַחֵד *quae apud Omnipotentem* sunt, *non tacebo* i. e. quid sentiat, quomodo animatus sit Deus. IX, 35: לֹא כֵן אָנֹכִי עִמָּדִי *non ita ego* sum *apud me*, i. e. non ita animatus sum in pectore meo sc. ut timeam. Num. XIV, 24; inde de consilio, quod quis cepit Iob. X, 13: יָדַעְתִּי כִּי זֹאת עִמָּךְ *scio*, *talia* fuisse *in animo tuo*, te talia molitum esse. XXIII, 14; de eo, quod scimus, novimus. Ps. L, 11: *bestiae campi* sunt *apud me* s. in animo meo i. e. ego omnes novi (in altero hemistichio יָדַעְתִּי). Iob. XV, 9; de sententia alicuius (cf. *apud me* multum valet haec opinio, arab. عندى apud me i. e. de mea sententia), v. c. צָדַק עִם אֵל iustus fuit de sententia Dei Iob. IX, 2. XXV, 4. Plenius Hebraei (sed recentiores tantum) hoc enuntiant עִם לֵב, עִם לְבָבִי, ut gr. μετὰ φρεσίν, lat. *apud animum* (statuere, proponere). Eccl. I, 16: דִּבַּרְתִּי עִם לִבִּי *apud animum meum loquebar*. Deut. VIII, 5. Ps. LXXVII, 7. 2 Par. I, 11, de consilio 1 Par. XXII, 7. XXVIII, 2. 2 Par. VI, 7. 8. XXIV, 4. XXIX, 10, de eo quod scimus Ios. XIV, 7. 1 Reg. X, 2. 2 Par. IX, 1. (Ad litt. b. c. cf. עַל no. 3, litt. e). Syri et Arabes dicunt: عندى مال apud s. penes me sunt opes i. e. possideo opes, ܐܺܝܬ ܠܘܳܬܶܗ est penes eum, possidet BH. 426, 11. 442, 12.

d) *Apud* viros saepe dicitur pro *inter* eos, *in medio* eorum, ut gr. μεθ' ἑταίρων, μετ' ἀνδράσι, lat. apud exercitum, pro in exercitu (cf. germ. *mit*, quod eiusdem stirpis est atque *Mitte* et gr. μετά). Ies. XXXVIII, 11: עִם יוֹשְׁבֵי חָדֶל *apud incolas mundi*. 2 Sam. XIII, 23: עִם אֶפְרָיִם *apud Ephraimitas*.

e) Metaph. est *non obstante* (cf. בְּ no. 20, arab. مَعَ de Sacy gramm. arab. I, §. 1094 ed. 2). עִם זֶה hoc non obstante, nihilominus Neh. V, 18.

In multis significationibus עִם congruit cum אֵת (no. II), quod propterea a nostro derivare volebat Ewaldus, gramm. hebr. p. 608 (עֶמֶת, contr. עֵת, quod mutatum sit in אֵת).

Cum praef. מִן: מֵעִם (arab. من عند) dicitur de iis, qui (quae) recedunt *ab* eo, *apud* quem (quod) fuerant. Spec. igitur: a) *ex vicinia* alic., post verbum abeundi, discedendi Gen. XIII, 14. XXVI, 16, dimittendi Deut. XV, 12 cet. מֵעִם הַמִּזְבֵּחַ ab altari Ex. XXI, 14. Deut. XXIII, 16. Iud. IX, 37. Iob. XXVIII, 4. — b) *e domo* alic., *de chez* quelqu'un (cf. עִם no. 2, litt. a). מֵעִם פַּרְעֹה e domo Pharaonis Ex. VIII, 8. 25. 26. IX, 33. X, 6. 18. — c) *e potestate* alic. (*ab* aliquo) post verba accipiendi 2 Sam. III, 15, poscendi Ex. XXII, 13, emendi 2 Sam. XXIV, 21, saepe de Deo, a quo tanquam auctore et causa aliquid proficiscitur. Ps. CXXI, 2: *auxilium mihi venit* מֵעִם יְהוָה *a Deo*. Ies. VIII, 18: *sumus signa et portenta Israëlitis* מֵעִם יְהוָה *a Deo* data et ad hoc destinata. VII, 11. XXIX, 6. 1 Reg. II, 33. 2 Par. X, 15. (Arab. من عند ex iussu, voluntate alic.). — d) *ex animo* alic. 1 Sam. XVI, 14: *spiritus recessit* מֵעִם שָׁאוּל *ex animo Sauli*. Inde de iudicio, quod proficiscitur ab aliquo, Iob. XXXIV, 33: *num retribuit* (Deus) מֵעִמְּךָ *de sententia tua?* 2 Sam. III, 28; de consilio capto Gen. XLI, 32. 1 Sam. XX, 33. — e) e medio (cf. עִם no. 2, litt. d). מֵעִם אֶחָיו Ruth IV, 10. — Simile est מֵאֵת p. 168. — Arabes coniungunt etiam particulas الى عند علی ad aliquem.

עִם chald. i. q. hebr. *cum*, *apud*, de societate Dan. II, 18. 43. VI, 22. VII, 13: (figura) *instar filii hominis venit* עִם עֲנָנֵי שְׁמַיָּא *cum nubibus coeli*, cf. μετὰ πνοιῇς ἀνέμοιο Od. 2, 148. De tempore, quo durante aliquid fit (cf. hebr. no. 1, litt. g): עִם לֵילְיָא nostr. bey Nacht Dan. VII, 2, ut arab. عند الليل. עִם דָּר וְדָר cum omnibus generationibus i. e. quamdiu hominum generationes erunt Dan. III, 33. IV, 31.

עֻמָּה f. 1) pr. subst. *coniunctio*, *communio*, nonnisi st. estr. עֻמַּת Eccl. V, 15, alibi semper לְעֻמַּת, semel לְעֻמּוֹת Ez. XLV, 7 praep. i. q. עִם a) *apud*, *iuxta* Ex. XXV, 27. XXVIII, 27. XXXVII, 14. XXXIX, 20. Lev. III. 9. Spec. dicitur b) de rebus, quae *iuxta* se pari intervallo procedunt (gleichlaufend). 2 Sam. XVI, 13: *processit Simeï in latere montis* לְעֻמָּתוֹ *iuxta eum* (regem) *et lapides iecit* לְעֻמָּתוֹ *iuxta eum* (er ging immer *neben dem* Zuge des Königs *her* und warf Steine und stäubte, nicht gerade auf den König, wie V. 6). Ezech. XL, 18: לְעֻמַּת אֹרֶךְ הַשְּׁעָרִים *iuxta s. secundum longitudinem portarum* (gleichlaufend mit der Länge der Thore oder gleich weit reichend). XLII, 7; vel quae *eodem tempore* cum alia re fiunt (gleichzeitig). Ez. I, 20: *surgebant rotae* לְעֻמָּתָם *eodem tempore cum iis*. 21. III, 13. X, 19. XI, 22. (Cf. עִם no. 1, g). Inde e) *pariter atque*. 1 Par. XXIV, 31: *iecerunt sortes* לְעֻמַּת אֲחֵיהֶם *pariter atque fratres eorum*. XXVI, 12. 16. XXV, 8 (ubi reponendum cum nonnullis codd. מִשְׁמָר לְעֻמַּת מִשְׁמָר). Neh. XII, 24. Eccl. VII, 14. Emphat. Eccl. V, 15: כָּל־עֻמַּת שֶׁבָּא כֵּן יֵלֵךְ *prorsus eadem ratione qua venit*, *eadem abit* (cf. כָּל־עוֹד Iob. XVII, 3). — d) *iuxta* i. q. *praeter*. Ezech. XLV, 6 (cf. comm. 1) XLVIII, 13. 18. 21.

2) n. pr. oppidi Aseritarum Jos. XIX, 30.

עַמּוֹן (i. q. בֶּן־עַמִּי *filius cognati* s. *consanguinei mei* cf. עַם no. 1, a (quod quidem etymon a linguae legibus non alienum Gen. XIX, 38 ad ortum gentis ex incesto refertur) *Ammon* n. pr. viri, quem Lotus cum filia natu minore genuisse dicitur Gen. XIX, 30 sqq., unde בְּנֵי עַמּוֹן (raro עַמּוֹן 1 Sam. XI, 11) *Ammonitae*, gens ab illo oriunda, quae terrae transjordanensis tractum inter Jabbocum et Ammonem fluvios tenebat (Deut. III, 16. Jos. XII, 2. Iud. XI, 13). Quum Hebraei et Ammonitae mutuo odio eoque acerbissimo flagrarent crebris iniuriis bellisque et orto et nutrito (Iud. X, 9. XI, 12 sqq. 1 Sam. XI. 2 Sam. X — XII. 2 Par. XX. XXVII. 2 Reg. XXIV, 2. Zeph. II, 8. Jer. XXVII, 3. XL, 14. Ezech. XXV, 1 sqq. Neh. IV, 1 sqq.), prophetae certatim dira vaticinia contra eos pronunciant Am. I, 13. Jer. XLIX, 1 — 6. Zeph. et Ezech. ll. cc.; lege interdictum Hebraeis erat, ne qualicunque cum iis societate iungerentur (Deut. XXIII, 4. Esr. IX, 1. Neh. III, 23), ipsaque de turpi gentis origine narratio Gen. l. c. ex illo odio profluxisse videtur. Novissima populi memoria est apud Justin. Mart. dial. c. Tryph. p. 272: *καὶ Ἀμμανιτῶν ἐστὶ νῦν πολὺ πλῆθος*, sed Origenes (lib. I in Iob.) Ammonitas et Idumaeos communi Arabum appellatione comprehendi tradit. Hodieque nomen *Ammân* gerunt rudera antiquae metropoleos רַבַּת בְּנֵי עַמּוֹן dictae, v. רַבָּה. — Ez. XXV, 2 — 5 בְּנֵי עַמּוֹן dicitur pro אֶרֶץ בְּנֵי עַמּוֹן, ut lat. *Bruttii*, *Samnites* apud Livium pro finibus eorum. LXX: *Ἀμμών*, *υἱοὶ Ἀμμών*, sed in Pent. *Ἀμμάν* (عَمَّان) et gent. *Ἀμμανῖται*. V. Relandi Palaestinam p. 103 sqq. Ersch und Gruber Encyclop. v. Ammon, III p. 371. Winer Reallex. h. v. — Gentil. עַמּוֹנִי Deut. XXIII, 4. 1 Sam. XI, 1. 2. Neh. II, 10. 19. XIII, 1, collect. Esr. IX, 1, pl. עַמּוֹנִים i. q. בְּנֵי עַמּוֹן Deut. II, 20. 1 Reg. XI, 5, f. עַמּוֹנִית 1 Reg. XIV, 21. 2 Par. XXIV, 26, pl. עַמּוֹנִיּוֹת 1 Reg. XI, 1. Neh. XIII, 23, ubi Keri עַמֹּנִיּוֹת.

Composita cum עַם et עִם sunt:

עַמְעָד (populus aeternus) n. pr. oppidi Aseritarum Jos. XIX, 26.

עַמְרָם (unus ex familia Excelsi i. e. Dei) n. pr. 1) patris Mosis Ex. VI, 18. 20. Num. III, 19, unde patron. עַמְרָמִי Num. III, 27. 1 Par. XXVI, 23. 2) Esr. X, 34.

עַמִּיאֵל (unus ex familia Dei i. e. famulus s. servus Dei, cf. עַם no. 1) n. pr. virorum 1) Num. XIII, 12. 2) 2 Sam. IX, 4. 5. XVII, 27. 3) 1 Par. XXVI, 5. 4) 1 Par. III, 5, pro quo 2 Sam. XI, 3 אֱלִיעָם.

עַמִּיהוּד (unus ex populo Judae i. e. civis Judae, pro עַם יְהוּד) n. pr. virorum 1) 2 Sam. XIII, 37 Keri. 2) Num. I, 10. II, 18. 1 Par. VII, 26. 3) Num. XXXIV, 20. 4) ibid. V. 28. 5) 1 Par. IX, 4.

עַמִּיזָבָד (famulus largitoris, h. e. Jehovae, cf. עַמִּיאֵל, עַמִּיחוּר) n. pr. viri 1 Par. XXVII, 6.

עַמִּיחוּר (unus ex familia i. e. famulus nobilium) n. pr. viri 2 Sam. XIII, 37 Chethibh, pro עַמִּיהוּד no. 1. (N. pr. עמחר reperitur etiam in inscr. Phoen. no. XL bis).

עַמִּינָדָב (famulus principis) n. pr. virorum 1) Ex. VI, 23. Num. I, 7. Ruth. IV, 19. 1 Par. II, 10. 2) XV, 10. 11. 3) 1 Par. VI, 7.

עַמִּישַׁדַּי (famulus Omnipotentis, cf. עַמִּיאֵל) n. pr. viri Num. I, 12. II, 25.

עִמָּנוּאֵל (Deus nobiscum) nomen symbolicum et propheticum filii Jesaiae prophetae Jes. VII, 14. VIII, 8. Cf. supra ad v. עַלְמָה. Alii Ezechiae regis filium intelligebant, ecclesiae Patres Messiam, in quibus erant qui interpretarentur: *inter nos est deus* (ein Gott ist unter uns) Lactant. instit. div. 4, 12. LXX et Mt. I, 23 *Ἐμμανουήλ*.

עָמַס semel **עָמַשׂ** Neh. IV, 11, fut. יַעֲמֹס, *sustulit*, v. c. lapidem Zach. XII, 3, *portavit*, *gestavit* Jes. XLVI, 3, spec. *sustulit* onus et iumento *imposuit* (aufladen). Constr. absol. Jes. XLVI, 1, sq. עַל iumenti (sed omisso accusativo oneris) Gen. XLIV, 13: וַיַּעֲמֹס אִישׁ עַל־חֲמֹרוֹ *suo quisque asino* (onus) *imposuit*. Neh. XIII, 15. Translate Ps. LXVIII, 20: יַעֲמָס־לָנוּ si quis (onus) *nobis imponit*, al. si Deus (onus) nobis imponit. (In linguis cognatis haec radix non reperitur).

Hiph. הֶעֱמִיס *alicui imposuit* (onus), sq. עַל 1 Reg. XII, 11. 2 Par. X, 11.

עָמוֹס n. pr. prophetae nobilissimi Am. I, 1. VII, 8 sqq. VIII, 2. LXX. *Ἀμώς*. Hebraei interpretes explicant *gravem* lingua, *blaesum* (v. Carpzov. introd. in V. T. III p. 314), contra verbi usum: si Hebraeum est vc., malim (in sinu) *gestatus*, ut forma intrans. עָמוֹס dicta sit pro pass. עָמוּס (cf. חָמוֹץ). Quid autem, si primas eius origines in Aegypto quaeramus, ubi *Amasis* et *Amosis* satis crebra sunt nomina propria, aegypt. ⲀⲀⲘⲤⲤ lunae filius (Rosell. 1, 194)? Facile enim poterat huiusmodi nomen peregrinum in linguae Hebraeae civitatem recipi. Cf. מֹשֶׁה p. 824.

עֲמָשָׂא (onus) n. pr. virorum 1) 2 Sam. XVII, 25. XIX, 14. 1 Par. II, 17. 2) 2 Par. XXVIII, 12.

עֲמָשַׂי (molestus) n. pr. virorum 1) 1 Par. VI, 10. 20. 2) XV, 24. 3) 2 Par. XXIX, 12.

עֲמַשְׁסַי n. pr. viri Neh. XI, 13, sed suspicor, hanc scripturam falsam esse et ortam ex duabus formis עמשי et עמסי. Vide סִיעֲהָה et נְפִישְׁסִים.

עֲמַסְיָה (quem Jehova in sinu gestat, cf. Jes. XLVI, 3) n. pr. viri 2 Par. XVII, 16.

מַעֲמָסָה f. *onus.* Zach. XII, 3: *faciam Hierosolyma* אֶבֶן מַעֲמָסָה וגו׳ *lapidem oneris omnibus populis.* Quid hoc sibi velit, egregie monstravit Hieronymus ad h. l. „Mos est in urbibus Palaestinae, et usque hodie per omnem Judaeam vetus consuetudo servatur, ut in viculis, oppidis et castellis rotundi ponantur lapides gravissimi ponderis, ad quos iuvenes exercere se soleant, et eos pro varietate virium sublevare, alii ad genua, alii usque ad umbilicum, alii ad humeros et caput, nonnulli super verticem rectis iunctisque manibus magnitudinem virium demonstrantes pondus extollant."

עָמַק *profundus*, metaph. *inexploratus fuit*, Ps. XCII, 6, cf. gr. *βαθύφρων, βάθος σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ* Rom. XI, 33. (Arab. عَمُقَ, rarius litteris transpositis مَعُقَ, aram. ܥܡܩ, aeth. ዐመቀ: id. Cum radd. מָקַק, נָבַךְ huic nostrae nil necessitudinis est).

Hiph. profundum fecit, saepe sq. verbo finito. Jes. VII, 11: הַעֲמֵק שְׁאָלָה *profundum fac, pete*, h. e. pete ut ex profundo eveniat miraculum; et gerundio, ita ut fere adverbii vim habeat Jer. XLIX, 8. 30: הֶעְמִיקוּ לָשֶׁבֶת *profunda facite domicilia vestra*, habitate in profundis terrae. Hos. IX, 9. Jes. XXIX, 15: הַמַּעֲמִיקִים לַסְתִּיר *qui profunde occultant.* Sed *profunda* etiam dicuntur, quae inde ab oculo contemplantis in magnam longitudinem porriguntur, ut gr. *βαθὺς τόπος* regio in longum porrecta, *βαθεῖα αὐλή* Il. 5, 142, quemadmodum nos spatium a parte antica ad posticam domus *profunditatem* eius (die Tiefe des Hauses) appellamus, cf. עֵמֶק. Jes. XXX, 33: הֶעֱמִיק הִרְחִב מְדֻרָתָהּ *longum latumque faciunt rogum eius*, et metaph. הֶעֱמִיקוּ סָרָה *longe s. procul recedunt*, sie entfernen sich weit Jes. XXXI, 6. Hos. V, 2.

עָמֵק adj. *profundus*, tantum in pl. constr. עִמְקֵי שָׂפָה profundi labii (homines) i. e. barbara lingua utentes, quae intelligi non potest. Jes. XXXIII, 19. Ezech. III, 5. 6.

עָמֹק f. עֲמֻקָּה adj. 1) *profundus*, de aquis Prov. XVIII, 4. XX, 5, de fovea XXII, 14. XXIII, 27, de plaga leprae quae cute profundior est Lev. XIII, 3 sqq. Pl. f. עֲמֻקּוֹת profunda Iob. XII, 22 (al. libri עֲמֻקּוֹת). — 2) metaph. *quod investigari non potest.* Iob. XI, 8. Ps. LXIV, 7. Eccl. VII, 24.

עָמוֹק (id.) n. pr. viri Neh. XII, 7. 20.

עָמִיק chald. *profundus*, translate *absconditus*, non investigandus Dan. II, 22.

עֵמֶק c. Suff. עִמְקִי *vallis*, regio depressa et longe lateque patens (*βαθὺς τόπος*, v. ad rad. Hiph.), et segetibus consita (Iob. XXXIX, 10. Ps. LXV, 14. Cant. II, 1), et pugnis idonea (Iob. XXXIX, 21). Num. XIV, 25. Jos. VIII, 13. Iud. VII, 1 sqq. 1 Sam. XXXI, 7. 1 Reg. XX, 28. Jer. XLVIII, 8 al. C. art. הָעֵמֶק Jer. XXI, 13 poët. dicitur de Hierosolymis, alibi pro contextu de valle regionis memoratae Jos. VIII, 13. Iud. I, 19. 34. V, 15. VII, 1. 8. 12. In plur. עֲמָקִים semel dici videtur de *incolis* vallium, 1 Par. XII, 15: *in fugam coniecerunt* אֶת־כָּל־הָעֲמָקִים *omnes vallium incolas*, sed vide sitne legendum כָּל־הָעֲנָקִים *omnes Enacitas*, quemadmodum Jer. XLVII, 5 pro שְׁאֵרִית עִמְקָם cum Alex. interprete haud cunctanter repono שְׁאֵרִית עֲנָקִם (Ascalon) *reliquiae Enacitarum*, cf. 4 et ad rem illustrandam Jos. XI, 21. — Usu discrepat a similis potestatis vocabulis בִּקְעָה, גַּי, נַחַל, quae singula certis quibusdam vallibus campisve tribuuntur. Et nostro quidem vc. hae valles appellantur: a) עֵמֶק הָאֵלָה (vallis terebinthi) in vicinia Bethlehemi 1 Sam. XVII, 2. 19. XXI, 10. b) עֵמֶק הַבָּכָא v. בָּכָא p. 205 A. c) עֵמֶק בְּרָכָה (vallis benedictionis) prope Engaddam 2 Par. XX, 26. d) עֵמֶק הַמֶּלֶךְ (vallis regis) haud procul a mari mortuo, Gen. XIV, 17. 2 Sam. XVIII, 18. e) עֵמֶק רְפָאִים (vallis Rephaeorum) ad africum Hierosolymorum Philistaeam versus Jos. XV, 8. XVIII, 16. 2 Sam. V, 18. 22. Jos. XVII, 5. f) עֵמֶק שִׂדִּים, v. שִׂדִּים. Sed עֵמֶק קְצִיץ Jos. XVIII, 21 est nomen oppidi Benjaminitarum. Aliae *valles* appellatae sunt ab oppidis vicinis, ut עֵמֶק בְּגִבְעוֹן prope Gibeonem Jes. XXVIII, 21 cf. Jos. X, 12, ע׳ סֻכּוֹת Ps. LX, 8, ע׳ יִזְרְעֶאל p. 434, ע׳ חֶבְרוֹן Gen. XXXVII, 14, עֵמֶק אַיָּלוֹן Jos. X, 12, vel ab hominibus, ut ע׳ יְהוֹשָׁפָט Joël IV, 2. 12 ad traditionis fidem vallis Hierosolyma inter et montem olivarum, sec. alios n. allegoricum a vate fictum, ut locum significaret, quo *Jova iudicaturus* sit.

עֹמֶק m. *profunditas*, Prov. XXV, 3. Chald. עוּמְקָא, syr. ܥܘܡܩܐ id.

מַעֲמָק pl. מַעֲמַקִּים m. *loca profunda* Ps. CXXX, 1, cstr. מַעֲמַקֵּי מַיִם Ps. LXIX, 3. 15. Ez. XXVII, 34, מ׳ יָם Jes. LI, 10.

עָמַר radix in Kal inusit. Arab. غمر est: obruit aqua, unde غَمْر, غَمِير aqua multa, Conj. II. III. vehementius aggressus est aliquem (pr. irruit in eum). Conj. VII. VIII. demersus est. Itaque radici hebraeae, quoad ex verbo et derivatis iudicari potest, hi significatus tribuendi videntur: 1) *cumulavit, coacervavit* (cogn. חָמַר no. 3), unde עָמִיר, עֹמֶר, עֹמֶר. — 2) *obruit* aliquem, *irruit* in aliquem, ut arab. conj. II. III. Vide Hithpa. 3) obruit aliquid, *demersit*, unde n. pr. עֲמֹרָה demersio, cf. הָמַר. — In lex. man. a formis עָמַר, עָבַר no. I. עָמִיר profectus, coll. غمر „pressit, compressit, arctius colligavit" Castell. 2804 ex Avic. 1, 178 lin. 23, huic radici *colligandi* potestatem assignavi, sed verbo arabico ista significatio, quippe quae ex mendo apud Avic. orta sit, male tribuitur. Verba (de nucis quodam genere) sunt: قشره الى السواد رقيق اذا غمر انفلق فلقتين *cortex eius est subniger, tenuis, ubi immergitur, finditur in duas partes.* Sed

pro غمر aqua tegitur legendum esse غمز premitur manifestum est, cf. p. 278 lin. 36: قشور سود دقاق تتفرك بالغمز فلقتين, et 539 lin. 20.

Pi. coacervavit, collegit fruges demessas. Ps. CXXIX, 7: *quibus manum non implet messor* וְחִצְנוֹ מְעַמֵּר *neque brachium* implet *collector.* LXX. ὁ δράγματα συλλέγων.

Hithpa. הִתְעַמֵּר *irruit in aliquem, manum ei admovit* violentius, sq. בְּ (cf. הִתְנַפֵּל et הִתְגּוֹלֵל sq. עַל Gen. XLIII, 18). Deut. XXI, 14 de serva a hero compressa: *ne vendito eam* וְלֹא תִתְעַמֵּר בָּהּ *neve manum ei admoveto* sc. eam castigando, de servo XXIV, 7: *si quis furatus est hominem ex Israëlitis* וְהִתְעַמֶּר־בּוֹ וּמְכָרוֹ *et manum ei admovet et vendit eum*, cf. Gen. l. c. לְהִתְגֹּלֵל עָלֵינוּ וּלְהִתְנַפֵּל עָלֵינוּ וְלָקַחַת אֹתָנוּ לַעֲבָדִים. Ex vett. satis recte LXX c. 24: καταδυναστεύσας αὐτόν. Gr. Venet. utroque loco: ὑπηρετοῦμαι. Vulg. c. 21 (qui haec ad coitum violentum refert): *nec opprimere poteris per violentiam.* Saad. استرق in servitutem redegit, pro servo habuit, et sic Talmudici (Sanhedr. fol. 45), quos sequuntur Kimchius al., השתמש, השתעבד; male Onk. Pesch. Sam. ex contextu coniecturam facientes: *negotiatus est s. mercaturam fecit* aliqua re. (Eius, quem nos probavimus, usus vestigium praeter linguam Hebraeam habemus in Samaritana, in qua Gen. I, 28 כִּבְשֻׁהָ ab intp. Sam. redditur: [Samaritan] pro [Samaritan], ubi Onk. תְּקִפוּ עֲלַהּ, KXX. κατακυριεύσατε αὐτῆς).

עָמִיר m. pr. *striga* (Schwade) i. e. acervulus culmorum demessorum, antequam colligitur et in mergites colligatur. Jer. IX, 22: *et cadunt cadavera* כְּעָמִיר מֵאַחֲרֵי הַקֹּצֵר וְאֵין מְאַסֵּף *sicut strigae post messorem, quas nemo colligit*, dein *merges* Mich. IV, 12. Am. II, 13. Zach. XII, 6. Targ. ubique retinet עֲמִירָא, LXX. ap. Mich. δράγμα, bis καλάμη, ap. Jerem. χόρτος, sic etiam Vulg. ubique *foenum*, et Pesch. ap. Jerem. ܥܡܝܪܐ quod sine dubitatione χόρτον significat, v. Castell. adde Lex. Adl. ubi explicatur شعب تبن حشيش. Sed hebr. עָמִיר *foenum* esse non potest propter verba Mich. l. c.

עֹמֶר m. 1) *manipulus, merges* Lev. XXIII, 10—13. Deut. XXIV, 19. Iob. XXIV, 10. Plur. עֳמָרִים Ruth II, 7. 15. LXX septies δράγμα. Targ. עוּמְרָא id. ibid. (Arab. أغمار in Vers. arab. pro δράγμα Hos. VIII, 7, δράγματα Ps. CXXIX, 7, quae significatio a Freytagii Lex. abest). — 2) *mensura* aridorum, decimam Ephae (אֵיפָה) partem continens (v. Ex. XVI, 36). Ex. XVI, 16. 18. 22. 32, 33, non confundenda illa cum mensura חֹמֶר, decem Ephas continente. Conferri potest غمر catinus, poculi parvi genus. LXX retinent γομόρ.

עֲמֹרָה (prob. demersio, v. rad., cf. סְדֹם conflagratio) *Gomorrha* LXX. Γομόῤῥα, n. pr. unius ex quattuor oppidis vallis Siddim, quae in mare mortuum demersa sunt. Ubi cuncta enumerantur, Gomorrha secundum locum occupare solet Gen. X, 19. XIV, 2. 8. Deut. XXIX, 22, sed plerumque duo tantum, *Sodoma et Gomorrha*, memorari solent Gen. XIII, 10. XIV, 10. 11. XVIII, 20. XIX, 24. 28. Deut. XXXII, 32. Jes. I, 9. 10. Jer. XXIII, 14. Zeph. II, 9, sive submersio eorum significatur Jes. I, 9. Jer. L, 40, sive morum pravitas Jes. I, 10. Jer. XXIII, 14.

עָמְרִי (i. q. עָמְרִיָּה fort. tiro Jova, coll. arab. غمر inexpertus, indoctus) n. pr. 1) regis Israëlitarum (929—18 a. C.), qui Samariam urbem condidit 1 Reg. XVI, 16 sq. 2 Reg. VIII, 26. Mich. VI, 16. LXX. Ἀμβρί. Vulg. *Amri*, et sic Luth.; it. aliorum virorum 2) 1 Par. VII, 8. 3) IX, 4. 4) XXVII, 18.

עֲמַר chald. *lana* i. q. hebr. צֶמֶר Dan. VII, 9. In Targg. saepe.

ענב rad. in verbo inusitata et incerti significatus. Talmud. est *coniunxit*, unde Simonis עֵנָב uvam dictam esse statuit quippe quae sit acinorum coniunctio. Sed videtur עֵנָב (q. v.) pr. uvae *baccam* significare, cui illud etymon ineptum fuerit. Suspicor igitur עָנַב cognatum esse arabico عبب baccae, حب bacca, et rad. עָנַב *convolvendi, conglomerandi*, inde *globosi* potestatem habere, ut כָּבַב, unde כּוֹכָב (globulus) stella. Verba med. rad. Nun passim eandem vim habere atque bilittera, quae exemto Nun oriantur, non dubium est, cf. جنب et גַּב (a גָּבַב) latus, פָּנַק et פָּנַק, כָּפַף et עָנַף, עָפִי et פַּנְק et פּוּק. Ad עָנַב praeterea conferri potest צָנַף (צ et ע permutatis) convolvit.

עֵנָב Deut. XXXII, 14 c. suff. עֲנָבֵמוֹ ib. 32, alibi semper pl. עֲנָבִים cstr. עִנְּבֵי (dag. euphon.) Lev. XXV, 5. Deut. XXXII, 32 m. *uvae*, vel rectius *baccae uvarum, acini.* Hanc enim vocis potestatem quum alia arguunt (de etymo vide ad rad., de usu Talmudistarum et Arabum infra) tum ipse Hebraeorum usus, max. iis exemplis, ubi עֲנָבִים distinguuntur ab אֶשְׁכֹּל racemo. Gen. XL, 10: וְהִבְשִׁילוּ אַשְׁכְּלֹתֶיהָ עֲנָבִים *et maturabant racemi eius baccas uvarum*, die Rebenkämme trieben reife Beeren. Num. XIII, 23 uva appellatur אֶשְׁכֹּל עֲנָבִים *racemus baccarum.* Praeterea acini intelligendi sunt in his: דַּם עֵנָב Deut. XXXII, 14 et דַּם עֲנָבִים Gen. XLIX, 11 de vino; מִשְׁרַת עֲנָבִים Num. VI, 3, אָכַל עֲנָבִים Deut. XXIII, 25, אֲשִׁישֵׁי עֲנָבִים placentae acinorum (Weinbeer-Kuchen) Hos. III, 1. Gen. XL, 11. Num. VI, 3 et etiam reliquis locis (Lev. XXV, 5. Num. XIII, 20. Neh. XIII, 15. Jes. V, 2. 4. Jer. VIII, 13. Am. IX, 13. Hos. IX, 10) non minus apti sunt, quam uvae. (Chald. עִנְבָּא id. Talmudici dicunt etiam עִנְבָּה et de aliis baccis granisve usurpant, ut de granis hordei Peah c. 6. Talm. Hieros. Sanhedr. c. 2. Arab. عنب uva, sed عنبة bacca uvae.

Syr. ܥܶܢܒܬܳܐ pl. ܥܶܢܒܶܐ uva). LXX. *σταφυλή*, semel *σταφίς* Hos. l. c.

עֲנָב (fort. locus uvarum ferax) n. pr. oppidi in montanis Judae Jos. XI, 21 (ubi J. D. Mich. עֵנָב). XV, 50.

עָנַג *molliter et delicate vixit*, in Kal inusit. (Arab. غَنِجَ deliciari, de mulieribus gestu amatorio et limis oculis incedentibus, غُنْج iocularis illa mulierum simulatio, quae gr. *ἀκκισμός* dicitur Pococke ad Togr. 21, nostr. Ziererey, Coquetterie).

Pu. part. fem. *molliter* et *delicate habita*, Jer. VI, 2.

Hithp. 1) i. q. Pu. Deut. XXVIII, 56, cf. Jes. LV, 2. — 2) *oblectavit se*, *gavisus est* aliquo vel aliqua re Ps. XXXVII, 11, spec. עַל יְי Jes. LVIII, 14. Ps. XXXVII, 4. Iob. XXII, 26. XXVII, 10, sq. מִן Jes. LXVI, 11. — 3) Inde in malam partem *irrisit* alicui (sich lustig machen über jem.), sq. עַל Jes. LVII, 4. LXX de hac rad. paene constanter utuntur verbo *τρυφάω* (*ἐντρυφάω*, *κατατρυφάω*) et nomm. *τρυφή*, *τρυφερός*.

עָנֹג f. עֲנֻגָּה adj. *delicatulus*, *mollis* Deut. XXVIII, 54. 56. Jes. XLVII, 1.

עֹנֶג m. *deliciae*, *vita delicata* Jes. XIII, 22. LVIII, 13.

תַּעֲנוּג Prov. XIX, 10, pl. תַּעֲנֻגִים. Cant. VII, 7 et תַּעֲנֻגוֹת Eccl. II, 8 *deliciae*, *vita delicata* Mich. II, 9. Prov. l. c. Mich. I, 16: בְּנֵי תַּעֲנוּגָיִךְ *filii*, *quibus delectaris*; spec. *voluptas*, *libido* (venerea) Cant. VII, 7. Eccl. II, 8.

עָנַד *connexuit*, *alligavit*. (Talmud. id., unde עֲנִיד connexio. Affine est arab. عِنْدَ *apud*, *cum* hebr. עִמָּד, cf. عُنْدٌ, عِنْدٌ latus, ora rei. Temere nuper contulerunt gr. *νήθω*, quod est a *νέω*). Bis legitur Iob. XXXI, 36: אֶעֶנְדֶנּוּ עֲטָרוֹת לִי *cum alligabo mihi* instar *coronarum*. Prov. VI, 21: עָנְדֵם עַל גַּרְגְּרֹתֶךָ *alliga eos collo tuo*. Inde

מַעֲדַנּוֹת pro מַעֲנַדּוֹת f. pl. *vincula* Iob. XXXVIII, 31 v. pag. 995 B.

I. עָנָה fut. יַעֲנֶה conv. וַיַּעַן 1) a) *cecinit*, *cantavit*. (Arab. غَنَّى Conj. II. V. id., غِنَاءٌ cantus, أُغْنِيَّةٌ cantilena, modus canendi, مُغَنٍّ cantor. Syr. Pa. ܥܰܢܺܝ cecinit 1 Sam. XXIX, 5. Lex. Adl. ܥܢܝ غَنَّى نَشَدَ لَحَّنَ مَدَحَ i. e. *cecinit*, *laudavit*, ܥܽܘܢܺܝܬܳܐ cantio, cantilena. In indogermanicis respondere videtur *cano*, pers. خوندن canere, vocare, legere, germ. vet. *han* canere, unde *Hahn* gallus, a canendo dictus). Exod. XV, 21: וַתַּעַן לָהֶם מִרְיָם *et cecinit iis Mirjam*. Vulg. praecinebat. Onk. et Pesch. ܘܥܢܝܐ מְעַנְיָא. 1 Sam. XVIII, 7. Esr. III, 11. Sq. לְ *carmine celebravit* (besingen). 1 Sam. XXI, 12: הֲלֹא לָזֶה יַעֲנוּ בַמְּחֹלוֹת. XXIX, 5. Num. XXI, 17. Ps. CXLVII, 7. LXX cunctis his locis *ἐξάρχω*, quae est cantorum vox cantum incipientium et praeeuntium (anstimmen). Praeterea in Pi. — b) *clamavit* (quod passim *canendi* verbis exprimitur, ut lat. actor canit, cantat i. q. declamat, schreit laut, gallus canit). Singularis locus est Exod. XXXII, 17: *et dixit Josua Mosi*: קוֹל מִלְחָמָה בַּמַּחֲנֶה. 18. וַיֹּאמֶר אֵין קוֹל עֲנוֹת גְּבוּרָה וְאֵין קוֹל עֲנוֹת חֲלוּשָׁה קוֹל עַנּוֹת אָנֹכִי שֹׁמֵעַ *clamor pugnae est in castris*. 18. *Sed Moses*: *non est clamor victoriae*, *neque clamor eorum qui cladem acceperunt*, *sed vocem canentium ego audio*, unde apparet cantandi significationem Piel coniugationi magis propriam fuisse. De clamore militum in pugna Jer. LI, 14: וְעָנוּ עָלַיִךְ הֵידָד, thoum in deserto Jes. XIII, 22: וְעָנָה אִיִּים בְּאַלְמְנוֹתָיו *et clamant thoes in palatiis eorum* (Saad. يعوى بنو آوى ululant thoes, sed LXX. *κατοικήσουσι*, qua de interpretatione v. sub rad. עוּן).

2) *extulit vocem*, *loqui coepit*, *anheben* zu reden (quod prope accedit ad עָנָה *ἐξάρχω* no. 1, a). Deut. XXI, 7: וְעָנוּ וְאָמְרוּ *et orsi sunt et dixerunt*. XXVI, 5. XXVII, 14. Iob. III, 2: וַיַּעַן אִיּוֹב וַיֹּאמַר *et Iobus exorsus est et dixit*. Cant. II, 10: עָנָה דוֹדִי וְאָמַר לִי *orsus est amicus meus dixitque mihi*. Jes. XIV, 10. XXI, 9. Zach. I, 11. III, 4. IV, 4. 11. 12. VI, 4. 2 Par. XXIX, 31, cf. Gen. XXXI, 36. Sq. acc. pers. *allocutus est* aliquem Zach. I, 11. Saadias in Pentat. bene ابتدى coepit, Vulg. plerumque omittit. (Persaepe ita chald. עֲנָה in libro Danielis, v. infra, atque eundem usum imitatur gr. *ἀποκρίνομαι* in N. T., quod saepe ponitur, ubi quaestio nulla antegressa est v. Mt. XI, 25. XXII, 1. XXVIII, 5 et lexx. Etiam aethiop. አውሥአ: est: *orsus est* et *respondit* Lud. 418). Quum haec significatio Hebraismo potissimum recentiori et Chaldaismo propria sit, erunt qui eam vulgari *respondendi* significatui anteponendam censeant, quod et ipse in prioribus editt. feci. Sed manifesto tamen haec origini propior est, cui profecto non obstat crebrior eius apud Aramaeos usus.

3) creberrime: *respondit*. Proprie dictum videtur de eo, qui *clamanti* et *vocanti* (קָרָא) respondet (qs. *reclamat*, quod Hebraei faciunt verbo הִנֵּנִי), Iob. XIX, 16: לְעַבְדִּי קָרָאתִי וְלֹא יַעֲנֶה cf. V, 1. Prov. I, 28, inde de hominibus, qui Deo vocanti respondent Jes. L, 2. LX, 4. LXVI, 12. Jer. VII, 13. Iob. XIII, 22. XIV, 15, et de Deo, qui hominibus clamantibus et eum invocantibus respondet, praegresso צָעַק, זָעַק Iob. XXXV, 12. Jes. XLVI, 7. Mich. III, 4, שִׁוַּע Iob. XXX, 20, קָרָא Jes. LVIII, 9. LXV, 24. Jon. II, 3. Ps. XXII, 3. LXXXVI, 7. XCI, 15. CXX, 1. CXXXVIII, 3 (cf. infra litt. a). Adde formulam עֵר וְעֹנֶה, de qua vide pag. 1004 A med.,

et עָנָה בָאֵשׁ respondit igne (coelitus misso) 1 Reg. XVIII, 24. Sed plerumque est: dicenti *respondit*. Constr. *α*) absol. Prov. XV, 28. XXVI, 5, saepissime hoc nexu: וַיַּעַן אַבְרָהָם וַיֹּאמַר *et respondit Abraham et dixit*. Gen. XVIII, 27. XXXI, 36. 43. XL, 18, sq. לֵאמֹר XLI, 16. XLII, 22 al. *β*) c. acc. pers. (jem. wieder *anreden*, *ἀμείβομαι τινά*) Iob. I, 7: וַיַּעַן הַשָּׂטָן אֶת־יְהוָה *et respondit Satanas Jovae*. Gen. XXIII, 5. XLV, 3. 1 Sam. XXVIII, 15. 1 Reg. II, 30. XVIII, 21. 37. Cant. V, 6. *γ*) c. acc. rei, *quam* quis respondet Iob. XV, 2: הֶחָכָם יַעֲנֶה דַעַת רוּחַ. XXXII, 17: אַעֲנֶה אַף אֲנִי חֶלְקִי. Prov. XVIII, 23, vel ad quam respondet (etwas beantworten) Iob. XL, 2: מוֹכִיחַ אֱלוֹהַּ יַעֲנֶנָּה *reprehensor Dei respondeat ad hoc*. Inde *δ*) c. acc. pers. et rei, respondit alicui aliquid 1 Sam. XX, 10: אוֹ מַה־יַּעַנְךָ אָבִיךָ קָשָׁה. Mich. VI, 5. Ps. CXIX, 42. Jerem. XXIII, 37, respondit alicui ad aliquid (er beantwortet ihm etwas) Iob. IX, 3: לֹא יַעֲנֶנּוּ אַחַת מִנִּי אָלֶף *non respondebit ei ad unum ex millibus*. — LXX. *ἀποκρίνομαι*, ap. Iobum *ὑπολαμβάνω*.

Spec. autem *respondere* dicuntur

a) qui *vocantem* et *rogantem* exaudiunt, itaque saepe de Deo homines *exaudiente*. (Arab. اجاب respondit et exaudivit preces alic., morem gessit roganti, sq. acc. v. c. Locm. fab. 5: أَجَابَهُ إِلَى ذَلِكَ, vit. Salad. 95. 79. Abulf. Ann. IV, 360 Cor. 26, 30, syr. ܥܢܐ ܠܒܥܘܬܗܘܢ annuit rogationi eorum BH. 387. In cod. Nasor. ענא est: opem tulit Lexid. p. 176). 1 Sam. IX, 17. Ps. III, 5. IV, 2. XIII, 4. XX, 10. XXVII, 7. XXXIV, 5. LV, 3. LX, 7. LXIX, 14. 17. 18. CXVIII, 21. Jes. XXX, 19 al. adde exempla supra (no. 3 ineunte) laudata. LXX. *εἰσακούω*, *ἐπακούω*. Additur locus, unde quis exaudit (et auxilium mittit). Ps. XX, 7: יַעֲנֵהוּ מִשְּׁמֵי קָדְשׁוֹ *exaudit eum e coelo suo sancto*, et contra XXII, 22: מִקַּרְנֵי רֵמִים עֲנִיתָנִי *exaudi me ex cornibus bubalorum vocantem* (cf. pleniorem locutionem Jon. II, 3: קָרָאתִי מִצָּרָה וַיַּעֲנֵנִי), vulgo praegn. *exaudi* et *eripe me ex cornibus bubalorum*. — Sq. acc. pers. et בְּ rei: exaudivit aliquem cum aliqua re i. e. *largitus est*, *praebuit* ei rem. Ps. LXV, 6: בְּצֶדֶק תַּעֲנֵנוּ *largitus es nobis benedictionem tuam*, pr. *exaudivisti nos* et *venisti cum benedictione*, attulisti benedictionem. Sq. acc. rei: *praebuit* aliquid. Eccl. X, 19: הַכֶּסֶף יַעֲנֶה אֶת־הַכֹּל *pecunia praebet omnia* (gewährt Alles), arab. أَجَابَ c. acc. rei, concessit, praebuit aliquid. Adde Hos. II, 23. 24: אֶעֱנֶה אֶת־הַשָּׁמַיִם וְהֵם יַעֲנוּ אֶת־הָאָרֶץ׃ וְהָאָרֶץ תַּעֲנֶה אֶת־הַדָּגָן ... וְהֵם יַעֲנוּ אֶת־יִזְרְעֶאל *exaudiam coelos* a deo petentes ut ipsos pluvia repleat *et illi exaudient terram* quae pluviam petit *et terra exaudiet frumentum* cet. . . . *et haec exaudient Jesreelem*. Eadem sententia dici poterat: *ego largiter donabo coelos*, *hi muneribus suis ornabunt terram* cet. (Arab. مُجُوبٌ ager exauditus i. e. pluvia rigatus).

b) Est Dei, qui respondet hominibus oraculum petentibus, itaque *oraculum dedit*, *nunciavit* futura. Praegreditur קָרָא Jerem. XXXIII, 3: קְרָא אֵלַי וְאֶעֱנֶךָּ וְאַגִּידָה לְּךָ וגו׳, שָׁאַל 1 Sam. XIV, 37. XXVIII, 6, alibi omissa est mentio quaestionis praegressae Jerem. XXIII, 35. XLII, 4. Gen. XLI, 16: אֱלֹהִים יַעֲנֶה אֶת־שְׁלוֹם פַּרְעֹה *Deus hoc somnio nunciat salutem Pharaonis*, tibi, Pharao, salutem nunciat, cf. Deut. XX, 11. 1 Sam. IX, 17. — Translate Iob. XX, 3: רוּחַ מִבִּינָתִי יַעֲנֵנִי *spiritus* meus *ex intelligentia mea mihi respondebit*, meus ipsius animus, qua est sapientia, mihi nunciabit s. suppeditabit, quod dicendum est.

c) Sensu forensi est aa) iudicis sententiam ferentis (responsum dantis). Ex. XXIII, 2: לֹא תַעֲנֶה עַל רִיב וגו׳; bb) testimonium dicentis, quippe qui iudici inquirenti respondeat, inde *testatus est* Deut. XIX, 16. XXXI, 21. Iob. XVI, 8, sq. בְּ *de* aliquo, spec. *pro* aliquo Gen. XXX, 33. 1 Sam. XII, 3, sed saepius *contra* aliquem (cf. הֵעִיד בְּ) 2 Sam. I, 16: פִּיךָ עָנָה בְךָ *os tuum testatur contra te*. Num. XXXV, 30. Deut. XIX, 18. Jes. III, 9. LIX, 12. Jer. XIV, 7. Mich. VI, 3. Iob. XV, 6. Ruth I, 21, plenius עָנָה עֵד בְּ Exod. XX, 16. Deut. V, 18. Etiam alibi sq. acc. eius quod quis testatur Deut. XIX, 16: לַעֲנוֹת בּוֹ סָרָה. Comm. 18.

d) Respondere dicuntur, qui *reclamant*, alicui *contradicunt* (LXX passim *ἀνταποκρίνομαι*, *ἀντεῖπω*). Iob. XVI, 3, c. acc. pers. IX, 14. 15. 32 (sich verantworten), vel aliquem *refellunt* Iob. XXXI, 35: *ecce libellum meum accusatorium* שַׁדַּי יַעֲנֵנִי *deus respondeat mihi* ad eum, c. acc. rei XXXII, 12: אֵין לְאִיּוֹב ... עוֹנֶה אֲמָרָיו. Est etiam *rationem reddentis* (opp. rationem rei postulare), c. acc. rei Iob. XXXIII, 13: כָּל־דְּבָרָיו לֹא יַעֲנֶה *operum suorum rationem non reddit*, cf. etiam IX, 3. (Aeth. ΦΨΛ: respondit, contradixit).

4) i. q. arab. عنى *significavit*, *spectavit aliquid dictis suis* (etwas sagen wollen, beabsichtigen). Inde מַעֲנֶה, יַעַן מַעַן, propositum, consilium, quod quis spectat.

Niph. 1) *responsum ferre* a) *exaudiri* Iob. XIX, 7. Prov. XXI, 13. b) *refelli* Iob. XI, 2. — 2) i. q. Kal *respondere*, sq. לְ Ez. XIV, 4. 7.

Pi. i. q. Kal no. 1. *cecinit* Ex. XXXII, 18 (v. supra ad Kal). Ps. LXXXVIII, 1. Jes. XXVII, 2.

Hiph. vide rad. no. II.

II. עָנָה (pro עָנַי verbum לֹו, v. derivv. עֲנִי, עִנְיָן, עֲנָוָה) 1) *laborem impendit* rei, *exercuit se* aliqua re, sq. בְּ. Eccl. I, 13: לַעֲנוֹת בּוֹ LXX. *τοῦ περισπᾶσθαι ἐν αὐτῷ*. Vulg. ut occuparentur in ea. III, 10. Cf. עִנְיָן. (Sic syr. ܥܢܐ ܒ in N. T. pro gr. *περισπᾶσθαι* Luc. X, 40, *πράσσειν* 1 Thess. IV, 11. Arab. عنى curae habuit rem III. IV. VI. VIII. id. عَنِيَ lassus fuit II. lassavit, عَنَاءٌ molestia).

2) *laboravit* (leiden), inde *afflictus*, *depressus*, *oppressus est*, cf. עָמַל, עָצַב, κάμνω. (Arab. عنا humilis, depressus fuit) Ps. CXVI, 10: אֲנִי עָנִיתִי מְאֹד. CXIX, 67. Zach. X, 2: יַעֲנוּ כִּי אֵין רֹעֶה. Jes. XXV, 5: זְמִיר עָרִיצִים יַעֲנֶה *cantus atrocium deprimitur*. Sq. מִן XXXI, 4 de leone a pastoribus exagitato: וּמֵהֲמוֹנָם לֹא יַעֲנֶה *et (qui) multitudine eorum non deprimitur* i. e. animum non abiicit. Parall. יֵחַת.

Niph. 1) *oppressus*, *afflictus est*. Ps. CXIX, 107. Jes. LIII, 7. — 2) reflex. *submisit se* alicui, sq. מִפְּנֵי (nostr. sich demüthigen vor) Ex. X, 3, ubi לֵעָנֹת est pro לְהֵעָנוֹת.

Pi. *oppressit*, *depressit* (LXX. ταπεινόω, κακόω), tum singulos homines, quos quis deprimit et affligit Gen. XVI, 6. XXXI, 50. Exod. XXII, 22. Ps. LXXXIX, 23. CXIX, 75. Iob. XXX, 11, tum integros populos Gen. XV, 13. Ex. I, 11. 12. Num. XXIV, 24. Deut. XXVI, 6. 2 Reg. XVII, 20. Ps. XC, 15. XCIV, 5. Jes. LX, 14. Nah. I, 12. Zeph. III, 19. Refertur tum ad vim corporis, ut Iud. XVI, 5. 19 (ubi est: *vim alic. frangere*, subigere), tum ad animum: *spiritus alic. reprimere* Deut. VIII, 2. — Ps. CV, 18: עִנּוּ בַכֶּבֶל רַגְלוֹ *cogunt in vincula pedem eius*. CII, 24: עִנָּה בַדֶּרֶךְ כֹּחִי *depressit* fregit (Jova) *in via* in medio vitae cursu *vim meam*. LXXXVIII, 8: כָּל־מִשְׁבָּרֶיךָ עִנִּיתָ *omnibus fluctibus tuis opprimis* inundas (me). Sed Iob. XXXVII, 23 pro vulg. לֹא יְעַנֶּה cum LXX. Vulg. Pesch. et nonnullis codd. Rossianis legendum est לֹא יַעֲנֶה *non respondet* i. e. rationem non reddit, v. rad. no. I, 3, b. Spec. a) עִנָּה אִשָּׁה compressit feminam, max. vi. Gen. XXXIV, 2. Deut. XXII, 24. 29. Iud. XIX, 24. XX, 5. 2 Sam. XIII, 22. Ez. XXII, 10. 11. Thren. V, 11. b) עִנָּה נַפְשׁוֹ afflixit animam suam sc. ieiunio i. e. *ieiunavit*. Lev. XVI, 29. 31. XXIII, 27. 32. Num. XXIX, 7. XXX, 14. Jes. LVIII, 3. 5. 10, plenius עִנָּה נַפְשׁוֹ בַצּוֹם Ps. XXXV, 13, LXX ταπεινόω τὴν ψυχήν, et sic Sir. II, 17. VII, 17. Judith IV, 9.

Pu. 1) i. q. Kal no. 1 *laborem impendit*. Inf. עֻנּוֹתוֹ labor, molestia eius Ps. CXXXII, 1. — 2) *oppressus*, *afflictus est*. Ps. CXIX, 71. Jes. LIII, 4.

Hiph. 1) i. q. Kal no. 1, *laborem dedit* alicui, *occupavit* aliquem. Eccl. V, 19: *non meminit homo dierum vitae suae* i. e. brevitatis vitae, כִּי הָאֱלֹהִים מַעֲנֶה בְּשִׂמְחַת לִבּוֹ *nam Deus occupat* eum *gaudio cordis sui*. LXX. περισπᾷ αὐτὸν ἐν εὐφροσύνῃ καρδίας αὐτοῦ. Prius interpretabar: *nam Deus exaudit* eum *gaudio cordis sui* i. e. ei largitus est gaudium (cf. ad no. I, 3, a extr.), sed illud contextui accommodatius est. — 2) i. q. Pi. *depressit*. Huc referenda videntur haec exempla. 1 Reg. VIII, 35: כִּי תַעֲנֵם *ubi deprimis eos*. 2 Par. VI, 26. Ps. LV, 20: יִשְׁמַע אֵל וְיַעֲנֵם *audiet Deus* preces meas *et affliget eos*.

Hithp. 1) pass. *oppressus*, *afflictus est* 1 Reg. II, 26. Ps. CVII, 17. — 2) reflex. *submisit se*, sq. תַּחַת יְדֵי Gen. XVI, 9, לִפְנֵי יְיָ Dan. X, 12. Esr. VIII, 21. (Syr. ܐܬܥܢܝ ܒܨܘܡܐ subiecit se ieiunio 1 Cor. VII, 5).

Fuerunt nuper (v. Maurer ad Ps. XXXV, 13), qui duas radd. (I. II) ita conciliarent, ut utriusque primam potestatem facerent *obviam ire*, *obvenire* i. q. אָנָה, unde a) respondit, b) casus adversos expertus est, afflictus est. Sed tum mihi non persuadeo, primam potestatem verborum עָנָה, عنى, عنا et غنى ut fortius prolatorum (cf. gr. §. 30, p. 66. 67) quaerendam esse in radice אָנָה, quae et lenioris pronunciationis et insuper rarissimi usus est; tum varios verbi Hebraei usus ad *respondendi* et *casus adversi* significationes vix revocabis. Nam *canendi clamandique* potestatem (no. I, 1) non secundariam esse et a *respondendo* ductam (pr. alternis canere), sed primariam, vel linguae Hebraeae usus docet (quo de supra, v. Ex. XXXII, 18), accedit quod primaria eaque fortior graviorque significatio plerumque in Piël servata (v. Lgb. p. 242) et durioribus litteris (غنى) expressa esse solet. Et minus etiam *laborandi agendique* usum in verbo עָנָה no. II, 1 et nomine עִנְיָן ex *adversi* notione derivabis. Itaque in vulgari ratione, qua עָנָה ut verbum proprie לֹה ab illo ut לֹא distinguitur, acquiescere placuit.

I. עֲנָה vel **עֲנָא** pl. עֲנוֹ part. עָנֵה plur. עָנַיִן chald. i. q. hebr. no. I, 1) *orsus est* loqui, saepe hoc nexu Dan. II, 20: עָנֵה דָנִיֵּאל וְאָמַר *orsus est Daniel et dixit*. 15. III, 9. 14. 19. 24. 26. 28. IV, 16. 27. V, 7. 10. 13. VI, 17. 21. VII, 2. — 2) *respondit* Dan. II, 5. 7. 8. 10. 26. III, 16. 25. VI, 13. 14. Duobus verbis ita copulatis (עֲנָה וְאָמַר) additur לְ pers. II, 15. III, 9, et קֳדָם VI, 14, et utrumque etiam omisso אָמַר, לְ II, 47, קֳדָם II, 10. 27. (In Targg. haec radix rarior est, solentque hi interpretes hebr. עָנָה reddere verbo אֲתִיב).

II. עֲנָה chald. *afflictus est* i. q. hebr. no. II, 2. Part. עָנֵה pl. עָנַיִן *afflicti* Dan. IV, 24. (In Targ. עֲנֵי, עַנְיָא pl. עַנְיִין id.).

עֲנָה n. pr. 1) filii Seïr et gentis Edomiticae ab eo oriundae, Gen. XXXVI, 20. 29. — 2) filii Zibeonis et nepotis Seïr Gen. XXXVI, 2. 14. 24. [V. 2. 14 quidem *Ana* filia Zibeonis appellatur in contextu vulgari, sed *filium* (בֵּן) legendum esse cum Sam. et LXX. apparet ex V. 24].

עָנָו sing. Num. XII, 3 (ubi in Keri est עָנָיו) pl. עֲנָוִים cstr. עַנְוֵי adj. *afflictus*, *miser*, sed ubique addita notione animi pii, *mansueti*, et modesti, qui iniuriam ferre mavult quam inferre (cf. prae ceteris Ps. XXV, 9. XXXVII, 11. LXIX, 33) et propterea Deum propitium habet Ps. X, 17. XXII, 27. XXXIV, 3. CXLVII, 6. CXLIX, 4. Jes. XXIX, 19. LXI, 1. Am. II, 7, עַנְוֵי הָאָרֶץ Ps. LXXVI, 10. Jes. XI, 4. Zeph. II, 3. Quinque locis (Ps. IX, 13. X, 12. Prov. III, 34. XIV, 21. XVI, 19, cf. Mas. ad Ps. IX, 13) in textu est עֲנִיִּים, ubi in margine עֲנָוִים, contra bis (Jes. XXXII, 7. Ps. IX, 19) in textu scribitur עֲנָוִים, ubi in margine est עֲנִיִּים. Sola *mansuetudinis* significatione legitur Num. XII, 3. LXX. πραΰς. Vulg. mitissimus, non bene Luth. geplagt. Cf. de huius vocis notione, quae in ethica V. T.

doctrina magni momenti est (opp. זד), de Wette Beitrag z. Charakteristik des Hebraismus, Studien von Daub und Creuzer III, p. 241 sqq. 262. 310, et de loco Num. XII, 3 Hengstenberg üb. den Pentat. II. p. 000. LXX. *πραεῖς, ταπεινοί*, aliquoties *πτωχοί, πένητες*, quo vulgo reddunt עֲנָוִים. Vulg. plerumque *mansueti*. (Respondet chald. עִנְוָן, עִנְוְתָן, syr. ܡܟܝܟܐ, quod lex. Adl. explicat: متعبد لله ناسك زاهد دين بديل, quae synonyma cuncta *pium Dei cultorem* significant; in Pesch. legitur Iob. XXXIV, 28, ubi in Polygl. his vocalibus scriptum est ܡܟܝܟܐ, et ab Arabe redditur الطاهر. Abstr. ܡܟܝܟܘܬܐ Sir. X, 31 ponitur pro *πραότης*, et eodem sensu Assem. I p. 28).

עֲנָוָה pr. f. vocis עָנָו (neutr. et abstr.) 1) *animus demissus, modestia*, Prov. XV, 33. XVIII, 12. XXII, 4. Zeph. II, 3. — 2) ubi Deo tribuitur, *mansuetudo, clementia*, Ps. XVIII, 36 (ubi 2 Sam. עֲנוֹתְךָ). Kimchi: שפלות רוח. Rabbini dicunt ענוה זאבית mansuetudo lupina i. e. simulata, praeterea עִנְוְתָנוּתָא mansuetudo, humilitas).

עַנְוָה f. i. q. antecedens no. 2. Ps. XLV, 5 (de rege). LXX. *πραότης*.

עֱנוּת f. *afflictio, miseria*. (Syr. ܡܟܝܟܘܬܐ inopia, it. *πραότης* v. sub עָנָו). Ps. XXII, 25: לֹא שִׁקַּץ עֱנוּת עָנִי *non aversatur miseriam miseri*. LXX. Vulg. Targ. reddunt *clamorem miseri* (cf. עָנָה no. I, 1), sed tum parum credibile est, duo eiusdem verbi derivata significatione diversa accepta esse, tum עָנָה no. I, 1 nunquam de clamore et *eiulatu* miseri usurpatur, ut idem sit quod צַעֲקַת עֲנִיִּים Iob. XXXIV, 28. (Chald. עַנְיוּתָא afflictio).

עָנִי f. עֲנִיָּה (Jes. X, 30) pl. עֲנִיִּים estr. עֲנִיֵּי adj. *afflictus, miser*, quaecunque miseriae causa est, sive paupertas (v. infra), sive impiorum oppressio, persecutiones et rapinae (Jes. III, 14. 15. X, 2. Iob. XXXVI, 6. Ps. XII, 6), sive solitudo et inopia (verlassene Lage) velut orphani, exulis et peregrini (Lev. XIX, 10. XXIII, 22. Jes. LVIII, 7. Ps. XXV, 16. Zach. VII, 10), sive bella et hostium vexationes (Jes. XIV, 32): passim adiuncta innocentiae et pietatis (Ps. XXII, 25. XXXIV, 7. XXXV, 10), neque non mansuetudinis notione (Ps. XVIII, 28, ubi opponitur superbo, Jes. LXVI, 2, ubi copulatur cum נְכֵה רוּחַ), licet hoc significatu crebrius ponant עָנָו (q. v.), inde spec. a) *pauper, egenus* Deut. XXIV, 12. 14. 15. Iob. XXIV, 9. Prov. XXXI, 20. b) *mansuetus, mitis, modestus* Zach. IX, 9 (LXX. *πραΰς*). Pro vario usu copulatur cum variis synonymis: עָנִי וְאֶבְיוֹן Ps. XXXVII, 14. XL, 18. LXX, 6. LXXIV, 21. LXXXVI, 1. CIX, 22. Iob. XXIV, 14, עָנִי וָרָשׁ Ps. LXXXII, 3, עָנִי וָדָל Zeph. III, 12, cf. Jes. XXVI, 6, יָחִיד וְעָנִי Ps. XXV, 16, עָנִי וְגֵר Lev. XIX, 10. XXIII, 22, עָנִי וְכוֹאֵב Ps. LXIX, 30, עֲנִיִּים מְרוּדִים Jes. LVIII, 7. — In sing. non raro ponitur collect. Ps. X, 2. 9. XIV, 6. Sq. genit. dicunt עֲנִיֵּי הָעָם Ps. LXXII, 4. Jes. X, 2. XIV, 32, it. *pauperes alic.* i. e. cives eius pauperes Deut. XV, 11, עֲנִיֵּי יְיָ miseri qui Jovam patrem habent et ab eo auxilium expectant Ps. LXXIV, 19. Jes. XLIX, 13. (Chald. עֲנִי, עַנְיָא id.) LXX plerisque locis *πτωχός, πένης*, nonnunquam *ταπεινός, πραΰς* (Zach. IX, 9. Jes. XXVI, 6).

עֳנִי in Pausa עֹנִי c. suff. עָנְיִי m. *afflictio, miseria*, cuiuscunque generis, tum singulorum hominum tum populorum (Exod. III, 7. 17. IV, 31. 2 Reg. XIV, 26. Ps. XLIV, 25), sive potentiorum et inimicorum oppressione (Gen. XVI, 11. XXXI, 42. Ps. IX, 14), sive calamitatibus a Deo immissis (Iob. X, 15. XXX, 16. 27. XXXVI, 8), sive alia qualicunque caussa (1 Sam. I, 11) orta. Ps. IX, 14. XXV, 18. XXXI, 8. CVII, 41. CXIX, 50. 92. 153. Thren. I, 7. 9. III, 19 al. בְּנֵי עֹנִי i. q. עֲנִיִּים Prov. XXXI, 5. לֶחֶם עֹנִי panis miseriae Deut. XVI, 3 de pane azymo feriis paschalibus comedi solito. — LXX plerisque locis *πτωχεία, ταπείνωσις*, passim *κάκωσις*.

עֻנִּי (pro מְעֻנֶּה depressus) n. pr. viri 1 Par. XV, 18. 20. Neh. XII, 9.

עֲנָיָה (quem Jehova exaudivit) n. pr. viri Neh. VIII, 4. X, 23.

עָנָיו Num. XII, 3 Keri pro עָנָו in Chethibh *mansuetus*. Secuti videntur Masoretae analogiam suffixi pl. 3 pers. sing., in quo Keri persaepe habet ־יו, ubi Chethibh ־ו (v. Hilleri arc. Keri et Kethibh p. 46 sqq.): sed temere et contra naturam huius nominis verbalis (formae קָטֵל, שָׁלֵו).

עִנְיָן m. vox in solo Ecclesiaste obvia 1) *labor* Eccl. III, 10 (a rad. no. II, 1), inde *negotium* Eccl. II, 26. I, 13: עִנְיַן רָע *negotium malum*, tale nimirum, in quo non multum proficitur. — 2) *res* Eccl. IV, 8: עִנְיַן רָע *res mala*. V, 2: רֹב עִנְיָן *multum rei*, nostr. viel Wesens (in altero membro: רֹב דְּבָרִים viel Redens). V, 13: בְּעִנְיַן רָע *re* (quadam) *adversa*, malo casu. II, 23: כַּעַס עִנְיָנוֹ *aegritudo est res eius*, pars eius. VIII, 16. (In Targg. id. sed raro, apud Rabbinos *res, ens*, it. sensus, significatus). LXX. *περισπασμός* pr. distractio (Zerstreuung), dein occupatio.

עֲנָת (auditio, preces ratae, a rad. no. I ad formam מְנָת a rad. מָנָה) n. pr. viri, patris Samgar iudicis Iud. III, 31. V, 6.

עֲנָתוֹת (preces ratae, ת littera servili servata, v. Lgb. p. 528), n. pr. 1) oppidi sacerdotum (Jos. XXI, 18. 1 Reg. II, 26. 1 Par. VI, 45) in agro Benjaminitarum (Jos. l. c. Neh. XI, 32), quod tribus milliaribus (Hieron. ad Jer. I, 1, viginti tantum stadiis teste Josepho Ant. 10, 7, 3) ab Hierosolymis aberat septentrionem versus, Jeremiae prophetae patria Jer. I, 1. XI, 21. 23. XXXII, 7. 9, hodieque عناتة, v. Scholz Reise p. 268 (qui ex tabulis Turcicis profecit). Robinson, Zeitschr. f. Kunde d. Morgenlandes II, 354. N. gentil. עַנְּתֹתִי 2 Sam.

XXIII, 27. Jer. XXIX, 27. — 2) virorum a) 1 Par. VII, 8. b) Neh. X, 20.

עַנְתֹתִיָּה (preces ratae apud Jovam) n. pr. viri 1 Par. VIII, 24.

יַעַן (pro יַעֲנֶה) pr. subst. consilium, propositum, a rad. no. I, 4, ubique abiit in particulam ac 1) in praep. *propter*, sed raro Ez. V, 9: יַעַן כָּל־תּוֹעֲבֹתַיִךְ. Hagg. I, 9. Saepius sq. inf. Jes. XXX, 12: יַעַן מָאָסְכֶם propter repudiare vestrum i. e. *quia repudiatis*. XXXVII, 29. Jer. VII, 13. XXIII, 38. XLVIII, 7. Ez. V, 7. XIII, 8. 22. XVI, 36. XXI, 29. XXII, 19. XXV, 3 al. Inde 2) יַעַן אֲשֶׁר conj. *eo quod*, *quia*, sq. praet. Gen. XXII, 16: יַעַן אֲשֶׁר עָשִׂיתָ אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה *quia fecisti hanc rem*. Deut. I, 36. Jos. XIV, 14. Iud. II, 20. 1 Sam. XXX, 22. 1 Reg. III, 11. VIII, 18. XI, 11. 33. XIV, 7. 15. XVI, 2. XX, 28. 36. Jer. XIX, 4. XXV, 8. XXIX, 23. 25. 31. XXXV, 18 al., rarius יַעַן כִּי id. Num. XI, 20. 1 Reg. XIII, 21. XXI, 29. Jes. III, 16. VII, 5 (in epitasi לָכֵן, וְלָכֵן Jes. VIII, 6. 7. XXIX, 13. 14), sed persaepe omissa particula relativa יַעַן sq. praet. Num. XX, 12: יַעַן לֹא הֶאֱמַנְתֶּם בִּי *eo quod non credidistis in me*. 1 Reg. XX, 42. 2 Reg. XXII, 19. Jes. LXI, 1. LXV, 12. LXVI, 4. Jer. XXXV, 17. Ez. V, 11. XV, 8. XX, 16. 24. XXIII, 35. XXIV, 13 al. Sq. fut. יַעַן אֲשֶׁר est *ut* Ez. XII, 12. Ter per emphasin geminatur יַעַן וּבְיַעַן *quia et quia*, propterea quod (q. d. sintemal und alldieweil) Lev. XXVI, 43. Ez. XIII, 10, et sine copula יַעַן בְּיַעַן ib. XXXVI, 3.

יַעֲנָה, **יַעַן** v. s. rad. יָעַן.

מַעֲנֶה m. (a rad. no. I, 3) 1) *responsio*, *responsum* Iob. XXXII, 3. 5. Prov. XV, 1. 23, inde a) *exauditio*, *admissio precum* Prov. XVI, 1. b) *contradictio*, *refutatio* Iob. XXXII, 3. 5. — 2) *consilium*, *finis* (unde decurtatum מַעַן), a rad. no. I, 4. Prov. XVI, 4: כֹּל פָּעַל יְהוָה לַמַּעֲנֵהוּ *omnia fecit Jova suum in finem.*

מַעַן (pro מַעֲנֶה no. 2) pr. subst. consilium, propositum, c. praef. לְ: לְמַעַן c. Suff. לְמַעֲנִי, לְמַעַנְךָ, לְמַעַנְכֶם ubique abit in particulam

A) praep. *propter* 1) de causa, qua quis movetur. Ps. XLVIII, 12: *gaudet mons Zion* .... לְמַעַן מִשְׁפָּטֶיךָ *propter iudicia tua*. XCVII, 8. CXXII, 8. Saepe Deus aliquid fecisse dicitur לְמַעַן דָּוִד עַבְדּוֹ propter Davidem servum suum, i. e. propter memoriam huius viri et promissiones ei datas Jes. XXXVII, 35. 2 Reg. VIII, 19. XIX, 34 cf. Ps. CXXXII, 10. לְמַעַן חַסְדּוֹ propter benignitatem suam i. e. pro ea, qua est, benignitate Ps. VI, 5. XXV, 7. XLIV, 27 (in eandem sententiam dicitur כְּחַסְדְּךָ Ps. XXV, 7. LI, 3. CIX, 26), לְמַעַן שְׁמוֹ pro nomine suo, i. e. ut respondeat nomini suo, prout exspectare iubet nomen s. existimatio eius (existimatur autem Deus benignus esse, ut bene Winerus) Ps. XXIII, 3. XXV, 11. XXXI, 4. Haec huius formulae sententia luculenter apparet ex his Ps. CIX, 21: עֲשֵׂה אִתִּי לְמַעַן שְׁמֶךָ כִּי טוֹב חַסְדְּךָ *age mecum, prout iubet nomen tuum, nam eximia est benignitas tua*. CXLIII, 11: לְמַעַן שִׁמְךָ יְיָ תְּחַיֵּנִי בְּצִדְקָתְךָ וגו׳ *pro nomine tuo, Jehova, serva me vivum, secundum iustitiam* s. benignitatem *tuam* cet. Sed alium tamen eiusdem formulae usum vide no. 2. — לְמַעַן צִדְקוֹ (Deus) pro iustitia sua Jes. XLII, 21.

2) de consilio et fine, quem quis spectat. לְמַעַנְכֶם propter vos i. e. propter salutem vestram, in vestrum commodum Jes. XLIII, 14, cf. XLV, 4. LXIII, 17. לְמַעֲנִי propter me, meâ causâ i. e. ad nomen meum tuendum Jes. XLIII, 25. XLVIII, 11, in quam sententiam explicatius dicitur: לְמַעַן שְׁמִי — וּ(לְמַעַן) תְּהִלָּתִי propter nomen meum — et gloriam meam Jes. XLVIII, 9, cf. לְמַעַן שְׁמֶךָ Ps. LXXIX, 9, quod statim declaratur: עַל דְּבַר כְּבוֹד שְׁמֶךָ *propter gloriam nominis tui*, et CVI, 8: לְמַעַן שְׁמוֹ לְהוֹדִיעַ אֶת־גְּבוּרָתוֹ *propter nomen suum, ad monstrandam potentiam suam*. Alia ratio est huius formulae 1 Reg. VIII, 41: *peregrinus*, *qui venit ex terra longinqua* לְמַעַן שְׁמֶךָ *nominis tui causa* i. e. ad gloriam tuam videndam. — Passim in Psalmis Deus aliquid facere dicitur vel rogatur *propter inimicos suos* Ps. VIII, 3, vel *propter inimicos poëtae* Ps. V, 9. XXVII, 11. LXIX, 19 i. e. ut hi pudefiant q. d. לְמַעַן יֵבֹשׁוּ. — Sq. inf. *eo consilio ut*. Gen. XXXVII, 22. L, 20. Ex. I, 11. IX, 16. X, 1. Deut. XXIX, 18. Am. II, 7. Jer. VII, 10. XLIV, 8. In nonnullis exemplis interpretes לְמַעַן de eventu, quam de consilio, intelligere maluerunt, vertentes: *ita* (i. e. eo eventu) *ut*, quo admisso sententiae nervus temere infringitur. Ubique enim consilii propositi notio subest, Am. l. c. *pater et filius eandem adeunt puellam* (*meretricem*) לְמַעַן חַלֵּל אֶת־שֵׁם קָדְשִׁי *ut profanent nomen meum sanctum*, hac nimirum peccandi atrocitate et procacitate poenam divinam consulto quasi provocant s. ut proverbio hebraeo utamur, funibus peccati attrahunt poenam (Jes. V, 18). Cf. litt. B et quae disputavit Fritzchius de part. ἵνα, ad Mtth. p. 837.

B) לְמַעַן אֲשֶׁר Gen. XVIII, 19. Lev. XVII, 5. Num. XVII, 5. Deut. XX, 18. XXVII, 3. Jos. III, 4. 2 Sam. XIII, 5 cet. et omisso אֲשֶׁר: לְמַעַן Conj. *eo consilio ut*, sq. fut. Gen. XXVII, 25. Ex. IV, 5. VIII, 6. 18. IX, 29. XI, 7. XIII, 9. XVI, 4. 32. XX, 12. XXIII, 12. XXXIII, 13. Jes. V, 19. XXIII, 16. XLI, 20. XLIII, 10. XLIV, 9. XLV, 3. Ps. IX, 15. LXXVIII, 6. Iob. XIX, 29. XL, 8 et sic in omnibus aliis exemplis. Apponimus nonnulla, in quibus haesitatum est ab interpretibus. Gen. XVIII, 19: כִּי יְדַעְתִּיו לְמַעַן אֲשֶׁר יְצַוֶּה *nam eum* (Abrahamum) *elegi*, *ut iubeat* cet., v. יָדַע no. 1, a. Jes. LXVI, 10: *laetamini cum Hierosolymis* לְמַעַן תִּינְקוּ וּשְׂבַעְתֶּם *ut sugatis ad satietatem* cet. Sententia est: declarate vos laetari cum Hierosolymis, ut in laetitiae et abundantiae ipsius societatem admittamini. Hos. VIII, 4: *faciunt sibi idola*, לְמַעַן יִכָּרֵת *ut deleantur*, in perniciem suam proni qs. ruunt. Ps. XXX, 12: *in choream vertisti querelam meam* .... 13: *ut te extollat cor meum*, hoc enim egisse dicitur numen. Jes. XXVIII, 13. XXXVI, 12. XLIV, 9. Jer. XXVII, 15,

ubi male nonnulli לְמַעַן de eventu intelligunt, v. paulo superius litt. A. extr. *Τελικῶς* etiam accipienda verba Ps. LI, 6: *in te solum peccavi* ..... לְמַעַן תִּצְדַּק בְּדָבְרֶךָ *ut iustus sis in decreto tuo*, eum in finem peccavi, ut illustraretur iustitia tua.

מַעֲנָה f. *sulcus*, a subigendo terram (v. rad. no. II, 1). Plur. מַעֲנוֹת Ps. CXXIX, 3 Chethibh. 1 Sam. XIV, 14: *et iacebant viginti viri occisi* כְּבַחֲצִי מַעֲנָה צֶמֶד שָׂדֶה *fere in dimidio sulco iugeri. Sulcus iugeri* est sulcus iugeri in longitudinem protensus, idque dicit scriptor, multos viros in exiguo spatio cecidisse. מַעֲנָה in st. absol. positum est iccirco quod plures genitivi se excipiunt. Ceterum cf. ad h. l. Lud. de Dieu Crit. s. pag. 62. Sunt, ut Kimchius, qui *sulci* significatum reperisse sibi videntur etiam in עונתם Hos. X, 10 Keri, quod pronunciant עוֹנֹתָם et ducunt ab עוֹנָה i. q. מַעֲנָה, v. Rosenm. ad h. l. Sed haec parum probabilia, cf. de h. l. s. v. עַיִן p. 1018 B.

מַעֲנִית f. id. Ps. CXXIX, 3 Keri.

תַּעֲנִית f. afflictio sui ipsius, *ieiunium* Esr. IX, 5 cf. rad. no. II, Pi. no. 2. (In Targg. et apud Rabbinos id.).

עָנַךְ rad. inusit. Arab. عنك alta et difficilis transitu fuit arena, it. I. V clausit portam, عُنْكٌ porta. Inde

תַּעְנָךְ Jos. XXI, 25. 1 Par. VII, 29 et **תַּעְנָךְ** Jos. XVII, 11. Iud. I, 27. V, 19. 1 Reg. IV, 12, **תַּעֲנָךְ** Jos. XII, 21 (locus arenosus, vel porta clausa) n. pr. urbis regiae Cananaeorum Jos. XII, 21, in agro Issacharitarum prope Megidduntem (v. מְגִדּוֹ p. 265) sitae Iud. V, 19, sed Manassitis, dein Levitis assignatae. Jos. XVII, 11. XXI, 25. Eusebius (Onom. v. *Θαναάχ*) eam appellat *κώμην μεγίστην*, quae tribus (quattuor s. v. *Θαναή*) milliaribus distet a Legeone.

עָנַם rad. inusit. et incerta. Arab. غنم potitus est re instar praedae, غَنَمٌ oves, grex ovium.

עֲנָמִים Gen. X, 13 (cod. Sam. עינמים LXX. *Ἐνεμετιείμ*, *Αἰνεμετιείμ*). 1 Par. I, 11 (LXX. *Ἀναμιείμ*) n. pr. gentis Aegyptiacae, quae accuratius definiri non potuit, v. Bocharti Phaleg IV, 30. Michaël. spicil. I, p. 160. Mihi duo occurrerunt, quae tantis in tenebris aliquam, etsi exiguam spem lucis facerent. Unum est *BNMTC* s. ⲂⲈⲚⲈⲘⲦⲤ, nomen regionis in monn. aegyptiacis (Champoll. gr. 1, 150 qui reddit: „pays de Benevent"?), in quo *B* articulus esse possit (cf. פִּתֹם, פִּיבֶסֶת), ita ut nomen regionis esset *Enemet*, quod prope accederet ad formam interpretis Alexandrini, qui fortasse non sine causa *ετ* syllabam addidit. De altera coniectura, in quam incidi, ענמים fuerint *Blemmyes*, superioris Aegypti populus, aegypt. *Balmemmoûi* Champollion l'Égypte sous les Pharaons I, 256.

עֲנַמֶּלֶךְ n. pr. idoli Sipparenorum 2 Reg. XVII, 31. Si prior pars vocis Semitica est, ut aperte est posterior, ענם esse potest i. q. صنم (ע et צ permutatis) statua, itaque: statua Regis i. e. Baalis s. Molochi, vel, ut volebat Hydius (de rel. vett. Persarum p. 131) i. q. غَنَمٌ oves, grex, inde *grex* stellarum *Regis*, quo nomine intelligit Cephei sidus, quod Orientalibus كوكب الفرق stellae gregis et الراعى والغنم pastor et grex appellantur. Priorem huius vocis partem habes etiam in nomine regio *Ἐνεμεσσάρ* Tob. I, 2. 13. 15. 16. Non credibilia coniicit Hitzigius (ad Jes. p. 437), cui עֲנַמֶּלֶךְ esse videtur *Κρόνος rex* conflatum ex עֵן tempus (a غنى „wechseln" mutari, alternare) et מֶלֶךְ: hunc enim עֵן syllabae significatum nemo facile evincat, praesertim cum illa radicis غنى potestas ficta sit: accedit quod *Κρόνος* s. Saturnus Orientalium i. q. كيوان nullam cum *tempore* et *temporis deo* necessitudinem habet (cf. Comment. ad Jes. II, p. 343).

עָנֵם n. pr. oppidi Issacharitarum 1 Par. VI, 58, pro quo locis parallelis Jos. XIX, 21. XXI, 29 עֵין גַּנִּים (fons horti). Non est a rad. עָנַם, sed i. q. עֵינַיִם duo fontes, ab עַיִן = עֵן (cf. chald. עֵינָא i. q. עֵינָא Exod. XV extr. Jon.) et ◌ַיִם forma dual. v. Lgb. p. 536. Eiusdem originis videtur

עֲנִים (fontes) n. pr. oppidi in tribu Judae Jos. XV, 50.

עָנַן radix in Kal inusitata, cuius prima significatio ex derivatis (עָנָן nubes, et עוֹנֵן auguratus, praestigiatus est) certo colligi non potest. Arab. عَنَّ est: accidit, obvenit, *oculis obtulit se* res, unde عَنَنٌ et عَنَانٌ coeli pars conspicua, عَنَانٌ pars summa coeli utpote conspicua (opp. infimae, quae latet), it. nubium tractus, عَنَانَةٌ et عَانَّةٌ nubes una. Ab eadem notione sunt qui *praestigiarum* significatum repetant (v. ad Po.). De alia coniectura (v. lex. min. quod secuti sunt Fürstius al.) עָנַן, ut affinia גָּנַן, כָּנַן, pr. est *texit*, unde et *nubium* et artium *arcanarum* potestatem apte derives, cf. عَمَاءٌ nubes a rad. عمى texit, obvelavit, et غَفَارَةٌ nubes a غَفَرَ texit, it. לָטִים, לְהָטִים artes arcanae s. magicae a rad. לוט texit.

Pi. עִנֵּן (denom. ab עָנָן) *nubes fecit* vel *collegit* Deus in coelo, Gen. IX, 14, ubi בְּעַנְנִי est pro בְּעַנְּנִי, v. gr. §. 10 not.

Po. עוֹנֵן 2 Reg. XXI, 6. 2 Par. XXXIII, 6 fut. יְעוֹנֵן Lev. XIX, 26, part. מְעוֹנֵן pl. מְעֹנְנִים Deut. XVIII,

10. 14. Mich. V, 11, et מ omisso עֹוֹנְנִים Jes. II, 6. Jer. XXVII, 9, f. עֹנְנָה Jes. LVII, 3 (possint haec quidem Kal videri, sed pro Poël est 2 Reg. XXI, 6) *auguria captavit, divinavit, hariolatus est.* Plerisque locis coniungitur cum similis significationis vocabulis et singulare quoddam divinationis genus designare videtur cum idololatria coniunctum. Lev. XIX, 26: לֹא תְנַחֲשׁוּ וְלֹא תְעוֹנֵנוּ. Deut. XVIII, 10: קֹסֵם קְסָמִים מְעוֹנֵן וּמְנַחֵשׁ וּמְכַשֵּׁף, ib. 14: אֶל מְעֹנְנִים וְאֶל קֹסְמִים יִשְׁמָעוּ. 2 Reg. XXI, 6 de Manasse rege impio: *consecravit filium suum igne* וְעוֹנֵן וְנִחֵשׁ וְעָשָׂה אוֹב וְיִדְּעֹנִים. 2 Par. XXXIII, 6 (ubi post נִחֵשׁ additur וְכִשֵּׁף) Jer. XXVII, 9: וְאַתֶּם אַל תִּשְׁמְעוּ אֶל נְבִיאֵיכֶם וְאֶל קֹסְמֵיכֶם וְאֶל חֲלֹמֹתֵיכֶם וְאֶל עֹנְנֵיכֶם וְאֶל כַּשָּׁפֵיכֶם אֲשֶׁר הֵם אֹמְרִים אֲלֵיכֶם: nonnunquam generalius nomen esse videtur, ut Jes. II, 6: מָלְאוּ מִקֶּדֶם וְעֹנְנִים כַּפְּלִשְׁתִּים (de Brentii coniectura: מִקֶּסֶם). LVII, 3. Mich. V, 11. — Ex veteribus interpretibus 1) plerique vel *divinationem* in universum vel *singulare quoddam divinationis* genus exprimunt: a) Vulg. *augurari*, *augures* Jes. II, 6. LVII, 3, *divinationes* Mich. l. c. Pesch. passim ܩܨܡ. Saad. in Pent. et Jes. تفأل Conj. V. ominatus est. b) LXX quater *κληδονίζεσθαι*, *κληδονισμός* i. e. ominatio ex voce, sono, sermone (a *κληδών* i. q. *κλῆσις*), sed c) duobus aliis locis *ὀρνιθοσκοπέω* Lev. l. c. *οἰώνισμα* Jerem. l. c. d) Vulg. in Pent. et Paralipp. *observans somnia*; e) *observare tempora.* Rabbi Akiba apud Kimchium: מחשב עתים ושעות ואומר היום יפה לצאת למחר יפה ליקח *qui observat tempora et horas et dicit: hodie auspicatum est prodire, cras mercari.* Luth. *Tagewähler.* Conferunt עוֹנָה Exod. XXI, 10, quod *tempus* explicant interpretes Hebraei, et sic ex recentioribus Fullerus Miscell. I, 16. Spencer de legibb. ritual. p. 387. f) *auguria capere ex nubibus* (denom. ab עָנָן) Aben Esra ad Lev. l. c. al. Multo pauciores *incantationem* s. *fascinum* intelligunt ope oculi maligni (pers. چشم بد, ital. *occhio cattivo*, unde *indocchiatura*, angl. *the ill eye*, cf. Plin. 7, 2. Gell. IX, 14. d'Arvieux III, p. 210). Pesch. in Deut. et Parall. ܚܕܐܢܐ ܒܥܝܢܐ et ita Pseudojon. et Targ. Hieros. in Deut., ubi cum Elia legendum est אֲחוֹדֵי עַיְנִין (Buxtorf p. 834. Mich. ad Cast. p. 25), cf. arab. عان med. Je oculo maligno petiit, مَعْيُون oculo maligno tactus. — In dialectis cognatis eundem usum soli Chaldaei habent, qui in Targg. verbum retinent his formis Pe. עֲנַנִין Jes. II, 7, fut. תְּעַנְנוּן al. תְּעַנְנוּן Lev. l. c. Pa. עַנֵּן 2 Reg. XXI, 6, part. מְעַנֵּן Deut. XVIII, 14. Mich. V, 12, Po. מְעוֹנֵן Deut. XVIII, 10, itaque ad עָנָן (non ad עין) revocant, et sic cod. Sam. cum Vers. Sam., qui tribus Pentateuchi locis omisso ו exhibent יענן (יְעַנֵּן), מענן (מְעַנֵּן). Magis dubium, num huc pertineat عَنَّ et عُنِّنَ impotens declaratus est a iudice, it. fascino talis factus est, nam impotentiae vis, quae h. l. primaria est, aliunde potius orta videtur. — Quibus ita disputatis ut de usu vocis in V. T. atque de etymo paucis sententiam dicamus, ante omnia hoc tenendum videtur, verbum *divinandi* et *hariolandi* potius, quam *incantandi* et *fascinandi* vim habere (ut volebat Böttcherus specc. pag. 196), licet haec saepe coniuncta esse soleant. Illam enim potestatem flagitat ex locis supra citatis Jer. XXVII, 9 cf. Deut. ll. cc., eademque nulli non loco apta est, etiam Jes. LVII, 3 (ubi mulier *hariola* non minus apta est quam *praestigiatrix*), et a plerisque interpretibus antiquis vertendo exprimitur. Quae quum ita sint, minus probabiles sunt coniecturae etymologicae, quae ad *fascini* vim ducant, licet alias non contemnendae, velut ab عان oculo maligno petiit; vel ab עָנָן nubes, unde עוֹנֵן sit i. q. עָנַן nubes congregavit i. e. tempestates excitavit fascino (unde עֹנְנָה Jes. LVII, 3 responderet nostr. *Wetter*hexe) Böttch. l. c.; vel ab عن oculis apparuit, unde Pi. et Po. oculis obtulit sc. falsam speciem (jemand etwas vormachen), dein fefellit, praestigiatus est (id. ibid.): et vel in ratione supra memorata (a tegendo et artibus occultis, quod ad hariolationem et praestigias pertinet) acquiescendum vel statuendum est, verbi usum a prima significatione paullatim deflexisse.

עָנָן cstr. עֲנַן m. 1) *nubes.* De etymo vide ad rad. sub Kal. Gen. IX, 13. 14. 16. Iob. VII, 9. XXVI, 8. 9. XXXVII, 11. 15. XXXVIII, 9. Ps. XCVII, 2. CV, 39 al. יוֹם עָנָן וַעֲרָפֶל dies nubis et caliginis Joël II, 2. Zeph. I, 15. Ez. XXXIV, 12. עַמּוּד עָנָן columna nubis, v. עַמּוּד. *Nubi* comparatur exercitus copiosus Ez. XXX, 18. XXXVIII, 9, *nubes matutina* autem imaginem praebet rei cito praetereuntis Hos. VI, 4, cf. Iob. VII, 9. — 2) n. pr. viri Neh. X, 27.

עֲנַן pl. cstr. עֲנָנֵי chald. *nubes.* Dan. VII, 13. In Targg. saepe.

עֲנָנָה f. collect. (cf. de usu collectivo femininorum gr. §. 105, 2) *nubes* (Gewölk) Iob. III, 5. Bene Theod. *συννεφία.*

עֲנָנִי (apoc. pro עֲנָנְיָה) n. pr. viri 1 Par. III, 24.

עֲנַנְיָה (prob. *quem* vel *quod Jova tegit* i. e. tuetur al. nubes Jovae) n. pr. 1) viri Neh. III, 23, gr. *Ἀνανίας.* 2) oppidi Benjaminitarum Neh. XI, 32.

עָנַף verbum inusit., quod *tegendi* potestatem habuisse videtur, ut כָּנַף, cf. עָלַף, עוּף, max. עָפָה.

עָנָף m. *frons, ramus*, Ez. XVII, 8. 23. XXXI, 3. Mal. III, 19. Cstr. עֲנַף עֵץ (ubi cod. Sam. ענפי עץ) Lev. XXIII, 40. Plur. cstr. עֲנָפֶיהָ Ps. LXXX, 11. (Syr. ܥܢܦܐ ramus, ܥܢܦܐ iuba. Quae Fürstius habet „arab. *anf-un* prima germina, *anif-un* ager primum germinans", nimirum أنف et أنيف ab h. l. aliena sunt.

עָנֵף c. suff. עַנְפְּכֶם id. Ez. XXXVI, 8.

עֲנַף chald. id. Plur. c. suff. עַנְפוֹהִי Dan. IV, 9. 11.

עָנֵף m. *ramosus* Ez. XIX, 10.

עָנַק *torque s. collari ornavit.* (Proficiscitur a potestate angendi, strangulandi, quam habent radd. vicinae אָנַק, חָנַק, ubi vide. Arab. عنق IV. collari cinxit canem. عُنُقٌ collum, cervix, nostr. *Nacken*, germ. sup. die *Anke*, aeth. ዐነቀ: collo torquem appendit). Semel translate Ps. LXXIII, 6: עֲנָקַתְמוֹ גַאֲוָה *superbia cingit eos torquis instar* i. e. collum eorum vestit; collum enim resupinum sedes est superbiae (Iob. XV, 26).

Hiph. הֶעֱנִיק prob. *cervici* (portandum) *imposuit.* Deut. XV, 14 de servo manumittendo: הַעֲנֵיק תַּעֲנִיק לוֹ מִצֹּאנְךָ וגו' *imponas ei de grege tuo* cet. LXX. Vulg. *dabis viaticum de gregibus.* Alii *donandi* significatum ita declarant, ut pr. sit *collari* inde *donis* ornavit. Quae edit. 1 huic usui adhibenda putavi „عنق sq. على facilem se alicui praebuit, et sam. ענק subvenit alicui, adiuvit" e Castello petita, postea partim falsa partim suspecta esse intellexi. Ac falsa quidem est glossa arabica, repetita illa a Giggeio III, 589: „عنق اليه illi se facilem praebuit." Ortum hoc ex Kamuso (II p. 1318) male et lecto et intellecto. Verba sunt: مُعْنِقٌ ما صَلُبَ وارتفع من الارض وحَوالَيْهِ سَهْلٌ ومَرِيئًا i. q. מענק *est terrae pars salebrosa et eminens, si planae sunt circumiacentes partes*, it. *specula s. terra eminens.* Giggeius autem ex verbis وحواليه سهل exsculpsit: „ei facilem se praebuit = سهل اليه, idque ad radicem عنق retulit. Non minus suspecta est glossa Sam., quippe quae nitatur una forma עינק, quam in lit. Damasc. legere sibi videtur Castellus et *subveniens* reddit ex coniectura.

עֲנָק m. 1) *collare, torques* mulierum Cant. IV, 9, pl. עֲנָקִים Prov. I, 9, עֲנָקוֹת Iud. VIII, 26. Cf. rad. Arab. مِعْنَقَةٌ torques mulierum et bestiarum.

2) עֲנָק Jos. XV, 13 semel עֲנוֹק Jos. XXI, 11 (longicollis, gigas, cf. arab. أَعْنَقُ longicollis, مِعْنَاقٌ equus longo et egregio collo praeditus, عَنَقٌ longitudo colli) n. pr. viri, filii Arbae (אַרְבַּע), qui auctor erat gentis Cananaeae ob staturae proceritatem nobilissimae (בְּנֵי עֲנָק Num. XIII, 33. Deut. IX, 2, c. art. בְּנֵי הָעֲנָק Jos. XV, 14. Iud. I, 20, יְלִידֵי הָעֲנָק Num. XIII, 22. 28. Jos. XV, 14, בְּנֵי עֲנָקִים Deut. IX, 2, עֲנָקִים Deut. II, 10. 11. 21. Jos. XI, 21. 22. XIV, 12. 15), quae ante Hebraeorum invasionem in vicinia Hebronis habitaverat (Jos. XI, 21, unde Hebron קִרְיַת אַרְבַּע *urbs Arbae* gigantis), ab his vero paene exstirpata est, ita ut pauci posteri in Philistaeae urbibus superessent (v. intpp. et Criticos ad Jer. XLVII, 5 et supra p. 1045 B). Cf. רְפָאִים et בְּנֵי הָרָפָה. J. D. Michaëlem (suppl. p. 1934) qui *Enacitas* Troglodytas esse volebat coll. عَانِقَاءُ foramen murium, dudum refellit et explosit J. E. Faber, Archaeol. p. 48.

עָנֵר 1) n. pr. (i. q. נַעַר ἀνήρ?) viri Cananitae Gen. XIV, 13. 24. 2) oppidi Levitarum in agro Manassitarum 1 Par. VI, 55. Sed nil fere dubito quin h. l. reponendum sit תַּעְנָךְ vel תַּעֲנָךְ q. v.

עָנַשׁ fut. יַעֲנֹשׁ *mulctavit, mulctam imposuit.* LXX. ζημιοῦν. (Praeterea in solo dial. rabbinica. Cogn. est chald. קְנַס. Origo vel est in *imponendo* coll. עָמַס, vel in *urgendo* coll. אָנַס, quod equidem praefero). Coniungitur sq. לְ Prov. XVII, 26, sq. dupl. acc. mulctavit aliquem pecunia Deut. XXII, 19. 2 Par. XXXVI, 3 (de pecuniis in bello exactis), vino Am. II, 8: יֵין עֲנוּשִׁים *vinum mulctatorum* i. e. pauperibus iniuste mulctatis extortum. Impers. Prov. XXI, 11: בַּעֲנָשׁ־לֵץ *ubi mulctant irrisorem* (indices).

Niph. mulctatus est Exod. XXI, 22, gener. *poenas dedit* Prov. XXII, 3. XXVII, 12.

עֹנֶשׁ m. *mulcta, pecuniae ab aliquo exactae* 2 Reg. XXIII, 33. Prov. XIX, 19.

עֲנָשׁ m. chald. id. Esr. VII, 26.

עֲנָת, עֲנָתוֹת, עַנְתֹתִיָּה v. s. rad. עָנָה.

עֲנָת vox incerta, nisi spuria, unde nonnulli ducunt כְּעֶנֶת v. p. 652 A.

עָסַס *conculcavit* Mal. III, 21, ut recte LXX. Vulg. Targ. Pesch. (Chald. עֲסָא Pa. inf. עַסָּאָה conculcavit uvas, it. frenduit dentibus).

עָסִיס m. *mustum*, idque ex uvis conculcatis expressum Joël I, 5. IV, 18 (22). Am. IX, 13. Jes. XLIX, 26, ex malogranatis Cant. VIII, 2. Crednerus (ad Joël I, 5) mustum esse vult nondum fermentatum neque inebrians, diversum a תִּירוֹשׁ, sed vide Jes. l. c. כֶּעָסִיס דָּמָם יִשְׁכָּרוּן.

עָעַר rad. ficta, unde ducunt יְעֹעֵרוּ Jes. XV, 5, sed vide rad. עוּר Pilp.

עָפָה rad. inusit. Syr. ܥܦܐ floruit, Aph. frondes emisit, arab. عفا *texit* herba terram, promisit pilos cameli. Origo esse videtur in tegendo, cf. עָנַף.

עֳפִי pl. עֳפָאִים (pro עֳפָיִים) *frondes* arborum Ps. CIV, 12.

עֳפִי chald. id. Dan. IV, 9. 11. 18. Syr. ܥܘܦܝܐ ramus, cacumen arboris, ܥܘܦܝܐ frons.

עָפַל in Kal inusit., pr. *tumuit*, unde עֹפֶל tumulus. Arab. عَفَلَ tumore s. hernia laboravit.

Pu. tumidus, metaph. *inflatus, superbus fuit.* Hab. II, 4. Opp. יָשַׁר planus, complanatus fuit, de animo. Vide h. rad. no. 2.

Hiph. tumide i. e. superbe, arroganter *egit.* Num. XIV, 44. וַיַּעְפִּלוּ לַעֲלוֹת וגו׳ *arroganter agentes* (i. e. dei monita negligentes) *ascenderunt.* Targ. וארשׁעו לְמִיסַק. Kimchi: הגביהו לב וחזקיהו. Idem Deut. I, 43 exprimitur: וַתָּזִדוּ וַתַּעֲלוּ הָהָרָה. Inde

עֹפֶל m. 1) *tumulus, clivus,* 2 Reg. V, 24. Mich. IV, 8: עֹפֶל בַּת צִיּוֹן *clivus filiae Zionis* i. e. mons Zionis. Jes. XXXII, 14, spec. cum art. הָעֹפֶל nomen clivi in parte orientali montis Sion, qui peculiari muro cinctus erat et munitus, 2 Par. XXVII, 3. XXXIII, 14. Neh. III, 26. 27. XI, 21, Ὀφλᾶ Jos. bell. ind. VI, 6, §. 3, cf. 5, 6 §. 1. De situ eius vide quae disputarunt Faber in Archaeol. p. 437. Hamelsveld bibl. Geogr. II, 35. Winer Realwörterb. II, 215.

2) *tumor*, pl. עפלים (lege עֳפָלִים) Deut. XXVIII, 27. 1 Sam. V, 6 sqq. Chethibh de tumoribus ani s. mariscis haemorrhoidalibus. (Arab. عَفَلٌ tumor in ano virorum vel in pudendis mulierum, عَفْلَة id., عَفِلَ hoc morbo laboravit, عَفْلَاءُ mulier et camela eo laborans, v. Gauh. et Cam. ap. Schroederum Origg. hebr. cap. 4, p. 54. 55. Ibn Doreid ap. H. Alb. Schultens ad Meidanii Prov. p. 23). In Keri pro eo est טְחוֹרִים, q. v.

עָפַן rad. inusit., arab. et syr. *mucuit, putruit,* unde

עָפְנִי N. gent., semel legitur Jos. XVIII, 24, ubi הָעָפְנִי (כְּפַר) est oppidum Benjaminitarum.

עַפְעַפַּיִם *palpebrae*, v. rad. עוף.

עָפַר rad. in Kal inusitata, cuius prima potestas non certa est. Potest esse verbum coloris i. q. arab. عَفِرَ subalbus, subrubicundus est, instar arenae, capreoli, أَعْفَرُ adj., unde עָפָר عَفَرٌ pulvis, a colore subrubro dictus, ut אֲדָמָה ab אָדֹם, עֹפֶר hinnuleus, et עֹפֶרֶת plumbum, a colore subalbo (cf. כֶּסֶף et זָהָב itidem a colore dicta). Aliis autem coloris significatus secundarius videtur (pr. color pulverulentus), primaque potestas in *comminuendo* posita, ut עָפָר et אָפַר (unde אֵפֶר cinis) sint i. q. פָּרַר fregit, diffregit, comminuit, pulvis autem a comminuendo dictus (ut דַּכָּא). Sed עֹפֶרֶת ad hanc originem non revocaveris.

Pi. (denom. ab עָפָר) *pulvere* (vel terrae glebis) *conspersit* (bestäuben) 2 Sam. XVI, 13.

עָפָר m. 1) *pulvis, humus sicca* (trockene Erde) Gen. II, 7. XXVI, 15 (arab. عَفَرٌ id.), it. *de luto* s. *argilla*, unde parietes fiunt (gr. *κονία*) Lev. XIV, 42. 45, de *aggere* (Schutt) Hab. I, 10, de *pulvere tenui*, quem capiti iniiciunt lugentes (cf. pers. خاک بر سر pulvis super capite i. e. moeror, et Morier second Journey p. 59) Jos. VII, 6. Iob. II, 12. Thren. II, 10. Ez. XXVII, 30, quem ventus abripit i. q. אָבָק Ps. XVIII, 43. מְחִלּוֹת עָפָר foramina terrae Jes. II, 19, sed עֲפַר אֶרֶץ pulvis terrae Exod. VIII, 12. 13. Jes. XL, 12. Am. II, 7. — עַל עָפָר super pulvere Iob. XXXIX, 14: עַל עָפָר תְּחַמֵּם *super pulvere* arena *calefacis* ea (ova struthionis, quae arab. بيضة البلد ova terrae appellantur), inde a) in terra, in orbe terrarum Iob. XIX, 25. XLI, 25, et in terram XXII, 24. Jes. XLVII, 1; b) in sepulcro Iob. XX, 11. XXI, 26, et sic לֶעָפָר VII, 21. — יֹרֵד עָפָר descendit in pulverem i. e. in sepulcrum Ps. XXII, 30. שֹׁכְנֵי עָפָר qui habitant in pulvere i. e. mortui et sepulti Jes. XXVI, 19, יְשֵׁנֵי אַדְמַת עָפָר de iisdem Dan. XII, 2, עֲפַר מָוֶת pulvis mortis, sepulcrum Ps. XXII, 16. (Sic arab. نقع الموت Schult. monn. vet. Arabum p. 25, it. سَفَاة, تُرْبَة, أَرض Cor. 23, 114 de sepulcro). שׁוּב אֶל־עָפָר in pulverem reverti Gen. III, 19. Iob. X, 9, sed שׁוּב עַל עָפָר ib. XXXIV, 15, אֶל עֲפָרוֹ Ps. CIV, 29, et sic cod. Sam. Gen. l. c., inde עָפָר de cadavere, quod in pulverem abiit vel abiturum est. Ps. XXX, 1: הֲיוֹדְךָ עָפָר *num celebrat te pulvis?* Eccl. XII, 8: וְיָשֹׁב הֶעָפָר עַל הָאָרֶץ כְּשֶׁהָיָה. אָכַל עָפָר *pulverem comedit*, de serpente Gen. III, 14 (cf. ad אָכַל), *linxit pulverem* hyperb. de hominibus qui coram aliis in pulverem se prosternunt Mich. VII, 17, sed alia metaphora Thren. III, 29: *immittit os in pulverem* i. e. silens Dei auxilium exspectat. עָפָר וָאֵפֶר pulvis et cinis, formula proverbialis de humilitate et fragilitate naturae humanae Gen. XVIII, 27. cf. Ps. CIII, 14. — De multitudine dictum est Num. XXIII, 10: עֲפַר יַעֲקֹב *pulvis Jacobi* i. e. Jacobus, qui numerosus est instar pulveris terrae, cf. Gen. XIII, 16. — LXX. γῆ, χοῦς, χνοῦς, χῶμα, κονιορτός, κονία, semel πηλός Iob. IV, 19. — Plur. עֲפָרוֹת glebae terrae. Prov. VIII, 26: רֹאשׁ עַפְרוֹת תֵּבֵל *prima gleba orbis terrarum.* Iob. XXVIII, 6: עַפְרֹת זָהָב *auri glebae* in fodinis.

עֵפֶר (i. q. عِفْرٌ vitulus, hinnulus) n. pr. virorum 1) filii Midiani Gen. XXV, 4. 2) 1 Paralip. IV, 17. 3) V, 24.

עֹפֶר m. *hinnuleus* cervae, capreae, dorcadis Cant.

II, 9. 17. IV, 5. VII, 4. VIII, 14. (Arab. غُفْر et غُفَر fetus rupicaprae).

עָפְרָה (hinnula) n. pr. 1) oppidi Benjaminitarum Jos. XVIII, 23. 1 Sam. XIII, 17, plene Mich. I, 10 בֵּית לְעַפְרָה (domus hinnulae). — 2) oppidi Manassitarum Iud. VI, 11. VIII, 27. IX, 5. — 3) viri 1 Par. IV, 14.

עֶפְרוֹן (vitulinus) n. pr. 1) oppidi in termino agri Benjaminitici 2 Paral. XIII, 19, ubi Keri עֶפְרַיִן. — 2) montis in confiniis tribuum Judae et Benjamin Jos. XV, 9. — 3) viri Hethitae Gen. XXIII, 8. XXV, 9.

עֶפְרַיִן (vituli duo) v. עֶפְרוֹן no. 1.

עֹפֶרֶת in Pausa עֹפָרֶת Num. XXXI, 22. Jer. VI, 29. Iob. XIX, 24 f. *plumbum*, a colore subalbo (v. ad rad.). (Sam. ࠀࠁࠓ, chald. אֲבַר, syr. ܐܒܪܐ id. Bohlenius in observv. posthumis עֹפֶרֶת *plumbum* repetit ab *Ophirae* nomine, ut *κασσίτερος* ab indico *kastîra*, utrumque metallum ex India primum a Phoenicibus advectum esse suspicatus: ac plumbum quidem ex Malva provincia, unde gr. *μόλιβος, μόλυβδος*, hindost. malva, siginn. mollivo). Exod. XV, 10. Ez. XXII, 18. 20. XXVII, 12. כִּכַּר עֹפֶרֶת Zach. V, 7, אֶבֶן הָעֹפֶרֶת pondus plumbeum comm. 8.

עָצַב 1) *laboravit*, *formavit*, *finxit*, v. Pi. no. 1. (Origo est in *caedendo* et *secando* coll. קָצַב, חָצַב, חָטַב. In linguis cognatis sunt significationes secundariae, ut arab. غَضِبَ iratus est, pr. doluit animo, aeth. ዐፀበ: difficilis, arduus fuit, a magno labore). Vide עָצָב, עֹצֶב simulacrum, עָצָב vas fictile. — 2) *molestiis*, *doloribus laboravit*, *doluit* (cf. עָנָה, עָבַל no. II, gr. *κάμνω, πονέω*), etiam animo, et in Kal quidem trans. *dolore affecit*, *afflixit*. 1 Reg. I, 6. 1 Par. IV, 10. Part. pass. עֲצוּבַת רוּחַ Jes. LIV, 6. Cf. Niph. no. 2. Pi. et Hiph.

Niph. *dolore affectus est*, a) corporis. Eccl. X, 9: מַסִּיעַ אֲבָנִים יֵעָצֵב בָּהֶם *qui lapides excidit, dolore afficietur illis*, i. e. facile se laedet, vulnerabit, wer Steine bricht, thut sich wehe daran. LXX. *διαπονηθήσεται ἐν αὐτοῖς*. Pesch. ܢܬܟܐܒ ܒܗܘܢ. b) animi, *doluit*, *moeruit* Gen. XLV, 5. 1 Sam. XX, 3. Neh. VIII, 10. 11, sq. אֶל 1 Sam. XX, 34 et עַל 2 Sam. XIX, 3 rei, propter quam quis dolet.

Pi. 1) *formavit*. Iob. X, 8: יָדֶיךָ עִצְּבוּנִי וַיַּעֲשׂוּנִי *manus tuae formarunt et fecerunt me*. LXX. *ἔπλασάν με*. Vulg. plasmaverunt me, et ita Targ. et Pesch. — 2) *dolore affecit*. Jes. LXIII, 10. Ps. LVI, 6: כָּל הַיּוֹם דְּבָרַי יְעַצֵּבוּ *quotidie res meas affligunt*.

Hiph. 1) *coluit* idolum, a laborando (ut synn. עָבַד et פָּלַח). Jer. XLIV, 19: *num insciis maritis nostris facimus ei* (reginae coeli) *liba* לְהַעֲצִבָהּ Vulg. *ad colendum eam*. Alii: *ad effingendam eam* reginam coeli s. lunam sc. placentis. „Solebant videlicet liba effigiem eius numinis referre, cui consecrata erant. Ita Graecorum *σελῆναι* erant placentae latae et cornutae ad speciem lunae primum apparentis efformatae, quae Lunae deae et Dianae offerebantur, v. Lakemacheri antiqu. gr. III, 1. §. 13 et Potteri Archaeol. T. I p. 513 vers. teut. Similiter Jarchi להעציבה exponit עציבה דפוסים כדמות עציבה כונים typos expressos ad similitudinem idoli." Rosenm. — 2) i. q. Pi. no. 2. *dolore affecit* i. e. ad iram provocavit (numen) Ps. LXXVIII, 40. Huc prope accedit arab. غَضِبَ iratus est.

Hithpa. 1) *doluit* animo Gen. VI, 6. 2) *iram concepit*, v. Hiph. no. 2. ibid. XXXIV, 7.

עֲצַב chald. part. pass. עֲצִיב *afflictus*, *dolens* Dan. VI, 21. In Targg. aliquoties ita עֲצַב.

עָצָב, nonnisi pl. עֲצַבִּים cstr. עֲצַבֵּי m. *simulacra idolorum* (LXX. *εἴδωλα*) 1 Sam. XXXI, 9. 2 Sam. V, 21. 1 Par. X, 9. 2 Par. XXIV, 18. Ps. CVI, 36. 38. CXV, 4. CXXXV, 15. Jes. X, 11. XLVI, 1. Hos. IV, 17. VIII, 4. XIII, 2. XIV, 9. Mich. I, 7. Zach. XIII, 2.

עֶצֶב m. 1) *vas fictile*, a rad. no. 1. Jer. XXII, 28. (Sam. ࠏࠑࠁ id.). — 2) *labor* isque *gravis* et *molestus*. Prov. X, 22. Pl. עֲצָבִים labores, inde עַצְּבֵיכֶם labores vestri (sc. quos a servis exigitis) Jes. LVIII, 3 v. de h. l. ad rad. נָגַשׂ, it. labore parta Prov. V, 10. לֶחֶם הָעֲצָבִים panis gravi labore partus Ps. CXXVII, 2. — 3) *dolor*, ut parturientium Gen. III, 16, it. *dolor animi*, *ira*. Prov. XV, 1: דְּבַר עֶצֶב *verbum cum ira pronunciatum*, acerbum, asperum. Vulg. sermo durus. Aqu. *σκληρός*.

עֹצֶב m. 1) i. q. עָצָב *simulacrum*, *idolum*. Jes. XLVIII, 5: עָצְבִּי *idolum meum*, parall. פִּסְלִי וְנִסְכִּי, quare non erat quod hanc potestatem eliminatam vellet Böttch. specc. p. 53, qui et ipse male עֻצְבִּי scribit pro עָצְבִּי. Ps. CXXXIX, 24: דֶּרֶךְ עֹצֶב *via* i. e. cultus *idolorum*, cf. דֶּרֶךְ no. 3, b. Sed veteres interpretes explicant *viam irae et aegritudinis*, qua populus Deum afficiat, coll. עִצְּבוּ Jes. LXIII, 10 et הֶעֱצִיבוּ Ps. LXXVIII, 40. Kimchi: דרך דאגה והרגזה. LXX. *ὁδὸς ἀνομίας*. — 2) *labores* (Mühseligkeit) Jes. XIV, 3, *dolor*, ut parturientis 1 Par. IV, 9.

עִצָּבוֹן cstr. עִצְּבוֹן m. 1) *labor gravis* et *molestus* Gen. III, 17, plenius עִצְּבוֹן יָדֵינוּ V, 29. — 2) *labores* i. e. molestiae. Gen. III, 16: *multiplicabo* עִצְּבוֹנֵךְ וְהֵרֹנֵךְ *molestias tuas et graviditatem tuam* i. e. molestias quae cum graviditate tua coniunctae sunt.

עַצֶּבֶת in pausa עַצָּבֶת Prov. X, 10, cstr. עַצֶּבֶת (quasi ab absol. עַצֵּבָה) ib. XV, 13 pl. cstr. עַצְּבוֹת f. 1) *idolum* i. q. עָצָב pl. עֲצַבִּים. Ps. XVI, 4: יִרְבּוּ עַצְּבוֹתָם *multa sunt idola eorum*, ut Targ. et Symm. favente oratione contexta. Quum vero pl. f. עַצְּבוֹת duobus reliquis, quibus reperitur, locis *dolores* significet, alii etiam h. l. eam potestatem optandam censent, hac sententia: *multi sunt dolores* i. e. multae sunt poenae *eorum*. — 2) *dolor* a) corporis

Iob. IX, 28, b) animi. Ps. CXLVII, 3: מְחַבֵּשׁ לְעַצְּבוֹתָם *obligat dolores eorum* i. e. vulnera animi. Prov. X, 10, addito לֵב XV, 13.

מַעֲצֵבָה f. *dolor, afflictio* Jes. L, 11.

עָצַד rad. inusit. *secuit, cecidit.* Arab. عضد resecuit, cecidit arborem instrumento معضد dicto. X. id. Aeth. ዐፀደ: messuit, demessuit. Cognata sunt chald. syr. sam. arab. חֲצַד, ܚܨܕ, ࠇࠑࠃ, حصد messuit, خضد amputavit arborem a spinis. Inde

מַעֲצָד m. *securis, ascia,* instrumentum, quod facit faber ferrarius Jes. XLIV, 12, quo utitur autem lignarius Jer. X, 3. LXX. ap. Jes. *σκέπαρνον.* Targ. חֲצִינָא. Kimchi *securem minorem* intelligit (Beil), ut distinguatur a maiore כַּשִּׁיל, קַרְדֹּם, idque firmatur usu Talmudico Kelim c. 29: מעצד של לגיונות securis legionum i. e. bipennis, Schabb. c. 12: המכה בפטיש ובמעצד qui ferit malleo et securi, ex quo apparet, male *dolabram* reddi, qua non feritur. Arab. معضد et معضاد instrumentum ensiforme, quo arbores caeduntur, hoc etiam: culter lanionis, quo ossa dissecat.

עָצָה 1) trans. *firmavit,* inde *clausit, compressit* oculos. Prov. XVI, 30: עֹצֶה עֵינָיו לַחְשֹׁב תַּהְפֻּכוֹת *qui oculos claudit ad meditandum perversa,* quod hominis est maligni, ut קֹרֵץ בְּעֵינָיו VI, 13. (Aeth. ዐፀወ: clausit ianuam. Arab. غضا IV. contraxit et invicem admovit palpebras, v. de Sacy ad Har. p. 17. 427). — 2) intrans. *firmus, durus fuit.* Arab. عصى fut. I. in malam partem: rebellis, contumax fuit, q. d. stöckisch seyn. Conj. VIII. durum fuit os dactyli, عصّ durus, firmus, validus fuit, cf. יָעַץ et quae de eius origine observavimus p. 610.

עָצֶה m. *spina dorsi,* Lev. III, 9: *caudam integram* לְעֻמַּת הֶעָצֶה יְסִירֶנָּה *prope spinam dorsi resecet eam.* Ita Onk. שִׁזְרְתָא, Arabs Erp. الشزرة. Sed Saad. reddit العصعص i. e. os coccygis s. infimam spinae vertebram. Kimchi: קְצֵה הַשִּׁדְרָה, idque praeferendum censet Bochartus Hieroz. I, p. 497, qui et alias vocis interpretationes perstrinxit. Praeter عصعص cf. عضا os cruris, pl. عصى ossa alae avium. Cf. עֶצְיוֹן.

עֵץ pl. עֵצִים cstr. עֲצֵי m. 1) *arbor.* (Arab. عضا baculus, it. os, utrumque a firmitate et duritie, cf. gr. ὄζος ramus et ὀστέον, sanscr. *asthi,* lat. *hasta,* germ. *Ast* in quibus *st* positum est pro *ts, z.* Chald. אָע et עָא, sam. ࠏࠑ, adeoque ࠏࠑ. Arabes de arbore frequentant شجرة, de ligno عود). Gen. II, 9. 16. III, 1. XVIII, 4. 8. XXIII, 17. Deut. XIX, 5. Jes. LXV, 22. Ps. I, 3. Iob. XIV, 7 al. עֵץ רַעֲנָן arbor viridis Deut. XII, 2, עֵץ יָבֵשׁ arbor arida Jes. LVI, 3, עֵץ שֶׁמֶן arbor olei i. e. oleaster Nehem. VIII, 15, עֵץ מַאֲכָל arbor esculenta i. e. fructibus esculentis Lev. XIX, 23. Deut. XX, 20. פְּרִי עֵץ fructus arboris Gen. I, 29. Collect. arbores Gen. I, 11. Jes. X, 19. סְבַךְ עֵץ densa arborum s. silvae Ps. LXXIV, 5. Plur. עֵצִים arbores Iud. IX, 8 sqq. 1 Reg. V, 13. Jes. VII, 2. Ps. CIV, 16 cstr. — 2) *lignum* Ex. XV, 25. Jes. XL, 20. XLIV, 19. עֵץ וָאֶבֶן lignum et lapis Deut. IV, 28. כְּלִי עֵץ vas ligneum Lev. XI, 32. עֵץ אֶרֶז lignum cedrinum Lev. XIV, 4 sqq. כָּל־עֵץ omne lignum i. e. omnia idola Ez. XXI, 15, cf. Jer. II, 27. Spec. de palo ligneo s. patibulo, in quo maleficus suspenditur Gen. XL, 19. Deut. XXI, 22. Jos. X, 26. Esth. II, 23. V, 14. Pl. עֵצִים ligna, quo plurali (ut lat.) utuntur de lignis in frusta caesis ad comburendum Gen. XXII, 3. 9. Lev. I, 7. IV, 12. Prov. XXVI, 20. Jes. XXX, 33 et de materia ad aedificandum, unde עֲצֵי שִׁטִּים ligna acaciae Exod. XXV, 10. 13, עֲ׳ בְרוֹשִׁים ligna cypressina 1 Reg. V, 24, עֲ׳ אַלְמֻגִּים ib. X, 12.

עֵצָה f. antecedentis, collect. *ligna* i. q. עֵצִים, de materia Jer. VI, 6, de lignis odoratis (עֲצַת נֶפֶשׁ) Prov. XXVII, 9. — Aliud עֵצָה *consilium* v. s. rad. יָעַץ.

עֶצְיוֹן גֶּבֶר (i. e. spina dorsi viri, עֶצְיוֹן i. q. עָצֶה chald. עִצְיָא, translate de iugo asperiore montis cautibusque maritimis, ut gr. ῥάχις) n. pr. urbis maritimae in Idumaea ad maris rubri sinum Aelaniticum prope Aelanam (v. אֵילַת, אֵילוֹת p. 47) sitae Num. XXXIII, 35. Deut. II, 8, in cuius portu Salomo naves exstruxit Ophiram petentes 1 Reg. IX, 26. 2 Par. VIII, 17, Josaphati autem classis naufragium fecit 1 Reg. XXII, 49. 2 Par. XX, 36. LXX. *Γασιὼν Γαβέρ,* Vulg. Asiongabar, Joseph. Ant. 8, 6, §. 4: *Ἀσιωνγάβαρος, αὕτη Βερενίκη καλεῖται, οὐ πόῤῥω Αἰλανῆς πόλεως.* Ex Arabum scriptoribus eam memorat Makrizius apud Burckhardtum, itin. Syriae II p. 831, qui magnam pulchramque urbem عصيون appellatam olim prope Ailam sitam fuisse tradit. Rudera eius neque Burckhardtus neque alius quispiam vidit, ita ut de loco eius dubitatum sit. Quod Büschingius (Erdbeschr. V, 1 p. 620) Eziongeber ibi ponit, ubi nunc portus شرم s. شرم ad finem australem litoris occidentalis, id a re prorsus alienum, quum omnia testimonia clament, eam urbem ut Aelanae vicinam prope a fine boreali sinus Aelanitici abfuisse. Rectius veterem urbem in hoc ipso litore occidentali ibi locorum ponas, ubi nunc sinus *Wadi Emrag* (Rüppell Reisen in Nubien und dem peträischen Arabien, 1829 p. 252 sqq.), rectius *El-merâkh* (Wellsted Travels II c. 8. 9). Saltem huius loci natura (sinus enim navibus maioribus recipiendis aptus est, et tum regio circumiacens rupibus tum mare cautibus abundat) et portui et nominis

etymo (v. supra) aptissima est, cui accedit vicinia Aelanae hodie Acaba dictae, a qua *Wadi Emrag* quinque tantum horarum itinere abest. — Jonath. in Pent. et Targ. Paralipp. עֶצְיוֹן גֶּבֶר interpretatur כְּרַךְ תַּרְנְגוֹל castellum galli, cf. Buxt. lex. chald. p. 384.

עָצַל rad. in Kal inusit. Arab. عطل I. V. otiosus fuit Conj. II. missum fecit, dereliquit, neglexit, v. Castell., عُطْلَة otium. Origo esse videtur in laxitate et languore, cf. חָדַל, خطل titubavit, pendulus fuit, it. דָּלַל.

Niph. iners fuit, cunctatus est, sq. gerundio Iud. XVIII, 9: אַל תֵּעָצְלוּ לָלֶכֶת LXX. μὴ ὀκνήσατε.

עָצֵל m. *iners, piger* Prov. VI, 6. 9. X, 26. XIII, 4. XV, 19. XIX, 24. XX, 4. XXI, 25. XXII, 13. XXIV, 30. XXVI, 13 sqq. Opp. חָרוּץ sollers, gnavus XIII, 4. LXX. ὀκνηρός, bis ἀεργός.

עַצְלָה f. *inertia* Prov. XIX, 15. Dual. עֲצַלְתַּיִם (a sing. עַצֶּלֶת) Eccl. X, 18, quem numerum Aben Esra non inepte refert ad utriusque manus inertiam, similiter Redsl. ad hominis inertis brachia pendula (v. rad.).

עַצְלוּת id. Prov. XXXI, 27.

עָצַם 1) pr. *ligavit, colligavit, obligavit*, ut oculos Jes. XXXIII, 15, v. Pi. (Arab. عصم IV. constrinxit utrem, et usitatius عصب ligavit. Affine est verbis צָמַם, זַם [צָמַד], it. טָמַם, חָתַם, אָטַם). A ligando (v. גָּבַר, קָשַׁר) est

2) intrans. (semel med. E. עָצְמוּ Ps. XXXVIII, 20) *fortis, potens fuit* Gen. XXVI, 16, *potens factus est* Ex. I, 7. 20. Dan VIII, 8: כְּעָצְמוֹ *cum potentior fieret*. Comm. 24: וְעָצַם כֹּחוֹ *et crescet robur eius*. XI, 23: וְעָצַם בִּמְעַט גּוֹי *et potens fiet* praevalebit *paucis copiis*. (Arab. عَظُمَ magnus, magni momenti fuit, عِظَم magnitudo, عَظِيم magnus).

3) *valuit numero, numerosus fuit* Ps. XXXVIII, 20. XL, 6. 13. LXIX, 5. CXXXIX, 17. Jes. XXXI, 1. Jer. XV, 8. XXX, 14. 15. Et magnitudinis et multitudinis notio inest etiam in verbis synn. רָבַב, רָבָה, quae passim in membro parallelo inveniuntur, nisi quod in his verbis *multitudinis*, in nostro *potentiae* vis prior videtur. Cf. quae de plurali excellentiae observavimus gr. §. 106, 2. Germanice de magno numero dicimus *eine starke Anzahl*, et contra de viro magnae auctoritatis et magnis honoribus ornato: *er ist sehr viel*.

Pi. עִצֵּם 1) *clausit*, sq. עֵינֵי פ׳ oculos alic. Jes. XXIX, 10. LXX. καμμύω. — 2) denom. ab עֶצֶם: *ossa confregit* vel *arrosit* Jer. L, 17, cf. גָּרַם.

Hiph. fortem fecit Ps. CV, 24.

עָצוּם adj. 1) *fortis, potens*, saepe de populis Num. XXII, 6, גּוֹי גָּדוֹל וְעָצוּם Gen. XVIII, 18. Num. XIV, 12, עַם רַב וְעָצוּם Joël II, 2, גּוֹי עָצוּם וָרָב Deut. IX, 14, XXVI, 5, גּוֹי גָּדוֹל עָצוּם וָרָב sed עַם לֹא עָצוּם Prov. XXX, 26 (de muribus montanis); de regibus Ps. CXXXV, 10, de aquis Jes. VIII, 7. LXX plerisque locis ἰσχυρός, ter κραταιός. (Arab. عَظِيم magnus). — Plur. עֲצוּמִים *fortes* i. e. heroes Prov. XVIII, 18. Jes. LIII, 12. Dan. VIII, 24, semel poët. *valida membra* (leonis), int. ungulas, dentes. Ps. X, 10: נָפַל בַּעֲצוּמָיו חֶלְכָּאִים *incidunt in validas ungulas eius miseri*. Sic Aben Esra, Chr. Ben. Mich. et recentiores plerique. Aliis, ut Targumistae, Geiero עֲצוּמִים est nomen abstr. formae עֲשׁוּקִים: *robur*, hac sententia: *cadunt robore eius miseri*. — 2) *numerosus, copiosus*, de grege Num. XXXII, 1, de multitudine Ps. XXXV, 18, de peccatis Am. V, 12.

עֶצֶם in Pausa עָצֶם Prov. XVI, 24 f. (sed c. masc. Ez. XXIV, 10: הָעֲצָמוֹת יֵחָרוּ) 1) *os*, a firmitate et robore dictum, v. rad. no. 2. (Arab. عَظْم, aeth. ዐፅም id.). Gen. II, 23. Exod. XII, 46. Num. IX, 12. Iob. XXX, 30. עַצְמִי וּבְשָׂרִי *os meum et caro mea*, de consanguineo, v. בָּשָׂר no. 4, de formula: *adhaeret os meum carni* Ps. CII, 6. Iob. XIX, 20 v. ibid. no. 1. Plur. עֲצָמִים Gen. II, 23. Ps. VI, 3. XXXI, 11. XXXII, 3, de ossibus defuncti Am. VI, 10; saepius עֲצָמוֹת Ps. XXII, 15. 18. XLII, 11. LI, 10. Jes. XXXVIII, 13. Iob. IV, 14. Prov. XIV, 30, maxime de ossibus defuncti (cf. יָדוֹת, כַּפּוֹת) Ex. XIII, 19. Jos. XXIV, 32. 2 Sam. XXI, 12—14. 1 Reg. XIII, 2. 2 Reg. XXIII, 14. 18. 20. Jer. VIII, 1. (Sed Iob. VII, 15: מָוֶת מֵעַצְמוֹתַי est i. q. מָוֶת מֵעַצְּבוֹתַי *mortem* malo quam *dolores meos*, nisi ita reponere placet). — 2) *corpus*, corporis species. Thren. IV, 7: אָדְמוּ עֶצֶם מִפְּנִינִים. — 3) Sq. genit. eo utuntur pro pron. *ipse* (cf. syn. גֶּרֶם no. 3, et arab. عين oculus, ipse), sed de rebus tantummodo, v. c. בְּעֶצֶם הַיּוֹם הַזֶּה hoc ipso die i. e. de quo in superioribus actum erat Gen. VII, 13. XVII, 23. 26. Lev. XXIII, 21. 28. Deut. XXXII, 48. Jos. V, 11. Ez. XL, 1, hoc ipso die (anni) Ex. XII, 17. 41, hodierno die Ez. XXIV, 2, עַד עֶצֶם הַיּוֹם הַזֶּה ad hunc ipsum diem Lev. XXIII, 14. Jos. X, 27, ad hodiernum diem Ez. II, 3, cf. XXIV, 2. Exod. XXIV, 10: כְּעֶצֶם הַשָּׁמַיִם *ut coelum ipsum*. Iob. XXI, 23: בְּעֶצֶם תֻּמּוֹ *in ipsa integritate sua*. (Rabbin. etiam de personis v. c. Maimonid. praef. ad יד החזקה: כל אחד ואחד כותב לעצמו *quilibet scribit sibi ipsi*). — 4) n. pr. oppidi Simeonitarum Jos. XV, 29. XIX, 3. 1 Paral. IV, 29.

עֹצֶם m. 1) *robur*, Deut. VIII, 17. Iob. XXX, 21. — 2) *corpus* i. q. עֶצֶם no. 2. Ps. CXXXIX, 15.

עָצְמָה f. 1) *robur* Jes. XL, 29. XLVII, 9. — 2) *multitudo*, adv. Nah. III, 9: כּוּשׁ עָצְמָה *Aethiopes magno numero*, parall. מִצְרַיִם וְאֵין קֵצֶה.

עַצְמוֹן (firmum) n. pr. oppidi ad terminum australem Palaestinae, Num. XXXIV, 4. 5. Jos. XV, 4.

עֲצֻמוֹת f. *robora, munimenta* (arab. عصمة munimentum), translate de argumentis, quibus disputantes se defendunt, imagine a bello petita Jes. XLI, 21 (cf. Iob. XIII, 12). Jarchi ad h. l. interpretatur: טענות בריות וחזקות שלכם ולשון ריב הוא זה בלשון משנה שנים שהיו נתעצמין בדין במסכת סנהדרין *argumenta gravissima et fortissima quae habetis. Est vox forensis. Sic in Mischna tr. Sanhedr. duo, qui disputant in iudicio.*

תַּעֲצֻמוֹת f. *vires* Ps. LXVIII, 36.

עָצַן rad. inusit. prob. similis potestatis atque עָצַם, עָצָה durus, firmus fuit. Inde

עֶצֶן ἅπ. λεγόμ. 2 Sam. XXIII, 8, prob. *hasta*, cf. arab. غصن ramus, v. quae de hoc loco disputavimus s. v. עָדִין p. 994. 995.

עָצַר fut. יַעְצֹר rarius יַעֲצֹר 1 Reg. XVIII, 44. 2 Reg. IV, 24 1) *clausit.* (Origo est in circumdando, circumvallando, v. radd. contiguas חָצַר, אָצַר, אָזַר, et quas ibi contulimus. Arab. عصر est: pressit, compressit, it. prohibuit, recusavit, عاصر prohibens, غصر cohibuit, retinuit, ut hebr. no. 2). V. c. coelum (ne plueret) Deut. XI, 17. 2 Par. VII, 13, mulierem (ne pareret) Gen. XVI, 2. XX, 18 (ubi cum בְּעַד construitur q. v.) omisso acc. Jes. LXVI, 9, it. *inclusit* Jer. XX, 9, spec. in carcerem 2 Reg. XVII, 4. Jer. XXXIII, 1. XXXVI, 5. XXXIX, 15. Sq. מִפְּנֵי 1 Par. XII, 1: עָצוּר מִפְּנֵי שָׁאוּל *exclusus a facie Sauli*, ita ut ei non liceret, Sauli faciem videre, al. *domi inclusus metu Sauli* (coll. عصر IV. domi se continuit). De formula עָצוּר וְעָזוּב clausus et manumissus i. e. mancipium et liber v. s. rad. עָזַב p. 1008.

2) *cohibuit, detinuit* aliquem alicubi. 1 Reg. XVIII, 44: וְלֹא יַעַצָרְכָה הַגָּשֶׁם. Iud. XIII, 16, sq. לְ 2 Reg. IV, 24, sq. בְּ Iob. XII, 15: יַעְצֹר בַּמַּיִם *aquas cohibet.* IV, 2: עְצֹר בְּמִלִּין *cohibere verba.* XXIX, 9. — 1 Sam. XXI, 6: אִשָּׁה עֲצֻרָה לָנוּ *mulieres nobis cohibitae* denegatae *sunt.* Peculiaris formula in recentiore tantum Hebraismo usitata est: עָצַר כֹּחַ *vires retinuit* Dan. X, 8: וְלֹא עָצַרְתִּי כֹּחַ *et deficiebant vires* (und ich behielt keine Kraft). Comm. 16. XI, 6. 2 Par. XIII, 20, sq. לְ *facultatem habuit* ad aliquam rem, *potuit.* 1 Par. XXIX, 14: כִּי נַעְצֹר כֹּחַ לְהִתְנַדֵּב כָּזֹאת *ut possimus haec tibi offerre.* 2 Par. XXII, 9: *non erat in domo Ahasjae* לַעְצֹר כֹּחַ לְמַמְלָכָה *qui facultatem haberet ad regnum* capessendum. II, 5; adeoque omisso כֹּחַ 2 Paral. XX, 37: לֹא עָצְרוּ לָלֶכֶת אֶל תַּרְשִׁישׁ. XIV, 10: אַל יַעְצֹר עִמְּךָ אֱנוֹשׁ *nil potest homo* in pugna *tecum* i. e. contra te.

3) *coërcuit imperio, imperavit*, sq. בְּ 1 Sam. IX, 17.

4) *collegit, coacervavit* i. q. אָצַר, unde עֶצֶר opes; *congregavit* homines, v. עֲצָרָה et Niph. no. 3.

Niph. 1) *clausus fuit* (de coelo) 1 Reg. VIII, 35. 2 Par. VI, 26. — 2) *cohibitus est*, de clade Num. XVII, 13. 15. (XVI, 48. 50). 2 Sam. XXIV, 21. 25. Ps. CVI, 30. — 3) *congregatus est* (a coagendo, cogendo, v. עֲצָרָה), max. ad festum (עֲצָרָה). 1 Sam. XXI, 8: נֶעְצָר לִפְנֵי יְהוָֹה *congregatus coram Jehova*, i. e. feriarum causa praesens in loco sacro.

עֶצֶר m. *opes* i. q. אוֹצָרוֹת, v. rad. no. 4. Adde arab. غضر abundantia opum et commoditate vitae donavit aliquem Deus, غضر commodis et bonis abundans. Iud. XVIII, 7: יוֹרֵשׁ עֶצֶר *possidens opes.* Vulg. magnarum opum. LXX. Vatic. κληρονόμος ἐκπιέζων θησαυρούς, quibus verbis vox עצר bis expressa est, primum a chald. עָצַר pressit, expressit, dein, et recte quidem, coll. אוֹצָר, sed emendatius nonnulli codd. κληρονόμος θησαυροῦ. — Plerique intpp. antiquiores עֶצֶר *imperium* reddunt (v. rad. no. 3), hac sententia: אֵין מַכְלִים דָּבָר בָּאָרֶץ יוֹרֵשׁ עֶצֶר *nec laedebat quicquam in terra possidens imperium* i. e. populus principes habebat aequos et mites (cf. de Dieu ad h. l.), sed יוֹרֵשׁ עֶצֶר rectius ad ipsum populum refertur. Male Targ. זְעֵירִין pauca, quasi עֶצֶר sit i. q. מִצְעָר.

עֹצֶר m. 1) *conclusio, cohibitio.* Prov. XXX, 16: עֹצֶר רָחַם *conclusio uteri*, concr. pro muliere sterili. — 2) *oppressio, vexatio* Ps. CVII, 39. Jes. LIII, 8. (Arab. quadril. عضرة sors adversa, paupertas).

עֲצָרָה f. 2 Reg. X, 20. Jes. I, 13. Joël I, 14, reliquis locis **עֲצֶרֶת**, in Pausa עֲצָרֶת 2 Par. VII, 9 f. *concio, coetus* Jer. IX, 2: עֲצֶרֶת בֹּגְדִים *coetus impiorum*, max. *concio populi* ad dies festos agendos, πανήγυρις (ut bene Alex. Am. V, 21). Joël I, 14: קִרְאוּ עֲצָרָה אִסְפוּ זְקֵנִים *convocate panegyrin, congregate senes.* 2 Reg. X, 20: קַדְּשׁוּ עֲצָרָה לַבַּעַל *convocate panegyrin Baali.* Am. V, 21. Jes. I, 13 (parall. קְרֹא מִקְרָא). Spec. de conventu populi ad sacrarium, qui septimo paschatis et octavo festi tabernaculorum die cogi solebat i. q. מִקְרָא קֹדֶשׁ Lev. XXIII, 36. Num. XXIX, 35. Deut. XVI, 8 (ubi cod. Sam. pro עֲצֶרֶת לַיהוָֹה habet חג ליהוה). 2 Par. VII, 9. Neh. VIII, 18. Cf. جمعة concio, plenius يوم الجمعة dies concionis, de die Veneris, utpote die festo Muhammedanorum. Propriam autem huius vocabuli vim in *congregatione* et *concione* esse, neque vero in *cohibitione operis* (ut volebant Ikenius, dissertatt. philol. theol. p. 49—54, et Michaëlis, suppl. h. v.), vel cohibitione populi in loco sacro (ut Kimchius, cf. Makr. apud de Sacyum chrest. arabe I p. 140), tum ipse vocis usus (v. max. Jer. IX, 1) tum veteres interpretes docent, qui unanimi fere consensu illum significatum exprimunt. LXX. ap. Jerem. σύνοδος, ap. Am. πανηγυρεῖς, quinquies ἐξόδιον

i. e. ultimus dies feriarum. Vulg. *coetus*, *collecta*. Targ. כְּנִישָׁא, apud Jerem. סִיעָא. Pesch. ܟܢܘܫܬܐ, ܟܢܘܫܝܐ, ܟܢܫܐ, semel ܚܓܐ. Kimchi: קָהָל, Jarchi: אֲסִיפָא. (Arab. عَنْصَرَةٌ spec. est festum Pentecostes, cf. Jos. Arch. 3, 10 §. 6: Ἀσαρθά .... σημαίνει δὲ τοῦτο Πεντεκοστήν, cf. Bernardum ad h. l.).

מַעְצָר m. *cohibitio* Prov. XXV, 28.

מַעְצוֹר m. *cohibitio, impedimentum* 1 Sam. XIV, 6.

עָקַב fut. יַעְקֹב Jer. IX, 3 (al. codd. יַעְקֹב v. J. H. Mich.) c. suff. יַעְקְבֵנִי Gen. XXVII, 36 1) prob. *elatus fuit* in modum gibbi, tumuli, cogn. radd. גָּבַב, קָבַב. Inde עָקֵב clivus, et עָקֵב calx. — 2) denom. ab עָקֵב calx: *calcem* alicuius *tenuit*. (Etiam arab. عَقَّبَ significatus habet denominativos ab عَقِبٌ calx pedis, ut: percussit in calce). Hos. XII, 4: בַּבֶּטֶן עָקַב אֶת־אָחִיו *in utero calcem fratris tenuit*, cf. Gen. XXV, 26 de Jacobo: יָדוֹ אֹחֶזֶת בַּעֲקֵב עֵשָׂו. Max. ad aliquem prosternendum, *supplantavit*, inde 3) *circumvenit, fefellit*. Gen. XXVII, 36. Jer. IX, 3. (Etiam aethiop. ዐቀበ: Gen. III, 15 et ተዐቀበ: Marc. III, 2. Luc. VI, 7 est callide et insidiose observavit, sed huius alia origo esse videtur a *custodiendo* et *servando*, quae prima et vulgaris verbi significatio est. Chald. עֲקַב insidiatus est, fort. clam vestigia alic. secutus est, heimlich nachschleichen, v. Buxt. p. 1648). Cf. עָקֵב no. 3, עָקֹב no. 2, עָקְבָה.

Pi. pone reliquit q. d. a calce reliquit. (Arab. عقب pone reliquit, distulit, procrastinavit. II. III pone et a calce venit, secutus est. IV. successit. Chald. עַקֵּב distulit, tardavit). Iob. XXXVII, 4: לֹא יְעַקְּבֵם כִּי יִשָּׁמַע קוֹלוֹ *non pone relinquit ea* (fulgura), *ubi audita est vox eius* id est fulgura et tonitrua mutuo se excipiunt. Pro יְעַקְּבֵם nonnulli codd. יְעַכְּבֵם, more chaldaeo.

עָקֵב cstr. עֲקֵב Gen. XXV, 26, pl. עֲקֵבִים cstr. עִקְּבֵי Cant. I, 8, עִקְּבֵי Gen. XLIX, 17. Iud. V, 22 (Dag. euphonico, quod alii libri omittunt v. J. H. Mich.) et עִקְּבוֹת Ps. LXXVII, 20. LXXXIX, 52 (v. no. 1, a) m. 1) *calx* pedis. (Arab. عَقِبٌ id. cf. quadril. عُرْقُوبٌ magnus tendo calcis, melit. *årkúb* calx, *årkab* calce percussit terram, syr. ܥܩܒܐ calx. Chald. עִקְבָא calx it. finis rei). a) hominum Gen. III, 15. XXV, 26. Ps. XLI, 10. Iob. XVIII, 9. Ps. LVI, 7: עֲקֵבַי יִשְׁמֹרוּ *calces meas* i. e. omnia vestigia mea *custodiunt*. Cant. I, 8: צְאִי לָךְ בְּעִקְבֵי הַצֹּאן *egredere in calcibus* vestigiis *gregis*, et sic bis in pl. עִקְּבוֹת Ps. LXXVII, 20: וְעִקְּבוֹתֶיךָ לֹא נֹדָעוּ *vestigia tua* in aquis *non cernebantur*. LXXXIX, 52: חֵרְפוּ עִקְּבוֹת מְשִׁיחֶךָ *probris afficiunt vestigia Uncti tui.* (Apud Syros ܥܩܒ est: *investigavit*, a vestigii significatu, cf. nostr. *nachspüren*). Cf. etiam עָקֵב no. 3. *Calces mulieris nudavit*, per ignominiam dicitur (calces enim honestae mulieris syrmate tectae) Jer. XIII, 22. b) equorum, *ungula*. Gen. XLIX, 17. Iud. V, 22.

2) metaph. *agmen extremum* exercitus (cf. זָנָב, זִנֵּב). Jos. VIII, 13. Gen. XLIX, 19: וְהוּא יָגֻד עָקֵב *et ille premit agmen extremum*. Male Vulg. *retrorsum*.

3) adj. verbale rad. 3 *insidiator*. Ps. XLIX, 6: עֲוֹן עֲקֵבַי יְסוּבֵּנִי.

עָקֹב 1) *locus acclivis*, *clivus*, v. rad. no. 1, non quia retardentur et retromaneant ascendentes. Jes. XL, 4. Opp. מִישׁוֹר. (Arab. عَقَبَةٌ clivus, iugum montis Cor. 90, 11, عِقَابٌ id., melit. *åkba* id., aethiop. ዐቀብ: id. cf. Ludolfi lex. 451. comment. ad hist. aeth. 206). — 2) adj. *fraudulentus*, *fallax* Jer. XVII, 9, v. rad. no. 3. — 3) adj. denom. ab עָקֵב calx, dein vestigium, v. 1, a extr. Hos. VI, 8: עֲקֻבָּה מִדָּם *plena* s. *notata vestigiis sanguinis*, voll blutiger Spuren. Syr. ܡܥܩܒܐ ܒܕܡܐ conspersa sanguine, cf. עקיבת יין conspurcata vino Targ. Hieros. Simile denom. ab עָקֵב vestigium est syr. ܥܩܒ *investigavit*. Imitatur autem עָקֹב f. עֲקֻבָּה formam adiectivorum, quae colores similesque species designant, ut אָדֹם, עָקֹד, נָקֹד, בָּרֹד (q. d. gespurt, maculas habens pedum vestigiis similes). Inepte Hitzigius: hügelig, gehügelt von Blut, aufgethürmt von Blut, ad signif. 1, torrentes enim sanguinis fingat quidem poëtarum phantasia, sed nunquam colles.

עַקּוּב (insidiosus vel i. q. عَقُوبٌ successor) n. pr. virorum 1) 1 Par. III, 24. 2) IX, 17. Esr. II, 42. Neh. VII, 45. VIII, 7. XI, 19. XII, 25. 3) Esr. II, 45.

עֵקֶב m. 1) *finis*, *postremum* rei (chald. עִקְּבָא, arab. عَقِبٌ, عُقْبٌ, عُقْبَى, عَاقِبَةٌ, عُقْبَانٌ id.), inde adv. *usque ad finem*, *perpetuo* Ps. CXIX, 33. 112. — 2) *merces*, *praemium*, qs. finis s. eventus laboris (arab. عِقَابٌ, عُقْبَى, عُقُوبَةٌ pensatio, inde de praemio et poena cf. gr. λοισθήϊα praemium a λοῖσθος postremus) Ps. XIX, 12: בְּשָׁמְרָם עֵקֶב רָב. Prov. XXII, 4. Itaque עַל עֵקֶב Ps. XL, 16. LXX, 4 et עֵקֶב Jes. V, 23 praep. in retributionem s. mercedem i. e. propter. Jes. l. c. עֵקֶב שֹׁחַד (gegen Bestechung). Et addita part. relat. עֵקֶב אֲשֶׁר Gen. XXII, 18. XXVI, 5. 2 Sam. XII, 6, עֵקֶב כִּי 2 Sam. XII, 10. Am. IV, 12, etiam ea omissa עֵקֶב Num. XIV, 24. Deut. VII, 12. VIII, 20 *propterea quod*, *quia* (pr. pro mercede Gen. XXII, 8, pro poena Deut. VIII, 20). Cf. sam. ࠏࠒࠁ merces, dein adv. *pro*, *vice*.

עָקְבָה (in aliis libris et ap. Kimchium rectius ב dagessato) f. *insidiae*, *fraus* 2 Reg. X, 19.

יַעֲקֹב (calcem tenens, supplantans, insidiator, cf. Gen. XXV, 26. XXVII, 36. Hos. XII, 4, sed arab. يعقوب est: perdix mas) n. pr. gr. Ἰακώβ, Isaaci filius ex duobus geminis natu minor, qui idem *Israël* (יִשְׂרָאֵל q. v. s. rad. שָׂרָה) appellatur, Israëlitarum gentis auctor, de cuius historia v. Gen. XXV, 26 — XLIX extr. אֱלֹהֵי יַעֲקֹב Exod. III, 6. IV, 5. 2 Sam. XXIII, 1. Ps. XX, 2. Jes. II, 3 (et sic probabiliter Ps. XXIV, 6, ubi אֱלֹהֵי excidisse videtur), אֲבִיר יַעֲקֹב Ps. CXXXII, 2 de Jova. De posteris Jacobi s. populo Israëlitico frequentant, sed poët. maxime: בֵּית יַעֲקֹב domus s. familia Jacobi Exod. XIX, 3. Jes. II, 5. 6. VIII, 17. Am. III, 13. IX, 8. Mich. II, 7. Obad. 17. 18, זֶרַע יַעֲקֹב Jes. XLV, 19. Jer. XXXIII, 26, בְּנֵי יַעֲקֹב 1 Reg. XVIII, 37. Mal. III, 6, קְהִלַּת יַעֲקֹב Deut. XXXIII, 4 et simpl. יַעֲקֹב Num. XXIII, 7. 10. 21. 23. XXIV, 5. 17. 19. Deut. XXXII, 9. XXXIII, 10. Ps. XIV, 7. XLIV, 5. Jes. XXVII, 6. 9. Jerem. X, 25. XXXI, 11. Am. VI, 8. VII, 2. VIII, 7, unde בְּיַעֲקֹב in populo Jacobitico s. Israëlitico Gen. XLIX, 7. Thren. II, 3. Passim populus unius instar personae sistitur et iisdem ornatur attributis atque Jacobus, populi auctor, v. c. *Jacob, servus meus* Jes. XLIV, 1. XLV, 4. XLVIII 20 (v. עָבַד). Jer. XXX, 10. XLVI, 27. 28, *Jacob frater tuus* (Edomi) Obad. 10. Pariter atque Israël, etiam de *regno Ephraimitico* dicitur, quod totius populi nomen sibi arrogaverat Jes. IX, 7. XVII, 4. Mich. I, 5. Hos. X, 11. XII, 3, et post huius interitum, de regno Judae superstite Nah. II, 3. Obad. 18.

יַעֲקֹבָה n. pr. viri 1 Par. IV, 36.

עָקַד fut. יַעֲקֹד *ligavit, vincivit* Gen. XXII, 9: וַיַּעֲקֹד אֶת־יִצְחָק בְּנוֹ. (Chald. id. idque a כָּפַת ita distinguunt Talmudici, ut עקד sit: colligare manus cum pedibus, vel pedes anteriores cum posterioribus, ut factum esse volebant in agnis ad sacrificium iuge mactatis Tamid. c. 4. Syr. ܥܩܕ contorsit, convolvit. Arab. عقد nexuit, nodavit, عقدة nodus, melit. *aked* ligavit, aeth. ዐቀደ: id. Vicinae radd. sunt אָגַד, עָבַד, radix primaria est קד, גד, unde גִּיד filum, قيد vinculum, v. p. 281).

עָקֹד pl. **עֲקֻדִּים** adj. *fasciatus*, de pecore ovillo et caprino i. e. *striatus*, *virgulatus* maxime in pedibus (geringelt), ubi striae fasciis similes sunt, dein *versicolor in pedibus*. Gen. XXX, 35. 39. 40. XXXI, 8 bis. 10. 12. Cf. חָבַר no. 3, arab. عصم ligavit, unde أعصم pedibus versicolor, max. albus, de equo et dorcade, et infra مُحَجَّل. LXX. διάλευκος. Symm. λευκόποδες. Onk. רְגוֹלַיָּא pedibus varii, Saad. et Arabs Erp. محجلة pedibus albis, quo verbo utitur etiam Abulwalides, pr. fasciatus, compede vinctus, a حجل compes. Consentiunt in significationem Kimchii, Jarchius al., licet rationem eius non bene reddant. Dicunt enim significari pecudes varias in loco quo ligentur i. e. in pedibus anterioribus et posterioribus.

עֵקֶד v. בֵּית עֵקֶד הָרֹעִים p. 195 B.

עָקָה verbum inusit. Arab. عقا retinuit, detinuit, cogn. عاق I. II. IV. VIII. retinuit, impedivit, et عكا retinuit, divertit a re. Origo esse videtur in coarctando cf. עוּק, צוּק. Inde

מַעֲקֶה m. *lorica*, qua tectum cingitur, ne quis delabatur Deut. XXII, 8. LXX. στεφάνη.

עָקָה v. עוּק.

עָקַל in Kal inusit. *torsit, intorsit; vertit, pervertit.* (Chald. pervertit vias Prov. X, 9 Targ. עִקּוּל vertex aquarum. Syr. ܥܩܠ part. perversus, sed usitatius est ܥܩܡ torsit, pervertit. Arab. عقل I. VIII. constrinxit max. pedes, unde عقال, عقلة vinculum: sed plerumque metaph. prudens, ingeniosus fuit. Cogn. עָגַל, גָּלַל et quae his similes sunt).

Pu. part. *perversus* Hab. I, 4. Inde

עֲקַלְקַל adj. *tortuosus, curvus.* Iud. V, 6: אֳרָחוֹת עֲקַלְקַלּוֹת *viae curvae* i. e. deviae et inviae, et omisso subst. עֲקַלְקַלּוֹת Ps. CXXV, 5 id. (Syr. ܥܩܠܩܠ id.).

עֲקַלָּתוֹן adj. (a subst. deperdito עֲקַלָּה et terminatione adj. וֹן) *tortuosus*, epith. serpentis Jes. XXVII, 1. LXX. σκολιός.

עָקַן rad. inusit. fort. i. q. עָקַל et aram. עֲקַם torsit, intorsit. Inde

עֲקָן n. pr. viri Horitae Gen. XXXVI, 27, qui etiam

יַעֲקָן 1 Par. I, 12. Cf. בְּאֵרֹת בְּנֵי יַעֲקָן p. 176 A.

עָקַר 1) *evellit, eradicavit, exstirpavit* plantam Eccl. III, 2. LXX. ἐκτίλλω. (Chald. et syr. Pe. et Pa. id. evellit plantas, paxillos tentorii; radicitus evertit domos, oppida. Arab. عقر vulneravit. Radix primaria est קר, quae *fodiendi, effodiendi* vim habet, v. קִיר,

נָקַר, it. כּוּר, כָּרָה, אָכַר). Inde 2) i. q. arab. عَقَرَ et عَقُرَ *sterilis fuit* de mare et femina (pr. de illo: *exstirpatis* testiculis fuit, cf. כָּרַם).

Ni. eversum est oppidum, Zeph. II, 4.

Pi. pedum nervos succidit equo, quo corrueret et inutilis evaderet Jos. XI, 6. 9. 2 Sam. VIII, 4. 1 Par. XVIII, 4, tauro Gen. XLIX, 6. LXX. *νευροκοπεῖν*, quo verbo de eadem re utitur Strabo XVI, 4. In proeliis ita fieri solebat (et hodieque fieri solet) a victoribus, ubi equos captos secum ducere non possunt, germ. dem Pferde die Hessen abhauen. (Arab. عَقَرَ Conj. I. II. id. de equo et camelo Cor. 7, 75. Abulph. dyn. 187 extr., عَقِيرَةٌ pedum nervos incisos habens. Syri de eadem re utuntur verbo ܥܩܪ BH. 220, 7, Chaldaei retinent עַקַּר).

עֲקַר chald. *evellit*. Ithpe. pass. Dan. VII, 8 (de cornibus). In Targg. saepe ponitur pro hebr. נָתַשׁ, הָרַס.

עָקָר m. עֲקָרָה et עֲקֶרֶת Ps. CXIII, 9 f. *sterilis*, de mare Deut. VII, 14, et de femina Gen. XI, 30. XXV, 21. XXIX, 31. Ex. XXIII, 26. Iud. XIII, 2. 3. 1 Sam. II, 5. Iob. XXIV, 21. Jes. LIV, 1. (Syr. ܥܩܪܐ f. ܥܩܪܬܐ, arab. عَاقِرٌ id., عُقْرٌ sterilitas. De origine vide rad. no. 2).

עֵקֶר m. 1) metaph. dicitur de homine ex familia peregrina oriundo, qui in terra sancta consedit. Lev. XXV, 47. Pr. *evulsionem* concr. *plantam evulsam* significare videtur in alienum solum transplantatam, opp. arbori indigenae non transplantatae (אֶזְרָח p. 430 B). — 2) n. pr. viri 1 Par. II, 27.

עִקַּר cstr. עִקַּר m. chald. *stirps*, *truncus* arboris. Dan. IV, 12. 20: עִקַּר שָׁרְשׁוֹהִי *truncum radicum eius*. Theod. φυὴ τῶν ῥιζῶν αὐτοῦ. Vulg. germen radicum eius, non accurate. (In Targg. עִקַּר est ipsa *radix* pro hebr. שֹׁרֶשׁ, et sic syr. ܥܩܪܐ).

עֶקְרוֹן (eradicatio, cf. Zeph. II, 4) n. pr., una ex quinque urbibus Philistaeorum primariis, in boreali Philistaeae parte sita (Jos. XIII, 3), primum Judaeis (Jos. XV, 45), dein Danitis (XIX, 43) assignata, sed a neutris unquam occupata Jos. XIII, 3. XV, 11. XIX, 43. Iud. I, 18. 1 Sam. V, 10. 2 Reg. I, 2. Jer. XXV, 20. Am. I, 8. Zeph. II, 4. Zach. IX, 5. 7 cf. 1 Macc. X, 89. Alex. Ἀκκαρών, Ἀκαρών. Nom. gent. עֶקְרֹנִי Jos. XIII, 3. 1 Sam. V, 10. Euseb. onom. v. Ἀκκαρών: ἡ καὶ ἔστι νῦν κώμη μεγίστη Ἰουδαίων Ἀκκαρὼν λεγομένη ἀνάμεσον Ἀζώτου καὶ ἀνάμεσον τῆς ἀνατολῆς. Hodie ibi locorum est vicus praegrandis عَاقِر, Robinson, Zeitschr. f. Morgenl. II, 376.

עַקְרָב pl. עַקְרַבִּים m. 1) *scorpio* Ez. II. 6. (Arab. عَقْرَبٌ, aeth. ዐቅራብ: syr. ܥܩܪܒܐ id. de bestia et sidere, et sic etiam neohebr. עַקְרָב. Congruit gr. σκορπίος, spiritu in sibilum verso, cf. עָקֹל σκόλιος). Conflatum videtur ex עָקַר, عَقَرَ vulneravit, et עָקֵב calx, postremum rei; et non bene nuper revocarunt ad rad. קָרַב c. ע prosthetico). De מַעֲלֵה עַקְרַבִּים v. pag. 1030 B. — 2) *flagelli* genus globulis plumbeis cum aculeis incurvis munitum, a scorpii similitudine dictum. Cf. quae de aeth. ምቅርፍ: ዘሐፂን: *scutica ferrata*, ex actis Martyrum refert Ludolf. lex. 165. Alii, ut Kimchi, Jarchi, R. Levi *virgam aculeatam* intelligunt, quam Jarchi voce gallica reddit אישגלנטיר i. e. *esglantier* rosa silvestris 1 Reg. XII, 11. 14. 2 Par. X, 11. 14. Isidor. Origg. lat. 5, 27: Virga — si nodosa vel aculeata scorpio rectissimo nomine vocatur, qui arcuato vulnere in corpus infigitur. Denique Targ. מַרְגְּנִין, Pesch. ܡܪ̈ܓܢܐ i. e. gr. μάραγνα taurea. Vide Boch. Hieroz. III, 554 sqq. Lips. et de scorpio bestia ibid. 538 sqq.

עָקַשׁ *contorsit*, *pervertit*. (Arab. عَقَشَ inflexit lignum, عَقَصَ torsit, plexuit comam, med. Je inflexum est cornu. Quae quidem flectendi, torquendi vis inest tum in syllaba עק, cf. ܥܩܐ reflexit, retorsit, עקר, عقد, ܥܩܡ עָקַם nexuit, עָקַל, ܥܩܠ, عقف inflexit, עָקַף dolose egit, عقط obvolvit, tum in radice monosyllaba קש cf. קוּשׁ, יָקַשׁ. Ut enim saepe quadrilittera ex duobus trilitteris oriuntur, ita etiam haud raro verba trilittera ex duobus bilitteris conflata sunt, v. c. נָהַג gemuit, ex syllabis radicalibus נה et הג, quae singulae gemendi vim habent, cf. נָהָה et הָגָה; נָצַח nituit, splenduit coll. נָצַץ et צָחַח; נָפַח flavit coll. פָּחַח et נף aegypt. *nef* flare).

Pi. id. pervertit. Mich. III, 9. *Vias suas pervertere* est i. q. perverse agere. Jes. LIX, 8. Prov. X, 9.

Hiph. perversum i. e. sontem *declaravit*, parall. הִרְשִׁיעַ. Iob. IX, 20: etsi *integer essem* וַיַּעְקְשֵׁנִי *sontem me declararet*, וַיַּעְקְשֵׁנִי pro וַיַּעְקִישֵׁנִי v. gr. §. 52, not. 4.

Niph. pass. *perversus fuit*. Part. נֶעְקַשׁ דְּרָכִים cuius viae sunt perversae. Prov. XXVIII, 18.

עִקֵּשׁ adj. m. 1) *perversus*. לֵבָב עִקֵּשׁ animus perversus Ps. CI, 4, et vicissim עִקֶּשׁ־לֵבָב perversi animi homo Prov. XI, 20. XVII, 20. עִקֵּשׁ שְׂפָתָיו perversus labiis i. e. fraudulenti sermonis homo Prov. XIX, 1. Absol. *fallax*, *dolosus* Deut. XXXII, 5. Ps. XVIII, 27. Prov. VIII, 8. — 2) n. pr. viri 2 Sam. XXIII, 26. Inde

עִקְּשׁוּת f. adiecto פֶּה, *perversitas* oris i. e. sermo fraudulentus, dolosus Prov. IV, 24. VI, 12, cf. XIX, 1.

מַעֲקַשִּׁים m. pl. *loca tortuosa*, opp. מִישׁוֹר Jes. XLII, 16.

עָר *urbs* v. rad. עוּר p. 1004.

עָר *hostis*, v. rad. עִיר p. 1020.

עָר n. pr. v. rad. עיר.

I. עָרַב 1) a) *texuit* (cf. אָרַב texuit, plexuit, aegypt. ⲟⲣⲃ constringere). Inde עֵרֶב subtemen. b) *miscuit*, ut syr. ܥܪܒ chald. עֲרַב, עֵירוּב res mixta, quadril. עַרְבֵּב commiscuit, confudit. Vide Hithpa. no. 1. Zab. אתערב miscuit se connubiis.

2) *permutavit* merces, inde *mercaturam fecit*. Ez. XXVII, 9. 27: עֹרְבֵי מַעֲרָבֵךְ *qui mercaturam faciunt tecum*. V. מַעֲרָב.

3) *spopondit*, *fideiussit* pro aliquo sq. acc. pers., pr. *repraesentavit*, *praestitit*, *exhibuit* aliquem (jemanden darstellen, vertreten) i. e. *vices* eius *obivit*. (Chald. syr. sam. id. עָרוֹב, ܥܪܘܒܐ sponsor, עַרְבוּת sponsio). Idque a) ita ut vitam alic. praestaret, vadem se daret pro vita alicuius. Gen. XLIII, 9: אָנֹכִי אֶעֶרְבֶנּוּ *ego spondeo pro eo*. XLIV, 32: עַבְדְּךָ עָרַב אֶת הַנַּעַר מֵעִם אָבִי *ego* (de עַבְדְּךָ v. pag. 979 A) *fidem meam interposui pro puero apud patrem meum* (pr. fide interposita accepi eum a patre meo, inde מֵעִם). b) *pignore dato fideiussit* pro aliquo in lite foroque. Prov. XI, 15: כִּי עָרַב זָר *ubi spondet pro altero*. XX, 16. XXVII, 13, sq. לְ (ut chald.) VI, 1, et עֹרֵב עֲרֻבָּה לִפְנֵי רֵעֵהוּ: XVII, 18 לִפְנֵי. Poët. Iob. XVII, 3: עָרְבֵנִי עִמָּךְ *sponde pro me apud te* i. e. pignore dato (antecessit שִׂימָה) *sponde pro me*, in causa, quae mihi *tecum* est. Inde *recepit* aliquem *in fidem* et *patrocinium*. Jes. XXXVIII, 14: עָרְבֵנִי *sponde pro me* (Domine), h. e. in fidem tuam me recipe. Ps. CXIX, 122. LXX. ἐγγυάω, διεγγυάω.

4) *pigneravit*, *pro pignore dedit* aliquid sq. acc. rei. (Arab. عرب Conj. II. IV. arrham dedit). Neh. V, 3: בָּתֵּינוּ אֲנַחְנוּ עֹרְבִים *domus nostras nos pro pignore damus*. Metaph. עָרַב אֶת לִבּוֹ pigneravit vitam suam (sein Leben aufs Spiel setzen) i. e. praesentissimo periculo exposuit Jer. XXX, 21: מִי הוּא זֶה עָרַב אֶת לִבּוֹ לָגֶשֶׁת אֵלַי *quis* semel repudiatus nisi a me vocatus et invitatus *vitam suam exponat et ad me accedat?* quae sententia contextui accommodatissima est, neque opus est arcessere arab. عَرِبَ alacer fuit, quo collato עָרַב לִבּוֹ esset *alacrem fecit animum suum*.

5) med. E, fut. יֶעֱרַב intrans. *dulcis*, *suavis fuit* (fort. bene temperatus, cf. no. 1), sq. לְ pers. de somno Prov. III, 24. Jer. XXXI, 26, de voto quo quis damnatur Prov. XIII, 19, de donis et sacrificiis Deo gratis Jer. VI, 20. Hos. IX, 4. Malach. III, 4, sq. עַל Ps. CIV, 34: יֶעֱרַב עָלָיו שִׂיחִי *dulcis sit ei* Deo *meditatio mea*. Ez. XVI, 37: אֲשֶׁר עָרַבְתְּ עֲלֵיהֶם *quibus placebas*. LXX. ἡδύνομαι, ap. Mal. ἀρέσκω. Cf. adj. עָרֵב. (Arab. عَرُوب coniux marito grata).

6) A dulcedinis notione fortasse ductus est *sugendi* significatus (cf. מָצַץ, מַצָּה), unde עָרֹב musca canina, quippe quae sanguinem hominum bestiarumque sugat, coll. arab. عرب quod in Kamûso (pag. 125 lin. 11) explicatur اكل comedit.

Hithpa. 1) *immiscuit se*, sq. בְּ alicui rei, Prov. XIV, 10. — 2) *contulit se* cum aliquo *in societatem* (sich mit jemand einlassen), spec. in consuetudinem se dedit, sq. בְּ Ps. CVI, 35, sq. לְ Prov. XX, 19, sq. עִם XXIV, 21, connubia iniit, sq. בְּ Esr. IX, 2 (cf. zab. אתערב Cod. Nas. II, 220, 3), certamen iniit, sq. אֶת *cum* aliquo Jes. XXXVI, 8. 2 Reg. XVIII, 23. LXX. μίγνυμαι, ἐπι — συμμίγνυμαι.

עֲרַב chald. Pa. *miscuit* i. q. hebr. no. 1, b. Part. pass. מְעָרַב permixtus Dan. II, 43. Ithpa. pass. ibid. Cf. Jes. I, 22. Prov. XIV, 10 Targ.

עָרֵב adj. *dulcis*, *suavis* (v. rad. no. 5), sq. לְ pers. Prov. XX, 17. Cant. II, 14. (Chald. עֲרֵב, עֲרִיב id.).

עָרֹב m. Exod. VIII, 17 bis. 18. 20. 25, 27. Ps. LXXVIII, 45. CV, 31 muscae vel tabani species homines vexans, dicta a *sugendo* (sanguinem), v. rad. no. 6. LXX. κυνόμυια musca canina, de qua Philo (vit. Mosis lib. I. T. II p. 101 Mang.): δεκτικὸν καὶ ἐπίβουλον ζῶον, καὶ γὰρ πόῤῥωθεν μετὰ ῥοίζου, καθάπερ βέλος, εἰςακοντίζεται καὶ ἐμπίπτουσα βιαίως εὖ μάλα ἐγχρίμπτεται, et paullo superius: ἐπιφοιτῶσι γὰρ καὶ ἐπιτρέχουσιν ἀδεῶς, κἂν ἀνείργῃ τίς, εἰς τὸ ἀήττητον ἀντιφιλονικοῦσιν, ἄχρις ἂν αἵματος καὶ σαρκῶν κορεσθῶσιν, eamque interpretationem ut antiquissimam et aptissimam recte vindicat Bochartus in Hieroz. III, 427 sqq. Lips. Saltem leve est quod occurrunt, muscam caninam bestias magis quam homines vexare: in eo enim ex parte cernebatur miraculum, quod hae bestiae alias gregibus potissimum exitiosae nunc homines invaderent: neque Oedmanni aliorumque coniecturam (Verm. Sammlungen II, 150. Michaël. suppl. 1962), qui *blattam orientalem* (Kakerlacke, Tarokan) intelligunt, illi interpretationi praetulerim. Ex reliquis interpretibus antiquis alii *muscarum miscellam turbam* intelligunt (a *miscendo* dictam, v. rad. I, b, Gr. Venet. σύγχυσις), ut Aqu. πάμμυια, Hieron. *omne genus muscarum*, Luth. *allerley Ungeziefer*, alii adeo *colluviem bestiarum*, ut Jonath. ערבוב חיוא ברא, Saad. خلط الوحوش mixtura ferarum, Jarchi: כל מיני חיות רעות ונחשים ועקרבים בערבובא, Aben Esra: חיות רעות מעורבות כמו אריות וזאבים דבים ונמרים: sed עָרֹב certum quoddam animal significare, ex contextu tantum non certum est (Ex. VIII, 27. 28). Pesch. retinuit ܥܪܘܒܐ, idque in lex. Adl. explicatur خلط الجراد *colluvies locustarum*, ex aliqua, nisi fallor, vocis Hebraeae interpretatione.

עֵרֶב m. 1) *subtemen*, a texendo, v. rad. no. 1, a. Lev. XIII, 48—59. LXX. κρόκη.

2) עֵרֶב Exod. XII, 38. Neh. XIII, 3, alibi c. art. הָעֶרֶב pr. mixtura, concr. *turba miscella* peregrinorum et

alienigenarum, quae populum quendam eiusque exercitum sequitur. Dicitur de turba peregrinorum, qui Israëlitis se adiunxerant Exod. Neh. ll. cc., dein de copiis auxiliaribus Salomonis 1 Reg. X, 15 (מַלְכֵי הָעֶרֶב, quod bene Targ. *reges auxiliorum*, non bene 2 Par. IX, 14 in loco parallelo: מַלְכֵי עֲרָב reges Arabiae, qui Salomoni non parebant), Aegyptiorum Jer. XXV, 20. 24 (ubi מַלְכֵי הָעֶרֶב et מַלְכֵי עֲרָב copulantur). Ez. XXX, 5, Chaldaeorum Jer. L, 37. LXX. ἐπίμικτος, ap. Jer. σύμμικτος. Vulg. *promiscuum vulgus*, *vulgus*. Onk. in Exod. נוּכְרָאִין peregrini. (Chald. עֲרַבְרְבִין plebs promiscua in Targ. ponitur pro אֲסַפְסֻף Num. XI, 4, עִרַבְרְבִין Cant. I, 12, et sam. ברוי ערברב pro בני מום Deut. XXXII, 5. Conferri possit etiam arab. غَرِيب peregrinus, sed hoc pertinet ad עָרַב no. II, غَرُبَ, et praestat in *miscendi* potestate acquiescere).

עֵרֶב *turba miscella*, v. עָרַב no. 2.

עֲרֻבָּה f. 1) *sponsio*, *vadimonium* Prov. XVII, 18 (v. rad. no. 3). — 2) *pignus* (v. rad. no. 4). 1 Sam. XVII, 18: וְאֶת־עֲרֻבָּתָם תִּקָּח *et pignus ab iis acceptum affer*, ut recte iam dudum Vatablus, Clericus.

עֵרָבוֹן m. *pignus* Gen. XXXVIII, 17. 18. 20 (v. rad. no. 4). Arab. عُرْبُون, عُرْبَان, عَرَبُون, عَرَبَان arrhabon s. arrha, quae pignoris genus est, licet inter utrumque distinguat Isid. origg. 5, 25. Ipsum gr. lat. ἀῤῥαβών, *arrhabo*, vc. mercatoribus proprium, ab institoribus Phoeniciis mutuum accepisse videntur Graeci et Romani. Congruit aegypt. ⲁⲣⲏⲃ *pignus*, Peyron lex. copt. p. 11.

מַעֲרָב m. vox mercatorum (ut עִזָּבוֹן), quae reperitur tantummodo Ezech. XXVII, varia et significatione et structura: a) pr. *permutatio mercium*, inde *commercium*, *mercatura*. Comm. 9: לַעֲרֹב מַעֲרָבֵךְ *ad mercaturam tuam faciendam*. Comm. 27: עֹרְבֵי מַעֲרָבֵךְ *qui mercaturam tuam faciunt*. b) *locus mercatus*, *nundinae*. Comm. 19: *ferrum* ..... בְּמַעֲרָבֵךְ הָיָה *erat in nundinis tuis*. Et sic probabiliter Comm. 17: בְּחִטֵּי מִנִּית — נָתְנוּ מַעֲרָבֵךְ *tritico Minnith* .... *vendebant in nundinis tuis*. Comm. 13. Cf. Comm. 12: בְּכֶסֶף .... נָתְנוּ עִזְבוֹנָיִךְ et quae observavimus s. v. עִזָּבוֹן p. 1009. c) *quaestus*, *opes* mercatura partae i. q. סַחַר et עִזָּבוֹן no. 2, vel *merces pretiosae*. Comm. 27 init. 34, pl. Comm. 33, ubi copulatur cum הוֹן, הוֹנַיִם.

תַּעֲרֻבָה f. *sponsio*, *vadimonium* i. q. עֲרֻבָּה no. 1. 2 Reg. XIV, 14: בְּנֵי הַתַּעֲרֻבוֹת *obsides*, quippe qui spondeant pro aliis.

II. עָרַב 1) *niger fuit*. (Arab. غَرِبَ id. Kam., غِرْبِيب admodum niger, instar corvi, v. Har. cons. 50. p. 591 de Sacy, ibique notam. Translate: obscurum fuit negotium). Inde עוֹרֵב corvus. Transfertur 2) ad *tenebras oborientes*, *vesperam* et *occasum solis*. Iud. XIX, 9: *ecce dies iam inclinat* לַעֲרֹב *ad vesperascendum*. Metaph. Jes. XXIV, 11: עָרְבָה כָּל־שִׂמְחָה *occidit omne gaudium*. (Syr. ܥܪܒ occidit sol, ܡܥܪܒܐ occasus solis. Aethiop. ዐረበ: occidit sol. Arab. غرب id., unde غَرْب, مَغْرِب occidens. Secundarium quod غرب I. II. IV. praeterea est: procul abiit, in regionem remotam profectus est, et: ex peregrinis regionibus advenit, unde غَرِيب peregrinus, illud enim proprie valet: in occidentem profectus est, ex occidente advenit: occidentem enim Orientales dicunt pro regione longe dissita, ut nos contra orientem).

Hiph. vesperi fecit. Inf. הַעֲרֵב vespere faciendo i. e. adv. *vesperi*, ut הַשְׁכֵּם mane. 1 Sam. XVII, 16.

עֹרֵב pl. עֹרְבִים m. 1) *corvus*, a colore nigro dictus, v. Boch. Hieroz. II, 197—217. (Chald. עוּרְבָא, syr. ܥܘܪܒܐ, arab. غُرَاب, melit. *hrâb*, *hrôb* id. Sono congruunt etiam sanscr. *kârawa* et *kurawa*, lat. *corvus*, germ. vet. *hraban*, unde *Rabe*, licet haec aliud etymon habeant a *ru*, *hra* vocare). Gen. VIII, 7. 1 Reg. XVII, 4. 6. Jes. XXXIV, 11. Ps. CXLVII, 9. Iob. XXXIX, 3. Prov. XXX, 17. Cant. V, 11. Nonnunquam latius patuisse et avium species cognatas spec. *cornicem* (arab. غراب صغير) comprehendisse videtur, quocirca additur לְמִינוֹ Lev. XI, 15. Deut. XIV, 14. — 2) n. pr. principis Midianitarum Iud. VII, 25. VIII, 3. Ps. LXXXIII, 12, a quo rupes quaedam trans Jordanem nomen traxit Iud. VII, 25. Jes. X, 26.

עֶרֶב in Pausa עָרֶב Gen. XXIV, 63. Ex. XVIII, 14 1) *vesper*, *vespera* (m. et f., hoc 1 Sam. XX, 5), v. rad. no. 2. Gen. I, 5. 8. 13. 19. 23. Lev. XXIII, 32 al. מִנְחַת עֶרֶב sacrificium vespertinum Dan. IX, 21. Esr. IX, 4. *Vespere* s. *vesperi* est בָּעֶרֶב Gen. XIX, 1. XXIX, 23. XXX, 16. Ex. XII, 18. XVI, 8 al., poët. לָעֶרֶב Gen. XLIX, 27. Ps. LIX, 7. 15. XC, 6. Iob. IV, 20, et sic apud recentiores 1 Par. XVI, 40. XXIII, 30. 2 Par. II, 3. Esr. III, 3. Eccl. XI, 6, acc. עֶרֶב Exod. XVI, 6, לְעֵת עֶרֶב Gen. VIII, 11. XXIV, 11. 2 Sam. XI, 2. Jes. XVII, 14. Zach. XIV, 7. — עֶרֶב יוֹם vesper diei Prov. VII, 9. לִפְנוֹת עֶרֶב inclinante vespere Gen. XXIV, 63. Deut. XXIII, 12. זְאֵבֵי עֶרֶב lupi vespertini Hab. I, 8. Zeph. III, 3, et sic etiam זְאֵב עֲרָבוֹת Jer. V, 6 (ubi alii malunt: lupus desertorum). עֶרֶב בֹּקֶר νυχθήμερον (quod ipsum vc. graecum hoc nomine quasi composito imitatur scriptor Hebraeus), de die civili 24 horarum Dan. VIII, 14 cf. C. a Lengerke ad h. l.

Dual. עַרְבַּיִם *duae vesperae*, tantum in formula בֵּין הָעַרְבַּיִם inter duas vesperas i. e. inter vesperam priorem et posteriorem Exod. XVI, 12. XXX, 8, quo modo designatur ea diei pars, qua agnus paschalis mactandus erat

Exod. XII, 6. Lev. XXIII, 5. Num. IX, 3. 5, neque non sacrificium vespertinum offerebatur, accendebantur lampades et suffimentum fiebat Exod. XXIX, 39. 41. Num. XXVIII, 4. Sed iam veteres de hac locutione inter se dissentiebant; Samaritani enim et Karaitae (v. Relandum de Samarit. §. 22. diss. miscell. T. II. Trigland. de Karaeis c. 4) tempus intelligebant, quod inter occasum solis et crepusculum interiectum est, et ita Aben Esra ad Exod. XII, 6, qui hoc temporis intervallum hora fere cum triente constare scribit: Pharisaei contra iam Josephi tempore (bell. iud. 6, 9 §. 3) et Talmudistae (Pesach. 5, 3) primam vesperam appellari censebant tempus pomeridianum quo sol ad occasum vergeret, alteram vesperam ipsum solis occidentis momentum, de qua sententia pascha a hora nona ad undecimam mactatum est (v. Joseph. l. c.): accedit tertia Jarchii et Kimchii opinio, qui *duas vesperas* interpretabantur tempus, quod solis occasum et antecedat et sequatur et solis occasu in duas partes dividatur, ita ut *intra duas vesperas solis occidentis* tempus designet. Quarum quidem sententiarum prima (Aben Esrae) praeferenda videtur, tum propter verba Deut. XVI, 6, ubi pascha mactatum esse dicitur כְּבוֹא הַשֶּׁמֶשׁ *ubi sol occidit*, tum propter eundem usum apud Arabes. Reperitur ea locutio apud Borhaneddinum, enchiridio studiosi c. 8 p. 36 ed. Caspari (Lips. 1838): *optima* (scientiae parandae) *tempora sunt initium adolescentiae* ووقت السحر وما بين العشايين *et tempus aurorae et quod inter duas vesperas est.* In singul. عَشَآء explicando ipsi quidem Arabes fluctuant (v. Kam. p. 1917) modo initium tenebrarum explicantes, modo tempus ab occasu solis usque ad tempus عتمة dictum, modo ab occasu solis usque ad aurorae ortum (i. e. integram noctem), sed dualem العشاآن Kamûs (l. c.) uno duntaxat modo explicat: المغرب والعتمة *occasus solis et prima noctis vigilia* (iam tenebrosa, qua cameli mulgentur et posterior peragitur precatio), et non aliter intelligendum videtur Scholion ad Borhaneddinum (Lexid. p. 54), quod illam locutionem explicat: ما بين العشا والمغرب *quod inter vesperam* (i. e. initium tenebrarum) *et solis occasum est,* qua ratione adoptata huic tempori vespertino prorsus respondet matutinum وقت السحر i. e. inter postremam noctis vigiliam et solis ortum *). Graecorum contra usus in duplici vespera definienda cum Pharisaeorum ratione congruit. Hesychio enim δείλη πρωΐα est ἡ μετ' ἄριστον ὥρα, et δείλη ὀψία ἡ περὶ δύσιν ἡλίου. Eustathius ad Od. 17 p. 285: διττὴ κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἡ δείλη· ἡ μὲν γὰρ ὀψία δείλη τὸ τελευταῖόν φασι τῆς δείλης μέρος τὸ περὶ ἡλίου δυσμάς· ἑτέρα δὲ δείλη πρωΐα, τὸ πρῶτόν φασι τῆς δείλης, τὸ εὐθὺς ἐκ μεσημβρίας. Cf. intpp. ad Hesych. et Suid. in δείλη ὀψία. Similiter de Syris refert Castellus, heptagl. v. ܪܡܫܗ, quam ita explicat: „crepusculum, pec. illa diei pars, quae antecedit vesperam: quando incipiunt Maronitae suum legere officium, Off. Mar. 1, apud quos horae precum canonicae hae sunt: ܪܡܫܗ vespera prima, ܣܘܬܪܐ vespera secunda, ܠܠܝܐ nox cet."

2) tantum in pl. עֲרָבִים cstr. עַרְבֵי *salix*, fortasse a foliis *cinereis* dicta cf. مُغْرَب canis palpebris homo, غَرَب canities palpebrarum, argentum it. salix arbor. Syr. ܥܪܒܬܐ pl. ܥܪܒ̈ܐ id. Jes. XLIV, 4. Iob. XL, 22 (17). Ps. CXXXVII, 2 (ubi salix babylonica Linn. intelligenda est, frondibus pendulis, imago tristitiae et luctus, nostr. Trauerweide). נַחַל הָעֲרָבִים torrens salicum Jes. XV, 7 (cf. עַרְבֵי נַחַל Iob. XL, 22) in finibus australibus Moabitarum Idumaeam versus, non alius esse potest atque وادى الاحسا (rivus terrarum planarum) in confiniis provinciarum Karrak (i. e. veteris Moabitidis) et Dschebâl (i. e. Idumaeae), qui in sinum australem maris mortui infunditur v. Burckhardti itin. p. 674, cf. Hitzig, Orakel üb. Moab pag. 11 sqq., ubi Rosenm. opinionem refellit, qui נַחַל הָעֲרָבִים rivum זֶרֶד (q. v.) hodie *Wady Kerrek* esse existimaverat. Et hactenus quidem recte: contra concedi non potest, נַחַל הָעֲרָבָה *rivum deserti* Am. VI, 14 eundem esse atque נַחַל הָעֲרָבִים et *Wady el-Ahsa:* terminus enim regni Israëlitici meridionalis (coll. 2 Reg. XIV, 25: *et restituit* Jerobeam *terminum Israëlis ab Hamatha* עַד־יָם הָעֲרָבָה *usque ad mare deserti* et Am. l. c. *et prement vos ab Hamatha* עַד נַחַל הָעֲרָבָה *usque ad rivum deserti*) non aliunde quam in septentrionali maris mortui termino quaeri potest (v. Maurer. ad Am. l. c.), quo efficitur etiam *rivum deserti* non a meridie sed a septentrione maris mortui ponendum esse. Quod Hitzigius נַחַל הָעֲרָבִים *rivum planitiei* = נ' הָעֲרָבָה interpretatur, non *rivum salicum*, id firmare poterat arabico nomine وادى الاحسا, quod idem fere significat: nihilominus ego in certo linguae usu acquiescere malo, de quo עֲרָבִים sunt *salices* (Ps. CXXXVII, 2. Jes. XLIV, 2), *campestria* s. *planities* nunquam non עֲרָבוֹת (v. עֲרָבָה). Eundem autem rivum hebr. potuisse *rivum salicum*, arab. *rivum terrae planae et arenosae* vocari, nemo facile negabit.

מַעֲרָב m. locus, quo sol occidit, *occasus*, *regio occidentalis* (opp. מִזְרָח). Ps. LXXV, 7. CIII, 12.

---

*) Aliud duplicis vesperae vestigium apud Arabes exstat in dimin. عُشَيَّة *vespera parva, vesperula* i. e. cum vesperascere incipit (wo es *ein wenig* Abend wird) post solis occasum: haec enim vesperae propriae (عشاء) opponitur, ubi tenebrae oriuntur. Contra de duplici aurora cf. Pococke ad carmen Tograi p. 71, Freytagi lex. arab. s. v. فَجْر et سحران, et n. pr. hebr. שַׁחֲרַיִם, et de locutione בֵּין שִׁמְשַׁיָּא *inter soles* Talm. Hieros. Berach. c. 1. Babyl. Sabb. 2 fol. 346. Boch. Hieroz. I, 634 Lips.

CVII, 3. Jes. XLIII, 5. LIX, 19. Dan. VIII, 5. לַמַּעֲרָב ad occasum 1 Par. VII, 28. XII, 15. C. He locali: מַעֲרָבָה occasum versus 1 Par. XXVI, 30, sq. לְ ad occasum rei 2 Par. XXXII, 30. XXXIII, 14.

מַעֲרָבָה f. *occidens* Jes. XLV, 6.

III. עָרַב vel עָרֵב i. q. חָרֵב *aridus*, *sterilis fuit.* Aeth. transp. ዐበረ፡ id. Sam. ࠏࠓࠁ vastavit, interfecit, exterminavit. — Maurerus (ad Ps. LV, 18) quidem tres, quas statuimus, radices (I. II. III) ita inter se conciliavit, ut *canitiei* vim (sub no. II) a miscendo duceret, a canitie autem *ariditatis* vim (v. עֲרָבָה) derivaret. Sed 1) עָרַב no. II non solum canitiei, sed etiam *nigredinis* vim habet, unde עֹרֵב corvus (quem non bene cum M. a colore *cano* ducas), quae a miscendo duci non potest: 2) fatendum quidem, solum aridum, quale est in deserto, a colore albo et candido appellari posse (cf. יָבֵשׁ quod albedinis vim habet coll. בּוּשׁ): sed radicis עָרַב no. II significatum ita constituere, ut et *corvi* et *deserti aprici* colorem indicet, id a me non impetro. Facilius ista inter se connectat, qui עֹרֵב غُرَابٌ, sanscr. *kurawa* vocabulum peregrinum esse statuerit: sed vel sic tam heterogenea in unum stemma cogere non ausim. Aliam coniecturam minus etiam felicem, qua omnia ad *declivitatis* et *vergendi* vim revocantur, proposuit Funkius, symbb. ad interpretationem sacri cod. (Havniae 1769) II, 80 sqq.

עֲרַב Jes. XXI, 13. Ez. XXVII, 21 in pausa עֲרָב Jer. XXV, 24, et sic sine pausa 2 Par. IX, 14 n. pr. *Arabia* (عَرَبٌ), ab ariditate et sterilitate dicta (cf. Pococke ad spec. hist. Arabum p. 33. Gagnier post edit. Arabiae p. 55 sqq.), unde gentil. עַרְבִי *Arabs* Jes. XIII, 20. Jer. III, 2 (utroque loco de Nomade), עַרְבִי Neh. II, 19. VI, 1, pl. עַרְבִים 2 Par. XXI, 16. XXII, 1. Neh. IV, 1, עַרְבִיִּים 2 Par. XXVI, 7 Cheth. (ubi Keri עַרְבִים), et עַרְבִיאִים 2 Par. XVII, 11. Ceterum hoc nomine (quod a recentioribus potissimum frequentatur) non ingens illa peninsula designatur, quae apud Arabes et Graecos id nominis gerit, sed haud ita magnus terrae tractus ab oriente et austro Palaestinae, fortasse idem qui *Ismaëlitis* assignatur ab antiquioribus scriptoribus (v. יִשְׁמָעֵאל s. rad. שָׁמַע): quo factum, ut Jer. XXV, 23 copuletur cum aliis Arabum tribubus, Dedan, Bus, Thema, Ezech. XXVII, 21 cum Kedar, saepe cum Philistaeis in numero hostium Israëlis 2 Par. et Neh. ll. cc.; semel tantum 2 Par. XXI, 16 meridionalis Arabiae incolae intelligendi sunt. In iisdem regionibus Palaestinae vicinis quaerendi sunt Arabes, qui cum Maccabaicae et Herodianorum dynastiae principibus modo coniuncti erant modo bellum gerebant (v. Wineri Reall. I p. 92), neque latius patet Arabia N. T. (Gal. 1, 17. 4, 25) et Eusebii, qui (v. *Μαδιάν*) ita de Midianitis: *κεῖται ἐπέκεινα τῆς Ἀραβίας πρὸς νότον ἐν ἐρήμῳ τῶν Σαρακηνῶν τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἐπ' ἀνατολάς.* — Antiquissima nominis mentio videtur apud Homerum, Od. 4, 84: *Αἰθίοπας ἱκόμην καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβούς*, ubi *Ἐρεμβούς* Arabes iam esse Posidonii erat opinio Straboni quoque probata (XVI p. 784).

עֲרָבָה f. *regio arida*, *desertum* Iob. XXIV, 5. XXXIX, 6. Jes. XXXIII, 9. XXXV, 1. 6. XL, 3. XLI, 19. LI, 3. Jer. II, 6. XVII, 6. L, 12. LI, 43. LXX sexies *ἔρημος*, alibi *ἄβατος*, *ἄπειρος*, *γῆ διψῶσα*, *ἕλος* (Niederung, Wiese) Jes. XXXIII, 9, Aqu. ter *ὁμαλή*, *ὁμαλής*. Symm. plerumque *πεδιάς*, *πεδινή*. Cum art. הָעֲרָבָה (c. He locali הָעֲרָבָתָה Jos. XVIII, 18) est regio illa depressior, plana et maximam partem arida, quae a mari Galilaeo usque ad sinum Aelaniticum protenditur (Deut. I, 1. II, 8), Jordane et mari mortuo rigata Deut. I, 7. III, 17. IV, 49. XI, 30. Jos. XII, 1. 3. 8. VIII, 14. XI, 2. 8. 16. XV, 2. 2 Sam. II, 29. IV, 7. 2 Reg. XXV, 4. Jer. XXXIX, 4. LII, 7. Ez. XLVII, 8, unde ipsum hoc mare יָם הָעֲרָבָה appellatur Deut. III, 17. IV, 49. Jos. III, 16 (ubi additur יָם הַמֶּלַח). XII, 3. 2 Reg. XIV, 25, cf. Hitzig Jonas Orakel üb. Moab p. 5 sqq. Credner, Studien und Kritiken 1833 p. 799 sqq. Graece ea inde a Libano *Αὐλών* appellata est, teste Eusebio: *πεδιὰς μεγάλη ἐπίμηκος ὁ Αὐλὼν εἰς νῦν καλεῖται· αὕτη δὲ περιέχεται ὄρεσιν ἑκατέρωθεν, παρατείνουσιν ἐκ τοῦ Λιβάνου καὶ ἔτι ἄνωθεν ἐπὶ ἐρήμου Φαράν. Εἰσὶ δὲ ἐπὶ Αὐλῶνος πόλεις ἐπίσημοι καὶ ἡ πρὸς αὐτῇ λίμνη, Σκυθόπολις, Ἱεριχώ, καὶ ἡ νεκρὰ θάλασσα, αἵ τε περὶ αὐτὰς χῶραι, ὧν μέσος Ἰορδάνης φέρεται, ἐξιὼν μὲν ἀπὸ τῶν κατὰ Πανεάδα πηγῶν εἰς δὲ τὴν νεκρὰν θάλασσαν ἀφανιζόμενος,* arabice الغور, *el Ghôr* (regio profunda, cava) v. Abulf. Syria pag. 9, et ab austro maris mortui antiquo nomine العربة *el-Araba.* Burckhardt (itin. Syr. ed. germ. p. 731): das Thal el Araba ist eine Fortsetzung des Ghôr, von welchem man behaupten kann, dass es sich vom rothen Meere bis zu den Quellen des Jordan erstreckt. Das Thal dieses Flusses *erweitert sich in der Gegend von Jericho* (quae eius pars in pl. עַרְבוֹת יְרֵחוֹ appellatur Jos. V, 10. 2 Reg. XXV, 5, et ab oriente Jordanis עַרְבוֹת מוֹאָב Vulg. campestria Moab, v. מוֹאָב p. 775), und die dasselbe einfassenden Hügel vereinigen sich zu einer Kette von Gebirgen, die das todte Meer bald weiter, bald dichter einschliessen. Am südlichen Ende desselben nähern sie sich wieder, und bilden ein Thal, welches dem nördlichen Ghôr ähnlich sieht, aber wegen Mangel an Wasser wüste ist." „Die Existenz des Thales el Araba .... scheint sowohl alten als neuen Geographen unbekannt gewesen zu seyn, wiewohl es einen charakteristischen Zug in der Chorographie von Syrien und Arabia Petraea ausmacht." Cf. p. 575. 593 sqq. 659—664. Robinson, Zeitschr. f. Kunde des Morgenlandes II, 371: „Dem Thale zwischen jener Abstufung und dem Meere wird der Name Ghôr (الغور) gegeben, weiter nach Süden wird das ganze breite Thal *Wady Araba* genannt." — *Rivum Arabae* (נַחַל הָעֲרָבָה) Am. VI, 14, quippe qui regni Ephraemitici terminum australem efficiat, non eundem

esse atque נַחַל הָעֲרָבִים Jes. XV, 7, qui in australem sinum maris mortui effunditur, supra observavimus v. עָרַב: neque alius ille videtur quam *Kedron*, qui, postquam Arabam pertransiit, in maris mortui septentrionalem sinum se exonerat. — De etymo vocis עֲרָבָה Crednerus h. l. p. 802 sqq. hanc proponit coniecturam satis ingeniosam, eam proprie *salicetum* significasse (ab עָרָב غَرَبٌ salix) et Jordanis ripam designasse arboribus spec. salicibus (Burckhardt l. c. p. 594) consitam, dein ad integram illam planitiem, etsi aridam, denique ad *quodvis desertum* translatam esse: sed ubique tamen ipsa Jordanis ripa arboribus ornata, quae hebr. גְּאוֹן הַיַּרְדֵּן dicitur (p. 253), ab hac planitie ad miliarii germanici latitudinem excurrente accurate distinguitur, neque credibile est *regionis desertae et sterilis* nomen repetitum esse a *saliceto*, re paene contraria. Accedit analogia grammatica, de qua pro *saliceto* exspectares מַעֲרָבָה (cf. מִקְשָׁה, مَقْثَأَةٌ Lgb. p. 512. 13. de Sacy gr. arabe I, §. 587): certe huiusmodi denominativum formae קְטָלָה, עֲרָבָה vix et ne vix quidem reperias.

2) n. pr. oppidi Benjaminitarum, plene בֵּית הָעֲרָבָה v. pag. 195, kk.

עֲרָבִי et **עַרְבִי** *Arabs*, v. עֲרָב.

עָרַג 1) *ascendit*. (Arab. عَرَجَ id., II. inclinatam fecit structuram, VII. inclinavit se sol, part. مُنْعَرَجٌ locus inclinatus, مَعْرَجٌ locus quo ascenditur, scala, تَعَرُّجٌ inclinatio, propensio in rem). Aeth. ዐርገ: ascendit, ምዕራግ: ascensus, clivus). — 2) Sq. עַל et אֶל *appetiit*, *desideravit* aliquid. (Arab. Conj. II. V. institit, intentus fuit rei, gr. ὀρέγω. Ut hoc proprie est: manum extendere ad aliquid, nach etwas reichen, recken, ita fort. hebr. corpore in digitos erecto et brachio porrecto rem altam appetere). Ps. XLII, 2: כְּאַיָּל תַּעֲרֹג עַל אֲפִיקֵי מָיִם כֵּן נַפְשִׁי תַעֲרֹג אֵלֶיךָ אֱלֹהִים. LXX. ἐπιποθεῖ. Symm. σπεύδει, et ita Chald. Hieron. Joël I, 20: גַּם בַּהֲמוֹת שָׂדֶה תַּעֲרוֹג אֵלֶיךָ LXX. ἀνέβλεψαν πρὸς σέ. Vulg. *suspexerunt ad te*. Targ. *spectant ad te*. Sed Hebraei interpretes, in his Arabs inedit. ap. Pocockium ad Joël l. c. (qui תערג reddit تَعِجُّ), praeterea Syrus, qui utroque loco habet ܓܥܳܐ, ערג verbum proprium de cervorum sive balatu sive ruditu esse volunt, conf. gr. lat. ὀρύγω, ὠρύω, ἐρύγω, ἐρεύγομαι, *rugio*: quae ratio non temere spernenda est, ei saltem non obstat quod עָרַג Ps. l. c. animae (v. enim Iob. XXIV, 12) et Joël l. c. pecori domestico tribuitur (vox enim cervi modo cum ovium balatu, modo cum boum mugitu comparatur, v. Boch. Hieroz. II p. 220 Lips.), nihilominus significatio supra proposita, quippe quae Arabum et Aethiopum usu firmata sit, iccirco etiam praeferenda est quod verbum עָרַג ita apte conciliatur cum nomine עֲרוּגָה. Cf. Lud. de Dieu Crit. s. p. 136. Boch. Hieroz. II p. 239 Lips. Ludolf comment. p. 208.

עֲרוּגָה f. Cant. V, 13. VI, 2. Ez. XVII, 7. 10. Vulg. *areola* horti in medio ascendens (erhöhtes Gartenbeet), v. rad. no. 1, apte ad Cant. V, 13, ubi מִגְדָּלוֹת eodem modo accipi possunt. Aqu. Symm. in Cant. πρασιαί. LXX. Ez. βόλος, rectius cod. Alex. βῶλος. Kimchi *sulcos*, *series*que plantarum intelligit, quasi עָרַג sit i. q. עָרַךְ, invito contextu in Cant., qui idem obstat interpretationi a J. D. Mich. propositae, de qua עֲרוּגָה sit scala s. lorica plantis alligandis (Geländer) coll. مِعْرَجٌ scala.

עָרַד rad. inusit. Arab. عَرَدَ et عَرِدَ fugit (cf. affine חָרַד), unde עָרוֹד onager, ut animal pavidum et velocissimi cursus. Bochartus quidem (Hieroz. II p. 218 Lips.) suspicatur, עָרוֹד ὀνοματοποιητικόν esse, a *rudendo*, quoniam, quamprimum hominem conspiciat, rudere incipiat, neque hoc contemnendum, licet in linguis Semiticis (sanscr. *rud* est *flere*) eius vestigia desiderentur. Syri s. hac rad. habent ܥܪܳܕܽܘܬܳܐ L. A. غلم effrenatio in libidinem, ܡܥܰܪܕܢܳܐ شبواني libidinosus, ܡܥܰܪܕܢܽܘܬܳܐ فجور improbitas, stuprum, ܡܥܰܪܕܳܐ et ܡܥܰܪܕܰܢܳܐ فاجر علق فتيكة libidinosus, moechus, ܡܥܰܪܕܽܘܬܳܐ علاقة (sic!) فجور amor, stuprum (pro ܬܶܬܥܰܪܕܽܘܢ Deut. XIV, 1, quod Gabr. Sionita reddit: effrenatus fuit, legendum videtur ܬܶܬܓܰܪܕܽܘܢ scalpsit se), sed haec secundaria existimo, ab onagro ducta; onager enim femina „gaudet copia libidinis" Plin. 8, 30 s. 46 cf. Jer. II, 24.

עָרוֹד m. *onager* Iob. XXXIX, 5 i. q. parall. פֶּרֶא, quarum vocum haec Hebraeis usitatior, illa Aramaeis fere propria est. Chald. עֲרוֹד, עֲרוֹדָא in Targg. pro פֶּרֶא, syr. ܥܪܳܕܳܐ onager, L. Adl. نحمور. Arab. عَرْدٌ sec. Kam. الحمار asinus. Praeterea haec vox (r et d transpositis) transiisse videtur in medii aevi Graecitatem, in qua asinus et domesticus et silvester appellatur γαδοῦρις, γαδούριον, γαϊδούριον, γάδαρος f. γαδάρα, γάϊδαρος, etiam ἀείδαρος, ἀειδούριον v. du Fresne glossar. p. 28. Certe haec istarum vocum origo probabilior est, quam Grammaticorum etymon, quibus ἀείδαρος dicitus est διὰ τὸ ἀεὶ καὶ πάντοτε δέρεσθαι.

עֲרָד n. pr. 1) urbis regiae Cananaeorum in finibus australibus Cananaeae sitae Num. XXI, 1. XXXIII, 40. Jos. XII, 14. Ad austrum eius erat desertum Iud. I, 16. Eusebii et Hieronymi tempore erat villa vicina deserto Cades, 20 miliaribus distans ab Hebrone meridiem versus. De episcopis eius urbis v. Relandi Pal. p. 574. le Quien Or. christ. III, 730. Nomen eius hodieque

superstes est in تل عراد, quomodo appellatur collis haud procul ab angustiis الصفاة i. e. צְפַת (Iud. I, 17), v. Robinson in Zeitschr. f. Kunde des Morgenl. II, 375. Videtur autem hic locus עֲרָד dictus esse ab *onagris* (pro בֵּית עֲרָד), erat enim deserto vicinus. — 2) viri 1 Par. VIII, 15.

עֲרָד m. chald. i. q. עָרוֹד (q. v.) *onager*. Plur. emphat. עֲרָדַיָּא. Dan. V, 21.

עָרָה *nudus fuit*, in Kal inusit. (Arab. عَرِيَ id. II. IV. nudavit, عَارٍ, عُرْيَان nudus, عُرْي nuditas, مَعْرًى locus corporis nudus. Origo esse videtur in *evellendo* [cf. אָרָה] plantas, crines, inde depilis, calvus, plantis arboribusque nudus fuit, cf. מַעֲרֶה, תַּעַר. Affinia sunt עָרַם et fort. עָרַף no. II).

Pi. עֵרָה, fut. conv. וַתְּעַר 1) *nudavit*, v. c. pudenda Jes. III, 17, clypeum (cui tegumentum inductum erat) XXII, 6: קִיר עֵרָה מָגֵן *Kir nudat clypeum* i. e. hosti obvertit clypeum nudum. Zeph. II, 14: אַרְזָה עֵרָה *tabulata cedrina denudarunt*, pro: tabulatis cedrinis abruptis parietes nudarunt. — 2) (fundamentum domus) denudavit, h. e. *evertit* domum Ps. CXXXVII, 7: עָרוּ עָרוּ עַד הַיְסוֹד בָּהּ. Inf. עָרוֹת Hab. III, 13. (Cf. גִּלָּה, גָּלָה Ez. XIII, 14. Mich. I, 6). Inde 3) *evacuavit* vas, *effudit* (quo facto fundus eius nudatur) Gen. XXIV, 20. 2 Par. XXIV, 11. Ps. CXLI, 8: אַל תְּעַר נַפְשִׁי *ne effundas vitam meam* h. e. sanguinem meum. Cf. Hiph. no. 2.

Hiph. 1) *nudavit*, ut pudenda, Lev. XX, 18. 19. — 2) *effudit*. Jes. LIII, 12: הֶעֱרָה לַמָּוֶת נַפְשׁוֹ *effudit in mortem vitam suam*, vitam suam morti tradidit. (Arab. أَسَالَ نَفْسَهُ animam suam effudit, h. e. tradidit v. c. يهين النفس واساله *contemsit vitam et effudit eam* poët. ap. Lett. ad Amrulk. p. 213, syr. ܐܫܕ ܢܦܫܗ Iud. IX, 17 Pesch. pro hebr. הִשְׁלִיךְ נַפְשׁוֹ. Eadem sententia Arabes et Hebraei dicunt: *proiicere vitam* عرض نفسه, הִשְׁלִיךְ הַנֶּפֶשׁ q. v., eam *contemnere* s. *vilem habere* بذل, اهان, v. ad חֵרֵף p. 523 A, Lette ad Cant. Deb. p. 122, gr. παραβάλλεσθαι, unde *parabolanus*.

Niph. pass. Hiph. no. 2 *effusus est* Jes. XXXII, 15 (de spiritu).

Hithp. 1) *se nudavit* Thren. IV, 21. — 2) *effudit, diffudit se* (de arbore patula) Ps. XXXVII, 35, cf. de h. l. s אֶזְרָח p. 431 A.

עָרָה pl. עָרוֹת f. Jes. XIX, 7 *loca nuda* i. e. arboribus destituta (cf. מַעֲרֶה) h. l. de graminetis ad oras Nili. Arab. عَرًا, عَرَاء, عَرَاةٌ locus apertus, et spatiosus, campus apertus, poët. ap. Schult. ad Iob. p. 1122, spec. de litore maris Cor. 37, 145. 68, 49. LXX. τὸ ἄχι τὸ χλωρόν. Saad. horti. Kimchi: herbae virides.

עֶרְוָה f. 1) *nuditas*. כִּסָּה עֶרְוַת פ׳ texit aliquem nudum (vestibus) Ez. XVI, 8. Hos. II, 9 (11). Metaph. עֶרְוַת הָאָרֶץ *nuditas terrae* terrae pars minus munita hostibusque aditu facilior (cf. hom. τεῖχος ἐγυμνώθη Il. 12, 399). Gen. XLII, 9. 12. Arab. عَوْرَةٌ nuditas, pudenda, dein locus praesidio vacuus in finibus aut bello, de quo timetur. Kam. Cor. 33, 13, v. poët. ap. Schult. ad Prov. p. 163. Taraph. 97 Reisk. (100 Vullers, qui aliam scripturam recepit), ad quem locum schol. R. عوراتها اى مخافة العدو كقوله تعالى بيوتنا عورة اى حذا العدو i. e. ε *loci ubi timetur a hostibus*, *ut in Corano* [l. c.]: *domus nostrae* عورة *i. e. expositae sunt hostibus*, et schol. Calc. العورة كل خلل يتخوف منه فى حرب. Lebid. 66, it. عور IV. nudum latus praebuit hosti, male pugnavit (sich Blössen geben im Kampfe) v. Ham. Schult. p. 369 ad Har. VI p. 232. — 2) *pudenda* Gen. IX, 22. 23. Ex. XX, 26. Lev. XX, 17. Ez. XVI, 37. XXIII, 29. Thren. I, 8. גִּלָּה עֶרְוַת פ׳ nudavit pudenda mulieris, vel ignominiae causa Jes. XLVII, 3, vel ad coitum, v. גָּלָה no. 1, a, ubi etiam dictum est de locutione: *retexit pudenda patris*. בְּשַׂר עֶרְוָה caro pudendorum Ex. XXVIII, 42. LXX. ἀσχημοσύνη, αἰσχύνη. Inde 3) *foeditas, turpitudo*. עֶרְוַת דָּבָר foeditas rei i. e. foedum quid, de excrementis Deut. XXIII, 15, de re foeda, quam quis in uxore reperiat quaeque legitimam divortii causam praebeat ib. XXIV, 1, int. (coll. XXIII, 15) foedum vel turpe quid, quod fastidium mariti moveat, velut morbum foedum, ulcus purulentum, foetorem vel oris vel alius membri (arab. لخن), fortasse spurcitiem turpem. Notissimae sunt de h. l. doctorum Judaicorum aetate Christi sententiae, ex quibus Hillel, laxioris disciplinae patronus, ערות דבר (urgens videlicet invitis linguae legibus vocem דבר) interpretabatur de quavis re vel minimi momenti marito displicitura, quam rationem plerique amplectebantur (Joseph. Arch. 4, 8 §. 23: γυναικὸς τῆς συνοικούσης βουλόμενος διαζευχθῆναι καθ᾽ ἃς δηποτοῦν αἰτίας, πολλαὶ δ᾽ ἂν τοῖς ἀνθρώποις τοιαῦται γινοῖντο, e recentioribus Michaëlis, iure Mos. II §. 250), rectius contra Schammai cum suis, severioris ubique disciplinae vindex, nonnisi de re *turpi* et *indecora* (כעור), velut de adulterio (neque tamen de hoc solo) vel habitu indecoro, scissis ad nuditatem usque vestibus cet. (v. Misna et Gem. Gittin 9, 10. Seldeni uxor Ebraica III c. 16 — 20. Buxtorf sponsal. et divort. p. 85 sqq. 122 sqq.); quanquam ipse legislator adulterium, ut morte (non divortio) puniendum dicere non potuit, et locus vicinus XXIII, 15 vitium in corpore situm intelligere iubeat. LXX satis bene: ἄσχημον πρᾶγμα. Vulg. aliqua foeditas. Saad. امر قبيح foedum, turpe quid, sed Onk. עֲבֵירַת פִּתְגָם *transgressio quaedam*. (Arab. عرى XII. aggressus est et patravit turpe quid). Inde *dedecus, ignominia*. Jes. XX, 4: *abducet rex Assyriorum captivos Aegypti ...... nudis*

natibus עֶרְוַת מִצְרָיִם *in ignominiam Aegypti.* LXX. εἰς αἰσχύνην Αἰγύπτου. 1 Sam. XX, 30: עֶרְוַת אִמֶּךָ *ignominia matris tuae* i. e. *ignominiosa mater tua*, ut bene Vulg.

עַרְוָה f. chald. *evacuatio* i. e. *damnum* (regis) Esr. IV, 14. Cf. rad. Pi. no. 3.

עֶרְיָה f. *nudatio*, *nuditas*. Hab. III, 9: עֶרְיָה תֵעוֹר *nuditate nudatur*, ubi verbale ponitur pro inf. absoluto. Alibi concr. Ez. XVI, 7: אַתְּ עֵרֹם וְעֶרְיָה *tu eras nuda et nuditas* nudata (nackt und bloss). 22. 39. XXIII, 29. Mich. I, 11: *emigra* .... עֶרְיָה בֹשֶׁת *nudata*, *ignominiâ tecta*.

מַעֲרֶה m. *locus nudus* i. e. campus arboribus domibusque carens. Iud. XX, 33: מַעֲרֵה גָבַע Targ. מֵישַׁר גִּבְעֲתָא planities *Gibeae*. Cf. arab. عَرَى quicquid circumiacet urbem pr. tractus nudus circa eam.

מַעַר (pro מַעֲרָה) m. 1) *nuditas*, *pudenda* i. q. עֶרְוָה Nah. III, 5. — 2) *spatium nudum* i. e. *vacuum*. 1 Reg. VII, 36: כְּמַעַר אִישׁ *pro spatio vacuo singularum* (taeniarum), je nach dem leeren Raume einer jeden Leiste.

מערות pl. f. 1 Sam. XVII, 23 in Chethibh, prob. scriptura mendosa pro מַעַרְכוֹת in Keri, quod vertendo exprimunt omnes veteres interpretes.

מַעֲרָת (i. q. מַעֲרָה) n. pr. oppidi in montanis Iudae. Jos. XV, 59.

תַּעַר m. (Num. VI, 5. Ps. LII, 4, sed Jes. VII, 20: תַּעַר הַשְּׂכִירָה *novacula conductionis* i. e. conducta copulatur cum verbo fem. תְּסַפֶּה) *novacula*, quippe quae cutem *nudet* et calvam reddat, Num. VI, 5. VIII, 7. Ps. LII, 4. Jes. VII, 20, plene תַּעַר הַגַּלָּבִים Ez. V, 1, ut discernatur a תַּעַר הַסֹּפֵר cultello scribarum, quo calamus acuitur Jer. XXXVI, 23. — תַּעַר *vagina* v. s. rad. תָּעַר.

עָרַךְ fut. יַעֲרֹךְ *ordine s. ad lineam disposuit*, *struxit*, nostr. *reihen*, *richten*, gr. τάσσω, τάττω (vic. אָרַךְ recta protendit, extendit, et in linguis indogerm. *Reihe* [Reige, Riege], *reihen*, intens. *recken*; *rego* [non pro *reago*, ut nonnulli volunt], *regula*, *rectus*, it. *rigeo* starr seyn, *rigor* gerade Linie). V. c. ligna in altari Gen. XXII, 9. Lev. I, 6. 1 Reg. XVIII, 33, panes in mensa sacra Lev. XXIV, 8 (cf. מַעֲרֶכֶת no. 1), it. *instruxit* (zurichten) mensam ad convivium Prov. IX, 2. Jes. XXI, 5. LXV, 11. Ez. XXIII, 41 cf. Ps. LXXVIII, 19, aram Num. XXIII, 4, candelabrum Ex. XXVII, 21. Lev. XXIV, 3. 4. Ps. CXXXII, 17, arma ad pugnam Jer. XLVI, 3: עִרְכוּ מָגֵן וְצִנָּה cf. 1 Par. XII, 8. Adde Jes. XXX, 33: כִּי עָרוּךְ מֵאֶתְמוּל תָּפְתֶּה *nam paratum est iam diu bustum* eius. 2 Sam. XXIII, 5: בְּרִית עוֹלָם עֲרוּכָה בַכֹּל *foedus sempiternum instructum* i. e. firmatum *omnibus* modis. Spec. dicunt a) עָרַךְ מִלְחָמָה instruxit aciem Iud. XX, 20. 22. 1 Sam. XVII, 8. 2 Sam. X, 8, sq. אֶת et לִקְרַאת contra aliquem 1 Sam. XVII, 2. Gen. XIV, 8. Part. עֹרְכֵי מִלְחָמָה 1 Par. XII, 33. 35, et עֱרוּךְ מִלְחָמָה Joël II, 5 ad pugnam instructus. Omisso vc. מִלְחָמָה id. Iud. XX, 30. 33. 1 Sam. IV, 2. XVII, 21, sq. עַל, לְ, לִקְרַאת in aliquem, 2 Sam. X, 9. 10. 17. Jerem. L, 9. 14. Part. עָרוּךְ instructus (ad pugnam) Jer. VI, 23. L, 42. — Sq. acc. Iob. VI, 4: יַעַרְכוּנִי q. d. *oppugnant me.* b) עָרַךְ מִלִּים verba struxit i. e. fecit, protulit, sq. אֶל contra aliq. Iob. XXXII, 14, it. omisso מִלִּים Iob. XXXVII, 19: לֹא נַעֲרֹךְ מִפְּנֵי־חֹשֶׁךְ *nihil proferremus prae tenebris* i. e. ignorantia. XXXIII, 5: עֶרְכָה לְפָנַי *strue* verba tua *ante me*, propone mihi sententiam tuam. Jes. XLIV, 7: יַעְרְכֶהָ לִּי *proponat mihi* ad quae provocat, et ellipt. Ps. V, 4: בֹּקֶר אֶעֱרָךְ־לְךָ *mane tibi propono* preces meas. c) עָרַךְ מִשְׁפָּט instruxit litem s. causam forensem Iob. XIII, 18, sq. לִפְנֵי XXIII, 4: אֶעֶרְכָה לְפָנָיו מִשְׁפָּט *instruam coram eo* (Deo) *causam* cf. Ps. L, 21 de Deo: אוֹכִיחֲךָ וְאֶעֶרְכָה לְעֵינֶיךָ *arguam te tibique ante oculos ponam* iniuriam tuam, o Israël. (Lat. instruere accusationem Cic.).

2) sq. לְ *composuit* (zusammenstellen mit etwas), *contulit*, *comparavit* (vergleichen). Jes. XL, 18: מַה־דְּמוּת תַּעַרְכוּ־לוֹ *quam similitudinem ei comparabitis?* Ps. LXXXIX, 7. XL, 6: אֵין עֲרֹךְ אֵלֶיךָ *nihil est quod tibi comparari possit.* Iob. XXVIII, 17. 19 (quo utroque loco ־ֶנָּה est dativus pro לָהּ).

3) *aestimavit* (quod fit pretium rei cum pecunia contendendo), v. Hiph., inde *magni fecit* (cf. חָשַׁב). Iob. XXXVI, 19: הֲיַעֲרֹךְ שׁוּעֲךָ *num divitias tuas magni faciet* i. e. respiciet?

Hiph. i. q. Kal no. 3 *aestimavit* Lev. XXVII, 8 sq. 2 Reg. XXIII, 35.

עֵרֶךְ m. cum Suff. עֶרְכּוֹ 1) *ordo*, *strues*, panum appositiciorum Ex. XL, 23. — 2) *instructio*, *apparatus*, spec. vestium, armorum. Iud. XVII, 10: עֵרֶךְ בְּגָדִים *apparatus vestium* (Ausrüstung mit Kleidern) i. e. quaecunque ad vestitum pertinent. Egregie LXX. Vatic. στολὴ ἱματίων, στολή enim vox est in hac re propria (cf. lat. *stola*); Alex. ζεῦγος ἱματίων, Jon. זוּג לְבוּשִׁין, unde Vulg. *vestem duplicem* (quod vindicare studet Lud. de Dieu ad h. l. coll. aeth. ሀርዊ: socius). De *armaturâ* (qs. stolà) crocodili Iob. XLI, 4. — 3) *aestimatio*, *taxatio pretii.* בְּעֶרְכְּךָ secundum aestimationem tuam (sacerdos) Lev. V, 15. 18. 25. XXVII, 2. 27. Num. XVIII, 16. 2 Reg. XXIII, 35: אִישׁ כְּעֶרְכּוֹ quisque pro aestimatione sua i. e. prout opes eius aestimatae erant. XII, 5: *omnis pecunia, quam afferunt in templum* אִישׁ כֶּסֶף נַפְשׁוֹת עֶרְכּוֹ *quisque pecuniam animarum aestimationis suae* i. e. pecuniam redimendis hominibus pro aestimatione solvendam. Lev. XXVII, 12: כְּעֶרְכְּךָ הַכֹּהֵן *secundum aestimationem tuam*, *sacerdotis* inquam, et sic Comm. 2: בְּעֶרְכְּךָ נְפָשֹׁת לַיהוָה *secundum aestimationem tuam* sacerdotis *homines* offerantur *Jovae.* (Cf. de Wette et Dettinger in theol. Studien und Kritiken 1831 p. 303. 1832. no. 395.

396), Inde *pretium*, quo res aestimanda est. Levit. XXVII, 3: וְהָיָה עֶרְכְּךָ חֲמִשִּׁים שֶׁקֶל *sit pretium, quo a te aestimetur, quinquaginta siclorum.* 4—7. 13. 15. 19. 25. 27. Comm. 8: אִם מָךְ הוּא מֵעֶרְכֶּךָ *si pretio a te constituto solvendo impar est.* — Iob. XXVIII, 13: *non novit homo pretium eius* sapientiae. Ps. LV, 14: אַתָּה אֱנוֹשׁ כְּעֶרְכִּי *tu homo, quem mihi ipsi aequiparabam,* quem diligebam ut me ipsum. LXX saepe τίμη, συντίμησις pretium.

מַעֲרָךְ m. *dispositio, consilium.* Prov. XVI, 1: מַעַרְכֵי־לֵב consilia animi.

מַעֲרָכָה pl. מַעֲרָכוֹת f. 1) *dispositio, instructio.* נֵרוֹת הַמַּעֲרָכָה lucernae instructae (candelabri sacri) Ex. XXXIX, 37; spec. 2) *strues* lignorum in altari Iud. VI, 26 (cf. verbum Gen. XXII, 9), panum faciei Levit. XXIV, 6. 3) *acies instructa* 1 Sam. IV, 2. 12. 16. XVII, 20. 21. 22. 48. 1 Par. XII, 38.

מַעֲרֶכֶת pl. מַעַרְכוֹת cstr. מַעַרְכוֹת f. 1) *strues, ordo* (Reihe), ut panum faciei in templo, quorum sex ordines erant Lev. XXIV, 6, unde לֶחֶם הַמַּעֲרֶכֶת in libris recentioribus i. q. in antiquioribus לֶחֶם הַפָּנִים 1 Par. IX, 32. XXIII, 29. Neh. X, 34, etiam omisso לֶחֶם 2 Par. II, 3; it. מַעֲרֶכֶת לֶחֶם XIII, 11. שֻׁלְחַן הַמַּעֲרֶכֶת mensa, in qua panes appositi erant. XXIX, 18. — 2) pl. *ordines militum, acies.* 1 Sam. XVII, 8: מַעַרְכוֹת יִשְׂרָאֵל 10. 26. 45, מ׳ אֱלֹהִים ib. 26. 36, מ׳ פְלִשְׁתִּים ib. 23. LXX. παράταξις.

עָרֵל 1) *praeputiatus est.* (Arab. غَرِلَ id. Origo in nimia longitudine esse videtur, nam غَرِلٌ et أَغْرَلُ est: *longus* de hasta, *nimis longus*, de viro, cf. quadril. غُرْمُولٌ veretrum bestiae, penis longus et crassus; vel in impuritate, cf. عَرِيلٌ et غِرْيَنٌ, غِرْيَنٌ lutum in fundo stagni, sedimentum, pulvis: praeputium enim ab Orientalibus munditiei caussa adimitur, et impuritatis vim habet cf. لَخِنَ foetuit, لَخَنٌ foetor vulvae, spurcities, it. praeputium habens vir, لَخْنَاءُ ancilla foetens pudendis et incircumcisa). — 2) denom. ab עָרְלָה: *ut praeputiatum i. e. impurum et profanum removit.* Lev. XIX, 23: *si arbores fructiferas plantatis* וַעֲרַלְתֶּם עָרְלָתוֹ אֶת־פִּרְיוֹ *praeputii instar removeatis fructus eorum.* LXX. περικαθαριεῖτε τὴν ἀκαθαρσίαν αὐτοῦ. Vulg. auferetis praeputia eorum. Onk. removebitis fructus eorum. Sequitur: *tres annos* יִהְיֶה לָכֶם עֲרֵלִים *sint vobis praeputiati* i. e. immundi, ut recte Vulg. (Castellus quidem col. 2904 habet „غرل remotus est Avic. I, 207 lin. 21", sed ibi legitur يعرل et reponendum erat يعزل ab عزل removit).

Niph. praeputiatum sisti, cerni Hab. II, 16, de homine barbaro ebrio, qui pudenda praeputiata turpiter retegit, cf. Comm. 15. Kimchio הֵעָרֵל l. c. dictum videtur pro הֵרָעֵל *vertigine corripere*, et sic iam LXX. σαλεύθητι καὶ σείσθητι.

עָרֵל m. cstr. עֲרַל Ez. XLIV, 9, et עֲרַל Ex. VI, 12 adj. *praeputiatus* Gen. XVII, 14. Ex. XII, 48. Jos. V, 7, saepe contemtim cum notione immundi et profani, de Philistaeis, Iud. XV, 18: וְנָפַלְתִּי בְּיַד הָעֲרֵלִים. 1 Sam. XIV, 6. XVII, 26: מִי הַפְּלִשְׁתִּי הֶעָרֵל הַזֶּה *quis est Philistaeus iste praeputiatus?* 36. XXXI, 4. 2 Sam. I, 20. 1 Par. X, 4, aliisque gentilibus Jes. LII, 1: עָרֵל וְטָמֵא *praeputiatus et impurus.* Ezech. XXVIII, 10. XXXI, 18. XXXII, 19. 21. 24 sqq. Translate dicitur a) de arboribus, v. verbum no. 2. b) de labio, aure, corde. עֲרַל שְׂפָתַיִם praeputiatus labiis, i. e. gravis loquelae (יַקִּיר מַמְלַל Onk.), balbus, cuius labia praeputio quasi clausa sunt et propterea iusto longiora et graviora, quam ut sermonem facile proferre possint. Exod. VI, 12. 30. Similiter Jer. VI, 10: עֲרֵלָה אָזְנָם *auris eorum est praeputio clausa*, et עַרְלֵי לֵבָב cor eorum non circumcisum, ad quod pietatis praecepta penetrare non possunt Levit. XXVI, 41. Ez. XLIV, 9. Cf. Act. VII, 51. LXX. ἀπερίτμητος, semel (Jos. l. c.) ἀκρόβυστος.

עָרְלָה f. pl. עֲרָלוֹת (Jos. V, 3) cstr. עָרְלוֹת 1 Sam. XVIII, 25 1) *praeputium* LXX. ἀκροβυστία, semel ἀκαθαρσία Lev. XIX, 23. (Arab. غُرْلَةٌ, syr. ܥܘܪܠܘܬܐ id., nam ܥܘܪܠܐ est concr. incircumcisus Act. XI, 3, Lex. Adl. اغرل غير مختون اقلف. 1 Sam. XVIII, 25. 2 Sam. III, 14. Jer. IX, 24. בְּשַׂר הָעָרְלָה membrum praeputiatum Gen. XVII, 11. 24. Lev. XII, 3. Metaph. עָרְלַת־לֵב praeputium cordis (v. supra) Deut. X, 16. Jer. IV, 4 (cf. arab. قلوب غلف Cor. sur. 2, 82. 4, 154 et contrarium περιτομὴ καρδίας Rom. II, 28). — 2) *praeputium arboris* i. e. fructus primi triennii, ex lege pro impuris habendi Lev. XIX, 23. Cf. rad. no. 2. — Pl. עֲרָלוֹת n. pr. (collis) praeputiorum, in vicinia Gilgal Jos. V, 3.

I. עָרַם vel עָרֹם 1) *nudus fuit*, unde עֵרֹם, עָרֹם, nudus, מַעֲרֻמִּים nuditates. (Affines sunt radd. עָרָה, עוּר no. II, et fort. עָרַךְ. Arab. عَرَمَ I. V. carne nudavit os, it. cortice arborem camelus. Intrans. عَرِمَ malignus, protervus fuit, pr. abiecto pudore animum malignum non texit, sed prae se tulit: *nackt* f. *schamlos, frech*). Sunt (Simonis ed. 1—3. Ewaldi gr. cr. p. 407, Fürstii concord.) qui *nuditatis* vim huic radici abiudicent et עָרֹם, עֵירֹם, adeoque עָרֹם revocent ad rad. עוּר no. II, sed ne dicam de forma עֲרוּמִּים, plane revincitur ista ratio nomine מַעֲרֻמִּים, quod nemo, nisi spretis grammaticae legibus, ad rad. עוּר revocabit. — 2) *callidus* fuit. (Syr. Pe. Pa. et Ethpe. callidus, versutus

fuit. Duas priores species exhibet Lex. Adl. hac addita interpretatione: احتال صار عقبا: adde ܥܪܡܘܬܐ et chald. עֲרִימָא callidus. Quae significatio vel cognata est arabicae عَرِمَ malignus fuit cf. κακοήθεια i. e. πανουργία; vel proficiscitur a prima potestate *glabri*, *depilis* et *detriti* coll. gr. τρίβων, τριβακός, τρίμμα). In Kal semel inf. absol. 1 Sam. XXIII, 22.

Hiph. 1) *callidum fecit.* Ps. LXXXIII, 4: יַעֲרִימוּ סוֹד *callidum faciunt consilium*, callida consilia capiunt. 2) *callide egit* 1 Sam. l. c., et in bonam partem *prudenter egit* Prov. XV, 5. XIX, 25.

עָרֹם 1 Sam. XIX, 24. Iob. I, 21. Jes. LVIII, 7, alibi plene עָרוֹם, f. עֲרֻמָּה Hos. II, 5, pl. עֲרוּמִּים Gen. II, 25. Iob. XXII, 6 adj. *nudus* Iob. I, 21. Eccl. V, 14. Mich. I, 8. Am. II, 16, adv. *nude* c. verbo pl. Iob. XXIV, 7: עָרוֹם יָלִינוּ. 10. Jes. XX, 4. Sed nudus dicitur etiam a) *male vestitus, pannosus* prae egestate. Iob. XXII, 6: בִּגְדֵי עֲרוּמִּים תַּפְשִׁיט. Jes. LVIII, 7. Sic γυμνός Jac. II, 15, et *nudus*, Sen. de benef. V, 13: „sic qui male vestitum et pannosum videt, nudum se vidisse dicit." Et hodierni Arabes, teste Seetzenio de eo, qui male vestitus iter facit, ne a latronibus infestetur, dicunt, eum iter facere مسلوخ *exutum* i. e. nudum. b) qui pallio (שִׂמְלָה) deposito sola tunica (כֻּתֹּנֶת) vestitus incedit. Jes. XX, 2. 1 Sam. XIX, 24. Cf. Joh. XXI, 7: τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο· ἦν γὰρ γυμνός. Virg. Ge. 1, 229 et quae ibi annotavit J. Henr. Vossius. Aurel. Vict. c. 17 de Q. Cincinnato: ad quem missi legati *nudum* eum trans Tiberin offenderunt. Cf. Cuperi observatt. 1, 7. Deyling observatt. s. IV p. 888.

עָרוּם m. 1) *callidus*, de homine Iob. V, 12. XV, 5, de serpente Gen. III, 1. — 2) in bonam partem *prudens*, opp. אֱוִיל Prov. XII, 16, כְּסִיל XII, 23. XIII, 16. XIV, 8, פֶּתִי XIV, 15. 18. XXII, 3. XXVII, 12. LXX. πανοῦργος, semel φρόνιμος Gen. l. c. (Iob. V, 12 δυνάστης pro עצום).

עֵירֹם, defective **עֵרֹם** Ez. XVI, 7. XVIII, 7. 16. XXIII, 29 *nuditas*. Deut. XXVIII, 48: בְּרָעָב וּבְצָמָא וּבְעֵירֹם *fame et siti et nuditate*. Ez. XVI, 7: וְאַתְּ עֵרֹם וְעֶרְיָה *tu autem eras nuditas et egestas* i. e. nudissima et auxilio destituta. 22. 39. XXIII, 29. Concr. *nudus* (cf. פְּתִי, שָׁלוֹם, קֹדֶשׁ al. huius generis abstracta max. מַעֲרֻמִּים). Gen. III, 11: מִי הִגִּיד לְךָ כִּי עֵירֹם אָתָּה. Comm. 10. Ez. XVIII, 7. 16, adeoque pl. עֵירֻמִּים *nudi* Gen. III, 7. Nomen est formae עֵילֹם i. q. עוֹלָם (cf. vicinam formam קִיטוֹר, כִּישׁוֹר Lgb. 499), sed tertia radicali dagessata, ut in נִחֻמִים, נִחוּמִים.

עֹרֶם m. *calliditas* Iob. V, 13.

עָרְמָה f. 1) *calliditas, astutia, dolus* Ex. XXI, 14. Jos. IX, 4. — 2) in bonam partem *prudentia* Prov. I, 4. VIII, 5. 12.

עַרְמוֹן m. *platanus* arbor Gen. XXX, 37. Ezech. XXXI, 8. Ita LXX et Saad. in Gen. (Ez. ἐλάτη), et in utroque loco Vulg. Targ. Pesch. (דְּלוּב, ܕܘܠܒܐ, دُلْب v. Kazwini in de Sacy chrest. arab. I, 523. III, 377, ad Abdoll. p. 80 sqq.), platanumque in Palaestina crescere, multi testantur, v. Celsii Hierob. I, 513. De etymo autem scite coniicit Hillerus in Hierophyt. I, 402, hanc arborem ita dictam esse, quippe quae sponte corticem abiiciat (ut quotannis facere solent platani) a rad. عرم cortice nudavit arborem. Rabbini *castaneam* interpretantur.

מַעֲרֻמִּים m. *nuditates* pro concr. *nudi* 2 Paral. XXVIII, 15.

II. עָרַם in Kal inusit. cogn. verbis חָרַם, אָרַם, רָאַם, רוּם, רָמַם chald. רְעַם *altus fuit.* (Syr. ܥܪܡ sed Lex. Adl. ܥܪܡ *coacervavit* كَوَّمَ. Ethpa. pass. Ex. XV, 8. ܥܘܪܡܐ tumulus, lex. Adl. تلّ وعر طريق عسر v. exempla a Cast. laudata, f. ܥܘܪܡܬܐ عرمة كومة تلّة كديس cumulus, acervus frugum. Arab. عرم V. coacervatus est, Saad., qui voces Hebraeas in interpretatione sua retinere solet, etsi apud Arabes hoc significatu rarae et durae sint, Ex. XV, 8 pro hebr. נֶעֶרְמוּ, عَرِمَ et عَرَمَةٌ acervus granorum in area, prius auctoritate Reiskii ad Golium Hauniensem ap. Freyt.).

Niph. *coacervatae sunt* aquae. Ex. XV, 8.

עֲרֵמָה cstr. עֲרֵמַת (Zere impuro) Cant. VII, 3, plur. cstr. עֲרֵמוֹת Nehem. III, 34, abs. עֲרֵמִים Jerem. L, 26 f. *acervus* Jer. l. c., v. c. granorum Cant. VII, 3, mergitum Ruth III, 7. Neh. XIII, 15. Hagg. II, 16. 2 Par. XXXI, 6 sqq., aggeris (Schutt) Neh. III, 34. Vide ad rad.

עָרַס rad. inusit. i. q. גָּרַס *comminuit* max. in partes grossiores, unde talm. גְּרִיס, גְּרוּסוֹת fabae contritae, polenta s. ptisana ex fabis (Grütze), ܓܪܘܣܐ cibus sorbilis ex tritico paratus (gekochte Weizengrütze) BB. ap. Cast. Cf. hebr. גֶּרֶשׂ.

עֲרִיסָה tantum in pl. עֲרִיסוֹת Num. XV, 20. 21. Neh. X, 38. Ez. XLIV, 30 *ptisana* vel *mola*, *farina crassior* (unde placentae fiunt Num. l. c.). Talmud. עַרְסָן est species frumenti contusi, quae in olla coquitur, et aegrotis datur, spec. far hordei vetusti, v. Buxtorf. p. 1669, syr. ܐܪܘܣܢܐ lex. Adl. شعير مقشور hordeum decorticatum, Ferr. ptisana, zythus, fort. etiam conferendum ܥܪܘܣܬܐ edulii genus, quod coqui solet et comedi BB. ap. Cast. — Vett. intpp. e contextu coniecisse

videntur, LXX. Vulg. in Num. φύραμα, *pulmentum*, ap. Neh. et Ezech. σῖτος, *cibus*, Targ. et Pesch. אַצְוָן, עַצְוָן, ܐܘܙܐ mactrae.

I. עָרַף i. q. רָעַף *stillavit* (rad. sonum quodammodo imitans, cf. נָטַף, דָּלַף, angl. to drop, germ. tropfen) Deut. XXXIII, 28, translate de sermone XXXII, 2.

עֲרִיפִים pl. (a sing. עָרִיף vel עֲרִיפָה, non עֲרִיף) Jes. V, 30 *stillationes*, poët. pro *nubibus* (cf. שְׁחָקִים) s. *coelo*. Saad. أقطار stillationes. Vulg. caligo. Integrum locum duce Hitzigio mutatis accentibus ita struo: וְנִבַּט לָאָרֶץ וְהִנֵּה חֹשֶׁךְ צַר וְאוֹר חָשַׁךְ בַּעֲרִיפֶיהָ *aspicit terram et ecce tenebras densas, et lucem* solis, ecce *obscurata est in nubibus suis* s. *in coelo suo*. In וְאוֹר ex priore membro supplendum לְ (pro וּלְאוֹר), et suffixum ־ֶיהָ (quod Hitzigius refert ad אֶרֶץ) referendum ad אוֹר, quod cum fem. copulatur Iob. XXXVI, 32. Kimchi, postquam observavit, עריפים ab aliis (ut Abulwalide) explicari *rudera* (cf. עָרַף Hos. X, 2), addit: ולפי דעתי כי בעריפיה כמו בְּשָׁמֶיהָ ר״ל כי השמש והסהר חשכו לה בשמיה מרב הצרה וכנה השמים עריפים על שם שיערפו טל. Nimirum צַר Rabbini h. l. lunam interpretantur i. q. סהר. Fuerunt qui conferrent غُرْفَة coenaculum Cor. 29, 58, quod etiam de coenaculis coeli adhibent Cor. 25, 75, pariter atque hebr. עֲלִיָּה: sed coenacula coeli hoc contextu minus apta sunt, quam nubes. Cf. etiam quadril. עֲרָפֶל.

II. עָרַף 1) primitus, ut suspicor, *rapuit, carpsit, vellit*, nost. *raufen*, quae potestas inest in syllaba primaria רף, רב, cf. רָפָא, רָפַף, רִיב et addita ab initio littera palatina vel gutturali גָּרַף, חָרַף, עָרַף. Inde عُرْف iuba equi (a vellendo dicta), عَرَّفَ evellit antias equi, et hebr. עֹרֶף cervix, prob. a iuba dicta. (In linguis indogermanicis congruunt *rapio, carpo, raffen, raufen*. Iubae et verticis significatum habes in gr. λόφος iuba, inde cervix, dorsum, κορυφή, κόρυμβος, κορύμβη vertex).

2) denom. ab עֹרֶף *cervices fregit* bestiae Exod. XIII, 13. XXXIV, 20. Deut. XXI, 4. 6. Jes. LXVI, 3. Translate *evertit*, *destruxit* aras Hos. X, 2.

עֹרֶף m. *cervix* bestiae Lev. V, 8 (arab. عُرْف iuba), hominis Iob. XVI, 12. Gen. XLIX, 8: יָדְךָ בְּעֹרֶף אֹיְבֶיךָ *manus tua* pugnus tuus (incumbat) *cervici hostium tuorum*. Nota formulas: a) נָתַן עֹרֶף terga dedit 2 Par. XXIX, 6, et פָּנָה עֹרֶף־אֶל terga obvertit alicui h. e. avertit se ab aliquo Jer. II, 27. XXXII, 33 cf. XVIII, 17: עֹרֶף וְלֹא פָנִים אַרְאֵם *cervice non facie intuebor eos* i. e. avertam me ab iis. b) פָּנָה עֹרֶף Jos. VII, 12, הִפְנָה ע׳ Jer. XLVIII, 39 et הָפַךְ עֹרֶף Jos. VII, 8 *terga vertit* i. e. fugit, syr. ܐܗܦܟ ܒܣܬܪܐ BH. 502. Assem. bibl. IV p. 120 et pers. پشت دادن. Eodem pertinet Ex. XXIII, 27: וְנָתַתִּי אֶת־כָּל־אֹיְבֶיךָ אֵלֶיךָ עֹרֶף *feci tibi omnes hostes tuos tergum*, feci ut terga verterent, eos fugavi. Ps. XVIII, 41. Sic Motenabbi ap. Köhler. observatt. p. 34: *mutas facies hostis in terga* i. e. fugas eos. c) קְשֵׁה עֹרֶף durae cervicis i. e. pertinax, v. קָשֶׁה, קָשָׁה. Cf. Jes. XLVIII, 4: גִּיד בַּרְזֶל עָרְפֶּךָ *filum ferreum est cervix tua* et lat. tantis cervicibus est Cic. Verr. III, 95.

עָרְפָּה (iuba, antiae, vel sec. Sim. i. q. עָפְרָה cerva) n. pr. mulieris Moabiticae Ruth I, 4. 14.

עֲרָפֶל m. quadrilitt. *caligo nubium*, *nubes densae*, Ex. XX, 21. 1 Reg. VIII, 12. Ps. XVIII, 10. Iob. XXII, 13. XXXVIII, 9. Jes. LX, 2. Jer. XIII, 16. Saepe copulantur עָנָן וַעֲרָפֶל Deut. IV, 11. V, 19. Ps. XCVII, 2, יוֹם עָנָן וַעֲרָפֶל dies nubilosus et caliginosus Ez. XXXIV, 12. Joël II, 2. Zeph. I, 15. LXX plerisque locis γνόφος, ter ὁμίχλη, semel σκότος. Syr. ܥܪܦܠܐ id., pl. ܥܪܦܠܐ, ܐܬܥܪܦܠ caligavit. Conflatum esse videtur ex trilitteris עָרִיף stillatio, nubes et אָפֵל caliginosus fuit, minime dimin. ab עָרַף i. q. עָרִיף addito לְ diminutivo (de quo s. לְ). In linguis indogermanicis congruit ὀρφνός caliginosus, ὄρφνη caligo max. noctis.

עָרַץ fut. יַעֲרֹץ 1) *terruit*, *terrorem* s. *tremorem iniecit*. (Arab. عرص Conj. VIII. contremuit cutis, عَرَصَ tremulum fuit fulmen, عَرِصٌ, عَرِصَ, عَرَّاصٌ fulmen tremulum, postremum etiam: hasta tremula. Gr. fort. ἀράσσω). Jes. II, 19. 21: לַעֲרֹץ הָאָרֶץ quam quidem paronomasiam lat. ita imiteris: *ut terreat terram*. Iob. XIII, 25: הֶעָלֶה נִדָּף תַּעֲרוֹץ *tune agitabis* persequeris *folium volitans?* Sq. מִן loci: *fugavit* ex loco. Ps. X, 18: לַעֲרֹץ אֱנוֹשׁ מִן הָאָרֶץ. Jes. XLVII, 12: אוּלַי תַּעֲרוֹצִי *fortasse terrebis* sc. hostes tuos, terrorem iis incuties. Arab. عرص est: restitit, quod ab illa notione proficiscitur, non contra, ut statuere videtur Hitzigius ad Jes. p. 31. (Vet. intpp. expresserunt: fortior fies, roborabis te). — 2) intrans. *contremuit, timuit*, Deut. I, 29. Jos. I, 9, sq. מִפְּנֵי aliquem, Deut. VII, 21. XX, 3. XXXI, 6, sq. acc. Iob. XXXI, 34.

Niph. part. נַעֲרָץ *terribilis, timendus* i. q. נוֹרָא Ps. LXXXIX, 8.

Hiph. 1) causat. *terrorem iniecit*, Jes. VIII, 13. — 2) *timuit*, sq. acc. Jes. VIII, 12. XXIX, 24.

עָרוּץ (formae זְבוּל, אֲשׁוּר) in aliis codd. עָרוֹץ (v. de Ross., formae חַלּוֹם, מְלֹא) m. *tremor, terror, horror*. Iob. XXX, 6: בַּעֲרוּץ נְחָלִים *in horrore vallium*, in vallibus horridis.

עָרִיץ (pro עַרִּיץ, Kamez impuro) adj. et subst. pr. *terrens*, *terrorem incutiens*, inde *fortis*, *potens*, גִּבּוֹר עָרִיץ Jer. XX, 11, גּוֹיִם עָרִיצִים Jes. XXV, 3. — 2) in

malam partem: *violentus, atrox.* Ps. XXXVII, 35. Jes. XXIX, 20. XLIX, 25. Iob. XV, 20, pl. עָרִיצִים Iob. VI, 23. XXVII, 13. Ps. LIV, 5. LXXXVI, 14. Jes. XIII, 11. XXV. 4. 5. XXIX, 5. Jer. XV, 21. עָרִיצֵי גוֹיִם violentae (violentissimae) gentium. Ez. XXVIII, 7. XXX, 11. XXXI, 12. XXXII, 12.

מַעֲרָצָה f. *terror, violentia subitanea* Jes. X, 33. LXX. ἰσχύς. Pesch. ܒܥܘܫܢܐ violentia.

עָרַק *rosit, arrosit.* (Arab. عرق I. V. arrosit os. Syr. ܥܪܩ id.). Iob. XXX, 3: *prae egestate et fama* הַעֹרְקִים צִיָּה *arrodunt terram siccam.* Locutio est hyperbolica de hominibus miserrimis, ut *amplecti rupem* Iob. XXIV, 8, *amplecti lutum* Thren. IV, 5, et alio nexu *lambere pulverem* (v. לָחַךְ) de eo, qui in pulverem se prosternit. Vulg. rodebant in solitudine. Comm. 17: עֹרְקַי לֹא יִשְׁכָּבוּן *rodentes me* i. e. dolores mei *non quiescunt.* Vulg. et qui me comedunt, non dormiunt. — Chald. עֲרַק est: *fugit*, in Targg. saepe pro נוּס et בָּרַח, ita etiam syr. ܥܪܩ et arab. عَرَقَ, عَرِقَ abiit, profectus est per regionem. Hunc significatum plerique veteres adhibent loco priori, hac sententia: *fugiunt in terram siccam* i. e. in desertum. Alex. φεύγοντες ἄνυδρον. Targ. עָרְקִין בְּאַרְעָא צַחְיָא. Saad. ms. كانهم فارين من مفازة et eodem modo Kimchius. Posteriore loco hi עֹרְקַי cum Alex. explicant τὰ νεῦρά μου, vel potius: *arteriae meae* (non cessant pulsare), coll. arab. عِرْق nervi, venae, עִרְקָא ligamentum. Sed neutra harum explicationum ad contextum satis accommodata est. Priore loco nescias, cur in desertum fugiant famelici, ubi fames expleri non possit: neque magis posteriore loco placent arteriae continuo pulsantes, aegrotus enim pulsus cessationem i. e. mortem optare non potest. Contra illa ratio vel propterea praeferenda est, quod utrique loco eadem verbi potestas adhibetur, quum vix credibile sit, part. עֹרְקִים a scriptore sacro eodem capite duabus significationibus plane diversis usurpatum esse.

עַרְקִי n. gentil. *Arcita* Gen. X, 17 (ubi cod. Sam. הערוקי Alex. Ἀρουκαῖος). 1 Par. I, 15 i. e. civis Arces, urbis Phoeniciae, Tripolin inter et Antaradum sitae, gr. Ἄρκη et Ἄρκαι Joseph. Arch. 1, 6 §. 2: Ἀρουκαῖος δὲ (ἔκτισε) Ἄρκην τὴν ἐν τῷ Λιβάνῳ, a qua non diversa videtur Ἄρκη παράλιος 8, 2 §. 3, quae eadem intelligenda est 9, 14 §. 2 (in fragmento Menandri, ubi plurimi codd. Ἄρκη, cod. Vat. Ἄκη). Steph. Byz. h. v. Ptolem. 5, 15, lat. *Arce* Plin. 5, 16 et *Caesarea Libani*, quod nomen iam in numis Vespasiani reperitur (Eckhel doctr. num. III, 360) et antequam Alexander Severus in ea natus est (Lamprid. Alex. 1, 5), cf. Reland. p. 575. Cellarium II, 457. le Quien or. christ. III, 97, syr. ܥܪܩܐ ܕܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܐܦܘܠܝܘܣ BH. 282, arab. عَرْقَة, عِرْقَا v. Abulf. Syria ed. Köhler p. 11. Schult. ind. geogr. ad vit. Salad. v. Arca. Geogr. Nub. p. 118. Hodieque rudera eius in colle supersunt *Tell Arka* dicto, Shaw Voyages II, 8 ed. gall. Burckhardt itin. Syriae ed. Vimar. I p. 271. 272 et quae annotavimus p. 520. Id modo retractandum, quod ibi (duce Koppio) de numis diximus לארק מלך inscriptis, qui non huic, sed ignoto cuidam Ciliciae oppido tribuendi sunt, v. Monumm. Phoen. p. 285. 286.

עָרַר i. q. עוּר no. II et עָרָה *nudavit se, nudus fuit.* In Kal semel legitur imp. c. He parag. עֹרָה *nuda te* Jes. XXXII, 11. Transfertur ad *inopiam* v. עֲרִירִי, עַרְעָר.

Po. עוֹרֵר *nudavit* sc. fundamenta aedium i. e. *funditus evertit*, Jes. XXIII, 13.

Pil. עַרְעֵר et *Hithpal.* הִתְעַרְעֵר Jer. LI, 58 *nudatus* h. e. *funditus eversus est.* (Cf. עָרָה Ps. CXXXVII, 7. Hab. III, 13). Arab. عَرَّ aperuit ampullam, it. eruit oculum, utrumque a nudando).

עֲרִירִי m. adj. *inops*, inde *prole carens* Gen. XV, 2. Jer. XXII, 30 pl. עֲרִירִים Lev. XX, 20. 21. LXX. Gen. Levit. ἄτεκνος, sed Vers. Sam. Levit. etymon exprimit ࠏࠓࠉࠓ nudus.

עַרְעָר m. adj. *nudus*, dein *pauper*, *inops* Ps. CII, 18: פָּנָה אֶל תְּפִלַּת הָעַרְעָר *respicit ad preces inopis.* LXX. ταπεινός. Eodem referri potest Jer. XVII, 6 (de eo qui hominibus confidit, non Deo): וְהָיָה כְּעַרְעָר בָּעֲרָבָה *et est sicut nudus in deserto*, ubi nemo ei auxilium ferre potest, et XLVIII, 6 (ad Moabitas): *fugite, consulite vitae vestrae* וְתִהְיֶינָה כַּעֲרוֹעֵר בַּמִּדְבָּר *sed eritis sicut nudi in deserto* i. e. inopes, omni auxilio destituti. Sed veteres interpretes his locis pro ערער et ערוער alia omnia dant. Ac priore quidem loco LXX. ἀγριομυρίκη, Vulg. *myrica* (quod est virgultum humile spinosum et palustre, in deserto igitur facile exarescens, cf. humiles myricas Virg. Ecl. 4, 2). Targ. עַכּוּבִיתָא id. (cf. Abulw. ap. Schnurr. diss. p. 166). Pesch. ܥܪܥܪܐ truncus arboris; posteriore Vulg. *myrica* (LXX. et Aqu. *onager* pro ערוד), quod non ineptum est (nam Comm. 8 opponitur arbor ad aquas laete crescens) et quodammodo vindicari potest arabico عَرْعَر iuniperus montana, al. cupressus montana: saltem longe praeferendum rationi a J. D. Michaëli commendatae, de qua ערער et ערוער esset i. q. غَرْغَر meleagris, avis per deserta vagari solita. Verum ut dicam quod sentio, עַרְעָר et עֲרוֹעֵר his locis neque *inopem*, neque *myricam* significare videntur, sed, ut Jes. XVII, 2 (עָרֵי עֲרֹעֵר), *parietinas*, *aedificia eversa* (pr. quorum

fundamenta nudata sunt, v. rad. in Po. et Hithpal.), fere i. q. עִר *collis ruderum.* Apte enim solitarius potest comparari cum *ruinis* in deserto, et Jes. XVII, 2 (ubi vulgari interpretationi: *urbes prope Aroër* a geographia permagnae obstant difficultates) apte explices: ab hominibus *desertae sunt urbes ruderum* i. e. in ruinas collapsae (Targ. שְׁבִיקָן קִרְוֵיהוֹן חָרְבִין). עֲרוֹעֵר autem formam habet plurali fracto Arabum similem *) a sing. עַרְעָר, ut arab. عرعرة pl. عَرَاعِر (cf. تلاتل a تَلّ al.), quod quidem vc. arabicum etiam significatu cum hebraeo nostro convenire vel certe quadam necessitudine coniunctum esse videtur. Significat enim: verticem montis et tuberis camelini, caput omnis rei, pr., ut suspicor, *collem* i. q. גַּל, עִר, תֵּל.

עֲרוֹעֵר 1) *ruinae, rudera* Jer. XLVIII, 6 et Jes. XVII, 2, de quibus locis v. s. v. עַרְעָר. Posteriore loco עָרֵי עֲרֹעֵר in Comment. et supra (p. 1005. 1008) interpretatus sum: *urbes Aroëri* i. e. huic urbi vicinas, sed fac ita explicari posse (Aroër enim metropolis non erat), obstat situs urbis nimis australis, quam ut illum locum illustres ex 2 Reg. XV, 29.

2) n. pr. a) oppidi ad Arnonis fluvii littus septentrionale, Deut. II, 36. III, 12. IV, 48. Jos. XII, 2. XIII, 16. 20, quod Moabitis parebat Jer. XLVIII, 19, alia forma עַרְעוֹר Jud. XI, 26. Hodieque rudera eius nomen antiquum [عرعاير] gerunt, v. Burckhardti itin. Syriae pag. 633. Ab eo diversum est b) aliud magis boreale, e regione Rabbat-Ammon (Jos. XIII, 25) ad rivum Gad h. e. Jabboki brachium situm 2 Sam. XXIV, 5, a Gaditis conditum Num. XXXII, 34. Iud. XI, 33. — c) oppidum tribus Judae 1 Sam. XXX, 28. N. gent. עֲרֹעֵרִי 1 Par. XI, 44.

עַרְעוֹר n. pr. oppidi, quod alibi עֲרוֹעֵר dicitur q. v. no. 2, a.

עָרַשׂ rad. inusit. arab. عرش struxit domum, casam, tentorium, II tecto instruxit, cameravit Cor. 7, 137. 16, 68, عَرْش tectum, fornix, solium superne tectum (cf. כִּסֵּא).

עֶרֶשׂ in Pausa עָרֶשׂ Am. III, 12 f. (Cant. I, 16) pl. cstr. עַרְשׂוֹת Am. VI, 4 *lectus* (pr. velo pensili coopertus, Himmelbett cf. Cant. l. c.) Deut. III, 11. Ps. CXXXII, 3, sive dormitorius, *cubile, torus* ibid. Prov. VII, 16, sive aegroti Ps. VI, 7. XLI, 4. Iob. VII, 13, sive otiosi Am. ll. cc. (Syr. ܥܪܣܐ, chald. עַרְסָא, עֲרִיסָא, sam. ࠏࠓࠎࠀ id. Secundarium et a tori consortio ductum est arab. عِرْس coniux, v. אָרַשׂ).

עָרַשׁ rad. inusit. syr. ܥܪܫ saginavit. Inde

יַעֲרֶשְׁיָה (quem Jova alit) n. pr. viri 1 Par. VIII, 27.

עָשַׁב verbum inusit. Primam eius potestatem non male in *splendendo* et *virendo* ponas (cogn. אָזַב, unde אֵזוֹב hyssopus, it. transp. זָהַב, צָהַב), nam denom. videtur arab. عشب II. IV. pabulum viride produxit. XII. herba viridi luxuriavit terra.

עֵשֶׂב cf. suff. עֶשְׂבָּם Jes. XLII, 15, pl. cstr. עִשְּׂבוֹת (c. dag. euphon.) Prov. XXVII, 25 m. *herba viridis* in agris (עֵשֶׂב הַשָּׂדֶה Gen. II, 5. III, 18. Ex. IX, 22. X, 12. 15) et in montibus (Jes. XLII, 15. Prov. XXVII, 25) crescens, semen concipiens (Gen. I, 11. 12. 29), quae hominibus (Gen. I, 30. III, 18. Ps. CIV, 14), pecori et bestiis agrestibus (Deut. XI, 15. Ps. CVI, 20. Jer. XIV, 6) cibo est: et *olera* igitur et *pabulum viride* (cf. Am. VII, 2 cf. 1) complectens. Homines dicuntur *florere instar herbae* Ps. LXXII, 16. XCII, 8. Iob. V, 25, sed etiam contra *cito marcescere* כָּעֵשֶׂב Ps. CII, 5. 12, et similiter 2 Reg. XIX, 26. Jes. XXXVII, 27 subito terrore et metu correpti, itaque pallidi et *χλωροὶ* comparantur cum *herba agri*, nimirum flavescente et marcescente. LXX plerumque *χόρτος, βοτάνη.* (Chald. עִשְׂבָּא, Targ. עִסְבָּא, syr. ܥܣܒܐ id., arab. عُشْب pabulum viride, عُشْب, عَشِيبَة campus herbosus, melit. *aschab* i. q. arab.).

עֲשַׂב Dan. IV, 12, emph. עִשְׂבָּא m. id., de cibo taurorum ibid. IV, 22. 29. 30. V, 21.

I. עָשָׂה fut. יַעֲשֶׂה apoc. יַעַשׂ c. Vav convers. וַיַּעַשׂ, raro וַיַּעֲשֶׂה 1 Reg. XVI, 25. 2 Reg. III, 2. XIII, 11. Ez. XVIII, 19, et sic וַתַּעֲשֶׂה 3 f. 1 Reg. XVII, 15, 2 m. 1 Reg. XIV, 9. Jer. XXXII, 20. Hab. I, 14, וָאֶעֱשֶׂה Ez. XX, 14. Dan. VIII, 27, sed nunquam in Pent.

1) *laboravit.* (Originem quaerunt in comprimendo, inde subigendo, v. Pi. et chald. עֲסַר inf. עֲסָאָה pressit, sed hoc potius est: conculcavit, Esth. I, 11 Targ. Malim primam potestatem ponere in *formando, fingendo* et *secando*, ut עָשָׂה, עָשַׁר litteris emollitis ortum sit ex עָצַב, cf. צָהַב et צָהַה, קָצַב et קָצָה, שָׁגַב et שָׁגָה cf. *schaffen* eiusdem stirpis atque *schaben.* Eiusdem originis esse potest arab. عسى aptus, conveniens fuit pr. apta-

*) Non negligendum est, עֲרוֹעֵר Jer. XLVIII, 6 copulari cum plurali, contra עַרְעָר XVII, 6 cum singulari.

tus, vulgo: fieri potest ut sit: pro *faciendo* enim alia verba frequentabant reliqui Semitae, Arabes عمل, فعل, جعل, Aramaei עֲבַד, ܥܒܰܕ. Etiam lat. *facere* esse videtur a *fingendo*, non a φάω, et germ. *machen* a μηχανή, machina, machinari). Prov. XXXI, 13: וַתַּעַשׂ בְּחֵפֶץ כַּפֶּיהָ *et laborat lubenti manu* (sie schaffet mit Lust ihrer Hände). Ruth II, 19: *ubi spicas legisti* וְאָנָה עָשִׂית *et ubi opus fecisti?* et mox: *nomen viri* אֲשֶׁר עָשִׂיתִי עִמּוֹ *apud quem opus feci* (bey dem ich arbeitete, zu thun hatte). 1 Reg. XX, 40: וַיְהִי עַבְדְּךָ עֹשֶׂה הֵנָּה וָהֵנָּה *habebat autem servus tuus opus hic et illic* (dein Knecht hatte zu thun hier und da). De Deo Iob. XXIII, 9: שְׂמֹאול בַּעֲשֹׂתוֹ *in septentrione si agit* (wenn er im Norden wirkt, schafft), non, ut in lex. man. interpretatus sum, si tempus transigit i. e. commoratur, quod frigidius est. Sq. בְּ laboravit in re (woran arbeiten). Ex. V, 9: *et labor gravis erat viris* וְיַעֲשׂוּ בָהּ. Neh. IV, 15: אֲנַחְנוּ עֹשִׂים בַּמְּלָאכָה, it. tractavit materiam (etwas bearbeiten) Ex. XXXI, 4: עֲשׂוֹת בַּזָּהָב וּבַכֶּסֶף nostr. in Gold und Silber arbeiten. Comm. 5. 2 Par. II, 13.

2) *fecit*, labore produxit. Spec. a) *confecit, fabricatus est* (verfertigen) Ex. XXV, 11 sqq. XXVI, 4 sqq. XXVII, 1 sqq. XXVIII, 2 sqq. v. c. arcam, navem Gen. VI, 14. VIII, 6, altare XIII, 4. 2 Reg. XVI, 11, lateres Ex. V, 16, vestes Gen. III, 7. 21. XXXVII, 3, idola Deut. IV, 16, arma 1 Sam. VIII, 12, hortos et piscinas Eccl. II, 5. 6 (cf. הַבְּרֵכָה הָעֲשׂוּיָה piscina facticia opp. nativae Neh. III, 16), inde fecit i. e. exstruxit casam Gen. XXXIII, 17, patibulum Est. V, 14. VII, 9, urbes 2 Par. XXXII, 29, domum alicui (metaph.) 2 Sam. VII, 11. (LXX. quinquies οἰκοδομέω), terminos Prov. XXII, 28 (LXX. τίθημι). Sq. עַל Ex. XXV, 11 et לְ XXV, 24—26 nostr. darauf- daranmachen, aptavit aliquid alicui rei. — עָשָׂה מְלָאכָה fecit opus (Arbeit thun) Exod. XX, 9. Deut. V, 13 opp. otio sabbati. עֹשֵׂי מְלָאכָה operarii, operae 2 Reg. XII, 12. XXII, 5. 9. Neh. XI, 12 al.

Ubi materia indicatur, *ex qua* aliquid conficitur, plerumque gemino utuntur accusativo Exod. XXX, 25: וְעָשִׂיתָ אֹתוֹ שֶׁמֶן מִשְׁחַת קֹדֶשׁ *et facies ista* (sc. aromata) *oleum sacrae unctionis* i. e. ex aromatibus facies cet. Jes. XLVI, 6. Hos. VIII, 4, idque non raro, quod impeditius videri possit, postposito accusativo materiae (cf. יָצַר, בָּנָה Lgb. 813) Exod. XXXVIII, 3: כָּל־כֵּלָיו עָשָׂה נְחֹשֶׁת *omnia vasa eius fecit ex aere.* ibid. XXV, 39. XXX, 25. XXXVI, 14. XXXVII, 24. Alibi quod ex materia fit, ponitur praevio לְ. Jes. XLIV, 17: שְׁאֵרִיתוֹ לְאֵל עָשָׂה *ex reliquo facit idolum*, neque aliter expediendum Ex. XXVII, 3: לְכָל כֵּלָיו תַּעֲשֶׂה נְחֹשֶׁת *omnia vasa facies ex cupro.* Vers. 19. — Huc revocabis etiam Gen. VI, 14: קִנִּים תַּעֲשֶׂה אֶת הַתֵּבָה *conclavia facies arcam* i. e. arcam in conclavia dividas, conclavia facias in arca.

b) de Deo: *creavit, produxit*, ut coelum, terram, homines Gen. I, 7. 16. 25. 26. 31. II, 2. 3. 4. 18. III, 1. V, 1. VI, 6. 7. VII, 4. IX, 6. Ps. XCVI, 5. CIV, 19. 24. Iob. XL, 15 et sexcenties. Part. עֹשֶׂה subst. *creator*, c. suff. עֹשִׂי creator meus (gr. §. 90, 9) Iob. XXXV, 10, עֹשֵׂהוּ creator eius ib. IV, 17. Jes. XVII, 7. XXVII, 11. Hos. VIII, 14. Ita etiam: עָשָׂה נִפְלָאוֹת operatus est miracula Ps. LXXVIII, 4. 12. XCVIII, 1. Neh. IX, 17, ע׳ פֶּלֶא Jes. XXV, 1, ע׳ גְּדֹלוֹת Ps. LXXI, 19, עָשָׂה אוֹת לְ operatur alicui signum Iud. VI, 17.

c) *fecit* i. e. *ex se produxit, genuit.* Ita α) animantia dicuntur *lac facere* i. e. praebere (de vacca) Jes. VII, 22, *adipem facere* in lumbis, de homine pinguescente Iob. XV, 27 (cf. corpus facere Iustin. 11, 8, ital. *far corpo*, ova, sobolem facere Plin., gr. μεγάλην ἐπιγουνίδα θέσθαι Od. 17, 225, τρίχας γεννᾶν); β) arbores dicuntur *facere fructum* Gen. I, 11. 12. 2 Reg. XIX, 30. Jes. XXXVII, 31. Ez. XVII, 23 (cf. ποιεῖν καρπὸν Mt. III, 10. VII, 17. XIII, 26, it. Theophr. et Arist., ποιεῖν σῦκα Jac. III, 12), ramos Iob. XIV, 9. Ezech. XVII, 8 (cf. caulem facere Colum.), et sic fruges farinam Hos. VIII, 7, ager fruges, vinea uvas Gen. XLI, 47. Jes. V, 2. 4. 10. Hab. III, 17. (Sic syr. et chald. ܥܒܰܕ, עֲבַד, aeth. ገብረ፡ ፍሬ፡ facere fructum, arab. et melit. تعميل الزهر producere florem, عميل ámmyl fructuosus, fertilis). De simili vi conj. Hiph. v. gr. §. 52, 2 not.

d) Aliquid *facere* dicuntur, qui labore, pecunia data, vel alio quocunque modo sibi comparant (cf. ποιεῖν βίον victum parare, lat. pecuniam facere, angl. *make money*) v. c. opes Gen. XXXI, 1. Deut. VIII, 17. 18. Jer. XVII, 11, mercedem Jes. XIX, 10: עֹשֵׂי שֶׂכֶר *facientes mercedem* i. e. mercenarii. — Gen. XII, 5: הַנֶּפֶשׁ אֲשֶׁר עָשׂוּ *mancipia, quae sibi comparaverant.* Eccl. II, 8: עָשִׂיתִי לִי שָׁרִים וְשָׁרוֹת *comparavi mihi cantores et cantrices.* — עָשָׂה לוֹ שֵׁם fecit, comparavit sibi nomen Gen. XI, 4, *fecit sibi cor novum* Ez. XVIII, 31.

e) *Facere* dicunt pro *parare, apparare*, ut cibos (nostr. Essen machen). Gen. XVIII, 7: *cepit vitulum eumque dedit puero* וַיְמַהֵר לַעֲשׂוֹת אֹתוֹ *isque festinanter eum paravit* i. e. assavit. Comm. 8. XXVII, 17. Iud. XIII, 15. 1 Sam. XXV, 18. 2 Sam. XII, 4. XIII, 10, convivium Gen. XIX, 3. XXI, 8. Esth. V, 12. Sic *fecit barbam* est secuit, comsit (non: rasit) eam (lat. facere barbam Lamprid. gall. faire la barbe) 2 Sam. XIX, 25, *fecit pedes* i. e. lavit unxitque (LXX. θεραπεύω) ibid., *fecit ungues* i. e. secuit ornavitque Deut. XXI, 12 (LXX. περιονυχίζειν Vulg. praecidere ungues, et ita etiam Pesch., contra Onk. nutrire ungues, quia mentio fiat luctus parentum Comm. 13: sed male profecto, quum integro hoc loco Comm. 12. 13 de squalore captivitatis deponendo sermo sit). — Transl. עָשָׂה אָוֶן moliri nequitiam (de corde) Jes. XXXII, 6 (cf. פָּעַל litt. c), it. עָשָׂה de Deo res futuras praeparante et moliente ib. XXXVII, 26.

f) *fecit* i. e. *paravit* victimam vel hostiam Deo offerendam (sacrificia enim diis convivii instar parata offerebantur), inde *obtulit.* Ps. LXVI, 15: אֶעֱשֶׂה בָקָר עִם עַתּוּדִים *offeram boves cum hircis.* Ex. XXIX, 36: וּפַר

חַטָּאת תַּעֲשֶׂה *et iuvencum pro peccato offeres.* Comm. 38: זֶה אֲשֶׁר תַּעֲשֶׂה עַל הַמִּזְבֵּחַ *hoc est quod offeres super altari.* Comm. 39: אֶת הַכֶּבֶשׂ הָאֶחָד תַּעֲשֶׂה בַבֹּקֶר. 41. Num. VI, 11: וְעָשָׂה הַכֹּהֵן אֶחָד לְחַטָּאת וְאֶחָד לְעֹלָה. Lev. IX, 7. XIV, 19. XV, 15. XVI, 9. 24. Num. VI, 17 (עָשָׂה מִנְחָה). XV, 14 (עָשָׂה אִשֶּׁה). Iud. VI, 19. 1 Reg. XVIII, 23. De aliis rebus, quae Deo offeruntur Hos. II, 10: זָהָב עָשׂוּ לַבָּעַל *aurum* quod *Baali offerunt.* Omisso accus. sacri עָשָׂה לַיהוָֹה est *sacra fecit Jovae* Ex. X, 25, sed 2 Reg. XVII, 32: וַיִּהְיוּ עֹשִׂים לָהֶם *sacra faciebant* sacrificabant *pro iis.* (Cf. gr. ἱερὰ ἔρδειν, ἱερὰ ῥέζειν, et omisso acc. ῥέζειν θεῷ Il. 2, 400. 8, 250. Od. 14, 251, lat. sacra, res divinas facere, et ellipt. facere i. e. sacrificare Cic.).

g) *fecit* aliquem (aliquid) aliquid, jem. (etwas) zu etwas machen, sq. dupl. acc. 1 Sam. XVII, 25, sq. acc. et לְ (v. ad litt. a cf. נָתַן no. 3). Gen. XII, 2: אֶעֶשְׂךָ לְגוֹי גָּדוֹל *faciam te magnum populum.* Ex. XXXII, 10. Jer. X, 13: בְּרָקִים לַמָּטָר עָשָׂה *fulgura facit pluviam* q. d. בְּרָקִים הִמְטִיר fulmina crebra demittit instar guttarum pluviae. LI, 16. — Inde *constituit* aliquem (jem. einsetzen). 1 Sam. XII, 6: *Jova* אֲשֶׁר עָשָׂה אֶת־מֹשֶׁה *qui Mosen constituit;* עָשָׂה כֹהֲנִים constituit sacerdotes 1 Reg. XII, 31. 2 Par. XIII, 9, ע׳ אוֹב וְיִדְּעֹנִים 2 Reg. XXI, 6. 2 Par. XXXIII, 6. Sq. לְ praefecit aliquem alicui rei Jer. XXXVII, 15: כִּי אֹתוֹ עָשׂוּ לְבֵית הַכֶּלֶא, et sic 1 Sam. VIII, 16: וְעָשָׂה לִמְלַאכְתּוֹ *eosque praeficit* adhibet *operi suo.*

h) Dicunt non solum עָשָׂה מִלְחָמָה *bellum gessit* cum aliquo (gr. πόλεμον ποιεῖσθαι, gall. faire la guerre) sq. אֶת, אִם Gen. XIV, 2. Deut. XX, 12. Jos. XI, 18, sed etiam עָשָׂה שָׁלוֹם לְ pacem concessit alicui (εἰρήνην ποιεῖσθαι τινι) Jes. XXVII, 5 (ubi Schnurreri ratio praeferenda videtur, v. Comment.), et *fecit foedus* cum aliquo Jes. XXVIII, 15. Passim

i) est emphat. *effecit, perfecit, exsecutus est* aliquid, ut עָשָׂה עֵצָה exsecutus est consilium Jes. XXX, 1, עָשָׂה תּוּשִׁיָּה id. Iob. V, 12, עָשָׂה נְדָרִים exsecutus est i. e. persolvit vota Iud. XI, 39 (LXX. ἐτέλεσεν τὴν εὐχήν), עָשָׂה שְׁפָטִים בְּ poenas exsecutus est in al. Ez. V, 8. 10. XI, 9. XXX, 14. 19, ע׳ חָרוֹן exsecutus est iram 1 Sam. XXVIII, 18. Eccl. II, 2: *et de gaudio dixi* מַה זֹּה עֹשָׂה *quid hoc efficit* i. e. prodest? Saepe omisso acc. Dan. VIII, 24: וְהִצְלִיחַ וְעָשָׂה *et prosperabit et efficiet* propositum. XI, 17. 28. 30. Jes. X, 13: בְּכֹחַ יָדִי עָשִׂיתִי *robore manus meae effeci* quod feci, saepius de Deo Ps. LII, 11: אוֹדְךָ לְעוֹלָם כִּי עָשִׂיתָ *laudo te in perpetuum, quia tu effecisti* salutem meam (du hast es bewirkt). XXII, 32. XXXVII, 5. Opp. פָּעַל molitus est, litt. c. Sq. שֶׁ effecit ut (aliquid fieret). Eccl. III, 14. [Quod Böttcherus specc. p. 245. 314 licet dubitabundus significat, עָשָׂה Ez. XL, 14 esse posse *efficere*, de summa, quae computatis pluribus numeris oritur, ipsius loci ratione non commendatur].

k) *fecit* i. e. *peregit* diem festum, ut sabbatum, pascha Ex. XII, 48. Num. IX, 10. 14. Deut. V, 15. Esth. IX, 18 sqq. it. *transegit* tempus vitae (ποιεῖν χρόνον Act. XV, 33) Eccl. VI, 12, et ellipt. עָשָׂה טוֹב bene transegit (tempus vitae), bene se habuit, bene valuit (εὖ πράττειν) Eccl. III, 12. Cf. vulgare nostrum: *was machen Sie? ich mache gut* i. e. quomodo vales? bene valeo.

l) Dicunt: *facere* Dei *leges*, mandata, voluntatem Lev. XX, 22. Deut. XV, 5. Ps. CIII, 20. 21, it. *facere* (exercere) ius et iustitiam (ע׳ מִשְׁפָּט וּצְדָקָה) Jer. XXII, 15. XXIII, 5. XXXIII, 15. Gen. XVIII, 19. 25. Ps. IX, 17. Jes. LVIII, 2 (sed ע׳ מִשְׁפַּט פ׳ est: egit causam alic. Ps. IX, 5), virtutem Num. XXIV, 18, bonum Ps. XXXVII, 3, et contra *facere* (committere) iniuriam (חָמָס, עָוֶל) Jes. LIII, 9. Ez. III, 20. XVIII, 26. XXXIII, 18, nequitiam (נְבָלָה) Gen. XXXIV, 7. Deut. XXII, 21, fraudem Dan. XI, 23, mendacium 2 Sam. XVIII, 13, rapinas Ez. XXII, 13, etiam עָשָׂה הַטּוֹב בְּעֵינֵי פ׳ facere quod alicui placet Jes. XXXVIII, 3, ע׳ הַיָּשָׁר בְּעֵינֵי פ׳ 1 Reg. XI, 38, et contra ע׳ הָרַע בְּעֵינֵי פ׳ Ps. LI, 6. Absol. *fecit* aliquid, in malam partem accipitur pro: *commisit* aliquid mali Gen. XL, 15.

Passim his additur לְ (etiam אֶת, עִם) personae, cui sive beneficium sive iniuria infertur v. c. עָשָׂה חֶסֶד עִם benevolentiam praestitit alicui (v. חֶסֶד), עָשָׂה טוֹבָה אֶת Jer. XXXIII, 9, עָשָׂה רָעָה לְ, עִם Ps. XV, 3. Iud. XV, 3. Eodem pertinet Num. V, 30: וְעָשָׂה לָהּ אֵת כָּל־הַתּוֹרָה הַזֹּאת *et faciat ei omnem hanc legem* quicquid hac lege sancitum est.

In aliis exemplis omittitur et e solo contextu intelligitur, quid quis alteri fecerit sive malum (Gen. XXVII, 45: *donec oblitus est frater tuus* אֵת אֲשֶׁר עָשִׂיתָ לּוֹ. Ex. XIV, 31), sive bonum (Gen. XXX, 30. Ex. XIII, 8. Deut. XI, 7), sed plerumque in malam partem accipitur Gen. XIX, 8: רַק לָאֲנָשִׁים הָאֵל אַל תַּעֲשׂוּ דָבָר *his modo viris nihil faciatis* i. e. ne quid iniuriae inferatis. XXII, 12. Ps. LVI, 5. Sic etiam in formulis: מַה־זֹּאת עָשִׂיתָ לִּי *cur hoc mihi fecisti?* Gen. XII, 18. XX, 9. XXVI, 10. XXIX, 25. Ex. XIV, 11. Iud. XV, 11, et כֹּה יַעֲשֶׂה יי׳ לִי וְכֹה יוֹסִיף, de qua uberius dictum est s. v. כֹּה p. 651. Pro לְ ponitur etiam עִם Ruth II, 19, אֶת ibid. 11, et accus. (cf. gr. κακὰ ποιεῖν τινα et τινι) Jes. XLII, 16. Sed

m) עָשָׂה בְּ est: *agere cum* aliquo (aliqua re) pro arbitrio (plene dicas כִּרְצוֹנוֹ Dan. VIII, 4. XI, 3. 36). Jer. XVIII, 23: בְּעֵת אַפְּךָ עֲשֵׂה בָהֶם *die irae tuae age cum iis* pro arbitrio. Dan. XI, 7: וְעָשָׂה בָהֶם *et agit cum iis* (urbibus munitis) pro arbitrio.

n) Singulare est עָשָׂה מֵרָעָה 1 Par. IV, 10 quod non aliud esse potest quam: *abstinuit a malo* alicui inferendo, pr. ita *egit* ut abstineret *a malo.* Ita certe formulam explicare malim, quam cum Winero: *facere* aliquem abesse *a malo* i. e. incolumem praestare.

3) Saepe *facere*, *agere*, ita ponitur ut puram verbi activi potestatem exprimat ex contextu vel ex superioribus definiendam. Gen. III, 13: מַה־זֹּאת עָשִׂית *cur hoc fecisti?* 14: כִּי עָשִׂיתָ זֹּאת *quia hoc fecisti.* VI, 22: וַיַּעַשׂ נֹחַ כְּכֹל אֲשֶׁר צִוָּה אֹתוֹ אֱלֹהִים כֵּן עָשָׂה *idque fecit Noachus,*

quaecunque eum iusserat Deus, ea fecit. Ps. CXV, 3: *facit quaecunque vult.* Gen. VIII, 21. XVIII, 5. 17. 29. 30. XX, 5. 6. 10. XXI, 26. XXII, 16. XXVII, 19. 1 Sam. XIV, 43. Ps. VII, 4. L, 21 et saepe. — 2 Sam. XII, 12: אַתָּה עָשִׂיתָ בַסָּתֶר *tu fecisti* quod fecisti *in occulto.* Jes. XLVI, 4: אֲנִי עָשִׂיתִי וַאֲנִי אֶשָּׂא *ego feci* (i. e. tuli, nam hoc antecessit) *et porro feram.* Cf. gr. *ποιεῖν* apud Atticos, Passov. h. v. no. 2, f. — Sic de agendi ratione Prov. XIII, 16: כָּל־עָרוּם יַעֲשֶׂה בְדָעַת *omnis prudens agit cum intellectu,* עֹשֶׂה לַשָּׁקֶר Jer. VIII, 8.

Passim alteri verbo pleonastice praemittitur, quo gravior fiat oratio. Gen. XXXI, 26: מֶה עָשִׂיתָ וַתִּגְנֹב אֶת־לְבָבִי *cur* (hoc) *fecisti et fefellisti me?* (Marc. XI, 5: *τί ποιεῖτε λύοντες;*) XLI, 34: יַעֲשֶׂה פַרְעֹה וְיַפְקֵד *faciat* hoc *Pharao* (sequatur consilium meum) *et praeficiat* cet. cf. lat. *fac scribas, fac eas.* 1 Reg. VIII, 32.

Sq. לְ rei, fecit alicui rei (mit einer Sache thun, umgehen, verfahren). Lev. IV, 20: וְעָשָׂה לַפָּר כַּאֲשֶׁר עָשָׂה לְפַר הַחַטָּאת *et faciat tauro, sicut fecit tauro peccati.* Deut. XXXI, 4: וְעָשָׂה יי לָהֶם כַּאֲשֶׁר עָשָׂה לְסִיחוֹן. Jos. VIII, 2. Jes. V, 4. X, 11. Dan. XI, 39, etiam sq. בְּ Jes. V, 4, et acc. Lev. XVI, 15 (cf. 14).

Niph. נַעֲשָׂה f. נַעֲשְׂתָה, part. נַעֲשֶׂה fut. יֵעָשֶׂה (semel תֵיעָשֶׂה cum matre lectionis Ex. XXV, 31, certe in plerisque libris, licet sine analogia et vix sine vitio), apoc. תֵּעָשׂ Esth. V, 6. VII, 2. IX, 12 *factus est, factum est* (es ist geschehen). Num. XV, 24. Esth. IV, 1. Eccl. I, 9. 13. IV, 3. VIII, 9. 14. 16. 17. IX, 3. 6 al. Fut. Gen. XX, 9: מַעֲשִׂים אֲשֶׁר לֹא יֵעָשׂוּ *res quae fieri non debent.* Lev. IV, 2. 13. 22. 27. V, 17, et impers. Gen. XXXIV, 7: וְכֵן לֹא יֵעָשֶׂה *et ita fieri non debet,* it. fieri non solet (moris non est) XXIX, 26. Spec. pass. Kal no. 2, a, *confectus est* (verfertigt werden) 1 Reg. X, 20, litt. b, *creatus est* Ps. XXXIII, 6, litt. e, *paratus est* cibus Num. VI, 4. Neh. V, 18, litt. f, *apparatum* et *oblatum est* sacrificium Lev. VII, 9, litt. i, *perfectum est* consilium 2 Sam. XVII, 23, *peracta* est poena Dan. XI, 36, *commissum est* scelus Deut. XIII, 15. XVII, 4. Mal. II, 11, litt. k, *peractus, celebratus est* dies festus 2 Reg. XXIII, 23. Esth. IX, 28; sq. dat. נַעֲשָׂה לְ *fit alicui* i. e. evenit, accidit ei Ex. II, 4: *ad videndum* מַה יֵּעָשֶׂה לוֹ *quid ei eventurum sit.* Lev. XXIV, 19: כַּאֲשֶׁר עָשָׂה כֵּן יֵעָשֶׂה לוֹ. Obad. 15. Num. XV, 11. Deut. XXV, 9. 1 Sam. XVII, 26. 27. Esth. VI, 9. Jes. III, 11.

Pi. עִשָּׂה *tractavit* s. impudice *contrectavit* mammas mulieris (i. q. מָעַךְ) Ez. XXIII, 3. 8 et in Kal Comm. 21. Ita gr. *ποιεῖν* et lat. *facere, perficere, conficere* dicitur de rebus Venereis Iuv. 7, 240. Petron. 87. Suet. Ner. 29 cf. Casaub. ad Suet. p. 191. Beroaldum ad eund. p. 683. Capitol. Max. 4.

Pu. factus (creatus) *est* Ps. CXXXIX, 15.

עֲשָׂהאֵל (quem *Deus creavit* l. constituit) n. pr. virorum 1) 2 Sam. II, 18. XXIII, 24. 1 Par. XXVII, 7, et vocabulis separatis 1 Par. II, 16. 2) 2 Par. XVII, 8. XXXI, 13. 3) Esr. X, 15. De littera ה in media voce quiescente v. Lgb. p. 48.

עֲשִׂיאֵל (a Deo creatus) n. pr. viri 1 Par. IV, 35.

עֲשָׂיָה (quem *Jehova creavit* l. constituit) n. pr. virorum 1) 2 Reg. XXII, 12. 14. 2 Par. XXXIV, 20. 2) 1 Par. IV, 36. 3) VI, 15. XV, 6. 11. 4) IX, 5.

בַּעֲשֵׂיָה (i. q. מַעֲשֵׂיָה opus Jehovae, מ et ב permutatis) n. pr. viri 1 Par. VI, 25, ubi complures libri מַעֲשֵׂיָה.

יַעֲשַׂי (decurtatum ex יַעֲשִׂיָּה quem *Jova fecit*) n. pr. viri Esr. X, 36 Keri, sed Chethibh יעשו.

יַעֲשִׂיאֵל (quem *Deus creavit*) n. pr. tribuni militum Davidis 1 Par. XI, 47 coll. XXVII, 21.

מַעֲשֶׂה m. cstr. מַעֲשֵׂה c. Suff. מַעֲשֵׂהוּ, pl. מַעֲשִׂים Gen. XX, 9 cet. c. Suff. מַעֲשַׂי Eccl. II, 4. 11, quae eadem forma etiam vim singularem habet (cf. ad מַרְאֶה et gr. §. 90, 9 not.) Ps. XLV, 2, מַעֲשֶׂיךָ pl. Ps. XCII, 6, sing. Ps. LXVI, 3. Ex. XXIII, 12, מַעֲשָׂיו pl. Ps. CIII, 22, sing. 1 Sam. XIX, 4 (ubi copulatur cum טוֹב) מַעֲשֵׂיכֶם pl., et sing. Gen. XLVII, 3.

1) nom. act. verbi עָשָׂה: *quae quis facit, agit,* das Thun, Geschäft. Gen. XLVII, 3: מַה־מַּעֲשֵׂיכֶם *quale est negotium vestrum?* 1 Par. XXIII, 28: מַעֲשֵׂה עֲבֹדַת בֵּית הָאֱלֹהִים (Verrichtung des Tempeldienstes). Ex. V, 4: *cur avocatis populum* מִמַּעֲשָׂיו *a negotio suo.* Ez. XLVI, 1: יְמֵי הַמַּעֲשֶׂה (sex) dies negotii, laboris, opp. sabbato. — Inde de *universa agendi ratione,* fere i. q. דֶּרֶךְ. Ex. XXIII, 24: לֹא תַעֲשֶׂה כְּמַעֲשֵׂיהֶם *ne facias, sicut illi* (gentiles). XVIII, 20. Lev. XVIII, 3. Mich. VI, 16. Eccl. IV, 3: *qui non vidit* אֶת־הַמַּעֲשֶׂה הָרָע אֲשֶׁר נַעֲשָׂה תַּחַת הַשָּׁמֶשׁ *malam agendi rationem sub sole.* Absol. de *mala* agendi ratione Iob. XXXIII, 17. Cf. verbum Gen. XL, 15. XIX, 8, et פֹּעַל Iob. XXXVI, 9.

2) *factum, facinus* (That), a) Dei Iud. II, 10. Ps. LXXXVI, 8. b) hominum (Handlung, That), maxime in malam partem Gen. XLIV, 15: מָה הַמַּעֲשֶׂה הַזֶּה אֲשֶׁר עֲשִׂיתֶם *quale hoc facinus, quod fecistis?* Plur. Gen. XX, 9. 1 Sam. VIII, 8. 2 Reg. XXIII, 19. Eccl. I, 14. Absol. de *malefacto* 1 Sam. XX, 19: בְּיוֹם הַמַּעֲשֶׂה *die facinoris* illius, nimirum quo Saulus in eo fuerat, ut Davidem interficeret. (Al. die laboris, opp. die festo).

3) *opus,* quod quis produxit. a) Dei. מַעֲשֵׂי יְדֵי יי quae Deus manibus (digitis Ps. VIII, 4) qs. fecit, opera eius (de coelo, terra, animantibus) Ps. VIII, 7. XIX, 2, om. ידי CIII, 22. In Sing. מַעֲשֵׂה יְהוָה Jes. V, 19. X, 12. XXVIII, 21. Ps. LXIV, 10, et מַעֲשֵׂה יְדֵי יי Jes. V, 12. XXIX, 23. Ps. XXVIII, 5 *opus Dei,* spec. de indicio Dei in impios exercendo, cf. פֹּעַל. — b) hominum. מַעֲשֵׂה יְדֵי אָדָם manuum humanarum opus, persaepe de idolis Deut. IV, 28. Ps. CXV, 4. CXXXV, 15. Spec. de *opere artificioso.* Ez. XXVII, 16: מֵרֹב מַעֲשָׂיִךְ *ob copiam operum tuorum artificiosorum* (deiner Fabricate), sq. genit. מַעֲשֵׂה חֹשֵׁב opus polymitarii s. Damascenum Ex. XXVI, 1. 31, מַעֲשֵׂה אֹרֵג opus textoris XXVIII, 32, מַעֲשֵׂה רֹקֵם XXVI, 36, XXVII, 16, מ׳ שַׁרְשְׁרוֹת opus catenae simile 1 Reg. VII, 17, מַעֲשֵׂה רֶשֶׁת opus reticu-

latum Ex. XXVII, 4. Contra 2 Par. XVI, 14: בְּמִרְקַחַת מַעֲשֶׂה artificiosa aromatum confectione. Semel de *opere* poëtae (*ποίημα*) Ps. XLV, 2. — Metaph. denique de *fructu* rei. Hab. III, 17: מַעֲשֵׂה זַיִת *fructus oleae*, cf. rad. no. 2, litt. c. Jes. XXXII, 17: מַעֲשֵׂה הַצְּדָקָה שָׁלוֹם *opus* i. e. fructus *iustitiae est pax*. — Difficile dictu est, quid sibi velit Iob. XXXVII, 7: לָדַעַת כָּל־אַנְשֵׁי מַעֲשֵׂהוּ. Si modo sana est scriptura, interpreter: *ut cognoscant* Deum *omnes viri operis eius*, omnes homines, creaturae eius (cf. דַּעַת pro דַּעַת יי Hos. IV, 6 cf. VI, 6). Sed satius est, cum Reiskio et H. Alb. Schultensio vocibus aliter divisis reponere: לָדַעַת כָּל־אֲנָשִׁים עֹשֵׂהוּ *ut omnes mortales cognoscant creatorem suum.*

4) quod labore partum est, *res*, *bona* i. q. מְלָאכָה no. 2. Jes. XXVI, 12: כָּל־מַעֲשֵׂינוּ *omnia bona nostra.* Spec. de frugibus Exod. XXIII, 16, de pecude 1 Sam. XXV, 2.

מַעֲשַׂי (contr. pro מַעֲשֵׂיָה opus s. creatura Jovae) n. pr. viri 1 Par. IX, 12.

מַעֲשֵׂיָה et **מַעֲשֵׂיָהוּ** (opus, creatura Dei) n. pr. complurium virorum Jer. XXI, 1 (cf. XXXVII, 3). XXIX, 21. XXXV, 4. 1 Par. XV, 18. 20. 2 Par. XXIII, 1. (Etiam Poeni paucis mutatis hoc nomen frequentabant, idque variis formis, ut מעשיבעל creatura Baalis inscr. Numid. 2, מעשיאל creatura Dei i. e. Ili, Saturni, unde gens *Massylorum*, et מעשה שאל id. unde gens *Masaesylorum*, it. *Masinissa*, *Masugada* al. Vide palaeogr. Studien I, 87 sqq. Monumm. Phoen. 409. 410, et ind. Occurrit quidem Quatremère V. Cl., Journal des Savans 1838 Oct., haud probabile esse, nomen proprium virorum incepisse a *Masi* opus: sed id ipsum arguit hebr. מַעֲשֵׂיָה, et quidni vir apte appellari possit *creatura Dei*, *creatura Baalis*?)

II. עָשָׂה *tectus*, *pilosus fuit.* (Arab. أَعْشَى pilosus, hirsutus in facie, it. hyaena mas, عَشًا pilositas, عَشْوَة coma longa). Sed falsi sunt, qui *tegendi*, *abscondendi* vim verbo quoque tribuunt, ut Iob. IX, 9. XXIII, 9.

עֵשָׂו (formae עֵנָב) n. pr. (pilosus, hirsutus v. Gen. XXV, 25) *Esavus* (LXX. Ἡσαῦ, sed arab. عيص, العيص Saad. cf. Hotting. hist. orient. p. 53), Isaaci et Rebeccae filius, cum Jacobo eodem partu sed prius quam frater editus, patris deliciae, matris fratrisque insidiis tamen et primogenitura et votis patriis fraudatus (v. Gen. XXV, 25 sqq. XXVI, 34. XXVII, 1 sqq. XXXII, 4 sqq. XXXIII, 1 sqq.), dein gentis Idumaeae auctor factus (XXXVI, 1 sqq.), quae ab altero eius nomine (אֱדוֹם q. v.) nuncupata est. Raro fere et poët. ea gens appellatur בְּנֵי עֵשָׂו Deut. II, 4 sqq. בֵּית עֵשָׂו Obad. 18, et עֵשָׂו Obad. 6. Jer. XLIX, 8. 10, ut יַעֲקֹב pro יִשְׂרָאֵל v. pag. 1061. הַר עֵשָׂו montanum Esavi i. e. mons Seir (שֵׂעִיר) Obad. 8. 9. 19. 21.

עָשַׂק in Kal inusit., chald. et talmud. עֲסַק operam dedit rei, Ithpa. occupatus est in re, it. litigavit cum al. (pr. rem habuit, zu thun haben mit jem.). Syr. ܐܶܬܥܰܣܰܩ pro *περιεργάζεσθαι* Sir. III, 22, sq. ܥܰܣܶܩ litigavit, disputavit cum al. Ephr. I p. 68. Alibi apud Syros haec radix difficultatis vim habet, v. Cast.

Hithpa. litigavit c. aliquo, sq. עִם Gen. XXVI, 20. Retinent vc. Onk. et Pesch. — Inde

עֵשֶׂק (rixa) n. pr. putei prope Geraram ibid. Jos. Arch. 1, 18 §. 2: Ἔσκος ..... *μάχην ἄν τις αὐτὸ φήσειε.*

עֶשֶׂר f. in Pausa עָשֶׂר Jos. XXI, 5. 1 Reg. VII, 43, et **עֲשָׂרָה** cstr. **עֲשֶׂרֶת** m. *decem.* (Arab. عَشْر f. عَشَرَة m., syr. ܥܣܰܪ f. ܥܣܪܳܐ m. id., aeth. ዐሥሩ፡ ዐሠረ፡ et ዐሠርቱ፡ id. quae tres formae sexu non differunt. De origine consentiunt fere Etymologi, eam a decem digitorum coniunctione et societate repetitam esse, coll. عَشَرَ consortio iunctus est, societatem inivit, عَشِير socius, coniux, مَعْشَر coetus, agmen, nisi haec a denario numero profecta sunt; it. אָזַר, אָסַר, עָצַר, et transp. عَرَسَ quae coniungendi vim habent, v. diss. Lugdd. p. 894. Sim. lex. al. Cf. infra ad verbum in Pi.). En exempla: a) f. עֶשֶׂר נָשִׁים 2 Sam. XV, 16, ע׳ אֲתֹנוֹת Gen. XLV, 23, ע׳ אַמּוֹת Ex. XXVI, 16, et numerali postposito עָרִים עֶשֶׂר Jos. XV, 57. 1 Par. VI, 46. b) m. Gen. XVIII, 32, עֲשָׂרָה נְעָרִים 1 Sam. XXV, 5, עֲשָׂרָה גְמַלִּים Gen. XXIV, 10, עֲשֶׂרֶת יָמִים Neh. V, 18, עֲשֶׂרֶת הַדְּבָרִים Deut. IV, 13, et numerali postposito פָּרִים עֲשָׂרָה Gen. XXXII, 16. Ubique copulatur c. subst. pl., in עֲשֶׂרֶת לֶחֶם 1 Sam. XVII, 17 omissum est כִּכְּרוֹת. Passim *decem* ponitur pro numero rotundo Gen. XXXI, 7. Iob. XIX, 3.

Plur. עֲשָׂרוֹת decades, inde שָׂרֵי עֲשָׂרוֹת duces decadum Ex. XVIII, 21. Deut. I, 15, arab. عَشَرَات decades et امرا عشروات duces decadum, cf. Lgb. 613. LXX. *δεκάδαρχοι*, *δέκαρχοι*. De pl. עֶשְׂרִים v. mox.

עָשָׂר m. et **עֶשְׂרֵה** f. *decem*, vel potius *decim*, hac enim forma non utuntur nisi in numeris cum denario compositis, ut m. אַחַד עָשָׂר undecim Gen. XXXII, 23. XXXVII, 9, שְׁנֵים עָשָׂר ib. XVII, 20. XXV, 16, אַרְבָּעָה עָשָׂר Ex. XII, 6, חֲמִשָּׁה עָשָׂר Lev. XXIII, 6 et חֲמֵשׁ עָשָׂר Iud. VIII, 10. 2 Sam. XIX, 18, שִׁשָּׁה עָשָׂר Ex. XXVI, 25, שְׁמֹנָה עָשָׂר Gen. XIV, 14 et שְׁמֹנַת עָשָׂר Iud. XX, 25, c. art. שְׁנֵים הֶעָשָׂר *οἱ δώδεκα* Jos. IV, 4. 1 Reg. XIX, 19; fem. שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה duodecim Gen. V, 8, אַרְבַּע עֶשְׂרֵה XIV, 5, שְׁלֹשׁ עֶשְׂרֵה XVII, 25, חֲמֵשׁ עֶשְׂרֵה V, 10, שְׁבַע עֶשְׂרֵה XXXVII, 20, quae omnia et

cum plur. et cum sing. copulari, substantivo praeponi et postponi possunt (Lgb. §. 181, 3). Sed iidem hi numeri etiam Ordinalium vim habent, עַשְׁתֵּי עָשָׂר undecimus Zach. I, 7, אַרְבָּעָה עָשָׂר quartus decimus Esth. IX, 19, שִׁבְעָה עָשָׂר septimus decimus Gen. VII, 11, אַרְבַּע עֶשְׂרֵה quarta decima Gen. XIV, 5. Lgb. §. 182, 1. (Arabes hoc nexu utuntur formis عَشَرَ m. et عَشْرَةَ f. utroque indecl., ut ثَلَاثَةَ عَشَرَ 13 m. إِحْدَى عَشْرَةَ 11 fem., quae in lingua vulgari ر litteram amittunt احد عش 11. Ex eo quod עֶשְׂרֵה formae apud Hebraeos femineae respondet عشرة, apparet etiam illam re vera femininam esse, et ־ֵה pariter ac ־ָה eius sexus signum esse, v. Lgb. 615 cf. gr. min. §. 79, 2, c. Nemo non autem sponte videt, sexum grammaticum in his formis a singulari illa numeralium anomalia discrepare et vulgarem normam sequi. Apud Syros hoc nexu m. est ܥܣܪ, f. ܥܣܪܐ, de formis connexis v. Schaaf. lex. p. 432).

Plur. עֶשְׂרִים *viginti*, syr. ܥܣܪܝܢ, arab. عِشْرُونَ id. In vocalibus ponendis hic pluralis eandem sequitur analogiam, atque שִׁבְעִים et תִּשְׁעִים, et apte ad sing. עֶשְׂרֵה revocatur: pro plurali autem Dualem expectes, quum formae plurales (שְׁלֹשִׁים, אַרְבָּעִים) alibi numeros simplices non duplo, sed decuplo augeant. Quod Lepsius (sprachvergleichende Abhandlungen p. 137) olim עֶשְׂרַיִם dictum fuisse suspicatur, in medio relinquimus: quod vero idem dualem apud Arabes servatum esse scribit, accuratius explicandum erat: namque dual. عِشْرَانِ non *viginti* significat, sed, ut عِشْرٌ sunt cameli decimo quovis die bibentes, ita عِشْرَانِ qui vicesimo demum die potantur. — Ceterum utriusque sexus est, cum utroque numero copulatur, et substantivo modo praeponitur modo postponitur, velut עֶשְׂרִים אֲנָשִׁים 2 Sam. III, 20, עֶשְׂרִים שָׁנָה Gen. XXXI, 41, אֵילִים עֶשְׂרִים Gen. XXXII, 15, אֲתֹנוֹת עֶשְׂרִים ibid. 16. Ponitur etiam pro ordinali *vicesimus*, a Num. X, 11. 1 Reg. XV, 9. XVI, 10.

עֲשַׂר f. Dan. VII, 7. 20. 24 et **עַשְׂרָה** m. VII, 24 chald. *decem*. תְּרֵי עֲשַׂר duodecim Dan. IV, 26. Esr. VI, 17. Plur. עֶשְׂרִין viginti Dan. VI, 2.

עָשַׂר fut. יַעְשֹׂר verbum denom. sq. acc. *decimavit* (zehnten) i. e. *decimam partem* proventus *sumsit* 1 Sam. VIII, 15. 17. — Primam verbi potestatem, unde ipsum numerale profectum sit, nonnulli servatam esse volunt 1 Reg. XXII, 49 in Chethibh: יְהוֹשָׁפָט עָשַׂר אֳנִיּוֹת (Keri עָשָׂה), quod interpretantur: Josaphat *compegit* s. *struxit* naves, v. diss. Lugd. pag. 894. Sed Keri exprimunt omnes vett. intpp., et alibi quoque de navibus exstruendis dicunt אֳנִיּוֹת, אֳנִי עָשָׂה 1 Reg. IX, 26. 2 Par. XX, 36. Chethibh igitur suspicione non caret.

Pi. decimam partem dedit (verzehnten). Neh. X, 38: *et decimam agri nostri* (dabimus) *Levitis*, וְהֵם הַלְוִיִּם הַמְעַשְּׂרִים *nam hi Levitae* (vicissim) *decimas dare debent*. Sq. acc. rei, cuius decima solvitur Deut. XIV, 22, et dat. eius, cui solvitur Gen. XXVIII, 22.

Hiph. ut *Pi. decimam dedit.* Deut. XXVI, 12. Neh. X, 39. Inf. c. praef. בַּעְשֵׂר, לַעְשֵׂר ll. cc.

עָשׂוֹר m. *decas* 1) dierum (ut שָׁבוּעַ hebdomas) Gen. XXIV, 55: *maneat nobiscum* יָמִים אוֹ עָשׂוֹר aliquot *dies si forte decas* dierum fuerit, *einige Tage, etwa ein* Tag-*Zehend* (cf. p. 34), dein de die ultimo decadis i. e. die decimo sc. mensis, ubique hoc nexu: בֶּעָשׂוֹר לַחֹדֶשׁ Ex. XII, 3. Lev. XVI, 29. XXIII, 27. XXV, 9. Num. XXIX, 7. Jos. IV, 19. 2 Reg. XXV, 1. Jer. LII, 4. 12. Ezech. XX, 1. XXIV, 1. XL, 1 (cf. gr. δεκάς, ἐννεάς, τετράς de die decimo, nono, quarto mensis, et aethiop. ዐሡር፡ ኃምስ፡ de die decimo, quinto cet. v. Lud. gramm. p. 100). b) chordarum, inde *decachordum* Ps. XCII, 4, plene (per apposit.) נֵבֶל עָשׂוֹר nablium decachordum XXXIII, 2. CXLIV, 9. LXX. δεκάχορδον.

עֲשִׂירִי adj. ordinale, *decimus* Gen. VIII, 5. Lev. XXVII, 32. Num. VII, 66 al. Ellipt. de *decimo* mense (q. d. Decembri) i. e. Tebeth Gen. VIII, 5: בָּעֲשִׂירִי בְּאֶחָד לַחֹדֶשׁ. 1 Par. XXVII, 13. Jer. LII, 4. Ez. XXIV, 1. XXIX, 1. XXXIII, 21. — Fem. עֲשִׂירִיָּה Jes. VI, 13 et עֲשִׂירִית, עֲשִׂירִת *decima* sc. pars Ex. XVI, 36. Lev. V, 11. VI, 13. Num. V, 15. XXVIII, 5. Ez. XLV, 11. (Arab. عَشِيرٌ, عُشْرٌ pars decima).

עִשָּׂרוֹן m. *decima pars*, mensura rerum aridarum, maxime farinae Ex. XXIX, 40. Lev. XIV, 21. Num. XXVIII, 13. 21. 29. XXIX, 4. 15, pl. עֶשְׂרֹנִים Lev. XIV, 10. XXIII, 13. 17. XXIV, 5. Num. XV, 6. 9. XXVIII, 9 sqq. XXIX, 3 sqq., nusquam praeter Pentateuchum. LXX. δέκατον, sed Num. XV, 4 plenius δέκατον τοῦ οἰφί (Vulg. decima pars Ephi) decima Ephae, et recte se habere hanc interpretationem, dubitare non sinunt loci, quibus de eadem re (de ferto simplici) ponitur עֲשִׂירִית הָאֵיפָה Levit. V, 11. VI, 13. Num. V, 15. XXVIII, 5 et LXX eodem modo reddunt δέκατον τοῦ οἰφί (ὑφί). Nullius auctoritatis est Novariensis, scriptor et erroribus et mendis scatens, qui (Nomencl. syr. p. 341) ܥܣܪܘܢܐ (sic) interpretatur عشير (sic) lat. „mensura continens decimam art. praecedentis", praecesserat autem ܣܐܬܐ „mensura 4 modis (modios) continens", quod aperte falsum est v. סְאָה.

מַעֲשֵׂר cstr. מַעְשַׂר Num. XVIII, 24 et מַעְשֵׂר Lev. XXVII, 30. 32, c. suff. מַעְשְׂרוֹ ib. 31, pl. מַעַשְׂרוֹת Neh. XII, 44 c. suff. מַעְשְׂרֹתֵיכֶם Num. XVIII, 28 m. *decimae* frugum fructuumque, neque non pecoris et armentorum

Jovae sacrae i. e. Levitis solvendae (Lev. XXVII, 30—33. Num. XVIII, 21. 24. Neh. XIII, 5. 12), qui vicissim decimam eius partem sacerdotibus solvebant (Num. XVIII, 26 sqq. Neh. X, 38), verum ex lege Deut. XII, 6 sqq. XIV, 22—28. XXVI, 12—14 tertio quovis anno agapis vel in sacrario vel domi instituendis adhibendae, quibus quidem locis Talmudistae *tertias* quandam *decimas* (ἡ τρίτη δεκάτη Tob. I, 8) praeter duas priores (מעשר ראשון et מעשר שני δεκάτη δευτέρα Tob. I, 7, it. מַעְשַׂר הַמַּעֲשֵׂר Neh. X, 39) offerendas intelligunt. Inde שְׁנַת הַמַּעֲשֵׂר annus decimarum, de tertio anno, quo decimae agapis irrogandae erant Deut. XXVI, 12. Prima decumarum mentio est in familia Abrahami Gen. XIV, 20 (ubi Abrahamus decimas praedae Melchisedeco solvit). XXVIII, 22, praeter Hebraeos etiam plures antiquitatis populi tum proventus tum mercaturae praedaeque decumas diis offerre solebant (v. Wineri Reall. II, 883 et quos laudat). De Hebraeorum decimis v. Reland. antiqu. s. 3, 6. 13 sqq. Carpzov apparat. p. 619 sqq. Winerum l. c.

עָשׁ *tinea*, v. rad. עָשֵׁשׁ.

עָשׁ *sidus Ursae*, v. rad. נָעַשׁ p. 895.

עָשַׁן fut. יֶעְשַׁן Deut. XXIX, 19 pl. in Paus. יֶעֱשָׁנוּ Ps. CIV, 32 *fumavit*. (Arab. عَثَنَ id. Cogn. תָּנַן, unde אַתּוּן fornax. In linguis Indogerm. congruere videtur *âtman* animus, gr. ἀτμός vapor, fumus, goth. *athma* spiritus nostr. *Athem*). De monte Ex. XIX, 18. Ps. CIV, 32. CXLIV, 5. Poët. *fumare* dicitur *ira* (pr. nasus) Dei Deut. XXIX, 19 (ubi cod. Sam. ad anthropomorphismum mitigandum pro יעשן אף יי habet יחר אף). יי Ps. LXXIV, 1, adeoque ipse Deus, eadem sententia Ps. LXXX, 5.

עָשָׁן cstr. עֲשַׁן Jos. VIII, 20. 21 et עָשָׁן (qs. ab עָשֵׁן) Ex. XIX, 18 m. 1) *fumus* Gen. XV, 17. Jes. IV, 5. VI, 4. XXXIV, 10. Nah. II, 14. Prov. X, 26. עַמּוּד עָשָׁן Iud. XX, 40, גֵּאוּת עָשָׁן Jes. IX, 17, תִּימְרוֹת עָשָׁן Cant. III, 6 columna, columnae fumi. Cum *fumo dispulso* comparantur populi subito dispulsi Hos. XIII, 3. Ps. LXVIII, 3. Jes. LI, 6. — Poët. *fumus* dicitur etiam a) *vapor*, quem bestiae ira concitatae ex naribus propellere solent (cf. fumantem nasum viri ursi Martial. 6, 64, 28) Iob. XLI, 12. Inde de Jova irato Ps. XVIII, 9: עָלָה עָשָׁן בְּאַפּוֹ *ascendit fumus in naribus eius*. Jes. LXV, 5 cf. verbum. b) de nube pulveris excitati (cf. fumantes pulvere campos Virg. Aen. 11, 909 et arab. عَجَاجَة fumus et pulvis), quae hostilis exercitus adventum indicat Jes. XIV, 31. Alii h. l. *fumum* proprie dictum intelligunt ortum illum ex signis igneis ante exercitum gestatis (Curt. 5, 2 et intpp. ad Ex. XIII, 21. 22). — 2) n. pr. oppidi, v. כּוֹר עָשָׁן.

עָשֵׁן adj. *fumans* Ex. XX, 15. Jes. VII, 4.

עָשַׁק fut. יַעֲשֹׁק 1) *iniuste et violenter oppressit* aliquem. (Arab. عسق I. V. ursit, importunus fuit petendo, عَسَق iniustitia, violentia Har. IV, 36 Schult., عُسُق qui debitores urgent cum violentia). V. c. egenos, miseros Ps. CXIX, 121. 122. Am. IV, 1. Jer. VII, 6. Zach. VII, 10. Prov. XIV, 31. XXII, 16. XXVIII, 3. Eccl. IV, 1, rex cives 1 Sam. XII, 3. 4, victor victos Jes. LII, 4. Jer. L, 33. Ps. CV, 14. Hos. V, 11, deus hominem Iob. X, 3. Plenius dicunt עָשַׁק פ׳ עֹשֶׁק Ezech. XVIII, 18. XXII, 29. Part. act. עוֹשֵׁק oppressor Ps. LXXII, 4, pass. עָשׁוּק oppressus Deut. XXVIII, 29. 33. Saepe copulatur cum גָּזַל q. v. Metaph. Prov. XXVIII, 17: אָדָם עָשֻׁק בְּדַם־נָפֶשׁ *homo caede humana* (quam commisit) *oppressus* i. e. huic culpae tanquam oneri succumbens. (Targ. Pesch. ܥܫܩ חֲשִׁשׁ vexatus, cf. עָשְׁקָה). — 2) *defraudavit* aliquem, *subtraxit* ei fraude et iniuria, c. acc. pers. Lev. V, 21. XIX, 13. Deut. XXIV, 14, et rei Malach. III, 5: עֹשְׁקֵי שְׂכַר שָׂכִיר *qui mercedem mercenarii subtrahunt*, absol. Hos. XII, 8. — Utramque structuram (no. 1 et 2) iunctam habes in his Mich. II, 2: וְעָשְׁקוּ גֶּבֶר וּבֵיתוֹ *opprimunt virum et domum eius ei subtrahunt* i. e. tum dolo tum vi illata sibi vindicant, cf. גָּזַל. — 3) *superbus, insolens fuit, exorbitavit*, metaph. de fluvio ripas migrante. Iob. XL, 18 al. 23 (cf. arab. זֵידוֹן rad. זוּד, et verba بغا, فجر ,ظلم v. Schult. animadvv. ad Iob. l. c. et in Comment. p. 1167. 68).

Pu. part. מְעֻשָּׁקָה (virgo) *vi compressa*, metaph. de urbe vi expugnata Jes. XXIII, 12.

עָשׁוֹק m. *oppressor* Jer. XXII, 3, i. q. עוֹשֵׁק XXI, 12.

עֲשׁוּקִים m. pl. *oppressiones, iniuriae* Am. III, 9. Iob. XXXV, 9. Eccl. IV, 1 (ut recte LXX. Targ. Pesch.). Sed Ps. CIII, 6. Jer. L, 33 est part. pass. pl. *oppressi*.

עֵשֶׁק (oppressio) n. pr. viri 1 Par. VIII, 39.

עֹשֶׁק m. 1) *violentia, iniuria* Jes. LIX, 13, max. *oppressio* pauperum, quae in defraudando, exigendo, spoliando cernitur Ps. LXXIII, 8. Jer. VI, 6. XXII, 17. Ez. XVIII, 18. XXII, 7. 12. Sq. genit. eius qui opprimit Ps. CXIX, 134, et qui opprimitur Eccl. V, 7 (cf. חָמָס). — 2) *vi vel fraude ablatum* Lev. V, 23. Ps. LXII, 11, *iniuste partum* Eccl. VII, 7. — 3) *angor* i. q. עָשְׁקָה Jes. LIV, 14.

עָשְׁקָה f. *oppressio*, quam quis patitur, inde *angor, angustiae*. Jes. XXXVIII, 14: עָשְׁקָה־לִּי (lege *oschkalli*, non obstante Metheg, ut in שָׁמְרֵנִי ,בָּתֵּיהֶם, v. Lgb. pag. 43) *angustiae mihi* sunt, cf. צַר לִי ,צָרָה לִי. Male

Hitzigius: *serva me* coll. عشق, quod ne apud Arabes quidem hanc vim habet, sed *vehementer* (et perdite) *amandi*, de amore sexuum cf. hebr. חָשַׁק.

מַעֲשַׁקּוֹת pl. f. *oppressiones* Prov. XXVIII, 16.

עָשַׁר fut. יַעְשַׁר *dives fuit* Iob. XV, 29. Hos. XII, 9. (Origo quaerenda videtur in *recto* et *plano*, ut affine sit verbis אָשַׁר, יָשַׁר, כָּשֵׁר. unde proficiscitur felicitatis et *beatitudinis*, inde *divitiarum* notio. De primae significationis vestigio v. in Pi. Aram. עֲתַר, ܥܬܰܪ id., ܥܰܬܺܝܪܳܐ dives, ܥܘܼܬܪܳܐ divitiae).

Pi. עִשֵּׁר exstare videtur 1 Reg. XXII, 49 Chethibh: יְהוֹשָׁפָט עִשַּׂר אֳנִיּוֹת *Josaphat exstruxit naves*, pr. *erexit* a primaria potestate radicis. Rectius certe ita scribes et interpretaberis Chethibh, quam עָשַׂר *compegit*, v. עָשַׂר p. 1079 A; utraque autem scriptura suspecta, et praeferendum videtur Keri עָשָׂה.

Hiph. הֶעֱשִׁיר fut. c. suff. יַעְשְׁרֶנּוּ 1 Sam. XVII, 25, תַּעְשְׁרֶנָּה Ps. LXV, 10 1) *ditavit* aliquem, sq. acc. pers. Gen. XIV, 23. Ez. XXVII, 33. Ps. LXV, 10: רַבַּת תַּעְשְׁרֶנָּה *abunde ditas eam* terram i. e. largissimis donis eam auges et ornas. Sq. dupl. acc. pers. et divitiarum 1 Sam. XVII, 25. Absol. 1 Sam. II, 7. Prov. X, 4. 22. — 2) intrans. *dives factus est*, pr. *divitias fecit* s. sibi comparavit (gr. §. 52, 2 not.) Ps. XLIX, 17. Prov. XXI, 17. XXIII, 4. XXVIII, 20. Jer. V, 27. Zach. XI, 5. Sq. acc. opum, quas quis sibi comparat Dan. XI, 2.

Hithpa. divitem se esse simulavit Prov. XIII, 7.

עָשִׁיר m. *dives*, adj. אִישׁ עָשִׁיר 2 Sam. XII, 4 et subst. Prov. X, 15. XIV, 20. XVIII, 11. Jer. IX, 22. Eccl. X, 20, opp. דַּל Ex. X, 15. Ruth III, 10, רָאשׁ, רָשׁ Prov. XXII, 2. 7. XXVIII, 6, אֶבְיוֹן Ps. XLIX, 3. עֲשִׁירֵי עָם ditissimi hominum Ps. XLV, 13. Ponitur a) in bonam partem, de *ingenuo*, *nobili* Eccl. X, 6 (opp. סֶכֶל stultitia, stulti); b) in malam partem, de *improbo*, quippe quod cum divitiis (Jes. II, 7. Mich. VI, 12. Mt. XIX, 23) et superbia (v. הוֹלְלִים et contr. עָנָו) saepe coniuncta sit improbitas. Jes. LIII, 9: וַיִּתֵּן אֶת־רְשָׁעִים קִבְרוֹ וְאֶת־עָשִׁיר בְּמֹתָיו *et dederunt apud impios sepulcrum eius et apud improbos tumulum eius* (de scriptura בְּמוֹתָיו v. s. v. בָּמָה), ubi parallelismus suadet עָשִׁיר eodem modo accipere atque רְשָׁעִים. Ita ex Rabbinis iam R. Jonas, e Christianis Lutherus: Reicher, der sein Thun auf Reichthum setzt, das ist ein Gottloser, et Calvinus. Obstat fateor huic interpretationi, quod minus credibile est *divitis* notionem in עָשִׁיר prorsus periisse: sed haud minoribus difficultatibus laborat ea ratio, qua *improbitatis* significatum vindicare voluerunt Martinius et Hitzigius, collata nimirum rad. عثر caespitavit, unde عَثُور caespitator, inde *peccator*. Tum enim haec radix nullam prorsus cum verbo עָשַׁר necessitudinem habet, ita ut עָשִׁיר h. l. *ἅπαξ λεγόμενον* esset: tum caespitandi vis in hoc verbo apud Arabes nusquam ad peccatum (licet ad fortunam adversam) translata est.

עֹשֶׁר m. *divitiae* Gen. XXXI, 16. 1 Sam. XVII, 25. 1 Reg. III, 11. 13. X, 23. Eccl. IV, 8. IX, 11 al. עֹשֶׁר רָב divitiae multae Prov. XXII, 1, et רֹב עָשְׁרוֹ multitudo divitiarum eius Ps. XLIX, 7. LII, 9. Saepe copulantur: עֹשֶׁר וּנְכָסִים divitiae et opes Eccl. V, 18. VI, 2. 2 Par. I, 11, עֹשֶׁר וְכָבוֹד divitiae et honor 2 Par. XVII, 5. Prov. III, 16. VIII, 18.

עָשֵׁשׁ i. q. בָּלָה *collapsus est*, a) de vestibus usu et tinearum morsu collabentibus (v. עָשׁ); b) de oculo et corpore curis confecto, languescente et marcescente (einfallen, verfallen). Arab. غَشّ med. Je et Damm. macer factus est, غَشّ macer. Ps. VI, 8: עָשְׁשָׁה מִכַּעַס עֵינִי *marcescit* tabescit *prae moerore oculus meus* (cf. Iob. XVII, 7). XXXI, 10: עָשְׁשָׁה בְכַעַס עֵינִי נַפְשִׁי וּבִטְנִי. 11: כָּשַׁל, עֲצָמַי עָשֵׁשׁוּ, parall. בָּלָה, ubi mirum videri non debet, marcorem etiam *animae* tribui, v. בָּלָה, הִתְעַטֵּף.

עָשׁ m. *tinea* vestes corrodens, v. rad. no. 1. Ps. XXXIX, 12. Iob. IV, 19. XIII, 28. XXVII, 18. Jes. L, 9. LI, 8. Hos. V, 12. (Arab. عُثَّة tinea, أُثَيْثَة dimin., عَثَّ rosit tinea lanam). — Aliud עָשׁ *sidus Ursae* v. rad. עָשָׁה.

עָשַׁת 1) *nituit*, *glaber fuit*. Jer. V, 28: שָׁמְנוּ עָשְׁתוּ *pingues sunt et nitent*, cutis enim, ut recte Kimchius, ubi pinguis est, nitet. Vulg. *incrassati sunt et impinguati*. (LXX. Chald. Pesch. divites facti sunt, fort. legentes עָשְׁרוּ). — 2) nitidum reddidit, *fabricatus est*, cf. חָלַק. Inde עֶשֶׁת. — A fingendo 3) transfertur ad animum, qui rem cogitando fingit et refingit, v. עֶשְׁתּוֹן, עֶשְׁתֹּנוֹת, et

Hithpa. cogitavit, sq. לְ *recordatus est* alicuius Jon. I, 6. Vulg. recogitare. (Chald. אִתְעֲשַׁת excogitavit, molitus est aliquid, in malam partem Jes. XXXII, 6. 11 Jer. V, 26. Hos. X, 13 Targ.). Hartmannus (linguist. Einleit. pag. 250): *nitidum* i. e. serenum *se praebuit* (Targ. יִתְרַחֵים), sed nil valent coniecturae etymologicae, ubi secus suadet certus linguae usus.

עֲשִׁית, עֲשַׁת chald. *cogitavit*, sq. gerundio, aliquid facere. Dan. VI, 4. Cf. hebr. ad Hithpa.

עָשׁוֹת adj. *nitidus*. Ez. XXVII, 19: בַּרְזֶל עָשׁוֹת *ferrum nitens*, sec. Kimchium אצירר i. e. *azerro*, *acier*, chalybs aut ferrum Indicum. Alii ex vett. c. Vulg. ferrum *fabrefactum* (rad. no. 2). LXX. σίδηρος εἰργασμέ-

νος. Pesch. id. Denique Targ. עַרְקִין דְּבַרְזֶל i. e. fila ferrea (non laminae ferreae) Buxt. 1676.

עֶשֶׁת f. (videntur enim, etsi falso, ת feminini generis notam habuisse cf. Lgb. 474) *opificium*, a rad. no. 2. Cant. V, 14: עֶשֶׁת שֵׁן *opificium eburneum*. Pesch. ܥܒܕܐ ܕܫܢܐ.

עַשְׁתּוּת f. *cogitatio, sententia*. Iob. XII, 5: לְעַשְׁתּוּת שַׁאֲנָן i. q. בְּעֵינֵי שׁ׳ *de sententia felicis.* Nonnulli libri et manu scripti et impressi (v. d. Hooght) exhibent עֶשְׁתוֹת (pl. cstr. ab עֶשֶׁת, qui tamen עַשְׁתוֹת scribendus erat), sed accuratiores tuentur Schurek. Norzi in Minchath Schai: במקצת ספרים בחולם והם משובשים כי מדוייקים בוא״ו שורק וכן כתב רד״ק בשרשו שהוא בפלס עַבְדוּת.

עֶשְׁתֹּנוֹת pl. f. *cogitationes, consilia* Ps. CXLVI, 4. Chald. id. v. Buxt.

עַשְׁתֵּי dubiae originis vox, quae cum numero denario coniuncta significat: *undecim*, masc. עַשְׁתֵּי עָשָׂר Num. VII, 72. XXIX, 20, f. עַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה sq. pl. Exod. XXVI, 7. 8. XXXVI, 14. 15, sq. sing. 2 Reg. XXV, 2. Jer. I, 3. LII, 5. Ez. XL, 49, et pro ordinali, masc. *undecimus* Deut. I, 3. 1 Par. XII, 13. XXIV, 12. Zach. I, 7, fem. *undecima* Jer. XXXIX, 2. Ez. XXVI, 1. R. Jona עַשְׁתֵּי עָשָׂר ortum censebat ex עַד שְׁתֵּי ע׳ (non על שתי, ut scribit Fürstius in Concord.) *usque ad duodecim* i. e. *undecim*, probante ex recentioribus Ewaldo (gr. min. §. 438): sed fac *usque ad duo* dictum esse pro *uno*, quod in hoc numero profecto mirum videatur (facilius credas, *usque ad centum* dici potuisse pro *novem et nonaginta*), haec origo vel propterea probabilitate caret quod ea adoptata expectares עַשְׁתֵּי in solo fem. usurpatum, in masc. עַשְׁנֵי pro עַד שְׁנֵי. Ingeniosius certe quod (post Aben Esram) in medium protulit Kimchi, qui ad radicem עָשַׁת revocat: עשתי עשר הוא אחד עשר ונקרא כן לפי שהוא מחשבת הסופר והחלת מה שיעלה בלבו לספור אחר עשרה כי עשרה סוף המספר i. e. ע׳ ע׳ *est undecim, idque ita appellatur, quoniam id est quod cogitatione concipit numerans et initium eius quod in animum inducit numerare post decem, nam denarius numerus finem facit numerandi*, quodque ita explicat Jo. Simonis: „עַשְׁתֵּי עָשָׂר pr. *cogitationes ultra decem* h. e. numerus *cogitatione* sive mente concipiendus, quum praecedentes numeri ad *digitos* numerarentur“. Cf. ad עָשָׂר.

עַשְׁתֹּרֶת f. 1 Reg. XI, 5. 33. 2 Reg. XXIII, 13, alibi pl. עַשְׁתָּרוֹת *Astarte*, ἡ Ἀστάρτη, n. pr. idoli muliebris a Sidoniis (1 et 2 Reg. ll. cc.) et Philistaeis (1 Sam. XXXI, 10) illorumque exemplo ab Hebraeis tempore Iudicum (Iud. II, 13. X, 6. 1 Sam. VII, 3. 4. XII, 10) et Salomonis (Regg. ll. cc.) magna cum religione una cum Baale (Iudd. et 1 Sam. ll. cc.) culti. Plurali הָעַשְׁתָּרוֹת, qui ter (Iud. X, 6. 1 Sam. VII, 4. XII, 10) copulatur cum הַבְּעָלִים, *statuae Astartes* intelligendae videntur (cf. בְּעָלִים, אֲשֵׁרוֹת, gr. Ἑρμαί), et sic etiam 1 Sam. XXXI, 10: בֵּית עַשְׁתָּרוֹת *templum Astartarum* (poterant enim in eodem templo plures eius imagines esse) et Iud. II, 13: לַבַּעַל וְלָעַשְׁתָּרוֹת (quanquam fuerunt, qui *Astaroth* his locis vim singularem habere suspicarentur et ad plur. excellentiae referrent). LXX. Ἀστάρτη, pl. Ἀστάρται et Ἀσταρώθ. Assiduum eiusdem numinis apud Phoenices et Poenos cultum quum alia testantur (v. inscr. Cit. 1, 3, ubi legendum: לרבתי עשתרת *dominae meae Astartae*), tum creberrimus eius usus in nomm. pr. virorum et mulierum, velut עבד עשתרת (servus Astartes) Carth. 11, 1, בדעשתרת (id.) Carth. 2, 3, gr. Ἀβδαστάρτος (monn. phoen. p. 399), lat. audaciore contractione *Bodostor* et *Bostor* (ib. p. 403. 404), אמתעשתרת (serva Astartes) Cit. 2, 3, גדעשתרת (fortuna Astartes) Carth. 3, 4, *Delaeastartus* (דלי עשתרת servatus ab Astarte), *Gerastartus* (גר עשתרת hospes Astartes), adde n. pr. loci גן עשתרת (hortus Astartes) Carth. 11, lin. 6. 7 monn. p. 451 (ubi nunc legendum existimo שת ארנבעל מגנעשתרת *posuit Adonibaal ex Gan-Astoreth* s. horto Astartes). Etiam in monumm. Aegyptiacis eius mentio est, hac forma

i. e. ÂSTART, addito signo feminini generis et determinativo *regiam* dignitatem indicante (Champollion gr. 122). Scriptores Graeci et Romani partim cum Junone (August. quaest. ad Iud. VII, 16: Juno sine dubitatione a Punicis Astarte vocatur) partim cum Venere et Luna eam comparant (Lucian. de dea syra 4: *Ἀστάρτην δ' ἐγὼ δοκέω Σεληναίην ἔμμεναι.* Cic. nat. 3, 23: quarta [Venus] Syria Tyroque concepta, quae Astarte vocatur, quam Adonidi nupsisse proditum est. Philo Byblius ap. Euseb. I, 10: *τὴν δὲ Ἀστάρτην Φοίνικες τὴν Ἀφροδίτην εἶναι λέγουσι.* Theodoret. quaest. 50 ad lib. Regg.): atque hoc rectius, nam quemadmodum בַּעַל modo Solis deus habitus est (בַּעַל חַמָּן v. pag. 489 et monn. phoen. p. 170 sqq.) modo Jovis stella et Fortunae numen (v. בַּעַל p. 224), ita Astarte quoque tum *Lunam* repraesentabat tum alio flexu *Venerem* i. e. Veneris stellam amoris et fortunae datricem, quo quidem respectu אֲשֵׁרָה et מְנִי appellata est (v. hh. vv.). De figura eius unum magna veri specie dici potest, statuas eius *cornutas* fuisse, urbs enim Batanaeae ab assiduo Astartes cultu *Astaroth* (pro Beth-Astaroth) dicta semel plenius עַשְׁתְּרוֹת קַרְנַיִם appellatur Gen. XIV, 5: quae quidem cornua*) tum deae lunari conveniunt tum mytho cuidam apud Philonem Byblium (ap. Euseb. l. c. v. Sanchun. fragmm. ed. Orell. p. 34): *Ἀστάρτη δὲ ἡ μεγίστη καὶ Ζεὺς Δημαροῦς καὶ Ἄδωδος* (הדד) *βασιλεὺς θεῶν ἐβασίλευον τῆς χώρας, Κρόνου*

*) Nisi forte in rudibus illis simulacris (v. imaginem supra exhibitam) *brachia sublata* altarium cornibus similia *cornua* appellata sunt.

γνώμῃ. Ἡ δὲ Ἀστάρτη ἐπέθηκε τῇ ἰδίᾳ κεφαλῇ βασιλείας παράσημον κεφαλὴν ταύρου· περινοστοῦσα δὲ τὴν οἰκουμένην, εὗρεν ἀεροπετῆ ἀστέρα ὃν καὶ ἀνελομένη ἐν Τύρῳ τῇ ἁγίᾳ νήσῳ ἀφιέρωσε. Rudiorem eius imaginem memorat Tacitus hist. 2, 3, ubi de dea Paphia (quae non alia fuit quam Astarte): ,,Simulacrum deae non effigie humana: continuus orbis latiore initio tenuem in ambitum metae modo exsurgens et ratio in obscuro'' et haud scio an haec eadem sit, quae tum in cippis Punicis punice (v. inscr. Carth. 3. 5. 11. 12) et latine inscriptis (v. Encyclop. germ. XXI p. 99) tum in numis Phoeniciis (v. monn. tab. 39) comparet, hac quidem forma:



cui similis etiam Baalem repraesentare videtur (Numid. 5). — Quod attinet ad vc. originem, de qua diu frustra anquisiverunt, nil fere dubito, quin עַשְׁתֹּרֶת idem sit quod אֶסְתֵּר pers. ستاره *stella*, κατ᾽ ἐξοχὴν stella Veneris (syr. ܟܘܟܒܬܐ) v. p. 134, ita ut Ἀστροάρχη, quomodo Astarte appellatur Herodian. 5, 6 §. 10, etymon bene referat.

Plur. עַשְׁתָּרוֹת 1) *Astartae* s. statuae Astartes, v. supra.

2) עַשְׁתְּרוֹת צֹאן q. d. *Veneres pecoris* Deut. VII, 13. XXVIII, 4. 18. 51 esse videntur *femellae* gregem propagantes. Kimchi: נקבות הצאן. Ubique hoc contextu: *et benedicet Jova* .... שְׁגַר אֲלָפֶיךָ וְעַשְׁתְּרוֹת צֹאנֶךָ *fetum boum tuarum et femellarum pecoris* i. e. ovium et caprarum. Recte Gr. Venet. ὄϊες, neque male LXX. τὰ ποίμνια τῶν προβάτων σου. Vulg. greges ovium, nam greges femellis constant. Abulwalides: ע' צ' جفرات غنمك والجفر من اولاد الشاة اخرى עשתרות ולעשתרות انما اصنام كانه على صورة الجفرات والمراد עשתרות צאנך الاناث خاصة على ما يقول اهل التفسير i. e. ע' צ' *sunt agni s. soboles pecoris: aliud est* עַשְׁתֹּרֶת pl. עַשְׁתָּרוֹת (Iud. II, 13), *quomodo appellantur simulacra, quae agnorum figuram habent:* ע' צ' *autem secundum interpretes femellas potissimum significat*, in quibus id quod de Astartes figura ovi simili tradit, commentum videtur Rabbinorum ingenio debitum, qui non alio modo duas verbi significationes conciliari posse putabant.

3) n. pr. urbis Batanaeae Deut. I, 4. Jos. IX, 10. XII, 4. XIII, 12. 31. 1 Par. VI, 56, semel עַשְׁתְּרוֹת קַרְנַיִם Gen. XIV, 5 dictae, non aliunde quam ab Astartae (cornutae) simulacris, quibus ea urbs abundasse videtur (v. supra), antiquitus plene בית עשתרות (domus Astartarum), unde prima voce decurtata (v. pag. 175 A) בְּעֶשְׁתְּרָה Jos. XXI, 27, licet Rabbini קַרְנַיִם ad duo montium cacumina referant, inter quae vetus urbs interiecta fuerit (Buxt. col. 1683). A Mose primum Manassitis tributa (Jos. XIII, 31), dein Levitis concessa est (1 Par. l. c.). Saepius copulatur cum אֶדְרֶעִי Adraa, a qua teste Eusebio sex milliaribus aberat. Idem oppidum esse videtur Καρναΐν 1 Macc. V, 43, neque improbabilis Leakii coniectura (ad Burckhardti itin. Syriae p. 18), qui veterum urbem ibi ponendam censet, ubi nunc *Mezarib* مزاريب (canales aquae), haud procul a Dràa i. e. Adraa. N. gent. est עַשְׁתְּרָתִי 1 Par. XI, 44.

עֵת *tempus*, v. rad. עָדָה p. 993.

עֵת קָצִין (*tempus* iudicis, fort. rectius: *populus* iudicis, coll. pun. עת monn. Phoen. p. 355), c. He locali עִתָּה קָצִין n. pr. oppidi Sebulonitarum Jos. XIX, 13.

עַתָּה *nunc*, v. ibid. p. 994.

עַתְּ et **עַתִּי** v. ibid.

עָתַד in Kal inusit. Chald. Pa. עַתֵּד statuit, constituit, praeparavit. Ithpa. stitit se, constitit, stetit i. q. הִתְיַצֵּב. Syr. Pe. et Pa. statuit, disposuit. Ethpa. accinxit se ad iter. Arab. عَتُدَ paratus fuit. II. IV. paravit, disposuit pec. in futurum tempus. Eiusdem prosapiae est atque verba יָסַד q. v., שִׁית.

Pi. paravit, disposuit Prov. XXIV, 27.

Hithpa. paratus fuit ad aliquid, sq. לְ. Iob. XV, 28: *domus* ..... אֲשֶׁר הִתְעַתְּדוּ לְגַלִּים *quae ruinae futurae sunt.*

עָתוּד i. q. עָתִיד Jes. X, 13 Keri. Esth. VIII, 13 Chethibh.

עָתִיד m. adj. 1) *promtus, paratus* ad aliquid sq. לְ Esth. III, 14. VIII, 13. Iob. XV, 24. (Arab. عَتِيدٌ paratus, dispositus Cor. L, 17, chald. et syr. id. et: futurus, unde apud Grammaticos: tempus futurum). — 2) *exercitatus, peritus* (nostr. fertig cf. מָהִיר), sq. inf. Iob. III, 8: עֲתִידִים עֹרֵר לִוְיָתָן *qui periti sunt crocodilum evocandi*, pro pedestri לְעוֹרֵר, qua in ellipsi (v. gr. §. 139, 2) haerere eaque verba divellere non debebant de Dieu, Schult. al. Cf. عتد Conj. V. artis peritissimus fuit, v. Schult. ad l. c.

Pl. עֲתִידוֹת 1) *quae* alicui *parata* sunt i. e. instant, imminent, Deut. XXXII, 35 cf. verbum Iob. XV, 28. — b) *quae* quis sibi *comparavit* in futurum tempus i. e. *opes*, τὰ ὑπάρχοντα Jes. X, 13. Pesch. ܢܟܣܝܗܘܢ opes eorum. Cf. arab. عُدَّةٌ pro عُتْدَةٌ commeatus futuro tempori destinatus, عَتَادٌ apparatus ad iter. Optime Juda ben Karisch: ذخايرهم التي اعتدوهم للدهر *opes quas paraverunt tempori futuro.*

עֲתִיד chald. *paratus*, Dan. III, 15.

עַתּוּד m. *caper, hircus.* (Arab. عَتُودٌ caper iuvencus, sec. alios: robustus, quadrimestris, ni fallor: per-

fectae aetatis et robustus. Origo in robore esse videtur et corpore bene disposito et perfecto, cf. عَتَدٌ equus ad cursum dispositus, al. robustus et perfectae staturae). Ubique pl. Gen. XXXI, 10. 12. Num. VII, 17. 23 sqq. Deut. XXXII, 14. Ps. L, 9. 13. LXVI, 15. Prov. XXVII, 26. Jes. I, 11. XXXIV, 6. Jer. LI, 40. Ez. XXVII, 21. XXXIX, 18. De capro duce gregis Jer. L, 8, inde עַתּוּדֵי אָרֶץ Jes. XIV, 9 et הָעַתּוּדִים Zach. X, 3 poët. de ducibus populorum i. e. principibus. Arabes eandem imaginem amant in *ariete*. Har. 49 p. 575 de Sacy: انت كبش الكتيبة *tu es aries exercitus*, ad quae Schol. كبش القوم سيدهم ورئيسهم والمنظور اليه فيهم *aries populi est dominus et caput eorum, et in quem oculos coniiciunt inter eos*. Ham. p. 482 ed. Schult. ibique Tauriz. vit. Tim. I, 578. Nuweiri ap. Reiske ad Abulf. Ann. I p. 132.

עתה rad. inusit., unde

עֲתָיָה n. pr. viri Neh. XI, 4 fort. i. q. עֲשָׂיָה.

עתך rad. inusit. Arab. عتك divertit, unde

עֲתָךְ (deversorium) n. pr. oppidi in tribu Juda, 1 Sam. XXX, 30.

עתל rad. inusit., arab. عتل violenter tractavit, unde

עַתְלַי (pro עֲתַלְיָה) n. pr. viri Esr. X, 28.

עֲתַלְיָה et **עֲתַלְיָהוּ** (quem l. quam Jehova afflixit) n. pr. 1) virorum a) 1 Par. VIII, 26. b) Esr. VIII, 7. — 2) reginae impiae, filiae Ahabi et Isabellae, quae post mortem mariti, Jorami regis Judae, et Ahasjae filii trucidata regia stirpe imperium Judaeorum ipsa capessivit et per sex annos tenuit, donec a praetorianis (et si Paralipomenis fides est, a Levitis), inter se coniuratis occisa est 2 Reg. VIII, 26. XI, 1 sqq. 2 Par. XXII, 2 sqq. XXIII, 21. XXIV, 7. LXX. Γοθολία. Vulg. *Athalia*.

עתם rad. ἅπ. λεγομένη, in

Niph. Jes. IX, 18: בְּעֶבְרַת יְיָ צְבָאוֹת נֶעְתַּם אָרֶץ *ira Jovae exercituum combusta est terra* (parall. populus est cibus ignis). LXX. συγκέκαυται. Ms. Alex. συγκαυθήσεται. Targ. חֲרוּבַת *adusta est*, quam significationem paene flagitat contextus, et firmant arab. عَتْمٌ aestus ingens et paene suffocans, et aeth. ተቈጥዐ: iracundus, ira plenus (ab aestu), quibus, nisi me omnia fallunt, nuper accessit exemplum ipsius conj. Niphal in lingua Punica, inscr. Numid. 8 lin. 4, ubi verba sunt: ... ריח לעלת נעתמא *odor holocausti ...... combustus est*. — Doctiores ex Hebraeis, ut Juda b. Karisch, Kimchi, Aben Esra interpretantur: *obscurata* obvelata *est terra* coll. arab. عتم obscuratus est, non satis apte ad contextum.

עתן (vicinum verbo עָתַל) rad. inusit., arab. عتن violenter habuit, عَتْوَنٌ leo. Inde

עָתְנִי (pro עָתְנִיָּה leo Jehovae) n. pr. viri 1 Par. XXVI, 7.

עָתְנִיאֵל (leo Dei) n. pr. iudicis Israëlitarum Jos. XV, 17. Iud. I, 13. III, 9. 1 Par. IV, 13. Gr. Γοθονιήλ, quod nomen etiam reperitur Judith VI, 15.

עָתַק fut. יֶעְתַּק 1) *dimotus, translatus est*. Iob. XIV, 18: צוּר יֶעְתַּק מִמְּקוֹמוֹ *rupes dimovetur a loco suo*. XVIII, 4. Vide Hiph.

2) *aetate provectus est, consenuit*. Iob. XXI, 7: עָתְקוּ גַּם גָּבְרוּ חָיִל *senescunt et robore augentur*, sed Ps. VI, 8: *oculus meus* עָתְקָה *senescit*, cf. Thren. III, 4 Targ., ubi עֲתַק ponitur pro בִּלָּה. (Arab. عَتُقَ et عَتَقَ vetustus fuit, عَاتِقٌ, عَتِيقٌ vetustus, عِتْقٌ, عَتَاقٌ vetustas. Syr. ܥܬܩ vetus factus est, inveteravit. Chald. id.). Cf. עָתִיק no. 2. — A dimovendo s. removendo proficiscitur

3) *manumissus, liber factus est* (cf. Jes. XXVIII, 9, arab. عَتَقَ fut. i. عَاتِقٌ, عَتِيقٌ manumissus, liber, عِتْقٌ libertas), unde Hebraei in malam partem עָתָק ad licentiam et proterviam transferunt.

4) Contra a vetustate (no. 2) proficiscitur notio *antiqui splendoris*, *opum* instar *vini vetusti* et illibati (عاتق) a patribus transmissarum et *intactarum*, v. Schult. ad Prov. VIII, 18. Inde עָתָק, עָתִיק.

Hiph. caus. Kal no. 1 *dimovit*, *transtulit*, ut montes Iob. IX, 5, spec. a) *transtulit* tentorium, *castra movit*, Gen. XII, 8. XXVI, 22. b) *transscripsit* ex uno libro in alium, inde i. q. *congessit*. Prov. XXV, 1: *sententiae Salomonis* אֲשֶׁר הֶעְתִּיקוּ אַנְשֵׁי חִזְקִיָּה. LXX. ἐξεγράψαντο. Aqu. μετῆραν. Gr. Venet. μετήνεγκαν. Vulg. transtulerunt. (Talmud. העתיק est transscripsit, it. in aliam linguam transtulit, Buxt. p. 1686). c) Iob. XXXII, 15: הֶעְתִּיקוּ מֵהֶם מִלִּים *abstulerunt iis verba*, impers. pro: verba iis ablata sunt, nihil proferre possunt.

עָתָק m. adj. *protervus*, *procax* (v. rad. no. 3). דִּבֵּר עָתָק licenter i. e. proterve, impie locutus est Ps. XXXI, 19. XCIV, 4. 1 Sam. II, 3 et sic etiam Ps. LXXV, 6, ubi iungenda sunt verba: תְּדַבְּרוּ עָתָק. Targ. גִּדּוּפִין.

עָתֵק m. adj. (v. rad. no. 4). Prov. VIII, 18: הוֹן עָתֵק Vulg. *opes superbae* pr. vetustae, i. e. intactae et illibatae, ut recte Schult. Aqu. ὕπαρξις μετ᾽ εἰρήνης. Cf. arab. عَتُقَ recte se habuerunt opes gregesque, عتق bona constitutio opum gregumque, pr. incolumitas.

עָתִיק m. adj. *splendidus*, de vestibus Jes. XXIII, 18: מְכַסֶּה עָתִיק Targ. כְּסוּי דִיקָר. Agitur de splendore vestium sacerdotalium, quae ex antiquitate transmissa insigni cura et religione asservatae esse solent, vide ad rad. no. 4: „عاتق vetustus, antiquus, pro praecellenti, integro, antiqui floris ac honoris. Hinc in Diw. Hudeil. ريا البابلى المعتق *nitor Babylonicae* vestis *vetustae* i. e. cuius integer splendor, ut mox ibid. عتاق الرقم *vetustae acupictarum vestium* sunt vetustissimae et illibati splendoris. Vides quid apud Jes. XXIII, 18 sit מכסה עתיק." „Diw. Hud. جلدها ريط عتيق فى الصوان *cutis eius* est *sindon vetusta in repositorio* servata, iterum وانت امرو ماجد تصفى العتيق *tu vero gloria florens florentes nitore eligis.*" Schult. ad Prov. VIII, 18.

עַתִּיק m. 1) *remotus* q. d. *manumissus* ab ubere matris, *ablactatus* Jes. XXVIII, 9, cf. rad. no. 1. 3. — 2) *antiquus*, de rebus s. narrationibus (דְּבָרִים). 1 Par. IV, 22. Vide chald.

עַתִּיק chald. *antiquus.* Dan. VII, 9. 13. 22: עַתִּיק יוֹמַיָּא de Jova. (Syr. ܥܬܝܩܐ id.). Vide rad. no. 2.

I. עָתַר fut. יֶעְתַּר 1) i. q. קָטַר *suffivit*, suffimentum *adolevit* et *obtulit* numini (syr. ܥܛܪ fumavit odore suavi, ܥܛܪܐ suffitus, arab. عطر aromata spiravit). Inde עָתָר no. 1.

2) *supplex oravit*, *precatus est* numen (preces enim piorum suffimento comparantur, cf. Apoc. V, 8 et μνημόσυνον τῆς προσευχῆς Tob. XII, 12. Act. X, 4), sq. לְ et אֶל Gen. XXV, 21. Ex. VIII, 26. X, 18. Iud. XIII, 8. Iob. XXXIII, 26.

Niph. exorari se passus est ab aliquo (sq. dat.), *exaudivit.* Gen. XXV, 21: וַיֵּעָתֶר לוֹ יְהוָה *et Jehova exaudivit eum.* 2 Sam. XXI, 14. 2 Par. XXXIII, 13. 19. Esr. VIII, 23. Jes. XIX, 22. Inf. absol. נַעְתּוֹר 1 Par. V, 20.

Hiph. i. q. Kal no. 2. *precatus est* numen, sq. אֶל Ex. VIII, 4. 25. IX, 28. Iob. XXII, 27, et לְ Ex. X, 17. Sq. לְ et בְּעַד *deprecatus est pro* aliquo. Ex. VIII, 5. 24.

עָתָר m. 1) *suffitus, vapor odoratus.* Ez. VIII, 11: עֲתַר עֲנַן הַקְּטֹרֶת, ubi recte LXX. Vulg. Chald. Syr. All. multitudinem reddunt, coll. rad. no. II. — 2) *cultor* Dei. Zeph. III, 10. (Inde n. pr. Punicum *Atherbal*, Ἀτάρβας i. e. עתרבעל cultor Baalis, v. monn. Phoen. p. 400 a).

II. עָתַר i. q. chald. עֲתַר (hebr. עָשַׁר) *largus fuit*, in Kal inusit.

Niph. id. Prov. XXVII, 6: *larga* multa, crebra *sunt oscula inimici.* Opp. fidelia sunt vulnera amici. Sed Hieron. *fraudulenta*, quod frustra firmare student coll. عثر caespitavit, ita ut oscula caespitantia opponantur *firmis* s. fidelibus.

Hiph. multiplicavit, cumulavit. Ezech. XXXV, 13: הַעְתַּרְתֶּם עָלַי דִּבְרֵיכֶם *multiplicatis in me verba* sc. proterva, impia. LXX. ἐπλήθυνας. Targ. אַסְגֵּיתוּן. Cf. גָּדוֹל no. 2.

עֶתֶר (largitas, abundantia) n. pr. oppidi in tribu Simeonis, Jos. XV, 42. XIX, 7.

עֲתֶרֶת f. *divitiae, abundantia*, Jer. XXXIII, 6.

עֵתֶת v. עֵת s. rad. עָדָה.

פ

פֵּא septima decima Hebraeorum littera, ubi numeri nota est i. q. *octoginta.* Nomen huius elementi probabiliter *os* significabat i. q. פֶּה (gr. Πῖ), quanquam primitivae eius in alphabeto Semitico figurae ori vix similes sunt (monn. Phoen. p. 41).

Veteres Hebraeos hanc litteram non solum cum aspiratione pronunciasse = φ, *ph*, sed etiam sine ea = π, *p* (quod quidem discrimen Grammatici Dagesch leni indicant), tum alia arguunt (Lgb. p. 20. 21) tum maxime voces Semiticae in Graecam receptae, ut פִּלֶגֶשׁ πάλλαξ, יָשְׁפֵה ἴασπις, כַּרְפַּס κάρπασος, קוֹף κῆπος (contra פּוּךְ φῦκος fucus, פּוּךְ nostr. *fachen*).

Cum aliis litteris haud ita saepe permutatur, praecipue cum ב (v. h. litt.), ita quidem, ut littera durior in dialectis Aramaeis paullo frequentior sit, ut בַּרְזֶל, ܦܪܙܠܐ; בָּקַע, ܦܩܥ al. De necessitudine inter פ et arab. ث v. Schult. Opp. min. p. 282.

פֹּא i. q. פֹּה (q. v.) adv. *hic* Iob. XXXVIII, 11.

פָּאָה rad. in Kal inusit., cui non dubitans *flandi* significatum tribuo, ut vicinis פָּהָה (פָּהָה), it. פִּיא, פּוּחַ

(فاه), פּוּחַ, quae cuncta a syllaba onomatopoëtica פח, פה, פא proficiscuntur et flandi sonum imitantur. Inde lucet ἅπ. λεγόμ.

Hiph. Deut. XXXII, 26: אַפְאֵיהֶם *difflabo* i. e. ceu vento dispergam *eos*. LXX. διασπερῶ αὐτούς. Gr. Venet. ἐξοριῶ σφᾶς. (Onk. יְחוּל רוּגְזִי עֲלֵיהוֹן וַאֲשֵׁיצִנּוּן *descendit ira mea super eos et exterminabo eos*, quibus verbis textum bis expressit, primum quasi cum cod. Sam. legeretur אַפִּי הֵם, dein ex vulgari et scriptura et interpretatione. Vulg. *ubinam sunt?* qs. scriptum esset אפיא הם). Rabbini, quos vera origo latet, verbum pro denominativo habent a פֵּאָה latus, regio. Saad. أُفَلِّكُ جِهَاتَكُم *perdam regiones eorum.* Abulw. אפאיהם عندى من معنى וַתַּחְלְקֵם לְפֵאָה الذى تفسر جهة جهات وناحية نواحى، فمعنى אפאיהם اقصيهم فى العالم والقصى فى كلام العرب الناحية البعيدة كما تقول العرب اقصى من معنى قصى اى ابعدهم كذلك قال العبرانيون אפאיהם من معنى פאה من كلام العرب ايضا افق الرجل افقا اذا ذهب فى افاق الارض واشتقوا من الافق فعلا كما اشتقوا العبرانيون من פאה i. e. *de mea sententia est id quod* חֵלֶק לְפֵאָה הַפֵּאָה (Neh. IX, 22), a פֵּאָה *latus, regio*, אפאיהם *igitur est: dispergam eos per orbem terrarum. Et quemadmodum Arabes dicunt* قصى Conj. IV. *dispersit, removit, a* قصى *regio remota, ita Hebraei* פֵּאָה *a* הַפֵּאָה. *Praeterea similis est vox Arabica* أفق *i. e. abiit in regiones* (آفاق) *terrae: a nomine enim formarunt verbum denominativum, sicut Hebraei a* פֵּאָה. Ita etiam Menahem b. Saruk et Kimchi, sed praestat, ut supra fecimus, ad primam verbi notionem redire. Minus etiam probabilia docet Simonis, qui פאה revocat ad arab. فأى diffidit (gladio), vulneravit, unde et *dispergendi* vis proficiscatur Deut. l. c. et *os* (פֶּה pro פֵּאָה) dictum sit qs. *rima* oris. Etenim formae arabicae *os* exprimentes (فاه, فيه, فوه) manifesto redeunt ad rad. פה flandi significatu, contra cum illa radice conciliari non possunt. Ceterum substantiva derivata huius radicis, si originem spectas, hunc fere in modum se excipiunt:

פֵּאָה m. *os*, a flando et spirando dictum, unde a) contr. פֶּה, b) per apoc. פֵּא *Pe* littera, pr. *os* significans.

פֵּאָה (f. a פֵּאָה) facies, latus rei, regio.

פֵּאִי form. segol., unde פִּי os, quo in st. cstr. utuntur, pl. פִּים, פִּיּוֹת.

פִּיָּה vel פִּיָה (pro פֵּאָה) pl. פִּיּוֹת ora, acies.

In sequentibus alphabeti ordinem et singularum formarum usum respiciemus.

פֵּאָה cstr. פְּאַת fem. (a masc. פֵּאָה, פֶּה) 1) pr. *os*, inde (ut lat.) *facies*. (Syr. ܦܐܬܐ id. Apoc. I, 16 v. lex. Adl. infra ad. no. 2). Sed, ut solent feminina, ubique translate de inanimatis: *latus*, idque

a) de latere, quod ad coeli plagam vergit, ut פְּאַת יָם latus occidentale Ex. XXVII, 12. Jos. XVIII, 14, פְּאַת צָפוֹן latus septentrionale Ex. XXVI, 20. XXVII, 11, פְּאַת נֶגֶב Ex. XXVII, 9. XXXVI, 23. XXXVIII, 9. Num. XXXIV, 3. XXXV, 5, פְּאַת קָדִים Ez. XLVIII, 2 et saepius addito He locali hoc modo: פְּאַת יָמָּה *latus* quod *ad occidentem* vergit (die Seite nach Westen) ibid. 16, פְּאַת נֶגְבָּה פְּאַת צָפוֹנָה Jos. XV, 5. XVIII, 12, פְּאַת נֶגְבָּה Jos. XVIII, 15, פְּאַת נֶגְבָּה תֵימָנָה Ex. XXVI, 18, פְּאַת קֵדְמָה Num. XXXV, 5. Jos. XVIII, 20, פְּאַת קֵדְמָה מִזְרָחָה Ex. XXXVIII, 13. — *A latere rei* (zur Seite) Ex. et Jos. ll. cc. est לִפְאַת, sed apud Ezechielem מִפְּאַת (ut lat.) Ez. XLV, 7. XLVIII, 2 sqq.

b) univ. *latus, regio*. Lev. XIII, 41: *si quis depilis est* מִפְּאַת פָּנָיו *vultum suum versus* i. e. in sincipite, fronte. Neh. IX, 22: וַתַּחְלְקֵם לְפֵאָה *et distribuisti eos* (Israëlitas) *in varias regiones* s. partes terrae sanctae. (Scheidius: et divisisti eos agminatim). Jer. XLVIII, 45: פְּאַת מוֹאָב *latus* s. regio *Moabi*. In loco parallelo Num. XXIV, 17 pro eo est dual. cstr. פַּאֲתֵי מוֹאָב *utrumque latus Moabi*, cf. יָדַיִם, יַרְכָתַיִם, quae cuncta a corpore humano ad terrae tractum translata sunt. Symm. κλίματα. Saad. جهات (LXX. Vulg. Targ. Pesch. male: duces s. principes Moabi, qs. פאה sit i. q. פחה).

Dein 2) *extrema pars, extremitas* rei, ut agri Lev. XIX, 9. XXIII, 22, mensae sacrae Exod. XXV, 26. XXXVII, 13, lecti Am. III, 12 (cf. יַרְכָתַיִם). — Lev. XIX, 27: לֹא תַקִּפוּ פְּאַת רֹאשְׁכֶם *ne in orbem tondeatis extremitatem capitis* capilli vestri, cui statim additur: וְלֹא תַשְׁחִית אֵת פְּאַת זְקָנֶךָ *neve depravetis extremitatem barbae vestrae*, quod XXI, 5 effertur: פְּאַת זְקָנָם לֹא יְגַלֵּחוּ *extremitatem barbae ne tondeant.* In *extremitate capitis* non multum est difficultatis (cf. rad. נָקַף p. 902), et recte Kimchius: הוא המשוה צדעיו לאחורי אזניו לפדחתו *intelligenda est aequa capillorum amputatio ad tempora, pone aures et in fronte.* Sed minus certum est, quid sit *extremitas barbae*, utrum *barba genarum* (Backenbart), an superioris labii s. μύσταξ (Knebel-Schnurrbart), an denique *inferioris menti* (Zwickel-Ziegenbart). Spicam barbae (שבלת הזקן) interpretatur Kimchius, sed hoc ipsum, pariter atque arab. سَبَلَةُ الذَّقَنِ, dubiae interpretationis visum est: „crines qui supra mystacem sunt, al. eius extremitas, al. locus ubi duo mystaces conveniunt, al. pars faciei supra mentum usque ad extremitatem barbae vel anterior eius pars Kam. Djeuh.“ Freyt. III, 281. Targg. et Pesch. retinent פָּתָא, ܦܐܬܐ, ܦܐܬܐ, sed etiam hoc non uno modo explicatur. Lex. Adl. ܦܐܬܐ . ܦܐܬܐ وجه . عارض عنفقة سبلة الذقن i. e. ܦ *facies* [Apoc. *latus expansum genae, pili inferioris labii* (à la Henri IV), *spica barbae*, سبلة الذقن ܦܐܬܐ, ܦܐܬܐ او ܦܐܬܐ الوجه والذقن it. ܦܐܬܐ عنفقة الشعر والشوارب *facies et barba et bibentes id est crines longiores*

in utroque latere mystacis, ܦܐܬܐ ܕܫܘܪܒ. Sed de mystace satis aperte legitur ܦܐܬܐ Barhebr. 355, atque rationibus rite subductis et ipsa locutionum פְּאַת הַזָּקָן, שבלת הזקן ratio, et analogia dictionis פְּאַת הָרֹאשׁ docent, nihil aliud intelligi posse quam *extremitates s. crines longiores tum mystacis tum barbae inferioris in duas apices exeuntis, quae aristarum more ex densiore barbae parte eminere solent.* Ad extremitatem capilli autem (פְּאַת רֹאשׁ Lev. XIX, 27) pertinet locutio: קְצוּצֵי פֵאָה *abscissi extremis crinibus* Jer. IX, 25. XXV, 23. XLIX, 32, quod paene per ludibrium dicitur de Arabibus deserticolis, de quibus Herod. 3, 8: τῶν τριχῶν τὴν κουρὴν κείρεσθαί φασι, καθάπερ αὐτὸν τὸν Διόνυσον κεκάρθαι, κείρονται δὲ ὑποτρόχαλα, περιξυροῦντες τοὺς κροτάφους. Hebraei interpretes פאה hh. ll. de *regione* (no. 2) interpretantur. Abulw. المنقطع الجهة اى المبعدين من العمران اى المنجولين فى الصحارى *quorum regio abscissa s. separata est id est qui remoti sunt a locis habitatis, obeuntes desertum*, et sic Jarchi, Kimchi al., peius etiam Scheidius (ad cant. Hiskiae p. 69): *qui divisi sunt per agmina* coll. فِئَة agmen hominum, quod nihil necessitudinis habet cum voce Hebraea. Crines cogitare iubet vel verbum קצץ (cf. BH. p. 355 ܩܨ ܣܥܪܐ).

פֶּה (pro פְּאֵה, ut שֶׂה pro שְׂאֵה), cstr. פִּי (pro פְּאִי, c. suff. פִּי (arab. فِى); פִּיךָ, פִּיךְ; פִּיו et פִּיהוּ, פִּיהָ; פִּינוּ; פִּיכֶם; פִּיהֶם Deut. XXI, 5. XXXI, 19 (ubi cod. Sam. פים), poët. פִּימוֹ Ps. XVII, 10. LVIII, 7. LIX, 13, pl. (signif. 3) פִּים 1 Sam. XIII, 21 et פִּיוֹת Prov. V, 4

1) *os*, dictum a flando et spirando (Ps. CXXXV, 17, cf. רוּחַ פִּיו XXXIII, 6. Iob. XV, 30), ut אַף nasus (aram. ܐܦܐ facies, aeth. አፍ: facies) a rad. אָנַף, non a *findendo*, v. ad rad. פָּאָה extr. (Arab. فُوهٌ [neque vero فُوهٌ, ut apud Eichhornium et Winerum est], فِيهِ, فَاهُ, فَمٌ f. فُوهَةٌ, فُوهَةٌ, cstr. abiecto He فُو, فِى, فَا id., a rad. cognata فَاهَ flavit, efflavit verba. Sed aeth. አፍ: respondet hebr. אַף et ab hac prosapia alienum est). Dicitur de ore et hominum et bestiarum, ut leonis Ps. XXII, 22 (inde poët. Iob. XXXVI, 16: מִפִּי צָר *ex ore s. rictu hostis*), crocodili Iob. XLI, 11. 13, adeoque de rostro avium Gen. VIII, 11. Jes. X, 14: idque ut instrumento loquendi Ex. IV, 11. Num. XXII, 28 (de asina Bileami). Ps. XXXVII, 30. CXV, 5. CXXXV, 16. Jes. I, 20 et sexcenties, edendi et devorandi Jes. IX, 11 (אָכַל בְּכָל פֶּה). Ez. II, 8. III, 27. IV, 14. Dan. X, 3, gustandi (Gen. XXV, 28: כִּי צַיִד בְּפִיו *nam ferina erat secundum os* i. e. saporem *eius* i. e. eam in deliciis habebat cf. formulam arab. مات لقيه mortuus est suo modo, pr. nach seinem Geschmacke, eo modo quem sibi optaverat), osculandi Cant. I, 2, ridendi Iob. VIII, 21, spirandi (v. supra). כְּבַד פֶּה gravis ore i. e. loquela Exod. IV, 10, פֶּה חָלָק os laeve i. e. blandum Prov. XXVI, 28, פִּי מִרְמָה os fraudulentum Ps. CIX, 2. — Notandae sunt locutiones: a) *loqui* cum aliquo פֶּה אֶל פֶּה *ore ad os* i. e. coram, nemine intercessore et interprete Num. XII, 8, cf. פִּיו עִם פִּיו Jer. XXXII, 4, פִּיהוּ אֶת־פִּיךָ XXXIV, 3 (cf. בְּפִיו 1 Reg. VIII, 15). — b) פֶּה אֶחָד uno ore, una voce Jos. IX, 2. 1 Reg. XXII, 13. 2 Par. XVIII, 12 (syr. ܒܦܘܡ ܚܕ ܟܠܗܘܢ). — c) Iob. XIX, 16: *cum imploro* בְּמוֹ פִי *ore meo* toto, i. e. plena voce mea, sic בְּפִי Ps. LXXXIX, 2. CIX, 30 et in acc. Ps. LXVI, 17: אֵלָיו פִּי קָרָאתִי *eum invoco* toto *ore meo*, v. de hoc acc. gr. §. 135, 1 not. 3. — d) שׂוּם בְּפִי פ׳ Ex. IV, 15. Num. XXII, 38. XXIII, 5. 12. 2 Sam. XIV, 19. Jes. LIX, 21. Esr. VIII, 17 et נָתַן בְּפִי Deut. XVIII, 18. Ps. XL, 4. Jer. I, 9 suggessit alicui verba, it. docuit eum Deut. XXXI, 19. Dicunt etiam: est aliquid בְּפִי פ׳ i. e. in ore gerit v. c. legem Ex. XIII, 9 cf. Ps. V, 10. XXXVIII, 15. Paullo aliter 2 Sam. XVII, 5: *ut audiamus* מַה בְּפִיו *quid dicat* ea de re (was er dazu sagt). — e) Saepius dicunt עַל פֶּה (ἀνὰ στόμα, ἐπὶ στόμα), ubi nos: *in ore*, *in os*. Nah. III, 12: *decidunt ficus* עַל פִּי אוֹכֵל. Mich. III, 5: אֲשֶׁר לֹא יִתֵּן עַל פִּיהֶם *qui nihil indit in os eorum.* Sic etiam loqui dicuntur homines עַל פֶּה super ore s. labiis eorum v. עַל litt. A, 1 p. 1024 B. Adde 2 Sam. XIII, 32: עַל פִּי אַבְשָׁלוֹם הָיְתָה שׂוּמָה מִיּוֹם עַנֹּתוֹ אֵת תָּמָר *in ore Absolomi erat propositum* fratrem occidendi *ex quo oppresserat Thamaram* i. e. saepius profitebatur, non celabat illud propositum. Sed שׂוּם יָד עַל פֶּה manum imponere ori i. e. tacere, silentium sibi imponere Iud. XVIII, 19. Iob. XXI, 5. XL, 4. Mich. VII, 16, cf. יָד לְפֶה Prov. XXX, 32. — f) כָּתַב מִפִּי פ׳ calamo excepit ex ore alic. Jer. XXXVI, 4. 27. 32. XLV, 1. — g) רוּחַ פִּי יְיָ dicitur de vento Iob. XV, 30, et de iusso eius potente et severo Ps. XXXIII, 6.

Praeterea os dicitur aa) meton. de *oratore*, *legato*. Ex. IV, 16: הוּא יִהְיֶה לְּךָ לְפֶה cf. VII, 1, ubi eodem contextu dicitur נָבִיא (p. 839). Jer. XV, 19. — bb) de *voce*. Am. VI, 5: עַל פִּי הַנָּבֶל *ad vocem nablii.* — cc) de *sermone*. Ps. XLIX, 14: *assentatores eorum* בְּפִיהֶם יִרְצוּ *sermone eorum delectantur.* — dd) pro *iusso*, *praecepto*. עַל פִּי ad iussum, praeceptum alic. Gen. XLV, 21 (cf. ad נָשַׁק). Ex. XVII, 1. XXXVIII, 21. Lev. XXIV, 12. Num. III, 16. 39. 51. IV, 27. 37. 45. 49. IX, 18 sqq. XIII, 3. XXVII, 21. XXXIII, 2. 38. Jos. XIX, 50. 2 Reg. XXIII, 35. Iob. XXXIX, 27, rarius אֶל פִּי Jos. XV, 13. XVII, 4. XXI, 3, כְּפִי 1 Par. XII, 23. שָׁמַר פִּי פ׳ paruit iusso alic. Eccl. VIII, 2, contra מָרָה אֶת־פִּי פ׳, הִמְרָה פ׳ restitit, opposuit se iusso alic. (v. מָרָה), עָבַר פִּי יְיָ transgressus est iussum Jovae Num. XIV, 41. XXII, 18. XXIV, 13. 1 Sam. XV, 24. Prov. VIII, 29, quorsum pertinet etiam Ps. XVII, 3: זַמֹּתִי בַּל יַעֲבָר פִּי *cogitationes meae non transgrediuntur iussum meum* i. e. cogitationes meae nunquam aberrant a Dei et virtutis

legibus, quas iis scripsi. — ee) *sententia*, *decretum*, *arbitrium* (Ausspruch), velut iudicis Deut. XXI, 5: עַל פִּיהֶם, similiter in formula: שָׁאַל אֶת־פִּי פ׳ interrogavit sententiam alic. (es auf den Ausspruch jem. ankommen lassen) Gen. XXIV, 57, לֹא שָׁאָלוּ פִּי יְיָ Dei sententiam non rogavit Jos. IX, 14. Jes. XXX, 2; it. de testimonio (Ausspruch eines Zeugen), עַל פִּי שְׁנַיִם עֵדִים ex testimonio duorum testium Deut. XVII, 6. XIX, 15, לְפִי עֵדִים Num. XXXV, 30.

2) *orificium*, ut sacci Gen. XLII, 27. XLIII, 12. 21. XLIV, 1, putei Gen. XXIX, 2. 3. 8, modii Zach. V, 8, pelvis 1 Reg. VII, 31, cavernae Jos. X, 18. 22. 27 (inde orci Ps. CXLI, 7. Jes. V, 14), tunicae et vestimenti, quod collum circumdat (arab. بَنِيقَة ,بَنْقَة) Exod. XXXIX, 23. Iob. XXX, 18. Ps. CXXXIII, 2, פִּי הָרֹאשׁ Ex. XXVIII, 32; *ostium* urbis Prov. VIII, 3. (Ita arab. فَم, aeth. አፍ: gr. *στόμα*).

3) *acies* gladii, quippe quae oris instar comedere et vorare dicatur (v. אָכַל no. 2). (Syr. ܦܘܡܐ ܕܣܝܦܐ, aethiop. አፍ: acies gladii, sin. *keù* os, acies cultri et ensis, it. *lì* lingua et acies ensis). Ita in locutionibus: הִכָּה לְפִי חֶרֶב occidit ore gladii (v. הִכָּה 2, d, et לְ no. 3, e), it. הָרַג לְפִי חֶרֶב Gen. XXXIV, 27, הֶחֱרִים לְפִי חֶרֶב Jos. VI, 21. XI, 11. 1 Sam. XV, 8, הָמַם לְפִי חֶרֶב (fugavit) Iud. IV, 15, חָלַשׁ לְפִי חֶרֶב (prostravit) Exod. XVII, 13, et נָפַל לְפִי חֶרֶב Jos. VIII, 24. Iud. IV, 16, quas nonnulli ita interpretantur: *interfecit* ut fieret cibus *ori gladii* (v. Maurer. ad Jos. VIII, 24). Male, nam de illa metaphora gladius non corpora interfecta comedit, sed corpora vorare dicitur, dum ea dilaniando interficit. הִכָּה לְפִי חֶרֶב nil differt a הִכָּה בְחֶרֶב Jos. XI, 10, nisi quod illa locutio rem gravius depingat. LXX. *πατάσσω ἐν στόματι τῆς ῥομφαίας*, Pesch. ܒܦܘܡܐ ܕܣܝܦܐ, Arabs ap. Jos. بحدّ السيف. — Plur. פִּים acies (instrumentorum ferreorum) 1 Sam. XIII, 21, פִּיוֹת id. Prov. V, 4. Cf. פִּיפִיּוֹת.

4) *pars*, *portio* (pr. tantum cibi quantum quis ore capere potest cf. יָד no. 7 pars quae manu capi potest). Deut. XXI, 17: פִּי שְׁנַיִם pr. pars duorum i. e. *duae partes*, *duplum*. 2 Reg. II, 9, it. *duae* tertiae *partes* ($\frac{2}{3}$) Zach. XIII, 8 cf. יָד l. c. (Ita in lingua vetere Aegyptiaca signum *oris* et *os* significat et *portionem*, *partem*, et addito numerali *tertiam*, *quartam*, *quintam* partem, v. Champoll. gr. p. 243 sqq.).

5) i. q. fem. פֵּאָה *latus*, *extremitas* rei. Ad hunc significatum (quem in dubium vocavit Böttcherus specc. p. 15) non refero Prov. VIII, 29: בְּשׂוּמוֹ לַיָּם חֻקּוֹ וּמַיִם לֹא יַעַבְרוּ פִיו *quum mari daret statutum suum et aquis*, quae *non transgrediuntur iussum eius* v. supra no. 1, dd. (ubi Böttch. פִּי cum aliis ad *mare* refert, *ostium* autem *superficiem* eius interpretatur: „die obere *Oeffnung* des Meeresbeckens, im Grossen angewandt ganz dasselbe, was פִּי vor הַבְּאֵר Gen. XXIX, 2", quo nihil alienius cogitari potest), neque Iob. XXX, 18 (ubi פִּי כֻתָּנְתִּי explicandum est ex Ex. XXXIX, 23) et Ps. CXXXIII, 2 (ubi nimia fortasse est hyperbole, si פִּי מִדּוֹת de *inferiore* vestium *ore* intelligis, quanquam non desunt, qui aliter sentiant); sed Jes. XIX, 7: עַל פִּי יְאֹר *ad latus Nili* (non: ad ostium Nili), et פֶּה לָפֶה *ab uno latere* s. fine, extremitate (domus, urbis) *ad alterum* 2 Reg. X, 21. XXI, 16, et מִפֶּה אֶל פֶּה ab extremitate (terrae) ad extremitatem Esr. IX, 11, ubi inepte transferres: ab ostio (terrae) ad ostium.

Cum praepositt. passim vim particularum induit

A) כְּפִי 1) secundum iussum, v. supra 1, dd. — 2) secundum rationem (nach Aussage), *pro ratione*, *secundum*. Exod. XVI, 21. Lev. XXV, 52: כְּפִי שָׁנָיו *pro ratione annorum eius*. Num. VI, 21. VII, 5. 8. XXXV, 8. — 3) i. q. כְּ, כְּמוֹ Iob. XXXIII, 6: אֲנִי כְפִיךָ לָאֵל *ego*, *sicut tu*, *a Deo* creatus sum. — 4) כְּפִי אֲשֶׁר *pro ratione quod*, *prout* Mal. II, 9, et omisso אֲשֶׁר *ita ut* Zach. II, 4.

B) לְפִי i. q. כְּפִי (v. לְ no. 13) *pro ratione*, *secundum* (nach Aussage, oder nach Gestalt) Gen. XLVII, 12: לְפִי הַטָּף *pro ratione* pro numero *parvulorum*. Lev. XXV, 16: לְפִי רֹב הַשָּׁנִים. XXVII, 16. Num. XXVI, 54. Jos. XVIII, 4. Prov. XII, 8. Hos. X, 12: *serite secundum iustitiam et metetis* לְפִי חֶסֶד *secundum pietatem*. Sq. inf. *prout* Ex. XVI, 16: אִישׁ לְפִי אָכְלוֹ *quisque pro ratione comedendi* i. e. prout sive multum sive parum comedit. 18. XII, 4; *simulatque* Num. IX, 17: לְפִי הֵעָלוֹת הֶעָנָן. Jer. XXIX, 10: לְפִי מְלֹאת לְבָבֶל שִׁבְעִים שָׁנָה. (Sam. ࠋࠐࠉ secundum, ࠃ ࠋࠐࠉ secundum id quod). — Alia, in quibus לְפִי vim subst. retinuit, v. supra no. 1, dd, no. 3.

C) עַל פִּי 1) *super ore*, *super os*, ubi nos: *in ore*, *in os*, v. supra no. 1, e. — 2) *ad oram* ad latus, v. no. 5. — 3) *ad vocem*, v. no. 1, bb; *ad iussum*, *praeceptum*, v. no. 1, dd, et: *ad testimonium*, *arbitrium* (nach dem Ausspruch, der Aussage) no. 1, ee, inde 4) *pro ratione*, *secundum* i. q. כְּפִי et לְפִי. עַל פִּי הַגּוֹרָל secundum sortem (nach dem Ausspruche des Looses) Num. XXVI, 56, לְפִי עַל פִּי הַשָּׁנִים pro ratione annorum Lev. XXVII, 18. עַל פִּי הַדְּבָרִים הַתּוֹרָה secundum legem Deut. XVII, 10. secundum verba Ex. XXXIV, 27, secundum res i. e. ut res erant, secundum rei veritatem Gen. XLIII, 7. עַל פִּי אֲשֶׁר (i. q. כְּפִי אֲשֶׁר) *prout* Lev. XXVII, 8.

פֵּיָה (pro פֵּאָה, ut דּוֹאֵג ,דּוֹיֵג v. pag. 3) *os* i. e. acies *gladii*. Cf. פֶּה no. 3. Plur. שְׁנֵי פֵיוֹת duae acies Iud. III, 16, ubi ex numerali masc. colligo, singularem esse פֶּה, non פֵּיָה. Sed 13 codd. Kennic. et 14 Ross. exhibent שְׁתֵּי.

פִּיפִיּוֹת (form. dupl.) f. pl. *duae* vel *multae acies*. חֶרֶב פִּיפִיּוֹת gladius *δίστομος* Ps. CXLIX, 6. Sed Jes. XLI, 15 de plostello Punico: בַּעַל פִּיפִיּוֹת *multas acies habens*.

Composita sunt:

פִּיכֹל (os omnium i. e. omnibus imperans) n. pr. praefecti militum Abimelechi, regis Philistaeorum Gen. XXI, 22. 32. XXVI, 26.

פִּינְחָס (os aeneum, ex פִּי et נְחָס نُحَاس i. q. נְחשֶׁת) n. pr. quod gesserunt 1) filius Eleazari sacerdos, qui in idololatriam et adulteria Midianitarum gladio saeviit Ex. VI, 25. Num. XXV, 7. Jos. XXII, 13. Iud. XX, 28. 1 Par. VI, 35. IX, 20. Ps. CVI, 30. — 2) unus ex filiis Eli, summi sacerdotis 1 Sam. I, 3. II, 34. IV, 4 sqq. XIV, 3. LXX. Φινεές.

פִּי־בֶסֶת et

פִּי־הַחִירֹת v. suo quodque loco.

פָּאַם rad. in verbo inusit. 1) os cibo potuque implevit, *deglutivit.* (Arab. فَغَم id. satiavit se, aethiop. ተፈአመ: buccae instar in ore habuit, deglutivit, ፈአም: offa. Est ex radd. in m exeuntibus sonos ore clauso prolatos exprimentibus. Cognatum est فَهِمَ intellexit, pr. imbutus est).

2) arab. فَئِمَ *adipe repletus, pinguis fuit.* (Eiusdem stirpis esse videtur sanscr. *pîna* pinguis, πιμελής, πιμελή, *opimus, pinguis*).

פּוּם et **פֻּם** chald. c. suff. בְּפֻמֵּהּ Dan. VII, 5 al. cod. בְּפֻמַּהּ (rectius sine Dag., ut in Targg. saepe) 1) *os*, contr. ex פְּאַם, פְּאוּם, ut מַיִם ex מָאִים. Dan. IV, 28. VI, 23. VII, 5. 8. 20. — 2) *orificium foveae* VI, 18. (In Targg. saepe pro hebr. פֶּה. Syr. ܦܘܡܐ, sam. ࠐࠅࠌ id. Arab. فَم, فُم, فِم).

פִּימָה f. *adeps.* Iob. XV, 27: וַיַּעַשׂ פִּימָה עֲלֵי כָסֶל *et fecit* i. e. produxit *adipem in lumbis.* Vulg. *arvina.* Targ. רִיבְצָא. Kimchi: הם הקמטים שנעשים בבטן איש שמן *hae sunt rugae* (die Fettwampen, Fettwülste) *quae oriuntur in ventre viri pinguis*, sed v. ad כֶּסֶל.

I. פָּאַר in Kal inusit. 1) *ornatus fuit*, v. פְּאֵר, פֹּארָה, פֻּארָה, תִּפְאָרָה. Vic. videtur فَخَرَ gloria eminuit, gloriatus est. — 2) i. q. arab. فَارَ med. Vav, efferbuit, aestuavit bulliendo, فَوْرَةٌ fervor et vehementia caloris, فُوَارَةٌ spuma ollae bullientis, unde פָּרוּר, פָּארוּר. — Duas has significationes ita inter se conciliat Schroederus (de vest. p. 97), ut originem ponat in *tumore* a) ollae effervescentis b) hominis ornati et superbi. Sed fortasse nulla inter eas necessitudo intercedit, *decoris* significatio huic radici פָּא propria esse, altera a rad. פַּר adscita esse videtur.

Pi. פֵּאֵר 1) *ornavit*, v. c. sacrarium, Jes. LX, 7. 13; populum Dei Jes. LV, 5. Esr. VII, 27; pauperes auxilio Ps. CXLIX, 4 (cf. ornare beneficiis). — 2) denom. a פֹּארָה *ramos scrutatus est* ad racemandum, Deut. XXIV, 20.

Hithp. 1) *ornatus, honoratus est* populus a Jehova, Jes. LX, 21. LXI, 3, *illustravit se* Deus in populo beneficiis ornando, sq. בְּ Jes. XLIV, 23. XLIX, 3. — 2) *gloriatus est*, sq. עַל *in* al. Iud. VII, 2. Jes. X, 15.

פְּאֵר c. suff. פְּאֵרְךָ Ez. XXIV, 17, pl. פְּאֵרִים cstr. פַּאֲרֵי Ex. XXXIX, 28, sed פַּאַרְכֶם Ez. XXIV, 23 m. *ornamentum capitis, tiara* (Turban), qualem gerebant mulieres Jes. III, 20, sacerdotes (פַּאֲרֵי מִגְבָּעֹת) Exod. XXXIX, 28. Ez. XLIV, 18, sponsi Jes. LXI, 10, aliique viri ornatiores Jes. LXI, 3. Ezech. XXIV, 17. 23. Tiaram *sublimiorem*, qualem sponsus gestasse dicitur (Sota 9, 14), intelligit Schroederus ad Jes. l. c., sed non nisi coniecturis etymologicis ductus.

פֻּארָה (more Syrorum pro פֹּארָה) nonnisi pl. פֹּארֹת Ezech. XVII, 6 (ubi 2 codd. פֹּארוֹת, alii plures male פראות), c. suff. פֹּארֹתָיו XXXI, 5. 6, et פֹּראֹתָיו Comm. 8. 12. 13 (non satis emendate, quocirca plures codd. accuratiorem scripturam tuentur) f. *frondes* arborum, pr. decora. Syr. respondet ܦܐܪܐ fructus.

פֻּארָה (per Syriasmum pro פֹּארָה) f. *frons* arborum Jes. X, 33, ubi 22 codd. Kenn. et totidem Rossiani cum bibl. Soncin. פֹּרָה.

פָּארוּר (pro פַּאֲרוּר) m. *aestus, rubor* faciei. Joël II, 6: כָּל פָּנִים קִבְּצוּ פָארוּר *omnes vultus colligunt aestum* i. e. rubent aestu interno (glühen vor Angst). Nah. II, 11. Cf. Jes. XIII, 8 de eadem re: פְּנֵי לְהָבִים פְּנֵיהֶם, it. Ps. X, 2. XXXIX, 4. — Menah. b. Saruk, Aben Esra al. (quorum sententiam expressi in lex. man.) interpretantur: *omnes vultus contrahunt ruborem* suum i. e. pallescunt metu, coll. Joël II, 10 et IV, 15: כּוֹכָבִים אָסְפוּ נָגְהָם *stellae contrahunt splendorem suum* i. e. pallescunt. Sed vereor ut recte. Etenim si פָּארוּר *ruborem* faciei naturalem designaret prae metu pereuntem, scribendum fuisset פַּארוּרָם (ut נָגְהָם Comm. 10); פָּארוּר sine suff. positum talem vultuum naturam indicat, quali alias carere soleant. Veteres intpp. ut LXX. Hieron. Syrus, voci פָּארוּר eandem vim tribuunt atque sequenti פָּרוּר (olla), et interpretantur cum Targ. *omnes facies coopertae fuligine et atrae sunt instar ollae* (atrum enim colorem per hyperbolen dictum esse volunt de colore lurido s. pallore intensiore), parum apte.

פָּרוּר m. (pro פַּאֲרוּר) pr. i. q. praec. *aestus*, dein *olla*, in qua aqua aestuat Num. XI, 8. Iud. VI, 19. 1 Sam. II, 14.

פָּארָן (regio frondosa vel: cavernis abundans coll. rad. no. II, et infra Joseph., Cod. Sam. פראן Gen.

XIV, 6. Num. X, 12) n. pr. regionis desertae, licet non ubique sterilis et inhabitatae (1 Reg. XI, 18), quae inter peninsulam Sinaiticam, Idumaeam et Palaestinae fines australes interiecta est. Plerumque ea appellatur מִדְבַּר פָּארָן Gen. XXI, 21. Num. X, 12. XIII, 3. 26. Deut. I, 1. 1 Sam. XXV, 1, aliquoties הַר פָּארָן Hab. III, 3. Deut. XXXIII, 2, semel Gen. XIV, 6 spec. אֵיל פָּארָן אֲשֶׁר עַל הַמִּדְבָּר quercetum Pharan prope (Onk. סְמִיךְ עַל. Saad. على طرف docente contextu *septentrionem versus*) *desertum* eiusdem nominis. (Sam. פרוס פלשה *terminus Philistaeae*). In mappis biblicis Londinensibus Paran recte ponitur ab occidente deserti Zin (צִן), licet aliquando latius patuisse et illud ipsum comprehendisse videatur, ut colligo e vicinia loci Maon (מָעוֹן, معان) 1 Sam. XXV, 1. Josephus (bell. jud. IV, 9 §. 4) vallem *Faran*, speluncis abundantem, memorat in vicinia Idumaeae et Acrabatenes. Quae vero *Eusebius* tradit (v. φαράν) de urbe Pharan ab austro Saracenorum s. Arabum [h. l. arctissimo sensu dictorum], sita trium dierum itinere ab Aelana orientem versus distante, Pharano scripturae non conveniunt: multoque minus פָּארָן confundendum est cum valle *Feran*, *Feiran* (فيران ,فران) in radicibus fere montis Sinai Aegyptum versus sita cum oppido cognomine (v. Steph. Byz. v. φαράν Ptol. 5, 17. le Quien Oriens christ. III, 747 sq.). Utramque urbem et regionem confuderunt *Niebuhrius* (Beschreib. v. Arabien p. 402, Reisebeschr. I, 240. 241. tab. 43), Michaëlis (in Suppll.) aliique: errorem, quem iam Cellarius odoratus est (II, 686), taxavit *Burckhardt* (itin. in Syriam et montana Sinaitica p. 479 vers. germ.) diuque ante eum Makrizius ibi excerptus.

תִּפְאָרָה Jes. XXVIII, 5. Jer. XLVIII, 17, alibi **תִּפְאֶרֶת**, in Pausa תִּפְאָרֶת absol. et cstr. c. suff. תִּפְאַרְתִּי f. 1) *ornamentum*, *decus*. Ex. XXVIII, 2. 40. Jes. III, 18: תִּפְאֶרֶת עֲכָסִים *ornamentum periscelidum*. בִּגְדֵי תִפְאַרְתֵּךְ vestes ornatae s. pulchrae Jes. LII, 1, כְּלֵי תִפְאַרְתֵּךְ ornamenta pulchra Ezech. XVI, 17. 39. XXIII, 26. עֲטֶרֶת תִּפְאֶרֶת corona decora s. splendida Prov. IV, 9. Jes. LXII, 3. Ez. XVI, 12. XXIII, 42. צְבִי תִפְאָרָה ornamentum decorum Jes. XXVIII, 1. 4. *Decus superbum Chaldaeorum*, de Babylone Jes. XIII, 19, *decus Israëlis*, de Hierosolymis Thren. II, 1, *decus parentum*, de liberis Prov. XVII, 6 cf. Ez. XXIV, 25. הָיָה לְגָאוֹן וּלְתִפְאֶרֶת לְ esse alicui decori et ornamento Jes. IV, 2, הָיָה לְשֵׁם וּלְתְהִלָּה וּלְתִפְאֶרֶת Jer. XIII, 11. XXXIII, 9 cf. Deut. XXVI, 19. 1 Par. XXII, 5. — תִּפְאֶרֶת אָדָם decus hominum Jes. XLIV, 13 i. e. figura humana pulchra et decora. — 2) *splendor* Esth. I, 4. Jes. LX, 19. בֵּית תִּפְאַרְתִּי domus mea splendida Jes. LX, 7, זְרוֹעַ תִּפְאַרְתּוֹ LXIII, 12, שֵׁם תִּפְאַרְתֶּךָ ibid. 14, et saepius de splendore Dei XLVI, 13. 1 Par. XXIX, 11. Poët. de arca foederis, ut sede *splendoris* divini Ps. LXXVIII, 61, cf. עֹז. — 3) *gloria* Iud. IV, 9. Prov. XIX, 11, it. *gloriatio* (das sich Rühmen, Prahlen) Jes. X, 12. Zach. XII, 7, concr. id quo quis gloriatur Jes. XX, 5. Ps. LXXXIX, 18.

II. פָּאַר (vic. בָּאַר) *fodit*, *foravit*, max. in terra. Arab. فَأَرَ defodit abdiditque sub terra. Ad hanc radicem refero

Hithpa. הִתְפָּאֵר *explicuit*, *declaravit se* (cf. significationes eodem modo translatas s. v. בָּאַר no. 2, et נָקַב no. 2). Ex. VIII, 9 (5): הִתְפָּאֵר עָלַי לְמָתַי וגו׳ *declara mihi*, *quando* cet., in quibus verbis particula עַל (qua exquisite usus est scriptor sacer) est mandatum dantis. Bene LXX. τάξαι πρός με. Vulg. *constitue mihi, quando* cet. Sed Hebraei et plerique recentiores: *gloriare super me* (dicendo), *quando deprecabor pro te*, idque explicant: hoc honoris tibi tribuo, ut diem mihi definias, quando cet., quod quam durum et arbitrarium sit, nemo non intelligit.

פֵּרָה (pro פְּאֵרָה) pl. פֵּרוֹת f. *mures*, a fodiendo dicti. (Arab. فَأْرَة mus). Ita Jes. II, 20 de vulgari scriptura. Sed vide de h. l. p. 508 A.

פָּארָן v. ad rad. no. I.

פָּגַג arab. فَجَّ II. crudum reddidit. VII. crudus, immaturus fuit. فِجّ immaturus, de fructu, فَجَاجَة fructus immaturus, syr. ܦܓܐ immaturus, acerbus. Origo fortasse est in *frigore*, quod ad plantas serotinas transfertur, cf. פּוּג. Inde

פַּג pl. פַּגִּים *ficus immaturae* quae per hiemem succrescunt, *grossuli*. Cant. II, 13. LXX. ὄλυνθοι. Inde n. pr. Βηθφαγή, talmud. בֵּית פַּאגֵי domus ficuum, v. Buxt. p. 1691.

פָּגַל rad. in verbo inusit. Talmud. Pi. foetidum reddidit, Hithp. foetidus redditus est. Aeth. ፈሐለ: impurus, impudicus fuit (ג et ח permutatis), etiam arab. فحل V. foedus fuit cibus, sed nonnisi ap. Gigg. et inde ap. Cast.

פִּגּוּל m. *foeditas*, *impuritas*. בְּשַׂר פִּגּוּל caro impura Ezech. IV, 14, מְרַק פִּגֻּלִים iusculum impurum Jes. LXV, 4. Concr. *foedum*, *impurum* quid Lev. VII, 18. XIX, 7.

פָּגַע 1) *pepigit*, stossen, schlagen. (Consulto illo vocabulo latino usi sumus, quippe quod eiusdem stirpis sit: adde vicina *pax* pro *pacs*, paciscor, gr. πηγνύω, nostr. *pochen* et, quae huic affinia sunt, *boken*, *Bock* a feriendo cet. Contermina est radix נָגַע cf. פָּגַשׁ et נָגַשׁ. Syr. est: adortus est hostiliter BH. 101. 104. 106. 109, ut hebr. litt. a, incidit in aliqu. BH. 43. 420, chald. id.

et intercessit pro aliquo, v. litt. b. Primam *percutiendi* potestatem reperi etiam in lingua Phoen., hoc contextu: פגע אגדת רמי *qui percussit turmas Romanorum* inscr. Numid. 5, v. monn. Phoen. p. 212). Sq. בְּ *impegit* in aliquem, aliquid (*auf, an etwas stossen*), sive consulto fit sive casu fortuito, sive cum vi et impetu sive leviter tangendo, inde a) hostili impetu *irruit* in aliquem 1 Sam. XXII, 17. 18. Jos. II, 16. Iud. XVIII, 25, max. ad occidendum, inde *occidit, trucidavit* Iud. VIII, 21. XV, 12. 2 Sam. I, 15. 1 Reg. II, 25. 29. 31. 32. 34. 46. Semel sq. acc. pers. et בְּ rei Ex. V, 3: פֶּן יִפְגָּעֵנוּ בַּדֶּבֶר *ne peste nos percutiat.* — b) in bonam partem: *adiit* aliquem precibus, *institit* ei, sq. בְּ Ruth I, 16. Jer. VII, 16. XXVII, 18. Iob. XXI, 15, et לְ eius, pro quo rogatur vel interceditur Gen. XXIII, 8. — c) *incidit in* aliquem (aliquid Gen. XXVIII, 11), *obviam venit* ei, sq. בְּ Gen. XXXII, 1 (2). Num. XXXV, 19. 21. Ruth II, 22, etiam cum acc. Exod. XXIII, 4. 1 Sam. X, 5. Am. V, 19. — d) *pertinuit* ad aliq., sq. בְּ Jos. XVI, 7. XVII, 10. XIX, 11. 22. 26. 27. 34, sq. אֶל XIX, 11.

2) *pepigit* (foedus) cum aliquo, sq. acc., pr. percussit eum i. e. manum eius, manum complosit cum eo, cf. סָפַק no. I et quae ibi notavimus. Ita nunc (cf. lex. man. et Maur. ad Jes. XLVII, 3) expediendos censeo duos Jesaiae locos, quos multis iisque inanibus coniecturis tentarunt interpretes. LXIV, 4: פָּגַעְתָּ אֶת־שָׂשׂ וְעֹשֵׂה צֶדֶק *pacisceris cum eo qui lubens iustitiam exercet*, i. e. cum homine iustitiae amante foedus tuum iungis, ei bene cupis, talis est אִישׁ בְּרִיתְךָ, אִישׁ שְׁלוֹמְךָ. Omisso אֵת XLVII, 3: *vindictam sumam* וְלֹא אֶפְגַּע אָדָם *et paciscar cum nemine*, nemini pacem concedam ante omnium cladem.

Hiph. 1) causat. Kal no. 1, a. *irruere fecit aliquid in aliquem.* Jes. LIII, 6: הִפְגִּיעַ בּוֹ אֵת עֲוֹן כֻּלָּנוּ *irruere fecit in eum culpam nostrum omnium.* — 2) causat. Kal no. 1, b. *supplicare fecit* ap. aliquem. Jer. XV, 11: הִפְגַּעְתִּי בְךָ .... אֶת הָאֹיֵב *faciam ut supplex te adeat hostis.* Ita praeeunte Chaldaeo, Lud. de Dieu, Rosenm. — 3) intrans. a) i. q. Kal no. 1, a. *invasit.* Part. מַפְגִּיעַ *invadens, hostis*, Iob. XXXVI, 32. b) i. q. Kal no. 1, b. *precibus adiit* al., sq. בְּ Jer. XXXVI, 25; praeterea sq. לְ eius, pro quo intercéditur Jes. LIII, 12. Part. מַפְגִּיעַ intercedens pro aliquo, inde *defensor*, qui causam alic. agit Jes. LIX, 16. Alex. ἀντιληψόμενος.

פֶּגַע m. quod alicui evenit, *casus, fors* Eccl. IX, 11, isque infelix (addito רַע) 1 Reg. V, 18.

פַּגְעִיאֵל (sors Dei) n. pr. phylarchae Aseritarum Num. I, 13. II, 27.

מִפְגָּע m. abstr. pro concr. *is in quem impetus fit, scopus* Iob. VII, 20.

פָּגַר in Kal inusit. *debilis, lassus fuit.* Talmud. Pi. otium egit, piger, otiosus fuit. Syr. ܦܓܰܪ et ܐܶܬ݂ܦܰܓܰܪ L. Adl. فتر ضعف دق انفسك tenuis, debilis factus est, prohibitus est. In Targ. פגר destruxit, pr. ni fallor, interfecit (cf. felices interfice messes Virg.).

Pi. debilis, lassus fuit. 1 Sam. XXX, 10: אֲשֶׁר פִּגְּרוּ מֵעֲבֹר *qui lassiores erant quam ut transire possent.* Comm. 21. Aqu. ἠτόνησαν. Theod. ἀποναρκήσαντες. Minus apte LXX. ὑπέστησαν. Targ. *prohibiti sunt*, sed vide usum Syrorum.

פֶּגֶר, in Pausa פָּגֶר Nah. III, 3, pl. cstr. פִּגְרֵי m. *cadaver* hominum Jes. XIV, 19. XXXIV, 3. Jer. XXXI, 40. XLI, 9. Ez. VI, 5. XLIII, 7. 9. Num. XIV, 29. 32. 33, et bestiarum Gen. XV, 11, addito מֵת 2 Reg. XIX, 35. Jes. XXXVII, 36 (cf. syr. ܦܰܓܪܳܐ de quovis corpore, etiam vivo). In Sing. collect. 1 Sam. XVII, 46. Am. VIII, 3. — Metaph. פִּגְרֵי גִלּוּלֵיכֶם cadavera i. e. rudera idolorum vestrorum Lev. XXVI, 30 cf. Ez. VI, 4 Targ.

פָּגַשׁ fut. יִפְגֹּשׁ *occurrit* alicui (vic. radd. פָּגַע et נָגַשׁ cf. ad עָקַשׁ) a) hostili modo, Hos. XIII, 8. Exod. IV, 24. b) casu, *offendit* aliquem (auf jem. stossen), *incidit* in eum 1 Sam. XXV, 20: *David et comites eius* יֹרְדִים לִקְרָאתָהּ וַתִּפְגֹּשׁ אֹתָם, 2 Sam. II, 13. Gen. XXXII, 18: כִּי יִפְגָּשְׁךָ עֵשָׂו *si Esavus incidit in te.* XXXIII, 8. Ex. IV, 27. Jes. XXXIV, 14. Jer. XLI, 6, sq. בְּ Prov. XVII, 12 cf. Hos. XIII, 8.

Niph. occurrerunt sibi invicem. Prov. XXII, 2: עָשִׁיר וָרָשׁ נִפְגָּשׁוּ. XXIX, 13. Ps. LXXXV, 11.

Pi. i. q. Kal litt. b. Poët. Iob. V, 14: יוֹמָם יְפַגְּשׁוּ חֹשֶׁךְ *interdiu incidunt in tenebras.*

פָּדַן rad. incerta, v. פַּדָּן.

פָּדָה fut. יִפְדֶּה 1) pr. *secuit, dissecuit.* Arab. فدا id. (cf. בָּדַד no. I, dissecuit, separavit, فدّ aravit, a secando, unde فدّان taurus arator, فذّ separatus, solus fuit). Inde פְּדוּת. Spec. solvit dissecando (losschneiden), inde 2) *redemit.* Exod. XIII, 13. 15. XXXIV, 20. Lev. XXVII, 27, sq. בְּ pretii Ex. XXXIV, 20: פֶּטֶר חֲמוֹר תִּפְדֶּה בְשֶׂה *primogenitum asini redimas ove.* Poët. redemit a morte Ps. XLIX, 8. — 3) sq. מִן *liberavit* aliquem, velut Deus populum *ex* servitute Deut. VII, 8. XIII, 6. Mich. VI, 4. Ps. CXXX, 8, aliquem s. vitam eius ex angustiis 2 Sam. IV, 9. 1 Reg. I, 29. Ps. XXV, 22. LXXVIII, 42, a morte Iob. V, 20, e manu (מִכַּף, מִיַּד) hostium, improborum Jerem. XV, 21. XXXI, 11. Iob. VI, 23, e potestate orci Hos. XIII, 14, sq. מִן c. inf. Iob. XXXIII, 28. Absol. פָּדָה נֶפֶשׁ פ׳ servavit vitam alic. Ps. XXXIV, 23. LXXI, 23. Passim *redemtionis* metaphora servata est: certe liberatio populi Israëlitici ex Aegypto (2 Sam. VII, 23. 1 Par. XVII, 21) et ex Babylonia (Jes. XXXV, 10.

LI, 11) cum redemtione comparari solet. Cf. גָּאַל. — 4) solutum *dimisit* (sacerdos) cf. de origine ad no. 1. Num. XVIII, 15. 17.

Niph. pass. no. 2. Lev. XIX, 20. XXVII, 29 no. 3. Jes. I, 27.

Hiph. הֶפְדָּה, causat. Kal no. 1. Exod. XXI, 8. — *Hoph.* pass. inf. absol. הָפְדֵּה Lev. XIX, 20.

פְּדוּי tantum in plur. פְּדוּיִים *pretium redemtionis* Num. III, 46 sqq. XVIII, 16. Alibi פְּדוּיִים part. pass. plur. sunt *servati* Jes. XXXV, 10. LI, 11.

פָּדוֹן (liberatio) n. pr. viri Esr. II, 44. Neh. VII. 47.

פְּדוּת f. 1) *divisio*, *discrimen* (a prima secandi, dissecandi, inde dividendi potestate). Exod. VIII, 19. LXX. *διαστολή*. Vulg. *divisio*. Aben Esra: הפרש. Cf. Muntinghe in diss. Lugdd. p. 1154. — 2) *liberatio* Ps. CXI, 9. CXXX, 7. Jes. L, 2.

פִּדְיוֹם m. Num. III, 49 et **פִּדְיוֹן** Ex. XXI, 30. Ps. XLIX, 9 *pretium redemtionis*, *λύτρον*.

פְּדָהאֵל (quem Deus servavit) n. pr. viri Num. XXXIV, 28.

פְּדָהצוּר (quem rupes [i. e. Deus] servavit) n. pr. viri Num. I, 10. II, 20.

פְּדָיָה (quem Jehova servavit) n. pr. virorum, quod gesserunt 1) socer Josiae regis 2 Reg. XXIII, 36. 2) 1 Par. III, 18. 3) Neh. III, 25. 4) XI, 7. 5) VIII, 4. XIII, 13.

פְּדָיָהוּ (id.) n. pr. viri 1 Par. XXVII, 20.

פָּדַן rad. cuius prima potestas incerta est. Ab ea 1) arab. فَدَنَ alte exstruxit, فَدَن turris alta, v. hebr. אַפֶּדֶן; 2) فَدَّان et فَدَان iugum boum, aratrum, agri mensura [prob. iugerum], aram. ܦܕܢܐ, פַּדַּן id. (de aratro BH. p. 224), ܦܕܢܐ quod Lex. Adl. interpretatur: بقعة وطئا سهل *vallis*, *regio depressa*, *planities*, in quibus inter se conciliandis ingenium exerceant qui velint. Posterioris prosapiae est

פַּדַּן Gen. XLVIII, 7 i. q. ܦܕܢܐ planities, plene פַּדַּן אֲרָם regio campestris Syriae i. e. *Mesopotamia* cum deserto ad occidentem Euphratis opp. regioni montanae ad mare mediterraneum Gen. XXV, 20. XXXI, 18. XXXIII, 18. XXXV, 9. XLVI, 15. Cum He locali: פַּדֶּנָה אֲרָם Gen. XXVIII, 2. 5—7. — Hos. XII, 13 pro eo dicitur שְׂדֵה אֲרָם, unde apparet, פַּדַּן idem fere valuisse quod שָׂדֶה.

אַפֶּדֶן (pro פֶּדֶן cum Aleph prosth. ut in אַפִּרְיוֹן) m. *arx*, *palatium*. Dan. XI, 45: אָהֳלֵי אַפַּדְנוֹ *tentoria palatii sui* i. e. palatia sua castrensia, praetorium suum (vel *tentoria munitionis suae* i. e. tentoria sua munita, castra sua). Cum Aleph. prosth. haec vox exstat apud Chaldaeos et Syros, אַפַּדְנָא Jer. XLIII, 10 Targ. et in prov. Talmud. *in fimo potius urbis Sorae*, *quam in palatiis* (אפדני) *Pumbedithae*, Kerith fol. 6 A, ܐܦܕܢܐ 1 Par. XV, 1. Sir. XXI, 5 Pesch. Ephr. Syr. III, 220. Assem. I p. 390. 391 cf. Bar Bahlul in Gesen. Anecdd. orient. II p. 37, sine eo Arabes (v. supra). Ex vett. Symm. Theod. Hieron. Theodoret. *Apadanum* pro n. pr. urbis habent, et exstat castellum *Ἀπάδναι* (palatia) dictum prope Amidam: sed ab illo Danielis loco hoc alienum est (Relandi Palaest. p. 571).

פָּדַע i. q. פָּדָה *liberavit*, *eripuit*. Semel legitur Iob. XXXIII, 24: פְּדָעֵהוּ מֵרֶדֶת שַׁחַת cf. 28: פָּדָה נַפְשׁוֹ מֵעֲבֹר בַּשָּׁחַת. In aliis etiam radicibus formae לע et לה vicinae sunt et iuxta se positae reperiuntur (יָגַע et יָגָה; יָפַע et יָפָה); in hoc exemplo פְּדָעֵהוּ ortum videtur ex פְּדָאֵהוּ negligenter scripto (Ew.), licet alibi ע saepius emolliri soleat in א, quam contra indurari in ע. Quinque codd. habent פְּרָעֵהוּ (ut contra pro פְּרָעֵהוּ Prov. IV, 15 tres codd. פְּדָעֵהוּ) *solve s. dimitte eum*, sed huius radicis usus ab illo contextu alienior est, et ד tuetur locus parallelus comm. 28.

פָּדַר rad. inusit., quae *nutriendi*, *saginandi* vim habuisse videtur, cf. arab. (r et n permutatis) فَدَّنَ saginavit pecus, et frequentius بَدُنَ pinguis, crassus evasit, بُدْن pinguedo. (In linguis indogerm. cf. *Futter*, angl. *food*, *fodder*, lat. med. *fodrum* et *fett*, angl. *fat*, isl. *feitr*, a stirpe *foeden* nutrire. Primaria rad. est *fad*, cui in multis formis accessit r, cf. *pita*, *pater*; *pigeo*, *piger*, פגר). Inde

פֶּדֶר m. in Pausa פָּדֶר c. Suff. פִּדְרוֹ *adeps* Lev. I, 8. 12. VIII, 20. LXX. *στέαρ*. Pesch. et Onk. תַּרְבָּא. Arabs Erp. شحمة, Hebraei חלב. Hieron. 8, 20: *adeps* (sed c. 1 quae iecori adhaerent). Et sic etiam Talmudici usurpant, Tamid c. 4 fol. 65 a. Cholim c. 4 fol. 27 a. b. Aliter Saad. قصبة *fistula* sc. iecoris. Cf. Boch. Hieroz. I, 523 Lips. qui *adipem* intelligit *a carne sciunctum*, rad. פרד illustrans ex transp. פדר.

פֶּה *os* v. rad. פָּאָה.

פֹּה, **פוֹ** (v. מִפּוֹ), semel **פֹּא** Iob. XXXVIII, 11 adv. loci 1) *hic*, *hoc loco*. (Origo dubia. Io. Simonis פה pro פאה revocat ad rad. פָּאָה, unde, sicut פֵּאָה, *regionem*, *locum* significare possit; Ewaldo gr. §. 455 פה

ortum videtur ex כֹּה *ita*, *hic*, p et k permutatis, ut in *ποῖος*, *κοῖος*; fortasse, ut כֹּה est pro כָּהוּ, ita פֹּה pro פָּהוּ = בָּהוּ *in hoc s. eo* loco, licet non provocaverim ad בּ = فِ, nam فِ mihi esse videtur פִּי *in ore* i. e. in interiore parte rei. Ceterum פֹּה etiam dictum esse pro ita = כֹּה, כָּהוּ, apparet ex אֵיפֹה no. 2 *quomodo?*). Gen. XIX, 12. XXII, 5. XL, 15. Jos. XVIII, 6. 8. Iud. IV, 20. XVIII, 3. Jes. XXII, 16 et saepe. מִפּוֹ, מִפֹּה hinc Ezech. XL, 21. 26. 34. 37. מִפֹּה — מִפֹּה hinc — inde Ezech. XL, 10. 12. 21. XLI, 2. Cf. אֵיפֹה. — 2) *huc* 1 Sam. XVI, 11. Esr. IV, 2.

פוֹ *hic*, v. פֹּה.

פּוּאָה (arab. فُوَّةٌ os) n. pr. virorum 1) filii Issachari 1 Par. VII, 1, pro quo פֻּוָּה Gen. XLVI, 13. Num. XXVI, 23. — 2) Iud. X, 1.

פּוּג 1) *frigere*, *frigidum esse.* Syr. et arab. فاج med. Vav friguit dies II. refrigeravit. Idem significat ܦܘܓ flavit, Pa. refrigeravit, ܦܘܓܐ refrigeratio, arab. افاج refrigeravit. Origo igitur est in flando et aëre refrigerante v. hebr. פּוּחַ, palatina et gutturali inter se permutatis). Gen. XLV, 26: וַיָּפָג לִבּוֹ *sed animus eius frigebat*, laetitia non incalescebat, non commovebatur. Opp. Comm. 27: וַתְּחִי רוּחוֹ. Transfertur ad ignaviam et torporem. Ps. LXXVII, 3. Hab. I, 4: *friget lex.*

Niph. torpuit Ps. XXXVIII, 9.

פּוּגָה f. *cessatio*, *remissio*, Thren. II, 18.

הֲפוּגָה id. plur. Thren. III, 49.

פּוּד v. פִּיד.

פּוּחַ i. q. נָפַח (q. v.) *spirare*, *flare.* (Arab. فاح et فاج odorem exhalavit, fragravit. Syr. ܦܘܚ flavit, Pa. refrigeravit, nimirum aërem aura flatuque). Cant. II, 17: עַד שֶׁיָּפוּחַ הַיּוֹם *usquedum dies spiraverit* h. e. refrigeravit se, aestus remiserit, usque ad vesperam. IV, 6. Cf. ad רוּחַ no. 2, adde quae notavimus ad rad. פּוּג.

Hiph. 1) sq. acc. *perflavit* Cant. IV, 16. — 2) *efflavit*, ut mendacia Prov. VI, 19. XIV, 5. 25. XIX, 5. 9, in bonam partem: *prolocutus est* (verum) XII, 17. Cf. ad rad. יָפֵחַ. — 3) *anhelavit*, *festinavit*, Hab. II, 3: יָפֵחַ לַקֵּץ *anhelat* festinat *ad finem.* Cf. שׁוֹאֵף Eccl. I, 5. — 4) sq. בּ *sufflavit* (ignem) Ez. XXI, 36, sq. acc. Prov. XXIX, 8: יָפִיחוּ קִרְיָה *sufflant urbem*, h. e. seditionem excitant. — Sed 5) הֵפִיחַ בְּ flavit ad aliqu. est etiam: *contemsit* aliquem cum arrogantia et insolentia. Ps. X, 5: כָּל־צוֹרְרָיו יָפִיחַ בָּהֶם *omnes hostes suos contemnit.* Pesch. ܦܚ. Sq. לְ XII, 6: *ponam in salute* יָפִיחַ לוֹ *quem sufflant* contemnunt, i. e. miserum, contemtum. (Sic Dani contemtum exprimunt hac locutione: *jeg blæser ad ham*, *jeg blæser ham noget*).

פִּיחַ m. *favilla*, a difflando dicta. Ex. IX, 8. 10: פִּיחַ הַכִּבְשָׁן *favilla fornacis.* LXX. *αἰθάλη.* Vulg. cinis. Saad. retinet فيح, licet *cineris* significatus in lexx. non annotetur.

פּוּט n. pr. populi Hamo oriundi Gen. X, 6. 1 Par. I, 8, qui paene ubique cum Aegyptiis et Aethiopibus copulatur Gen. l. c. Jer. XLVI, 9. Ez. XXX, 5 (in copiis auxiliaribus Aegyptiorum cum כּוּשׁ et לוּד). Nah. III, 9 (cum כּוּשׁ et לוּבִים). Ez. XXVII, 10 (in copiis stipendiariis Tyriorum cum פָּרַס et לוּד). XXXVIII, 5 (in sociis Magogitarum, una cum כּוּשׁ et פָּרַס), eiusque admodum bellicosi, galea clypeisque insignis (Jer. l. c. Ez. XXXVIII, 5). Cf. Judith II, 23: *διέκοψε τὸ* (Alex. *τοὺς*) *Φοὺδ καὶ Λοὺδ.* Veram de hoc populo sententiam dudum dixerant LXX interpretes, licet a recentioribus vel neglectam vel non satis intellectam. Hi enim solo Geneseos (et Paralip.) loco retinent *φοὺδ* (al. *φοὺτ*), tribus Ezechielis locis et apud Jerem. reddunt *Λίβυας*, consentiente Vulg., et Josepho (Ant. 1, 6 §. 2), cuius haec sunt verba: *ἔκτισε δὲ καὶ Φούτης τὴν Λιβύην, Φούτους ἀπ᾽ αὐτοῦ καλέσας τοὺς ἐπιχωρίους. ἔστι καὶ ποταμὸς ἐν τῇ Μαύρων χώρᾳ τοῦτο ἔχων τὸ ὄνομα. Ὅθεν καὶ τοὺς πλείστους τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριογράφων ἔστιν ἰδεῖν μεμνημένους τοῦ ποταμοῦ καὶ παρακειμένης αὐτῷ χώρας Φούτης λεγομένης. Μετέβαλε δὲ ὁ νῦν ἐστιν ὄνομα ἀπὸ τῶν Μεστραίμου υἱῶν ἑνός, Λίβυος λεγομένου.* Quamcunque regionem et quemcunque fluvium hic significaverit (ignobilia et paene incerta sunt *Fut*, al. *Phthut* Plinii H. N. 5, 1 §. 13 amnis in mare Atlanticum illabens, et *Putea* Ptolem. Byzacii oppidum), Alexandrini interpretis sententia linguae Copticae auctoritate egregie firmatur. In hac enim ⲫⲁⲓⲁⲧ est *Libya*, spec. Libya Aegypti s. ea Aegypti inferioris pars, quae ab occidente ostii Canopici Libyae contermina erat, cuius incolae appellantur ⲚⲒⲫⲁⲓⲁⲧ (v. Champollion l'Égypte sous les Pharaons I, 104. II, 31. 243. 278, unde ⲞⲨⲫⲁⲓⲁⲧ i. q. ⲢⲈⲘⲖⲒⲂⲎ Libys Peyron lex. p. 266). Erant igitur *Puthaei* V. T. Libyes Aegyptii, neque obstat huic opinioni, quod Nah. l. c. copulantur cum לוּבִים: hi enim *Libyes* ampliore significatu intelligendi sunt. — Uno loco Alex. intp. פּוּט *φυγήν* interpretatus est, quod ex alia quadam scriptura (פלט) ductum censet J. D. Michaëlis (spicil. I, 161): male quidem hic, quum manifesto interpres etymon Aegyptiacum vc. פּוּט exprimat, a rad. copt. ⲠⲰⲦ, theb. ⲫⲰⲦ *currere*, *fugere*, quod bene profecto convenit populo deserticolae et bellicoso, primo quovis impetu in deserta arenosa fugienti. Sed aliud tamen etymon suadet scriptura hieroglyphica, in qua haec ratio ideographice *arcus* figura exprimitur (Champollion gr. p. 209 med.). Namque


memph. ⲠⲒⲦ, theb. ⲫⲒⲦ *arcum* significat, unde *Put* pr. populus *arcitenentium s. sagittariorum* esse videtur.

פּוּטִיאֵל (afflictus a Deo) n. pr. viri Ex. VI, 25.


פּוֹטִי פֶרַע n. pr. sacerdotis Heliopolitani, cuius filiam Josephus in matrimonium duxit Gen. XLI, 45. 50. XLVI, 20. LXX hoc nomen, accommodatius quidem ad analogiam linguae Aegyptiacae, scribunt cod. Vatic. *Πετεφρῆ*, Alex. *Πεττεφρῆ*, al. *Πεντεφρῆ*, *Πεντεφρί*, cui respondet aegypt. ⲠⲈⲦⲈ-ⲫⲢⲎ *qui Solis est* i. e. Soli proprius et quasi addictus (ut ⲠⲈⲦⲀⲘⲞⲨⲚ qui Ammonis est, ⲠⲈⲦⲞⲨⲤⲒⲢⲒ qui Osiridis est, ⲠⲈⲦⲎⲤⲒ qui Isidis est, Champoll. gr. p. 310), quod quidem nomen proprium teste Rosellinio in Hieroglyphicis haud rarum litteris hieroglyphicis scribitur:



ⲠⲦⲫⲢⲎ et (a dextra ad sinistram)



ⲠⲦⲞⲫⲢⲎ, vel



ⲠⲞⲦⲫⲢⲎ, cum determinativo *viri*, v. Rosellini monumenti storici I, p. 117. Champollion Précis, tableau général p. 23 planche 12 no. 199. 120, eiusd. gr. l. c.

פּוֹטִיפַר n. pr. praefecti satellitum Pharaonis Gen. XXXVII, 36. XXXIX, 1. LXX. Vatic. *Πετεφρῆς*, al. *Πεττεφρῆς*, *Πεντεφρῆς*, ut supra in פּוֹטִי פֶרַע, ex quo hoc nomen decurtatum est.

פּוּךְ rad. incertae significationis, fort. i. q. talmud. פִּיַּח pinxit, colores induxit Baba bathra fol. 60, 2. Quod Fürstius praeterea confert sanscr. *pig* fingere, describere, lat. *pingere* et *fingere*, in medio relinquo. Simonis radici mentiendi vim tribuit, ut arab. أفك, unde *fucus* dictus sit; sed hoc ipsum secundarium est a vertendo et pervertendo (i. q. הָפַךְ). Unde

פּוּךְ m. *fucus* (gr. *φῦκος*), spec. quo mulieres Hebraeae palpebras illinebant, ex plumbi mineribus vel stibio factus, *stibium* (v. rad. כָּחַל p. 676, ubi plura). 2 Reg. IX, 30: וַתָּשֶׂם בַּפּוּךְ עֵינֶיהָ LXX. *ἐστιμμίσατο τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς.* Vulg. *depinxit oculos suos stibio.* De eadem re non sine acerba vituperatione Jer. IV, 30: תִּקְרְעִי בַפּוּךְ עֵינַיִךְ *stibio dilaceras oculos tuos*, margines enim oculorum stibio rigidiores factae discindebantur et dilatabantur. Locutio ab oculis petita (2 Reg. l. c.) ad moenia translata est Jes. LIV, 11: אָנֹכִי מַרְבִּיץ בַּפּוּךְ אֲבָנָיִךְ *in stibio ponam lapides tuos* i. e. stibio ceu calce utar in moenibus tuis exstruendis. אַבְנֵי פוּךְ וְרִקְמָה 1 Par. XXIX, 2 in templo condendo adhibendi, videntur lapides pretiosiores et versicolores, ut marmoris species, parietibus vestiendis et quasi *fucandis* vel pavimentis faciendis adhibendi. (Gr. *φῦκος* algam quidem significat, unde *fucus* fiebat, sed nihilominus alga a fuco dicta esse potest). Cf. קֶרֶן הַפּוּךְ.

פּוֹל *faba* v. rad. פָּלַל.

פּוּל n. pr. 1) gentis et regionis Aegyptiacae vel certe Africanae Jes. LXVI, 19, quae h. l. copulatur cum לוּד, sicut alibi ter copulantur פוּט et לוּד Jer. XLVI, 9. Ez. XXVII, 10. XXX, 5, unde facile oriatur suspicio, etiam Jes. l. c. pro פּוּל legendum esse פּוּט, praesertim cum Alex. habeat *Φοὺδ* (nonn. codd. *Φοὺθ*), quod in Cod. Vatic. bis (Gen. X, 6. 1 Par. I, 8) legitur pro פּוּט. Sed caute tamen agendum est: nam gr. *Φοὺδ* *ΦΟΥΔ* facili errore oriri poterat ex *ΦΟΥΛ* (cf. פּוּל 2 Reg. XV, 19, pro quo alii codd. *ΦΟΥΑ*, alii *ΦΟΥΔ*, דלילה *Δαλιδά*), et sperare licet fore ut etiam hoc nomen (pariter atque פוּט q. v.) e litterarum Aegyptiacarum tenebris in lucem emergat. Quid si vestigium eius exstet in nomine terrae Africanae ⲂⲞⲖⲞ vel ⲠⲞⲖⲞ, quod in inscriptionibus Memnonii de rebus gestis Amenophidis III comparet? v. Champoll. gr. p. 159. Parum probabilis est Bocharti opinio (Phaleg IV, 26), quam sequuntur J. D. Michaëlis (spicileg. I, 256. II, 114) al., intelligendas esse *Philas*, Aegypti insulam, haec enim in libris copticis ⲠⲒⲖⲀⲔ appellatur i. e. regio remota (Quatremère Memoires sur l'Égypte I, 387 sqq. Champollion l'Égypte I, 158), in scriptura hieroglyphica adeo ⲘⲀⲚⲖⲀⲔ (Champoll. gr. p. 154), quod ab hebr. פּוּל procul abest.

2) regis Assyriae, qui Tiglathpilesari antecessit (circa annos 774—759 a Chr.) et Assyriacorum regum primus Palaestinam invasit 2 Reg. XV, 19. 1 Par. V, 26. LXX. Regg. *φοὺλ*, sed nonnisi in paucis codd., plerique *φουά*, *φοὺδ*, quae ex illo depravata sunt, et *φουλά*, quod conflatum ex *φοὺλ* et *φουά*; etiam in Paral. paucissimi *φοὺλ*, multi *φουά*, Vatic. adeo *φαλώχ*, Alex. *φαλώς*. Praeter V. T. Phul memoratur a solo Alexandro Polyhist. apud Euseb. chron. armen. 1, 41, qui eum Chaldaeorum regem appellat: ,,post quos, inquit, rex Chaldaeorum fuit, cui nomen Phulus; de quo item Hebraeorum quoque historia meminit, Phulum denominans, quem in terram Judaeorum venisse aiunt": nec probabilia docet Koopmanns (de Sardanapalo Amstelod. 1819 p. 107 sqq. 115 sqq.), qui Phulum eundem regem esse censet atque Sardanapalum. (Origo varias admittit coniecturas, vel pers. پیل sanscr. *pîl* elephas, vel sanscr. *phulla*, laetus,

florens, vel, quod praefero, pers. بلا summus, dominus, sanscr. *pâla* dominus. Eandem syllabam habes in Nabo*pol*asar).

פום et **פֻּם** chald. *os*, v. פְּאָם.

פּוּן fort. i. q. arab. افن = افل (cf. אָפֵל) 1) *occidere* (de sole), obscurari; 2) ingenii et *consilii inopem esse.* Semel legitur Ps. LXXXVIII, 16: אָפוּנָה, Alex. ἐξηπορήθην. Vulg. *conturbatus sum.* Pesch. ܐܬܕܡܪܬ obstupui. Kimchi et Aben Esra ducunt a part. פֶּן, dubitandi et ambigendi potestate, male. Magis ferendum quod al. conferunt פָּנָה, et inde *evanescendi* vim efficiunt.

פּוּנִי nom. patron. hominis (ignoti) פּוּן. Num. XXVI, 23.

פּוּנֹן (tenebrae, caligo) n. pr. oppidi in Idumaea, quod in stationibus Israëlitarum memoratur Num. XXXIII, 42. 43. Cod. Sam. פינן. LXX. Φινώ, Pesch. ܦܝܢܘܢ, et ita Gen. XXXVI, 41: אַלּוּף פִּינֹן *phylarcha Phinonis.* 1 Par. I, 52. Hieron. in locis hebr. „*Phenon* castra filiorum Israëlis in deserto. Fuit autem quondam civitas principum Edom [Gen. l. c.], *nunc viculus in deserto, ubi aeris metalla damnatorum suppliciis effodiuntur, inter civitatem Petram et Zoaram.* Id. *Dedan est in quarto milliario a Metallopheno contra Aquilonem.*" Frequens eius (Φαίνω, Φένη) mentio apud Patres, qui martyres Christianos ad ista metalla (Φαινήσια μέταλλα Epiph. adv. haeres. II p. 719, Φεννήσια μέταλλα Theodoret. hist. 4, 19) missos esse tradunt. Athanas. epist. ad solit. (p. 658): ἠξίωσαν εἰς μέταλλον ἀποσταλῆναι καὶ μέταλλον οὐχ ἁπλῶς ἀλλ' εἰς τὸ τῆς Φαινῶ, ἔνθα καὶ φονεὺς καταδικαζόμενος ὀλίγας ἡμέρας μόγις δύναται ζῆσαι. Euseb. h. e. 8, 13. Niceph. Callist. 11, 28. Cf. Bocharti Hieroz. III, 220. Relandi Palaest. p. 952. le Quien Oriens christ. III, 746.

פּוּעָה (i. q. פּוּאָה et arab. فُوقَة os, sec. Sim. i. q. יְפוּעָה splendida) n. pr. obstetricis Hebraeorum in Aegypto Exod. I, 15.

פּוּץ non nisi in fut. imp., semel in part. pass. (Zeph. III, 10) i. q. נָפַץ q. v. 1) *diffringere, discutere* (rad. onomatopoët.), v. Pil. Hithpal. — 2) *dispergere.* Ez. XLVI, 18: לְמַעַן אֲשֶׁר לֹא יָפֻצוּ עַמִּי אִישׁ מֵאֲחֻזָּתוֹ *ne dispergant* i. e. expellant (phylarchae) *populum meum, quemque ex possessione sua.* Part. pass. Zeph. l. c. בַּת־פּוּצַי *filia* i. e. congregatio *dispersorum meorum.* Alibi pass. *dispergi* (dispelli), de populo, exercitu Num. X, 35 et Ps. LXVIII, 2. 1 Sam. XI, 11, et *dispergere se* (quod negare non debebat Böttch. specc. pag. 71), de grege Ez. XXXIV, 5. Zach. XIII, 7, de populo. Gen. XI, 4: פֶּן נָפוּץ עַל פְּנֵי כָל־הָאָרֶץ *ne dispergamus nos super terram,* non: *ne dispergamur super terram.* Turris enim et urbs eo consilio aedificatae erant, ut homines in uno loco continerentur, et impedire poterant quo minus homines nimis a se discederent et dilaberentur, sed non quo minus ab hostibus dissiparentur. 1 Sam. XIV, 34. 2 Sam. XX, 22. — 3) *redundare* (arab. فاض), de fontibus Prov. V, 16, metaph. מִטּוֹב abundare bonis Zach. I, 17.

Niph. נָפוֹץ pass. *dispersus est,* de exercitu 2 Reg. XXV, 5. Jer. LII, 8 (addito מֵעַל a latere regis), de *populo* Ez. XI, 17. XX, 34. 41. XXVIII, 25 (sq. בּ inter). XXXIV, 12; *dispersit se* (sich zerstreuen, in Zerstreuung gerathen), velut grex non custoditus Ez. XXXIV, 6. 1 Reg. XXII, 17, populus, cuius familiae sponte a se discedunt seque dispergunt in variis regionibus Gen. X, 18. — 2 Sam. XVIII, 8: וַתְּהִי שָׁם הַמִּלְחָמָה נְפֹצוֹת עַל פְּנֵי כָל־הָאָרֶץ *et pugna dispersit se super omnem regionem.* Niphal significatione non differt a Kal (ut volebat Böttch. specc. p. 71), sed Niphal in solo Praet. et Part. (1 Reg. XXII, 17) usitatum est, Kal in fut. et imp., cf. inter se Ez. XXXIV, 5 (Kal) et 6 (Niph.).

Pil. פּוֹצֵץ *diffregit* (rupem malleus) Jer. XXIII, 29. — *Pilp.* פִּצְפֵּץ id. (hominem terrae rupive allisum) Iob. XVI, 12.

Hiph. 1) trans. a) *sparsit* semen Jes. XXVIII, 25; b) *dispersit*, ut nubem Iob. XXXVII, 11 (de vento); *dispersit* incolas Jes. XXIV, 1, *fugavit* exercitum Hab. III, 14. Ps. XVIII, 15: *misit fulgura sua* וַיְפִיצֵם *et dispersit* fugavit *eos.* CXLIV, 6. Jer. XIII, 24. XVIII, 17, saepe addito loco, in quem populus dispergatur, Deut. XXX, 3. Jer. XXX, 11, sq. בְּ Deut. IV, 27: וְהֵפִיץ יְיָ אֶתְכֶם בָּעַמִּים XXVIII, 64. Neh. I, 8. Jer. IX, 15. Ez. XI, 16. XII, 15. XX, 23. XXII, 15. XXIX, 12. XXX, 23. XXXVI, 19, cf. Gen. XLIX, 7 de Simeone et Levi: אֲפִיצֵם בְּיִשְׂרָאֵל *eos dispergam in Israële* i. e. sedes dispersas habento in terra Israëlitica. It. dispergi passus est (gregem pastor) Jer. XXIII, 1. 2. Part. מֵפִיץ dispergens, populator. Nah. II, 2. c) *fugavit*, etiam unum Iob. XVIII, 11. d) redundare fecit i. e. *effudit* (fluctus irae) Iob. XL, 11. — 2) intrans. *dispersit se*, eurus super terram Iob. XXXVIII, 24, populus Ex. V, 12. 1 Sam. XIII, 8.

Hithpal. הִתְפּוֹצֵץ *diffractus est, dissiluit* (de montibus) Hab. III, 5 (6).

Exemplum formae *Tiphel* (v. gr. §. 54, 5) habes in scriptura vulgari Jer. XXV, 34: תְּפוֹצוֹתִיכֶם *dispergam vos*, ubi tamen alii libri mss. et editi תְּפוֹצוֹתֵיכֶם (dispersiones vestrae), quod ipsum expresserunt Aqu. Symm. Vulg. Orationi contextae illud accommodatius videtur.

מֵפִיץ m. pr. part. Hi. diffringens, discutiens (v. Pil.), inde *malleus* (bellicus) Prov. XXV, 18, i. q. מַפֵּץ Jer. LI, 20.

I. פּוּק *vacillare* Jes. XXVIII, 7. (Vic. est arab. فاق pauper evasit, فاقة paupertas; pauperes enim vacillare et collabi dicuntur cf. מָכַךְ. In Indogermanicis for-

tasse eiusdem stirpis est *wanken* praemisso sibilo *schwanken* [ant. *wagen*], cum diminut. *vacillo*, *wackeln*).

Hiph. id. Jer. X, 4: וְלֹא יָפִיק *et non vacillat.*

פּוּקָה f. *offendiculum* in via, quo quis ad vacillandum impellitur i. q. מִכְשׁוֹל 1 Sam. XXV, 31.

פִּיק m. *vacillatio* Nah. II, 11.

II. פּוּק *exire*, i. q. chald. נְפַק.

Hiph. 1) *expromsit, suppeditavit.* Ps. CXLIV, 13: *promtuaria nostra* sint *plena* מְפִיקִים מִזַּן אֶל זַן *suppeditantia omnis generis res.* Sq. dat. Jes. LVIII, 10. — 2) fecit, ut prodiret ab aliquo i. e. ab eo erogaretur, praeberetur, inde *impetravit ab* aliquo, Prov. III, 13. XII, 2: טוֹב יָפִיק רָצוֹן מֵיְהוָה vir *bonus impetrat favorem a Jova.* VIII, 35. XVIII, 22. LXX. λαμβάνω. — 3) *ad exitum perduxit, exitum habere* (bene cedere) *sivit.* Ps. CXL, 9: זְמָמוֹ אַל תָּפֵק quae *machinatur, exitum habere ne sinas.*

פּוּר i. q. פָּרַר *fregit.*

Hiph. הֵפִיר i. q. הֵפַר id. Ps. XXXIII, 10. Ezech. XVII, 19, unde

פּוּרָה f. *torcular* Jes. LXIII, 3. Hagg. II, 16. Sed

פּוּר m. *sors*, est voc. persicum, quod Esth. III, 7 explicatur גּוֹרָל. (Respondet persicis بيره, باره, پاره, بهر, بر i. e. pars, portio, unde پاره كردن partiri et بهره *behre* pars, sors cf. syr. ܦܘܣܐ sors, quod est dimin. pro pers. بهره. Eiusdem stirpis est cum lat. *pars*, adeoque cum rad. hebr. פּוּר et פָּרַר). Pl. פּוּרִים sortes Esth. IX, 26, יְמֵי הַפּוּרִים V. 31, et nude פּוּרִים ibid. 29. 32 *festum Purim* s. sortium, quod Judaei in memoriam rerum in libro Estherae narratarum d. XIV et XV mensis Adar celebrant cf. in Mischna tract. Megilla aliosque tractatus ap. Ugolinum, thes. T. XVIII, Schickardum in Buxtorf. de syn. Iud. c. 24. Carpzovii apparat. p. 469 sqq. (Arab. فهر festum Purim, فهر celebravit hoc festum).

פּוֹרָתָא n. pr. pers. unius ex filiis Hamani Esth. IX, 8. Ferd. Benaryus interpretabatur sanscr. *purodhas* sacerdos familiae pr. principatum habens. Sed LXX legunt cod. Vat. Φαραδαθά, Alex. Βαρδαθά, al. Φαρδαθά, quapropter suspicor פּוֹרָתָא contr. esse ex פּוּרְדָּתָא *sorte datus*, cf. מִתְרְדָת.

פּוּשׁ 1) *dispergere se*, vic. rad. פּוּץ. Chald. id. Vide Niph. it. *redundare*, de fluvio, v. פִּישׁוֹן. A fluvio redundante et superbiente (v. עָשַׁק no. 3 et quae ibi laudavimus) 2) *superbire* (arab. فاش med. Je I. III.), de equo gestiente Hab. I, 8, de vitulis lascivientibus Mal. III, 20 (IV, 2). LXX. σκιρτάω. Jer. L, 11.

Niph. dispersus est Nah. III, 18.

פִּישׁוֹן (redundans) n. pr. fluvii, qui ex horto Edenitico egressus *terram Chavilae* ambiebat Gen. II, 11, Φεισών Sir. XXIV, 25. De Chavila autem et Pisone duplex potissimum interpretum opinio est: una eorum, qui utrumque in India quaerant, altera eorum, qui et fluvium et regionem inter pontum Euxinum et mare Caspium ponant. Illi proficiscuntur a *Chavila* (v. חֲוִילָה), Arabiae provincia, quae ampliore significatu de Arabia et India dicta esse possit, et *Pisonem* vel *Gangem* interpretantur (Jos. Arch. I, 1 §. 3, Euseb. August. Hieron., Moses Choren.) vel *Indum* (Cosm. Indicopl., Schulthess, Gesen. lex. man.), quippe qui Indiam ab occidentali parte ambeat: *Besyngam* (Βήσυγγα Ptol. 7, 2) optaverat Buttmannus, Mythol. I, p. 87. Illi (prae ceteris Reland. de situ parad. terrestris §. 3, quem sequuntur Michaëlis suppl. 686 sqq. Jahn Archaeol. I, 1 p. 27, Rosenm. Alterthumsk. I p. 294. Link Urwelt I, 307. Winer Reall. I, 341) Phisonem *Phasin* (فاش) intelligunt, sed de *Chavila* dubitant, eamque modo *Colchidem* esse statuunt (sed Colchiorum nomen Hebraeum erat כַּסְלֻחִים), modo Chvaliscorum (slavicae gentis!) regionem (Mich.). Fatendum est, *Phasidi* favere et nominis similitudinem et Tigridis Euphratisque viciniam, sed aliorsum nos ducit *Chavila* auri, gemmarum et bdellii (vel margaritarum) ferax, ad sinum Persicum quaerenda (v. חֲוִילָה no. 1): praeterea in numero quattuor fluviorum principalium orbis (אַרְבָּעָה רָאשִׁים) magna Indiae flumina, maxime *Indum* ut Hebraeis propiorem, vix omitti potuisse putaveris. — Saadias, Jarchi et interpretes Samaritani (v. Castelli annot. Sam. ad Exod. II, 3) *Nilum* intelligebant, proficiscentes, ut videtur, a חֲוִילָה Cuschitarum (Gen. X, 7), quam Saadias زويلة s. *Zeilam* Aethiopiae interpretatur: Bochartus et Huetius *brachium orientale Euphratis*, Clericus *Chrysorrhoam*, Lakemacherus *Jordanem*, quae memorasse sufficiat. Singulare et obscurius est quod habet intp. Sam. [Samaritan script] פ׳ קְדוּף vel פ׳ קְדוּף; sed קדוף nil aliud videtur quam interpretatio Hebraei פִּישׁוֹן a قذف = قذف eiecit, evomuit, expulit; quanquam etiam esse potest: remigio agitatus, a قذف ቀዘፈ: remigio agitavit. — Varias intpp. coniecturas collegerunt Mich. in Suppl. p. 2008. Schulthess, Paradies p. 338. Winer Reall. v. Eden.

פּוּת rad. in verbo inusit. Arab. فات med. Vav. Conj. VI. distiterunt a se invicem duae res, cogn. פָּתַח, فوت interstitium digitorum. Inde

פֹּת m. interstitium pedum, per euphem. *pudenda muliebria*, ut recte Abulw. et Kimchi. (Aegypt. ⲈϤⲦⲞⲦ vulva, Peyron p. 46). Jes. III, 17: פָּתְהֵן יְעָרֶה *pudendum earum nudabit.* In eo quod פָּתְהֵן scripserunt pro פָּתְהֶן, secuti sunt analogiam verborum עע. R. Abraham ap. Kimchium *clunes* interpretatur, et ita hac voce utitur Targ. Jes. III, 16, aliis Hebraeis פָּתְהֵן

(cum Metheg) contr. videtur ex פַּאֲתֵהֶן *extremitas* (capillorum) *earum* coll. פְּאַת רֹאשׁ (v. פֵּאָה no. 2), unde Vulg. *crines* (parall. קָדְקֹד). Illam interpretationem tuetur plur. פֹּתוֹת *cardines feminae* 1 Reg. VII, 50, a similitudine genitalium muliebrium. Vulg. *cardines.* Abulw. confert Mischna Kelim c. 11: הפותה שתחת הציר *cardo femina sub cardine masculo*, qui in illum desuper inserebatur. Cf. Fesselii adv. sacra p. 116.

פּוּתִי n. pr. patron. 1 Par. II, 53.

פִּיתוֹן n. pr. viri 1 Par. VIII, 35. IX, 41.

I. פָּזַז in Kal inusit. i. q. arab. فضّ separavit, discrevit (cf. radd. a litteris פצ ordientes sub פָּצָה), spec., ut videtur, metalla vi ignis a scoriis separavit et purgavit, unde فضّة argentum, cf. בְּדִיל stannum a בָּדַל, et aethiop. ብሩር: argentum, ብርት: aes, a rad. ברר purgavit. — Inde פָּז et

Part. Hoph. זָהָב מוּפָז 1 Reg. X, 18, quod 2 Par. IX, 17 declaratur זָהָב טָהוֹר *aurum purum.* Abulw. ارفع الذهب aurum praestantissimum. Alii Hebraei (v. tract. Joma 4, 2) מוּפָז dictum existimant pro מֵאוּפָז coll. Jer. X, 9: זָהָב מֵאוּפָז *aurum Uphasi* i. e. Ophiriticum, sed cf. פַּז.

פָּז pr. adj. *purgatus, purus*, de auro Cant. V, 11: כֶּתֶם פָּז, dein omisso subst. id. *aurum purgatum, purum* Iob. XXVIII, 17. Cant. V, 15. Ps. XXI, 4. Thren. IV, 2. Jes. XIII, 12, quod ut praestantius ab auro vulgari discernitur Ps. XIX, 11: *pretiosiores sunt* מִזָּהָב וּמִפַּז רָב, sequitur: *dulciores quam mel et mel acetum* s. purissimum. CXIX, 127. Prov. VIII, 19. Vulg. aurum optimum. Kimchi: הוא הזהב הטוב המזקק כי יותר הוא חזק המזקק, et ita Talmudistae adhibent מָאנֵי פְזוּזָיָא Gittin fol. 11, 2. 58, 1, פֵּיזָא, פִּזָּא Iob. XXVIII, 18 Targ. sec. — Aliam rationem non contemnendam suasit Rosenm. (Alterthumsk. IV pag. 49), qui *aurum solidum* s. *densum* interpretatur (gediegenes, massives Gold) coll. syr. ܦܰܙܺܝܙ durus, gravis [imo: durus, robustus. Lex. Adl. ܦܰܙܺܝܙ صعب عسر ܦܳܙܝܽܘܬܳܐ, صَلُبَ], صلابة صعوبة قسوة, licet duo non satis discreverit vir doctus, *aurum nativum, solidum*, non mixtum (gediegenes Gold) opp. impuro, aliis metallis scoriisve mixto, et *aurum solidum* s. *densum* (massives Gold), opp. auro intus cavo, ut apud nos opificia aurea ex auro vel solido vel intus cavo confici solent. Posterius equidem praeferrem istaque ratio eo quoque commendatur, quod ea adoptata פָּז conciliari potest cum פָּזַז no. I; sed obstat tamen זָהָב מוּפָז (v. Hoph.), et in re incerta auctoritatem Paralipp. deserere nolui. LXX tribus locis *gemmam* exprimunt, τοπάζιον (a similitudine cum פַּז) Ps. CXVIII, 4, et λίθος τίμιος Ps. XX. Prov. VIII, sed vide Cant. et Iob. l. c.

II. פָּזַז *durus, robustus fuit.* (Syr. ܦܰܙܺܝܙ durus, robustus, v. supra no. I). Semel in fut. Gen. XLIX, 24: *et mansit in firmitate* i. e. firmus mansit *arcus eius*, וַיָּפֹזּוּ זְרֹעֵי יָדָיו *et robusta fuerunt brachia* vires *manuum eius.* Abulw. فاشتدت عضده. Kimchi: יתחזקו. Sed Saad. اهتزّت [non *tremefacta sunt* brachia, sed] *alacria facta sunt*, coll., ut videtur, rad. arab. فزّ exsiliit et aufugit dorcas, alacer, levis fuit (v. Schult. ad Prov. p. 75. Opp. min. 132 sqq. ubi p. 133 lin. 5 legendum est خفّ pro جفّ, qui typothetae error in Eichhornii et Wineri lexx. transiit), et, quae huic cognatae sunt, أفز, وفز, نفز, talmud. אָפַז exsiliit, saltavit (it. חָפַז, قفز, קָפַץ), et hebr. in

Pi. 2 Sam. VI, 16: מְפַזֵּז וּמְכַרְכֵּר quod 1 Par. XV, 29 explicatur: מְרַקֵּד וּמְשַׂחֵק, et ita LXX. ὀρχούμενος καὶ ἀνακρουόμενος. Vulg. *subsiliens et saltans.* Targ. מְרַקֵּד וּמְשַׁבַּח, sed a Rabbinis de ea opinione, qua פזז explicatur חזק: *firmatus*, i. e. accinctus. Abulw. מפזז متلبّب اى متحزم متشدد *accinctus id est ligatus, firmatus.* Kimchi: מתחזק ורוקד כי כן דרך הרוקדים לחזק אזור מתניהם בעת רקידתם. Ad *firmitatis* et *soliditatis* vim plures referunt etiam פָּז, quod vide rad. no. I.

פָּזַר *dispersit* i. q. בָּזַר, בָּדַר, in Kal non nisi part. pass. שֶׂה פְזוּרָה *ovis dispersa* Jer. L, 17.

Pi. i. q. Kal *sparsit*, ut cinerem, pruinam Ps. CXLVII, 16, *dispersit* hostes Ps. LXXXIX, 11, Israëlem inter gentes (בַּגּוֹיִם) Joël IV, 2, ossa alic. Ps. LIII, 8. Jer. III, 13: וַתְּפַזְּרִי אֶת־דְּרָכַיִךְ לַזָּרִים *dispersisti vias tuas* i. e. circumvagata es *ad* deos *peregrinos.* Addito נָתַן *largiter dedit* Ps. CXII, 9: פִּזַּר נָתַן לָאֶבְיוֹנִים, et eo omisso id. Prov. XI, 24.

Niph. Ps. CXLI, 7 et *Pu.* Esth. III, 8 pass. *dispersus est.*

פָּחַד fut. יִפְחַד *trepidavit.* (Chald. id., sed raro. Origo esse videtur in exsiliendo cf. חָפַז פָּחַז it. פָּזַז, فزّ, أفز, نفز v. ad פָּזַז no. II). Idque a) prae metu, *pavit, expavit* Deut. XXVIII, 66. Jes. XXXIII, 14. XLIV, 8. 11, unde לֹא פָחַד impavidus, intrepidus fuit, saepe cum בָּטַח Jes. XII, 2: אֶבְטַח וְלֹא אֶפְחָד *securus sum et intrepidus.* Jer. XXXVI, 24. Ps. LXXVIII, 53. Prov. III, 24. פָּחַד פַּחַד pavit pavorem Ps. XIV, 5. LIII, 6. Iob. III, 25: כִּי פַחַד פָּחַדְתִּי וַיֶּאֱתָיֵנִי *si pavi pavorem*, is *mihi*

accidit i. e. ut altero hemistichio effertur: אֲשֶׁר יָגֹרְתִּי יָבֹא לִי. Sq. מִן pers. et rei quam timemus. Ps. XXVII, 1: מִמִּי אֶפְחָד *quem paveam?* Mich. VII, 17. Iob. XXIII, 15, מִפָּנָיו Jes. XIX, 16. 17. Tribuitur cordi Deut. XXVIII, 67. Ps. CXIX, 161. Sed sq. אֶל trepide se convertit ad aliquem, vel ut metum cum eo communicaret Jer. XXXVI, 16 (cf. Gen. XLII, 28), vel ut auxilium eius imploraret Hos. III, 5. Cf. فزع timuit, sq. الى trepide confugit ad aliquem. — b) prae gaudio. Jes. LX, 5: וּפָחַד וְרָחַב לְבָבֵךְ. Jer. XXXIII, 9. Sic etiam גִּיל (q. v.) de gaudio et pavore dicitur.

Pi. i. q. Kal, sed intensive, *perpetuo timuit, timidus fuit*, sq. מִפְּנֵי Jes. LI, 13; *cavit sibi, cautus fuit* Prov. XXVIII, 14. (Opp. הִקְשָׁה לֵב).

Hiph. pavorem iniecit, terruit c. acc. Iob. IV, 14.

פַּחַד c. suff. פַּחְדּוֹ m. 1) *pavor, terror* Ex. XV, 16. Iob. IV, 14. XIII, 11. XXII, 10. XXXI, 23. XXXIX, 22. XXV, 2: הַמְשֵׁל וָפַחַד עִמּוֹ *imperium et pavor apud eum* (Deum) est i. e. pavor ab eo proficiscitur. מִפַּחַד Iob. XXI, 9, בְּלִי פַחַד XXXIX, 16 sine pavore i. e. secure. פַּחַד לַיְלָה terror nocturnus Ps. XCI, 5 (ubi spectra intelligunt LXX) cf. Cant. III, 8, פַּחַד פִּתְאֹם terror subitaneus Prov. III, 25, פַּחַד לֵבָב terror animi Deut. XXVIII, 67. Paronomast. copulata sunt פַּחַד וָפַחַת Thren. III, 47, פַּחַד וָפַחַת וָפָח *pavor et fovea et rete* Jes. XXIV, 17. Jer. XLVIII, 43, de quovis terroris et internecionis genere, proverbio, ut videtur, a cervis petito, qui *formidinibus* i. e. funibus quibus pennae versicolores intextae sunt (Virg. Georg. 3, 372) territi vel in *foveam* vel in *retia* incidunt. Saepe cum genit. eius, qui (quod) timorem iniicit, ut פַּחַד יְהוָה terror quem Jova iniicit 1 Sam. XI, 7. 2 Par. XIV, 13. XVII, 10. XX, 29. Jes. II, 10. 19, cf. פַּחְדּוֹ 1 Par. XIV, 17. Iob. XIII, 11, sed פַּחַד אֱלֹהִים timor Dei Ps. XXXVI, 2, פַּחַד אוֹיֵב Ps. LXIV, 2, פַּחַד הַיְּהוּדִים pavor quem iniiciunt Judaei (non, ut Winerus, qui iniectus est Judaeis) Esth. VIII, 17. IX, 3, פַּחְדְּךָ Deut. II, 25, פַּחְדְּכֶם XI, 25 terror quem tu (Israël), vos (Israëlitae) iniicitis. פַּחַד רָעָה timor mali s. calamitatis Prov. I, 33. — De obiecto timoris s. terroris Prov. I, 26: בְּבֹא פַחְדְּכֶם *si venit* evenit, accidit *id quod timetis.* Comm. 27 (cf. Iob. III, 25). Ps. XXXI, 12: ... הָיִיתִי פַּחַד לִמְיֻדָּעָי; inde de numine alic. פַּחַד יִצְחָק Gen. XXXI, 42 de Jova cf. 53. (Syr. ܕܚܠܬܐ de numine BH. 438). Plur. פְּחָדִים Iob. XV, 21.

2) pl. vel dual. *femora*. Iob. XL, 17 (12): גִּידֵי פַחֲדָו יְשֹׂרָגוּ *nervi femorum eius perplexi sunt.* Retinent vocem Targ. תְּנַיָּא דִפַחְדּוֹי. Pesch. ܓܝܕܐ ܕܦܚܕܘܗܝ, et Arabs: عروق افخاذه, licet ea in aliis linguis alia significare videtur. Apud Chaldaeos פַּחְדִין sunt *testiculi* (Lev. XXI, 20), apud Syros ܦܚܕܐ in lex. Adl. explicatur ودج vena collaris in equo, sed Arabicus interpres (qui Syriaca expressit) vertit افخاذ femora, a فخذ *femur*, de quo plura dedit Boch. Hieroz. III, 716 Lips., idque Iob. l. c. ad contextum aptissimum est. Vulg. *testiculi*, ex usu Chaldaeorum: apud quos *femoris* significatus ad *pudenda virilia* translatus esse potest (v. Boch.) cf. יָרֵךְ et lat. *femur*, quod honeste de *pene* dicitur in hist. tripart. 10, 33. Origo dubia est. Si *femoris* significatus primarius est, is a *subsiliendo* repeti potest (v. supra ad rad.), ut שׁוֹק crus a currendo: si contra *pudendorum* potestas prima esset, pudoris notio possit a timore repetita esse. Fuerunt etiam qui *phallum erectum* intelligerent, a subsiliendo et a lascivia dictum (cf. פָּחַז).

פַּחְדָּה f. *pavor*, c. suff. פַּחְדָּתִי i. q. יִרְאָתִי timor mei (Dei) Jer. II, 19.

פֶּחָה v. rad. פָּחַח.

פָּחַז pr. exsiluit, subsiluit, vic. rad. פָּחַד q. v. (Chald. Deut. XXXII, 16. Pseudoj. de vitulis exsilientibus et recalcitrantibus). De aqua ebulliente, v. פַּחַז Gen. XLIX, 4. Transfertur 1) ad *iactantiam* et *falsam gloriam* cf. זוּד. (Arab. فخر I. V. iactavit se, falso gloriatus est). Part. פֹּחֲזִים *iactatores*, de falsis prophetis Zeph. III, 4. — 2) ad *lasciviam*, *libidinem Veneream* (v. פַּחַז) et *proterviam*. Part. Iud. IX, 4: אֲנָשִׁים רֵיקִים וּפֹחֲזִים *homines nequam et protervi*. LXX. δειλοί pr. meticulosi, inde nullius pretii homines, nebulones Il. 1, 293. Valck. ad Phoen. 1011, unde nil opus est cum Verschuirio (Lugdd. p. 866) legere δεινοί. (Syr. ܦܚܙ lascivus, salax, impudicus fuit BH. 162. 377, in N. T. pro ἄσελγος, BB. غلم طفس نطف).

פַּחַז m. pr. *ebullitio, res ebulliens* (Sprudel), *scatebra* eaque ut videtur *aquae fervidae* (kochender Sprudel). Gen. XLIX, 3: *Ruben, primogenitus meus tu ....* 4: פַּחַז כַּמַּיִם *scatebra* eras *ut aquarum* i. e. ebulliisti instar scatebrae fervidae, lasciviae et libidini tuae indulsisti, quod refertur ad incestum Rubeni. Bene Symm. ὑπερζέσας, LXX. ἐξύβρισας. Vulg. *effusus es*, Sam. ארתעת (ex auctoritate cod. Barber. teste Adlero, bibl. krit. Reise p. 139) *efferbuisti*, qui (pariter atque Onk. Pesch.) nomen פַּחַז verbo exprimunt, quod ipsum in textum recepit diasceuastes Sam. scribens פחזת (פָּחַזְתָּ). Aqua autem ebulliens alibi quoque ad fervorem et lasciviam iuvenilem transfertur, et contra. Ibn Doreid. 3: غاض ماء شرتي دهر *subsidere fecit aquam iuvenilis fervoris mei calamitas* cf. 225, it. غلم libidinosus, lascivus fuit, غيلم puella libidinosa et scaturigo ebulliens, اغتلم redundavit mare commotum Kam. p. 1781. Apud Syros dein haec radix de ipsa lascivia usurpata est (v. rad. no. 2).

Aliud originis vestigium habes in Talmudico Nedarim fol. 9, 2: פחז עלי יצרי *ebullit apud me prava cupido.*

פַּחֲזוּת f. *iactantia* (falsorum vatum) Jer. XXIII, 32.

פָּחַח in Kal inusit. Pr. *pepigit,* onomatop. cogn. verbis אָבַק, פָּקַד, פָּקָה, פָּגַשׁ, פָּגַע aliisque in quibus syllabae פג, פכ, פק, it. בכ, בק pangendi, feriendi vim habent, cf. gr. *πήγω* (*πηγνύω*), lat. *pago* (pango), *paco* (pax, paciscor). Inde פַּח a) lamina feriendo et tundendo diducta; b) rete, laqueus, a pangendo s. tendendo, cf. *πάπη, παγίς* a *πηγνύω πάγην* nostr. ein Netz auf*schlagen* (wie Zelt aufschlagen), quod fit paxillis figendo (indem man das Netz, wie das Zelt, durch eingeschlagene Pflöcke auf der Erde befestigt). Arab. فَخّ, فَخْتٌ et syr. ܦܚܐ in suis linguis origine carent et repetita sunt ab hebr. פַּח; ita quidem ut in فَخْتٌ The proprie fem. dein in radicale abierit, ut in زِفْتٌ זֶפֶת pix al. — Alii (et sic ego quoque in lex. man.) huic radici *expandendi* it. attenuandi vim tribuebant (coll. טפח, צפח), coll. syr. ܐܬܦܚܚ attenuatus est, ܦܚܚܐ tenuis. Sed haec radix Syriaca nil lucis affert, propriusque eius usus est de *debilitate* max. *pedum*, v. ܦܚܚܐ debilis pedibus, claudus Ephr. II, 551. III, 405, coll. فَخَّ debilis fuit, de pedibus, *percussus* fuit pedibus נְכֵה רַגְלַיִם. Multo etiam minus *expandendi* vis colligi potest (cum Simoni) e فَخَّ diffusus est odor i. q. فاح, פּוּחַ.

Hiph. הֵפַח (denom. a פַּח) *irretivit, ceu reti inclusit.* Jes. XLII, 22: הָפֵחַ בַּחוּרִים כֻּלָּם (parall. בְּבָתֵּי כְלָאִים הָחְבָּאוּ) *includendo* includunt *in foraminibus* carceribus *eos omnes.* Kimchi: כל׳ שילכדו אותם כלב ויטמינום בחורים. LXX. Vulg. Pesch. הפח reddunt *laqueus* (הַפַּח).

פַּח pl. פַּחִים (pro פַּחִּים c. Dag. forti implicito, ut אַחִים) m. 1) *lamina.* Plur. פַּחִים Num. XVII, 3. פַּחֵי הַזָּהָב laminae aureae Ex. XXXIX, 3.

2) *rete,* laqueus (LXX. *παγίς*), spec. aucupis Am. III, 5. Prov. VII, 23. Eccl. IX, 12. פַּח יָקוֹשׁ Hos. IX, 8. Ps. XCI, 3, פַּח יוֹקְשִׁים Ps. CXXIV, 7, dein etiam tale quod bestiarum hominumque calcem pedemque prehendit. Iob. XVIII, 9: יֹאחֵז בְּעָקֵב פָּח. Jer. XVIII, 22: פַּחִים טָמְנוּ לְרַגְלָי. Solebat illud *in via* tendi (Prov. VII, 23. XXII, 5), idque humo occultari, unde טָמַן פַּח לְ Ps. CXL, 6. CXLII, 4. Jer. XVIII, 22, alibi etiam נָתַן פַּח לְ ponere alicui rete Ps. CXIX, 110, יָקַשׁ פַּח לְ (tendere) CXLI, 9. Quomodo comparatum fuerit hoc *retis* genus, duo potissimum loci (Am. III, 5. Ps. LXIX, 23), docent, ex quibus efficitur, פַּח fuisse *rete bipartitum,* cuius duae partes, ubi tensum erat rete, in terra expansae et *tendicula* (mit einem Stellhölzchen oder Sprenkel מוֹקֵשׁ) leviter firmatae simulatque avis vel pes bestiae tendiculam tetigerat, recellebant, ita ut avis reti includeretur, calx bestiae prehenderetur (Iob. XVIII, 9). En locum primarium Am. l. c. הֲתִפֹּל צִפּוֹר עַל פַּח הָאָרֶץ וּמוֹקֵשׁ אֵין לָהּ הֲיַעֲלֶה פַּח מִן הָאֲדָמָה וְלָכוֹד לֹא יִלְכּוֹד *num incidit avis in rete terrae, nisi tendicula ei est? an ascendit rete de terra, nisi cepit* aliquid? i. e. num quidquam temere et sine causa fit? Avis, simulatque in tendicula (der schwanke Sprenkel, womit das Netz befestigt war) consederat, *super* rete decidit, *rete autem de terra ascendit* i. e. duae eius partes in terra extensae de terra recellunt (springen in die Höhe), ita ut avis includatur. Alter locus ut recte intelligatur, tenendum est (quod infra adstruetur v. שֻׁלְחָן), שֻׁלְחָן Hebraeorum pr. *stratum* esse humi expansum, cui cibus imponebatur, *mappam* potius quam mensam, arab. سُفْرَة. His igitur verbis Ps. LXIX, 23: יְהִי שֻׁלְחָנָם לִפְנֵיהֶם לְפָח *fiat mappa eorum coram iis laqueo,* mappa enim expansa reti expanso similis est. — Böttcherus (specc. p. 12) פַּח non rete, sed caveam esse affirmat cum operculo, quod cum crepitu (פַּח „patsch"!) deciderit, cuiusmodi cavea s. decipula (hebr. כְּלוּב appellata, q. v.) apud nos paris aliisque aviculis capiendis adhibetur (Meisenkasten). Verum huiusmodi cavea neque occultatur in via, neque calcem pedesve hominum prehendit, neque ad aviculam capiendam *ascendit de terra,* sed *decidit* super eam: reti etiam non obstat, quod *frangi* dicitur Ps. CXXIV, 7, hoc enim ad *arcus* eius ligneos commode refertur (فَخّ laqueus, f. فَخَّة arcus flexilis). Ceterum Böttcherus in etymo constituendo eatenus verum vidit, quod radici פחח vim onomatopoëticam tribuit. Possit etiam rete (Schlagnetz, Klappnetz) a *complodendi* crepitu dictum videri, sed, quod supra posuimus (v. rad.), linguae graecae analogia commendatur. — Metaph. dicitur de *causa perniciei* Jos. XXIII, 13. Jes. VIII, 14. Hos. V, 1 cf. Ps. LXIX, 23. Iob. XXII, 10 cf. Schult. ad Iob. p. 137. 138. De paronomasia פַּחַד וָפַחַת וָפָח v. sub v. פַּחַד. — Singularis est usus vocis in his Ps. XI, 6: יַמְטֵר עַל רְשָׁעִים פַּחִים *depluit* (Deus) *super impios retia,* sequitur: אֵשׁ וְגָפְרִית וְרוּחַ זִלְעָפוֹת מְנָת כּוֹסָם. Sed iam diu est quod viderunt interpretes (Jarchi, Aben Esra), פחים h. l. referendum esse ad rad. פחם, unde פֶּחָם carbo, *pruna* (q. v.), dein *fulmen* (cf. גַּחֲלֵי אֵשׁ Ps. XVIII, 13, 14), neque opus est cum Olshausenio reponere פֶּחָם (فَحْم) cum פַּחִים فَحِيم idem valeat (v. ad rad. פָּחַם). Haud vehementer obloquerer, si quis cum vett. intpp. *retia* retinere vellet impium obruentia et illaqueantia (cf. Iob. XXII, 10): sed non dubitans abiicio a) coniecturam J. D. Michaëlis (ad Lowthum de poësi sacra p. 34 ed. Lips.), qui פחים *laqueos* fulmina interpretatur laquei more se sinuantia (geschlängelte Blitze), cf. arab. سِلْسِلَة

catena, dein tractus fulminis per nubes: nam פַּח non *funem se sinuantem* (einen sich schlängelnden Strick), sed *rete* significat: neque Maurerum probo, qui neglectis accentibus iungit: פַּחִים אֵשׁ (nam אֵשׁ וְגָפְרִית arctius copulantur ut Ez. XXXVIII, 22, et גָּפְרִית וָאֵשׁ Gen. XIX, 24); b) eorum sententiam, qui פַּחִים *massas* (Böttch. „Flatschen, plötzlich breit auftreffende Massen, näml. Feuer und Schwefel") interpretantur, quod neque aptum est ad contextum (nam *ignis et sulphur* non pendet ex פַּחִים), neque ex signif. 1 efficitur.

* * *

פַּח i. q. פֶּחָה (q. v.) *praefectus provinciae.* Semel c. suff. פֶּחָם Neh. V, 14. Sed suspicio est, ibi legendum esse פֶּחָה, quum suffixum ab illo loco alienius sit et propterea omissum a Vulg. et Syro, licet expressum ab Alex.

פֶּחָה (pro פַּחָה c. Dag. forti impl.) cstr. פַּחַת, c. suff. פֶּחָתְךָ Mal. I, 8, pl. פַּחוֹת 1 Reg. X, 15. XX, 24. Jer. LI, 23. Ez. XXIII, 6. 23, cstr. פַּחֲוֹת Neh. II, 7. 9. Esr. VIII, 36, c. suff. פַּחוֹתֶיהָ Jer. LI, 28. 57 *praefectus s. procurator provinciae* (eiusque minoris, quam satrapia, v. אֲחַשְׁדַּרְפַּן) in imperio Assyriaco 2 Reg. XVIII, 24. Jes. XXXVI, 9 (quo loco פֶּחָה etiam militum imperium gerit), Babylonico Jer. LI, 57. Ez. XXIII, 6. 23, Medico Jer. LI, 28, maxime Persico Esth. VIII, 9. IX, 3, ibique de praefecto provinciaeciseuphratensis Neh. III, 7 (quorum plures memorantur Neh. II, 7. 9. Esr. VIII, 36), et de praefecto Judaeae Hagg. I, 1. 14. II, 2. 21. Mal. I, 8, quo quidem munere fungebantur Serubabel Hagg. ll. cc., dein Nehemias Neh. V, 14. 18. XII, 26: raro de praefecto Judaeae tempore Salomonis 1 Reg. X, 15. 2 Par. IX, 14, et de praefectis Syriae aetate Benhadadi 1 Reg. XX, 24. — Terminatio feminina huic voci communis est cum aliis nominibus munerum bene multis (Lgb. p. 468. 878. 879), ut arab. خليفة. Quum vero peregrinae (Persicae) originis esse videatur hoc vc., haec etiam terminatio proprie aliam vim habuisse potest. In indaganda voce Persica, quae sub Hebraea et Chaldaea lateat, multi operam collocarunt (Bohlenius conferebat بكيت magnates, Ewaldus adeo repetebat a پختن *pukhten* curare pr. coquere, gr. hebr. p. 490): sed nemo felicius quam cel. Benfey (Monatsnamen p. 195). Hic enim repetit a sanscr. *pakscha* socius, amicus, prakrit. *pakkha*, quod in vetere Parsismo *pakha* efferri potuit, et praefectos provinciarum ita dictos esse coniicit utpote regis socios et quasi armigeros (Adjutanten): eiusdem autem originis esse statuit vc. باشا, پاشا *Pascha*, quod ex ipsa illa forma sanscrita profectum sit. Fuerunt, quibus in mentem veniret بکی, in numis etiam بیکی, بکا (Frähn recens. numm. I, pag. 203. 204. 233. 238) princeps, praefectus militum: sed hoc Turcicae originis videtur: Persicum esset پیک *paik* satelles, pedissequus. Si Hebraeum esset vc., radix non alia esse posset quam פחח, unde פַּח f. פֶּחָה fort. i. q. מְחוֹקֵק *statuens*, *dux*, a pangendo, firmando, statuendo: sed origo Persica longe credibilior est.

פֶּחָה cstr. פַּחַת, pl. emphat. פַּחֲוָתָא chald. i. q. hebr., de praefectis provinciarum in regno Babylonico Esr. V, 3. 14. VI, 7. Dan. III, 2. 3. 27. VI, 8.

פַּחַת־מוֹאָב (praefectus Moabi) n. pr. viri, cuius gens cum prima (Serubabelis) colonia in Palaestinam reversa est Esr. II, 6. VIII, 4. X, 30. Neh. III, 11. VII, 11. X, 15.

פָּחַם rad. inusit. Talmud. denigratus est, et arab. فَحُمَ valde niger fuit, instar carbonis (vic. חום), فَاحِم niger instar carbonis, فَحْم et فَحَم coll. carbones, فَحْمَة carbo unus, فَحِيم carbo, valde niger. Syr. ܦܶܚܡܶܐ carbones.

פֶּחָם m. (pro פַּחָם, dag. forti implicito) *carbo* Prov. XXVI, 21, it. *pruna ardens.* Jes. XLIV, 12: וּפֹעֵל בַּפֶּחָם *et laborat in prunarum ardore.* LIV, 16. Sic etiam aeth. ፍሕም: de pruna, pro ἀνθρακιάς Joh. XXI, 9, ut አፍሓመ: እሳት: pro ἄνθρακες πυρός Ps. XVII, 10. 14, it. de carbunculo (ἄνθραξ).

פַּחִים i. q. פֶּחָם *pruna* coll. *prunae* (ut arab. فَحْم), quae pertinent ad fulgurum descriptionem (Ps. XVIII, 13. 14). Ps. XI, 6 (quo de loco v. supra ad פַּח). Eandem formam habent Arabes فَحِيم (v. rad.), de prunis ardentibus eam usurpat Aethiops Ps. XVIII l. c. Sunt qui huc etiam referant פַּחִים Prov. XXII, 5, sed ibi *retia* aptiora sunt.

פָּחַר rad. inusit. Syr. Ethp. ܐܶܬ݁ܦܰܚܰܪ finxit, lex. Adl. صار فخّار figulus fuit, ܦܰܚܳܪܽܘܬܳܐ ars figuli, ܦܰܚܳܪܳܐ figulus, arab. فَخَّار id., فَخَّار et فيخار olla. Inde

פֶּחָר (pro פַּחָר) chald. *figulus.* Dan. II, 41. In Targg. saepius.

פָּחַת rad. inusit. Syr. ܦܚܰܬ confodit, perforavit Hab. III, 14 (pro נָקַב), unde ܦܰܚܬܳܐ fovea, lex. Adl. حفرة, حفيرة, ܦܰܚܬܽܘܢܳܐ foveola.

פַּחַת m. (2 Sam. XVIII, 17) pl. פְּחָתִים f. (2 Sam. XVII, 9) *fovea.* Per paronomasiam copulata sunt פַּחַד וָפַחַת Thren. III, 47, פַּחַד וָפַחַת וָפָח Jes. XXIV, 17. Jer. XLVIII, 43, qua de locutione v. s. v. פַּחַד.

פְּחֶתֶת f. *foveola, locus depressior* (in vestibus lepra infectis). Lev. XIII, 55.

פִּטְדָה f. species gemmarum Exod. XXVIII, 17. XXXIX, 10. Ez. XXVIII, 13, quae in *Aethiopia* reperitur, unde פִּטְדַת כּוּשׁ Iob. XXVIII, 19. LXX constanter *τοπάζιον*, de qua gemma lutea in insula quadam maris rubri reperta multi sunt veteres. Plin. 37, 8: „id accidit in Arabiae insula ..... in qua Troglodytarum praedones, cum diutius fame et egestate pressi herbas radicesque effoderent, eruerunt topazion. Haec Archilaei sententia est. Juba Topazion insulam in rubro mari a continenti stadiis CCC abesse tradit, nebulosam et ideo quaesitam saepe navigantibus" cf. 6, 29. Diodorus (3, 39) insulam illam in mari rubro Ophiodem nuncupat, octoginta stadia longam: *εὑρίσκεται ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ τὸ καλούμενον τοπάζιον, ὅπερ ἐστὶ λίθος διαφαινόμενος, ἐπιτερπής, ὑάλῳ παρεμφερής, καὶ θαυμαστὴν ἔγχρυσον πρόσοψιν παρεχόμενος· διόπερ ἀνεπίβατος τοῖς ἄλλοις τηρεῖται, θανατουμένου παντὸς τοῦ προσπλεύσαντος ὑπὸ τῶν καθεσταμένων ὑπ᾽ αὐτῶν φυλάκων.* Taceo quas addit fabulas. Rem ipsam iisdem fere verbis narrant quoque Strabo XVI, 4 §. 6. Agatharchides p. 54 cf. etiam Braunium de vestitu p. 508. Salmas. ad Solin. p. 763, et de gemmis illius regionis Ritteri Erdkunde II p. 675 ed. 1. Ceterum *pitda* topazium esse, firmatur etiam origine, quam in lingua sanscr. indagavit Bohlenius (Abhandlungen d. deutschen Gesellschaft zu Königsberg I p. 80): in hac enim *pîta* est *luteus*, ipsumque gr. *τοπάζιον* litteris transpositis ex פטדה, טפדה ortum esse potest.

פָּטַר fut. יִפְטַר signif. 3 1) *fidit*, inde *prorupit* flos (cf. בָּקַע). Vide פָּטוּר. (Arab. فطر id. metaph. incepit, intrans. prorupit dens. Vic. est בָּתַר q. v.). — 2) transit. *prorumpere fecit*, *dimisit* rem clausam, v. c. aquam. Prov. XVII, 14: פּוֹטֵר מַיִם Vulg. *qui dimittit aquam* sc. aggere rupto, vel rima in aggere facta. Hinc 3) *liberum dimisit* aliquem. (Chald. פְּטַר dimisit, et fortius: repudiavit, expulit. Aph. dimisit v. c. populum ex synagoga, unde הַפְטָרָה pericopa, cuius lectio populum dimittit i. e. quae ante missionem populi legitur. Vic. est arab. فتر remissus fuit, destitit a re i. q. חָדַל). 2 Par. XXIII, 8: כִּי לֹא פָטַר יְהוֹיָדָע אֶת־הַמַּחְלְקוֹת *nam non dimiserat Jojada classes* sacerdotum, quas dimittere debebat, sed omnes etiam peracto officii tempore in templo manere iusserat. Non bene Schult. Opp. min. p. 149: *non fidit* i. e. non segregari voluit *ephemerias*. Part. pass. פְּטוּרִים *dimissi* i. e. immunes ab officio 1 Par. IX, 33 Keri, ubi Chethibh פְּטִירִים. — Intrans. *abiit, discessit.* (Chald. Pa. Niph. Ithpe. discessit spec. e vita, mortuus est. Syr. ܦܛܪ abiit Ephr. III, 589. Sir. XXXII, 13). 1 Sam. XIX, 10: וַיִּפְטַר מִפְּנֵי שָׁאוּל *et discessit a Saulo* i. e. effugit Sauli impetum. Abulw. انطلق من بين يديه اى زال عنه هاربا *discessit a coram eo i. e. evasit ab eo fugiendo.*

Hiph. i. q. Kal, *fidit, fissuram fecit* i. e. *hiavit.* Ps. XXII, 8: יַפְטִירוּ בְשָׂפָה *hiant* s. hiatum faciunt *labio*, qui gestus irridentium est. Ad structuram v. gramm. §. 135 not. (p. 240) et s. v. חָבַר Hiph. Pesch. ad verbum: ܐܦܛܪܘ ܒܣܦܘܬܗܘܢ, in quibus explicandis non erat quod haererent et argutias captarent intpp. (v. Mich. ad Castell. 701).

פָּטוּר m. *fissum*, spec. *gemma fissa* s. rupta *floris* (aufgebrochene Knospe). פְּטוּרֵי צִצִּים gemmae ruptae florum 1 Reg. VI, 18. 29. 32. 35.

פֶּטֶר m. *fissio*, concr. *id quod findit*, *primum prorumpit*, inde פֶּטֶר רֶחֶם fetus primogenitus, qui uterum findit Ex. XIII, 2. 12. 15. XXXIV, 19. Num. III, 12. Ezech. XX, 26, etiam omisso רֶחֶם Exod. XIII, 12. 13. XXXIV, 20.

פִּטְרָה f. id. Num. VIII, 16.

פָּטַשׁ 1) *tudit*, *malleo percussit*, gr. *πατάσσω*, unde פַּטִּישׁ malleus. (Arab. فطس ferrum malleo diduxit. Radix est onomatop. et cognata radd. רָטַשׁ, לָטַשׁ, נָטַשׁ, טוּשׁ: eadem tundendi potestas praeterea est in syllaba פט *pat*, v. lat. med. battuere, gall. *battre*, belg. *bot* ictus, et altero t in sibilum verso *patschen*, suec. *batsch* ictus. Cf. ad rad. נָקַב). Inde 2) *expandit*, pro quo magis frequentatur פָּשַׁט. Inde chald. פְּטִישׁ.

פַּטִּישׁ m. *malleus*. (Chald. id. Arab. فطّيس id. Meid. p. 37 Schult.). Jes. XLI, 7. Jer. XXIII, 29. Metaph. Babylon appellatur *malleus* i. e. vastatrix *totius orbis* Jer. L, 23. Cf. מַקֶּבֶת rad. נָקַב.

פַּטִּישׁ m. chald. pl. c. suff. פַּטִּישֵׁיהוֹן Dan. III, 21 Cheth., sed Keri פַּטְּשֵׁיהוֹן (a פָּטַשׁ syr. ܦܛܫܐ) vestimenti genus. Theod. (fort. LXX) et Vulg. *tiaras* interpretantur, fortasse coll. gr. *πέτασος*, Gr. Venet. *ἀναξυρίδες*, sed rectius, ut videtur, intp. Hebr. כתנות (ut recte J. L. Schulze reposuit pro כתונות) *tunicae*, et sic Pesch. ܦܛܫܝܗܘܢ, quod plerique certe lexicographi domestici *tunicas* interpretantur (v. Anecdd. orient. II, p. 58). Et amplioris vestis significatum postulat quoque etymon. In libris Chaldaicis non reperitur nisi semel in Midr. Echa 1, 1 de Buxtorfiani cod. scriptura (v. lex. p. 1865), quae si vera esset, פטיש non posset non calceum, soccumve significare. Sed Baal Aruch ibi legit פְּשׁוּשׁ.

פִּי st. cstr. a פֶּה *os*, rad. פָּאָה.

פִּי־בֶסֶת Ez. XXX, 17 (in nonnullis codd. uno verbo, quod praestat) LXX. Vulg. *Βούβαστος*, *Bubastus*, n. pr. urbis in Aegypti inferioris latere Arabico ad brachium Pelusiacum sitae (*Βούβαστις* Herod. 2, 59), ita dictae a templo Bubastidis, Aegyptiorum deae,

quam Dianae comparat Herodotus (2, 137. 156). Strab. XVII p. 805. Diod. Sic. 16, 51. Plin. 5, 9. Coptice scribitur ⲠⲞⲨⲂⲀⲤⲦ Ezech. l. c. De etymo Steph. Byz. οἱ *Αἰγύπτιοι Βούβαστον τὸν αἴλουρόν φασι*, manifesto errore, qui inde ortus esse videtur, quod felis Dianae s. Bubastidi sacra erat. Dianae autem nomen aegyptiacum erat ⲠϢⲦ *pascht*, *bascht*, neque dubitandum est quin inde ortum sit פִּי־בֶסֶת praemisso articulo masculino (ⲠⲒ), ut in פִּי הַחִירוֹת et פִּיתֹם. Expectaveris quidem ante deae nomen articulum femineum (Ⲧ, ⲦⲈ): quod tamen quum in urbis regionisve (ⲠⲒ ⲔⲀϨⲒ) nomen transierit, in articulo masculino non est quod offendamus. Potest etiam ellipsis esse, ut τὸ τῆς *Ἀρτέμιδος*, cf. n. pr. *Petubastus*, qui Dianae est. Cf. Rosellini monumm. storici II, 76. 77. Hodieque rudera loci appellantur (omisso art.) *Tel Bastah*, *Kûm Bastah*, de quibus vide Malus in Descr. de l'Égypte, État moderne livr. III p. 307 cf. Quatremère Mémoires sur l'Égypte 1, 98. Champollion l'Égypte sous les Pharaons II, 63. Nihili sunt quae de etymo coniicit Jablonski, Opuscc. T. I p. 53. Panth. II, 56 sqq.

פִּי הַחִירוֹת n. pr. oppidi ad finem borealem sinus Heroopolitani, ab oriente urbis Baal-Zephon Ex. XIV, 2. 9. Num. XXXIII, 7, et omisso פִּי Comm. 8. — Hebraeae quidem vocis speciem habet possitque explicari: *os cavernarum*, nihilominus haud dubie aegyptiacae originis est Hebraeo more inflexa, et satis credibilis Jablonskii coniectura (Opuscc. II, 159), eam scriptam esse ⲠⲒ-ⲀⲬⲒ-ϦⲢⲰⲦ *locus quo gramen nascitur*, a ⲠⲒ art., ⲀⲬⲒ gramen, alga, ϦⲢⲰⲦ nasci, germinare.

פִּיד rad. in verbo inusit. Arab. فَادَ med. Vav et Je mortuus est i. q. فات (vic. מוּת, مات) IV. perdidit. (Sanscr. *pîd* contristare, vexare, affligere). Inde

פִּיד m. *calamitas* Iob. XXX, 24. XXXI, 29. Prov. XXIV, 22, neque non Iob. XII, 5, quo de loco vide s. rad. לַפִּיד .לָפַד. Kimchi ענין איד.

פִּיוֹת acies, v. rad. פָּאָה.

פִּיחַ cinis, v. rad. פּוּחַ.

פִּיכֹל v. sub פֶּה rad. פָּאָה.

פִּילֶגֶשׁ v. פִּלֶּגֶשׁ.

פִּימָה adeps, v. rad. פָּאַם.

פִּינְחָס v. sub פֶּה rad. פָּאָה.

פִּינֹן v. פּוּנֹן.

פִּיפִיּוֹת v. rad. פָּאָה.

פִּיק v. rad. פּוּק.

פִּישׁוֹן Phison v. rad. פּוּשׁ.

פִּיתוֹן v. rad. פּוּת.

פָּכָה in Kal inusit. vic. בָּכָה stillavit. *Pi. destillavit* (aqua) Ez. XLVII, 2. Inde

פַּךְ m. *lecythus*, *lagena* 1 Sam. X, 1. 2 Reg. IX, 1. 3.

פָּכַר rad. inusit. Syr. ligavit, vinxit. Pa. implicuit, innexuit, retardavit. Inde

פֹּכֶרֶת הַצְּבָיִים (irretiens, reti capiens dorcades, vel, ut vult Simonis, retardans i. e. cursu antevertens dorcades) n. pr. viri Esr. II, 57. Neh. VII, 59.

פָּלָא in Kal inusit. 1) pr. *separavit*, *distinxit* i. q. פָּלָה, v. Pi. et Niph. no. 1. (Stirps primaria et bilittera est *pal*, quae pariter atque *par* separandi potestatem habet. Chald. פְּלֵי fidit, dissecuit. Pa. separavit, expurgavit, removit it. diiudicavit. Syr. ܦܠܐ exquisivit. Arab. فَلَا de lacte depulit. Cf. vicinas radd. פָּלַד, פָּלַג, פָּלַח, sanscr. *phal* separare). — 2) *singularem*, *insignem fecit*, v. Niph. Hiph. no. 2, et n. pr. פְּלָאיָה.

Niph. 1) *singularis*, inde *permagnus*, *insignis*, *ingens fuit*; de amore singulari 2 Sam. I, 26: נִפְלְאַתָה אַהֲבָתְךָ לִי מֵאַהֲבַת נָשִׁים *maior* i. e. carior *mihi amor tuus quam amor mulierum*. Dan. XI, 36: יְדַבֵּר נִפְלָאוֹת *ingentia loquetur* i. e. verba impia, atrocissima in deum iactat, v. גָּדוֹל no. 4. — 2) *arduus*, factu *difficilis fuit*, sq. בְּעֵינֵי arduum s. perdifficile visum est alicui 2 Sam. XIII, 2. Zach. VIII, 6, sq. מִן pers. nimis arduum fuit alicui (zu schwer, unmöglich für jem.) Gen. XVIII, 14: הֲיִפָּלֵא מֵיְהוָה דָּבָר. Deut. XXX, 11. Jer. XXXII, 17. 27. Etiam de re ad assequendum ardua Ps. CXXXI, 1, ardua intellectu Prov. XXX, 18: שְׁלֹשָׁה הֵמָּה נִפְלְאוּ מִמֶּנִּי. Iob. XLII, 3, diiudicatu Deut. XVII, 8: כִּי יִפָּלֵא מִמְּךָ הַדָּבָר. — Inde 3) *mirabilis fuit* (mirantur et admirantur enim homines, quae magna, insignia, intellectu ardua sunt) Ps. CXVIII, 23. CXXXIX, 14. Plur. fem. נִפְלָאוֹת subst. *mirabiliter facta*, *miracula* Dei (LXX. τὰ *θαυμάσια*), tum in mundo creando et sustentando (Naturwunder) Iob. V, 9. XXXVII, 14. Ps. LXXII, 18, tum in populo suo piisque servandis patrata v. c. in Aegypto Ex. III, 20. XXXIV, 10. Jos. III, 5. Iud. VI, 13. Neh. IX, 17. Mich. VII, 15. Ps. IX, 2. XXVI, 7. XL, 6. LXXI, 17. LXXVIII, 4. 11. 32. LXXXVI, 10. XCVIII, 1. CVI, 22 al. *Mirabilia legis* Ps. CXIX, 18 sunt mysteria legis intellectu ardua. Adsciscit etiam adiectiva, ut נִפְלָאוֹת גְּדֹלוֹת miracula magna Ps. CXXXVI, 4. Adv. נִפְלָאוֹת

mirabilibus modis, mirabiliter Iob. XXXVII, 5. Dan. VIII, 24.

Pi. separavit (ἀφορίζειν), *consecravit*, tantum in formula: פִּלֵּא נֶדֶר לַיהוָה persolvit votum Jovae Levit. XXII, 21. Num. XV, 3. 8.

Hiph. הִפְלִיא, bis הִפְלָא more verborum ל״ה Deut. XXVIII, 59. Jes. XXVIII, 29 1) i. q. Pi. *consecravit* votum Lev. XXVII, 2, paullo aliter Num. VI, 2: כִּי יַפְלִיא לִנְדֹּר נֶדֶר נָזִיר *si quis consecraturus est votum Nasiraei.* — 2) *singularem, permagnam fecit* rem, v. c. calamitatem Deut. XXVIII, 59, gratiam Ps. XXXI, 22 (cum לְ pers.). Inf. absol. הַפְלֵא adv. *eximio modo* (ut הַרְבֵּה) 2 Par. II, 8. — 3) *mirabile fecit* v. c. consilium Jes. XXVIII, 29, sq. אֵת mire egit cum aliquo, in malam partem XXIX, 14, sed עָשָׂה לְהַפְלִיא עִם id. in bonam partem Joël II, 26. Sq. gerundio הִפְלִיא לְהֵעָזֵר miro modo adiutus est 2 Par. XXVI, 15, הִפְלִיא לַעֲשׂוֹת fecit mirum quid, miraculum patravit Ind. XIII, 19 (cf. 20).

Hithpa. eximium (fortem) *se praebuit*, sq. בְּ in aliquem i. e. in eo opprimendo Iob. X, 16.

פַּלּוּא (eximius) n. pr. filii Ruben Gen. XLVI, 9. Ex. VI, 14. Patron. פַּלֻּאִי Num. XXVI, 5.

פְּלִיא v. פֶּלְאִי.

פֶּלֶא, in Pausa פָּלֶא Exod. XV, 11. Ps. LXXVII, 15. LXXXVIII, 11. Jes. XXV, 1, c. suff. פִּלְאֲךָ m. *res mirabilis, miraculum* Dei. עָשָׂה פֶלֶא miracula patravit Exod. XV, 11. Ps. LXXVII, 12. 15. LXXVIII, 12. LXXXVIII, 11. Jes. XXV, 1. Plur. פְּלָאִים adv. *mirabiliter* Thren. I, 9, פְּלָאוֹת mirabilia Dan. XII, 6. Concr. *mirus, admirabilis* (de rege Messia) Jes. IX, 5. (Nonnulla eius significationis vestigia reperiuntur in Phoeniciis, ut φυλλεσαδέ, ὑποκιστίς Diosc. 1, 127 = פְּלָאֵי שָׂדֶה miracula agri; et n. pr. Philaenorum, iuvenum Carthaginensium, i. e. פִּלְאָן mirabilis, quod ita inflexum est a Graecis, ut laudis cupidum significare videretur). Inde

פִּלְאִי (c. terminatione adj.) adj. *mirabilis* Ind. XIII, 18 Chethibh (et hoc quidem de re, quae praeter naturam fieri videtur). In Keri פֶּלִי, quod ex illo contractum est. — Prioris formae fem. est פלאיה (פִּלְאִיָּה) Ps. CXXXIX, 6 Chethibh, ubi Keri פְּלִיאָה est fem. formae פָּלִיא.

פְּלָאיָה (quem *Jehova singularem fecit*) n. pr. viri Neh. VIII, 7. X, 11.

פְּלָיָה (id.) n. pr. viri 1 Par. III, 24.

מִפְלָאָה f. in pl. tantum מִפְלָאוֹת *miracula* Iob. XXXVII, 16 i. q. נִפְלָאוֹת. Rariore hac forma usus est poëta propter consonum מִפְלְשֵׂי in altero hemistichio.

פָּלַג in Kal inusit. Aram. et arab. فلج *fidit, diffidit, divisit* (cf. de stirpe primaria *pal* s. rad. פָּלָא). Inde

Niph. divisus est Gen. X, 25. 1 Par. I, 19.

Pi. divisit, ut canales Iob. XXXVIII, 25 (cf. תְּעָלָה), metaph. Ps. LV, 10: *divide linguam eorum*, fac ut ipsi inter se dissentiant.

פְּלַג chald. id. Part. pass. פְּלִיג divisus. Dan. II, 41.

פֶּלֶג m. 1) *rivus.* (Arab. فَلْجٌ, فَلَجٌ rivus, fluvius parvus, aeth. ፈለግ: fluvius, etiam maior v. c. de Euphrate Hen. 6, 2. Lud. 611. Proprie *canalem* esse volunt, a *dividendo* dictum, cf. verbum Iob. XXXVIII, 25. Suspicor tamen, radicem פלג etiam *fluendi, fluctuandi* et *ebulliendi* potestatem habuisse, coll. *flu-o*, *fluc-si*, *fluc-tus*, φλύ-ω, *pluo*, sanscr. *plu*; fleo; βλύω fluo it. πέλαγος, aeth. ፈልሐ: bullivit, ebullivit; cf. Pott etym. Forschungen 1, 212) Ps. LXV, 10: פֶּלֶג אֱלֹהִים *rivus* s. collect. *rivi Dei* i. e. Dei beneficio terram rigantes. Plur. פְּלָגִים Jes. XXX, 25, cstr. פַּלְגֵי, ut פַּלְגֵי מַיִם Ps. I, 3. Prov. V, 16. XXI, 1, de lacrimarum rivis Ps. CXIX, 136. Thren. III, 48 (cf. فَلَجٌ lacrimarum rivus). פַּלְגֵי שָׁמֶן Iob. XXIX, 6. De Ps. XLVI, 5 v. s. נָהָר. — 2) n. pr. patriarchae (divisio, pars), filii Heber, Gen. X, 25. 1 Par. I, 19.

פְּלַג chald. *dimidium* Dan. VII, 25.

פְּלַג vel פְּלַגָּה tantum in pl. פְּלַגּוֹת *rivi* Ind. V, 15. 16: לִפְלַגּוֹת רְאוּבֵן *ad rivos Rubeni* (LXX. Pesch. in partibus, Targ. in gentibus s. familiis Rubeni, quod probant Böttcherus et Studerus coll. פְּלֻגָּה: sed illud certius existimo[1]. Iob. XX, 17.

פְּלֻגָּה f. *classis* (sacerdotum) i. q. מַחֲלֹקֶת 2 Par. XXXV, 5.

פְּלֻגָּה vel פְּלֻגָּא chald. id. Esr. VI, 18.

מִפְלַגָּה f. id. 2 Par. XXXV, 12.

* * *

פִּילֶגֶשׁ, rarius פִּלֶגֶשׁ (2 Sam. III, 7. V, 13. XV, 16. XVI, 21. 22. XIX, 6. Ez. XXIII, 20 et passim etiam alibi, ut Gen. XXV, 6. XXXV, 22, in codd. antiquioribus, veluti Kenn. 1. 4. 5. 9, sed contra etiam plene, ubi vulgo scribitur defective: sec. Mas. duobus locis defective, reliquis 35 plene) c. suff. פִּילַגְשׁוֹ pl. פִּילַגְשִׁים 1) fem. *pellex, concubina* (Vulg.), LXX vocabulo consono παλλακή, semel παλλακίς, mulier serva, quam quis praeter legitimam uxorem tori sociam fecit. Gen. XXII, 24. XXV, 6. XXXV, 22. XXXVI, 12. Ind. VIII, 31. XIX, 2 sqq. XX, 4 sqq. 2 Sam. ll. cc. 1 Par. I, 32. II, 46. 48. III, 9. VII, 14, plenius אִשָּׁה פִילֶגֶשׁ Ind. XIX, 1, נָשִׁים פִּילַגְשִׁים 2 Sam. XV, 16. XX, 3, opp. uxoribus nobilioribus et reginis 1 Reg. XI, 3. Cant. VI, 8. 9. — 2) i. q. ὁ πάλλαξ, *amasius, moechus*, per contemtum Ezech. XXIII, 20: וַתַּעְגְּבָה עַל פִּלַגְשֵׁיהֶם *et amore ferebatur in moechos suos*, cf. Comm. 5: וַתַּעְגַּב עַל מְאַהֲבֶיהָ. 9. 16. Scorta mascula intelligi,

Kimchi recte colligit ex sequentibus: *qui pudenda habebant instar asinorum.* Suff. ־יהֶם refertur ad Babylonios (Comm. 17): *mocchi inter eos*, quanquam concinnius esset פִּילַגְשֶׁיהָ. Jarchius על פילגשיהם abstracte accipit pro על פלגשותם *in concubinatum eorum*, Vulg. *in concubitum eorum* (quorum pudenda erant cet.), consentientibus Rosenm. et Winero, sed vis abstracta in פילגשים vix credibilis est, illud autem commendatur parallelismo commatum 5. 9. 16.

In linguis Semit. congruit chald. פַּלַּקְתָּא, פִּילַקְתָּא, magis etiam gr. lat. πάλλαξ, παλλακίς, παλλακή, pellex. Sed etymon ambiguum, nec satis constat, quanam in lingua origo quaerenda sit. Graecae quidem origini obstat vocabuli usus in libris antiquissimis V. T.: sed contra negari non potest, universum vocis habitum Graeciam magis quam Semitarum linguas redolere; sive πάλλαξ proprie est *puella*, *virgo* (cf. Παλλάς, ut ὄρνις, ὄρνιξ, Passov. h. v.), sive *concubina* (a παραλέγεσθαι, ut παράκοιτις, σύγκοιτις, Doederl. lat. Syn. V, p. 241): displicent enim, qui pr. *scortum* significare volunt (coll. λάγνος, λαικάζω scortor Fürst. in Concordd., unde vero παλ?); et inania sunt, quaecunque in linguis Semiticis periclitati sunt Etymologi, velut ex פלג et שֶׁגֶל (Hiller.), ex פֶּלֶג et אִשָּׁה (El. Levita, Schult.), ex פגש inserto ל (Haevern. Einl. 1, 170) al. Credibilius esset, vc. Persicae originis esse, si modo probabile etymon suppeditaret. Bohlenius (animadvv. posth.) confert pracr. „*palakka* scortans, v. Mrichh. p. 90, ubi sanscritice explicatur *pralakya*, a *lak*, lambere, gustare cf. *lampatâ* meretrix pr. lingens." Sed פִּילֶגֶשׁ et πάλλαξ, ut diximus, nunquam *scortum* vel *meretricem* designat, sed *concubinam* eamque non inhonestam.

פָּלַד rad. inusit. Arab. فلذ secuit (cf. ad פָּלָא). Inde

פְּלָדָה f. *ferrum*, syr. ܦܠܕܐ, arab. فُولَاذ, فَالُوذ (pers. پُولَاد) ferri genus praestantissimum, chalybs. Plur. פְּלָדוֹת ferramenta, fort. falces curruum bellicorum. Nah. II, 4: בְּאֵשׁ פְּלָדוֹת הָרֶכֶב *in igne ferramentorum sunt currus*, fulgent chalybe vel falcibus currus.

פִּלְדָּשׁ n. pr. m. Gen. XXII, 22. (Etymon obscurum.)

פָּלָה in Kal inusit. i. q. פָּלָא separavit, distinxit.

Niph. separatus, distinctus est, sq. מִן Ex. XXXIII, 16: וְנִפְלֵינוּ אֲנִי וְעַמְּךָ מִכָּל הָעָם. Ps. CXXXIX, 14: *laudo te* כִּי נוֹרָאוֹת נִפְלֵיתִי *quod admirandum in modum distinctus sum.*

Hiph. 1) *separavit, distinxit* Ex. VIII, 18 (22), sq. בֵּין distinxit *inter* ibid. IX, 4. XI, 7. — 2) distinxit i. e. *insignem, illustrem fecit* Ps. IV, 4. XVII, 7: הַפְלֵה חֲסָדֶיךָ.

פְּלֹנִי m. 1) *quidam*, ὁ δεῖνα, pr. distinctus, definitus, quem digitis qs. monstro, non nomino, ab inusit. פְּלוֹן distinctio. (Neohebr. פְּלָן f. פְּלָנִיתָא, it. פְּלֹנִי f. פְּלֹנִית; syr. ܦܠܢ f. ܦܠܢܝܬܐ v. Mich. ad Cast. p. 710, arab. de personis فُلَان, unde hisp. *fulano*, de rebus etiam فُلَانِى, ut hebr., v. c. فى اليوم الفلانى vit. Tim. II, 734 Mang. الى الموضع الفلانى Callenb. colloqu. idiom. vulg. 13. Melit. *felyn* id.). Ubique copulatur cum syn. אַלְמֹנִי (pr. qui reticetur). De personis vocandi casu. Ruth IV, 1: שְׁבָה פֹּה פְּלֹנִי אַלְמֹנִי *conside hic, o bone*, gr. ὦ οὗτος. (Arabes hoc nexu utuntur forma decurtata يا فُلَ, يا فُلْ, f. يا فلة i. q. يا ܦܠܢ; etiam ܦܠܢ ita vocandi casu adhibent Assem. b. or. 1, 427). De rebus 1 Sam. XXI, 3: אֶל מְקוֹם פְּלֹנִי אַלְמֹנִי *ad certum quendam locum*. 2 Reg. VI, 8. — 2) n. gent. a פְּלוֹן loco aliunde non cognito 1 Par. XI, 27. 36.

פַּלְמֹנִי vox conflata ex פְּלֹנִי אַלְמֹנִי (cf. Ew. gr. crit. p. 519 not.). Dan. VIII, 13: וַיֹּאמֶר קָדוֹשׁ אֶחָד לַפַּלְמוֹנִי *et dixit Sanctorum unus τῷ δεῖνα.* Vulg. alteri nescio cui. Symm. τινί ποτε. Vers. Venet. τῷ δεῖνι. LXX. Aqu. Theod. retinent φελμωνί (quod perperam nonnulli pro Jovae nomine habuisse videntur et ita usurpant Constit. Clement. 7, 35, sed recte explicat Theodoret ad h. l. τὸ φελμουνὶ τόν τινα σημαίνει ἐν τῇ Ἑλλάδι φωνῇ· μαρτυρεῖ δὲ τούτοις καὶ ἡ Σύρων φωνὴ γειτνιάζουσα τῇ Ἑβραίᾳ), et ita etiam Pesch. ܦܠܡܘܢܝ (v. supra Theodoret.).

פָּלַח *fidit*, spec. *sulcavit* terram Ps. CXLI, 7. (Arab. فلح id., ut radd. vicinae فلّ, فلج, فلخ, فلع, فلغ, فلق, inde agrum coluit, فَلَّاح agricola. Syr. Ethpe. aratus est. Pa. exaravit, scripsit. ܦܠܚܐ agricola. Cf. infra chald.).

Pi. 1) *fidit* v. c. sagitta iecur Prov. VII, 23. Iob. XVI, 13, *dissecuit* v. c. colocynthides 2 Reg. IV, 39. — 2) *fecit ut* uterum *finderent et prorumperent* (pulli) i. e. *peperit* Iob. XXXIX, 3. Cf. בָּקַע Kal, Ni. Pi. no. 4, arab. عقّ et بقر fidit animal (orificium uteri) i. e. partui vicinum est, ابقر الناقة عن جنينها finde camelam a fetu suo i. e. a fetu libera eam, انشقت عن جنينها fissa est a fetu i. e. liberata a fetu.

פְּלַח chald. *laboravit*, inde *serviit* Esr. VII, 24 (sexcenties in Targg. pro hebr. עָבַד); spec. *coluit* Deum (cf. עָבַד), sq. acc. et לְ Dan. III, 12 sqq. VII, 14. 27.

פֶּלַח f. (Iob. XLI, 16) 1) *pars resecta, segmentum* v. c. pomi, fici Cant. IV, 3. 1 Sam. XXX, 12. — 2) *lapis molaris*, ita dictus a parte plana et abscissa, quae in superiore molari inferior, in inferiore superior est. Arab. فِلْقَة. Ac superior plene appellatur פֶּלַח רֶכֶב (lapis vector)

Iud. IX, 53. 2 Sam. XI, 21, et simpl. רֶכֶב, inferior פֶּלַח תַּחְתִּית Iob. XLI, 16.

פִּלְחָא (segmentum) n. pr. viri Neh. X, 25.

פָּלְחָן chald. m. *cultus divinus* Esr. VII, 9. In Targg. saepe פּוּלְחָן pro hebr. עֲבֹדָה, syr. ܦܽܘܠܚܳܢܳܐ id.

פָּלַט pr. *laevis, glaber fuit* i. q. מָלַט q. v. Inde *evasit, elapsus est* Ez. VII, 16, it. *elabi fecit*, v. n. pr. פְּלַטְיָה. (Arab. فلط IV. liberavit, فلص II. IV. id. V. VII. pass. evasit, فلت IV. liberavit it. effugit, evasit. Syr. ܦܠܛ Pe. et Pa. id. ܦܠܛܳܐ effugium. Chald. evasit, sed saepius: eiecit, *evomuit*, et sic etiam syr. Jon. II, 11 Pesch.).

Pi. 1) i. q. Kal intens. *prorsus evasit*, sq. מִן (ex alic. potestate). Iob. XXIII, 7. — 2) *elabi fecit* a' *liberavit* Ps. XVIII, 3. XXII, 5. XL, 18. LXX, 6. LXXXII, 4. XCI, 14. CXLIV, 2. Mich. VI, 14, sq. מִן pers. ex potestate alic. Ps. XVII, 13: פַּלְּטָה נַפְשִׁי מֵרָשָׁע, XVIII, 49. XXXVII, 40. XLIII, 1, sq. מִן rei XVIII, 44, מִיַּד LXXI, 4. b) fetum ex utero i. e. *peperit* Iob. XXI, 10, cf. מִלֵּט no. 2. (Syr. ܦܰܠܶܛ peperit Jes. LXVI, 7, quod lexicis addendum est). — Prorsus congruit cum מִלֵּט, et utriusque formae se invicem supplent, ita ut praet. ubique sit מִלֵּט, part. מְפַלֵּט, sed fut. imp. et inf. ab utroque verbo formentur.

Hiph. liberavit ex periculo Mich. VI, 14, *in tuto collocavit* Jes. V, 29.

פָּלֵט adj. *fugâ elapsus* i. q. פָּלִיט, tantum in plur. פְּלֵטִים Jer. XLIV, 14. L, 28. LI, 50.

פָּלֵיט, tantum in plur. פְּלֵיטִים Num. XXI, 29. Jes. LXVI, 19.

פְּלֵיטָה ter **פְּלֵטָה** f. Exod. X, 5. 1 Par. IV, 43. Ez. XIV, 21 coll. i. q. פְּלֵטִים, פְּלִיטִים pr. *fugâ elapsi*, dein *qui evaserunt ex periculo* vel clade (die Geretteten) Gen. XXXII, 6. Exod. X, 5. פְּלֵיטָה גְדֹלָה servatorum magna copia Gen. XLV, 7. הָיְתָה פְּלֵיטָה לְ relictum est alicui residuum (i. e. non omnis periit) 2 Sam. XXV, 14. Jer. L, 29. Joël II, 3, נִשְׁאַר פּ' לְ id. 2 Par. XXX, 6, נָתַן פּ' לְ אֵין פְּלֵיטָה לְ 2 Par. XX, 24. Esr. IX, 14, reliquit alicui residuum Esr. IX, 13 (cf. 2 Par. XII, 7, ubi eadem sententia לִפְלֵיטָה). הָיָה לִפְלֵיטָה evadere Dan. XI, 42. — *Residuum Israëlis s. Jacobi* dicitur de populo Israëlitico tot cladibus diminuto Jes. IV, 2. X, 20. XXXVII, 3, cf. Neh. I, 2.

פָּלִיט adj. verbale, *fugâ elapsus*, max. ex pugnâ, clade, i. q. פָּלֵט 2 Reg. IX, 15. Am. IX, 1, saepe copulatur cum שָׂרִיד Jos. VIII, 22. Jer. XLII, 17. XLIV, 14. Thren. II, 22. Cum art. הַפָּלִיט collect. fugâ elapsi et servati (die Flüchtlinge) Gen. XIV, 13. Ez. XXIV, 26. XXXI, 21. 22. Sq. פְּלִיטֵי אֶפְרַיִם Ephraimitae fugâ elapsi Iud. XII, 5, sed contra פְּלִיטֵי חֶרֶב qui gladium effugerunt Jer. XLIV, 28. Ez. VI, 8.

פַּלֵּט inf. Pi. nominascens, *liberatio* Ps. XXXII, 7. LVI, 8.

פֶּלֶט (liberatio) n. pr. virorum 1) 1 Par. II, 47. 2) XII, 3.

פַּלְטִי (pro pleniore פְּלַטְיָה liberatio Jehovae) n. pr. virorum 1) Num. XIII, 9. — 2) 1 Sam. XXV, 44, plenius פַּלְטִיאֵל 2 Sam. III, 15.

פִּלְטַי (decurtatum ex פְּלַטְיָה) n. pr. viri Neh XII, 17.

פְּלַטְיָה (quem Jehova liberavit) n. pr. virorum 1) 1 Par. III, 21. 2) IV, 42.

פְּלַטְיָהוּ (id.) n. pr. viri Ez. XI, 1. 3.

מִפְלָט m. *evasio, fuga* Ps. LV, 9.

פָּלַךְ in verbo inusit. Arab. فلك I. II. IV. V. rotundus fuit, de mamma, med. Je et II. rotundas mammas habuit puella, فالك mulier rotundis mammis, فلكة rotundior pars rei, tumulus, unda maris, orbis coelestis. فلكة id. Vic. est פָּלַג (v. פֶּלֶג) et פָּלַל. Inde

פֶּלֶךְ, in Pausa פָּלֶךְ Prov. XXXI, 19, c. suff. פִּלְכּוֹ Neh. III, 17 m. 1) *circulus, terrae tractus circumiacens* (Kreis, Bezirk) i. q. כִּכָּר. (Chald. פֶּלֶךְ id. in Targg. de provinciis). Neh. III, 9—18. פֶּלֶךְ יְרוּשָׁלִַם circulus Hierosolymorum ib. 12. 14. 15. שַׂר פֶּלֶךְ praefectus circuli ib. 17. 18.

2) orbiculus fusi muliebris (cf. כִּישׁוֹר), dein ipse *fusus* Prov. XXXI, 19, ut LXX. Vulg. Targg. (Arab. فلكة id., فلكة مغزل Amrulk. 72 Hengst. Talmud. פלך, פילכה, פלכה id., unde פָּלַךְ nevit.) Inde

3) *baculus rotundus, scipio*. 2 Sam. II, 29. LXX. σκυτάλη. Targ. אֲגַר (non אֲגָר) id. — Aqu. Vulg. Pesch. etiam h. l. *fusum* intelligunt, praeter rem.

פָּלַל in Kal inusit. *Iudicandi* potestatem, quae inest in Pi. et nominibus derivatis (פְּלִילָה, פְּלִילִי, פָּלִיל) plerique a *findendo, secando* et *dirimendo* ductam esse volunt (v. Schult. ad Har. p. 21. Opp. min. ad Ezech. XXVIII, 23) coll. פָּלָא, פָּלָה, פָּלַח aliisque a פל ordientibus (ipsum فل est i. q. פָּרַר rupit): equidem primariam radicis vim malim in *volvendo* et *volutando* ponere, unde *volvendo* (cylindro) *aequavit et complanavit* (gerade walzen), et metaph. aequavit, arbitrum egit (nostr. richten, schlichten). Hanc vim habes in nomine פלס

bacca rotunda, faba, et in cognatis פָּלַג volvit fluctus, fluxit (v. ad פָּלַג), פָּלַךְ rotundus fuit, פָּלַס et פָּלַשׁ volutavit. Ex Syriacis congruunt ܦܠܦܠ volutavit in re, inde tinxit, inquinavit, et ܐܬܦܠܦܠ volutavit se, it. volutatus est, de massa farinae subacta (mengen), in coeno, it. perquisivit, quod et ipsum a volutando est.

Pi. 1) *iudicavit* 1 Sam. II, 25, it. *iudicium exercuit* castigando Ps. CVI, 33 al. 30 cf. Num. XXV, 7 (Alex. Vulg. tamen: *placavit*, vide ad Kal). Sq. לְ *adiudicavit* alicui Ez. XVI, 52. — 2) *censuit*, *existimavit* Gen. XLVIII, 11.

Hithpa. הִתְפַּלֵּל 1) *intercessit pro* aliquo apud Deum, *oravit pro* aliquo (pr. arbitrum se interposuit), sq. בְּעַד Gen. XX, 7: יִתְפַּלֵּל בַּעַדְךָ וֶחְיֵה *orabit pro te et vives.* Deut. IX, 20. 1 Sam. VII, 5. XII, 19. 23. 1 Reg. XIII, 6. Ps. LXXII, 15. Jer. XXXVII, 3, עַל Iob. XLII, 8, לְ 1 Sam. II, 25, et אֶל eius apud quem intercéditur Gen. XX, 17. Num. XI, 2, v. utramque structuram Jer. XXIX, 7. XLII, 2. 20. — 2) gener. *precatus est* ad Deum (zu Gott beten), sq. אֶל 1 Sam. I, 26. 2 Sam. VII, 27. 1 Reg. VIII, 33. 44. 54. Jer. XXIX, 12. XLII, 4. Ps. V, 3 et saepe, לְ Dan. IX, 4, עַל 1 Sam. I, 10, לִפְנֵי 1 Reg. VIII, 28. Neh. I, 4. 6, absol. 1 Sam. II, 1. 2 Par. VII, 14. Jes. XVI, 2. Dan. IX, 20. Passim additur אֶל rei, *propter* quam Deum precibus adeunt 1 Sam. II, 27. Jes. XXXVII, 21. Dicunt etiam: הִתְפַּלֵּל אֶל מָקוֹם *precatus est* (Deum) ore converso *ad locum* (sanctum) 1 Reg. VIII, 30. 35. 32 cf. 44. 48. 2 Par. VI, 38. — Raro *supplicavit* idolis, sq. אֶל Jes. XLIV, 17. XLV, 20, adeoque hominibus XLV, 14.

פָּלָל (iudex) n. pr. viri Neh. III, 28.

פּוֹל m. *faba*, quae memoratur in cibis militum 2 Sam. XVII, 28, cuius farina pani admiscetur Ez. IV, 9 cf. Plin. 18, 12. LXX. *κύαμος.* Targ. פּוּלָא, quo etiam Rabbini de faba utuntur. Origo est in forma rotunda, cf. lat. *bulla*, belg. *bol* faba, *peul*, *poeul* cicer, *bolle* cepa.

פָּלִיל m. *iudex*, tantum in pl. פְּלִלִים Exod. XXI, 22. Deut. XXXII, 31. Iob. XXXI, 11: עָוֺן פְּלִילִים *crimen* crimen *iudicum* i. e. grave a iudicibus publicis puniendum. Cf. 28. De st. abs. pro constr. v. Gr. 114, 2. Ceterum non pauci codd. h. l., ut Comm. 28, habent פְּלִילִי.

פְּלִילָה f. *ius*, *iustitia* Jes. XVI, 3.

פְּלִילִי adj. *iudicialis.* Iob. XXXI, 28: עָוֺן פְּלִילִי *crimen iudiciale* i. q. עון פלילים Comm. 11, v. פָּלִיל. Fem. פְּלִילִיָּה sella s. consessus *iudicialis*, *iudicium* Jes. XXVIII, 7.

פְּלַלְיָה (quem Jova iudicavit i. e. tuitus est) n. pr. viri Neh. XI, 12.

אֶפְלָל (pro פָּלָל iudicium) n. pr. viri 1 Paralip. II, 37.

תְּפִלָּה (ab Hithpa.) f. 1) *intercessio*, *deprecatio* pro aliquo 2 Reg. XIX, 4. Jes. XXXVII, 4. Jer. VII, 16. XI, 14. — 2) *precatio*, *preces* ad Deum fusae. Ps. LXV, 3. LXXX, 5. Jes. I, 15. Iob. XVI, 17 al. Addito לְ pers. Ps. XLII, 9: תְּפִלָּה לְאֵל חַיָּי. LXIX, 14, אֶל 2 Par. XXXIII, 18. בֵּית תְּפִלָּה domus precum Jes. LVI, 7. Ps. CIX, 4: וַאֲנִי תְפִלָּה *et ego preces* sum i. e. totus in precibus sum. — De eo, qui precationem facit, dicunt נָשָׂא תְפִלָּה Jes. XXXVII, 4, et הִתְפַּלֵּל ת' Neh. I, 6, de Deo qui preces bene excipit et exaudit, לָקַח ת' Ps. VI, 10, פָּנָה אֶל ת' Ps. CII, 18. 1 Reg. VIII, 28, שָׁמַע ת' Ps. IV, 2. XXXIX, 13. LIV, 4. LV, 2. Prov. XV, 29, שָׁמַע אֶל ת' Neh. I, 6. Dan. IX, 17, הֶאֱזִין ת' Ps. XVII, 1. LV, 2: ipsae preces dicuntur *pervenire ad* Deum Ps. LXXXVIII, 3. Jon. II, 8. Precum significatu תְּפִלָּה accipitur etiam in titulis Psalmorum XVII. LXXXVI. XC. CII. CXLII, sed 3) ampliore *hymni* s. *carminis sacri* significatione Hab. III, 1 et Ps. LXXII, 20, ubi Psalmi I—LXXII תְּפִלּוֹת דָּוִד appellantur. Cf. verbum 1 Sam. II, 1.

פַּלְמֹנִי ὁ δεῖνα v. ad rad. פָּלָה.

פְּלֹנִי id. ibid.

פָּלַס in Kal inusit. Origo esse videtur in *volvendo*, inde *cylindro* huc illuc volutato *aequavit*, nostr. *walzen*, *durch Walzen ebenen.* Affine est פָּלַל (ubi vide), ut germ. *walzen* pendet ex *wallen*, *wellen.*

Pi. 1) *complanavit*, *aequavit* i. e. munivit *viam.* Jes. XXVI, 7. Prov. IV, 26: פַּלֵּס מַעְגַּל רַגְלֶךָ *complana semitam pedis tui* i. e. incede in via recta et aequa. V, 6: אֹרַח חַיִּים פֶּן תְּפַלֵּס *viam felicitatis ea non munit.* Ps. LXXVIII, 50: יְפַלֵּס נָתִיב לְאַפּוֹ *viam munivit irae suae* i. e. liberam dimisit iram suam. — 2) *libravit*, *pependit* (quod fit aequilibrio iugi et lancium), *appendit*, metaph. Ps. LVIII, 3: חֲמַס יְדֵיכֶם תְּפַלֵּסוּן *iniuriam vestram appenditis* vos iudices, qui iustitiam appendere debebatis; it. *perpendit*, *expendit* i. e. accurate consideravit Prov. V, 21: *omnes vias suas perpendit.* LXX. *σκοπεύει.* Vulg. considerat.

פֶּלֶס m. *libra* (ab aequilibrio dicta) Prov. XVI, 11. Jes. XL, 12. Utroque loco copulatur cum מֹאזְנַיִם (lances, bilanx) et videtur pr. vectem ferreum numeris distinctum notare, quo ad librandum utuntur, nostr. Schnellwage (arab. قَفَّان Schindleri Pentagl.). Kimchius (ad Jes. XXVI, 7) iugum bilancis intelligit.

מִפְלָשׂ m. *libratio* i. e. aequilibrium (nubium) Iob. XXXVII, 16.

פָּלַץ in Kal inusit. prob. similis potestatis atque פָּרַץ rupit.

Hithpa. contremuit (pr. ruptus est, Spalten bekommen, cf. נִבְקַע 1 Reg. I, 40), de columnis terrae Iob. IX, 6.

פַּלָּצוּת f. *tremor, horror* Iob. XXI, 6. Ps. LV, 6. Jes. XXI, 4. Ez. VII, 18.

מִפְלֶצֶת f. pr. *formido*, dein (cf. פַּחַד) de numine, *idolo*. 1 Reg. XV, 13. 2 Par. XV, 16.

תִּפְלֶצֶת f. *terror* Jer. XLIX, 16.

פָּלַשׂ i. q. פָּלַס, unde מִפְלָשׂ.

I. **פָּלַשׁ** rad. inusit. pr. (ut recte Simonis in editt. 1—3 et Kimchi: התגלגל) *volvit, volutavit* (wälzen), sicut vicinae radd. פָּלַס, פָּלַל [פלל]. Inde

Hithpa. volutavit i. e. *inquinavit se*, cinere (בָּאֵפֶר) Jer. VI, 26. Ez. XXVII, 30, pulvere (עָפָר) Mich. I, 10. Absol. id. Jer. XXV, 34. — In prioribus editt. huic radici praeeuntibus LXX. et Vulg. *conspergendi* significatum tribuebam, cui assensum praebuerunt Rosenm. et Winerus (in Lex. p. 776): sed illud praefero, utpote ex interiore stirpis indole profectum.

II. **פָּלַשׁ** (prob. vic. verbis פָּלַט, פָּלַח) aethiop. ፈለሰ: migravit, emigravit, ተፋለሰ: ultro citroque migravit, ፈላሲ: peregrinator, advena, ፍልሰት: migratio, emigratio. Inde

פְּלֶשֶׁת Jes. XIV, 29. 31. Ps. LX, 10. LXXXIII, 8. LXXXVII, 4. CVIII, 10, in Pausa פְּלָשֶׁת Ex. XV, 14 *Philistaea*, pr. terra advenarum s. peregrinorum (v. rad.): Philistaei enim Aegyptiacae originis erant et ex terra Capthor (v. כַּפְתֹּר) in Cananaeae oras immigraverant, quocirca apud LXX interpretes *Ἀλλόφυλοι* appellati sunt (v. פְּלִשְׁתִּי). Comprehendebat ea australe Cananaeae litus ad mare mediterraneum (inde יָם פְּלִשְׁתִּים Ex. XXIII, 31) ab Ecrone usque ad fines Aegypti, cui certis temporibus haud exiguae terrae interioris partes accedebant (1 Sam. XXXI, 8. 1 Reg. XV, 27. XVI, 15). Josepho *Παλαιστίνη* dicitur (Ant. 1, 6 §. 2. 2, 15 §. 2), quo nomine idem alibi cum plerisque antiquitatis scriptoribus (v. Relandi Palaest. p. 38 sqq.) de universa Israëlitarum terra utitur (Arch. 8, 4). Inde talmud. פלסתיני et arab. turc. فلسطين. — In monumentis veteribus Aegyptiacis in numero populorum ab Aegyptiis devictorum reperitur *Poloste* (Champoll. gr. 180): hine *Philistaei* sunt?

פְּלִשְׁתִּי n. gent. *Philistaeus* 1 Sam. XVII, 4 sqq. 23 sqq. XIX, 3. XXI, 9. XXII, 10 pl. פְּלִשְׁתִּים Gen. XXVI, 1. Iud. X, 6 1 Sam. IV, 1. V, 1 et sexcenties, raro פְּלִשְׁתִּיִּים Am. IX, 7 *Philistaei*, gens origine Aegyptia (v. פְּלֶשֶׁת), quae Judicum et primorum regum tempore cum Hebraeis de principatu Palaestinae contendebat (v. Iud. XIV—XVI. 1 Sam. IV—VII. XIII. XIV. XVII. XXIII. XXIX. XXXI. 2 Sam. V, 17. VIII, 1) cuiusque animus in Hebraeos infensus continuis fere bellis mutuisque iniuriis nutritus est (2 Sam. V, 17. VIII, 1. 2 Par. XXI, 16. XXVI, 6. XXVIII, 18. Jes. XIV, 29), donec post Maccabaeorum tempora (v. Sir. L, 26) sensim cum aliis Palaestinae incolis in unum populum coaluisse videtur. אֶרֶץ פְּלִשְׁתִּים i. q. פְּלֶשֶׁת Philistaea Gen. XXI, 32. 33. Exod. XIII, 17. 1 Sam. XXVII, 1. 7. XXIX, 11. 1 Reg. IV, 21. 2 Reg. VIII, 2. 3. סַרְנֵי פְּלִשְׁתִּים principes Philistaeorum, quorum pro numero urbium quinque erant, v. סֶרֶן. LXX in Pent. scribunt *Φυλιστιείμ*, et sic Jos. XIII, 3. Sir. XLVI, 18. XLVII, 7. L, 26, sed in reliquis libris *Ἀλλόφυλοι*, Josephus *Παλαιστῖνοι* Ant. V, 1 §. 18. VI, 4, 2. 5, 6. 6, 1—6. 8, 1. 9, 1 al. De *Ἀλλοφύλων* nomine autem bene Theodoretus ad Ps. LIX: *Ἀλλοφύλους μέντοι καλεῖ τοὺς Παλαιστίνους ἡ θεία γραφὴ οὐχ' ὡς τῶν ἄλλων ἐθνῶν ὁμοφύλων ὄντων, ἀλλ' ὡς τῶν ἄλλων μὲν ἀφεστηκότων, τούτων δὲ οὐ μόνον ὁμόρων ὄντων ἀλλὰ καὶ μεταξὺ κατοικούντων*, cf. Relandi Palaest. p. 42.

פָּלַת rad. inusit. Arab. فَلَتَ fugit cf. vic. פָּלַט, unde فَلْتٌ, فَلَتٌ, فَلَتَانٌ, فُلْتَانٌ equus celer. Inde

פֶּלֶת (celeritas) n. pr. virorum 1) Num. XVI, 1. 2) 1 Par. II, 35.

פְּלֵתִי m. *cursor publicus*, nonnisi hoc nexu הַכְּרֵתִי וְהַפְּלֵתִי *carnifices et cursores* (v. כְּרֵתִי p. 719 A), de satellitibus et praetorianis Davidis, qui a sequentis aetatis regibus הַכָּרִי וְהָרָצִים *confossores et cursores* appellantur 2 Reg. XI, 4. 19 (v. כָּר p. 671). Eorum qui כְּרֵתִי in hac formula *Philistaeos* esse volebant (v. כְּרֵתִי) nonnulli etiam פְּלֵתִי pro פְּלִשְׁתִּי dictum esse putant: sed ut alia taceam (de quibus iam supra dictum est), quis huiusmodi contractionem in linguis Semiticis ferat? quis credat, duas appellationes synonymas hoc modo cumulatas esse? quasi dicas: Engländer und Britten, Italiener und Welsche.

פֵּן *angulus* i. q. פִּנָּה v. rad. פָּנַן.

פֶּן c. Makk. פֶּן־ *ne*, v. פָּנָה.

פָּנַג rad. inusit., unde

פַּנַּג *ἅπ. λεγόμ.* Ez. XXVII, 17, ubi de Israëlitis, Tyri mercatum adeuntibus: בְּחִטֵּי מִנִּית וּפַנַּג וּדְבַשׁ וָשֶׁמֶן וָצֹרִי נָתְנוּ מַעֲרָבֵךְ *cum tritico Minnith et cum Pannag et melle et oleo et balsamo mercatum faciunt tecum*. Profecto audiendi non sunt, qui פַּנַּג pariter atque *Minnith* regionem Palaestinae tritico feracem esse volunt (ben Melech),

et minus etiam qui eam *Phoenicen* putant (Jun. Tremell.): contra vix dubitandum est, quin rem significet, quae (ut triticum, mel uvarum, oleum) in Palaestina gignatur. Sed quae illa sit, neque etymo neque aliqua traditionis constantia docemur. Nam LXX κασία. Vulg. *balsamum* (et ita Joseph. Gorion. 4, 22). Pesch. *milium.* Targ. קוֹלְיָא quod esse videtur gr. κολία, τὰ ἐκ μέλιτος τρωγάλια (licet Kimchius herbam saponariam explicet). Sic explicat etiam R. Parchon: חלות דבש placentae mellis, et לחם פנג in libro Sohar (teste Celsio, Hierobot. II, 73) est aliquid dulciarii operis (licet nescias, utrum פנג materiam panis an praeparandi modum indicet), quod firmare student coll. syr. ܦܢܓ oblectavit se, unde ܦܘܢܓܐ i. q. τρυφή Sir. XVIII, 33, τρυφήματα XXXI, 3 (laudant etiam Ephr. I p. 48, ubi nil eiusmodi reperio). Equidem nihil definio, licet in illo לחם פנג aliqua spes lucis supersit. Ridiculum, quod (auctore Hillero, Hierophyt. II p. 51) arcessiverunt gr. πάναχες, πανάκη (a πᾶς et ἀκέομαι), unde arab. فانقا. — Tres codd. Ross. exhibent פגג, quod *grossulos* significaret.

פָּנָה fut. יִפְנֶה conv. וַיִּפֶן, in reliquis personis וָאֵפֶן Deut. IX, 15. X, 5, תֵּפֶן Num. XVI, 15, וַתֵּפֶן 1 Reg. X, 15, וַנֵּפֶן Deut. II, 1. 8. III, 1

A) *vertit*, in una formula פָּנָה עֹרֶף vertit cervicem s. tergum Jos. XVII, 12. Jer. II, 27. XXX, 33. Alibi semper

B) intrans. *vertit se*,

1) ad eundum, abeundum Gen. XVIII, 22: וַיִּפְנוּ מִשָּׁם הָאֲנָשִׁים וַיֵּלְכוּ. Exod. X, 6: וַיִּפֶן וַיֵּצֵא. VII, 23: וַיִּפֶן פַּרְעֹה וַיָּבֹא XXXII, 15. Num. XXI, 23. Deut, I, 24. II, 1. 8. III, 1. IX, 15. X, 5. XVI, 7. Iud. XVIII, 21. 26. XX, 41. 45. 1 Reg. X, 13. 2 Reg. V, 12, passim adiecto dat. pleon. Deut. I, 40. II, 3. 1 Reg. XVII, 3, inde a) *convertit*, *contulit se* aliquo, sq. עַל Gen. XXIV, 49 (עַל יָמִין dextrorsum), אֶל 1 Sam. XIII, 17. Iud. XX, 42 (אֶל דֶּרֶךְ). Jes. XIII, 14: אִישׁ אֶל עַמּוֹ יִפְנוּ. Jer. L, 16, sq. לְ Jes. LIII, 6: אִישׁ לְדַרְכּוֹ פָּנִינוּ. LVI, 11, acc. Iob. XXIV, 18: לֹא יִפְנֶה דֶּרֶךְ כְּרָמִים. Prov. XVII, 8. 1 Sam. XIII, 18. XIV, 47: בְּכֹל אֲשֶׁר יִפְנֶה *quocunque se convertebat*, c. He parag. 1 Reg. XVII, 3. Deut. II, 3. Cant. VI, 1, it. sq. אֶל pers. convertit se ad aliquem, adiit eum, max. Deum Jes. XLV, 22, angelos Iob. V, 1, idola Lev. XIX, 4. Deut. XXXI, 18. 20. Hos. III, 1, hariolos Lev. XX, 6 oraculum vel auxilium petendi causa, it. sq. אֶל rei, convertit se ad (peccatum) Iob. XXXVI, 21. פָּנָה אַחֲרֵי פ׳ convertit se, ut sequatur partes alic., in partes eius inclinavit Ezech. XXIX, 16. — b) *avertit se* ab aliquo, sq. מֵעִם Deut. XXIX, 17 (de animo), absol. XXX, 17: אִם יִפְנֶה לְבָבְךָ וְלֹא תִשְׁמָע *si vertit se cor tuum* (i. e. avertit se a Deo), *neque morem geris.* — c) Translate ad tempus α) *vertit se* ad discedendum. Jer. VI, 4: פָּנָה הַיּוֹם *dies inclinat*, et poët. Ps. XC, 9: *omnes dies nostri inclinant.* (Inde arab. فنى evanuit, disparuit). β) ad veniendum, accedendum, in formulis לִפְנוֹת הַבֹּקֶר appropinquante mane, sub tempus matutinum Ex. XIV, 27. Iud. XIX, 26. Ps. XLVI, 6, לִפְנוֹת עֶרֶב appropinquante vespera, sub vesperam Gen. XXIV, 63. Deut. XXIII, 12.

2) ad spectandum 2 Reg. XXIII, 16. Eccl. II, 12: פָּנִיתִי אֲנִי לִרְאוֹת חָכְמָה *convertebam me, ut viderem sapientiam.* Ex. II, 12: וַיִּפֶן כֹּה וָכֹה וַיַּרְא *et convertit se* (oculis) *huc illuc et vidit;* inde *spectavit*, *oculos coniecit* in aliquid, sq. אֶל Exod. XVI, 10. Num. XII, 10. XVII, 7. 2 Paral. XX, 24. Iob. XXI, 5, בְּ VI, 28. Eccles. II, 11, sq. אַחֲרָיו (post se) Jos. VIII, 20. Iud. XX, 40. 2 Sam. I, 7. II, 20. 2 Reg. II, 24, לְמַעְלָה (sursum) Jes. VIII, 21 (22). Metaph. פָּנָה אֶל *rationem habuit* personae vel rei Deut. IX, 27, max. de Deo homines exaudiente 2 Reg. XIII, 23. Ps. XXV, 16: פְּנֵה אֵלַי וְחָנֵּנִי. LXIX, 17. LXXXVI, 16, it. פָּנָה אֶל תְּפִלָּה Ps. CII, 18. 1 Reg. VIII, 28, אֶל הַמִּנְחָה Num. XVI, 15. Malach. II, 13. De rege 2 Sam. IX, 8. — De rebus inanimatis: *spectavit* aliquam regionem. Ezech. VIII, 3: הַשַּׁעַר הַפֹּנֶה צָפוֹנָה *porta spectans orientem versus.* XI, 1. XLIV, 1. XLVI, 12. XLVII, 2. 1 Reg. VII, 25. 2 Par. IV, 4. De termino Jos. XV, 2. 7.

Pi. pr. discedere fecit (v. Kal no. 1, c), inde 1) *removit*, *e medio sustulit* Zeph. III, 15. — 2) remotis, quae temere disiecta et impedimento sunt, *purgavit* domum (aufräumen) Gen. XXIV, 31. Lev. XIV, 36, viam i. e. paravit, munivit eam Jes. XL, 3. LVII, 14. LXII, 10. Mal. III, 1. Absol. Ps. LXXX, 10: פִּנִּיתָ לְפָנֶיהָ *purgabas* terram *ante eam.*

Hiph. fut. convers. וַיֶּפֶן 1) trans. *vertit* Iud. XV, 4: וַיֶּפֶן זָנָב אֶל זָנָב, max. cervicem, tergum, de discedente, fugiente 1 Sam. X, 9. Jer. XLVIII, 39. 2) intrans. *vertit se* (pr. vertit tergum) ad fugiendum, Jer. XLVI, 21. XLIX, 24, it. *retro se vertit*, in fuga substitit Jer. XLVI, 5. Nah. II, 9. Sq. אֶל convertit se ad aliquem Jer. XLVII, 3.

Hoph. terga vertit Jer. XLIX, 8, *spectavit* regionem (v. Kal no. 2 fin.) Ez. IX, 2.

פָּנֶה in sing. inusit. (alia eius forma פְּנִי, פְּנֵה comparet in nomm. pr. פְּנוּאֵל, פְּנִיאֵל), pl. **פָּנִים** cstr. פְּנֵי m. (sed fem. Ez. XXI, 12)

1) *facies* (pr. pars alicui *obversa* v. Ez. XXI, 3, cf. arab. وجه facies, a وجه V. convertit se aliquo, et ad usum plur. gr. τὰ πρόσωπα ap. Homerum). Gen. XXXVIII, 15. L, 1. Ex. III, 6 et saepe, etiam de facie bestiarum Ez. X, 14. Iob. XLI, 6. Constr. c. verbo et adj. plurali Iob. XXXVIII, 30. Dan. I, 10, eoque fem. Ez. XXI, 21, rarius sing. Thren. IV, 16. Prov. XV, 14. Etiam pro plur., ut אַרְבָּעָה פָנִים Ez. I, 6. X, 21. XLI, 18, כָּל־פָּנִים omnes facies Joël II, 6. Jes. XIII, 8. Nah. II, 11. לֶחֶם הַפָּנִים panis faciei (v. לֶחֶם), et שֻׁלְחַן הַפָּנִים mensa, in qua hi paniculi offerebantur Num. IV, 7. נָפַל עַל פָּנָיו procidit in faciem

suam, v. rad. נָפַל no. 2, a. חִלָּה פְּנֵי פ׳ demulsit faciem alic. i. e. precibus eum adiit, v. חָלָה.

Spec. hae notandae sunt locutiones:

a) פָּנִים אֶל פָּנִים Gen. XXXII, 31. Ex. XXXIII, 11. Deut. XXXIV, 10. Iud. VI, 22. Ez. XX, 35, פָּנִים בְּפָנִים V, 4 faciem de facie it. פָּנִים לַפָּנִים Prov. XXVII, 19.

b) *Dicere* et *facere* aliquid עַל פְּנֵי פ׳ *in faciem* s. *os* alic. i. e. libere, ingenue, adeoque saepe impudenter et insolenter, in contemtum eius, ihm zum Trotz und Hohn (cf. gall. dire dans la barbe, latine certe dicitur: laudare in os, Ter.). Iob. I, 11: עַל פָּנֶיךָ יְבָרְכֶךָּ *in faciem maledicet tibi.* XXI, 31. Jes. LXV, 3: *qui me irritant* עַל פָּנַי *in faciem* i. e. in mei contemtum et ludibrium. In eandem sententiam dr. אֶל פָּנִים Iob. II, 5. XIII, 15. Deut. VII, 16: אֶל פָּנָיו יְשַׁלֶּם לוֹ *in faciem retribuit ei* (Deus hosti) i. e. fortiter, haud cunctanter. (Vulg. statim. In altero membro לֹא יְאַחֵר). Eodem pertinet עָנָה בְּפָנָיו respondit ei in faciem i. e. refellit eum fortiter, libere, aperte. Iob. XVI, 8: כַּחֲשִׁי בְּפָנַי יַעֲנֶה *macies mea me refellit in faciem* i. e. testatur contra me fortiter. Hos. V, 5. VII, 10.

c) שׂוּם פָּנִים עַל *faciem* s. *oculos convertit in* aliquem, in bonam partem 1 Reg. II, 15: עָלַי שָׂמוּ כָל־יִשְׂרָאֵל פְּנֵיהֶם לִמְלֹךְ *in me omnes Israëlitae oculos coniecerunt ut regem futurum*, in malam partem, Ez. XXIX, 2: *fili hominis* שִׂים פָּנֶיךָ עַל פַּרְעֹה וְהִנָּבֵא עָלָיו. VI, 2. XXXV, 2. Et eodem contextu שׂוּם פָּנָיו אֶל Ez. XIII, 17. XXI, 7. XXV, 2. XXVIII, 20. XXXVIII, 2, et cum He parag. XXI, 2. Similis locutio est: שִׁית פָּנָיו אֶל convertit faciem versus (locum) Num. XXIV, 1, sed hostili modo הֵכִין פָּנִים אֶל direxit faciem contra aliquid, ad adoriendum Ez. IV, 3. 7, הֵשִׁיב פָּנִים לְ id. Dan. XI, 18. 19. — Absol. 2 Reg. VIII, 11: וַיַּעֲמֵד פָּנָיו וַיָּשֶׂם *tum* (propheta Hasaëlem) *immoto vultu aspexit.*

d) שׂוּם פָּנָיו sq. accus. *faciem suam convertit* aliquo, i. e. *eo tetendit*, profectus est. Gen. XXXI, 21: וַיָּשֶׂם אֶת־פָּנָיו הַר הַגִּלְעָד *et convertit faciem in montem Gilead* i. e. eo *profectus est*, sq. gerundio: *intendit, proposuit sibi* aliquid facere, sed spec. tamen de proficiscendi proposito Jer. XLII, 15: אִם אַתֶּם שׂוֹם תְּשִׂמוּן פְּנֵיכֶם לָבֹא מִצְרַיִם *si propositum est vobis, Aegyptum adire.* 17. XLIV, 12. 2 Reg. XII, 18. Dan. XI, 17. Cf. Luc. IX, 51: *καὶ αὐτὸς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐστήριξε τοῦ πορεύεσθαι εἰς Ἱερουσαλήμ*, et 53: *ὅτι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν πορευόμενον εἰς Ἱερουσαλήμ* i. e. quoniam ei propositum erat Hierosolymam petere. Eadem locutio Syris, Arabibus, Persis et Turcis familiaris est. Et Syri quidem dicunt ܣܡ ܦܪܨܘܦܗ posuit faciem suam B. H. 201 lin. 1: ܠܐܘܪܫܠܡ ܣܡܝܟ ܗܘܐ ܦܪܨܘܦܗܘܢ *Hierosolymam versus directa erat facies eorum.* 187 lin. 4. 244 lin. 5 (ab inf. marg.) 322 lin. 1. 2. 557 lin. 3. 4, ܣܡ ܚܘܪܗ posuit obtutum suum BH. 333, lin. 7. 422 lin. 4, ܐܪܨ ܚܘܪܗ direxit obtutum suum ib. p. 376 lin. 9. 576 lin. 5. 584 lin. 2 (ab inf. marg.), Arabes توجّه convertit se aliquo, eo profectus est, sq. الى vit. Salad. p. 12 extr., Persae

روی نهادن , روی آوردن faciem ponere, pro aliquo proficisci, velut Humajun Nameh in Meninski gr. turc. p. 190 ed. maj. ,, Eodem modo loquendi .... usus est in huius loci [ex libro Humajun Nameh] Versione interpres Turcicus: جست وجو ایچون شهره متوجه اولوب. Pari modo occurrit turcicum یوز طوتمق in Locm. fab. leonis et tauri p. 142. Gramm. Meninsk. a Kollaro curatae Vindob. 1756. 4: اوکوز بونی کوردکدن صکره اورادن قاچمغه یوز طوتدی postquam taurus hoc vidit, ad illinc fugiendum faciem posuit, i. e. se in fugam dedit. Et eadem phrasis legitur saepius in Chronico Peregrinorum ut p. 7. 8. 11 edit. Constantinop.“ Io. B. Koehleri observatt. in sel. loca s. cod. praef. Adde ex lingua Sinica *mián-hiáng* s. *mián-dschuán* faciei conversio, de itinere, imprimis cum *kiü* abire v. c. *ngo-mián-hiáng-kiü-Canton* mea faciei conversio abit Cantonem i. e. ego Cantonem proficiscendo peto).

e) נָתַן פָּנָיו faciem coniecit s. oculos coniecit aliquo, v. c. אַרְצָה in terram Dan. X, 15, sq. אֶל in aliquem (Deum) Dan. IX, 3, sq. gerundio: convertit se, animum applicavit ad aliquid faciendum 2 Par. XXXII, 2. Sed נָתַן פְּנֵי פ׳ אֶל direxit faciem alicuius (i. e. duxit eum) aliquo Gen. XXX, 40: וַיִּתֵּן פְּנֵי הַצֹּאן אֶל עָקֹד *duxit gregem ad versicolores* cet. Sed

f) שׂוּם פָּנָיו בְּ semper in malam accipitur: posuit faciem in s. contra aliquem (Deus) i. e. severe animadvertit in eum Lev. XX, 5. Ez. XV, 7, addita formula לְרָעָה וְלֹא לְטוֹבָה Jer. XXI, 10, לְרָעָה XLIV, 10, et sic: נָתַן פָּנָיו בְּ Lev. XVII, 3. 10. XX, 3. 6. XXVI, 17. Ez. XIV, 8. XV, 7, et sine verbo Ps. XXXIV, 17: פְּנֵי יְיָ בְּעֹשֵׂי רָע opp. comm. 16: עֵינֵי יְיָ אֶל־צַדִּיקִים i. e. iustis propitius est. Vide עַיִן no. 1, e.

g) נָשָׂא פָּנִים v. נָשָׂא no. 1, c. Sed 2 Sam. II, 22. Iob. XXII, 26 est potius libere intuitus est in aliquem, et sic הֵרִים פָּנִים אֶל Esr. IX, 7.

h) רָאָה פְּנֵי פ׳ *videre faciem* alic., max. nobilioris est i. q. coram spectare aliquem Gen. XXXII, 21: *placabo eum munere: postea eum* (Esavum) *coram spectabo*, cum eo conveniam, cum eo colloquar. XLVI, 30: *lubens moriar* אַחֲרֵי רְאוֹתִי אֶת־פָּנֶיךָ *postquam te coram spectavi.* XLVIII, 11; it. venire (admitti) in conspectum alicuius (principis, regis) Gen. XLIII, 3. 5. XLIV, 23. 26. 2 Sam. III, 13. XIV, 24. 28. Ex. X, 28: *cave in conspectum meum venias.* 29; aditum habere ad regem, de ministris eius familiaribus 2 Reg. XXV, 19. Jer. LII, 25. Esth. I, 14. Inde *videre faciem Dei* i. e. Deum adire, ad eum admitti Iob. XXXIII, 26. Jes. I, 12 (si legitur לֵרָאוֹת פָּנַי), Gen. XXXIII, 10: רָאִיתִי פָנֶיךָ כִּרְאֹת פְּנֵי אֱלֹהִים *a te exceptus sum quasi a Deo* (i. e. paene divina benignitate), חָזָה פְּנֵי יְיָ Ps. XVII, 15 (fort. XI, 7). Aliis quidem locis docetur, mortalium neminem citra vitae periculum *Dei faciem videre* posse Ex. XXXIII, 20.

23 (cf. Gen. XVI, 11. XXXII, 30. Iud. VI, 22. XIII, 32. Jes. VI, 5) eamque ob caussam veteres interpretes his locis Deut. XXXI, 11: לראות את פְּנֵי, Jes. I, 12: לראות פָּנָי, Ex. XXIII, 15: לֹא יראו פָּנַי ריקם. XXXIV, 15. Ps. XLII, 5: אראה פני יהוה ad analogiam locorum Ex. XXXIV, 23. 1 Sam. I, 22 (נִרְאָה אֶת־פְּנֵי יְיָ) verbum passive et acceperunt et scripserunt (יֵרָאוּ, לֵרָאוֹת, אֵרָאֶה), hac sententia: *apparere apud faciem* Dei. Sed haud scio an activam structuram (videre faciem Dei) suadent tum פָּנַי tribus locis nude positum, tum לראות bis sine He positum, quibus litteris vim passivam (לְהֵרָאוֹת) tribuere durius videtur. — מַלְאַךְ פָּנָיו angelus faciei eius Jes. LXIII, 9 est angelus, qui faciem Dei videt, minister eius familiaris Jes. LXIII, 9.

i) Sicut *videre faciem* alic. est ad conspectum eius admitti, et *quaerere faciem* alic. i. q. aditum petere (v. בִּקֵּשׁ no. 1, a—c cf. Prov. VII, 15), ita נָשָׂא פְּנֵי פ׳ *excepit faciem* alic. de *nobiliore* dicitur, qui aliquem ad se admittit (v. נָשָׂא no. 3, b), et contra הֵשִׁיב פְּנֵי *repulit faciem* eius, si eum non admittit, it. הֵסִיר פָּנָיו מִן avertit faciem suam ab eo 2 Par. XXX, 9, הִסְתִּיר פָּנָיו מִן v. סָתַר.

k) *Facies alicuius* saepe est *aliquis praesens*, *ipse* (jemand in Person), Exod. XXXIII, 14: פָּנַי יֵלֵכוּ *ego praesens* s. *ipse ibo*. 15: אם אֵין פָּנֶיךָ הֹלְכִים *nisi tu ipse ibis*. 2 Sam. XVII, 11: פָּנֶיךָ הֹלְכִים בַּקְרָב. Thren. IV, 16: פְּנֵי יְיָ חִלְּקָם *facies* (praesentia) *Jovae dispergit eos* Ps. XXI, 10: לְעֵת פָּנֶיךָ *tempore faciei* i. e. praesentiae *tuae*, quamdiu ipse praesens es in pugna cum hostibus. LXXX, 17: מִגַּעֲרַת פָּנֶיךָ יֹאבֵדוּ, et in bonam partem XXXI, 21: *protegis eos* בְּסֵתֶר פָּנֶיךָ *praesidio praesentiae tuae*. LXXXIX, 15: חֶסֶד וֶאֱמֶת יְקַדְּמוּ פָנֶיךָ *gratia perpetua praecedunt faciem tuam*, o Deus. — Cunctis his exemplis פָּנִים nonnisi de facie s. praesentia Dei dictum erat, et ita Ps. XLII, 6: עוד אוֹדֶנּוּ יְשׁוּעוֹת פָּנָיו *adhuc laudabo eum, salutem faciei eius* i. e. qui praesentia sua salutem affert (Luth. dass er mir hilft mit seinem Angesicht). Sed Comm. 12 et XLIII, 5 aliter divisis vocibus legitur: *adhuc laudabo eum* יְשׁוּעֹת פָּנַי וֵאלֹהָי *salutem faciei meae et deum meum*, quod alii aliter accipiunt, vel *salutem* s. servatorem *capitis mei* Ew. (in quam sententiam dicendum fuisset יְשׁוּעוֹת נַפְשִׁי), vel *servator in quem faciem* s. oculos *conieci*, a quo salutem speravi (Maurer), vel *personae meae* i. e. mei ipsius (de Wette, Hitzig). Nisi etiam his locis legendum est יְשׁוּעוֹת פָּנָיו אֱלֹהַי, videant eruditi, possitne constructio praegnans esse hac sententia: מוֹשִׁיעֵנִי וְנֹשֵׂא פָנַי qui servat me excipiendo faciem meam i. e. qui exaudit et servat me. Certe displicent, qui יְשׁוּעוֹת פָּנַי simpl. pro יְשׁוּעָתִי dictum existimant, neque provocaverim ad formulam טָחַן פְּנֵי עֲנִיִּים vulgo „commoluit personas miserorum i. e. miseros": in qua *faciei* significatio retineri potest, modo טָחַן paullo fortius dictum accipis pro syn. דִּכָּא (in altero membro): profligere, percellere (niederschlagen) Jes. XIX, 10. Jer. XLIV, 10, inde: affligere (ad terram) faciem s. vultum miserorum (den Blick der Armen zu Boden werfen), facere ut oculos in terram deiiciant i. e. animum eorum frangere, gravius pro הִפִּיל פְּנֵי.

l) *Facies* saepe dicitur de *vultu* s. *ore* (Miene), in quo animi sensus et affectus conspiciendos se praebent. Gen. XXXI, 2: וַיַּרְא יַעֲקֹב אֶת־פְּנֵי לָבָן וְהִנֵּה אֵינֶנּוּ עִמּוֹ כִּתְמוֹל שִׁלְשׁוֹם *vidit Jacobus vultum Labani erga se non esse ut antea*. Comm. 5. Inde עַז פָּנִים duri oris i. e. perfrictae frontis (homo), impudens Deut. XXVIII, 30 (cf. Jes. L, 7); אוֹר פָּנִים vultus hilaris, serenus, v. אוֹר litt. g. פָּנִים רָעִים vultus malus i. e. morosus, tetricus et tristis Gen. XL, 7. Eccl. VII, 3. Neh. II, 2. 3, et sic פָּנִים absol. de vultu tristi 1 Sam. I, 18: וּפָנֶיהָ לֹא הָיוּ לָהּ עוֹד *vultumque non amplius habebat tristem* cf. Comm. 8. Iob. IX, 27. De eadem re usurpant נָפְלוּ פָנִים (v. נָפַל no. 1, a et Hiph. no. 1, litt. d), et contra de vultu hilari נָשָׂא פָנִים v. נָשָׂא no. 1, c. — Alibi in vultu (vel erubescente vel pallescente) conspiciendum se praebet pudor, inde בֹּשֶׁת פָּנִים Ps. XLIV, 6. Jer. VII, 19, et ignominia Ps. LXIX, 8: כִּסְּתָה כְלִמָּה פָנָי. Jes. LI, 51. Ps. LXXXV, 17: מַלֵּא פְנֵיהֶם קָלוֹן; ut nausea significatur vultu et ore distorto Ez. VI, 9: נָקֹטּוּ בִּפְנֵיהֶם pr. *nauseam ore significant*. XX, 43. XXXVI, 31. — Ad *vultum iratum* s. *morosum* (v. supra) refero etiam Gen. XXXII, 21: אֲכַפְּרָה פָנָיו בַּמִּנְחָה *placabo vultum eius munere*.

m) נֶגֶד פְּנֵיהֶם Jes. V, 21 est i. q. בְּעֵינֵיהֶם, לִפְנֵיהֶם in oculis eorum, de sententia eorum, v. עַיִן 1, b. — Translate ad res inanimatas est

2) *facies*, *superficies* (arab. وَجْهٌ, aethiop. ገጽ: facies, superficies) rei v. c. terrae Gen. I, 29. II, 6. VI, 1. VII, 3. VIII, 13. XIX, 28. Jes. XIV, 21. XXIV, 1, agri Jes. XXVIII, 25, aquae Gen. I, 2. VII, 18. Iob. XXXVIII, 30. Cf. עַל פְּנֵי no. 2, אֶל פְּנֵי no. 2. — Paullo impeditior visus est locus Iob. XLI, 5: מִי גִלָּה פְּנֵי לְבוּשׁוֹ *quis retegat superficiem vestis eius* (crocodili) i. e. ipsam vestem s. loricam, quae superficies vel superior pars eius est reliqua tegens (cf. עַל no. 1, b); sic פְּנֵי לוֹט de velo ipso, utpote tegumento Jes. XXV, 7. Inde a) *aspectus*. Iob. XXVI, 9: מְאַחֵז פְּנֵי כִסֵּא *claudit faciem* s. aspectum *solii sui*. b) *externa species*, *habitus* rei. Ps. CIV, 30: תְּחַדֵּשׁ פְּנֵי אֲדָמָה. Prov. XXVII, 23: יָדֹעַ תֵּדַע פְּנֵי צֹאנֶךָ *cura faciem gregis tui*, bekümmere dich darum, wie deine Heerde aussieht. c) modus et ratio, ut apud Rabbinos, arab. وَجْهٌ, v. לִפְנֵי no. 3.

3) *pars anterior*, *frons* rei (وَجْهٌ, ገጽ: id.). Jer. I, 13: וּפָנָיו מִפְּנֵי צָפוֹנָה *et pars anterior eius* (ollae) prospiciebat *a septentrione*; de *primo agmine* exercitus (gr. πρόσωπον) Joël II, 20. Adv. a) פָּנִים a fronte, opp. אָחוֹר a tergo Ez. II, 10. 1 Par. XIX, 10. 2 Par. XIII, 14. b) לְפָנִים prorsus, *protinus* (vorwärts) Jer. VII, 24, de tempore: *antea*, *olim* Deut. II, 10. 12. 20. Jos. XI, 10. XIV, 15. Iud. I, 10. 11. 23. Ruth IV, 7. 1 Sam. IX, 9. Iob. XLII, 5. Ps. CII, 26. c) מִלְּפָנִים antiquitus Jes. XLI, 26. d) מִפָּנִים a fronte 2 Sam. X, 9. — *Facies* gladii est *os*, *acies* eius. Ez. XXI, 21: אָנָה פָּנַיִךְ מֻעָדוֹת *quorsum facies tua directa est?* Eccl. X, 10.

Praeterea פָּנִים appellati sunt parietes domus e regione ianuae positi: apud Hom. τα ἐνώπια, unde c. He parag. פְּנִימָה q. v.

Cum praepositt. saepe vim particulae induit:

A) אֶל פְּנֵי 1) a) *in conspectum* alic., *obviam* alicui 2 Par. XIX, 2, *ante*, *coram* Lev. IX, 5. Num. XVII, 5 post verba motus; b) *in conspectu* Ex. XXIII, 17. — 2) *in superficiem* rei, אֶל פְּנֵי הַשָּׂדֶה Lev. XIV, 53. Ez. XVI, 5. Aliud v. supra no. 1, litt. b.

B) אֶת־פְּנֵי pr. apud faciem i. e. *in conspectu* alicuius, *coram* aliquo, v. c. אֶת־פְּנֵי הַמֶּלֶךְ coram rege Esth. I, 10, אֶת־פְּנֵי יי coram Jova Gen. XIX, 13. 27. Ps. XVI, 11, idque pro: apud sacrarium, in formula נִרְאָה אֶת יי comparuit apud sacrarium Ex. XXXIV, 23. 1 Sam. I, 22 (etiam נִרְאָה אֶל יי Ex. XXIII, 17, adeoque omissa particula: נִרְאָה פְּנֵי יי, sed vide supra 1, h); *ante* v. c. אֶת־פְּנֵי הָעִיר Gen. XXXIII, 18, אֶת־פְּנֵי פָּרֹכֶת הַקֹּדֶשׁ Lev. IV, 6. Post verba motus: *in conspectum* alic. 1 Sam. XXII, 4. — מֵאֵת פְּנֵי *a coram* aliq. Gen. XXVII, 30, *ab ante*, ab anteriore parte 2 Reg. XVI, 14.

C) בִּפְנֵי i. q. לִפְנֵי *ante*, *coram*, sed max. apud serioris aetatis scriptores Ez. XLII, 12, plerumque in formula עָמַד בִּפְנֵי perstitit coram aliquo, restitit ei Deut. VII, 24. XI, 25. Jos. X, 8. XXI, 44. XXIII, 9. Esth. IX, 2. — Propria substantivi vis retinenda est in verbis Ez. VI, 9: נָקֹטּוּ בִּפְנֵיהֶם nauseam prodebant in vultibus eorum, vide supra 1, litt. l.

D) לִפְנֵי, c. Suff. לְפָנַי, לְפָנֶיךָ, לְפָנָיו, לִפְנֵיכֶם, לִפְנֵיהֶם 1) *in conspectu* alic., sub oculis eius, eo praesente et inspectante, *coram* aliquo. Num. VIII, 22: *Levitae intrabant ad ministrandum* ...... לִפְנֵי אַהֲרֹן וְלִפְנֵי בָנָיו *sub oculis Aharonis et filiorum eius* i. e. his inspectantibus. 2 Reg. IV, 38. Zach. III, 8. לִפְנֵי שֶׁמֶשׁ *coram sole* i. e. quamdiu sol (quem oculo comparant poëtae, v. עַפְעַפַּיִם, שָׁזַף) terram lustrabit et illustrabit Ps. LXXII, 17, cf. לִפְנֵי יָרֵחַ Vers. 5 (sed Iob. VIII, 16 לִפְנֵי שֶׁמֶשׁ est: splendente sole). Saepe translate i. q. בְּעֵינֵי in oculis alic. i. q. eo iudice, v. c. חֶסֶד וְרַחֲמִים לִפְנֵי gratia et favor *apud* aliq. Dan. I, 9. 1 Reg. VIII, 50. Ps. CVI, 46; יָטַב לִפְנֵי i. q. יָטַב בְּעֵינֵי. v. גָּדוֹל לִפְנֵי אֲדֹנָיו multum valens apud dominum suum 2 Reg. V, 1, cf. Prov. IV, 3. XIV, 12. Praecipue notanda est formula לִפְנֵי יְהוָֹה, לִפְנֵי אֱלֹהִים, de qua vide supra p. 579. 580. — Praeterea eius usus est in his locutionibus aa) עָמַד לִפְנֵי הַמֶּלֶךְ stetit coram rege, mandata eius exspectans, i. e. ministravit ei (v. עָמַד), cf. עָמַד לִפְנֵי 2 Sam. XVI, 19; bb) adorare *coram* numine (v. הִשְׁתַּחֲוָה). 1 Reg. XII, 30: *ibat populus* לִפְנֵי הָאֶחָד *ad adorandum* (vitulorum) *unum*. 1 Par. XXI, 30. cc) fugari *coram* hoste (v. נָגַף Niph.), inde post verba dispergendi, perturbandi Iud. IV, 15. 1 Sam. XIV, 13. XX, 1. 2 Sam. V, 20. Jer. I, 17. XLIX, 37 (cf. infra מִפְּנֵי). dd) נָתַן לִפְנֵי פ׳ posuit coram aliquo v. c. cibum 2 Reg. IV, 43, dein *proposuit* alicui ad eligendum Deut. XI, 26, imposuit legem ad eam observandam Deut. IV, 8. 1 Reg. IX, 6. Jer. XXVI, 4. XLIV, 10. Ez. XXIII, 24, it. dedit in potestatem alic. (i. q. בְּיַד פ׳) Jos. X, 12. Deut. II, 33. 36. Iud. XI, 9. 1 Reg. VIII, 46. Jes. XLI, 2. Ita sine dandi verbo Gen. XXIV, 51: *ecce! Rebecca* לְפָנֶיךָ *tibi tradita esto.* XXXIV, 10: *terra est coram vobis*, vobis et gregibus vestris pateat. XX, 15. XLVII, 6. 2 Par. XIV, 6. (Arab. dicunt دونك prope te, infra te i. e. tollere potes, si lubet; cape, habe tibi Har. 2, 106 Sch. Eutych. ann. 2, 121).

2) *ante* (cf. פָּנִים no. 3) a) de loco, לִפְנֵי אֹהֶל מוֹעֵד ante tabernaculum conventus 1 Par. VI, 17, inde *ab oriente* Gen. XXIII, 17. XXV, 18. Deut. XXXII, 49; it. *prae*, max. de duce et praetore, qui exercitum praecedit (v. יָצָא וּבָא לִפְנֵי הָעָם s. v. בּוֹא no. 1, litt. c), de rege, qui populo *praeest* (Eccl. IV, 16: *non erat finis omni populo* לְכֹל אֲשֶׁר לִפְנֵיהֶם *omnibus*, *quibus praeerat*) it. de captivis deque praeda, quam victor, ut gregem pastor (Gen. XXXII, 18 cf. 20. XXXIII, 14), *ante* se agit (Jes. VIII, 4. Am. IX, 4. Thren. I, 5. 6). — b) de tempore, v. c. לִפְנֵי הָרַעַשׁ ante terrae motum Am. I, 1. לִפְנֵי קָצִיר ante messem Jes. XVIII, 5. Gen. XIII, 10. XXIX, 26. Prov. VIII, 25. Zach. VIII, 10. — Gen. XXX, 30: לְפָנַי *ante me*, i. e. priusquam ego ad te veneram. Jer. XXVIII, 8. לִפְנֵי מִזֶּה antehac Neh. XIII, 4. Sq. inf. *antequam* Gen. XIII, 10. Deut. XXXIII, 1. 1 Sam. IX, 15. — c) de praestantia (ut lat. ante, prae). Iob. XXXIV, 19: *non curat divitem* לִפְנֵי דָל *prae paupere.* Post verba motus d) *obviam*, ut קְרָה לִפְנֵי פ׳ obviam fieri alicui Gen. XXIV, 12, et frequentius hostili modo: *contra, adversus* (ἀντί), pr. in faciem, anteriorem partem, velut קוּם לִפְנֵי surgere contra aliq. Num. XVI, 2, יָצָא לִפְנֵי egredi contra 1 Par. XIV, 8. 2 Par. XIV, 9, it. עָמַד לִפְנֵי (v. עָמַד), הִתְיַצֵּב לִפְנֵי persistere contra al., resistere.

3) *in modum*, *ad instar* (cf. פָּנִים no. 2, litt. c). Iob. IV, 19: *concidunt* לִפְנֵי עָשׁ Vulg. *sicut a tinea.* LXX. σητὸς τρόπον. Cf. lat. ad faciem Plaut. Cist. I, 1, 73 et III, 24. Ita נָתַן לִפְנֵי habuit pro aliquo (cf. נָתַן כְּ) 1 Sam. I, 16. — A לִפְנֵי ortum est adj. לְפָנִי anterior, q. v.

Non audiendi sunt, qui etiam has significationes addunt: *α*) *pro* (cf. נֶגֶד, et germ. *vor* et *für*), in formula עָרַב לִפְנֵי spondere *pro* al. Prov. XVII, 18 (sponsor enim *coram* amico spondere solebat); *β*) *propter* (ut מִלִּפְנֵי, מִפְּנֵי), in סָפַד לִפְנֵי plangere propter al. 2 Sam. III, 31 (plangentes enim in funeris deductione loculum praecedebant, v. Geierum de Luctu Hebraeorum cap. 5. §. 15 — 19).

E) מִלִּפְנֵי (*ab ante*) 1) *e conspectu*, dicitur de his, quae *ante* aliquid fuerant et ex hoc loco recedunt, v. c. egredi מִלִּפְנֵי יי Lev. IX, 24, מִלִּפְנֵי פַרְעֹה Gen. XLI, 46, adde Gen. XXIII, 4: וְאֶקְבְּרָה מֵתִי מִלְּפָנָי *ut sepeliam cadaver eoque liberer.* Comm. 8. Inde post verba fugiendi (cf. מִן no. 3, litt. a. b) et fugandi 1 Par. XIX, 18. 2 Par. XX, 7, timendi et terrendi 1 Sam. XVIII, 12.

Ps. XCVII, 5. CXIV, 7. Eccl. VIII, 13. Esth. VII, 6, adeoque auxilium implorandi (quod cum fuga coniunctum esse solet) 1 Sam. VIII, 18, humiliandi se 1 Reg. XXI, 29. 2 Par. XXXIII, 12. XXXVI, 12. — 2) i. q. לִפְנֵי no. 2, b *ante*, de tempore Eccl. I, 10. Cf. מִן no. 4, b. — 3) Translate de causa: *propter* i. q. מִפְּנֵי, מִן, v. c. iubilare *propter* 1 Par. XVI, 33.

F) מִפְּנֵי 1) *a facie, e conspectu, ab anteriore parte* pers. vel rei, *vor* (etwas) *weg*. Ex. XIV, 19: *et columna recessit* מִפְּנֵיהֶם *e conspectu eorum* (vor ihnen weg), *et stabat a tergo eorum*. Inde frequentatur post verba abeundi Hos. XI, 2, fugiendi (cf. מִן no. 3, litt. a, a quo ita differt, ut מִפְּנֵי plerumque ante personas ponatur, מִן ante res, v. חָתַת Ni.). Gen. VII, 7. XVI, 8. Jes. XX, 6 cf. Ps. LXI, 4, opem implorandi Jes. XIX, 20. XXVI, 17, timendi (v. יָרֵא, חָתַת Ni.), reverendi, humiliandi se 2 Reg. XXII, 19. Lev. XIX, 32, se abscondendi Iob. XXIII, 17 et quae ad has notiones prope accedunt v. c. שׁוּב מִפְּנֵי terga dare metu alic. Iob. XXXIX, 22, אָבַד מִפְּנֵי periit fugiens aliquem Ps. IX, 4, נָזַל מִפְּנֵי contremuit coram al. Iud. V, 5. Ita fugiendi et metuendi vis latet in his Iud. IX, 21: *ibi habitabat* מִפְּנֵי אֲבִימֶלֶךְ אָחִיו postquam fugerat *e conspectu Ab. fratris*. Bene Vulg. *ob metum A. fratris sui*. 1 Par. XII, 1 (de quo loco v. עָצַר no. 1). Jes. XVII, 9: *domus desertae* (v. עֲזוּבָה) אֲשֶׁר עָזְבוּ מִפְּנֵי בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *quas deseruerunt*, qui fugiebant *Israëlitas*, int. aborigines Palaestinae. Vide de h. l. p. 1008 B.

2) De auctore et causa efficiente, a quibus aliquid proficiscitur i. q. מִן no. 2, litt. c. Gen. VI, 13: *terra plena est violentiae* מִפְּנֵיהֶם quae *ab iis* proficiscitur. (LXX. bene ἀπ' αὐτῶν). XLVII, 13: וַתֵּלַהּ הָאָרֶץ מִפְּנֵי הָרָעָב *languescebat* deficiebat, fracta est *fame*. Ex. VIII, 20. Iud. VI, 6. Jer. XV, 17. Ez. XIV, 15. De causa remotiore: *propter*. Jes. X, 27: *frangetur iugum* מִפְּנֵי שָׁמֶן *propter pinguedinem* (tauri). Deut. XXVIII, 20. Hos. X, 15. Jer. IX, 6. Ubi ratio significatur, propter quam aliquid *non* fit, lat. utuntur praeverbio *prae*. Iob. XXXVII, 19. 1 Reg. VIII, 11. Sq. אֲשֶׁר in Conj. abit: *propterea quod, quia* Ex. XIX, 18. Jer. XLIV, 23.

Miror, Winerum (p. 779) etiam has significationes addidisse: *coram*, laudato Lev. XIX, 32 (ubi קוּם מִפְּנֵי assurgere alicui, modesti et senectutem reverentis est v. supra no. 1), adeoque: *versus* (qs. esset אֶל פְּנֵי) Jer. I, 13 (de quo loco v. s. v. פָּנִים no. 4).

G) עַל פְּנֵי varie significat pro varia potestate et nominis et particulae.

1) A *faciei* et *frontis* (no. 1. 3) significatu est: a) *ad faciem, coram facie* alic., *coram* i. q. לִפְנֵי no. 1 (v. עַל no. 3, b) Gen. XXXII, 22. Lev. X, 3. Ps. IX, 20. 2 Reg. XIII, 14. Iob. IV, 15: רוּחַ עַל פָּנַי יַחֲלֹף *aura transibat coram facie mea* (ging vor meinem Gesicht vorüber), praesente et inspectante aliquo Num. III, 4. — Iob. VI, 28: עַל פְּנֵיכֶם אִם אֲכַזֵּב *ante oculos vestros* erit (i. e. manifestum erit), *num mentitus sim*. מֵעַל פְּנֵי = מִלִּפְנֵי Gen. XXIII, 3. — b) *in fronte* rei, *ante*. 2 Par. III, 17. Ps. XVIII, 43: *ut pulvis ante ventum*, vento pulsus. In hunc censum veniunt etiam 1 Reg. VI, 3: *longitudo eius* (vestibuli) עַל פְּנֵי רֹחַב הַבָּיִת *ante latitudinem templi* (vor der Breite des Tempels hin). 2 Par. III, 8. Inde α) in re geographica: *ab oriente*. Gen. XVI, 12: עַל פְּנֵי כָל־אֶחָיו יִשְׁכֹּן *ab oriente omnium fratrum eius* habitat. XXIII, 19. XXV, 18. 1 Reg. XI, 7: *in monte* אֲשֶׁר עַל פְּנֵי יְרוּשָׁלָםִ *qui ab oriente Hierosolymorum* i. e. in monte olivarum (cf. Zach. XIV, 4). Deut. XXXII, 49: *mons Abarim* .... אֲשֶׁר עַל פְּנֵי יְרֵחוֹ. 1 Sam. XV, 6. Nihilominus in huius particulae usu de situ locorum nonnihil ambiguitatis erat, quoniam etiam generalior significatio: *ante, e regione* adhiberi poterat. Quam ob causam coeli plaga passim addita est. Zach. XIV, 4: הַר הַזֵּיתִים אֲשֶׁר עַל פְּנֵי יְרוּשָׁלַםִ מִקֶּדֶם *mons olivarum qui e regione Hierosolymorum est ab oriente*. Num. XXI, 11: *in deserto* אֲשֶׁר עַל פְּנֵי מוֹאָב מִמִּזְרַח הַשָּׁמֶשׁ. Jos. XV, 8: עַל רֹאשׁ הָהָר אֲשֶׁר עַל פְּנֵי גֵי הִנֹּם יָמָּה. XVIII, 14: הָהָר אֲשֶׁר עַל פְּנֵי בֵית חֹרוֹן נֶגְבָּה. 2 Reg. XXIII, 13. Ubi nihil additum est, res e situ locorum diiudicanda et nonnunquam incerta est Iud. XVI, 3. 1 Sam. XXIV, 3. Jos. XIII, 25. XVII, 7 (cf. XVI, 6). β) *ante*, de tempore Gen. XI, 28 (licet *ante patrem* etiam esse possit: *coram patre*). γ) de praestantia (*prae*) Deut. XXI, 16. — c) *in faciem* vel *frontem* rei (cf. עַל no. 4), inde *versus* Gen. XVIII, 16. XIX, 28. Num. XXI, 20. XXIII, 28, et *adversus* Ps. XXI, 13. Nah. II. 2.

2) A *superficiei* potestate עַל פְּנֵי est a) *in superficie* v. c. terrae Gen. I, 29. VI, 1, coeli Gen. I, 20 (quo de loco v. pag. 1027 not.), aquarum Gen. I, 2, vallis Ez. XXXVII, 2, unde מֵעַל פְּנֵי de iis, quae a superficie removentur 1 Sam. XX, 15. Am. IX, 8. — b) *in superficiem* v. c. terrae Iob. V, 10. Am. V, 8, agri Lev. XIV, 7. Ez. XXXII, 4. — c) *per* superficiem (*über die Oberfläche hin*) Gen. XI, 8. Lev. XVI, 14. 15. Jes. XVIII, 2. — Translate d) est superaddentis, ut עַל (no. 1, litt. b, α), *super*, ἐπί. Ex. XX, 3: *ne sint tibi dii alieni* עַל פָּנַי *super me* i. e. praeter me. Bene LXX. πλὴν ἐμοῦ. Targ. בַּר מִנִּי. Iob. XVI, 14.

פְּנִימָה Milêl (a פָּנִים signif. 3, c. He locali, cf. ad terminationem pl. servatam יְמִימָה, et אֵילִמָה Exod. XV, 27. Num. XXXIII, 9) pr. *ad parietem domus* vel conclavis et atrii, *qui e regione ianuae est* et oculis intrantium patet, ἐν τοῖς ἐνωπίοις, ubi solium stabat in aedibus regiis. Ps. XLV, 14: *tota splendida filia regis* (regina) sedet פְּנִימָה *ad parietem* i. e. solio insidet. Inde *in pariete interno* (ita etiam gr. ἐνώπια) 1 Reg. VI, 18, *intus, in domo* 2 Reg. VII, 11, *introrsum* Lev. X, 8. 2 Paral. XXIX, 18. Cum praeff. 1) לִפְנִימָה *intus, intrinsecus* 1 Reg. VI, 30, *introrsum* Ez. XLI, 3. לִפְנִימָה לְ *intra* aliquid Ez. XL, 16. מִלִּפְנִים *intus* (von innen) 1 Reg. VI, 29. — 2) מִפְּנִימָה *intrinsecus* (von innen) 1 Reg. VI, 19. 21. 2 Par. III, 4. Inde

פְּנִימִי (מ in hoc vocabulo in litteram radicalem fere abiit et propterea servatum est) fem. פְּנִימִית pl. פְּנִימִים 1 Par. XXVIII, 11, f. ־ִיּוֹת 2 Par. IV, 22 adj. *interior* (opp. חִיצוֹן exterior) v. c. de atrio, porta 1 Reg. VI, 27. 36. VII, 12. 50. Esth. IV, 11. V, 1. Ezech. VIII, 16. X, 3. XL, 15 sqq. XLI, 15. 17. XLII, 3. 15 al.

פְּנוּאֵל (facies Dei, a sing. obsoleto פְּנוּ i. q. פָּנִים, cf. מְתוּ pl. מְתִים) n. pr. 1) oppidi transjordanensis Gen. XXXII, 32 (ubi origines eius narrantur). Iud. VIII, 8. 1 Reg. XII, 25, semel פְּנִיאֵל (id.) Gen. XXXII, 31, apud Josephum (Ant. I, 19) Φανουήλ. Eiusdem significationis nomen (Θεοῦ πρόςωπον) in oppidis Phoenices memorat Strabo 16, 2. 15. 18. — 2) virorum a) 1 Par. VIII, 25, Chethibh פְּנִיאֵל. b) 1 Par. IV, 4.

פְּנִיאֵל v. anteced. no. 1 et 2, a.

פֵּן (pro פְּנֵה) pr. subst. *amotio*, *remotio* (a rad. Pi. no. 1), ubique in statu constr. פֶּן־ (sq. Makkeph) abit in Conj. amovendi, prohibendi, impediendi i. q. μή, *ne*. Ponitur 1) ubi antecessit actio, qua prohibetur id quod timemus et amotum volumus. Gen. XI, 4: *exstruamus nobis urbem* .... פֶּן־נָפוּץ *ne dispergamur*. XIX, 15: *surge* ..... פֶּן־תִּסָּפֶה *ne intereas*. III, 3: *nolite comedere* ..... פֶּן־תְּמֻתוּן *ne moriamini*. Inde post verba timendi (ut gr. δείδω μή, lat. vereor ne) Gen. XXXI, 31 (cf. XXVI, 9), cavendi (cf. gr. ἰδεῖν μή) Gen. XXIV, 6. XXXI, 24. Deut. IV, 23, adeoque iurandi (cf. ὀμνύω μή Il. XXIII, 585) Iud. XV, 12. In huius generis exemplis nunquam ponitur אַל.

2) ab initio sententiae, ubi a) *vetantis* est et *dehortantis* (ut אַל). Iob. XXXII, 13: פֶּן תֹּאמְרוּ *ne dicatis*, nolite dicere. Jes. XXXVI, 18: פֶּן יַסִּית אֶתְכֶם חִזְקִיָּהוּ (cavete, videte) *ne vos seducat Ezechias*. b) timentis, metuentis. Gen. III, 22: וְעַתָּה פֶּן־יִשְׁלַח יָדוֹ וגו׳ *iam vero* (timendum est) *ne forte manum extendat*. XLIV, 34: פֶּן־אֶרְאֶה בָרָע וגו׳ (timendum esset) *ne testis fierem mali* cet. XXXI, 31. XXXVIII, 11. XLII, 4. Exod. XIII, 17. Num. XVI, 34. 1 Sam. XIII, 19. Sq. praet. ubi timetur, ne aliquid factum sit. 2 Sam. XX, 6: פֶּן־מָצָא *ne invenerit*. 2 Reg. II, 16: פֶּן־נְשָׂאוֹ רוּחַ יְהוָה (vereor) *ne ventus Jehovae eum sustulerit*. — Semel prope accedit ad vim adverbii negantis i. q. אַל Prov. V, 6: אֹרַח חַיִּים פֶּן תְּפַלֵּס *viam vitae sibi non munit* (adultera), i. e. in via vitae non incedit. Sed integra sententia est: (cavet) ne in via vitae incedat, nostr. dass sie doch ja den Weg des Lebens nicht beträte.

לִפְנַי (a לִפְנֵי ante) adj. *anterior*, *anterius* 1 Reg. VI, 17.

פנן rad. inusit. Arab. فَنَّ Conj. II. dispescuit, in classes distribuit, فَنّ species, classis rei, modus et ratio, pl. أَفْنَان rami, فَنَن ramus, أَفْنُون ramus perplexus, فَنَّاء arbor, ramosa, فَيْنَان coma multifida, ramosa.

פֵּן i. q. fem. פִּנָּה (quod usitatius est) no. 2. *angulus*. Cum suff. פִּנָּהּ Prov. VII, 8. Plur. פִּנִּים Zach. XIV, 10. De etymo vide פִּנָּה.

פִּנָּה f. 1) *pinna* (Mauerzacke) q. d. *ramus* eminens muri (v. rad.) 2 Par. XXVI, 15. Zeph. I, 16. III, 6. Inde 2) *angulus* pr. exterior v. c. domus Iob. I, 19, plateae Prov. VII, 8, dein etiam interior, ut tecti ibid. XXI, 9. XXV, 24, atrii Ez. XLIII, 20, urbis 2 Par. XXVIII, 24. אֶבֶן פִּנָּה lapis angularis Iob. XXXVIII, 6. Jes. XXVIII, 16 et ita פִּנָּה Jer. LI, 26. רֹאשׁ פִּנָּה caput anguli i. e. lapis angularis supremus Ps. CXVIII, 22. שַׁעַר הַפִּנָּה porta anguli, una ex portis Hierosolymorum 2 Reg. XIV, 13. 2 Par. XXVI, 9. Jer. XXXI, 38. — 3) Metaph. de *principe* populi, in quo ceu lapide angulari innititur onus civitatis (cf. Ps. CXVIII, 22. Jes. XXVIII, 16). Jes. XIX, 13: הִתְעוּ אֶת־מִצְרַיִם פִּנַּת שְׁבָטֶיהָ *seducunt Aegyptum principes tribuum eius*. Targ. רַבְרְבֵי מַלְכְּתָא. Zach. X, 4, et sic in vulgari sermone 1 Sam. XIV, 38: כֹּל פִּנּוֹת הָעָם Targ. רֵישֵׁי עַמָּא. Iud. XX, 2.

פְּנִינִים m. tantum in pl. (singularem habes in n. pr. פְּנִנָּה) Prov. III, 15 (Keri). VIII, 11. XX, 15. XXXI, 10. Thren. IV, 7. Iob. XXVIII, 18, semel פְּנִיִּים Prov. III, 15 Chethibh, res quaedam pretiosa, de qua triplici potissimum modo statuunt interpretes. a) *Lapides pretiosos* intelligunt LXX. Targ. Syr. in Provv., Kimchi in lex., et fuerunt, qui coll. Thren. IV, 7 gemmas rubras, velut *Sardios*, *Pyropos* aliasve gemmas *rubras* intelligerent. Non ineptum hoc, sed obstat quod in gemmarum praestantiorum numero Exod. XXXIX, 10 sqq. פנינים non recensentur. Haud negligendus etiam pluralis vocis usus, quum gemmarum vocabulis singulariter utantur. b) *Margaritas* intelligunt Targ. Iobi, Raschius, idque e recentioribus defendit Bochartus Hieroz. III pag. 601 sqq. Lips., sed argumentis usus ad persuadendum non satis idoneis, in quibus hoc omnino gravissimum est, quod nititur similitudine vocis πίννα, *pinna*, quae *concham margaritiferam* significat (Plin. 9, 33): non multum enim illud valet, quod pendet ab interpretatione verborum מֶשֶׁךְ פְּנִינִים Iob. l. c., quae ad *extractionem* s. expiscationem margaritarum refert Vir doctus. Praeterea obstant verba Thren. l. c. אָדְמוּ עֶצֶם מִפְּנִינִים, quae ut cum Bocharto reddam: *candidiores sunt corpore quam margaritae*, a me non impetro, etsi arab. آدَم sit candidus (camelus), أُدْمَة candor, albedo clara (in camelis), أُدْمَان candidi coloris (dorcas). Nam usus verborum אָדַם et أَدِمَ alias quoque secum discrepat. Vide אָדַם. c) *Coralia rubra* interpretantur *Bootius* in animadvv. sacris 4, 3. Michaëlis in suppl. p. 2022, in quam sententiam ego quoque inclino tum propter Thren. l. c. tum propter etymon: apte enim *coralia* poterant *rami*, *arbores ramosae* appellari (v. rad.).

Occurrunt quidem, *coralia* alio nomine hebraeo רָאמוֹת appellari (v. rad. רום), sed ut hoc incertum est ita eadem ratio obstaret margaritis (v. בְּדֹלַח), et quidni aliae coraliorum species aliis nominibus insignitae esse possint?

פְּנִנָּה (i. q. פְּנִינָּה quod ipsum nonnulli codd. exhibent v. praec.) n. pr. uxoris Elkanae 1 Sam. I, 2. 4.

פָּנַק in Kal inusit. Arab. فَنَقَ molliter et delicate habuit educavitque. IV. V. mollius vixit post duriorem fortunam. مِفْنَاق molliter habita puella. Syr. ܡܦܢܩ molliter habitus, delicatus, ܦܘܢܩܐ deliciae, voluptas. Cf. etiam פֵּרֵנק.

Pi. molliter et delicate habuit (servum) Prov. XXIX, 21.

פָּסַג in Kal inusit. Chald. פְּסַג divisit, dissecuit (pro hebr. בָּתַר) i. q. פָּסַק quod usitatius est, פִּסְגָּא pars, segmentum.

Pi. semel Ps. XLVIII, 14: פַּסְּגוּ אַרְמְנוֹתֶיהָ LXX. καταδιέλεσθε τὰς βάρεις αὐτῆς. Vulg. distribuite domos eius, quae bene explicat L. de Dieu: „dividite palatia i. e. *obambulate inter palatia eius*, secando omnes palatiorum vias, quo omnia possitis commode intueri. Ita usurpavit Maimonides in יד חזקה, in libro נזקי ממון c. 5, ubi inter decem conditiones, quas in divisione terrae Canaan pactus dicitur Josua, haec quoque est, שכל התועה בין הכרמים וכיוצא בהן מפסג ועולה מפסג ויורד עד שיצא לדרכו *ut quicunque oberrat inter vineas similiaque loca dividat et ascendat, dividat et descendat, donec exeat in viam suam.* Sensus est: ut oberranti inter vineas a via liceat nunc sursum nunc deorsum per medias vites discurrere, donec in rectam viam exitus detur." Ita arab. جَابَ *fidit, diffidit*, dein *pervasit, pertransivit* regionem Har. I, p. 4 Sch., جَوَّاب peragrator, viator, atque in hoc usus Talmudici et Arabici concentu relinquendae sunt aliae aliorum coniecturae exegeticae licet per se non ita malae, velut: *singula* (palatia) *contemplamini* (de Wette), *gradimini, ingredimini per palatia* (Maurer) coll. פָּסַע gradior (hoc enim hebraice est פָּשַׂע), ne dicam de Hebraeis, qui huic verbo significationes affingunt a n. pr. פִּסְגָּה petitas.

פִּסְגָּה n. pr. iugi montium in agro Moabitico ad terminum australem regni Sihonis et tribus Rubeniticae Num. XXI, 20. XXIII, 14. Deut. III, 17. 27. IV, 49. Jos. XII, 3. XIII, 20, cuius pars erat Nebo mons Deut. XXXIV, 1. LXX. Vulg. Φασγά, *Phasga*. Appellative פִּסְגָּא Chaldaeis est *segmentum, pars*, quod ad montium iugum praeruptum non inepte referas: Onk. Pesch. uterque Arabs et Kimchius *collem* (גבעה) interpretantur.

פָּסַח 1) pr. *saliit, saltavit*, v. Pi. et infra notam.

2) Spec. *transsiliit, transiit* (Kimchi et Jarchi: דִּלֵּג), unde n. pr. תִּפְסַח pr. transitus (Euphratis). Sq. עַל i. q. עָבַר עַל Ex. XII, 23: וּפָסַח יְיָ עַל הַפֶּתַח וגו׳ *et transit Jova ianuam, nec intrare sinit angelum percussorem ad occidendum.* Comm. 27: *et appellabitis hoc* פֶּסַח, אֲשֶׁר פָּסַח יְיָ עַל בָּתֵּי בְנֵי יִשְׂרָאֵל בְּמִצְרַיִם *quia transiit* Jova *domos Israelitarum in Aegypto.* Comm. 13: *ubi videbo sanguinem* ... וּפָסַחְתִּי עֲלֵכֶם וְלֹא יִהְיֶה בָכֶם נֶגֶף *transibo vos* i. e. parcam vobis *et non erit in populo vestro clades.* LXX comm. 23 παρέρχομαι (13. 27 σκεπάω), Gr. Venet. etymon premens ubique: ἅλλομαι ὑπέρ. Vulg. Comm. 13: *transibo vos*, 27: *transivit super domos*, 23: *transcendet ostium*. Parcendi, miserendi vim exprimunt Targ. Saad. Arabs Erp. Pesch. voce harmonica: ܐܚܘܣ ܥܠܝܟܘܢ *propitius ero vobis.* Inde (v. 13) fluxit *parcendi* significatio, manifesta illa in verbis Jes. XXXI, 5: כֵּן יָגֵן יְהוָה עַל יְרוּשָׁלָ͏ִם גָּנוֹן וְהִצִּיל פָּסֹחַ וְהִמְלִיט *ita proteget Jova Hierosolymam, protegendo* eam *servabit, parcendo* eam *eripiet*, ubi Aqu. Symm. Theod. utuntur verbo ὑπερβαίνειν Vulg. *transire*. A saltando praeterea est

3) *claudicavit* (claudi enim subsultim incedunt), vide Niph. et פִּסֵּחַ. Translate 1 Reg. XVIII, 21: עַד מָתַי אַתֶּם פֹּסְחִים עַל שְׁתֵּי הַסְּעִפִּים *quamdiu claudicabitis in duas partes?* i. q. quamdiu fluctuabitis inter utrasque partes, Jovae et Baalis? LXX. ἕως πότε ὑμεῖς χωλανεῖτε ἐπ᾽ ἀμφοτέραις ταῖς ἰγνύαις; Ita Arabes transferunt حَنِفَ curvis pedibus praeditus fuit, vacillavit in incessu, inde حَنِيف fluctuans in religione, prae ceteris cf. BH. p. 531:

ܦܫ ܗܘ ܡܠܟ ܢܙܝܪ ܟܕ ܡܚܓܪ ܥܠ ܬܪܝܗܘܢ ܩܘܩܠܘ̈ܗܝ

mansit Malek Nazir claudicans in duos talos i. e. inclinans modo in hanc modo in illam partem, dubius utrius partes sequatur. Eadem autem metaphora delectantur scriptores ecclesiastici. „Apud Chrysost. πρὸς τὴν πίστιν χωλεύειν. Idem dicit Ps. XLIX: περὶ τὴν πίστιν χωλεύειν. Idem Homil. in Gen. T. I, p. 10: περὶ τὰ δόγματα χωλεύειν. Verba eius sunt: κἂν δόγματα ἔχωμεν ὑγιῆ, βίον δ᾽ ἀμελῶμεν, οὐδὲν ἡμῖν ὄφελος ἔσται τῶν δογμάτων· πάλιν, ἂν βίον μὲν ἐπιμελώμεθα, περὶ τὰ δόγματα δὲ χωλεύωμεν, οὐδὲ οὕτως ἔσται τὸ κέρδος ἡμῖν." Suicer. thes. p. 1563.

Pi. saliit, saltavit. 1 Reg. XVIII, 26 de sacerdotibus Baalis: וַיְפַסְּחוּ עַל הַמִּזְבֵּחַ אֲשֶׁר עָשָׂה *et saltabant ad altare quod fecerat*, ut solebant veteres in nonnullis sacris (cf. 2 Sam. VI, 16). LXX. διέτρεχον ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου. Vulg. *transiliebant altare quod fecerant*. Targ. משתטן על אגורא דעבד *insaniebant ad altare quod fecerat*, quod Kimchius explicat: היו מרקדים כמשפטם על מזבחותם *saltabant pro more apud altaria sua.*

Niph. claudus factus est 2 Sam. IV, 4. In *saliendi* et *transsiliendi* potestate adoptanda et in variis significatibus ita ut fecimus inter se conciliandis quum rem ipsam tum veterum Hebraeorumque interpretum auctoritatem

secuti sumus, cui accessit verborum cognatorum analogia (פסח cogn. verbis פָּחַז saliit, subsiliit, פָּחַד, חפז v. ad פָּחַד). Multa autem eaque iam vetus de huius verbi notione dissensio fuit. Ac prima quidem inter Rabbanitas et Karaitas, his *condonandi*, *miserendique*, illis *transeundi* significatum asserentibus (v. Carpzov. app. ant. s. cod. p. 394): facile illa ita componenda, ut transeundi potestatem primariam, parcendi et miserendi vim inde derivatam statuamus. Dein memorandus Schultensius (ad Prov. p. 350 sqq., cf. Michaëlis suppl. p. 2028), qui *transeundi* notionem, ut linguae Arabicae auctoritate destitutam, eliminatam volebat, duasque in verbo פסח radices latere existimabat: a) فسخ laxavit, liberavit b) فسح laxavit, inde claudicavit, quam sententiam hic illic immutatam multi secuti sunt, licet linguae Hebraeae usus ab Arabico in illis verbis procul absit (cf. Rosenm. ad Boch. Hieroz. I, 630). Denique nuper fuerunt (Vatke bibl. Theol. p. 492. 494. Bohlen altes Indien I, 140), qui *parcendi* vim in dubium vocare vellent, quibus et ipsis assentire non possumus, si qua locorum Exod. XII, 13. Jes. XXXI, 5 auctoritas est. Ceterum vide ad פֶּסַח.

פָּסֵחַ (claudus i. q. פִּסֵּחַ) n. pr. virorum 1) 1 Par. IV, 12. 2) Neh. III, 6. 3) Esr. II, 49. Neh. VII, 51.

פֶּסַח, in Pausa פָּסַח Exod. XII, 21. 43. XXXIV, 25. Num. IX, 3 al. pr. *transitio*, dein *liberatio*, *immunitas* a calamitate (Verschonung), inde 1) sacrificium ob liberationem et immunitatem populi oblatum, *agnus paschalis*, de quo Exod. XII, 27: זֶבַח פֶּסַח הוּא לַיהוָה אֲשֶׁר פָּסַח עַל בָּתֵּי בְנֵי יִשְׂרָאֵל בְּמִצְרַיִם *sacrificium transitionis* (liberationis, immunitatis) *hoc est Jovae, qui transiit* praeteriit *domos Israëlitarum in Aegypto, quum plaga afficeret Aegyptios* cet. Inde שָׁחַט הַפֶּסַח mactavit agnum paschalem Exod. XII, 21. 2 Par. XXX, 15. 17. XXXV, 1. 6, זָבַח הַפֶּסַח Deut. XVI, 2 sqq. אָכַל הַפֶּסַח 2 Par. XXX, 18. עָשָׂה פֶּסַח לַיהוָה paravit agnum paschalem Jovae i. e. celebravit Pascha. Ex. XII, 48. Num. IX, 4 sqq. Deut. XVI, 1. Jos. V, 11. 2 Reg. XXIII, 21. 23. 2 Par. XXX, 1. 5. XXXV, 18. Plur. פְּסָחִים agni paschales 2 Par. XXX, 17. XXXV, 7—9.

2) *dies paschatis* i. e. dies quartus decimus mensis Nisan (Lev. XXIII, 5), quem excipiebant septem dies azymorum (Comm. 6) Ez. XLV, 21, plene חַג הַפֶּסַח Ex. XXXIV, 25. מִמָּחֳרַת הַפֶּסַח postridie paschatis i. e. die quinto decimo mensis Nisan Num. XXXIII, 3. Jos. V, 11.

E veteribus intpp. LXX constanter reddunt πάσχα (aram. פַּסְחָא) exceptis libris Paralipp., ubi φασέκ, sed alii etymon exprimunt, ut Aqu. Exod. XII, 11 ὑπέρβασις, Josephus (Ant. 2, 14 §. 6) ὑπερβασία, Symmachus l. c. ὑπερμάχησις i. e. propugnatio, defensio (cf. Schol. ad Il. ε, 623), Philo (vit. Mosis lib. III p. 686) et Origenes (adv. Cels. 8, 22) διαβατήρια, qua voce Graeci utuntur de sacrificio pro felici transitu s. expeditionis successu (v. Boch. Hieroz. I, 629 Lips.), denique Gr. Venet. ἅλμα, θυσία τοῦ ἅλματος *sacrificium transilitionis*, quae cuncta cum origine festi Exod. l. c. exposita et cum propria verbi potestate bene conveniunt. Syri et Arabes paschatis festum scribunt ܦܨܚܐ, فِصْح, يوم فصح, quem scribendi modum haud scio an iccirco optaverint quod radicis פסח potestas die festo designando apta videbatur. Nam فصح est: serenus fuit, luxit aurora, يوم فصح dies serenus, syr. ܦܨܝܚܐ lex. Adl. فرح طلق الوجه باش مبتهج *hilaris*, *laetus*. Quanquam in eorum numero, qui originem festi Exod. l. c. narratam nuper in dubium vocarunt (George, die älteren Feste der Juden p. 222 sqq. Bohlen ad Genes. p. 140. Baur, Tübing. Zeitschr. 1832 p. 40 sqq.), erunt fortasse, qui hanc *hilaritatis* et *laetitiae* vim primariam putent, a saliendo et *exsultando* ductam, ut חַג הַפֶּסַח primitus sit *festum publicae laetitiae* ob auspicia messis, dein ad memoriam populi ex Aegypto liberati traductum. Ceterum de Paschatis festo v. prae ceteris Bochartum in Hieroz. I, p. 628 sqq. Lips. Spencer. de legg. ritualibus II, c. 1—4. Wineri Reall. v. Pascha, cf. Bährium, Symb. des mos. Cultus II, 627 sqq.

פִּסֵּחַ adj. *claudus*. Lev. XXI, 18. Deut. XV, 21. 2 Sam. V, 8. XIX, 27. Jes. XXXV, 6. Jer. XXXI, 8. Mal. I, 8. 13. Iob. XXIX, 15. Prov. XXVI, 7. 2 Sam. IX, 13: פִּסֵּחַ שְׁתֵּי רַגְלָיו *claudus utroque pede*. Plur. פִּסְחִים (dag. abiecto) 2 Sam. V, 6. 8. Jes. XXXIII, 23.

תִּפְסַח (transitus, transiectus, nostr. *Furt*, cf. Frank*furt*, Ox*ford*) n. pr. *Thapsacus* (Θάψακος), urbs magna et opulenta in occidentali Euphratis ripa, ubi fluvium traiicere solebant (v. Xenoph. Anab. I, 4. Arrian. exped. Alex. 2, 13. 3, 7. Curt. 10, 1. 19. Strabo XVI p. 1082), in extremis imperii Salomonei finibus 1 Reg. V, 4 (IV, 24). Utrum eadem sit an urbs cognominis Palaestinae 2 Reg. XV, 16, non satis certum est.

פָּסַךְ rad. inusit. Chald. Pa. *secuit* i. q. פסס et פסק. Inde

פָּסַךְ n. pr. viri 1 Par. VII, 33.

פָּסַל fut. יִפְסֹל *cecidit*, *caedendo finxit*, ut lapides 1 Reg. V, 32 (18), tabulas lapideas Ex. XXXIV, 1. 4. Deut. X, 1. 3, idolum Hab. II, 18. (Syr. et chald. id. Cogn. est בָּצַל).

פֶּסֶל, in Pausa פָּסֶל Ind. XVIII, 20. 30. Jes. XLII, 17. Jerem. X, 14. LI, 17, c. suff. פִּסְלִי Jes. XLVIII, 5 m. *simulacrum* dei (idoli) *sculptile* Ex. XX, 4. Deut. IV, 16. 23. 25. V, 8, idque ligneum Jes. XLIV, 15. 17. XLV, 20, adeoque de *simulacro fusili* Jes. XL, 19. XLIV, 10. Jer. X, 14. LI, 17 i. q. מַסֵּכָה

et נֶסֶךְ, quae aliis locis copulantur cum פֶּסֶל Deut. XXVII, 15. Iud. XVII, 3. 4. Nah. I, 14. Jes. XLVIII, 5. פֶּסֶל הָאֲשֵׁרָה simulacrum Astartes 2 Reg. XXI, 7. In plur. semper dicunt

פְּסִילִים (quod singulari caret) m. *simulacra sculptilia* Jes. XLII, 8. Jer. L, 38. Hos. XI, 2 al. פְּסִילֵי אֱלֹהֵיהֶם simulacra deorum eorum Deut. VII, 25. XII, 3. פְּסִילֵי כַסְפֶּךָ simulacra tua argentea Jes. XXX, 22. (Syr. ܦܣܝܠ caesus, sectus, de lapide Ex. XX, 25, ܟܐܦܐ ܦܣܝܠܬܐ lapides caesi 2 Reg. XII, 12. XXII, 6. Lex. Adl. حجر مقطوع, male Castell. lapicidina, latomia). — Iud. III, 19. 26 הַפְּסִילִים appellatur locus haud procul a Gilgal situs. Targ. מַחְצְבַיָּא *lapicidinae*, sed tutius in vulgari significatu acquiesces: *simulacra*, fort. *lapides caesi* (coll. Jos. IV, 8. 9), cf. quae de syr. ܦܣܝܠܬܐ observavimus.

פְּסַנְטֵרִין Dan. III, 7 (multi codd. per תּ, alii etiam per טּ) et **פְּסַנְתֵּרִין** ib. Comm. 5. 10. 15 (al. codd. פְּסַנְטֵרִין) vox graeca *ψαλτήριον*, quae pariter atque alia instrumentorum musicorum nomina ibidem memorata (v. סוּמְפֹּנְיָה) in linguam chaldaeam recepta est. Erat illud instrumentum pulsatile teste Apollodoro apud Athenaeum (XIV p. 636 cf. p. 183) idem quod *μαγαδίς*, secundum Suidam (h. v.) i. q. *νάβλα*, et in Vers. Alex. ponitur pro כִּנּוֹר Gen. IV, 20. Ps. XLVIII, 4. LXXX, 2. CXLIX, 3, נֵבֶל Ps. XXXII, 2. LVI, 8. XCI, 3. CVII, 2. CXLIII, 10. CL, 3, נְגִינָה Jes. XXXVIII, 20, reperitur etiam lat. *psalterium* Virg. in Ciri 177: non arguta sonant tenui psalteria chorda. Quinct. I, 10, 52: nec psalteria et spadicas (al. spadices), etiam virginibus probis recusanda, sed cet. Varro ap. Non. 3, 149. Arnob. August. al. De forma vocis observandum est: a) l in n mutatum esse more dialecti Macedonicae inde ab Alexandro M. apud Syros et Alexandrinos usu receptae, quae quum alia tum hoc idioma e Dorismo servaverat, ut l, maxime ante t, in n mutaretur, veluti *βελτίον, βεντίον; φίλτατος, φίντατος; ἦλθον, ἦνθον*, v. Greg. Corinth. p. 199. 354 Schaef. b) terminatio ־ִין minime pluralem numerum indicat, ut plerique interpretes opinati sunt, sed respondet graeco *ιον*. *Psanterin* enim *singularis* numeri esse vel ex eo apparet, quod antecedunt et sequuntur alia instrumenta in sing. posita, etsi collective accipienda: קַרְנָא מַשְׁרוֹקִיתָא קִיתָרֹס סַבְּכָא פְּסַנְתֵּרִין סוּמְפֹּנְיָה וְכֹל זְנֵי זְמָרָא (LXX. Theod. *ψαλτηρίου*. Vulg. psalterii. Vers. hebr. כנור). Graecum autem *ιον* in vocabulis, quae in linguam Neohebraeam et Syriacam recepta sunt, saepissime transit in ־ִין, ut *συνέδριον* סַנְהֶדְרִין, *ἐντύβιον* אנטובין, *ἀσσάριον* אסרין, *ἐλόγιον* אלגין, *ἀψίνθιον* אפסנתין, *ὑποπόδιον* אפופודין, *εἰκόνιον* איקונין, *πιστάκιον* אפסתקין, *κοινόβιον* ܩܘܢܒܝܢ, *ξενοδόχιον* ܐܣܢܕܘܟܝܢ Assem. 2, 50, passim in ־ִי, ut vivarium *βιβάριον* ביברי, *Βυζάντιον* phoen. בצנתי inscr. Athen. 3 (v. monn. Phoen. p. 121), *βαλανεῖον* ܒܠܢܝ, pariter atque *ιος* apud Aegyptios in *is*, velut *Κορνήλιος* ⲔⲞⲢⲚⲎⲖⲒⲤ, *Ἀμμώνιος* ⲀⲘⲘⲰⲚⲒⲤ, *Ἀπολλώνιος* ⲀⲠⲖⲰⲚⲒⲤ (Champollion gr. égypt. p. 138), cuius rei caussa in negligentiore quadam pronunciandi consuetudine quaerenda est, quae apud Graecos maxime in oriente sensim invaluit *), apud Byzantinos et Neograecos trita est, de qua *ιον* pronunciabant *ιν* **). c) Ad scripturae varietatem quod attinet, פסנתרין analogiae magis convenit quam פסנטרין, quum graeco *τ* respondeat ט (v. pag. 541): sed etiam ת ineunte syllaba dagessatum ferri potest. — Idem vocabulum eandemque in eo scripturae diversitatem habes in arabico صنتر, سنتر, سنتير, صنتور, سنطير, quo in Aegypto hodieque de psalterio s. harpae genere utuntur (v. VILLOTEAU in Descr. de l'Égypte VI p. 426. XXIII, p. 324 sqq.) abiecto p ab initio (ut تلمي Ptolemaeus) et *in* vel *i* a fine ***). — Non mediocriter in hoc vocabulo explanando nuper laborarunt, qui, ut praeconceptas opiniones quovis modo tuerentur, voces Graecas in libro Danielis agnoscere nollent, velut Hengstenbergius (Authentie des Daniel p. 16), Haeverniccius (ad Dan. l. c.), neque profecto feliciter se expediisse censendi sunt. Ille enim פְּסַנְתֵּרִין et gr. *ψαλτήριον* nonnisi *casu* quodam similis soni

---

*) Vide *(Φ)ιλημάτιν, Ἐλευθέριν, Ἑλλάδιν, Σιβύρτιν* in inscriptt. Atticis apud Böckhium, corp. inscr. I, p. 475 no. 506. 507. 704, p. 535 no. 942, p. 545 no. 1001, pro *Φιλημάτιον, Ἐλευθέριον, Ἑλλάδιον, Σιβύρτιον; μαρτύριν* pro *μαρτύριον* inscr. in Auranitide reperta ap. Burckhardtum I p. 355. ed. nostr.; *ΚΙΤΙΝ* pro *Κίτιον*, *ΙΚΟΝΙΝ* pro *Εἰκόνιον*, inscr. Laodic. in Syria (regnante Septimio Severo) lin. 4. 5, v. Chandl. inscr. ant. p. 92 no. 6. *Francke gr. und lat. Inschriften, gesammelt von O. F. v. Richter* p. 169. Welcker ad epigr. p. 13, cf. *Ἀθηναῖς* pro *Ἀθηναῖος* Böckh l. c. p. 367 ad no. 265. Quo tempore orta sit ista pronunciandi sive licentia sive negligentia, certo definiri non potest, sed ex frequentiore eius usu in titulis *iisque in Syria repertis* apparet tum eam prius in vulgari sermone admissam esse quam in libris, tum *in Syria potissimum* hunc abusum invaluisse. Ab his ipsis Graecis autem, qui in Seleucidarum imperio consederant, profecta sunt Graeca illa instrumentorum nomina (*συμφωνία, κίθαρις, ψαλτήριον* rel.), quae in idioma Aramaeum libri Danielis recepta sunt. „Bey einer Syrischen (in Syrien geschriebenen Griechischen) Inschrift darf man sich über so frühe Verderbniss der Aussprache, zumal in Eigennamen, um so weniger wundern, da diese Verderbnisse überhaupt zuerst vom Orient ausgegangen sind.“ Francke l. c. p. 195.

**) Vide *ἀψίνθιν, σάκιν, σαπώνιν, σεντοῖκιν* et sexcenta alia apud Dufresnium. — *Ἀψίνθιν* et *εἰκόνιν* iam a Talmudicis quoque per *in* scripta invenimus (v. supra).

***) Reperitur quidem *ψαλτήρ* gen. *ψαλτῆρος* in Vers. Venet. Dan. III, 5. 7 pro *ψαλτήριον* gen. *—ίου*, sed Comm. 11 eodem contextu legitur *τῶν ψαλτηρίων*, Comm. 15 *ψαλτήρων*, et satis constat, quae huius scriptoris sit in philologia Graeca auctoritas, praesertim quum ne scriptura quidem certa sit. Reliqui Philologi et Grammatici in eo consentiunt, *ψαλτήρ* nonnisi de *citharoedo* dici (Hesych.), quod ipsum flagitat analogia, et dubito num satis emendata sint, quae habet Schneider. lex. gr. p. 774.

esse suspicatur, ad *psanterin* autem conferri posse existimat talmud. פסנטיר olla, lebes Midr. Kohel. I, 3, unde *psanterin* fortasse sit instrumentum musicum lebeti simile. Verum enimvero hoc vc. neque Semiticum est neque lebetem significat, sed *coquum* et respondet lat. *opsonator* (v. Baal Aruch). Hic פַּסַּנְתֵּרִין compositum censet ex פַּס manus, et נָתַר saliit (locusta), unde 'פ fides manu pulsatae, cuius generis etymon memorasse sufficiat.

פָּסַס *expandit*, *diffudit*, cogn. פָּשָׂה, chald. פְּסָה diffudit, unde פַּסְיוֹן diffusio. Inde chald. פַּס יְדָא expansio s. palma manus, syr. ܦܣܬܐ ܕܐܝܕܐ id. et ܦܣܬܐ ܕܪܓܠܐ planta pedis, פַּסִּין asseres ligneae, hebr. פִּסָּה diffusio, abundantia. Ad eandem vim referri possunt haec Ps. XII, 2: פַּסּוּ אֱמוּנִים מִבְּנֵי אָדָם *diffundunt se probi ex hominibus* i. e. dispergunt se et fugiunt e medio hominum (cf. XI, 1. 2). Parall. גָּמַר. Sed vett. intpp. (LXX. ὠλιγώθησαν. Symm. ἐξέλειπον), Jarchius et plerique recentiores פסס h. l. idem valere volunt quod אפס. Cf. אֶפֶס דַּמִּים et פַּס דַּמִּים 1 Sam. XVII, 1. 1 Par. XI, 13.

פַּס m. in una locutione: כְּתֹנֶת פַּסִּים Gen. XXXVII, 3. 23. 32. 2 Sam. XIII, 18. 19 genus tunicae a pueris puellisque nobilioribus et regiis gestatum, amplum longumque, propterea 2 Sam. XIII, 18 מְעִיל appellatum (q. v.). Illud duobus modis explicant: a) *tunica versicolor*, e pannorum frustis varii coloris consuta vel praetexta et limbis ornata, quod ductum volunt a chald. פס manus (Gr. Venet. περιβόλαιον παλαμῶν), it. frustum, gleba. LXX. Gen. χιτὼν ποικίλος. Vulg. tunica polymita. Jonath. פרגודא i. e. *paragauda* (Vopisc. vit. Aurelian. 15 ibique Salmas.) e pers. پرچه. Abulw. ثوب ديباج سمي كذلك من صورته اي كل شبر منه لون ما *vestis auro variegata, ita appellata a figura eius, quia singulis spithamis peculiaris color erat.* b) *tunica manicata et talaris*, pr. pertinens ad פַּסִּים i. e. usque ad manus plantasque pedum. Sic Jos. Archaeol. 7, 8 §. 1: ἐφόρουν γὰρ αἱ τῶν ἀρχαίων παρθένοι χειροδέτους ἄχρι τῶν σφυρῶν πρὸς τὸ μηδὲ βλέπεσθαι χιτῶνας, quod bene explicuit et defendit A. T. Hartmann, Hebräerin III, 280, cf. de altera tunica manicata et ad pedes promissa Braun. de vestitu sacerd. p. 473 sqq. Schroederum de vestitu mulierum p. 237 sqq. Böttigeri Sabinam II, 94 sqq. 115 sqq. Consentiunt Aqu. in Gen. ἀστραγάλειος (talaris). Aqu. apud Sam. καρπωτός. Symm. χειριδωτός. Pesch. ܟܘܬܝܢܐ ܕܦܘܫܟܐ i. e. tunica manicas habens, cf. de ܦܘܫܟܐ BH. 165 lin. 3 et BB. in Gesen. Anecdd. orient. II, p. 25.

פַּס chald. sq. genit. פַּס יְדָא Dan. V, 5 et פַּסָּא דִי יְדָא Comm. 24 *palma manus* (v. rad.) cf. 1 Reg. XVIII, 44 Targ. ubi פִּסַּת יַד ponitur pro כַּף. Congruit syr., v. ad rad.

פַּס דַּמִּים v. אֶפֶס דַּמִּים p. 139.

פִּסָּה pr. *diffusio* (cf. פָּשָׂה et chald. פַּסְיוֹן), translate *abundantia*. Ps. LXXII, 16: יְהִי פִסַּת בַּר בָּאָרֶץ *sit abundantia frugum in terra*. Pesch. ܣܘܓܐ copia. Aliis est i. q. פִּסַּת יָד manus h. l. *manipulus*, Kimchi: מְלֹא כַף, inepte ad hunc contextum. Abulw. *sunt interpretes, qui huic loco adhibeant* פַּס יְדָא, منه ان يكون في يسوغ وما *sed hoc mei stomachi non est.*

פִּסְפָּה n. pr. viri 1 Par. VII, 38. (De origine nil definio).

פָּעָה rad. onomatopoët. 1) *clamavit*, *vociferatus est*, semel de muliere parturiente Jes. XLII, 14. (Chald. id. etiam de balatu ovium, syr. ܦܥܐ balavit agnus Ephr. II, 418 C. 424 B. 434 B. Act. mart. I p. 28 cf. βοάω, unde βοῦς. Simile est גָּעָה γοάω q. v.).

2) *flavit*, *sibilavit* serpens, vipera, cogn. פָּאָה q. v. Inde אֶפְעֶה.

פָּעוּ (balatus) n. pr. oppidi in Idumaea, etiam פָּעִי dicti Gen. XXXVI, 39.

אֶפְעֶה f. (Jes. LIX, 5) *vipera*, a flando et sibilando dicta Jes. l. c. XXX, 6. Iob. XX, 16. (Arab. أفعى, aeth. አፍዐ፡ id. In Targg. pl. אַפְעַיָּא 1 Reg. XIII, 18. Reperitur etiam in vetere lingua aegyptiaca hieroglyphis phoneticis scriptum Ϥϥ, ϤϥϢ, Ϥϥϩ vipera, v. Champoll. gr. égypt. p. 74, id quod, fateor, eorum opinioni favet, qui radicem statuunt אָפַע = פָּעָה, פָּאָה, ־ה adiecto).

אֶפַע v. p. 139. Sunt etiam, qui אֶפַע *nihilum* interpretentur, ab אָפַע = פָּעָה flavit, v. ad אֶפְעֶה.

פָּעַל fut. יִפְעַל, semel יִפְעָל sq. Makk. ־יִפְעַל (Iob. XXXV, 6) i. q. עָשָׂה *fecit*, sed nonnisi poët. (Syr. et talmud. part. ܦܥܠܐ פּוֹעֲלָא operarius v. Schaaf. lex. Apud Arabes فعل egit, opus fecit, sed rarioris usus est, max. apud Grammaticos, unde فِعْل actio, verbum, فاعِل agens, participium. Melit. *fahel* id. sed obsoletum. Certum eius vestigium habes apud Poenos, Plaut. 5, 1, 6, ubi pro verbis Latinis: *Eum fecisse aiunt, sibi quod faciendum fuit*, haec habentur Punica: *Ys siddobrim thyfel yth chyl ys chon them liful*, quae nunc ita scribenda existimo: איש שדברים תפעל את כל שכין תם לפעל *vir, cui dicebant: facis quodcunque facere iustum est*, quae Latinis verbis ad amussim respondent). Iob. XI, 8: מַה־תִּפְעָל *quid facies?* Ps. XI, 3: צַדִּיק מַה־פָּעָל *quid faciat probus?* Deut. XXXII, 27: לֹא יְהוָה פָּעַל כָּל־אֵלֶּה *non Jehova fecit haec omnia.* Iob. XXXIII, 29. Jes. XLIII, 13. Spec. est a) *confecit*, *fabricatus est* v. c. idolum Jes. XLIV, 15, fecit (fodit) foveam Ps. VII,

16. Absol. Jes. XLIV, 12: פָּעַל בַּפֶּחָם *laborat in prunarum igne.* (Cf. supra usum Syrorum). — b) produxit, *creavit* Ps. LXXIV, 12, unde פֹּעֲלִי creator meus Iob. XXXVI, 3. — c) *paravit.* Ex. XV, 17: *locum, quem ad habitandum parasti.* Inde *molitus est* aliquid (opp. עָשָׂה effecit). Jes. XLI, 4: מִי פָעַל וְעָשָׂה *quis molitus est et effecit?* (cf. XLIII, 7: יְצַרְתִּיו אַף עֲשִׂיתִיו). Mich. II, 1. Ps. LVIII, 3: *in animo scelera molimini.* (Eodem modo usurpatur עָשָׂה Jes. XXXII, 6. XXXVII, 26). — d) fecit (i. e. exercuit) iustitiam Ps. XV, 2, nequitiam, scelus Iob. XXXIV, 32. XXXVI, 23. Prov. XXX, 20. פֹּעֲלֵי אָוֶן malefici, homines nequam Ps. V, 6. VI, 9. XIV, 4. XXVIII, 3. XXXVI, 13. LXIV, 3. XCII, 8. 10. XCIV, 4. 16. CI, 8. CXXV, 5. CXLI, 4. 9. Iob. XXXI, 3. Prov. X, 29. XXI, 15. Jes. XXXI, 2. Hos. VI, 8, פֹּעֲלֵי רָע Mich. II, 1. — e) Sq. acc. לְ rei Ps. VII, 14: חִצָּיו לְדֹלְקִים יִפְעָל *sagittas suas facit ardentes.* — f) Sq. לְ pers. fecit alicui aliquid Iob. XXII, 17, sive bonum Ps. XXXI, 20, sive malum Iob. VII, 20, sq. בְּ id. XXXV, 6 (cf. فعل ب Cor. 4, 146).

פֹּעַל c. suff. פָּעֳלוֹ, פָּעָלְךָ (*poolcha*), rarius פֹּעֲלוֹ Jes. I, 31. Jer. XXII, 13 pl. פְּעָלִים 1 Par. XI, 22 i. q. מַעֲשֶׂה sed (praeter Ruth II, 12. 2 Sam. XXIII, 20. 1 Par. l. c.) non nisi poët. m. 1) *labor, negotium.* Ps. CIV, 23: יֵצֵא אָדָם לְפָעֳלוֹ cf. Iob. XXIV, 5. — 2) *factum, facinus* (That) a) de praeclaris facinoribus Dei, max. in populo suo servando et tuendo. Ps. XLIV, 2. LXIV, 10. LXXVII, 13. Deut. XXXII, 4. — b) hominum (Handlung). Ps. XXVIII, 4: תֶּן לָהֶם כְּפָעֳלָם. Jerem. XXV, 14. Jes. I, 31. XLI, 24. Prov. XXIV, 12. 29. Iob. XXXIV, 11. XXXVI, 9. פֹּעַל כַּפָּיו Ps. IX, 17. פֹּעַל חָמָס Jes. LIX, 6. Spec. *praeclarum facinus* 2 Sam. XXIII, 20, *malefactum* Iob. XXXVI, 9. (Arab. فَعْلَة Cor. 26, 18. فَعَال flagitium vit. Tim. II, 328. 842, فعل VIII. flagitium commisit ib. p. 40). — 3) *opus* (Werk), quod quis produxit. פֹּעַל יָדַי opus manuum mearum (i. e. Israël) Deut. XXXIII, 11. Jes. XLV, 9. 11. Spec. de poenis divinis Jes. V, 12. Hab. I, 5. III, 2 (cf. מַעֲשֶׂה no. 3, a), de auxilio divino Ps. XC, 16. — 4) quod labore partum est Prov. XXI, 6, *merces* Iob. VII, 2. Jer. XXII, 13. Cf. פְּעֻלָּה no. 2 et ἔργον Apoc. XIV, 13.

פְּעֻלָּה f. 1) nom. act. i. q. מַעֲשֶׂה no. 1. *quae quis facit, agit* (das Thun des Menschen). Prov. X, 16. XI, 18. Jes. LXI, 8. LXV, 7. Jer. XXXI, 16. Plur. de studiis hominum Ps. XVII, 4, de facinoribus Dei XXVIII, 5. — 2) *merces* laboris i. q. פֹּעַל no. 4. Lev. XIX, 13. Ps. CIX, 20. Jes. XL, 10. XLIX, 4.

פְּעֻלְּתַי (pro פְּעֻלַּת יָהּ merces Jovae) n. pr. viri 1 Par. XXVI, 5.

מִפְעָל m. *opus* (Dei) Prov. VIII, 22.

מִפְעָלָה f. id. Ps. XLVI, 9. LXVI, 5.

פָּעַם 1) *percussit, pulsavit,* unde פַּעַם incus, et פַּעֲמוֹן tintinnabulum, it. pede feriit, calcavit, unde פַּעַם gressus, pes. — 2) Metaph. *impulit, agitavit* aliquem. Iud. XIII, 25: וַתָּחֶל רוּחַ יְיָ לְפַעֲמוֹ *et spiritus Dei coepit eum agitare.*

Niph. agitatus, commotus est. Gen. XLI, 8: וַתִּפָּעֶם רוּחוֹ *et commotus est animus eius* (somnio). Alex. ἐταράχθη. Vulg. pavore perterritus est. Pesch. ܐܬܛܪܦ (quod quidem verbum hebraeo accurate respondet: est enim in Pa. tutudit, pulsavit, it. agitavit, turbavit. Ethpa. pass.). Dan. II, 3, ubi Alex. ἐκινήθη. Gr. Venet. τέτυπε. Ps. LXXVII, 5: נִפְעַמְתִּי Alex. ἐταράχθην Vulg. *turbatus sum.* Targ. אִטְרְפִית.

Hithpa. i. q. Niph. Dan. II, 1.

In linguis cognatis hoc verbum ea quam diximus significatione non est usitatum: nihilominus ea tum ipsius linguae usu, maxime in derivatis, tum unanimi veterum consensu satis firmatur, et temere J. D. Michaëlis in suppl. arcessivit arab. فعم plenus fuit, trans. implevit (Iud. XIII, 25), a quo nominum derivv. significationes repeti nequeunt.

פַּעַם pl. פְּעָמִים et פְּעָמוֹת plerisque locis fem. (sed masc. Iud. XVI, 28 et 2 Sam. XXIII, 8 Chethibh) 1) *incus* Jes. XLI, 7. — 2) ictus pedis (Tritt), inde a) *gressus, passus* Ps. CXIX, 133. CXL, 5. Poët. Iud. V, 28: *quid morantur* פַּעֲמֵי מַרְכְּבוֹתָיו *gressus curruum eius?* b) ipse *pes*, quo gradimur. Ps. LVII, 7. LVIII, 11. Prov. XXIX, 5. Cant. VII, 2. Jes. XXVI, 6. Plur. פְּעָמוֹת pedes artefacti Ex. XXV, 12. 1 Reg. VII, 30. — Ictu manus pedisve numerare solemus, inde 3) פַּעַם אַחַת pr. *ictu uno* est *una vice, semel* (arab. خَطْوَة passus, vicis una, مَرَّة id. دَفْعَة ictus, vicis una, طَرْقَة او طَرْقَتَان semel aut bis, syr. ܒܬܠܬ ܙܒܢܝܢ tertia vice pr. via, melit. *darba* ضَرْبَة ictus, *darbatein* bis, *darbŷt* aliquoties. Cf. etiam sin. *î-laî* una itione, *llöh-laî* altera itione i. e. prima, altera vice, dan. *een Gang* i. e. semel). Jos. VI, 3. 11. 14. 1 Sam. XXVI, 8, *simul* Jes. LXVI, 8 (auf Einmal). פַּעַם וּשְׁתַּיִם semel et iterum Neh. XIII, 20. Dual. פַּעֲמַיִם bis Gen. XXVII, 36. XLI, 32. XLIII, 10. Num. XX, 11 al. שָׁלֹשׁ פְּעָמִים ter Exod. XXIII, 17, שֶׁבַע פְּעָמִים septies Gen. XXXIII, 3 cet. כָּכֶם אֶלֶף פְּעָמִים millies tantum quantum vos Deut. I, 11. 2 Sam. XXIV, 3. כַּמֶּה פְעָמִים quoties? 1 Reg. XXII, 16. פְּעָמִים רַבּוֹת saepenumero Eccl. VII, 22 (23). Ps. CVI, 43. פַּעַם חֲמִישִׁית quinta vice Neh. VI, 5. — Adde has locutiones: a) c. art. הַפַּעַם α) (diesesmal) nunc, hac in re Ex. IX, 27, unde אַךְ הַפַּעַם (nur diesesmal) non nisi nunc (hac in re) Gen. XVIII, 32. Ex. X, 17. Iud. VI, 39. XVI, 28. β) nunc, iam Gen. XLVI, 30. γ) nunc aliquando (tandem aliquando) Gen. XXX, 20. II, 23, עַתָּה הַפַּעַם XXIX, 34. — b) בַּפַּעַם הַזֹּאת (diesesmal) nunc, nunc quidem Ex. VIII, 28.

IX, 14. — c) כְּפַעַם בְּפַעַם nunc ut antea (einmal wie das andere) Num. XXIV, 1. Iud. XVI, 20. 1 Sam. XX, 25. — d) פַּעַם — פַּעַם modo — modo Prov. VII, 12.

פַּעֲמוֹן m. *tintinnabulum*, a pulsando dictum. Ex. XXVIII, 33. XXXIX, 25. 26, cf. XXVIII, 34. LXX cum Josepho et Philone: κώδωνες. Cf. Braun. de vest. sacerd. II, 25 p. 454 sqq.

פַּעְנֵחַ v. צָפְנַת.

פָּעַר *aperuit* os magno hiatu, sq. acc. (פֶּה), semel בְּ (בְּפֶה v. gramm. p. 240 ed. 11) Iob. XVI, 10, quod est bestiarum sanguinolentarum Iob. l. c. פָּעֲרוּ עָלַי בְּפִיהֶם, it. avide appetentium XXIX, 23: פִּיהֶם פָּעֲרוּ לְמַלְקוֹשׁ. Ps. CXIX, 131, poët. de orco insatiabili Jes. V, 14. (Syr. ܦܥܪ id. Act. M. I, 13, it. oscitavit. Arab. فغر I. IV. id., VII. aperuit se flos).

פְּעוֹר (hiatus montis, ܦܥܘܪ id.) n. pr. montis in Moabitide, teste Eusebio e regione Hierichuntis siti Num. XXIII, 28. Inde בַּעַל פְּעוֹר Num. XXV, 3. 5. Deut. IV, 3. 4. Ps. CVI, 28. Hos. IX, 10 et simpl. פְּעוֹר Num. XXIII, 28. XXXI, 16. Jos. XXII, 17 idolum Moabitarum, in cuius cultu puellae pudicitiam prostituebant. Hieron. ad Hos. IV, 14: .... colentibus maxime feminis Beelphegor ob obscoeni magnitudinem, quem nos Priapum possumus appellare, cf. ad IX, 10 et in Iovin. I, 12: Phegor in lingua Hebraea Priapus appellatur. Alibi (ad Jes. XV, 2) H. hoc idolum idem esse dicit quod alibi *Chamos* כְּמוֹשׁ (q. v.). Hebraeorum interpretes (cf. Jonath. ad Num. XXV, 1) nomen פְּעוֹר referebant ad ὕμνα puellarum *aperiendum* (v. rad.), et montem *Peor* a cultu *Baal-Peor* numinis dictum esse volebant: sed istud etymon vel propterea displicet, quod פָּעַר a tali usu alienum est. Imo potius *Baal*, qui alias quoque generandi numen est, a monte Peor apud Moabitas illud cognomen traxisse videtur.

פָּצָה pr. *disrupit*, cf. verba affinia פָּצַע, פָּצַח, פָּצַל, פָּצַם, neque non radd. a בז, בץ ordientes, quae cunctae *rumpendi*, *findendi* vim habent. Inde 1) *distendit*, *aperuit* os (labia) Ez. II, 8 (ad devorandum), Jes. X, 14 (de avicula), quod est minantium (instar bestiarum rapacium) sq. עַל Ps. XXII, 14, irridentium Thren. II, 16. III, 46, temere et inconsiderate loquentium Iob. XXXV, 16: אִיּוֹב הֶבֶל יִפְצֶה פִּיהוּ *Iobus temere aperit os suum*. Iud. XI, 35. 36: פָּצִיתָה אֶת־פִּיךָ אֶל־יְהוָה *aperuisti os tuum Jovae* sc. temere ei vovendo, cf. Ps. LXVI, 13. 14: *persolvo tibi vota mea* אֲשֶׁר פָּצוּ שְׂפָתָי *quae prolocuta sunt labia mea* i. e. quae promisi, *quum in angustiis versarer*. Cf. בָּטָא. Translate etiam *terra* dicitur *os suum aperire* Gen. IV, 11. Num. XVI, 30. Deut. XI, 6. — 2) *liberavit* aliquem. Ps. CXLIV, 7. 10. 11. (Ita syr. chald., arab. فصى II. IV. liberavit, VII. pass. In Targg. etiam signif. 1, Iob. XXXV, 16).

פָּצַח 1) *rupit*, *fregit*. (Arab. فضخ فضح id. cf. فصح pro fregit, fidit, dein de aurora illucescente, ut synn. فرق, صدع). Vide Pi. — 2) פָּצַח רִנָּה *erupit iubila* s. in iubila (in Jubel ausbrechen) Jes. XIV, 7. XLIV, 23. XLIX, 13. LIV, 1. LV, 12, bis פִּצְחוּ רַנְּנוּ LII, 9. Ps. XCVIII, 4. (Ita arab. شقشق pr. fregit, dein شقشق الكلام alta voce pronunciavit orationem, ذو شقشقة altisonus orator, شقاشق clamores, it. صدع rupit, it. palam pronunciavit Cor. 15, 94. Syr. ܐܬܦܨܚ per ellips. est i. q. hebr. erupit in gaudia Gal. IV, 27 pro ῥῆγνυμι, dein laetus fuit, nisi hoc est a saliendo, exsultando, v. ad פָּסַח. Graece dicunt ῥήγνυμι φωνήν erumpo in verba, et omisso acc. Gal. IV, 27, lat. erumpere gaudium Ter. Eun. 3, 5, 2, it. erumpere stomachum Cic. Att. 16, 3).

Pi. fregit (ossa) Mich. III, 3.

פָּצַל *decorticavit*, cf. cogn. בָּצַל. Arab. فصل, syr. ܦܨܠ dissecuit. Tantum in

Pi. id. Gen. XXX, 37. 38.

פְּצָלוֹת f. pl. *loca decorticata* (virgarum) ibid.

פָּצַם *disrupit* (dehiscere fecit) terram. Ps. LX, 4. Arab. فصم fregit, rupit Cor. 2, 257, aethiop. ፈጸመ: abrupit, finivit. Cogn. פָּצָה.

פָּצַע pr. fidit, fissuram fecit (cf. vic. בָּצַע), inde *vulneravit* 1 Reg. XX, 37. Cant. V, 7. Deut. XXIII, 2: פְּצוּעַ דַּכָּה v. p. 338. (Chald. fidit lignum Gen. XXII, 3 Jon. contudit [cerebrum] Iud. V, 26. Talmud. pressit, compressit, ut olivas, dactylos).

פֶּצַע, in Pausa פָּצַע Exod. XXI, 25 c. suff. פִּצְעִי m. *vulnus*. Kimchi: מַכָּה שֶׁיּוֹצֵא דָם plaga ex qua sanguis effluit. Exod. XXI, 25. Jes. I, 6. Prov. XX, 30. Gen. IV, 23: לְפִצְעִי *ob vulnus mihi inflictum*. Plur. Prov. XXIII, 29. XXVII, 6. Iob. IX, 17. LXX. τραῦμα, ter σύντριμμα (cf. usum talm.).

פָּצַץ i. q. פּוּץ dispersit, inde

פִּצֵּץ n. pr. viri (c. art.) 1 Par. XXIV, 15.

פָּצַר fut. יִפְצַר pr. (v. Schult. opp. min. p. 168) fidit, fissuras fecit, inde *obtudit*, *obtusam fecit* aciem ferri i. q. arab. فطر (unde פְּצִירָה q. v.). Translate *ursit*, *instituit* sq. בְּ pers. a) precibus (cf. obtundere precibus) Gen.

XIX, 3. XXXIII, 11. Iud. XIX, 7. 2 Reg. II, 17. V, 16. b) hostili animo Gen. XIX, 9. Cf. cognatum פָּרַץ בְּ.

Hiph. *obtudit* animum, inde *obtusus fuit*, *pertinaciter egit* 1 Sam. XV, 23. Inf. nominasc. הַפְצַר *pertinacia* ibid., copulatur cum מְרִי.

פְּצִירָה f. *obtusio* instrumentorum secantium (das Schartigseyn), cf. arab. فَطَّار gladius fissuras s. dentes habens, obtusus (schartig). 1 Sam. XIII, 21: וְהָיְתָה הַפְּצִירָה פִים לַמַּחֲרֵשֹׁת וגו' *et erat obtusio aciei vomeribus* cet. Vulg. retusae itaque erant acies. Exspectaveris פְּצִירַת הַפִּים, sed videtur scriptor פְּצִירָה פִים ut unam notionem cogitasse, eique articulum praemisisse, ut in הָאֵל בֵּית אֵל (gr. §. 108, 2, b), licet in his exemplis alia causa sit. Positus autem est articulus, eadem de lege qua הַסַּנְוֵרִים Gen. XIX, 11 cf. ־הַ no. 2, b. — Targ., quod sequuntur Kimchi et Jarchi, reddit שׁוֹפִינָא *lima*, neque negaverim, vocem Hebraeam hoc instrumentum significasse, quippe quod *crenatim incisum* sit pariter atque acies obtusa: sed cum contextu hoc vix conciliaveris.

פָּקַד fut. יִפְקֹד pr. (ut suspicor) *pepigit*, *impegit* in aliquem, aliquid (auf jem., etwas stossen), cogn. radd. פָּגַע, פָּגַשׁ. Inde

1) in bonam partem: *adiit* aliquem, aliquid; a) visendi causa, *visitavit* (besuchen). 1 Sam. XVII, 18: *et adi fratres tuos* לְשָׁלוֹם *de salute* eorum quaesiturus. Cf. רָאָה אֶת־שְׁלוֹם פ׳, שָׁאַל לִפ׳ לְשָׁלוֹם Gen. XXXVII, 14. In malam partem 2 Reg. IX, 34. Sq. בְּ rei, quam visitans secum affert et hospiti offert (cf. בְּ no. 18, d) Iud. XV, 1. — b) inspiciendi et explorandi causa, inde *exploravit* Ps. XVII, 3. Iob. VII, 18. (Arab. VIII. visitavit, exploravit Cor. 27, 20). — c) lustrandi causa, inde *lustravit*, *censuit* populum, exercitum Num. I, 44 sq. III, 39 sqq. 1 Reg. XX, 15. 2 Sam. XXIV, 4. Iob. V, 24: פָּקַדְתָּ נָוְךָ וְלֹא תֶחֱטָא *lustras pascuum tuum et nihil non invenis.* Part. pass. פְּקוּדִים qui in censum veniebant Num. I, 21 sqq. II, 4 sqq. Ex. XXX, 14: כֹּל הָעֹבֵר עַל־הַפְּקֻדִים *quisquis in censum venit.* 13. XXXVIII, 26 cf. Hothpa. et nomen מִפְקָד). Inde *lustrando desideravit* 1 Sam. XX, 6. XXV, 15. Jes. XXXIV, 16. (Aeth. ፈቀደ: recensuit, numeravit, it. desideravit, arab. فقد frustra quaesivit, desideravit Cor. 12, 71). — d) ut curam eius gereret, *prospexit* alicui, ut pastor gregi Jer. XXIII, 2, Deus hominibus Gen. XXI, 1: וַיהוָה פָּקַד אֶת־שָׂרָה. L, 24. Ex. III, 16. IV, 31. 1 Sam. II, 21. Jes. XXIII, 17. Jer. XXVII, 22. Zach. X, 3 (hemist. post.). Ps. VIII, 5. LXV, 10. LXXX, 15. Passim *denuo* (post intervallum) *prospexit* alicui Jes. XXIII, 17, it. *respexit* aliquem auxilium exspectans Jes. XXVI, 16. LXX plerumque ἐπισκέπτω.

2) in malam partem: *adortus est* aliquem (cf. פָּגַע no. 1, a), sq. עַל pers., *animadvertit in* aliquem, *punivit* eum, Jer. XLIV, 13: פָּקַדְתִּי עַל הַיֹּשְׁבִים בְּאֶרֶץ מִצְרַיִם. IX, 24. 25. Hos. XII, 3. Zach. X, 3 (init.), sq. אֶל Jer. XLVI, 25. L, 18, בְּ IX, 8, acc. VI, 15. XLIX, 8, Ps. LIX, 6, absol. Jes. XXVI, 14. Iob. XXXI, 14. XXXV, 15. Peccatum, quod punitur, ponitur in acc. 1 Sam. XV, 2: פָּקַדְתִּי אֵת אֲשֶׁר עָשָׂה עֲמָלֵק לְיִשְׂרָאֵל. Ps. LXXXIX, 33. Hos. VIII, 13. Thren. IV, 22, saepe addito עַל pers. Exod. XX, 5: פֹּקֵד עֲוֹן אָבֹת עַל בָּנִים *puniens peccatum patrum in liberis.* XXXII, 34. XXXIV, 7. Num. XIV, 18. Jes. XIII, 11. Jer. XXIII, 2. Hos. I, 4. II, 15. IV, 9. Am. III, 2. 14. LXX in huius generis locis plerumque ἐκδικέω.

3) causat. (i. q. Hiphil) fecit ut aliquis prospiceret aliis (hominibus vel rebus), eos (eas) curaret i. e. a) *praefecit* aliquem alicui, sq. acc. pers. et עַל Num. IV, 27. XXVII, 16: יִפְקֹד יְיָ אִישׁ עַל הָעֵדָה. Jer. LI, 27. Metaph. Jer. XV, 3: *praeficiam iis quattuor familias* i. e. quattuor calamitatum genera iis immittam. Absol. Num. III, 10. Deut. XX, 9. Part. pass. פְּקוּדִים praefecti Num. XXXI, 48. פְּקוּדֵי הַחַיִל *praefecti exercitus* Comm. 14. 2 Reg. XI, 15. Cf. Niph. Hiph. et n. פָּקִיד. Sq. אֵת (אֶת) constituit s. adiunxit alicui comitem, ministrum (jem. beygeben, beyordnen) Gen. XL, 4. — b) *curae* alic. *commisit*, *mandavit* (aram. Pe. et Pa. mandavit, iussit), sq. עַל pers. 2 Par. XXXVI, 23: פָּקַד עָלַי לִבְנוֹת *mandavit mihi aedificare.* Esr. I, 2. Iob. XXXVI, 23: מִי פָקַד עָלָיו דַּרְכּוֹ *quis ei mandavit viam suam?* XXXIV, 13: מִי פָקַד עָלָיו אַרְצָה *quis ei mandavit terram?* i. e. terram curae eius commisit. Cf. פִּקּוּד mandatum. — c) *deposuit* alicubi (alterius curae commisit) 2 Reg. V, 24. Cf. פִּקָּדוֹן depositum.

Niph. 1) pass. Kal no. 1, c. *desideratus est* Num. XXXI, 49. 1 Sam. XX, 18. 25. XXV, 7. 21. 2 Sam. II, 30. 2 Reg. X, 19. Jer. XXIII, 4. 2) pass. Kal no. 2 *punitus est*, *poenas dedit* Jes. XXIV, 22. XXIX, 6. Num. XVI, 29. Prov. XIX, 23. — 3) pass. Kal no. 3, a. *praefectus est* Neh. VII, 1. XII, 44.

Pi. i. q. Kal no. 1, c. *lustravit* Jes. XIII, 4. — *Pu.* 1) *lustratus est* Exod. XXXVIII, 21. 2) *desideratus est.* Jes. XXXVIII, 10: *desiderabor reliquos annos meos*, frustra me inter vivos quaerent amici.

Hiph. (i. q. Kal no. 3) 1) *praefecit* aliquem alicui rei, sq. acc. pers. et עַל rei Gen. XXXIX, 5. XLI, 34. Num. I, 50. 2 Reg. VII, 17. Ps. CIX, 6. Jes. LXII, 6. Jer. I, 10. XL, 11, לְ 1 Reg. XI, 28, בְּ Jer. XL, 5. XLI, 18, absol. 2 Reg. XXV, 23. LXX. καθίστημι. Metaph. Lev. XXVI, 16: הִפְקַדְתִּי עֲלֵיכֶם בֶּהָלָה *immittam vobis terrorem* (cf. in Kal Jer. XV, 3). — 2) *commisit*, *mandavit* curae alicuius, sq. עַל יַד 2 Par. XII, 10, בְּיַד Ps. XXXI, 6: בְּיָדְךָ אַפְקִיד רוּחִי *in manum tuam committo spiritum meum*, sq. אֵת pr. commisit apud aliquem (q. d. deposuit *apud* eum), Jer. XL, 7. XLI, 10. Absol. XXXVII, 21: וַיַּפְקִדוּ אֶת־יִרְמְיָהוּ בַּחֲצַר וגו' *et Jeremiam commiserunt curae custodum in atrio* cet. — 3) *deposuit* alicubi Jes. X, 28. Jer. XXXVI, 20.

Hoph. הָפְקַד part. מֻפְקָדִים 1) *punitus est*, poenas dedit Jer. VI, 6. — 2) *praefectus est* 2 Reg. XII, 12.

XXII, 5. 9. 2 Par. XXXIV, 10. 12. — 3) *depositus est* apud aliquem, sq. אֵת Lev. V, 23.

Hithpa. fut. יִתְפַּקֵד (pro יִתְפַּקֵּד) Iud. XXI, 9 pass. Kal no. 1, c. *lustratus, recensitus est* Iudd. XX, 15. 17. XXI, 9. — *Hothpa.* pl. הָתְפָּקְדוּ (pro הִתְפַּקְדוּ) id. Num. I, 47. II, 33. XXVI, 62. 1 Reg. XX, 27.

פְּקוֹד m. 1) *poena* (v. rad. no. 2), nomen allegoricum Babylonis Jer. L, 21. — 2) *praefectura* (v. rad. 3, a) et concr. *praefectus* Ez. XXIII, 23.

פְּקֻדָּה f. 1) *lustratio, recensio* (v. rad. 1, c) 1 Par. XXIII, 11. 2 Par. XVII, 14. XXVI, 11. — 2) *providentia* (Dei), *cura.* Iob. X, 12: פְּקֻדָּתְךָ שָׁמְרָה רוּחִי, spec. *custodia* i. q. מִשְׁמָר, מִשְׁמֶרֶת, concr. pro *custodibus* (Wachen, Wachtposten). 2 Reg. XI, 18: וַיָּשֶׂם הַכֹּהֵן פְּקֻדּוֹת עַל בֵּית יי. 2 Par. XXIII, 18. Ez. XLIV, 11. בֵּית הַפְּקֻדּוֹת domus custodiarum, carcer Jer. LII, 11, cf. Hiph. no. 2. — 3) *praefectura, munus* (Amt) i. q. מִשְׁמֶרֶת, מִשְׁמָר (v. rad. no. 3). Num. IV, 16: פְּקֻדַּת אֶלְעָזָר .... שֶׁמֶן הַמָּאוֹר *munus Eleasaris .... pertineat ad oleum candelabri.* III, 36. 1 Paral. XXIV, 19. XXVI, 30. Ps. CIX, 8: פְּקֻדָּתוֹ יִקַּח אַחֵר. Saepe concr. qui munere funguntur, *magistratus* (Beamte). 2 Paral. XXIV, 11: אֶל פְּקֻדַּת הַמֶּלֶךְ *ad magistratus regios.* Jes. LX, 17: שַׂמְתִּי פְּקֻדָּתֵךְ שָׁלוֹם *pacem facio magistratus tuos*, parall. נֹגְשַׂיִם. Cf. Num. IV, 32. — 4) *opes*, quippe quae inspiciantur et custodiantur Jes. XV, 7. — 5) *animadversio, poena* (rad. no. 2). Jes. X, 3. Jer. X, 15. Hos. IX, 7. Mich. VII, 4. Plur. Ez. IX, 1.

פָּקִיד m. 1) *praefectus* (Aufseher) Neh. XI, 9. 14. 22. XII, 42. פָּקִיד נָגִיד summus praefectus (in templo), Oberaufseher Jer. XX, 1. 2. — 2) *magistratus* (Beamter). Gen. XLI, 34: יַפְקֵד פְּקִדִים עַל הָאָרֶץ *instituat magistratus in terra.* Esth. II, 3. Sq. genit. Iud. IX, 28: זְבֻל פְּקִידוֹ *Sebul* summus *magistratus eius.* 2 Par. XXIV, 11: פְּקִיד כֹּהֵן הָרֹאשׁ *magistratus a summo sacerdote institutus* s. missus. Etiam de *tribunis* militum 2 Reg. XXV, 19: פָּקִיד עַל אַנְשֵׁי מִלְחָמָה. Jer. LII, 25.

פְּקִדֻת f. *munus praefecti, praefectura* Jerem. XXXVII, 13.

פִּקּוּדִים m. *mandata, praecepta* (Dei). (Chald. id. Syr. ܦܘܩܕܢܐ, ܦܘܩܕܐ id.). Est fere Ps. CXIX proprium, ubi legitur Comm. 4. 15. 27. 40. 45. 56. 63. 69. 78. 87. 93. 94. 100. 104. 110. 128. 134. 141. 159. 168. 173, praeterea Ps. XIX, 9. CIII, 18. CXI, 7.

פִּקָּדוֹן m. *res alicuius curae commissa, depositum* (v. ad rad. no. 3, c) Gen. XLI, 36. Lev. V, 21. 23.

מִפְקָד m. 1) *recensio* populi 2 Sam. XXIV, 9. 1 Par. XXI, 5. — 2) *mandatum* 2 Par. XXXI, 13. — 3) *locus constitutus* Ez. XLIII, 21. (Vulg. locus separatus. Targ. locus idoneus). — שַׁעַר הַמִּפְקָד est n. pr. portae Hierosolymitanae Neh. III, 31.

פָּקַח *aperuit* oculos, semel refertur ad aures Jes. XLII, 20. Latius patet usus eius in פְּקַחְקוֹחַ q. v. (Chald. id. Arab. فقح oculos primum aperuit catulus, aperuit se rosa. Cogn. est פָּתַח, ut שָׂמַח, שָׂמֵחַ; it. פָּקַע). Dicunt: 1) פָּקַח עֵינָיו aperuit oculos suos 2 Reg. IV, 35, ad videndum 2 Reg. XIX, 16: פְּקַח יְיָ עֵינֶיךָ וּרְאֵה *aperi, Jova, oculos tuos et vide.* Dan. IX, 18. Iob. XXVII, 19, it. oculos apertos habuit i. e. vigil, sedulus fuit opp. somnolento et pigro Prov. XX, 13. Sq. עַל oculos aperuit super al. i. e. attendit ad aliquid Jer. XXXII, 19, prospexit alicui Zach. XII, 4 (cf. שׂוּם עֵינַיִם עַל, v. עַיִן no. 1, e) et in malam partem Iob. XIV, 3: אַף עַל זֶה פָּקַחְתָּ עֵינֶיךָ *et hunc tam diligenter observas*, quid peccaverit. — 2) Deus *aperuit oculos* alic. i. e. a) visum restituit coeco 2 Reg. VI, 17. 20. Jes. XLII, 7, et sic *aperuit coecos* Ps. CXLVI, 8. b) spectandum dedit homini, quod ipse et sua sponte non vidisset Gen. XXI, 19, cf. Ni.

Niph. aperti sunt (oculi) a) coecorum i. e. visus iis restitutus est Jes. XXXV, 5. b) Gen. III, 7: *et aperti sunt oculi amborum et viderunt* (ad quod prius animum non attenderant), *se nudos esse.* Sed Comm. 5: *et aperientur oculi vestri* (sc. oculi animi) *et eritis instar Dei cognoscentes bonum et malum* i. e. intelligentes, sapientes evadetis.

פֶּקַח (apertis oculis, vel ellipt. pro פְּקַחְיָה) n. pr. regis Samariae tempore Jesaiae, a. Chr. 759 — 39. 2 Reg. XV, 25 sqq. XVI, 1. 5. 2 Par. XXVIII, 6. Jes. VII, 1. LXX. *Φακεέ.*

פִּקֵּחַ m. qui *oculis apertis* est, *videns* (opp. coeco) Ex. IV, 11. Pl. trop. XXIII, 9.

פְּקַחְיָה (cui Jehova oculos aperuit) n. pr. regis Samariae, a. Chr. 761 — 59. 2 Reg. XV, 22. 23. 26. LXX. Vat. *Φακεσίας*, Alex. *Φακείας.*

פְּקַח־קוֹחַ Jes. LXI, 1. a) Divisim haec exhibent plerique libri mss. et impressi omnes praeter Complut., quod Kimchi aliique interpretantur: *apertio carceris.* קוֹחַ enim *carcerem* significare volunt vel auctore Josepho Kimchio ita dictum pro לְקוֹחַ, לְפִי שֶׁהָאֲסוּרִים לְקוּחִים וּכְלוּאִים שָׁם *quippe quod captivi ibi capiantur et coerceantur*, vel coll. aeth. ቀቀሕ: vinculum, ቤተ: ቀቀሕ: carcer (v. de Dieu cr. s. p. 229. Lud. hist. aeth. col. 639). Sed non dubium est quin praeferenda sit b) eorum librorum mss. scriptura, qui unum verbum faciant פְּקַחְקוֹחַ (v. de Rossii Scholia crit. ad h. l.) ad formam פְּתַלְתֹּל, quod significet *apertionem* sc. carceris (cf. פָּתַח Jes. XIV, 17). Similis ratio est duarum eiusdem formae vocum: יְפֵה־פִיָּה Jer. XLVI, 20 v. p. 612, et

חפרפרות Jes. II, 20 p. 508. Unam vocem agnoverunt iam LXX. (*ἀνάβλεψις*). Vulg. *apertio*. Pesch. (ܦܬܚܐ). Targ. Saad., et usum rad. פקח etiam apud Arabes latius (quam ad oculos auresque) patere vidimus.

פָּקַע i. q. chald. et syr. *fissus*, *ruptus est* max. cum strepitu (platzen), cogn. hebr. בָּקַע. Arab. فقع crepitum ventris emisit. II. crepitavit digitis, cogn. verbis فقص, فقس, فقش fregit ovum (cum crepitu). Inde

פֶּקַע pl. פְּקָעִים *cucumeres agrestes* ovis similes i. q. פַּקֻּעוֹת (q. v.), ornamentum in architectura 1 Reg. VI, 18. VII, 24. Targ. צורת ביעין *figura ovorum*. Levi ben Gerson: *ecce pekaim ovis similes sunt et duo capita habent acuta*.

פַּקֻּעוֹת pl. f. 2 Reg. IV, 39 *cucumeres agrestes* vel *asinini* (arab. قثا الحمار et القثا البرى, pers. خرخيار, turc. اشك خيارى), foliis palmitibusque viti agresti (,,גֶּפֶן שָׂדֶה'') similibus, fructibus amaris (hispan. cocombrillo amargo) ovi instar oblongis, qui simulac leviter attinguntur cum *crepitu finduntur* (v. rad.) et semen eiaculantur, v. Diosc. 4, 152 (154), et Cels. Hierob. I, p. 393—407. Quoniam amari erant fructus, 2 Reg. l. c. a filiis prophetarum venenosi habiti sunt (v. מְרֵרָה no. 2). Vett. intpp. *colocynthides* intelligunt, fructum illi similem, qui etiam cucumis amarus s. Alexandrinus appellatur, magnitudine mediocris pilae (v. Diosc. 4, 175 al. 178), sed non *cum crepitu ruptum*, quamobrem rectius cucumeres agrestes intelligas. LXX. *τολύπη ἀγρία* i. e. teste Suida colocynthis. Vulg. *colocynthides* agrestes. Targ. et Pesch. vocabulum retinent, idque Arabs (Syriaca exprimens) transfert حنظل *colocynthidem*: Ad ea, quae docte disputat Celsius l. c. addere iuvat Ephraemi locum ad 2 Reg. l. c. (Opp. I p. 530): ܐܢܫܝܢ ܐܡܪܝܢ ܕܥܒܘܕܐ ... [Syriac passage] ... i. e. *nonnulli dicunt eum collegisse cucurbitas parvas* *): *alii autem eum fructum*, *qui appellatur ova amara* i. e. colocynthides agrestes, *ex quorum medulla medici conficiunt φάρμακον laxans et purgans* **): *alii denique dicunt*, *esse eum qui hodieque a nonnullis rusticis appellatur cucumis asininus*, *quia fructus eorum amari sunt et viti similes sunt*.

פָּרָא i. q. cogn. פָּרָה (q. v.) 1) *ferre* spec. fructum, v. Hiph. — 2) *cito ferri*, *cito currere*, unde פֶּרֶא. (Talmud. פָּרָא cucurrit. Aeth. ፈርሀ: timuit (fugit) cf. arab. نفر et فرّ fugit, fugax fuit).

Hiph. tulit fructum Hos. XIII, 15 (ubi in יַפְרִיא alluditur ad n. pr. אֶפְרַיִם). Sunt qui יַפְרִיא denom. putent a פֶּרֶא, ut sit: onagrum egit i. e. ferociter egit instar onagri (Abulw.), sed illud certius est.

פֶּרֶא, raro **פֶּרֶה** Jer. II, 24 (ubi multi codd. פֶּרֶא) et in 6 codd. Sam. Gen. XVI, 12 (al. פרי) comm. (m. Ps. CIV, 11, f. Jer. II, 24: פֶּרֶא לִמֻּד מִדְבָּר בְּאַוַּת נַפְשׁוֹ [Keri נַפְשָׁהּ] שָׁאֲפָה רוּחַ) *onager*, a *currendo* dictus (est enim equo velocissimo velocior Arist. hist. anim. 6, 29. Ker Porter Travels in Georgia, Persia I p. 459), alio nomine עָרוֹד, chald. עֲרָד (q. v.), arab. فرأ, فرا (si nondum adultus est عير et جحش, جحيش), pers. گور خر, asino domestico et pulchrior et procerior, cinerei et subrufi coloris, gregatim in desertis vivens (Jes. XXXII, 14. Jer. l. c. Iob. XXIV, 5. XXXIX, 5, cf. Dan. V, 21. Sir. XIII, 21 al. 24 neque non LXX. Jer. XLVIII, 6. Iob. XI, 12), animal libertatis amans et indomitum (Gen. XVI, 12. Iob. XXXIX, 5), quocum homines comparantur ratione feritatis indomitae, libidinis, pervicaciae, neque non stoliditatis et vecordiae. Gen. l. c. de Ismaële: *et ipse erit* פֶּרֶא אָדָם *onager hominum*, ferus instar onagri. Jer. II, 24: *onager* (int. femellam) *assuetus deserto in libidine sua aërem captat*, quibus verbis libido, qua populus in idola flagret, comparatur cum libidine et coëundi ardore onagri feminae cf. Plin. 8, 30. Hos. VIII, 9 de Ephraimitarum pervicacia, qui sui cerebri homines aliena monita spernentes, Assyriam petant: כִּי הֵמָּה עָלוּ אַשּׁוּר פֶּרֶא בּוֹדֵד לוֹ *hi enim ascendunt in Assy-*

---

*) ܩܪܥܘܢܐ, quo lexx. carent, est dimin. ab arab. قرع cucurbita.

**) ܒܝܥܐ ܡܪܝܪܐ Cast. p. 520 ex BB. explicat cucumis sylvestris [immo: cucumeres sylvestres]. Eodem modo scribit lex. Adl. hac addita explicatione: ورم في اصول الاذن *tumor in radicibus auris*, quae vis vocis haud dubie a similitudine colocynthidis petita est. Quae sequuntur verba C. a Lengerke (de Ephr. Syri arte hermen. p. 238) male explicavit: ,,*unde emanant succus* (sic) *salutares* (אסותא) *et medicina*, *quae* (stomachum) *liberat et purgat*.'' Nihil ibi de *succo emanante*, ܐܣܘܬܐ sunt *medici*, non medicamenta, ܓܘ autem i. e. *medium*, *internum* h. l. est *ἐντεριώνη* medulla. Vide Diosc. l. c. de colocynthide: *δύναμιν δὲ ἔχει ἡ μὲν ἐντεριώνη τοῦ κάρπου καθαρτικήν*. — Non magis accuratum, quod paullo post ܐܢܫܝܢ ܥܡܘܢܝܐ transfertur: *homines rustici*.

riam, ut *onager sui cerebri* (pr. separatus s. solus sibi i. e. suam tantum voluntatem secutus, contumax, pervicax, nostr. der seinen Kopf *für sich* hat, eigensinnig, widerspenstig), cf. locutionem Arabum, qui hominem pervicacem, aliena monita spernentem per proverbium appellant عيير وحده, جحيش وحده, حجيش وحده, *pullus onagri* (lalisio), qui *sibi solus* est, v. Damirium ap. Boch. Hieroz. II, 231. Schult. ad Iob. p. 294. Denique ad vecordiam onagri spectant haec Iob. XI, 12: וְאִישׁ נָבוּב יִלָּבֵב וְעַיִר פֶּרֶא אָדָם יִוָּלֵד *sed homo cavus* i. e. stupidus *mente caret et* ut *pullus onagri homo nascitur* (cf. de stupore asini et asinae Burckhardt arabic proverbs no. 41. 425). Olim in Syriae desertis repertus est onager (v. Rauwolf itin. Argent. 1584 p. 65), nunc in Asia occidentali rarissimus in Mesopotamia, Persia et Tartaria deprehenditur, v. PALLAS in Actis Acad. scientiarum Petrop. anni 1777. KER PORTER travels l. c., qui imaginem huius ferae exhibuit p. 459, quacum prorsus convenit vivum exemplar, quod anno 1835 in hortis zoologicis Londinensibus oculis usurpavi. Plura dabunt Bochartus II, p. 214 sqq. Lips. ibique Rosenm., adde huius bibl. Alterthumskunde IV, 2 p. 158. Ceterum falluntur, qui פֶּרֶא et עָרוֹד ita distinguunt, ac si diversa animalia, unum *onagrum*, alterum *hemionum* s. mulum ferum, significarent (Oedmann verm. Sammlungen 2, 1. Michaëlis suppl. p. 1969); istae enim voces prorsus synonyma sunt (Iob. XXXIX, 5), nisi quod עָרוֹד, quod Hebraei cum Syris commune habent, recentioris Hebraismi est.

פִּרְאָם (i. q. פִּרְאָן onagro similis i. e. ferus, indomitus) n. pr. regis Cananaei Jos. X, 3.

פֹּארָת pro פֹּארֹת rami, v. פֹּארָה.

פַּרְבָּר 1 Par. XXVI, 18 et **פַּרְוָר**, unde pl. פַּרְוָרִים 2 Reg. XXIII, 11, utroque loco dicitur de parte quadam atriorum templi Salomonei. Vulg. in Parall. *cellulae*, neque male: enim agitur de ianitoribus et atriorum custodibus in templo deque loco in atriis iis assignando. Altero loco Josias rex removisse dicitur equos Soli sacros, quos Judae reges collocaverint מִבֹּא בֵית יְהוָה אֶל לִשְׁכַּת נְתַן־מֶלֶךְ הַסָּרִיס אֲשֶׁר בַּפַּרְוָרִים *ab introitu templi in cellulam Nathan-Melechi eunuchi, quae in Parwarim* i. e. porticibus. Nam פַּרְוָר ad litteram respondet Persico فروار, فرواره, پرواره, پروار, neque non فروال, فروانه, quod *domum aestivam* significat s. *diaetam, quae ab omni parte aperta lucem aeremque admittit* a فر splendor, lux et terminatione adiectiva وار, بار, germ. *bar*, aliquid habens, possidens (cf. פַּרְבָּר). Intelligendae igitur *porticus apertae*, quae templi atria cingebant, ex quibus introitus erat in cellulas (לְשָׁכוֹת q. v.). In Targg. et Talmude פַּרְוָרִין et פַּרְוִילִין dicitur de *suburbiis* locisque urbi vicinis, pro מִגְרָשִׁים Lev. XXV, 34. Num. XXXV, 2 Jon., pro אִיִּים Ez. XXVI, 15. 18, de suburbiis Hierosolymorum Gitt. fol. 8, 2, cuius rei caussa in eo quaerenda videtur, quod ut apud nos ita in Oriente suburbia urbium maiorum *villis domibusque aestivis* nobiliorum constare solent: ipsa tamen *suburbii* significatio duobus illis V. T. locis nullo modo adhiberi potest, ut fecerunt Hebraei. Vide quae de hoc vc. docte disputat HAMAKERUS in miscell. Phoen. p. 200. 201, quem sequi nil dubitavi, cf. Bocharti Hieroz. I, 143. II, 559 Lips. — Böttcherus (specc. p. 347 ad Ez. XLI, 12) aedificium *separatum* intelligit *suburbio* simile.

פָּרַד 1) *disrupit, diffregit, rumpendo separavit.* Haec enim est primigenia potestas bilitteri פר, cf. פָּרַר, פָּרַם, פָּרַס, פָּרַק, פָּרַץ, פָּרַשׂ, פָּרַט, quae varie transfertur ad dispergendi (פָּרַט, פָּרַץ), dissolvendi (פָּרַע), erumpendi (פָּרַח), pandendi (פָּרַשׂ, פָּרַשׁ, פָּרַד), denique iudicandi (פָּרַז) significatus. Similis potestas est syllabae בר, cf. בָּרָא, בָּרַר, בָּרָה, בָּרַח, בָּרַשׁ. Arab. فرد I. IV. V. VII. separatus, solus fuit, separatim egit in aliqua re. II. X. secessit et segregavit se a ceteris, solitudinem captavit. Syr. ܦܪܰܕ separavit, seiunxit. Chald. פְּרַד separavit, disiunxit, unde apud Grammaticos שֵׁם נִפְרָד nomen disiunctum i. e. absolutum (opp. constructo), פרדי singularis, individuus arab. فرد.

2) *expandit*, v. c. alas. Ez. I, 11. Unde syr. ܦܪܰܕ volavit, et cito aufugit. Cf. פָּרַח.

3) *sparsit* i. q. פָּרַט, unde פְּרֻדוֹת.

Niph. 1) *separavit se.* 2 Sam. I, 23: וּבְמוֹתָם לֹא נִפְרָדוּ *etiam mortui non separati sunt.* Gen. II, 10 de fluvio ex Eden egrediente: וּמִשָּׁם יִפָּרֵד וְהָיָה לְאַרְבָּעָה רָאשִׁים *et inde separavit se* i. e. divisit se *in quattuor capita* (brachia). Sq. מִן Iud. IV, 11. Prov. XIX, 4 et מֵעַל Gen. XIII, 9. 11. 14 *ab* aliquo. Praegnanter dictum est Gen. XXV, 23: *duo populi* מִמֵּעַיִךְ יִפָּרֵדוּ *ex visceribus tuis egressi separabunt se.* Part. נִפְרָד separans se ab aliis, aliorum contemtor fastidiosus, sibi soli vivens (nostr. Sonderling) Prov. XVIII, 1. (LXX. ἀνὴρ χωρίζεσθαι βουλόμενος ἀπὸ φίλων). Cf. illud Hoseae (VIII, 9): פֶּרֶא בּוֹדֵד לוֹ. — 2) *dispersit se.* Gen. X, 32: מֵאֵלֶּה נִפְרְדוּ הַגּוֹיִם *ab his disperserunt se gentes* i. e. ortae sunt et in varias terrae partes discesserunt. Audacius etiam Comm. 5: מֵאֵלֶּה נִפְרְדוּ אִיֵּי הַגּוֹיִם ab his ortae sunt insulae gentium i. e. incolae earum.

Pi. intrans. *secessit* cum scortis Hos. IV, 14. (Arab. فرّد in bonam partem: secessit devotionis caussa). — *Pu. separatus, singularis* Esth. III, 8 (cf. Prov. XVIII, 1).

Hiph. 1) *separavit*, sq. acc. Gen. XXX, 40. Prov. XVI, 28. XVII, 9, sq. בֵּין (cf. הִבְדִּיל בֵּין) Ruth I, 17. 2 Reg. II, 11. Prov. XVIII, 18. — Sq. מִן separavit *ab* aliqua re Ex. V, 4 cod. Sam. (ubi textus hebr. תַּפְרִיעוּ). — 2) *dispersit* Deut. XXXII, 8.

Hithpa. 1) *se separare, seiungere.* Ps. XXII, 15: הִתְפָּרְדוּ כָּל־עַצְמוֹתָי. — 2) *dispergi* Iob. IV, 11. Ps. XCII, 10.

פֶּרֶד c. suff. פִּרְדּוֹ pl. פְּרָדִים cstr. פִּרְדֵי m. *mulus* 2 Sam. XIII, 29. XVIII, 9. 1 Reg. X, 25. XVIII, 5. 2 Reg. V, 17. 1 Par. XII, 40. 2 Par. IX, 24. Esr. II, 66. Ps. XXXII, 9. Jes. LXVI, 20. Ez. XXVII, 14. Zach. XIV, 15. Hebraei mulum ita dictum volunt בעבור שלא הוליד והוא נפרד *quippe qui non generet et separatus* (caelebs) *sit*, Bochartus (Hieroz. I, 213 Lips.) ,,quia natus sit ex parentibus qui a consorte naturali *separati* cum alienis copulentur.“ Utrumque longius petitum est, et equidem פֶּרֶד a celeritate fugae et cursus dictum putem coll. ܦܪܰܕ avolavit, *fugit* Aph. fugavit, cf. פֶּרֶא. In linguis indogerm. vide an eiusdem originis sint *veredus*, *Pferd*.

פִּרְדָּה f. *mula* 1 Reg. I, 33. 38. 44.

פְּרֻדוֹת pl. f. *grana* frumenti pro semine *sparsa* Joël I, 17. Bene Aben Esra: גרגרות החטה והשעורה. Abulw. grana seminando disiecta. (Syr. ܦܪܕܬܐ Mt. XIII, 31. XVII, 20. Mc. IV, 31. Luc. XIII, 19, de grano sinapi. Lex. Adl. male ܦܪ̈ܕܬܐ. Talmud. פֶּרֶד granum malorum Punicorum, nisi potius est pars mali Punici dissecta v. Buxt. p. 1799. 1800).

פְּרוּדָא (granum) n. pr. viri Esr. II, 55, pro quo פְּרִידָא Neh. VII, 57.

* * *

פַּרְדֵּס m. *hortus*, *arboretum*. Cant. IV, 13: פַּרְדֵּס רִמּוֹנִים *hortus malogranatorum*. Neh. II, 8: שֹׁמֵר הַפַּרְדֵּס *custos arboreti* i. e. silvarum regiarum (Forstaufseher). Pl. Eccl. II, 5: *feci mihi* גַּנּוֹת וּפַרְדֵּסִים. (In Targg. et Talmud. id. Respondet gr. *παράδεισος*, vc. proprium de arboreto et vivario, quod arcem regiam veterum Persarum cingere solebat, v. Xenoph. Cyrop. 1, 3. 5. 12. Oecon. 4, 13. Diod. 16, 41. 18, 36. Sturzii lex. Xenoph. h. v. Brisson. de regio Persarum principatu p. 52. 53, apud LXX pro פַּרְדֵּס ll. cc., pro גַּן Gen. II, 8 sqq. III, 1 sqq. XIII, 10. Num. XXIV, 6. Jes. LI, 3. Ez. XXVIII, 13. XXXI, 8. 9. Joël II, 3, גַּנָּה Jes. I, 30, adde Sir. XXIV, 31. XL, 19. 30. Sus. 4. 8. 15. 17 al. Utriusque vocabuli, Hebraei et Graeci, origo in vetere lingua Persica quaerenda est. Licet enim in recentiore lingua usus eius perierit (adeo Luc. XXIII, 43 pro gr. *παράδεισος* in Vers. pers. est بهشت), tamen lingua Armenica (պարտէզ *pardes* hortus domui propinquus, quod Schroeder in thes. ling. arm., diss. p. 56, male explicat պարտ ւէզ necessaria gramina s. olera), Arabica (فِرْدَوْس pl. فَرَادِيس i. e. hortus vallisve varias plantas, etiam vites continens, v. Kamus I, p. 784 Calc., qui vocem ex Graeco vel Syriaco petitam esse coniicit), Syriaca (ܦܪܕܝܣܐ hortus, ܦܪܕܝܣܢܐ custos horti, hortulanus) eam servarunt, aptumque eius etymon offert lingua Sanscritica, in qua *paradêça* non solum (ut Tuchius affirmat, ad Gen. p. 69) *regionem aliam* i. e. peregrinam significat, sed etiam *optimam*, *eximiam* (das *ausser*ordentliche, *ausser*gewöhnliche), quam vim praeverbium *para* in multis nominibus habet, veluti *parabhâga* fortuna bona, eximia, *parabrahma* de summo numine, *parapada* status eximius, altus, licet ipsum compositum in lexx. non annotetur, qua de re Bohlenius in observatt. posthumis: ,, Es ist ein wenig viel verlangt und ohne hinlängliche Kenntniss der Verhältnisse, wenn man für die Zulässigkeit einer Etymologie aus dem Sanscrit erfordert, dass die biblische oder griechische *Form* und *Bedeutung gerade so* noch jetzt ein paar Jahrtausende später in den Lexicis hübsch bequem und fertig vorliegen soll; glücklich wenn so Passendes vorliegt als hier bey *paradêça*.“ — De usu vocis Hebraeae et graecae in re dogmatica de sede beatorum in coelo v. intpp. ad Luc. XXIII, 43 et lexx. in N. T.

פָּרָה (rarius פָּרָא q. v.) 1) *ferre*. (Praeter veterum Semitarum linguam haec radix late regnat in linguis indogerm., v. sanscr. *bhri* ferre, zend. *bara* fer v. Burnouf in Journal des Savans 1833, p. 507, pers. بار onus, بردن ferre, armen. բերել *bier*-il ferre, gr. *φέρω*, *βάρος*, *βαρύς*; lat. *fero*, porto, goth. *bair*-an, angl. to bear, trans. to burden, germ. ant. bären. Alias formas v. litt. b.). Inde a) *fructum tulit* arbor, planta. Jes. XI, 1. Metaph. Jes. XLV, 8: יִפְרוּ יֶשַׁע *fructifera sit salus omnigena*. Part. Deut. XXIX, 17: שֹׁרֶשׁ פֹּרֶה רֹאשׁ *radix ferens venenum*, fem. גֶּפֶן פּוֹרִיָּה vitis fructifera Ps. CXXVIII, 3. Jes. XXXII, 12. Ez. XIX, 10, ellipt. פֹּרִיָּה Jes. XVII, 6 et פֹּרָת (pro פֹּרָה) *fructifera* sc. arbor Gen. XLIX, 22. b) *fetum protulit*, de hominibus et bestiis, *fecundus fuit* Gen. XXVI, 22. Ex. XXIII, 30, plerumque copulatur cum רָבָה, ut Gen. I, 22: פְּרוּ וּרְבוּ וּמִלְאוּ אֶת־הַמַּיִם. 28. VIII, 17. IX, 1. 7. XXXV, 11. XLVII, 27. Ex. I, 7. Jer. III, 16. XXIII, 3. Ez. XXXVI, 11. (Cf. pers. بار fructus, goth. *bairan* gebären, *barn* fetus. Sed ex parte hunc significatum in linguis indogerm. peculiaribus formis exprimunt, lat. *pario* fetum et fruges, *fruor*, *fruges*, *fructus*, germ. *Börde* regio fertilis. In semiticis est ܦܪܐ fecundus fuit, Aph. fecundavit, ܦܪܝܐ progenies, ፈረየ: fructum tulit, ፍሬ: fructus).

2) *ferri, cito ferri, currere*, de curru (nostr. *fahren*, chald. פְּרָא cucurrit), unde אַפִּרְיוֹן ferculum, lectica. Cf. פֶּרֶא, פָּרָא.

Hiph. apoc. וַיֶּפֶר *fecundum reddidit*, multa *prole auxit* Gen. XVII, 6. 20. XXVIII, 3. XLI, 52. XLVIII, 4. Lev. XXVI, 9. Ps. CV, 24. Saepe copulatur cum הִרְבָּה.

פֶּרֶה i. q. פֶּרֶא onager, v. פֶּרֶא.

פֵּרָה mus, v. rad. פָּאַר.

פֻּרָה (i. q. פֹּארָה ramus) n. pr. viri Iud. VII, 10. 11.

פְּרִי in Pausa פֶּרִי Jer. XII, 2. XVII, 8, c. suff. פִּרְיוֹ, פִּרְיוֹ, sed פֶּרְיְךָ, פֶּרְיְכֶם Hos. XIV, 9. Ez. XXXVI, 8, et פִּרְיָהֶם, פִּרְיָהֶן Am. IX, 15. Jer. XXIX, 28 m. *fructus*, saepe collect., pluralis enim (talmud. פירים, פירות) in V. T. non legitur. 1) pr. plantarum, arborum. פְּרִי עֵץ fructus arboris Gen. I, 29. Exod. X, 15. Lev. XXIII, 40; עֵץ פְּרִי arbor fructifera Gen. I, 11. פְּרִי מְגָדִים collect. fructus praestantissimi Cant. IV, 13. 16. פְּרִי הָאָרֶץ fructus, proventus terrae Num. XIII, 26 (cf. 24) Deut. I, 25. Jes. IV, 2 (parall. צֶמַח יי): sed פְּרִי הָאֲדָמָה definitius sunt fruges agri Gen. IV, 3. Deut. VII, 13. XXVI, 2. 10. XXVIII, 4. 18. 33. 42. 51. XXX, 9. Ps. CV, 35. Jer. VII, 20. Mal. III, 11, et ita פְּרִי Ps. LXXII, 16. אֶרֶץ פְּרִי terra frugifera Ps. CVII, 34. De arbore agrove fructum producente dicunt: עָשָׂה פְּרִי *fructum fecit* (v. עָשָׂה no. 2, c), נָשָׂא פְּרִי Ez. XVII, 8. XXXVI, 8. Joël II, 22, נָתַן פְּרִי Lev. XXV, 19. XXVI, 20. Ps. I, 3. Zach. VIII, 12. Metaph. dicitur de *fructu* s. proventu et effectu laborum studiorumque humanorum, proprio significatu vel servato (Jes. III, 10: *fructus operum vestrorum comedetis* i. e. experiemini. Prov. I, 31. Hos. X, 13) vel neglecto. Sic *fructus manuum* est lucrum Prov. XXXI, 16, sed Comm. 31 laus, praemium laboris, *fructus oris* i. q. sermo (isque probus, verus) Prov. XII, 14. XIII, 2. XVIII, 20, *fructus linguae* id. ib. XVIII, 21, *fructus* bene vel male factorum Jes. III, 10. Jer. XVII, 10. XXI, 14. XXXII, 19. Mich. VII, 13, de praemio Jes. XXVII, 9. Am. VI, 12. Prov. XI, 30. Ps. LVIII, 12: אַךְ פְּרִי לַצַּדִּיק, et de poena Jer. VI, 19. *Fructus sapientiae* esse dicuntur opes, honor, iustitia Prov. VIII, 19 cf. 18, *fructus superbiae* dicitur de iactatione Jes. X, 12. — Singulare est Ps. CIV, 13: מִפְּרִי מַעֲשֶׂיךָ תִּשְׂבַּע הָאָרֶץ, quod vulgo cum Kimchio explicant: *fructu operis tui* (nubium) i. e. pluvia *satiatur terra*, sed vide possitne פְּרִי abstr. *fecundationem* (Befruchtung) significare, פְּרִי מַעֲשֶׂיךָ *fecundationem a te factam* i. e. datam, coelitus demissam. Cf. פֶּרַח flos, et abstr. efflorescentia (das Blühen, die Blüthe).

2) פְּרִי בֶטֶן *fructus uteri*, vide בֶּטֶן no. 2, et sic simpl. פְּרִי i. q. זֶרַע de hominibus Ps. XXI, 11, et bestiis Jes. XIV, 29. Etiam עָשָׂה פְּרִי reperitur a plantis ad homines translatum 2 Reg. XIX, 30. Hos. IX, 16. Jer. XII, 2. (Arab. ثَمَرَةٌ fructus dr. de liberis).

אַפִּרְיוֹן Cant. III, 9 *lectica, lectus gestatorius* vix diversus a מִטָּה Comm. 7. LXX. φορεῖον (lectica Athen. 5, 5). Vulg. *ferculum*, sed Pesch. ܦܘܪܝܐ solium. Kimchi: מטה שנשאים בה כלות lectus in quo gestantur sponsae. Ipso אַפִּרְיוֹן Talmudistae utuntur de lecto nuptiali (quo modo intelligunt etiam Cant. l. c.) Sota fol. 12, 1 ibique Wagenseil p. 260. Baba mezia extr., cognata sunt אַפּוּרְיָא lectus Sanhedr. 109, 2 et פּוּרְיָא lectus Chethub. 10, 2. Gittin 69, 1. Targ. Cant. I, 6 pro hebr. עֶרֶשׂ, cui congruunt syr. ܦܘܪܝܐ l. Adl. سرير صغير lectus parvus, ܦܘܪܝܘܢ ibid. سرير lectus, lectica, solium ܦܘܪܝܬܐ ibid. أسرّة lecti. De origine alii (Hieron. ad Jes. VII, 14, Cohen de Lara, A. Th. Hartmann) ita statuunt, ut hoc vc. a gr. φορεῖον petitum existiment, alii radicem ponunt פָּרָה fecundus fuit, על שם שפרין ורבין עליה *quoniam super eo fecundi sint et multiplicentur* (Chethub. l. c.): sed Cant. l. c. *torus nuptialis* minus aptus est quam *lectus gestatorius*: malo igitur rad. פָּרָה accipere signif. 2 (*cito ferri, currere* coll. פֶּרֶא, פָּרָא), sicut *currus* dicitur a currendo, τρόχος a τρέχειν, φορεῖον, *ferculum* a φέρω, *fero*.

אֶפְרָתָה, אֶפְרַיִם v. p. 141.

* * *

פַּרְוַיִם n. pr. regionis auriferae 2 Paral. III, 6. Bochartus (Can. 1, 46) eandem esse affirmat atque Ophiram i. e. Taprobanen. Magis placet *Wilford* (Asiat. Researches VIII p. 276), qui universe *regiones orientales* interpretatur, a sanscr. *pûrva* prior, anterior, orientalis. Ad formam cf. סְפַרְוַיִם.

פַּרְוָר v. פַּרְבָּר.

פָּרַז verb. inusit. Arab. فرز segregavit, discrevit. Abulph. dyn. 34. 446. Conj. III. IV. id. Sed Conj. II. modum praescripsit, *statuit, conclusit*. Eiusdem originis est atque verba פָּרַד, פָּרַשׂ, פָּרַץ: secandi autem et dirimendi vis translata est ad *iudicandi* significatum, minime, ut nuper voluerunt, ad vim nullis finibus circumscriptam (unumschränkte, souveräne Gewalt). Accedit *expandendi* potestas (coll. פָּרַשׂ) in פְּרָזָה, פְּרָזִי. Inde

פָּרָז m. *dux, praefectus* militum (pr. i. q. שֹׁפֵט, מְחֹקֵק). Hab. III, 14. Alex. δυνάσται ἄλλ. ἀρχηγοί. Vulg. bellatores. Pesch. ܡܕܒܪܢܘܗܝ.

פְּרָזוֹן abstr. *iudicium, imperium*. Iud. V, 11: *ibi celebrent iustitiam Jovae* צִדְקֹת פִּרְזוֹנוֹ בְּיִשְׂרָאֵל *iustitiam imperii eius in Israële*. Inde concr. pro *imperatores, duces*, sq. plur. Iud. V, 7: חָדְלוּ פְרָזוֹן בְּיִשְׂרָאֵל *feriabantur* otiosi erant *duces in Israël*. LXX. Vat. ἐξέλιπον δυνατοὶ ἐν Ἰσραήλ, al. codd. οἱ κρατοῦντες, al. οἱ κατηγοῦντες, unde fortasse ortum κατοικοῦντες quod in aliis iisque pluribus est. Vulg. fortes in Israël. Ex Rabbinis ita R. Jesaias. (Targ. קִרְוֵי פַצְחַיָּא urbes pagorum, Pesch. ܦܨܚܝܐ planities, quod nuper probavit Studerus, hoc modo: *feriabantur vici* i. e. deserti erant et incolis vacui.

Inesse videtur haec sententia in 4 codd. scriptura פְּרָזוֹת, sed פְּרָזוֹן non aliter accipi poterit atque Comm. 11, illaque interpretatio ad contextum longe accommodatior est: *feriabantur* vel *deerant duces ..... donec ego surgerem).*

פְּרָזָה, nonnisi pl. פְּרָזוֹת *regiones planae* (arab. فَرْزٌ planities), *rus* apertum, expansum (v. rad.), opp. urbibus. Ez. XXXVIII, 11: אֶרֶץ פְּרָזוֹת *terra plana*, cf. quae sequuntur: *quae sine muris, vectibus et portis est.* Esth. IX, 19: עָרֵי הַפְּרָזוֹת, quod Kimchi explicat עָרֵי הַמִּישׁוֹר, opp. metropoli Comm. 18. Zach. II, 8: פְּרָזוֹת תֵּשֵׁב יְרוּשָׁלַיִם Vulg. *absque muro habitabitur Jerusalem* i. e. propter incolarum multitudinem moenibus cingi non poterit. Abulw. פרזות explicat: البسايط غير المحصنة وغير المسورة *loca aperta non munita et muro carentia.*

פְּרָזִי m. *rusticus*, qui in *rure* habitat. Collect. Deut. III, 5: עָרֵי הַפְּרָזִי. 1 Sam. VI, 18: כֹּפֶר הַפְּרָזִי *vicus rusticorum.* Plur. Esth. IX, 19: הַיְּהוּדִים הַפְּרָזִים, sed Chethibh הַפְּרוּזִים.

פְּרוֹזִי v. פְּרָזִי.

פְּרִזִּי (i. q. פְּרָזִי paganus, rusticus) n. pr. LXX. Φερεζαῖος, Vulg. *Pherezaeus*, collect. *Pheresaei*, gens Cananaea habitans in montanis, quae postea Ephraimitis et Judaeis cesserunt (Jos. XI, 3. XVII, 15. Iud. I, 4. 5), Cananaeis strictius dictis vicina (Exod. XXIII, 23. Iud. l. c.). *Cananaei* et *Pheresaei* pro omnibus gentibus Cananaeis poni videntur Gen. XIII, 7. XXXIV, 30, alibi Pheresaei memorantur una cum multis aliis eius stirpis gentibus Gen. XV, 20. Exod. III, 8. 17. XXXIII, 2. XXXIV, 11. Deut. VII, 1. XX, 17. Jos. III, 10. IX, 1. XII, 8. XXIV, 11. Iud. III, 5. 1 Reg. IX, 20. Esr. IX, 1. Neh. IX, 8.

* * *

פַּרְזֶל st. emph. פַּרְזְלָא m. chald. i. q. hebr. בַּרְזֶל (q. v.) *ferrum.* Dan. II, 33—45. IV, 20. V, 4. 23. VII, 7. 19.

פָּרַח 1) *erupit, prorupit* a) de pullo prorumpente. (Arab. فَرَخَ Conj. II. pullum produxit ovum, pullos genuit avis. IV. id. أفرخت البيضة ovum prorumpere fecit i. e. emisit pullum, unde فَرْخٌ pullus). Inde פִּרְחָח, אֶפְרֹחַ. — b) *pullulavit*, gemmas, folia emisit arbor Hab. III, 17, vitis Gen. XL, 10. Cant. VI, 11. VII, 13, virga Num. XVII, 20. 23, desertum Jes. XXXV, 2. (Arab. فَرَخَ pullulavit, propagines emisit planta, فرخ الشجرة ramus arboris). Metaph. *a*) de hominis gentisve statu florente et vigente, Hos. XIV, 6: יִפְרַח כַּשּׁוֹשַׁנָּה *florebit* Israël *instar lilii.* 8. Prov. XI, 28. Jes. LXVI, 14. Ps. XCII, 8. 13, et sine comparatione Ps. LXXII, 7: יִפְרַח בְּיָמָיו צַדִּיק. Jes. XXVII, 6. *β*) Hos. X, 4: *efflorescet instar papaveris poena*, cf. Ez. VII, 10. — c) *prorupit, erupit* lepra, ulcus Ex. IX, 9. 10. Lev. XIII, 12 sqq. XIV, 43.

2) *volavit*, quod quomodo cum signif. 1 conciliandum sit v. ad rad. נָצַץ. (Chald. פְּרַח volavit, avolavit, פַּרְחָא volucris, syr. ܦܪܚ id. Aph. avolare fecit, ܦܪܚܬܐ avis, volucris). Part. פֹּרְחוֹת volatrices i. e. aves (v. syr.). Sic Ez. XIII, 20: *ecce adoriar pulvillos vestros quibus incumbentes vos* מְצֹדְדוֹת אֶת־הַנְּפָשׁוֹת לְפֹרְחוֹת *venamini animas instar avium, ... dimittam animas, quas animas vos venati estis* i. e. cepistis לְפֹרְחוֹת *instar avium.* Nam לְ h. l. est comparantis, v. לְ A, no. 13 extr. maxime formulam יָצָא לַחָפְשִׁי, cui h. l. respondet שַׁלַּח לְפֹרְחוֹת dimisit instar avium captarum. Plerique לְפֹרְחוֹת explicant לִהְיוֹת פֹּרְחוֹת vel: *ut advolent* (Kimchi, Rosenm.), vel *ut avolent* (Maurer), quod quidem posterius extremo commate satis aptam sententiam efficit, sed minus aptam ubi primum legitur et hanc ipsam ob caussam, ut videtur, ab Alex. et Syro omissum est. Verumtamen illa ipsa ellipsis (לְפֹרְחוֹת pro לִהְיוֹת פֹּרְחוֹת = לְמַעַן תִּפְרַחְנָה) dura est et nescio an simili exemplo careat.

Hiph. 1) *efflorescere fecit* segetem Jes. XVII, 11, arborem Ezech. XVII, 24. 2) *gemmas flores*que emisit arbor Ps. XCII, 14. Iob. XIV, 9. Metaph. Prov. XIV, 11. — Ad Hiph. referenda etiam cod. Sam. scriptura כאפרחת (כְּאַפְרַחַת) Gen. XL, 10 pro כְּפֹרַחַת. Sequitur ea Samaritanorum usum, qui hoc verbum in Aph. frequentasse videntur, v. Vers. Sam. Lev. XIII, 12. Num. XVII, 8 et h. l., ubi etiam Onk. כַּד אַפְרַחַת.

פֶּרַח, in Pausa פָּרַח Ex. XXV, 33. XXXVII, 19 *flos* Num. XVII, 23. Jes. V, 24. XVIII, 5, etiam arte factus Exod. XXV, 31—34. XXXVII, 17. 20. Num. VIII, 4. 1 Reg. VII, 26. Abstr. efflorescentia, viror Nah. I, 4.

פִּרְחַח (11 codd. ap. J. H. Mich. per Patach, 13 codd. פרחה per He) m. *proles* bestiarum, contemtim de hominibus vilissimis (Brut) Iob. XXX, 12 cf. זֶרַע Jes. I, 4. „Suspicor ductum a *pullo*, qui فرخ Arabibus. Id frequentatur pro eo quem σκότιον ἐγείνατο μήτηρ. Nawab. وقع البارخ في اليافوخ اهون من ولاية بعض الفروخ *incussio bipennis in cerebrum levior prae imperio unius ex pullis.* Notat ibi Zamachsj. العرب يقولون فلان فرخ من الفروخ يريدون ولد الزنا ويجوز ان يراد بالفروخ الصبيان لانه لا خير في رايهم *Arabes dicunt, Ille est pullorum aliquis, scortatione natum notantes. Fieri etiam potest ut pueri intendantur, quorum consilium nihili est ....* In Camus etiam extat الفرخ ولد الطاير وكل من الحيوان والنبات والرجل الذليل المطرود *appellatur* פרח *pullus avium omnisque soboles qua animantis qua plantae. Item vir contemtus et vagabundus.*" Schult. ad l. c. Kimchi: הקטנים והנערים.

פָּרוּחַ (florens) n. pr. viri 1 Reg. IV, 17.

אֶפְרוֹחַ m. *pullus* avium, pl. Deut. XXII, 6. Iob. XXXIX, 30. Ps. LXXXIV, 4. Vide ad rad. 1, a. LXX. *νεοσσοί*.

פָּרַט pr. *sparsit*, *dispersit* (v. פָּרַט, vic. radd. פָּרַס, פָּרַד), inde sparsit s. *iactavit verba*, *effutivit* (cf. arab. نثر sparsit it. multam profudit orationem, garrivit, نثر, نيثران, منثر multiloquus, garrulus, et ipsum فرط negligenter et inconsiderate egit, insolens fuit in verbis. II. IV. properavit, oblitus est). Am. VI, 5: הַפֹּרְטִים עַל פִּי הַנָּבֶל *garrientes* (ineptientes i. e. inepta et nugas canentes) *ad vocem nablii*, die da faseln zum Ton der Harfe. Vulg. canentes. LXX. *ἐπικροτοῦντες* (vitiose Vat. *ἐπικρατοῦντες*), Pesch. ܢܩܫܝܢ, non bene, non enim pulsant (fides) *ad vocem* nablii, sed *cantant* ad vocem s. modos eius. In eo quod supra de etymo dixi, Abulwalidem secutus sum, cuius haec sunt verba: ופרט כרמך לא תלקט هو الحب المنتثر والمفترق من العناقيد في حين القطاف مجانس لقول الاوايل כלל ופרט ولقولهم ايضا מגרגר באשכל ופורט ברמון وابين ما يكون في هذا المعنى قولهم איזהו פרט הנושר בשעת הבצירה فقد فسروه بقولهم هذا فاما ترجمة اللفظة فهي النثر ..... فكذا تسمى العرب ما انتثر من الشى ومن هذا المعنى عندى הפרטים על פי הנבל لنثرهم الكلام وتقنيعهم النجس وما يبعد ان يقال انهم الفارطون وهم الذى يرتجلون الشعر اى الذى يشعرون ارتجالا من غير روية i. e. פֶּרֶט (Lev. XIX, 10) بل هذا عندى اقرب ما يقال فيه *sunt acini sparsi et decidui de racemis tempore vindemiae. Cognatum est talmud.* כלל ופרט *generale et speciale*, *et hoc* (Maas. c. 3): qui singula grana racemi et mali Punici legit (der die Traube einzeln abbeert und den Granatapfel einzeln auskernt), *et dilucidius etiam* (Peah 7): quid est פרט? quod decidit tempore vindemiae, *quod interpretantur ex hac eorum locutione. Quod ad propriam significationem vocis attinet*, פרט *est i. q. arab.* نثر, *quo Arabes designant quidquid sparsim decidit de aliqua re; et inde mihi explicanda videntur verba* (Am. VI, 5): הפרטים על פי הנבל, *quoniam spargunt s. iactant verba et recitant inepta. Neque veri dissimile est*, פֹּרְטִים *esse i. q.* فارطون *praecipites in loquendo h. l. de iis qui ex tempore et temere proloquuntur carmina. Imo hoc posterius maxime probabile videtur.* — Ad usum Talmudistarum quod attinet, פָּרַט apud hos est sigillatim fecit, unde פְּרָט, פֶּרֶט singulare, speciale, opp. כלל generali, פְּרוּטָא moneta parva (Scheidemünze): quae omnia ex dispergendi, dividendi significatu pendent. Ad Amosi verba haec ita transfert Rosenm., ut *divisim facere* in re musica pro *modulari*, *canere* (carmina dividere Hor. Carm. 1, 15, 14) dictum censeat: quod longe petitum est. Sed non magis placet Maurerus, qui פָּרַט interpretatur *disrumpere* fides (coll. פָּרַץ, פָּרַס, פָּרַשׁ) contemtim pro *carpere* fides: idem enim huic interpretationi obstat, quod supra Alexandrino interpreti opposuimus. Quis enim dicat: *carpere fides* ad vocem (ad modos) nablii i. e. fidium? *Ludendi* et *iocandi* vis in verbo פרט apud Talmudistas incerta est, v. Buxt. lex. p. 1811.

פֶּרֶט m. *sparsio*, concr. *sparsum*, *deciduum*. Lev. XIX, 10: פֶּרֶט כַּרְמְךָ *deciduum vineae tuae*, i. e. acini decidui in vinea, ut recte Targ. Pesch. Vulg. LXX. *ῥῶγες*. Talmudistae *singulos*, *binosve* acinos intelligunt, qui appellari possint פֶּרֶט *singulare* s. speciale, non ternos pediculo iunctos: sed hae argutiae sunt ex usu vocabuli Talmudico (de quo supra) petitae.

פָּרַךְ rad. inusit. quae 1) *confringendi* vim habuisse videtur (talm. פרק fregit nuces, coll. vic. פָּרַק), translatam illam ad oppressionem et tyrannidem (cf. פָּרִיץ), unde פֶּרֶךְ; 2) *separandi* vim (ut arab. فرق) unde פָּרֹכֶת.

פֶּרֶךְ in pausa פָּרֶךְ m. *oppressio*, *tyrannis* Ex. I, 13. 14. Lev. XXV, 43. 53. Ez. XXXIV, 4.

פָּרֹכֶת f. (Milêl, ut omnia huius formae nomina, non Milra, quam observationem Aben Esrae tribuit Fürstius) *velum*, *aulaeum*, quod in tabernaculo sancto et in templo Sanctum *separabat* a Sancto Sanctorum Exod. XXVI, 31. 33. 35. XXVII, 21. XXXV, 12. XXXVI, 35. XXXVIII, 27. XL, 3. 22. 26. Lev. IV, 17. XVI, 2. 12. 15. XXI, 23. XXIV, 3. Num. XVIII, 7. 2 Par. III, 14.

פָּרַם fut. יִפְרֹם *disrupit*, *laceravit* vestes Lev. X, 6. XIII, 45. XXI, 10. LXX. *διαῤῥήσσομαι*. Vulg. scindi (Talm. id. Syr. ܦܪܡ scidit, ܡܦܪܡܐ lacer, de veste).

* * *

פַּרְמַשְׁתָּא (auctore Ferd. Benaryo sanscr. *parameschta* superior) n. pr. filii Hamani Esth. IX, 9.

פַּרְנָךְ n. pr. viri Num. XXXIV, 25. Hamakerus (miscell. phoen. p. 199) censet esse Persicum *Pharnaces* (Herod. 7, 66. 9, 41), فرناك splendore s. magnificentia praeditus. Verum enimvero quum in Pentateucho Persicae originis nomen dubitationi obnoxia sit, equidem פַּרְנָךְ (r resoluto) ortum esse malim ex chald. פַּנַּק subsiliit, celeriter cucurrit, vel ex hebr. פִּנֵּק oblectavit.

פָּרַס *fregit* (cf. פָּרַשׁ no. 1), in hac locutione: פָּרַס לַחְמוֹ לְ fregit panem suum alicui i. e. tribuit pauperi de pane suo Jes. LVIII, 7, et omisso לֶחֶם Jer. XVI, 7, ubi agitur de epulis feralibus, quas amici et propinqui

lugentibus mittere solebant (לֶחֶם אֲנָשִׁים Ez. XXIV, 17. 22). Vide etiam: פֹּרֵשׂ לֶחֶם לְ Thren. IV, 4. (Syr. ܦܪܘܣܬܐ placenta, panis, spec. qui frangitur in eucharistia. Talmud. פְּרוּסָא frustum panis, quod pauperi datur).

Hiph. fidit, non nisi hac locutione הִפְרִיס הַפַּרְסָה, quae duplici modo usurpatur: a) pr. *fidit ungulam* i. e. ungulam habuit eamque *fissam*. Lev. XI, 4 de camelo: *hic enim ruminat* וּפַרְסָה אֵינֶנּוּ מַפְרִיס *sed ungulam non findit* i. e. non penitus fissam habet. b) universe: *ungulam habuit*, ubi additur, utrum fissa sit, an non (quo sensu denom. videtur a פַּרְסָה ungula, sive fissa sive non fissa, pr. ungulam fecit, produxit). Lev. XI, 3: כֹּל מַפְרֶסֶת פַּרְסָה וְשֹׁסַעַת שֶׁסַע פְּרָסוֹת *omnis* bestia *ungulam habens et findens fissuram ungularum*. 26. Comm. 7 de porco: מַפְרִיס פַּרְסָה הוּא וְשֹׁסַע שֶׁסַע פַּרְסָה *ungulas habet et findit fissuram ungulae.* Comm. 5. 6 de mure montano et lepore: *ruminat* וּפַרְסָה לֹא הִפְרִיסָה *sed ungulam non habet.* Deut. XIV, 7: מַפְרִיסֵי הַפַּרְסָה הַשְּׁסוּעָה *qui ungulam fissam habent.* Comm. 8. Sic Ps. LXIX, 32: פַּר מַקְרִין וּמַפְרִיס *taurus cornua et ungulas habens.*

פְּרַס chald. *divisit.* Part. act. pl. פָּרְסִין *dividentes* sc. sunt, dividunt. Dan. V, 25. Part. pass. Comm. 28: פְּרֵס פְּרִיסַת מַלְכוּתָךְ וִיהִיבַת לְמָדַי וּפָרָס *divisum*, id est *dividetur regnum tuum et dabitur Medis et Persis.* Theod. διῄρηται. Vulg. *divisum est.* Pesch. retinuit: ܦܪܝܣ, ܦܪܝܣܬ. Aben Esra: חלק. Taceo quaestionem criticam, an etiam Comm. 25 פְּרֵס legendum sit pro פַּרְסִין, unumque addo, hoc verbo ad *Persarum* nomen (פָּרָס) allusum esse videri. *Dividendi* et *distribuendi* vim, quam פרס apud Hebraeos in Kal habet, etiam Chaldaeis usitatum fuisse, arguit פְּרַס מְזוֹנָא 1 Sam. IX, 13 *distribuit cibum*, et subst. פְּרַס dimidium, dimidia pars. Frequentior quidem est *expandendi* significatio i. q. פָּרַשׂ, sed huic loco inepta. *Rumpendi* et *deiiciendi* potestas (stürzen), quam adhibet C. a Lengerke, idoneo fundamento caret: licet eam (שבר) probet etiam Pseudosaadias.


פֶּרֶס 1) i. q. פַּרְסָה *ungula*, unde פַּרְסֵיהֶן Zach. XI, 16.

2) *aquilae* species Lev. XI, 13. Deut. XIV, 12 (LXX. γρύψ. Vulg. gryphus. Arabes عقاب melanaetos. Sam. בואה accipiter), auctore Bocharto ea aquilae marinae species, quae *ossifragus*, *ossifraga* appellatur (Plin. H. N. 10, 3. 7. 30, 7. Lucret. 5, 1077. Isidor. Origg. 12, 7), arab. الكاسر fractor, كاسر العظام fractor ossium, gall. *orfraye*, v. Hieroz. II, 770 Lips.

פַּרְסָה f. *ungula*, eaque proprie fissa (v. rad. max. in Hiph.) Ex. X, 26 (cf. ad h. l. Bocharti Hieroz. 1, 446). Ez. XXXII, 13. Mich. IV, 13, dein etiam non fissa, velut equorum Jes. V, 28. Jer. XLVII, 3. Ezech. XXVI, 11. (Chald. dicitur etiam de planta pedis humani pro כַּף רֶגֶל Deut. XXVIII, 35. Jos. III, 13).

* * *

פָּרַס, in Pausa פָּרָס *Persia*, n. pr. nonnisi apud recentioris aetatis Hebraeos obvium Ezech. XXVII, 10. XXXVIII, 5. 2 Par. XXXVI, 20. 22. 23. Esr. I, 1. III, 7. IV, 3 spq. VI, 14. IX, 9. Esth. I, 3. 14. 18. 19. X, 2. Dan. VIII, 20. X, 1. 13. 20. XI, 2, chald. V, 28. VI, 9. 13. Persae recentiores patriae gentis nomen scribunt پارس, فارس, فرس, veteres in inscriptt. cuneatis *Pâraça*, *Pâraç*, v. Lassen über die keilförmigen Inschriften p. 150. 159. Idem in monumm. Aegyptiacis litteris hieroglyphicis scriptum reperitur hoc modo:



no. 1. PRS cum determinativo *terrae* vel regionis, no. 2. PRSO cum determinativo regionis peregrinae, inclusum margine idem significante (v. Champollion gramm. égypt. I, p. 150. 160). De origine nominis proprii nonnullas coniecturas indicasse sufficiat 1) a zend. *pârs* purus, splendidus; 2) a פָּרָשׁ, فَرَس *equus*, quia Persia equis ferax sit (contra alii equum a Persis nomen sortitum esse suspicantur, v. Pott. etym. Forschungen 1 p. LX), cf. Chardin Voyage dans la Perse ed. Langlès III p. 263. 366. Wahl Vorder- und Mittelasien I, 225 sqq. Tychsen in Heeren Ideen 1, 1 p. 627. Inde

פַּרְסִי n. gent. *Persa* Neh. XII, 22. Chald. emphat. פַּרְסָאָה Dan. VI, 29 Keri, Chethibh פרסיא.

פָּרַע 1) *solvit*, *dimisit.* (Chald. פְּרַע solvit, vel potius *persolvit, retribuit*, in Targg. pro hebr. שִׁלֵּם, גָּמַל. Syr. id. solvit, rependit, reddidit, pro ἀποδίδωμι Mt. XVIII, 25. 26. 29, ܦܪܥ ܙܕܩܐ solvit iustum, satisfecit officio BH. 455, ܦܪܥ ܢܕܪܐ persolvit votum Ps. LXV, 2, cf. Schaaf. h. v. Apud Arabes respondet فرغ absolvit rem, ad finem perduxit, it. evacuavit vas. V. vacuus ab opere fuit, فَارِغ vacuus ab opere, quae omnia a solvendi potestate sunt. Origo est in abrumpendo, cf. פָּרַץ et quae observavimus ad פָּרַד). Inde a) *absolvit*

sontem. Ez. XXIV, 14: לֹא אֶפְרַע וְלֹא אָחוּס *non absolvam* sontes *et non parcam.* b) *solutis habenis dimisit* aliquem, *habenas dedit* ei (den Zügel schiessen lassen). Part. pass. פָּרוּעַ *effrenatus* (de populo). Ex. XXXII, 25: *quum videret Moses* כִּי פָרֻעַ הוּא כִּי פְרָעֹה אַהֲרֹן *eum* (populum) *effrenatum esse* (*nam frena dederat Aharon*), candemque vocem habet Cod. Sam. Comm. 22 pro vulg. בְּרַע. Cf. Niph. et Hi. no. 2. c) *exsolvit* s. avellit, abrupit se aliqua re (sich losmachen, losreissen von etwas), a se solutam abiecit, metaph. *abiecit* s. sprevit consilium, admonitionem, viam. Prov. I, 25. IV, 15. VIII, 33. XIII, 18. XV, 32.

2) *nudavit*, quod a solvendis vestibus proficisci videtur. (Chald. et Talmud. id. v. Buxt.). V. c. nudavit caput Num. V, 18, spec. tondendo Lev. X, 6. XXI, 10. Part. pass. nudatus Lev. XIII, 45.

3) *incepit* (quod et ipsum a solvendo et aperiendo esse potest, cf. הֵחֵל), inde *praeivit*, ἄρχομαι. (Arab. فرع in summo tenuit, summam tenuit cepitque Har. 2 p. 52 Sch., superavit alios nobilitate vit. Tim. I, 420, فَرْع capillus, it. caput et princeps familiae vit. Tim. II, 90 lin. 5, opp. فرع واصل ib. I, 122. Licet hoc verbum per ع scribatur, nihilominus eiusdem originis esse potest atque فرغ). Iud. V, 2: בִּפְרֹעַ פְּרָעוֹת בְּיִשְׂרָאֵל LXX. (cod. Alex. cum novem aliis, Ald. Complut., it. Orig. v. Holmes) et Theod. ἐν τῷ ἄρξασθαι ἀρχηγοὺς ἐν Ἰσραήλ, *quod praeiverunt principes in Israël*, opp. בְּהִתְנַדֵּב הָעָם quod spontaneus fuit populus i. e. sponte secutus est populus. E recentioribus ita Schnurrerus, Herderus, Maurerus al. — Alii a) a *solvendi* significatione (no. 1): *quod solverunt solutiones in Israël* i. e. quoniam iugum decusserunt Israëlitae, Luth. dass Israël wieder frey ist worden, Mich. dafür dass Israël die Bande zerrissen hat; b) ex usu Syrorum et Chaldaeorum, apud quos פרע etiam *vindicandi* (pr. rependendi) vim habet: *quoniam vindicarunt vindictas* i. e. vindictam exercuerunt. Ita Pesch. ܒܬܒܥܬܐ ܕܐܬܬܒܥ ܐܝܣܪܐܝܠ *pro vindicta qua vindicatus est Israël.* Verumenimvero פְּרָעוֹת *principes* significare, vix dubium est coll. Deut. XXXII, 42 (v. infra פֶּרַע no. 2), cui accedit huius ipsius carminis locus parallelus comm. 9, ubi prorsus eodem modo *principes* (חוֹקְקֵי יִשְׂרָאֵל) opponuntur spontaneis in populo (הַמִּתְנַדְּבִים בָּעָם). Quicunque autem nomen in hunc sensum acceperit, non poterit non etiam verbum sensu cognato accipere, cf. עֱנוּת עָנִי *miseria miseri* (non clamor miseri) Ps. XXII, 25, מְקַרְקַר קִיר Jes. XXII, 5.

Niph. pass. Kal no. 1, b. *effrenatus factus est* (populus) Prov. XXIX, 18.

Hiph. 1) *solvit*, inde *dimisit* a labore, sq. מִן Ex. V, 4, ubi cod. Sam. תפריד. (Arab. فرغ V. vacuus fuit a labore). — 2) causat. Kal no. 1, b. *effrenatum fecit* 2 Par. XXVIII, 19.

פֶּרַע m. 1) *coma* (a tondendo dicta, v. rad. no. 2 et 3). Num. VI, 5. Ez. XLIV, 20. (Arab. فَرْع id.).

2) *princeps* exercitus, a praeeundo dictus, v. rad. no. 3. — Plur. פְּרָעוֹת (v. de sexu nominum muneris Lgb. 468. 878). Cstr. Deut. XXXII, 42: מֵרֹאשׁ פַּרְעוֹת אוֹיֵב *de capite principum hostilium.* Alex. ἀπὸ κεφαλῆς ἀρχόντων ἐχθρῶν. Saad. فرعانة. Iud. V, 2: בִּפְרֹעַ פְּרָעוֹת בְּיִשְׂרָאֵל, vide ad rad. no. 3. Adde chald. פּוּרְעָנִין Deut. XVI, 18 Onk. pro שֹׁטְרִים. *Comae* autem et *principis* significationes etiam in aliis vocc. coniunctae sunt, velut ناصية et فرعة vide diss. Lugd. p. 1079 ibique Taurizium, Schult. ad Har. 5, 161. Schroederi observatt. ad origg. hebr. p. 52. Cf. ad פַּרְעֹה.

פִּרְעָתוֹן (fort. principalis) n. pr. oppidi Ephraimitarum Iud. XII, 15, gr. Φαραθών 1 Macc. IX, 50. Gentil. est פִּרְעָתֹנִי Iud. XII, 13. 15.

* * *

פַּרְעֹה (LXX. Φαραώ, arab. فِرْعَوْن, فِرْعَوْن)

Pharao, communis titulus veterum Aegypti regum isque in solo V. T. et apud scriptores qui inde hauserunt (Josephum, Jul. Africanum, Eusebium al.) obvius (fallitur enim Winerus, Reallex. II p. 289). Plerumque nude ponitur in modum nominis proprii Gen. XII, 15. XXXVII, 36. XL, 2 sqq. XLI, 1 sqq. XLV, 2 sqq. XLVII, 1 sqq. Exod. capp. II. V—XI. XIV et ubique in Pentateucho, Jes. XIX, 11. XXX, 2. 3. Cant. I, 9 al. בַּת פַּרְעֹה Ex. II, 5. 7. 8. 1 Reg. VII, 8. XI, 1, rarius addito מֶלֶךְ מִצְרַיִם 1 Reg. III, 1. IX, 16. 2 Reg. XVII, 7. XVIII, 21. Jes. XXXVI, 6. Jer. XXV, 19. XLVI, 17. Ez. XXIX, 2. 3. XXX, 22. XXXI, 2, vel adiecto speciali nomine proprio, ut פַּרְעֹה נְכֹה 2 Reg. XXIII, 33, 34. 35, פַּרְעֹה נְכֹה מֶלֶךְ מִצְרַיִם ib. 29, פ׳ חָפְרַע מ׳ מ׳ Jer. XLIV, 30. Proprie *regem* in lingua Aegyptiaca significare hoc vocabulum, iam Josephus observavit (Antiquitt. 8, 6 §. 2) et post eum Africanus et Eusebius (Chron. p. 20 ed. Scalig.), idque firmatur lingua Coptica, in qua rex memph. ⲞⲨⲢⲞ, theb. basm. ⲢⲢⲞ, ⲈⲢⲢⲞ, basm. etiam ⲢⲢⲀ, ⲈⲢⲢⲀ, c. art. masc. ⲠⲞⲨⲢⲞ, ⲠⲢⲢⲞ, ⲠⲢⲢⲀ appellatur (v. Peyron p. 150. 181. Jablonskii opuscc. ed. te Water I, 374. Kosegarten de prisca Aegyptiorum literatura p. 17). Nuper quidem Rosellinius (monumm. storici I, p. 117) et Lepsius (lettre à Rosellini p. 25) in aliam delati sunt opinionem, פַּרְעֹה respondere aegyptiaco Ⲫ-ⲢⲎ *Solem* notanti, quod signis hieroglyphicis scriptum in vertice titulorum regiorum margine inclusorum comparet, satisque constat, *Solem* regiae dignitatis attributum esse (v. Rosellini I, 156. 157): nihilominus de hac coniectura subdubito, quum in hac voce extrema ô vocalem desiderem (cf. ⲪⲢⲎ = פֶּרַע in פּוֹטִי פֶרַע). Omnia perspicua sunt, si modo in priore sententia acquiescens statuas, aegyptiacum ⲪⲢⲢⲞ ab

Hebraeis ita inflexum esse, ut Semiticum videretur i. q. פֶּרַע princeps (v. hac voce no. 2) addita terminatione ה = וֹן. Ceterum idem vc. aegypt. latet in n. pr. regis *Φέρων* (ⲫⲣⲟ syr. ܦܪܥܘ) Herod. 2, 111.

* * *

פַּרְעֹשׁ rad. quadril. ⲀⲌⲀⲤⲞⲀ: saliit, tripudiavit. Inde

פַּרְעֹשׁ m. 1) *pulex* a saliendo dictus. 1 Sam. XXIV, 15. Arab. بُرْغُوث melit. *berghud*, syr. transp. ܦܪܥܘܫܐ id. 2) n. pr. viri Esr. II, 3. X, 25. Neh. III, 25.

פַּרְפַּר v. פָּרַר.

פָּרַץ fut. יִפְרֹץ *rupit.* (Quae quidem primaria potestas non solum in litteris פר inest, v. ad פרד, sed etiam in syllaba רץ, *ῥήσσω reissen*, v. ad radd. עָקַשׁ, פָּטַשׁ. Nostrae contigua sunt praemisso sibilo, goth. *spreitan*, nostr. *spreitzen*, *to spread.* Emollita media radicali semivocali inde orta est rad. פוץ. Arab. فرص secuit, fidit, laceravit, فرض incidit, metaph. definivit. Chald. i. q. hebr.) Gen. XXXVIII, 29: *dixit obstetrix:* מַה־פָּרַצְתָּ עָלֶיךָ פָּרֶץ quae ita capienda sunt: *quid disrumpis* genitalia matris? *super te* veniat *ruptura*, i. e. tua sit rupturae culpa. Verba sunt obstetricis increpantis gemellum secundogenitum, qui, ut fratri ius primogeniturae praeriperet, tanto impetu in lucem proruperat, ut matris genitalia disrumperet. Spec. 1) *diruit, destruxit* (niederreissen), ut domum Dei 2 Par. XXIV, 7, murum, maceriam Jes. V, 5. Ps. LXXX, 13. LXXXIX, 41. Mich. II, 13. Eccles. III, 3. X, 8. Neh. II, 13. IV, 1. 2 Paral. XXVI, 6. XXXII, 5. 2 Reg. XIV, 13: וַיִּפְרֹץ בְּחוֹמַת יְרוּשָׁלַיִם .... אַרְבַּע מֵאוֹת אַמָּה *et diruit in muro Hieros. quadringentas ulnas.* עִיר פְּרוּצָה urbs muris dirutis Prov. XXV, 28 (cf. de primaria potestate vc. עִיר s. h. v.). LXX. *πόλις τὰ τείχη περιβεβλημένη.* Vulg. urbs patens.

2) *disrupit* i. e. *disiecit, dispersit* copias hostiles. 2 Sam. V, 20: פָּרַץ יְיָ אֶת־אֹיְבַי לְפָנַי כְּפֶרֶץ מָיִם *disrupit Jova hostes meos ante me instar disruptionis aquarum* i. e. sicut aqua, quae aggeres disrupit, omnia dispergit et vastat. 2 Par. XX, 37. Ps. LX, 3. Intrans. *dispersit, diffudit se* gens. Gen. XXVIII, 14: *erit semen tuum instar pulveris terrae* וּפָרַצְתָּ יָמָּה וָקֵדְמָה וגו׳ *et diffundes te versus occidentem, orientem* cet. Jes. LIV, 3. Ex. I, 12, inde *crevit* numero, *auctus est.* Hos. IV, 10: *scortantur* (coeunt), וְלֹא יִפְרֹצוּ *sed non augentur* (numero). Gen. XXX, 30. Iob. I, 10. 1 Par. IV, 38. Etiam de viro, cuius opes crescunt Gen. XXX, 43. De rumore se diffundente 2 Par. XXXI, 5. Metaph. *redundavit,* c. acc. rei (ut alia verba abundantiae) Prov. III, 10: תִּירוֹשׁ יְקָבֶיךָ יִפְרֹצוּ *musto redundabunt lacus tui,* male alii: torcularia musto diffringuntur, nam neque lacus torcularis, neque torcular ipsum copia musti disrumpi potest. Adverbialiter 1 Par. XIII, 2: נִפְרְצָה נִשְׁלְחָה *dispergamus et mittamus* i. e. quoquoversus mittamus.

3) *irrupit* (irruit). Mich. II, 13: פָּרְצוּ וַיַּעֲבֹרוּ שַׁעַר, sq. בְּ in aliquem Ex. XIX, 22: פֶּן יִפְרֹץ בָּהֶם יְיָ *ne Jova irrumpat in eos,* eos invadat. 24. 2 Sam. VI, 8. 1 Par. XV, 13. Ps. CVI, 29: וַתִּפְרָץ בָּם מַגֵּפָה *et irruit in eos plaga,* sq. acc. Iob. XVI, 14. It. *irrumpendo produxit,* fecit. Iob. XXVIII, 4: פָּרַץ נַחַל *irrumpit puteum metallicum* i. e. in terram irrumpendo fodit puteum. Inde a) in malam partem: *violenter egit* (unde פָּרִיץ) Hos. IV, 2. b) in bonam partem: *institit, ursit* precibus, sq. בְּ 1 Sam. XXVIII, 23. 2 Sam. XIII, 25. 27. 2 Reg. V, 23.

Niph. pass. no. 2 part. נִפְרָץ *diffusus* i. e. frequens. 1 Sam. III, 1.

Pu. pass. no. 1 *dirutus est* Neh. I, 3.

Hithpa. abrupit i. e. seiunxit *se* ab aliquo 1 Sam. XXV, 10.

פָּרִיץ cstr. פְּרִיץ Jes. XXXV, 9, sed pl. פָּרִיצִים, פָּרִיצֵי (formae dagessandae, pro פָּרִיץ) m. *violentus, tyrannus* (v. ad rad. no. 3, a) Ps. XVII, 4. Ez. VII, 22. XVIII, 10. Jer. VII, 11. Dan. XI, 14. — Jes. XXXV, 9: פְּרִיץ חַיּוֹת q. d. *tyrannus inter bestias* i. e. bestia fera.

פֶּרֶץ m. in pausa פָּרֶץ Neh. VI, 1, pl. פְּרָצִים Am. IV, 3, פְּרָצוֹת Ezech. XIII, 5 1) *ruptura, hiatus* muri 1 Reg. XI, 27. Neh. l. c. Jes. XXX, 13. LVIII, 12. Am. IV, 3. IX, 11. Iob. XXX, 14: כְּפֶרֶץ רָחָב יֶאֱתָיוּ quod recte Vulg. *quasi rupto muro irruerunt,* metaphora ab oppugnatoribus petita, qui per muri rupturas magna copia magnoque impetu in urbem irrumpunt. Ab iisdem petita est locutio עָמַד בַּפֶּרֶץ *stare in ruptura muri* ad hostem arcendum, quod fortissimorum militum est vitamque praesentissimo periculo exponentium Ez. XXII, 30 (cf. XIII, 5). Ps. CVI, 23. — 2) *disruptio, dispersio* a) hostium, *clades.* Iud. XXI, 15: עָשָׂה יְיָ פֶּרֶץ בְּשִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל *Jova clade affecit tribus Israëlis.* 2 Sam. VI, 5, cf. V, 20. Ps. CXLIV, 14. Inde פֶּרֶץ עֻזָּא n. pr. loci 2 Sam. VI, 8. 1 Par. XIII, 11, it. הַר פְּרָצִים Jes. XXVIII, 21. b) aquae 2 Sam. V, 20. — 3) *irruptio, invasio, impetus.* Iob. XVI, 14: *irruit in me* פֶּרֶץ עַל פְּנֵי פָרֶץ *impetu super impetu.* — 4) n. pr. viri Gen. XXXVIII, 29. XLVI, 12. Patron. פַּרְצִי Num. XXVI, 20.

מִפְרָץ m. *sinus* maris, pec. portui inserviens (Bucht), pr. ruptura, incisura littoris. Iud. V, 17. Vulg. portus. Pesch. ܡܦܪܨܬܐ. (Arab. فُرْضَة sinus maris, ubi naves consistunt, it. hiatus rivi, in quo aqua hauritur ad rigandum Abulph. dyn. pag. 91, apud Abulf. saepissime).

פָּרַק *rupit, fregit.* (Arab. فرق separavit, distinxit. Syr. et chald. i. q. hebr. sed rarius. Rad. est onomatop. eodem significatu late patens in linguis indogerm., ut sanscr. *prah,* lat. *frango,* goth. *prikan, prichan,* nostr. *brechen, brocken,* to break. Molliore forma dicitur בָּרַךְ fregit genua i. e. flexit, et abiecta labiali ῥήγνυμι). Spec. 1) *abrupit,* sq. מֵעַל Gen. XXVII, 40: פָּרַקְתָּ עֻלּוֹ מֵעַל צַוָּארֶךָ praegn. *abrumpes iugum eius* et deiicies *de collo tuo.* — 2) *diffregit* ossa membraque (fera) Ps. VII, 3. — 3) *eripuit, liberavit* Ps. CXXXVI, 24. Thren. V, 8. (Syr. ܦܪܩ id.).

Pi. 1) *abrupit, avellit* Ex. XXXII, 2. Zach. XI, 16. — 2) *diffregit* (montes). 1 Reg. XIX, 11.

Hithp. 1) *diffractus est* Ez. XIX, 12. — 2) *avellit sibi* aliquid, c. acc. Exod. XXXII, 3. 24. Cf. gr. §. 53, 3, d.

פְּרַק chald. pr. *liberavit* (v. hebr. no. 3), inde *redemit* Dan. IV, 24. In Targg. saepissime pro hebr. הוֹשִׁיעַ, פָּדָה, גָּאַל. Inde Pseudosaad. h. l. interpretatur פדה, Aben Esra גאל.

פָּרָק cstr. פְּרַק *iusculum* Jes. LXV, 4 Chethibh, dictum a panis fragminibus (Brocken), quibus iusculum infunditur. J. D. Michaëlis confert arab. مفروقة cibus e frustulis panis calidi effuso oleo paratus. Idem est מְרַק (q. v.) in Keri. Duas alias interpretationes proponit Böttcherus, specc. p. 37: a) *frusta* carnis, coll. ܦܪܩܐ frustum panni laceri, et b) *articuli, genicula* ossium (cf. chald. פִּרְקָא et hebr. מַפְרֶקֶת), unde פְּרַק פִּגֻּלִים fort. „Schweinsknöchelchen-Schmäuse“: sed vulgaris ratio certior ut veterum auctoritate firmata (LXX. ζωμός. Vulg. *ius.* Targ. רְטַב).

פֶּרֶק m. 1) *violentia, rapina* (a diffringendo dicta cf. Ps. VII, 3 et פָּרִיץ a פָּרַץ) Nah. III, 1. — 2) *bivium,* a discedendo dictum, Obad. 14. (Cf. arab. تفرق الطريقين divergium viarum, v. Schult. Imp. Ioctanid p. 86. Lexxea locutione carent).

מַפְרֶקֶת f. *vertebra cervicis* vel *dorsi* a frangendo dicta. 1 Sam. IV, 18. LXX. νωτός. Vulg. cervices. Targ. פַּרְקוּת. Pesch. ܦܘܪܩܐ, quod lex. Adl. explicat: خرزة الظهر عظم الظهر الصلب *vertebra dorsi, os spinae dorsi.* (Chald. פִּרְקָא iunctura cervicis, it. articulus manus pedisque).

I. **פָּרַר** *fregit, diffregit.* (Cogn. פּוּר, cf. radd. a syllaba פר ordientes, ad פרד). In Kal semel inf. pleon. פּוֹר Jes. XXIV, 19, nisi potius haec forma ad rad. פּוּר referenda est.

Hiph. הֵפֵר, in Pausa הֵפַר Gen. XVII, 14, inf. הָפֵר, c. suff. הֲפִרְכֶם Lev. XXVI, 15 fregit, rupit, sed ubique translate 1) הֵ׳ בְּרִית fregit s. violavit foedus Jes. XXXIII, 8. Ez. XVII, 15. 16, de hominibus foedus cum Deo iunctum violantibus Gen. XVII, 14. Levit. XXVI, 15. Deut. XXXI, 16. 20. 1 Reg. XV, 19. Jes. XXIV, 5. Jer. XI, 10. Ez. XVI, 59. XVII, 18. Zach. XI, 10, de Jova foedus cum hominibus violante Lev. XXVI, 44. Iud. II, 1. Jer. XIV, 21. Eodem modo dicunt: frangere s. violare legem Ps. CXIX, 126, praecepta Dei Num. XV, 31. Esr. IX, 14. — 2) הֵפֵר עֵצָה *irritum fecit* consilium 2 Sam. XV, 34. XVII, 14. Esr. IV, 5. Jer. XIV, 21. Ps. XXXIII, 10, cogitationes (consilia) alic. Iob. V, 12. Prov. XV, 22. — Jes. XLIV, 25: מֵפֵר אֹתוֹת בַּדִּים *irrita facit signa hariolorum;* it. *irritum declaravit* v. c. votum Num. XXX, 9. 13. Intrans. *irritus factus est* Eccl. XII, 5 (v. אֲבִיּוֹנָה). — 3) *ad nihilum redegit* (vernichten), *sustulit,* Iob. XV, 4: אַתָּה תָּפֵר יִרְאָה *tu tollis pietatem* in Deum. XL, 8: הַאַף תָּפֵר מִשְׁפָּטִי *tune tolles ius meum?* Ps. LXXXV, 5: הָפֵר כַּעַסְךָ עִמָּנוּ *tolle* averte *iram tuam erga nos.* Adde Ps. LXXXIX, 34: חַסְדִּי לֹא אָפִיר מֵעִמּוֹ, ubi אָפִיר est a פּוּר.

Hoph. הֻפַר *irritus factus est* Jes. VIII, 10. Jer. XXXIII, 21.

Po. פּוֹרֵר *fidit* (mare) Ps. LXXIV, 13. — *Hithpo.* הִתְפּוֹרֵר *rupta, fissa* i. e. concussa est (terra) Jes. XXIV, 19.

Pilp. fut. יְפַרְפֵּר *concussit* (cf. Jes. XXIV, 19). Iob. XVI, 12. Arab. فَرْفَرَ fregit. Chald. פַּרְפַּר id.

II. **פָּרַר** prob. i. q. פָּרָא, פָּרָה cito ferri, currere. Arab. فَرَّ fugit. Inde פַּר, פָּרָה, פַּרְפַּר.

פַּר, in Pausa et c. acc. dist. פָּר, c. art. הַפָּר, בַּפָּר, לַפָּר pl. פָּרִים m. *taurus,* isque maxime iunior, *iuvencus* (unde saepissime additur בֶּן־בָּקָר Ex. XXIX, 1. Lev. IV, 3. 14. Num. VII, 15 sqq. VIII, 8. Ez. XLIII, 19. 23. XLV, 18. XLVI, 6), licet etiam septennis Iud. VI, 25. Appositio est in his Ps. LXIX, 32: שׁוֹר פָּר *taurus iuvencus,* contra פַּר הַשּׁוֹר Iud. l. c. Cum aliis taurorum nominibus copulatur Jes. XXXIV, 7: פָּרִים עִם אַבִּירִים *iuvenci cum tauris.* Exceptis paucis locis (Ps. XXII, 13) dicitur de iuvencis ad sacrificium adhibitis, eoque pertinet etiam locus difficilior Hos. XIV, 3: וּנְשַׁלְּמָה פָרִים שְׂפָתֵינוּ *et persolvamus* ut *iuvencos labia nostra* ut offeramus pro sacrificiis pia verba, cf. ineunte versu: קְחוּ עִמָּכֶם דְּבָרִים. LXX. καρπὸς χειλέων ἡμῶν = פְּרִי שְׂפָתֵינוּ). Translate de principibus Jer. L, 27. (Congruunt germ. *Farr,* anglosax. *fear,* fem. *Färse,* gr. πόρτις, fort. arab. فُرار et فُرْفُر pullus ovis, capreae, vaccae silvestris. Sequitur analogiam rad. פָּרַר, possitque a *rumpendo* et a ferocia dictus videri: sed malim tamen פרר eodem significatu accipere atque פָּרָא, פָּרָה *cito ferri, vehi,* ut iuvencus dictus sit a vehiculo trahendo, cf. עֵגֶל et germ. *Farr* et *fahren.* Aliis פָּרַר est i. q. פָּרָה fertilis fuit, v. Boch. Hieroz. I, 271 sqq.). Inde

פָּרָה f. 1) *iuvenca* (Färse) Gen. XLI, 2 sqq. Num. XIX, 2 sqq., etiam de vacca iam lactante Iob. XXI, 10.

1 Sam. VI, 7 sqq., iugum ferente Hos. IV, 16. Metaph. *iuvencae Basaniticae* appellantur mulieres luxuriosae in Samaria Am. IV, 1. — 2) c. art. (vicus iuvencarum) n. pr. oppidi Benjaminitarum Jos. XVIII, 23.

פַּרְפַּר (prob. celer, festinus, arab. فَرْفَرَ festinavit, levis, agilis fuit) n. pr. fluvii parvi, qui in Libano monte ortus prope Damascum cum Amana confluit, apud Nubiensem et hodieque الفيجة (v. Richter Wallfahrten p. 156. Burckhardt I p. 39). 2 Reg. V, 12.

פָּרַשׂ fut. יִפְרֹשׂ 1) i. q. פָּרַס fregit, *diffregit* v. c. carnem Mich. III, 3, פָּרַשׂ לֶחֶם לְ fregit (dedit) alicui panem Thren. IV, 4.

2) *expandit*, quod a disrumpendo et disponendo proficiscitur. (Chald. פְּרַשׂ, sed vulgo פְּרַס syr. ܦܪܣ id. Arab. فرش expandit in terra, ut stratum II. expandit alas motitans super re avis, sq. على. V. expansis ac motitatis alis imminuit rei avis, sq. على. VIII. expandit per terram brachia sua). V. c. vestem Num. IV, 6. 8. Deut. XXII, 17, tentorium Ex. XL, 19, velum Jes. XXXIII, 23, epistolam convolutam XXXVII, 14, lucem (sq. עָלָיו circa se) Iob. XXXVI, 30, nubem Ps. CV, 39, in pass. expandit se (aurora) Joël II, 2. Spec. a) פָּרַשׂ רֶשֶׁת expandit rete Hos. V, 1. Ps. CXL, 6, sq. לְ alicui Thren. I, 13, neque non עַל (pro אֶל, לְ) Prov. XXIX, 5 (cf. Thren. l. c.). Hos. VII, 12. Ez. XII, 13. XVII, 20. XXXII, 3 (sed Hos. V, 1. Jes. XIX, 8 עַל ad locum refertur). — b) פָּרַשׂ כְּנָפַיִם expandit alas (avis, Cherub) Deut. XXXII, 11 (v. usum Arabum conj. II et V). 1 Reg. VIII, 7. 2 Par. V, 8, sq. אֶל, עַל, לְ loci: expandit alas ad volandum aliquo Jer. XLVIII, 40. XLIX, 22. Iob. XXXIX, 26. Alio sensu: expandit lodicem super al. (v. כָּנָף no. 2, a), in tori societatem recepit. — c) פָּרַשׂ כַּפַּיִם, פָּרַשׂ יָדַיִם expandit manus, vel ad precandum, adorandum, sq. אֶל ad aliquem, aliquid Ex. IX, 29. 33. 1 Reg. VIII, 22. 38. 54. Esr. IX, 5. Iob. XI, 13, לְ Ps. XLIV, 21; vel ad largiendum alicui, sq. לְ Prov. XXXI, 20, vel ad diripiendum, sq. עַל rei Thren. I, 10. Metaph. Prov. XIII, 16: *stultus expandit* i. e. prae se fert *stultitiam*.

3) *dispersit* (v. Pi. no. 2), unde

Niph. dispersus est Ez. XVII, 21.

Pi. פֵּרַשׂ Jes. XXV, 11 fut. יְפָרֵשׂ *expandit*, ut manus, ad precandum (v. Kal no. 2, c) Jes. I, 15. XXV, 11. LXV, 2. Jer. IV, 31. Ps. CXLIII, 6. Singulare est פֵּרְשָׂה בְיָדֶיהָ expandit (expansionem facit) manibus Thren. I, 17, v. ad Iob. XVI, 4 p. 411 B. Eandem structuram habes in Carmm. Sam. II, 17: ࠁࠐࠓࠎ ࠇࠃࠉࠊ. ࠇࠍࠋࠊ *expandens manus gratiae tuae.* — 2) *dispersit, in fugam coniecit* Ps. LXVIII, 15. Zach. II, 10.

מִפְרָשׂ m. *expansio* Iob. XXXVI, 29. Ez. XXVII, 7.

פָּרַשׁ pr. fidit (v. Hiph.), inde 1) *separavit, distinxit* (i. q. chald. Pe. Pa. Aph. et syr. Pe., unde פָּרוּשׁ, ܦܪܝܫܐ Pharisaeus i. e. separatus, singularis sc. pietate et doctrina).

2) *distincte dixit, definivit* cf. נָקַב no. 2. Levit. XXIV, 12: לִפְרֹשׁ לָהֶם עַל פִּי יְיָ *donec* aliquid *definiretur* (pr. usque ad definiendum) *ore Jovae.* (In Targg. Pa. pro hebr. נָקַב no. 2. distincte dixit Gen. XXX, 28. Jes. LXII, 2, syr. ܦܪܫ pro ὁρίζω Act. XVII, 26. 31, προορίζω 1 Cor. II, 7, Pa. distincte explicuit Assem. III, p. 149, sam. ࠐࠓࠔ definivit, determinavit Carm. sam. 4, 2). Cf. Pu. et infra chald.

3) *expandit, distendit*, spec. pedes in equitando (v. פָּרָשׁ), cf. quadrilittera פַּרְשֵׁז et פַּרְשֵׁז.

Niph. dispersus est Ez. XXXIV, 12. Sed 3 codd. Erford. et nonnullae editt. (v. J. H. Mich.) exhibent נפרשׂות (per Sin), idque accommodatius est ad usum loquendi, v. פָּרַשׂ Ez. XVII, 21.

Pu. pass. Kal no. 2. *distincte dictum est.* Num. XV, 34: לֹא פֹרַשׁ מַה־יֵּעָשֶׂה לוֹ, Targ. לָא אִתְפְּרַשׁ. Neh. VIII, 8: *et recitabant ex libro, ex lege Dei* מְפֹרָשׁ Vulg. *distincte* (Pesch. fideliter), *et dabant intellectum et explicabant quae legerant*, cf. Esr. IV, 18: *epistola, quam mihi* (regi Persiae) *misistis*, מְפָרַשׁ קֱרִי קָדָמָי *distincte coram me recitata est.* Vulg. manifeste. Pesch. fideliter. Utroque loco intelligenda est recitatio distincta et accurate instituta, ita ut singula verba ab audientibus perciperentur, opp. raptim et festinanter factae. Eodem modo usurpatur כְּתָב מְפָרַשׁ Jes. VIII, 1. Ex. XXVIII, 11 Targ. i. e. scriptura distincta s. accurata i. e. talis, quae ab omnibus sine negotio legitur, cuius singulae litterae (ut supra singula verba) sigillatim et ad scribendi leges expressae sunt. Talmudistae contra et intpp. Hebraei מְפֹרָשׁ interpretantur *explicate, cum explicatione* (cf. בֵּאֵר Deut. I, 5 Targ. פָּרֵישׁ, פֵּירוּשִׁים explicationes, glossae, v. Buxt. p. 1851) i. e. *cum interpretatione vel Chaldaea* (Neh. VIII, 8) *vel Persica* Esr. l. c., quae a recitante addita sit: et ita e recentioribus Hengstenbergius (de authentia Danielis p. 299). Sed a) פרש vel apud Talmudicos nunquam dicitur de translatione in aliam linguam = תַּרְגֵּם (Esr. IV, 7): sed de explicatione verborum obscuriorum et de enarratione sententiae, qualis in scriptis Talmudistarum et commentariis Rabbinorum est. Haec autem utrique loco inepta est: nam Neh. l. c. hoc ipsum sequitur aliis verbis expressum (וְשׂוֹם שֶׂכֶל וַיָּבִינוּ בַּמִּקְרָא), et Esr. l. c. in epistola civium ad regem commentario opus non erat. b) Judaeos illo tempore Hebraice (יְהוּדִית), non Chaldaice (אֲרָמִית) locutos esse, apparet ex Neh. XIII, 24. c) Priorem illam rationem praeter vett. intpp. commendat usus vulgaris in lingua Hebraea et Chaldaea, v. Kal no. 2, nomen פָּרָשָׁה, et prae ceteris chald. כְּתָב מְפָרַשׁ. De loco Esr. IV, 7 v. s. תַּרְגֵּם.

Hiph. pupugit, vulneravit Prov. XXIII, 32. (Syr. ܐܦܪܫ id., ܦܪܫܐ stimulus, arab. فرث fidit, pupugit Schult. ad Prov. l. c.).

פְּרַשׁ chald. id. *Pa.* part. pass. מְפָרַשׁ *distincte, accurate*, ad verbum. Esr. IV, 18. Vide ad hebr. פֵּרַשׁ Pu.

פָּרָשׁ (formae קָטָל) cstr. פָּרַשׁ Ezech. XXVI, 10 (ante cop.), pl. פָּרָשִׁים c. suff. פָּרָשָׁיו (manente Kamez) m. 1) *eques* (syr. ܦܪܫܐ, arab. فَارِس), isque proprie dictus (Ez. XXIII, 6. 12: פָּרָשִׁים רֹכְבֵי סוּסִים), equo insidens non asino (arab. حِمَار) camelove (رَاكِب) Jer. IV, 29. Nah. III, 3, pl. פָּרָשִׁים Gen. L, 9. Ex. XIV, 9 sqq. Jos. XXIV, 6. 1 Sam. VIII, 11. XIII, 5. 2 Sam. VIII, 4. X, 18. 1 Reg. I, 5. IX, 19. 22. X, 26. 2 Reg. II, 12. XIII, 7. XVIII, 24. Esr. VIII, 22. Jes. XXII, 6. XXXI, 1. Jer. XLVI, 4. Ez. XXVI, 7. Dan. XI, 40. Hab. I, 8. Jes. XXI, 7: צֶמֶד פָּרָשִׁים *paria equitum* (Paare von Reitern auf Rossen). Opp. רֶכֶב, רֶכֶב גָּמָל, חֲמוֹר qui asinis, camelis inequitant. Comm. 9. 2) *equus*, cui homo insidet (Reitpferd), quem etiam Romani *equitem* appellabant, teste Gell. 18, 5. Macrob. Sat. 6, 9 (cf. *equitare* de equo cum viro currente, Lucil. ap. Gell. ibid.). Manifesto distinguitur a סוּסִים equis vulgaribus currum vehentibus. 1 Reg. V, 6: *Salomoni erant quadraginta millia iuga equorum* (סוּסִים), *qui curribus iungerentur et duodecim millia equitum* i. e. equorum ad equitandum. Ez. XXVII, 14: *ex Armenia mercatum veniunt* סוּסִים וּפָרָשִׁים וּפְרָדִים *equi* (vulgares) *et equi equestres et muli.* (Olim *equites* h. l. interpretabar: mancipia equis domandis, Bereiter zu den Pferden). Joël II, 4: כְּפָרָשִׁים כֵּן יְרוּצוּן (parall. סוּסִים). בַּעֲלֵי פָּרָשִׁים 2 Sam. I, 6 *equites.* Semel (Jes. XXVIII, 28) dicitur de equis triturantibus, sed etiam his insidet eques. (Arab. فَرَس, aeth. ፈረስ፡ equus). Mirum videri possit, nos *equi* vocabulum ab *equite* ductum velle, sed ita statuendum esse, nobis persuasit a) auctoritas punctorum, quandoquidem etiam *equorum* significatu constanter legitur פָּרָשִׁים (non פְּרָשִׁים); b) analogia usus loquendi Latinorum; et c) etymon, quod hac sola ratione probabiliter dari potest. Etenim פָּרָשׁ *eques* facile ducitur a פָּרַשׁ crura divaricavit, quod arabice plenius effertur فَرْشَحَ et فَرْشَطَ: neque placet, quod nuper coniectatum est (Pott etym. Forschungen I, p. LX), פָּרָשׁ equum a Persia (פָּרַס) dictum, ut *Sûs* a Susa. Quis enim credat סוּס ex שׁוּשַׁן ortum esse?

פֶּרֶשׁ c. Suff. פִּרְשׁוֹ m. 1) *excrementa, fimus, faeces* in ventriculo, a separando et excernendo dictae Exod. XXIX, 14. Lev. IV, 11. VIII, 17. XVI, 27. Num. XIX, 5. Mal. II, 3. Arab. فَرْث, syr. ܦܪܬܐ, chald. פַּרְתָּא. — 2) n. pr. viri 1 Par. VII, 16.

פָּרָשָׁה (pro פָּרָשָׁה verbale Pi.) *expositio distincta s. accurata.* Esth. IV, 7. X, 2. Vide rad. no. 2.

* * *

פַּרְשֶׁגֶן m. *apographum, exemplum* (epistolae), hebr. Esr. VII, 11: וְזֶה פַּרְשֶׁגֶן הַנִּשְׁתְּוָן וגו׳ Vulg. *hoc est autem exemplar epistolae edicti, quod dedit rex* cet. et chald. ibid. IV, 11: דְּנָה פַּרְשֶׁגֶן אִגַּרְתָּא *hoc est exemplum epistolae* (sc. regiae). IV, 23: *postquam lectum erat* פ׳ נִשְׁתְּוָנָא דִּי א׳ מ׳ *exemplum epistolae Artaxerxis regis.* V, 6. Eadem vox bis per ת scribitur פַּתְשֶׁגֶן, Esth. IV, 8: וְאֶת פַּתְשֶׁגֶן כְּתָב הַדָּת . . . נָתַן לוֹ *et exemplum edicti . . . dedit ei.* III, 14: פַּתְשֶׁגֶן הַכְּתָב . . . גָּלוּי לְכָל־הָעַמִּים *exempla edicti* (LXX. τὰ δὲ ἀντίγραφα τῶν ἐπιστολῶν) *promulgata sunt omnibus populis.* — Utraque forma eodem significatu reperitur in Targg., פַּרְשֶׁגֶן אִגַּרְתָּא exemplum epistolae Jer. X, 11, פַּרְשֶׁגֶן אוֹרָיְתָא exemplum legis Deut. XVII, 18 (pro hebr. מִשְׁנֶה) sec. nonnullos codd. et Ps. LX, 1 (pro hebr. מִכְתָּם): sed פַּתְשֶׁגֶן אוֹרָיְתָא Jos. VIII, 32 et Deut. l. c. in plerisque libris. Solam priorem ܦܪܫܓܢܐ habent Syri, in Peschito Esth. et Esr. ll. cc. praeterea Deut. XVII, 18. Jos. VIII, 32, it. Assem. II, 274: ܠܝܬ ܠܝ ܡܫܟܚܐ ܕܐܣܝܡ ܗܠܝܢ ܘܐܟܬܘܒ ܒܦܪܫܓܢܐ *non est mihi facultas ista ponere* (scribere) *et describere in libro.* Ephraem. opp. I, 300: ܦܪܫܓܢܐ ܕܢܡܘܣܐ ܕܡܘܫܐ *exemplum legis Mosaicae*, et mox: ܬܪܝܢ ܦܪܫܓܢܐ *duo exempla* sc. legis. Lex. Adl. ܦܪܫܓܢܐ النسخة وقاعدة الكتابة i. e. *apographum et fundamentum descriptionis* (das Original = اصل): priore voce (نسخة) nostram explicat etiam Acur. p. 119, sed non bene, ut solet, Nov. p. 166 فهرست i. e. index libri. — Recte igitur ex vett. intpp. Vulg. ubique (praeter Esth. III, 14, ubi *summam* posuit) posuit *exemplar, exemplum*, LXX. in libro Esth. ἀντίγραφον, Abulw. نسخة الكتاب apographum scripti, Kimchi: טופס הכתב. Syrus retinuit ܦܪܫܓܢܐ, solus Esrae interpres graecus mire fluctuat et ex contextu coniecisse videtur, semel ponens διαταγή IV, 11, bis διασάφησις V, 6. VII, 11, semel adeo φορολόγος IV, 23. — Haec autem paullo copiosius exposuimus iccirco ut appareat, *apographi s. exempli* significationem certissimam esse et temere nuper in dubium vocatam: contra constanti Hebraeorum Aramaeorumque usui repugnare novam *epistolae* vel *edicti regii* potestatem, quam ex etymo efficere conatus est Theod. Benfey (Monatsnamen p. 193. 194). Significationem, quae adhuc valuerat, vir doctus ita impugnat: „ohne Grund wird es *Abschrift* übersetzt. Denn das danebenstehende הַכְּתָב (Esth. III, 14), כְּתָב הַדָּת Esth. IV, 8, אִגַּרְתָּא (Esr. IV, 11. V, 6) ist nichts als Auslegung des unbekannten durch bekannte Wörter, wie dieses fast durchgängig in diesen Schriften Sitte ist." Sed quis non videt, omnibus sex V. T. locis (et eodem

modo in Targg. et apud Syros) ista nomina, *quae articulo munita sunt*, *quo* פַּתְשֶׁגֶן , פַּרְשֶׁגֶן *caret*, in genitivo posita esse, non per appositionem nedum per epexegesin addita (ut Esth. III, 7: פּוּר הוּא הַגּוֹרָל) idemque vocabulum non simul *epistolam* privatorum hominum civiumque ad regem (Esr. V, 6. Jer. X, 11) et *edictum regium* (כְּתָב הַדָּת) et *legem Mosaicam* (v. exempla chald. et syriaca) significare posse? Quid significet, vel ex usu Syrorum evincitur. Licet igitur nobis quoque persuasum sit, vocis etymon in lingua Sanscritica et vetere Persica quaerendum esse, (quibus ipsis in linguis deprehenditur permutatio litterarum t et r, in aliis linguis rarissima, v. Benfey l. c. p. 127. 193), neque Benfeyi neque Bohlenii de eo coniecturis calculum adiicere possumus. Illi enim פַּר , פַּת est zend. *paiti* i. e. vel dominus vel i. q. sanscr. *prati*, πρός, utrumque pazend. *pât*, שֶׁגֶן vel zend. *çângha* mandatum, vel sanscr. *çasana* mandatum, zendice enunciandum *çaoghana*, inde פתשגן i. q. sanscr. *pratiçâsana* mandatum ad aliquem missum („Depeche"), vel (*pat* = *paiti*) *mandatum regium*: huic (observatt. posth.) פַּת est sanscr. *pat* 1) sericum, 2) edictum regium, שֶׁגֶן i. q. סֶגֶן sanscr. *sugana* (v. p. 937) nobilis, generosus. [Ceterum vide appendicem].

פַּרְשֵׁד quadril. in verbo inusit., arab. فرشد et فرشط distendit, divaricavit pedes, conflatum ex פָּרַשׂ (v. no. 3 et פָּרָשׁ eques) et פָּרַד. Inde interpretor ἅπ. λεγόμ.

פַּרְשְׁדוֹן *interstitium pedum*. Iud. III, 22 de Ehudo, qui gladium in ventrem Eglonis incusserat: *et intravit etiam capulus post laminam*, *clausitque se adeps post laminam* (*non enim extraxit gladium ex ventre*) וַיֵּצֵא הַפַּרְשְׁדֹנָה *et exiit* (sc. הַלַּהַב) *per interstitium pedum*. Verborum וַיֵּצֵא הַפַּרְשְׁדֹנָה subiectum non aliud esse quam *gladium*, qui mira vehementia in abdomen incussus erat, neque vero *Ehudum*, quilibit facile intelliget, qui comm. 22 — 24 deinceps perlegerit et reputaverit, a) illud וַיֵּצֵא de gladio *exeunte* manifesto respondere τῷ וַיָּבוֹא ab initio commatis, de gladio *intrante*: b) de Ehudo exeunte agi demum Comm. 23 his verbis: וַיֵּצֵא אֵהוּד הַמִּסְדְּרוֹנָה *et exiit Ehudus in porticum*, de eadem re autem bis deinceps agi non posse. (Intellexit hoc etiam Studerus, contrariae sententiae defensor, sed eo processit audaciae, ut de uno vel altero ut glossemate suspicionem moveret). Neque ulla difficultas illi rationi obstat, nam α) verbum masc. וַיֵּצֵא ad הַלַּהַב recte refertur; β) profecto non erat quod in verbo יָצָא c. acc. et He locali haererent, nedum neglectae syntaxeos arguerent hanc structuram (Studer), quum etiam alibi locus, *ex* quo (יָצָא עִיר v. p. 614) et *per* quem exitur (יָצָא פְּרָצִים exiit per rupturas muri Am. IV, 3), accusativo exprimatur. Locum corporis intelligendum esse, recte vidit etiam Maurerus: sed quod *podicem* interpretatur q. d. stercoreum (a פֶּרֶשׁ), non probo, quum sic negligatur ד (nisi forte פרשדון compositum existimabis a פֶּרֶשׁ stercus, et שָׂדָה eiecit), et podex s. nates aliis verbis exprimantur (שֵׁתוֹת, יָרֵךְ). — Veteres duplici ratione verba intelligunt: α) ita ut 'פ locum indicet, in quem egressus sit Ehudus. LXX. Vatic. καὶ ἐξῆλθεν τὴν προστάδα sc. Ehudus. Abulw. פ' وٱليق به أن يكون موضعا مخصوصا *aptissimum est*, 'פ *esse locum separatum s. peculiarem*. Tanch. Hieros. פ' قيل اسم مكان وضمير ויצא عن اهود *dicunt esse nomen loci, verbumque* ויצא *referunt ad Ehudum*. Cui quid obstet, iam supra diximus. Minus etiam cum Ewaldo (gr. crit. p. 519) interpretari licet: *exiit* Ehud *in apertum* (er ging ins Freie) coll. فرشد et פְּרָזוֹת: ne enim dicam, ex quadril. arabico tale quid effici non posse, id manifesto repugnat verbis quae sequuntur: *exiit in porticum et clausit post se fores coenaculi*. Qui in rus iam evaserat, iterum e coenaculo in porticum exire foresque claudere non poterat. β) Targ. וּנְפַק אוּכְלֵיהּ שְׁפִיךְ *et exiit cibus* (fimus) *effusus*. Vulg. *statimque per secreta naturae alvi stercora proruperunt*. 'פ hi *stercus* interpretantur a פֶּרֶשׁ, sec. Kimchium a פֶּרֶשׁ et שָׂדָה; sed הַפַּרְשְׁדֹנָה non subiectum esse, sed locum indicare, arguit ־ָה locale.

פַּרְשֵׁז quadril. *expandit*, conflatum ex פָּרַשׂ no. 3 et פָּרַז expandit (cf. פְּרָזוֹת), cogn. praecedenti פַּרְשֵׁד. Iob. XXVI, 9.

פַּרְשַׁנְדָּתָא n. pr. unius ex filiis Hamani Esth. IX, 7. Chaldaismum fere sapit haec forma et possit *interpretem legis* significare, sed rectius Persicae originis nomen sub eo latere existimabis, quod chaldaizantem formam induerit. Quod quale fuerit, ambigitur. Ferd. Benaryo et Bohlenio (A. L. Z. 1834 no. 116) est *pradschanadata* a genitore datus, Benfeyo (Monatsnamen p. 200) *fraçnadata* precibus datus (vom Gebet gegeben).

פְּרָת rad. inusit. Syr. et chald. rupit, disrupit i. q. פָּרַשׂ, פִּרְתָּא ruptura, sed arab. فَرُتَ dulcis fuit aqua, unde فُرَاتٌ aqua admodum dulcis, et Euphrates, it. مَآءٌ فُرَاتٌ Cor. 77, 27, مِيَاهٌ فُرَاتٌ, مِيَاهٌ فِرْتَانٌ aquae dulces; Euphrates enim ab aquarum dulcedine laudatus erat cf. Jer. II, 18 et prov. Arabum أحلى من ما الفرات dulcius aqua Euphratis, Meidani p. 197 ed. H. A. Schult., adde Harm. Beob. II, 310.

פְּרָת n. pr. *Euphrates* fluvius, qui in Armeniae montibus ortus ab austro Babylonis cum Tigride confluit et eodem alveo in sinum Persicum effunditur Gen. II, 14. 2 Par. XXXV, 20. Jer. XIII, 5. LI, 63, plerumque נְהַר־פְּרָת dictus Gen. XV, 18. Deut. I, 7. XI, 24. Jos. I, 4. 2 Sam. VIII, 3 (Keri velo Chethibh). 1 Par. XVIII, 3. Jer. XLVI, 2. 6. 10, הַנָּהָר פְּרָת 1 Par. V, 9, c. He locali פְּרָתָה Jer. XIII, 4. 6. 7 (ubi male Ephratam

intelligunt Bochartus in Geogr. s. p. 956 et Jahn, append. hermen. p. 76), saepius etiam הַנָּהָר, הַנָּהָר הַגָּדוֹל, *κατ' ἐξοχήν* (v. נָהָר), syr. ܦܪܬ, arab. فُرَات raro فُرَاة (v. Schult. ind. ad vit. Salad.), armen. Եփրատ v. St. Martin Mémoires sur l'Armenie I p. 42 sqq., gr. *Εὐφράτης* (utrumque a forma אֶפְרַת, non a pers. פרת آب aqua Euphratis, ut volebat Simonis Onomast. N. T. p. 65), turc. etiam مراد صو *Morad su* aqua desiderii (quo alludi videtur ad arab. فُرَات). De etymo ambiguum est, utrum פְּרָת فُرَات Euphrates dictus sit ab aqua dulci, an contra aqua dulcis (qs. Euphratensis) ab Euphrate, cf. ad rad. Si posterius est, פרת possit ab *erumpendo* et *redundando* dictus esse (פְּרָת = פָּרַץ Prov. III, 10 cf. פָּרַץ 2 Sam. V, 20), non enim placet Simonis (Onom. p. 248), qui hoc nomen a *fertilitate* (rad. פָּרָה) ductum existimat. Etiam Persicae origini (zend. *frata* latus?) non multum obstaret.

פֹּרָת arbor fructifera, v. rad. פָּרָה.

* * *

פַּרְתְּמִים m. pl. *primores* civitatis, apud Persas Esth. I, 3. VI, 9, et apud Judaeos Dan. I, 3. LXX. Esth. *ἔνδοξοι*. Aqu. Dan. *τύραννοι*, ὁ Ἑβρ. ibid. *εὐγενεῖς*. Targ. Esth. simili vocabulo פַּרְתּוּנָאֵי, Jarchi: שִׁלְטוֹנִים. Est Persicae originis vox, pehlev. *pardom* (v. Anquetil Zendavesta II p. 468), zend. *frathemô*, sanscr. *prathama* primus, cogn. *πρῶτος* et *primus* (zend. *peoerîm*). Eichhornius (Einleit. in das A. T. §. 614, 2) graecam huic voci originem tribuebat a *πρώτιμοι* (imo *πρότιμοι*), sed vocabulum Graecum idque de rebus Persicis usurpatum in sermone Hebraeo ne speciem quidem veri habet, praesertim quum proceres Persarum a Graecis non *πρότιμοι*, sed *ἔντιμοι*, *ὁμότιμοι* (Pairs) appellarentur (Brisson de regio Persarum principatu p. 133).

פָּשָׂה *diffudit se* (lepra) Lev. XIII, 7 sqq. (Arab. فشا I. propagatum et multiplicatum est pecus. V. propagatus est morbus. Aram. פְּסָא id., unde פְּסִיוֹן diffusio leprae, scabiei. Origo est in *digrediendo* et *pandendo*, quae communis est notio verborum a syllaba פס, פש, פשׂ [פת] ordientium, lat. plerumque praeverbio *dis*, *di* expressa).

פָּשַׂע *gressus est*, sq. בְּ *aggressus est* Jes. XXVII, 4. (Chald. פְּסַע ingressus est, פְּסִיעָא, פִּסְעָא passus). Origo est in divaricandis et pandendis cruribus (v. פָּשָׂה et פָּשַׂק).

פֶּשַׂע m. *passus* (a pandendo) 1 Sam. XX, 3.

מִפְשָׂעָה f. *gressus*, inde *pars corporis a qua pedes oriuntur* (nostr. *Schritt*) 1 Par. XIX, 4, vocabulum honestius pro שֵׁתוֹת in loco parallelo 2 Sam. X, 4.

פָּשַׂק *divaricavit*, *distendit* (labia). Prov. XIII, 3: פֹּשֵׂק שְׂפָתָיו, quod Juda b. Karisch explicat: بَاشق شفتيه تبشيقا, licet in lexx. arab. verbo بشق haec significatio non tribuatur. (Vic. פָּשַׂע. Cognatas notiones habent Chaldaei in פְּסַק discidit, abscidit, Syri in ܦܫܩ explicavit).

Pi. divaricavit (crura) mulier ad coitum Ezech. XVI, 25.

פַּשׁ Iob. XXXV, 15 v. rad. פָּשַׁע.

פָּשַׁח *diffregit*, *dilaniavit* Thren. III, 11. (Chald. פְּשַׁח Pe. et Pa.; syr. ܦܫܚ Pa. id. Rom. XI, 20. 22 pro *ἐκκλάω*, *ἐκκόπτω*, Lev. I, 6. 12 pro נִתַּח, Iob. XVI, 9 pro פָּרַךְ, 1 Sam. XV, 33. Ps. VII, 3 pro שָׁסַף, פָּרַק; arab. فسخ disrupit, dissolvit).

* * *

פַּשְׁחוּר n. pr. 1) sacerdotis Jeremiae aequalis Jer. XX, 3, cujus significationi alluditur l. c. Potest enim significare: *salus ubique*, ut conflatum ex פוש arab. فسح amplus fuit et סְחוֹר circumcirca. Opp. מָגוֹר מִסָּבִיב. It. aliorum virorum 2) Jerem. XXI, 1. XXXVIII, 1 3) Esr. II, 38. X, 22. Neh. VII, 41. X, 4.

פָּשַׁט fut. יִפְשֹׁט 1) pr. *expandit*, *extendit* (syr. ܦܫܛ, arab. بسط, cogn. פָּשַׂט no. 1. 2), ubique intrans. *diffudit se*, *late grassatus est*, de copiis hostilibus 1 Par. XIV, 9. 13, de locustarum agmine Nah. III, 16, sq. עַל terrae vel populi: *irruit*, *invasit* (ad praedam agendam) Iob. I, 17. Iud. IX, 33. 44. 1 Sam. XXIII, 27, sq. אֶל 1 Sam. XXVII, 8. XXX, 1. Iud. XX, 37, בְּ 1 Par. XIV, 9. 13. 2 Par. XXV, 13. XXVIII, 18, acc. 1 Sam. XXX, 14: absol. 1 Sam. XXVII, 10. Hos. VII, 1.

2) *exuit* vestem (quod fit eam explicando et expandendo, ut contra induendo vestis complicatur), sq. acc. Lev. VI, 4. XVI, 23. Cant. V, 3. Ezech. XXVI, 16. XLIV, 19. Absol. פְּשֹׁטָה *exue* (vestes)! Jes. XXXII, 11.

Pi. exuere fecit i. e. *spoliavit* confossos 1 Sam. XXXI, 8. 2 Sam. XXIII, 10. 1 Par. X, 8.

Hiph. vestes exuere fecit, a) sq. acc. pers. *exuit* aliquem (jem. ausziehn, entkleiden) Hos. II, 5; b) sq. acc. vestis 1 Sam. XXXI, 9. Iob. XXII, 6 cf. Mich. II, 8; c) sq. dupl. acc. exuit aliquem aliqua re

Gen. XXXVII, 23. Num. XX, 26. 28. Ez. XVI, 39. XXIII, 26, vel acc. rei et מֵעַל pers. Mich. III, 3. Iob. XIX, 9. — 2) *excoriavit* victimas Lev. I, 6. 2 Par. XXIX, 34. XXXV, 11 (cf. Mich. III, 3).

Hithp. exuit sibi vestem 1 Sam. XVIII, 4.

פָּשַׁע *defecit* ab aliquo, sq. בְּ 2 Reg. I, 1. III, 5. 7, מִתַּחַת ib. VIII, 20. 22. LXX. ἀθετέω, ἀφίστημι. (Origo est in *frangendo* et *rumpendo*, pr. *fregit* foedus *cum* illo iunctum, nostr. *mit* jem. brechen, cf. arab. فسق defecit, coll. aram. ܦܣܩ, פְּסַק rupit). Spec. פָּשַׁע בַּיהוָה *defecit a Deo*. Jes. I, 2. XLIII, 27. LIX, 13. Jer. II, 8. 29. III, 13. XXXIII, 8. Ez. II, 3. XVIII, 31. Hos. VII, 13. Zeph. III, 11: *facinora tua* אֲשֶׁר פָּשַׁעַתְּ בִּי *quibus defecisti a me*. Absol. *defecit* a Deo Am. IV, 4. Thren. III, 42, quod idem est atque *peccavit*. Prov. XXVIII, 21, inde sq. עַל contra aliquem Hos. VIII, 1. Part. פֹּשֵׁעַ, *qui defecit* a Deo, *defector* (quae Taciti vox est) Jes. XLVIII, 8, pl. פֹּשְׁעִים Jes. I, 28. XLVI, 8. LXVI, 24. Dan. VIII, 23. LXX. ἀσεβέω (7), παραβαίνω (2), ἀνομέω (2), ἀδικέω (1), ἁμαρτάνω (3), part. ἄνομος (4), παράνομος (3), ἀσεβής (1).

Niph. recipr. Prov. XVIII, 19: אָח נִפְשָׁע *fratres qui defecerunt unus ab altero* (die mit einander brechen).

פֶּשַׁע in P. פָּשַׁע Iob. XXXIII, 9. XXXIV, 6. Prov. X, 19 al. c. Suff. פִּשְׁעִי pl. פְּשָׁעִים cstr. פִּשְׁעֵי m. 1) *defectio, rebellio* Prov. XXVIII, 2. — 2) *delictum* Gen. XXXI, 36. L, 17. Ex. XXII, 8. Am. I, 3 sqq., max. *peccatum* adv. Deum Iob. VII, 21. XIII, 23. XIV, 17. XXXI, 33. Ps. XXXII, 5. LI, 3. LIX, 4 al. Gravius est quam חַטָּאת Iob. XXXIV, 37. Meton. a) de poena peccati Dan. IX, 24, b) de sacrificio pro peccato Mich. VI, 7.

פַּשׁ ἅπ. λεγόμ. Iob. XXXV, 15, quod contextu paene flagitante LXX reddunt παράπτωμα (quod Ezech. XIV, 11 ponitur pro פֶּשַׁע), Vulg. *scelus*. Hi igitur vel in codd. suis legerunt פֶּשַׁע (quae quidem varietas hodie a Kennic. et de Rossio haud notata est), vel פַּשׁ idem valere putabant quod פֶּשַׁע abiecto ע, ut שַׁו Iob. XV, 31 Chethibh pro שָׁוְא. Idque nobis quoque probatur, coll. prae ceteris שַׁב ap. Talmudicos et Hierosolymitanos pro שֶׁבַע septem (Buxt. p. 2313), adde alia exempla ע ab extrema voce abiecti p. 976, it. chald. שְׁבַסְרֵי septendecim (ubi duo ע perierunt), אַרְבֵּיסַר quattuordecim, sam. דִּימָה i. q. דִּמְעָה lacrima al. Vulgo פַּשׁ ad rad. עוּ vel עוֹ revocant, etsi alias non usitatam. Atque Hebraei quidem *multitudinem* interpretantur (pr. dispersionem, a rad. פָּשַׁשׁ = פּוּשׁ no. 1) sc. peccatorum, quem genit. arbitrarie addunt; ab eadem rad. (no. 2) equidem olim *superbiam*, *ferociam* reddebam, quae ad *scelus* translata sit, idque secutus est Winerus; alii *stultitiam*, *fatuitatem*, dein *scelus* (cf. נְבָלָה, חִפְלָה) interpretantur, a فشفش debilis mente fuit, فشّ it. فسيس, فشفش fatuus (Cocc. Hirz.) Sed haec omnia dura sunt et longe petita.

פְּשַׁר chald. i. q. hebr. פָּתַר *explicavit*, *interpretatus est*, ut visa, somnia Dan. V, 16. (In Targg. saepius pro hebr. פָּתַר. Syr. ܦܫܪ exposuit, declaravit, sam. interpretatus est, iudicavit, arab. i. q. hebr. فسر id.).

Pa. id. Dan. V, 12. Inde

פְּשַׁר (cstr. Dan. IV, 3. V, 15) emphat. פִּשְׁרָא et פִּשְׁרֵה c. suff. פִּשְׁרַהּ pl. פִּשְׁרִין ib. V, 16, chald. m. *explicatio*, *interpretatio* (somnii) Dan. II, 4 — 7. 9. 16. 24. 25. 30. IV, 3. 4. 15. 16. 21. V, 7. 8. 12. 15. 16. 17. 26. VII, 16.

פֵּשֶׁר hebr. id. Eccl. VIII, 1: יֹדֵעַ פֵּשֶׁר דָּבָר *qui scit explicationem rerum*, qui rationem reddere potest rerum, quae sub sole fiunt.

פָּשַׁשׁ rad. inusit. Arab. فشّ II. dissolvit, discussit, spec. carminavit gossypium, v. quae ex Avicenna laudavit Castellus, Golius enim et Freytagius hunc significatum neglexerunt, cf. نفش vellendo, digitis carpendo divisit lanam, gossypium carminavit. Syr. ܦܘܫܫܐ carminatio, lex. Adl. تحلل, تنفيش. Chald. פַּשְׁפֵּשׁ perquisivit, pervestigavit, quod est a divellendo, expediendo. Inde

פֵּשֶׁת (vulgo פִּשְׁתָּה), nonnisi c. suff. פִּשְׁתִּי Hos. II, 7. 11 pl. פִּשְׁתִּים f. (פִּשְׁתִּים שְׂרִיקוֹת Jes. XIX, 9) *linum* (Flachs) Jes. l. c. Deut. XXII, 11. Prov. XXXI, 13, פְּתִיל פִּשְׁתִּים filum linteum Ez. XL, 3 et sic פִּשְׁתִּים Iud. XV, 14 (ut lat. linum de filo linteo), it. *panni lintei* (Linnen), Lev. XIII, 48. 52: בֶּגֶד פִּשְׁתִּים *vestis lintea* Lev. XIII, 47. 59. Ez. XLIV, 17, אֵזוֹר פִּשְׁתִּים ibid. cf. 18. פִּשְׁתֵּי הָעֵץ Jos. II, 6 *lina ligni* s. lignea i. e. sec. Vulg. *stipulae lini* (Flachsstengel) LXX. λινοκαλάμη, et sic Targ. Pesch., sed intp. Arab. حَطَبُ القطن *lignum gossypii*.

Radicem huius vocis plerique fecerunt פשת, unde duxerunt nomen פִּשְׁתָּה. Sed neque illius radicis vestigium est in linguis cognatis, neque פִּשְׁתָּה usquam legitur. Malui igitur radicem statuere פָּשַׁשׁ (v. supra), unde פֵּשׁ fem. פֵּשֶׁת (ut רֶפֶת, רְפָתִים a רָפַף, דֶּלֶת a דָּלַל) et פִּשְׁתָּה pl. פִּשְׁתִּים (ad formam שְׁבָעִים, תְּשָׁעִים v. Lgb. p. 575. 576), quorum ת etsi primitus servile origine neglecta in radicale abiit, ut in אוֹת, אַחוֹת; דֶּלֶת, דְּלָתִים, דְּלָתוֹת; קֶשֶׁת, קְשָׁתוֹת. Formam autem masculinam (פֵּשׁ) reperisse mihi videor in Punico Ζεραφοῖς, λῖνον apud Diosc. (v. Monumm. Phoen. p. 389) i. e. זֶרַע פֵּשׁ pr. semen lini (φοις pro φις, pro scribendi more in his glossis).

Quod Forsterus (de bysso antiqu. p. 63) פשתה aegyptiacae originis esse statuebat, ortum ex ⲠⲒ-ϢⲈⲀⲦⲤⲒ planta staminis, vix probabile est, quum hoc vc. ab eo factum sit linumque aliis vcc. (ⲈⲒⲀⲀⲨ, ⲘⲀⲤⲒ) exprimatur.

פִּשְׁתָּה f. 1) *linum*, idque in agro crescens Exod. IX, 31. 2) *ellychnium* ex lino factum Jes. XLII, 3. XLIII, 17.

פַּת *frustum*, v. פָּתַת.

פֹּת *cardo, interstitium*, v. rad. פות.

פְּתָאִים v. פְּתִי rad. פָּתָה.

פִּתְאֹם *subito* v. rad. פָּתַע.

פַּתְבַּג m. *cibus delicatior, cupediae* (regis) Dan. I, 5. 8. 13. 15. XI, 26 (LXX. τράπεζα et δεῖπνον, Theod. τράπεζα. Vulg. *cibus*). Respondet syr. ܦܬܒܓܐ fercula delicatiora, cupediae, BH. 331. Ephr. 1, 260. 382. 423 et Pesch. Dan. l. c. cf. lexicographos Syros in Gesen. Anecdd. orient. II, 57. Origine Persicum est, et altera quidem pars בג, باه, پاه, باج cibum significat, redi ad p. 177. Adde Judam b. Karisch: פתבג. בג هو فارسى باج وتفسيره طبيخ ولذلك تقول العرب فى تسمية الالوان الموروثة من لسان الفرس دوغ باج طبيخ لبن يعنى مظيرة زورباج زبيبية نارباج رمانية سكباج مخللة *i. e.* בג *est vox Persica* باج *quae significat cibum bene praeparatum. Eadem utuntur Arabes in designandis ferculis, quae una cum nomine a Persis adoptarunt, velut* دوغ باج *cibus e lacte eoque acido factus,* زورباج *ex uvis passis,* نارباج *ex malis Punicis,* سكباج *ex aceto.* (Subiungi poterat اسفيد باج nostr. *blanc-manger*. De سكباج v. Meidani prov. no. 437. باج autem fortasse congruit cum gr. φάγειν, adeoque phryg. βέκος Herod. 2, 2). De prima vocis parte dubitatum est. Lorsbachius (Archiv f. morgenl. Litt. II, 313) eam revocabat ad بت idolum, unde פַּתְבַּג proprie *cibus numini* (in lectisterniis) *appositus:* Bohlenius (symb. p. 23) ad پاد pater, inde *cibus patris* i. e. regis: reliquis probabilius Benfey (Monatsnamen p. 194) ad sanscr. *paiti* dominus, unde פתבג pr. *domini cibus* (Herren-Essen) i. e. cibus delicatus.

פִּתְגָם emphat. פִּתְגָּמָא chald. m. *verbum* i. q. דָּבָר, unde אתיב פִּתְגָּמָא i. q. hebr. הֵשִׁיב דָּבָר reddidit verbum i. e. respondit Esr. V, 11 Dan. III, 16, שְׁלַח פִּתְגָּמָא misit verbum i. e. mandatum Esr. IV, 17. V, 7 cf. hebr. שֹׁלֵחַ דְּבָרִים Prov. XXVI, 6. Inde *mandatum* (regis) Esr. VI, 11, *decretum* divinum Dan. IV, 14. — In Targg. פִּתְגָם sexcenties ponitur pro דָּבָר verbum, res, aliquid (v. Buxt. pag. 1867), et ita syr. ܦܬܓܡܐ (v. Schaaf. h. v. et J. D. Mich. ad Castellum p. 744), etiam in formula ܐܗܦܟ ܦܬܓܡܐ Luc. XXIII, 9. Col. IV, 6, et ܢܦܢܘܢ ܦܬܓܡܐ Mt. XXII, 46. XXVII, 14 dedit responsum. In origine definienda nil profecerunt, qui ad radicem Semiticam revocarent, velut ad فتا respondit (Schult. Sim.), nedum ad פתג cui *dicendi* vim ex suopte ingenio affingit Fürstius coll. δείκνυμι, *dico*. Haud feliciores fuerunt, qui a gr. φθέγμα repeterent (Eich. et, licet dubitanter, iam Michaëlis), cuius ne significatio quidem cum linguae Chaldaeae usu convenit. Contra vix dubium est quin verum viderint, qui Persicam esse hanc vocem statuerent (v. Jahnii Einleit. in das A. T. II, p. 624) i. q. pehlev. *pedâm* (v. Anquetil Zend-Avesta II, p. 488), pers. *peighâm* (ibid. et p. 515. 517), پيام, پيغم, پيغام verbum, it. mandatum, quod per litteras vel nuncium affertur, unde پيغامبر nuncius, legatus. Videtur autem verbum chald. פִּתְגָם ab antiquiore quadam forma profectum esse, in qua utraque consona (t et g) servata erat.

פִּתְגָּם (Kamez impuro, cf. formam syr. et pers.) i. q. praec. chald., spec. *edictum* regis Esth. I, 20, iudicis Eccl. VIII, 11.

פְּתִיגִיל ἅπ. λεγόμ. Jes. III, 24 vestimenti pretiosi genus, cui opponitur מַחֲגֹרֶת שָׂק. Veteres interpretes fluctuant. LXX. χιτὼν μεσοπόρφυρος. Vulg. *fascia pectoralis*. Saad. Abulw. Kimchi غلالة *vestimentum amplum et pretiosum*. Conflatum est ex duabus vocibus, quas alii alias esse volunt, v. c. פְּתִיל גָּלִיל filum convolutum, unde fascia pectoralis (Hiller), פְּתִיל גִּיל pr. *filum orbis* s. orbiculare, de eadem re (Schroeder de vest. p. 138), פִּשְׁתֵּי גוּלָא linum pallii, inde „pallium gossypinum" (Ewald gr. crit. p. 518): quae coniecturae vel propterea ferri non possunt quod tanta in consonis eiiciendis licentia a linguae indole aliena est. Nam eiiciuntur quidem consonae e mediis compositis, sed duntaxat ubi duae similes collidunt v. c. כַּרְבְּמִישׁ pro כַּרְכְּמִישׁ, בָּרֵךְ pro צְפַרְדֵּעַ pro צְפַר רְדַע. Mihi conflatum videtur ex פָּתִיךְ גִּיל i. e. *vestis variegata eaque festiva* (buntes Feyerkleid) coll. ܦܬܟܐ vestis polymita, variegata, ܡܦܬܟܐ variegatus, discolor, ܦܬܟ variavit (colores), nasor. ܦܬܟܬܐ vestis variegata (auro et argento) Cod. Nas. II, 92, et גִּיל exultatio, saltatio (جال med. Waw saltavit), qualis diebus festis fit (cf. חַג festum, a חגג saltavit).

פָּתָה 1) pr. *pandit, aperuit.* (Emollita extrema littera ortum videtur ex פָּתַח q. v. Cf. etiam פָּתַע et in linguis indogerm. sanscr. *pad* pandere, gr. πετάω, πετάννυμι, lat. *pateo*). Prov. XX, 19: פֹּתֶה שְׂפָתָיו *labia pandens*, de homine garrulo, cuius labia semper patent. Inde *dilatavit, amplum et latum fecit*, v. Hiph. (Chald.

פְּתָא Aph. dilatavit i. q. hebr. הִרְחִיב, פְּתָיָא ,פְּתִי latus, spatiosus, פּוּתְיָא et פְּתִיוּתָא latitudo, פְּתָאָה i. q. רְחוֹב vicus, platea. Syr. ܦܬܐ latus fuit Pa. et Aph. dilatavit. Sam. ࠐࠕࠉ latus fuit).

2) intrans. *apertus fuit*, translate *animi aperti et ingenui fuit*, more puerorum et adolescentulorum (arab. فتا ingenuus, iuvenili aetate fuit), et in malam partem *seduci, pellici se passus est*. Deut. XI, 16: פֶּן יִפְתֶּה לְבַבְכֶם *ne pelliciatur cor vestrum*. Iob. XXXI, 27. Part. פֹּתֶה *stolidus* Iob. V, 2 (parall. אֱוִיל), fem. פּוֹתָה Hos. VII, 11.

Niph. sibi persuaderi passus est Jer. XX, 7; *seduci, pellici se passus est*, sq. עַל ad aliquid Iob. XXXI, 9.

Pi. פִּתָּה 1) *persuasit* alicui (πείθω) Jer. XX, 7, max. in malam partem 1 Reg. XXII, 20 sqq. Iud. XIV, 15. XVI, 5. 2 Sam. III, 25. Hos. II, 16. Ez. XIV, 9, inde *pellexit, seduxit* Ex. XXII, 15. Prov. I, 10. XVI, 29. — 2) *decepit* aliquem, verbis *lactavit* (gr. ἀπατάω) Ps. LXXVIII, 36. Prov. XXIV, 28: הֲפִתִּיתָ בִּשְׂפָתֶיךָ *num decipies labiis tuis?* i. e. ne decipias, v. הֲ no. 1, a.

Pu. i. q. Niph. sibi persuaderi passus est Prov. XXV, 15, decipi se passus est Ezech. XIV, 9. Jer. XX, 10.

Hiph. dilatavit i. q. הִרְחִיב (v. ad Kal no. 1 ibique usum Chaldaeorum et Syrorum), sq. dat. *amplum spatium concessit* alicui i. q. הִרְחִיב לְ (Gen. XXVI, 22. Ps. IV, 2). Gen. IX, 27: יַפְתְּ אֱלֹהִים לְיֶפֶת *Deus ampla spatia concedat Japheto*, quibus verbis alluditur amplis regionibus, quae Japheto in occidentalibus et septentrionalibus terrae regionibus assignatae sunt cf. Gen. X, 2—5.

פְּתִי m. chald. *latitudo* (v. ad Kal no. 1) c. suff. פְּתָיֵהּ Dan. III, 1. Esr. VI, 3. (Syr. ܦܬܝܐ, ܦܬܝܘܬܐ id.). — De *regione lata* s. spatiosa פתי (פְּתִי) legitur in cod. Sam. Num. XXIV, 17, ubi pro פַּאֲתֵי מוֹאָב exstat פתי מואב et totidem litteris apud interpretem chald. sam. Inepte Io. Morinus: *stulti Moabi*; redde *regionem Moabi*, quod sententia non differt a vulgari lectione. Recte igitur Abusaides, interpres sam. arabicus, جهات, quo ipso Saadias vulgarem scripturam expresserat.

פְּתִי, in Pausa פֶּתִי Ps. XIX, 8, et sine ea Prov. IX, 4. 16. XIV, 15, plur. פְּתָיִים Prov. XXII, 3, פְּתָיִם I, 22. 32, saepius פְּתָאיִם VIII, 5. IX, 6. XIV, 18 m. *stoliditas* Prov. I, 22, sed saepius concr. *stolidus* (cf. בַּעַר concr. brutus, מִרְשַׁעַת scelus pro scelesto, Lgb. 484). Ps. XIX, 8. Prov. I, 32. IX, 6 al. Dicitur de ea stoliditate, cuius fons est in inopia consilii, prudentiae, disciplinae et rerum usus, qualis puerorum et adolescentulorum est pellectu facilium (Prov. VII, 7) et credulorum (XIV, 15), licet non malorum et noxiorum (Ps. CXVI, 6. LXX. ἄκακος). Copulatur cum חֲסַר לֵב Prov. VII, 7. IX, 4. 16, opp. sapientiae (Prov. XXI, 11), prudentiae (Ps. CXIX, 130), calliditati (עָרְמָה, עָרוּם Prov. I, 4. VIII, 5. XIV, 18. XXII, 3. XXVII, 12). LXX. ἄφρων (7), νήπιος, νήπιον (6), ἄκακος (5). — Origo vocis quaerenda est in animo et ingenio aperto et pellectu facili, eodemque vacuo et inani, quod in malam partem versum est apud Hebraeos, contra in bonam apud Arabes, apud quos فتى est: liberalis indolis et iuvenili aetate fuit, فَتًى adolescens, it. liberalis, generosus.

פְּתַיּוּת f. *stoliditas*, concr. stolida Prov. IX, 13.

פְּתוּאֵל (fort. pro מְתוּאֵל vir Dei) n. pr. patris Joëlis prophetae Joël I, 1.

יֶפֶת n. pr. LXX. Ἰάφεθ, Vulg. *Japheth*, Noachi filius natu secundus (Gen. V, 32. VII, 13. IX, 18 sqq.), cuius posteri Gen. X, 2—5 occidentales et boreales terrae regiones occupasse narrantur, cf. de Arabum traditionibus inde coortis d'Herbelot bibl. orient. pag. 470. Hottinger hist. orient. p. 37. — Nominis originem si ad radicem Hebraeam referre velis, nulla propior fuerit, quam יָפָה, unde יֶפֶת esset *pulchritudo* (ut כֶּסֶת a כָּסָה, קֶרֶת a קָרָה): sed Gen. IX, 27 ei ita alluditur a sacro scriptore (יַפְתְּ אֱלֹהִים לְיֶפֶת), ut a פָּתָה derivasse videatur (יֶפֶת i. q. יַפְתֶּה) vi *late patendi*. — *Japetum* Graecorum contulerunt Bochartus (Phal. 3, 1) et Buttmannus (Mythol. 1, 222 sqq.).

תִּפְתָּיֵא chald. pl. emphat. nomen dignitatis apud Babylonios Dan. III, 2. 3, fortasse *iurisconsulti*, a فتى IV. responsum dedit de iure Cor. 4, 126. 175. Elnaw. p. 113, المفتى *Mufti*, pr. sapiens, cuius responsum proximum a lege locum habet. LXX. οἱ ἐπ' ἐξουσιῶν. Gr. Venet. ἁρμοσταί. Vulg. praefecti, quod Bertholdtus (ad Dan. p. 828) ita vindicatum it, ut תִּפְתָּיֵא denom. putet a פְּתִי terra lata, regio: non bene. Etymon e vetere lingua Persica nuper tentavit Benfey (Monatsnamen pag. 196): *atipaiti* (Oberherr) ab *ati* super et *paiti* dominus.

פָּתַח 1) *aperuit*. (Syr. ܦܬܚ, arab. فتح, aeth. ፈትሐ: id. Origo fortasse est in *pulsando* ianuam, cuius sonum imitatur et *patách* et gr. πατάσσω, cuius rad. est παταγ-ω, ut apud Aegyptios aperiendi verbum *malleo* indicatur, *quo ianua pulsatur* [Thürklopfer] v. Champollion gr. égypt. p. 59. Verba cognata sunt פָּתָה, פָּתַע, it. פָּקַח q. v.). Pr. aperuit ianuam Iud. III, 25. 2 Reg. IX, 3, portam Jes. XXVI, 2. Ez. XLVI, 12, fores coeli Ps. LXXVIII, 23, fenestram Gen. VIII, 6. 2 Reg. XIII, 17, sepulcrum Ez. XXXVII, 12. 13, thesauros Deut. XXVIII, 12, rupem (i. e. aperuit fontem in rupe) Ps. CV, 41, saccum Gen. XLIII, 21, oculos 1 Reg. VIII, 29 (alibi פָּקַח). Omisso acc. *aperuit* (sc. ianuam) Jes. XXII, 22. Jer. XIII, 19, sq. dat. pers. aperuit (ianuam) alicui Cant. V, 2. 5. 6, it. aperuit sc. os, Ps. CVI, 17: *aperuit terra os et devoravit eos*. Part. pass. פָּתוּחַ *apertus* Num. XIX, 15. Spec. 1) פָּתַח אֶת־פִּיו *aperuit os*, vel ad edendum Ez. III, 2, vel ad cantandum Ps. LXVIII, 2 et clamandum Ez. XXI, 27,

vel ad loquendum, max. post silentium Iob. III, 1. XXXIII, 2, inde *locutus est, verba fecit* Prov. XXXI, 8. 26. Ps. CIX, 2, et contra: *os non aperuit* i. e. tacuit. Ps. XXXVIII, 14. XXXIX, 10. Jes. LIII, 7. Prov. XXIV, 7. Ita *aperuit labia*, verba fecit Iob. XI, 5. — Aliud est b) *aperuit os alic.* (Deus) i. e. loquentem fecit, qui mutus fuerat Num. XXII, 28, vel parum eloquens Ezech. III, 27. XXXIII, 22. — c) *aperuit aurem* alic. i. e. revelavit ei (Deus) Jes. L, 5 cf. XLVIII, 8. — d) *manum suam aperuit* alicui (sq. לְ) i. e. liberalis fuit erga eum Deut. XV, 8. 11 cf. Ps. CIV, 28. CXLV, 16. (Cf. arab. فتح liberalis fuit, pers. دست كشايدن iannam aperire, liberalem esse). — e) Urbes, quae se dedunt, dicuntur *aperire* (sc. portas) oppugnatoribus Deut. XX, 11. 2 Reg. XV, 16. (Apud Arabes فتح dicunt de oppugnatoribus, qui urbem sibi aperiunt i. e. expugnant, et sic syr. ܦܬܚ BH. 404). — f) *aperire frumentum* paulo audacius dictum est pro apertis granariis vendere Am. VIII, 5.

2) *solvit*, ut gladium i. e. strinxit Ps. XXXVII, 14. Ez. XXI, 33, captivum (liberavit e carcere) Jes. XIV, 17: אֲסִירָיו לֹא פָתַח בָּיְתָה *captivos suos non dimisit domum.* Cf. Pi. no. 2.

3) *incepit, exorsus est* (eröffnen), v. c. carmen Ps. XLIX, 5. (Arab. فتح I. III. VIII. orsus est. X. loqui coepit, فَاتِحَة initium).

Niph. 1) *apertus est* Gen. VII, 11. Jes. XXXV, 5. Ez. I, 1 al. Jer. I, 14: מִצָּפוֹן תִּפָּתַח הָרָעָה *ex septentrione aperietur* i. e. irrumpet *malum.* — 2) *solutus est*, de cingulo Jes. V, 27, *liberatus est*, de captivo Iob. XII, 14.

Pi. 1) *aperuit* i. q. Kal Iob. XLI, 6, intrans. *aperuit se* (flos) Cant. VII, 13, *apertus est* Jes. LX, 11. XLVIII, 8: לֹא פִתְּחָה אָזְנֶךָ *non aperta est auris tua* i. e. non certior factus es (cf. גָּלָה אֹזֶן). — 2) *solvit*, ut vincula Jes. LVIII, 6. Iob. XXXVIII, 31. XXXIX, 5 (cf. XII, 18), Ps. CXVI, 16 (c. dat.), frenum Iob. XXX, 11 (v. יֶתֶר no. 1, c), saccum Ps. XXX, 12. Jes. XX, 2. Sq. acc. pers. Jer. XL, 4: פִּתַּחְתִּיךָ מִן הָאֲזִקִּים *solvam te ex vinculis.* Ps. CII, 21. CV, 20. Gen. XXIV, 32: *et solvit camelos* i. e. solvit clitellas eorum. Jes. XLV, 1: *et lumbos regum solvam*, reges discingam. Part. מְפַתֵּחַ *qui* cingulum *solvit*, *discinctus*, de eo qui proelio peracto arma deponit 1 Reg. XX, 11. — 3) terram *aperuit* aratro, *aravit* Jes. XXVIII, 24, et (quod huic simile est) 4) *sculpsit, insculpsit, caelavit* in lignum 1 Reg. VII, 36. 2 Par. III, 7, in gemmas Ex. XXVIII, 9. 36, 2 Par. II, 6. 13. Dein sculpendo praeparavit lapides ad aedificandum Zach. III, 9.

Pu. pass. Pi. no. 4. Ex. XXXIX, 6.

Hithpa. solvit sibi (vincula), sq. acc. Jes. LII, 2.

פְּתַח chald. i. q. hebr. Dan. VI, 11. Praet. pass. VII, 10. In Targg. saepe.

פֶּתַח, in Pausa פָּתַח Iob. XXXI, 34 c. suff. פִּתְחִי Prov. XVII, 19. Ez. XL, 38, pl. פְּתָחִים cstr. פִּתְחֵי Ps. XXIV, 7 al. m. 1) *ostium*, domus 1 Reg. XIV, 27. Iob. XXXI, 24, tentorii Gen. XVIII, 3, navigii VI, 16, conclavis 1 Reg. VI, 8. 31, urbis Gen. XXXVIII, 14, atrii cet. Ita differt a דֶּלֶת, דְּלָתַיִם, ut hoc fores valvasque significet, quibus ostium (פֶּתַח) claudatur. Dicunt: בְּפֶתַח in ostio Gen. XXXVIII, 14. Jer. XXVI, 10. XLIII, 9. Ezech. XI, 1; לַפֶּתַח, לְפֶתַח פ׳ *ad ostium* (an der Thür) Prov. IX, 14. Gen. IV, 7, עַל פֶּתַח Iob. XXXI, 9, sed creberrime et sexcenties in acc. פֶּתַח, sq. genit. פֶּתַח הָאֹהֶל ad ostium tentorii Gen. XVIII, 1. 10. Ex. XXXIII, 8. 9, פ׳ אֹהֶל מוֹעֵד Exod. XXIX, 11. 32. 42. Lev. I, 5. III, 2 al., פ׳ הַבַּיִת ad ostium domus Gen. XIX, 11. XLIII, 19. Iud. XIX, 26. 27. 2 Reg. V, 9, פ׳ הַשַּׁעַר ad ostium s. introitum portae Iud. XVIII, 16. 17. 2 Sam. X, 8, פ׳ שַׁעַר הָעִיר Iud. IX, 35. 44, פ׳ הֶחָצֵר Num. III, 26, פ׳ שַׁעַר הֶחָצֵר IV, 26, פ׳ הַמְּעָרָה 1 Reg. XIX, 13. Post verba motus: אֶל פֶּתַח *ad ostium* (an die Thür hin) Lev. I, 3. IV, 4. Deut. XXII, 21. Jos. VIII, 29, it. הַפֶּתְחָה Gen. XIX, 6. — 2) poët. pro *porta* i. q. שַׁעַר. Jes. III, 26. XIII, 2. Ps. XXIV, 7. 9: פִּתְחֵי עוֹלָם portae aeternae. Metaph. פִּתְחֵי פִיךָ Mich. VII, 5. — Mich. V, 5 verbo בִּפְתָחֶיהָ in altero membro respondet בַּחֶרֶב, quocirca parallelismi studio ducti Aqu. *lanceis eius*, Ed. quinta: *ἐν παραξίφεσιν αὐτῶν*, it. Aben Esra et Kimchi, qs. legeretur בִּפְתִחֶיהָ *strictis gladiis* (eius). Sed recte observavit Rosenm., per suffixum id non licere. Namque dicendum erat בִּפְתִחֵיהֶם *strictis gladiis eorum* sc. pastorum: suffixum הָ refertur ad terram Nimrodi: *in portis eius.*

פֵּתַח m. *declaratio, institutio aperta* et perspicua Ps. CXIX, 130. (Syr. ܦܘܬܚܐ apertio, explicatio. Arab. conj. X. explicavit difficilia Corani).

פִּתְחוֹן cstr. פִּתְחוֹן m. *apertio* (oris) Ez. XVI, 63. XXIX, 21.

פִּתּוּחַ m. *sculptura, caelatura, opus caelatum* (v. rad. Pi. no. 4). Plur. 1 Reg. VI, 29. Ps. LXXIV, 9. פִּתּוּחֵי חוֹתָם *sculptura* (gemmarum) *in annulis* (Steinschneiderei) Ex. XXVIII, 11. 21. 36. XXXIX, 6. 14. 30. LXX. *γλυφή* (4), *γλύμμα* (1), *ἐκτύπωμα* (1).

פְּתִיחָה f. pl. פְּתִיחוֹת gladii *stricti* Ps. LV, 22, cf. rad. no. 2.

פְּתַחְיָה (quem Jehova solvit i. e. liberavit) n. pr. virorum 1) 1 Par. XXIV, 16. 2) Esr. X, 23. Neh. IX, 5. 3) Neh. XI, 24.

יִפְתָּח (fort. pro יִפְתַּחְיָה quem Jova solvit s. liberat cf. פְּתַחְיָה) n. pr. iudicis, qui ex voto temere suscepto filiam Jovae immolavit. Iud. XI. XII. 1 Sam. XII, 11. LXX. *Ἰεφθάε.* Vulg. *Jephte.*

מַפְתֵּחַ m. *clavis*, qua aperitur ianna Iud. III, 25. Jes. XXII, 22. 1 Par. IX, 27. Arab. مِفْتَاح. Cf. de clavibus et seris veterum Harm. Beob. 1, 188—190. I. E. Faber Archaeol. p. 427.

מִפְתָּח m. *apertio*. Prov. VIII, 6: *apertio labiorum meorum*, quod efferunt labia mea.

נִפְתָּח apertio, v. גֵּי נִפְתָּח p. 775 A.

נַפְתֻּחִים n. pr. aegypt. v. p. 902.

פָּתַל in Kal inusit. Chald. syr. arab. aethiop. torsit, contorsit, nevit, unde פָּתִיל.

Niph. 1) part. *contortus*, metaph. *versutus* Prov. VIII, 8. Iob. V, 13. (Cf. עָקַל, arab. حتل torsit VIII. versutus fuit, technam struxit, حِيلَة versutia). LXX. ap. Iob. πολύπλοκος. — 2) *luctatus est*, quod fit membra torquendo et versando (cf. جدل torsit funem. III. luctatus est Cor. 4, 127). Gen. XXX, 8.

Hithpa. versutum se gessit, fut. תִּתְפַּתָּל Ps. XVIII, 27, pro quo 2 Sam. XXII, 27 habetur תִּתַּפָּל, forma vix et ne vix quidem emendata, quae imitari videtur praecedens תִּתָּבָר (pro תִּתְבָּרַר). Potest ita orta esse, ut תִּתְפַּתָּל transponerent in תִּתְתַּפָּל, transpositum contraherent in תִּתַּפָּל. Winerus coniicit תִּפַּתָּל. Cf. Lgb. p. 374.

פָּתִיל m. *filum*, *funiculus*, v. c. quo operculum vasis alligatum est Num. XIX, 15, ex quo annulus signatorius suspensus erat Gen. XXXVIII, 18. 25, funiculus mensorius Ez. XL, 3. פְּתִיל נְעֹרֶת funiculus stupeus Iud. XVI, 9, פ׳ תְּכֵלֶת funiculus hyacinthinus (conchylio tinctus) Exod. XXVIII, 28. 37. Num. XV, 38. (Arab. فَتِيل funiculus, syr. ܦܬܝܠܬܐ ellychnium).

פְּתַלְתֹּל m. *perversus* Deut. XXXII, 5.

נַפְתּוּלִים m. pl. *luctationes*, v. rad. Niph. no. 2. Gen. XXX, 8.

נַפְתָּלִי (luctatio mea v. Gen. XXX, 8) n. pr. *Naphtali*, Jacobi filius natu sextus, quem ex Bilha pellice suscepit Gen. l. c., auctor tribus cognominis, cuius sedes a fontibus Jordanis usque ad mare Galilaeum patentes describuntur Jos. XIX, 32—39. Vide de ea prae ceteris Gen. XLIX, 21. Num. I, 42. 43. VII, 78. XXVI, 48—50. Deut. XXXIII, 23. Iud. I, 33. IV, 6. V, 18. Saepe copulatur cum tribu vicina Sebulon Iud. V, 18. Jes. VIII, 23. Ps. LXVIII, 28. Vulg. *Naphtali*, sed LXX. Νεφθαλείμ: videntur enim נַפְתָּלִי accepisse pro plur. נַפְתָּלִים.

פִּתֹם Exod. I, 11 (6 codd. Kenn. פיתום, 17 פיתם, Sam. פיתון) n. pr. urbis Gosenitidis, quae iubente Pharaone ab Israëlitis munita est. Eandem memorat Herodotus (II, 158) situm ipsius significans: *recipit*, inquit, (fossa ex Nilo in sinum Arabicum ducta) *aquam Nili κατύπερθι Βουβάστιος πολέως παρὰ Πάτουμον Ἀραβίην πόλιν* (i. e. Aegypti occidentalis). Steph. Byz. *Πάτουμος, πόλις Ἀραβίας*. Recentioribus Geographis omisso art. *Pi* ea vocatur *Θοῦμ* et corrupte *Θοῦ*. V. Itin. Anton. p. 163 ibique Wessel., unde intelligitur, eam in via, quae Babylone Heroopolin ducit, 24 mill. ab hac urbe dissitam fuisse. Aegyptiace ⲐⲞⲘ c. art. ⲠⲒ-ⲐⲞⲘ significat locum *angustum*, *montibus inclusum*, idque nominis haec urbs a natura loci invenisse videtur, pariter atque eiusdem nominis oppidum in Aegypto superiore situm (v. Champoll. l'Égypte I, 172. II, 58). Aliam sententiam praeivit interpres Copticus Gen. XLVI, 28, qui pro Ἡρώων πόλις posuit ⲠⲈⲐⲰⲘ ⲦⲂⲀⲔⲒ, quam secuti *d'Anvillius* (Mémoires sur l'Égypte p. 123. 124), *Larcher* aliique, *Pithom* et Heroopolim unam eandemque urbem fuisse censuerunt; sed Copticus interpres illas urbes satis vicinas inter se confudisse videtur. Tertia sententia est Saadiae Fiiumensis, qui Pithom suae ipsius patriae antiquum nomen fuisse putabat (v. eius Vers. arab. Exod. l. c.), propterea que a Judaeis הפיתומי et الفيومي promiscue appellatur: quae quantopere a vero aberret, non est quod demonstremus. Nam *Fijum* est superioris Aegypti oppidum trium dierum itinere distans a Kahira, ad Gosenitidem igitur pertinuisse non potest, v. de الفيوم quae laudant Mich. ad Abulf. Aegyptum p. 110 et Hartmannus ad Edrisii Africam p. 500. 501.

פָּתַן rad. inusit. I) i. q. מָתַן مَتُنَ *validus*, *firmus* fuit, unde מִפְתָּן limen. Fürstius ei *extendendi* vim tribuit, coll. יָתַן et תָּנַן.

II) prob. i. q. פָּתַל torsit, inde

פֶּתֶן, in Pausa פָּתֶן Jes. XI, 8 m. *aspis*, eaque venenosa (Deut. XXXII, 33. Iob. XX, 14. 16) Jes. l. c. Ps. LVIII, 5. XCI, 13. Plur. Deut. et Iob. ll. cc. (Chald. פִּתְנָא, פַּתַן, syr. ܦܬܢܐ id., quod Bochartus addit ܦܬܘܢܐ *draco*, sine auctoritate est. Arab. بَثَن v. Forskålii Fauna p. VIII et 15). Vide Boch. Hieroz. III, 156 Lips. et de aspide surda ad Ps. LVIII, 5, ibid. pag. 161 sqq.

מִפְתָּן m. *limen inferius* 1 Sam. V, 4. 5. Zeph. I, 9. Ez. IX, 3. X, 4. 18. XLVI, 2. XLVII, 1. (Talmud. פתין caput trabis vel lapidis extra murum prominens, Negaim c. 13).

פָּתַע rad. inusit. Sam. ࠐࠕࠇ i. q. hebr. פָּתַח aperuit. Inde

פֶּתַע apertio oculorum, inde *temporis momentum* (nostr. Augenblick). Adverbialiter *momento* i. e. *subito*, *repente* Prov. VI, 15. XXIX, 1. Hab. II, 7. Sed בְּפֶתַע Num. XXXV, 22 est *improviso* i. e. fortuito. Alibi copulatur cum syn. פִּתְאֹם ad vim augendam: בְּפֶתַע פִּתְאֹם Num. VI, 9, לְפֶתַע פִּתְאֹם Jes. XXIX, 5, פִּתְאֹם לְפֶתַע XXX, 13.

פִּתְאֹם (pro פִּתְעֹם, ע mutato in א, a פֶּתַע et ־ֹם terminatione adverbiorum) adv. *repente*, *subito* Num. XII, 4. Jos. X, 9. XI, 7. Iob. V, 3. IX, 23. XXII, 10. Ps. LXIV, 5. 8. Prov. VI, 15. VII, 22. XXIV, 22. Eccl. IX, 12. Jes. XLVII, 11. XLVIII, 3. Jer. IV, 20 al. In genit. פַּחַד פִּתְאֹם terror subitaneus Prov. III, 25. Semel בְּפִתְאֹם 2 Par. XXIX, 36 (cf. Lgb. 223, 2). LXX. ἐξαίφνης, ἐξάπινα, ἐξαπίνης, ἄφνω, παραχρῆμα.

פָּתַר fut. יִפְתֹּר *explicavit*, *interpretatus est* somnium Gen. XL, 8. 16. 22. XLI, 8. 12. 13. 15. (Chaldaei, alias a litteris sibilantibus alieniores, hoc significatu habent פְּשַׁר q. v. Arabes فسر, Aethiopes ፈትሐ: t et k permutatis, ut פָּתַח, פָּקַח; שָׁתָה, שָׁקָה. Origo est in findendo et *aperiendo*, cf. פָּטַר, et שֶׁבֶר de solutione somnii Iud. VII, 15).

פְּתוֹר (fort. i. q. chald. פָּתוֹרָא mensa) n. pr. loci in Mesopotamia ad Euphratem, ubi Bileamus habitabat Deut. XXIII, 5, c. He locali פְּתוֹרָה Num. XXII, 5.

פִּתְרוֹן m. *interpretatio* somnii Gen. XL, 12. 18, *significatio* eius, ib. comm. 5: אִישׁ כְּפִתְרוֹן חֲלֹמוֹ *quisque pro significatione somnii sui* i. e. ita ut cuiusque somnium significationem sibi propriam haberet. XLI, 11. Plur. interpretationes XL, 8.

* * *

פַּתְרוֹס m. *Aegyptus superior*, Jes. XI, 11. Jer. XLIV, 1. 15. Ez. XXIX, 14 (ubi Pathros terra natalis Aegyptiorum appellatur, cf. de Thebaide Herod. 2, 15). XXX, 14. Gentil. pl. פַּתְרֻסִים Gen. X, 14. Vox est aegyptiaca, aegypt. Ⲡ-ⲈⲦ-ϷⲎⲤ *quod meridiei est* i. e. meridionale, terra meridionalis, quae vulgo appellatur ⲘⲀ-ϷⲎⲤ pr. locus meridiei, arab. مريس, licet hoc etiam Nubiae quandam partem complectatur, Quatremère Mémoires sur l'Égypte II, 30. de Sacy ad Abdoll. p. 13. 14. LXX apud Jer. scribunt Παθούρης, et sic ap. Ez. Alex. et Ald., sed Vatic. Φαθωρῆς (Vulg. ap. Jes. Phethros, sed Jer. Ezech. *Phatures*), quae formae et ipsae Aegyptiacae et eiusdem significationis sunt, theb. ⲠⲀⲦⲞⲨϷⲎⲤ pr. *ventus* inde regio *australis*, v. Peyron lex. p. 19. 182, unde nomus Thebaicus *nomus Phaturites* appellatur Plin. H. N. 5, 9 §. 47, Παθυρίτης in Papyris Graecis Aegyptiacis, vid. Peyron Pap. Graeci R. Musei Taurin. II p. 27 sqq. IV, lin. 2. Cf. e prioribus eruditis Boch. geogr. s. IV, 27. Jablonski Opuscc. ed. te Water I, p. 198. eiusd. Panth. T. II. p. 122. Mich. spicileg. I, p. 271 — 274, et nuper Roedigerum in Encyclop. germ. Sect. III. T. XIII p. 312, qui פַּתְרוֹס pariter atque مريس etiam septentrionalem Nubiae partem (Sennaar) comprehendisse suspicatur, qua ratione adoptata non erit quod haereas in מִצְרַיִם et פַּתְרוֹס coniunctis Jes. XI, 11. Jer. XLIV, 1. Sic etiam Aegyptus et Thebais Plin. H. N. 18, 18. Cassian. 1, 3.

פַּתְשֶׁגֶן exemplum, apographum, v. פַּרְשֶׁגֶן. Mire Fürstius *apographi*, *exempli* significatum agnovit, sed nihilominus etymon a Benfeyo propositum probavit, de quo non illud, sed *mandatum regis* significaret.

פָּתַת *fregit*, *diffregit*, *comminuit*. Lev. II, 6. (Arab. فتّ contudit, digitis fregit rem II. comminuit, فُتَات frustulum. Aeth. ፈተተ: fregit v. c. panem, ፍተት: fragmentum, frustum panis; eiusdem originis est ፍት: donum).

פַּת f. (Prov. XVII, 1. XXIII, 8) c. suff. פִּתִּי *frustum*, *frustulum* spec. panis, פַּת לֶחֶם Gen. XVIII, 5. Iud. XIX, 5. 1 Sam. II, 36. XXVIII, 22. 1 Reg. XVII, 11. Prov. XXVIII, 21. Etiam omisso לֶחֶם id. Ruth. II, 14. 2 Sam. XII, 3. Iob. XXXI, 17. Prov. XXIII, 8. (In Talmude et apud Rabbinos פת simpl. de *pane* dicitur, Mischna Berachoth c. 6. Maimonidis tract. Berachoth c. 2 cf. de Dieu Crit. s. ad Gen. XVIII, 5). Plur. פִּתִּים *frustula* panis Levit. II, 6. VI, 14. Ps. CXLVII, 17.

פְּתוֹת i. q. פַּת. Plur. cstr. פְּתוֹתֵי לֶחֶם Ezech. XIII, 19.

פֹּת v. rad. פּוּת.

Finis Tomi secundi.

LIPSIAE TYPIS GVILIELMI VOGELII FILII.